R. 4131

# PETRI REBVFFI IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS

## REPETITIONES VARIAE

De la Libreria del Colegio Real Maior de Gran.

Quarum partem olim excuſam, auctiorem ac Auctoris extrema manu limatiorem hac editione emittimus: partem verò nunc recèns enatam, nunquámque impreſſam, in lucem ac cõmodum Reipublicæ edimus.

*Elenchum autem eorum omnium quarta pagina continet.*

*LVGDVNI,*
APVD GVLIEL. ROVILLIVM.
*M. D. LXXXIII.*

Cum priuilegio Cæſ. Maieſt. & Chriſtianiſſ. Galliar.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2ª C. 42 N. 9.

# PETRI REBVFFI IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS
## REPETITIONES VARIÆ

De la Libreria del colegio Real Maior de Gran,

Quarum partem olim excuſam, auctiorem ac Auctoris extrema manu limatiorem hac editione emittimus: partem verò nunc recèns enatam, nunquámque impreſſam, in lucem ac cõmodum Reipublicæ edimus.

*Elenchum autem eorum omnium quarta pagina continet.*

*LVGDVNI,*
APVD GVLIEL. ROVILLIVM.
*M. D. LXXXIII.*

Cum priuilegio Cæſ. Maieſt. & Chriſtianiſſ. Galliar

*DE LA LIBRERIA*
*DEL REAL COLEGIO MAYOR*
*Reunido de Santa Cruz, y*
*Santa Catalina.*
*E. 2ª C. 42 N. 9.*

## Summa priuilegij Imperatorij.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imper.ſemper Auguſti, publico edicto cautum eſt Guilielmo Rouillio ciui & typogapho Lugdunenſi, & ſancitum, nequis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis & conditionis,ſiue ſit calcographus, vel Bibliopola, ſiue alius quilibet,quacunque ſacri Romani Imperij & ditionis eius fines patent, has *P. Rebuffi Iuris vtriuſque Doctoris Repetitiones varias*, niſi ipſius Guilielmi Rouillij, aut hæredum eius permiſſu,intra decennium, eadem,aut alia minori forma excudat, aut excudendas curet, vendat ipſe, aut cuiquam diuendendas mandet,aut denique excuſas,ab aliis intra eiuſdem Maximiliani & Imperij fines vendendas importet,ſeu quouis modo diſtrahat manifeſtè vel occultè, vel quouis alio prætextu: alioqui ſibi mulctam decē marcharum auri puri irrogatam ſciat, quarū dimidia fiſco Imperiali fraudis vindici,reſidua verò pars ipſi Guilielmo Rouillio,aut eius hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, cedet,præter librorū amiſsionem,quos per ſe idē Rouillius, vel per ſuos,vbicunque locorū nactus fuerit,adiumento magiſtratus loci, vel citra,propria auctoritate ſibi vindicare,inque ſuam poteſtatem redigere poterit.In cuius rei fidem ipſi edicto manu ſubſcripſit,& ſigillum apponi iuſsit Cęſarea Maieſtas, vt latius patet in ipſo diplomate dato Pragæ decimaquarta die menſis Iunij, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto. ſubſign.

MAXIMILIANVS.

Ad mandatum ſacræ Cæſ.M. proprium.

*A. Ertenberger.*

---

## Extraict du priuilege du Roy de France & de Pologne.

PAr grace & priuilege du Roy eſt permis à Guillaume Rouille libraire de Lyon d'imprimer ou faire imprimer vne fois ou pluſieurs, ce preſent liure intitulé *P. Rebuffi Iuris vtriuſque Doctoris Repetitiones variæ.* lequel liure il a recouuré auec grans frais, miſes & depenſes: & pource eſt faict defenſe de par ledict Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs & perſonnes quelconques, de non imprimer, vendre, ny diſtribuer en ſes pays, terres & ſeigneuries ledict liure: ſi ce n'eſt par le conſentement dudict Rouille: & ce iuſques au temps & terme de dix ans,à compter du iour & date que ſera paracheuee la premiere impreſsion, ſur peine d'amende arbitraire, & de confiſcation des liures qu'ils auroient imprimez. Et à fin qu'aucun ne puiſſe pretendre ignorance du preſent priuilege,ledict Seigneur veut & entend, que l'extraict d'iceluy eſtant mis au commencement dudict liure,ſerue pour toute notification.Car tel eſt ſon plaiſir,nonobſtant oppoſitions & appellations quelconques,comme plus à plein eſt contenu & declaré par leſdictes lettres de priuilege,ſur ce donnees à Lyon le vingtvnieme Ianuier,mil cinq cens ſeptante cinq,& de ſon regne le premier.

Par le Roy, à voſtre relation,

*Signé, MORE.*

Et ſeelé du grand ſeau en cire iaune à ſimple queuë.

# Ad candidum Lectorem.

HIC habes candide Lector, doctiſsimas,ſimul & acutiſsimas iuris vtriuſque interpretationes atque repetitiones, tam ex imis Iuriſconſul.penetralibus (quaſi ex abditiſsimis quibuſdam receſsibus) ſubtiliter depromptas, quàm è forenſi praxi & iudicio ad amuſsim obſeruatas, per egregium virum D.Petrum Rebuffum de Monte peſſulano, vtriuſque Iuris & doctorem & Comitem,inque alma Pariſienſi Academia, olim ius Pontificium docentem,& in ſuprema curia æquitatem, ſuis fideliſsimis cōſiliis,ſplendidiſsimiſque patrociniis,& publicè & priuatim,rigidè ſuſtinentem. quaſquidem doctiſsimas interpretationes multiplicibus, & variis additionibus, notabilibúsve Curiarum ſupremarum areſtis, egregius ille Iuriſconſult. & Iuriſconſul. Iuriſconſultiſſ.in Reipub. maximum cōmodum auxit, nobilitauit,atque illuſtrauit. Ideo earum alter partem (eam ſcilicet quæ, cùm à Iuriſcon.tum à Cæſare noſtro edita fuit) olim excuſſam,auctiorem multò, ac tanti viri extrema limatiorē manu, iſta noua noſtra emittimus editione. Alteram autem (quæ iuris eſt Pontificij) nunc recèns quodammodo enatam, nunquamque typis aliquorum mandatam, etiam in lucem, magno certè Reipub. emolumento damus, & in perpetuum (ſi Deus velit) tibi conſecramus. Verùm autem, iſtarum omnium doctiſsimarum repetitionum Elenchum,ſequens clarè indicabit pagella.

## *ELENCHVS OMNIVM REPETITIONVM, quæ in hoc præclaro continentur volumine.*

PRimò, doctiſsima repetitio legis Diuus Marcus Commodus, quæ eſt Iuriſcon. Calliſtrati, ſub tit. Senatuſconſul. Silania. in Pandectarum, aut Digeſto. lib. 29.

Secundò, ſubtilis leg. Quod iuſsit, repetitio, quæ eſt Celſi Iuriſcon. ſub tit. de re iudic. in lib. Pandect. & Digeſt. 42.

Tertiò vtiliſsima etiam repetitio legis vnicæ, de ſententiis quæ pro eo quod intereſt proferuntur, quæ quidem lex eſt Iuſtiniani ſummi noſtri Imperatoris, in ſeptimo ſui Codicis libro.

*Hæ ſunt cùm Iuriſconſul. tum Imperatorum Iuris ciuilis præclaræ repetitiones. Illæ autem quæ ſuperſunt iuris Pontificij ſunt.*

ET primò, ampliſsima repetitio totius titu. de cauſa poſſeſſ. & propriet. quæ octo continet capitula, in antiquis Gregorij noni, Papæ inclyti Decretalibus poſita, ínque ſecundo libro.

Secundò, familiaris repetitio §. qui verò parochialem. cap. extirpandæ conſuetudinis. de præbendis. etiam in antiquis. Gregorij noni, Decretalib. & in lib. 3.

Tertiò, explicatio ſiue repetitio, non ſolùm perelegans, ſed quę ad perpetuam & iuſtitiam & æquitatem niti videtur, & ſecundi notabilis, incipientis, Nulla eccleſiaſtica miniſteria. de conceſſ. præben. in antiquis, eiuſdem Gregorij noni Papæ inclyti Decretalibus, ínque eo. lib. 3.

Poſtremò additur repetitio aurea, cap. Poſtulaſtis per ſedem apoſtolicam edoceri. de clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto, in antiquis eiuſdem Gregorij noni Papæ inclyti, Decretalibus ínque lib. 5.

REVEREN

# REVERENDO IN CHRISTO PATRI, ET D. DOMINO GAVFREDO STISSACO

Malleacen. Antiſtiti, & Decano inſignis Eccleſiæ
Beatiſsimi Hilarij maioris Pictauis,
Petrus Rebuffus I. V.
Doct. S. D.

OBTINVIT vetus conſuetudo (ſanctiſsime Præſul) nullum opus nouitium typis impreſſorum mandari, quod alicuius nomini dicatum non eſſet, maiore cuius authoritate in lucem tutius prodiret, mordaces inuidorum cachinnos exciperet: & quibuſdam velut adminiculis ſuſtineretur. Iaſon Maynus (vt antiquiores ſilentio ſupprimam) Ludouicum Sfortiam Barri Vicecomitem delegit, cui ſuas in Digeſtorum libros vigilias nuncuparet: quem neotericorum Iureconſultorum nemo non inſequutus eſt. adeóque corroborauit hæc opinio, vt in hanc omnes coniecturam vocentur, longè tutius eſſe aliquem ſibi virum deligere, promptiſsimo cuius clypeo defendantur, quàm ſine vlla opis fiducia ſolos ſe multorum iaculis petendos, theoninisque dentibus lacerandos obiicere, vt potè cum vnum multi facilè exuperent, nec abſque deſiderata Iolai opera hydram illam multorum capitum belluam Hercules expugnare potuerit. Vnde illum vulgarem nuncupandi recentia opuſcula morem examuſsim perpendens, diu mecum animo reuolui, quem mihi patronum aſſumerem, cuius nomine tenues iſtæ ingenij noſtri fœturæ circumferrentur, ne communem omnium conſuetudinem prætergreſſus arrogantiæ inſimularer, ſi editionem hanc vel proſpicienter animaduerſam, elimatamque ad poſteros traderem: quæ ratio effecit, vt noſtram hanc incultam ſanè illaboratamque in legẽ Diuus. ff. de Senatuſcon. Silania. repetitionem alicui nũcuparemus: præſentiſsimo cuius ſuffragio à virulenta calumniantium rabie immunis ſeruaretur. Cæterum quiſnam ille foret qui gratuito prouinciam hanc obſequio ſuſcipere vellet, non parum dubitaui, nec diligenti omnium examine facto inueniſſem, niſi tu omnium (vt doctiſsimus) ita & longe digniſsimus occurriſſes (ſacratiſsime Pręſul) cui imponeretur iſtud quodcunque ſit onus defendendæ repetitionis noſtræ, quam immaturam adhuc penéque abortiuam celerius quàm par ſit, vt publicarem, fecit cum vrgentiſsima importunaque chalcographorum inſtantia, tum aſsiduæ preces ſcholaſticorum huius famatiſsimæ Pictonũ Academiæ. Quandoquidem Horatij conſilio vti decreueram, præcipientis opus reprehendi, quod non multa dies, & multa litura coercuit, atque perfectum decies non caſtigauit ad vnguẽ, ne poſtea mihi obiiceretur vetus Chryſippi logica quam ante annum quadrageſimum inchoatam octogeſimo tandem confecit abſoluitque. At animum noſtrum expugnarunt, qui quotidianis penè conuiciis inelegantes haſce lucubrationes noſtras efflagitabant, Martialis iſtud in Decianum carmen afferentes,

*Ante fores ſtantem dubitas admittere famam,*
*Téque piget curæ præmia ferre tuæ?*
*Poſt te victuræ, per te quoque viuere chartæ*
*Incipiant: cineri gloria ſera venit.*

Quorum votis obtemperans iſtas commẽtationes, cum blattis tineiſque iamdiu rixantes emiſi, quibus ſcribendis eo vſus ſum temperamento, vt neque ſacroſancta legũ myſteria proſtituerim ( vt Muſonius Eleuſinia ) ſed ingenuis acutioribus faculas ad ſubtiliora inquirenda prælucentes accenderim. his namque ( ſi auctore Papiniano bene de nobis ſentire liceat ) multa continentur quæ reconditioris diſciplinę auidi non negligent, quæ qualiacunque ſint, nomini tuo conſecramus, vt patrocinio tuo in lucem tutius exeant. Vnum enim te ex paucis elegimus qui ob tuã ſingularem in doctos omnes beneuolentiam opuſculi noſtri defenſionem libenter ſuſciperes. Vale doctorum decus & præſidium. Scriptum Pictauis ſeptimo calend. Septembres.

## Bertrandi de Lucies, ad candidum Lectorem Carmen Elegiacum.

*Adyta ſi cupias ſacrarum ænigmata legum,*
*Soluere, doctorum ſi bona ſenſa velis,*
*Ingenij reliquos ſubtilis acumine vincens,*
*Vnus & ex paucis Oedipus alter adeſt.*
*Si cupias gemini labyrinthum euadere iuris,*
*Sudat vbi vano multa labore cohors.*
*Theſea ne poſcas Ariadnes ductile penſum,*
*Dedalus alter adeſt, qui tibi fila dabit.*
*Herculis, aut Gordi, plexos vis ſoluere nodos?*
*Ne pigeat talem conſuluiſſe virum.*
*Si tranſire iuuat pede per contraria certo:*
*Ambiguum euades hoc duce tutus iter.*
*Hoc duce nil timeas, nihil eſt authore Rebuffo*
*Indeclaratum, lucida cuncta facit.*
*Argumentatur: liquidè argumenta reſoluit,*
*Reſtituit legem quæ vitiata fuit.*
*Concludam paucis, vis iureperitus haberi*
*Omnino? librum hunc candide lector emas.*

INTERPRE



# INTERPRETATIO L. DIVVS. ff. de Senatuſcon. Silan. admodum vtilis, & olim publicè lecta in vniuerſitate Pictauien. nunc verò reuiſa & additionibus locupletata.

1 DIVINVM adſit
mihi auxilium in i-
ſtius l. ſolennis repe-
tit. vt in ſimili dicit
Fortu. Garſia. in re-
petitio. l. Gallus. §. &
quid ſi tãtũ. in prin.
ff. de liber. & poſthu.
quę lex non eſt alibi
ſecundũ Bal. hic, & eſt ſita in titulo extraordi-
nario, non tamen propter hoc eſt omittenda,
ſecundum Roma. ſingu. 704. quæro à te. cuius
2 verbis vtar, dicentẽ, † Studeas iſtos titulos ex-
traordinarios, & non conſumas tẽpus in ſcor-
tis: nam ex his titulis extraordinariis dicit ſe
lucratum vnam bonam cappam de ſerico. ſin
gul. 256. quidam fuit. Inquit etiam Flor. in rub.
ff. de noxa. act. imò miſer eſt, qui materias ex-
traordinarias non ſtudet. Bal. in l. fi. in fi. C. de
ædil. actio. quòd non ſolum ordinarij, ſed etiã
extraordinarij tituli ſunt legendi, quod non
omiſit Benedict. de Plumbino in lectura ſecun
di lib. ff. noui. nec ego intendo hanc legẽ ſine
aliqua declaratione omittere, quæ eſt multum
ſolennis, vtilis, & practicabilis, non vtilis quo
ad criminoſum, ſed practicabilis, ſecũdum Lu
do. Bolog. in addit. ad Guid. de Suza. in tracta.
3 de tormen. in prima addit. † & tractat mate-
riam criminalem quæ eſt terribilis. l. 2. §. ſepti-
mus autem. verſi. & poſt. C. de vete. iure enuc.
& ſicut venenum necat homines, ita hæc ma-
teria criminalis. Ioan. Fab. in rub. de pub. iudic.
Inſtit. & ſolitus erat dicere, criminoſum mal-
le audire tonitrua, & fulgura videre, quàm iu-
dicem pro tribunali ſedentem, & ſentẽtiam in
eum proferentem. Inquit etiã Bart. in l. 1. ff. de
4 bon. eor. qui ante ſent. mor. ſibi conſci. † Nihil
vita pulchrius & precioſius. Ideo parcitur ei
qui ſanguinẽ ſuum per phas vel nephas rede-
mit, ſed hoc non eſſe ſecundum Deũ teſtatur
Alber. in dictio. in ver. leges dicũtur, videlicet
per nephas, allegando beatum Tho. in ſecun-
da ſecundæ quæſt. 69. Item Bald. in addit. ad
Spec. in tit. de confeſſ. ait in hac materia ſtare
pondus diei & æſtus: nam ponderis & præiu-
dicij tãti nullus in iure locus eſſe poteſt, quan-
ti ille in quo de hominis ſalute, vita, vel mor-
te, aut periculo agitur, ſecũdum Iaco. Bolenc.
in repetit. §. famoſos. in prin. l. capitalium. ff. de
pœnis. & quando de vita hominis agitur, ibi
pluunt pecunię. Thom. Ferra. cautel. 23. & vbi
eſt periculum vitæ, illuc currunt aduocati, vt
Iaſ. in l. diuortio. col. 3. in fi. ff. ſol. matr, & idem
in l. tranſigere. col. 3. C. de tranſact. dicit & Ga-
ſpar Valac. in repetit. l. imperium. col. 47. ff. de
iuriſdict. omn. iud. nos debere aduertere ad ma
teriam criminalem: quia ex ea poterit quis bo
nam lucrari veſtem. & eam multum cõmen
dat Hippoly. in princ. ff. ad leg. Corne. de ſicar.
5 Aduertamus ergo ad hanc legem, quæ non
perfectè eſt examinata per doctores: ideo iu-
uante omnium altiſsimo rerum cõditore, la-
tius quàm per alios fuerit examinabo, & cum
ſit mea prima repetitio, quæ venit ad nuptias
in hac famoſa Pictauen. ciuitate & vniuerſita-
te: ideo dotem ſatis amplam ei porrigã, inſtar
eorum quæ dicunt docto. in l. 1. ff. de lega. 1. &
l. 1. C. de ſumma trinit. & l. 1. Cod. de ſeruis fu-
git. Ioan. And. in c. fraternitatis. vt refert ibi So
cin. de teſtib. Sed ne illotis pedibus eius mate-
riam ingrediar, illotiſve manibus aſſumam,
iuxta tex. in l. 1. ff. de orig. iur. in princ. quia ne-
ceſſaria non ſunt prætermittenda. dicit Alex.
in l. ſi patroni. §. qui fideicõmiſſariam. in 6. no.
ff. ad Trebel. ideo prętermitto, *cum hæc lex ſit in*
tit. de Senatuſcon. Silan. declarationem rub.
quam diuido in tres partes: in prima loquitur
de Senatuſconſ. Silan. in ſecunda de ſenatuſ-
con. Claudiano. in tertia quæ teſtamenta non
aperiantur.
6 In rub. ponitur dictio de, quæ demonſtratiuè *Dictio de, quot modis ſumatur.*
ſeu declaratiuè ponitur. ſicut in l. idem Pom-
po. ſcribit ſi de meis. ff. de recep. arbit. & l. cum
de lanionis. in prin. & §. cum de villico. de fun
do inſtruc. Iuriſcon. ergo interrogatus de quo
eſt tractaturus, reſpon. de ſenatuſcon. Sila. &
Claudiano &c.

Quot modis ſumatur iſta dictio de, in iure, ſufficiat remiſsio ratione prolixitatis vitandæ. videndus ergo erit Bar. in l. 1. §. ex incendio. ff. de incen. rui. & naufra. in l. ſi finita. §. 1. de damno infect. in l. prætor. §. 1. de bonis auctor. iudic. poſsid. l. 1. depo. l. 1. §. ſi plures. q. 1. de exercito. actio. l. 1. §. emancipatus. de coniun. cum eman. liber. l. eo tempore. §. fi. de pecu. l. prouinciales. in fi. de verb. ſigni. Hoſt. in ſumma. de depoſi. §. vnde dicatur. Ioã. Andr. in regula, nullus ex conſilio. de reg. iur. in 6. in mercurial. Lucas de Penna in l. omnes. col. 18. C. de decur. libro 10. Alber. in dictio. in verbo, de. Bal. in l. 1. in fi. ff. de tuto. & curat. dat. ab his. l. ſed & reprobari. de excu. tut. l. 1. §. ius naturale. col. 2. de iuſti. &

iure.& l.ex hoc iure.col.5.illo titu.l.de pecori-
bus.& ibi Salic.Cod.ad leg.Aquil.Bal.in l. ex
arrali pacto.de contrah.emp.& in tracta.ſtatu.
in ver.concordia. in quæſt.8.Panor. in c.inter
dilectos.pen.not.& ibi in addit.ad eum. extra
de fide inſtru.Ioan.de Anan.in c.de cætero. de
homicid.Alex.conſi.150.viſo themate.in 2.lib.
& conſi.41.in fi.incip.viſis.in 5.volu.Barba.in
rub.de conſti.& de prob.& melius quàm alibi
per Io.Franciſ.de Pauinis. in tracta.de offic.&
poteſta.capitu. ſede vacante.in primo prælud.

*Modus formandi Senatuſcon. & de iis hic diſſeritur.*

7 Sequitur in rub.Senatuſconſulto. Modum
faciendi Senatuſcon.quid ſit, & vnde dicatur
breuiter perſtringamus : & ad primum acce-
dendo,dico ab initio vrbis Reges præeſſe cœ-
perunt vſque ad Tarquiniū ſuperbum , qui-
bus exactis propter Lucretiam violatam,duo
Conſules conſtituti fuerunt, qui ideo dictos
exiſtimarunt,quòd multum reipublicæ conſu
lerent, tertio in loco Senatus curam accepit,
eo quòd aucta multitudine ciuiū populus in
vnum difficulter totiens conuenire poterat,vt
ciuitatem regeret.l.2.§.quod ad magiſtratus.
& §.exactis.ff.de orig.iur.declarant Feneſtella
& Pompo.Lætus de Magiſtra.Roma.in ſuo
tract.ideo Conſules prout negotium occur-
rebat , ad Senatum referebant, deinde cuiuſ-
que Senatoris ſentẽtiam ſuper relato negotio
gradatim rogabant. Poſtremò audita cuiuſli-
bet opinione Senatus decretū ſecundum plu-
rium ſententiam conſtituebat,& Senatuſcon-
ſul.dicebatur.citat profundiſsimus vir D. Ay-
mar. *Riualli in hiſtoria iuris ciuilis lib.3. in*
princ.poſt Liuium ab vrbe condita.lib.1.& ſe-
quitur Gell.lib.1.ac Flauius Vopiſ.de Aurelia.
8 Quid ergo ſit Senatuſcon.eſt quod Senatus
iubet atque conſtituit.§.Senatuſcon.inſtit.de
iure natu.gent.& ciui.vnde dicatur,Reſpōdeo
quod ad Senatus conſultationem fiat, vt atte
ſta.D.Aymar.vbi ſuprà, & tempeſtatis noſtræ
doctiſsimus D.Budæus in ſuis annotationib.
ad Pandectas.in l.fi.ff.de ſenat.vbi Senatuſcon
ſultum ſententiam Senatus eſſe dicit.
9 Et dicitur Silanianum à Silano conſule , ad
cuius conſultationem Senatus decretum con
ſtituit,ſicut Trebellianum à Trebellio.l.1.ff.ad
Trebel.vel à Sillo.ſecundum Alber.in rub.C.
eo.de his quib.vt indig.

*De dictione,&.*

10 Subſequitur in rub.dictio, &, quæ eſt copu-
latiua,& coniunctionem facit.l.ſi ita quis he-
redes.ff. de heredib.inſtitu. ſecundum Bart.in
tract. coniunctionis ſiue copulæ, &.ſumiturq;
multis modis. de quibus per eum, & Albe. in
dictio.in ver. &.Ioan.Calder. in repe.c.veſtra.
col.7.de cohabit. cleric. Guido Papæ in ſuis
deciſio.q.527.Lucam de Penna in l.1.col.3.C.
de caſtren.pecul. lib.12. Bal.in l.vna.§.vbi.C.de
caduc. tollend. Alex. conſil.64.in cauſa.col.1.
in 7.vol. Petr.de Beſut.& Ioan.Crot.in repe.l.
re coniuncti.in 4.q.Bar.ff.de lega.3.Ioan.Fran-
ciſc. in dicto tract. de offic. & poteſta. capi.in
tertio præludio.

*De Senatuſconſulto Claudiano.*

11 Supereſt dictio Claudiano ; quid ſit Sena-
tuſcon. Claudia.docet. Azo in ſumma.de Se-
natuſcon. Claudia.dicens eſſe miſerabilem li-
beri hominis acquiſitionem, & miſerabiliorē,
libertatis amiſsionem,vt finge liberam mulie-
rem ſeruili amore bacchatā. Inſtit. de ſucceſſ.
ſubla. ſi à domino ſerui denuntiatum ſit , ne
ſuo ſeruo commiſceatur,& iudex dictæ mulie-
ri inhibuiſſet,ſi monitis non acquieſcebat,ſed
coibat cum ſeruo,ſuam ſubſtantiam atque li-
bertatem amittebat , & ſerua fiebat domini il-
lius ſerui,cū quo ſe ſuppoſuerat,ſed quia Im-
peratori hoc improbum viſum eſt, ideo laxa-
uit habenas , ſubſtulitq́ue illam diſpoſitionem
ponendo rub. C.de Senatuſcon.Claudia. tol-
len.& ita loquitur l.in prin. & ibi Petr.de Bel-
la pertica.
12 Tertia pars rub. reſtat , videlicet quorum
teſtamenta non aperiantur. quæ ſic intelligo,
quòd teſtamenta illorū qui occiſi fuerint,per
familiam non aperiuntur, non vindicata nece
defuncti,nec aditur hereditas.l.in cognitione.
& ibi not.infrà eo.ita declarat Sebaſtia.Brant.
in iſtius tituli expoſitione.

*Continuatio.*

13 Continuatur ſic.Suprà proximo titulo di-
ctum extitit, qua pœna puniatur, qui omiſſa
cauſa teſtamenti hereditatem ab inteſtato aſ-
ſumit, ad onera legatorum euitanda, hic verò
ponit Iureconſul.qua pœna puniatur familia,
qui dominum iniuſtè periclitantem non ad-
iuuit,& de eo qui non vindicata nece defun-
cti hereditatem adiuit,hanc continuationē in-
nuit glo.in rub.ſuprà cum qua doctores per-
tranſeunt.
14 Primò pro l.& totius tituli intelligentia,di
co quòd quādo teſtator occidebatur, & ſerui
eum non adiuuabant , puniebantur capite.l.1.
in prin.& §.potuiſſe.ſuprà eo. aliqui tamē ex-
cuſantur,vt hoc titulo cauetur.
15 Notandum eſt tamen eſſe differentiam,quia
quando teſtator dicitur à familia occiſus ſer-
ui,pro veritate eruenda ſunt torquendi, & he-
reditas nō eſt adeunda, antequàm familiæ fue
rit quæſtio habita.Si verò ab alio quàm à fa-
milia,puta à tertio dicatur occiſus,poterit he-
res adire hereditatem,& poſtea necem teſtato
ris vindicare, informationes conficiendo, ſer-
uos torquendo, & ſimilia. Azo in ſumma.C.
eod.Ioan. Fab.& Alex.in l.cum fratrem. illo
tit.de his quibus vt indig.
16 Quæro cum hodie nos careamus ſeruis in
regno Franciæ.not.Bar.in l.hoſtes.ff.de capti.
& D.meus & conciuis D.Nicol.Boer.in con-
ſue.Bitur.in §.1.de conſuetu.iur.ſta.perſona.an
habebit locum hic titulus , & quod nō vide-
tur,quia ceſſantibus ſeruis videtur ceſſare diſ-
poſitio.c.cum ceſſante.de appel.l.quod dictū.
17 ff.de pact.l.adigere.de iure patro. † Item in re-
gno Franciæ, nemo poteſt criminoſum accu-
ſare, & ſic eſt ſublatus tit.de accuſatio.in dicto
regno, ſecundum Benedict. in repe.c. Raynu-
tius.in verbo, mortuo.in princ. nu.200. extrà
18 de teſtamen. † niſi procurator Regius qui in
Frācia eſt magnus magiſter, inquit Ioan.Fab.
in §.fi.inſtit.de except. ergo non habebit lo-
cum hic titulus diſponēs heredem priuari he-
reditate,

*Tit.de accuſat.non habet locū in hoc regno.*



reditate, ſi non accuſet occiſores teſtatoris.
19 Contrarium eſt verum, quia licet loquatur
in ſeruis, tamen habebit locum in filiisfamil.
vt not. patruus meus magnus Iacob.Rebuf.
in l.quotiens. col.2. C.de naufrag.lib.11. Item
licet quis alium non poſsit accuſare crimina-
liter in regno,poteſt tamē ciuiliter & partem
formalem facere contra occiſorem , & alium
delinquentem de conſuetudine regni , quam
atteſtatur eſſe generalem lumen patriæ , D.
Boer.in dicta conſue.§.13.de iuriſd. omn.iudi.
& ideo quilibet, ſiue ſit liber ſiue ſeruus,tene-
tur vindicare necem defuncti , qui eum inſti-
tuit , niſi in aliquibus caſibus infrà poſitis , &
in hoc locum habet hodie, non ea ratione,
tamen quod hodie ſi filiusfamil. vel famulus
non adiuuet teſtatorem, vt capitali pœna ple-
ctatur, nec aliquis ex illa omiſsione, vt tenet
Guiliel.de Cuneo in l.fi.in fi. C.eod.& ibi ſe-
quitur eum Alex.per glo.& not.in l.culpa ca-
ret.ff.de reg.iur.l.metum.§. ſed licet.quod me-
tus cauſa.& ibi Bar. & in l. vt vim. de iuſti. &
iur.l.1.C.vnde vi.canoniſt.in c.quanto.de ſen.
excom.in c.1.de offic.delega. noſtri temporis
clariſsimum iubar D. Brunelli in c.1. de ho-
micid.doct.in c.dilecto. de ſent. excom.in 6.
Sic ſirmmatur per Bar.quē alij inſequuntur.
dominus vulneratus poteſt ſuorum ſeruorū
innocentiam purgare,hoc dicit.Caſus, &c.
20 No.primò ibi, Diuus. quod Imperator vo-
catur Diuus. Diui autem Imperatores eo di-
cuntur, quia iuſtè & laudabiliter ſe geſſerunt,
imperium & rempublicam gubernādo , quaſi
diuini vel cœleſtes diuo,id eſt,cœlo digni. te-
ſte Luca de Penna in l.1.C.de omni agro de-
ſer.lib.11.Declarat D.Budæus in adnotat. po-
ſterior.in Pādect.in c.ſi poſtulauerit.ff.ad leg.
Iuliam de adulter.& ibi quare vocentur in le-
gibus Diui fratres.
21 Not.ſecundò,ibi reſcripſit.iuncta gl. in ver-
bo,Piſoni:quod Præſes prouinciæ,& alij iudi-
cēs ad reſcriptum Imperatoris vel Regis,poſ-
ſunt ferre ſententias, & cauſas decidere : quia
quando cauſa eſt dubia, conſulendus eſt prin
ceps.l.cum de nouo.cum ſimil.C.de legib. &
quia hic Piſo dubitabat, ideo ad ipſius inter-
22 rogationē Imperator hoc ſtatuit, † & ſic in-
fero,quod reſcriptum principis eſt lex.text.in
l.Diuus.ff.ad leg. Cornel.de ſicar. & ibi hoc
ponderat D.Ioan.Villemat.de Fortia.ponen-
do regulam cum limitationibus. & declarant
docto.in l.1.ff.de conſtit.princip.& in §.ſed &
quod principi.inſtit.de iure natur.vbi videre
poteris ſi libet.
23 Tertiò not.ibi,ſi conſtiterit.quod non ſuffi-
cit dicere, ſed oportet quod conſtet : nam hic
mandat Imperator,quod ſi conſtiterit Iulium
eſſe vulneratum,& purgaſſe innocentiam ſer-
uorum,ergo non ſufficit ſi dicatur , niſi pro-
24 betur & conſtet,† quia facta non præſumun-
tur niſi probentur.l.quicunque.in fi.ff.de pu-
blic.in rem actio.& l.quotiens.de probat.l.in
bello.§.factæ.de capti.& poſtli. reuer. not.Iaſ.
in l.fin.nu.10.C.de iure emphyt. Corne.conſi.

*Facta non præſumuntur,niſi probentur.*

181.viſis &c.verſi.nec obſtat.in 2.vol.refert Ca
telia.Cotta.in 2.parte memoral.in verbo , fa-
cta.vide multa per Hippol. in pract.in princ.
nu.5.conſi.12.nu.34.& ſeq.& 14.nu.13.& conſi.
18.nu.4.& 35.& 40.& 46.& 48.in princ. & in
fi.conſi.50. nu.12.53.63.76.92.130.& 134.
25 Secundò facit text.in l.1.§.item illud. ſuprà
eo.vbi dicitur,quod non ſufficit,ſi aliquis con
fiteatur hominē occidiſſe,niſi conſtet de cor-
pore occiſi,liquere enim debet interemptum
eſſe.dicit tex.ibi,& tex.melior de iure in l.eius
qui.ibi,oportet conſtare prius , & de crimine
pronuntiare.ff.de iure fiſci. vnde Deus omni-
potens cum omnia nuda & aperta ſint oculis
eius , mala tamen in Sodoma noluit audita
iudicare , priuſquàm manifeſtè cognoſceret,
26 quæ dicebantur eſſe vera, † vnde dicit:Deſcen
dam,& videbo vtrum clamorem qui ad me
venit , opere compleuerint an non , eſt ita vt
ſciam Geneſ.18.cap.& c.Deus omnipotens.2.
q.1.c.qualiter.in 2.& c.cum dilecti.de accuſat.
c.licet Heli.de ſimo. Item prudentiſsimus Io-
ſue noluit Acham condemnare,priuſquā mi-
niſtros in tabernaculum illius miſiſſet , & ſic
inueniſſet, vt Acham confitebatur. habentur
Ioſue 7.cap.Ratio eſt,quia non auditur perire
volens.l.non tantum.ff.de appel.Et quādoque
boni ad tentandum vxores ſuas , confitentur
mala quæ non fecerunt, ſicut dicitur de quo-
dam qui porcū mactauerat in itinere , poſtea
in lecto confeſſus eſt vxori ſuæ ſe hominē oc-
cidiſſe,eidem præcipiens ne quicquā diceret,
quæ licet non eſſet ſurgere conſueta,niſi hora
ſeptima (quæ eſt hora mulierum & ſcholariū
pigrorum, ) tamen ſurrexit hora quinta,dicēs
ſuis vicinis eſſe triſtitia plenam referens , &
omnibus præcipiens ne aliis haberent dicere
quæ ipſa referre volebat,tādem ad aures præ-
ſidis peruenit tale homicidium eſſe commiſ-
ſum,& ob hoc miſit familiam ad capiendum
dictum confeſſum,qui ad carceres ductus, di-
xit ſe velle oſtendere , quem interfecerat, illuc
fuit ductus,& oſtendit porcum mortuū : ideo
vxor & alij, qui eum cœperunt,deriſui fuerūt:
ergo in omnibus non fidatis vxoribus veſtris:
prout plenè loquitur D.Tiraquel.tracta.de le-
27 gib. connubialib. in 11.l. † nec condemnetis
quemquam niſi conſtet.iſtud non eſſe facien-
dum teſtatur Aret.conſi.165.ſicut Ioannes. &
decus patriæ D.Boer.in conſuet.Bitur.in §.13.
de iuriſdict.omn.iudic.pleniſsimè Hippolyt.
de Marſil.in l.ſi quis ne.in fi.ff.de quæſtionib.
28 † etiam ſi aliquis eſſet vulneratus vſque ad
mortem : nam non debet vulneratus puniri,
antequam vulneratus ſit mortuus. And.Tira-
quel.in 14.leg.Connubiali. vnde dicit pulcher
text.in l.famoſi.§.hoc tamen.ff.ad leg.Iuliam
maieſt.quòd perſona ſpectanda eſt, an potue-
rit facere,& an antea quid fecerit , & an ſanæ
mentis fuerit. Fallit,quod etiam ſi conſtet vul
neratum aliquem eſſe vſque ad mortem,tamē
vulnerans non debet puniri,antequàm vulne-
ratus ſit mortuus,quia fortè non morietur.Et
multa cadunt inter calicē ſupremaque labra,
vt

*Cautela contra mulieres.*

vt extat Adagium.facit tex.in l.naturalem.§.1. ff.de acqui.rer.domi.& §.illud.inſtit.de rer.diuiſ.vbi beſtia letaliter vulnerata non fit vulnerantis,niſi eam cœperit.hoc not.Barto.& Moderni in l.damni.§.Sabini.ff.de damno infect. Bal.& ibi,Abbas & alij in c.vno.in prin.quib. modis feu.amit.& in c.vno.§.iniuria.col.pen. de pace tenen.& eius viola. Felin.in c.ſignificaſti.in 2.col.de homicid. plenè D.Andr. Tiraquel.in 15.l.connubial.

29 Limita ſecundò, quod diximus neminem condemnandum, niſi de occiſo conſtet, non procedere in illo,qui cõfiteretur ſe hominem occidiſſe,& in mare proieciſſe, & ille cõfitens eſſet malæ famæ & cõditionis : quia aggreſſor itinerum,vel aſſaiſinus,de quibus in c.1.de homicid.in 6. qui deteſtanda ſæuitia mortem aliorum ſitit,tamen non creditur ei perire volenti,alleganti,& turpitudinem,& facinus,niſi mare eſſet propinquum,nam tunc tales eſſent ex ſuis confeſsionibus condemnandi, ſecundum Ange.in l.certum.in princ.ff.de confeſſ. dicentem ita fuiſſe iudicatum per egregiũ legum doctorem Nicol.de Tortellis de Prato, tunc Florentiæ aſsidentem. ſequitur Bald.in addit.ad Spec.in tit.de ſenten. in penul.col.in verſic.Titius fuit confeſſus. in ſecunda parte. Bal.in c.at ſi clerici.6.col.de iudic. & maximè quãdo apparet per famam,illum de quo confitetur eſſe occiſum, ſecundum Hippol.in l.1. in princ.& nume.61,ff,de quæſtionib. & in l.ſi quis.in fi.eo.tit. & in ſua practica.§.poſtquã. nu.6.& rub.de probat.fo.14.col.4. & iſta ſunt multum notanda in locis iuxta mare, vel fluuium ſitis, & iſtud dicit ſe vidiſſe ſcientiæ, & practicæ profundiſsimus D.Barth.de Chaſſa. in conſuetud.Burgund.in rub. *des iuſtices*. §.5. in gl. *s'il n'a grace*. nu.40.Mediolani,de quodam qui interfecerat dominum ſuum,& confitebatur ſe in lacum proieciſſe, & fuit piſcatũ cadauer, ſed non repertum:ſed quia ſanguis in illo loco fuit repertus,ideo fuit condemnatus per capitaneum iuſtitiæ Mediolani,& iſta ſequitur Iaſ. in l.iuſiurandum quod. §.fin.ff. de iureiuran. & dicit ſingulare, & in practica notandum.

*Cautela pro iudicibus.*

30 Bona ergo eſt cautela pro iudicibus, ne dãnent animas ſuas,& corpora,vt quando in carceribus detentus confitetur maria & montes, & plura mala alibi feciſſe, vt mittat nuntios ad illa loca, vbi captus dicit commiſiſſe delicta,& ibi quærat informationes, ſi quæ ſunt, vel de nouo conficiat, & hoc modo cõperiet veritatem: aliàs multotiens innocens damnaretur.contra l.abſentem.ff.de pœn. & hæc practica fundatur Ioſue 7.c.facit l.diuus. ibi interrogationes literis incluſas, atque obſignatas,ad cognitionem magiſtratus mittant.ff.de cuſto.reo.poſuit Alber.de Gandino. in tracta. de malefic.in rub.de præſumpt.verſ.Item no. quod iudex.& ſeq.Ange.in tracta.de malefic. in gloſ.& veſtem cœleſtem.verſic.quid ſi quis confiteatur.Bald.in authen.ſed nouo iure. & ibi Cepol.col.15.& ſeq.C.de ſer.fugit. dicens, iſtud procedere non ſolùm in homicidio, ſed etiam in omnibus criminibus. Iſtud ſequitur Hippoly.in d.l.1.& D.de Chaſſa.in dicto §.5. & ita fit,& vidi communiter practicari.

31 Tertiò fallit, niſi cõſtaret de corpore & corpus non cognoſceretur,quia caput erat abſciſſum vel deformatum, ſicut vidi Tholoſæ, de præfecto vigilum & ſociis, qui dietim homines occidebant truncatis capitibus, & in puteum ſancti Michaëlis proiectis, in quo fuerũt comperta trigintaſex capita, adhuc recentia: nam tunc poſſent condemnari,licet de nomine proprio occiſi non conſtet, & licet occiſus non cognoſcatur.per gloſ.ſingul.quam homicidæ vellent eſſe abraſam. in c.fi. in ver. Gaio Seio.2.q.8.ſecundum Bal.in margar.in ver.homicidium.in 1.q.argu.l.quotiens.§.ſi quis nomen.ff.de here.inſtit.l.item apud.§.interdum. & l.cum qui.§.ſi iniuria.ff.de iniur. Pan. in c. cum cauſam.col.7.verſi.an teſtes. de teſtib.ſequitur Spec.in tit.de acc.in magna addit.Bal. in auth.ſed nouo iure.col.pe.Cod.de ſer. fug.
32 † dicit ſi apparet de furto,licet ille cui fuit factum ſit incognitus, tamen fur poteſt ex tali furto condemnari,ſequitur Florian.in l.ob carmen.§.ſi teſtes.in fi.ff.de teſtib.& dicit aliquem fuiſſe condemnatum ad ſolutionem gabellæ, licet non appareret, cui vinum eſſet vẽditum, eo quia de venditione apparebat.& facit text. in l.item Mela.§.ſed & ſi ſeruum plures.ff.ad
33 leg.Aquil. † vbi ſi plures vulnerauerint vnũ, & apparet cuius ictu ille perit,eſt condemnandus ille cuius perit ictu, ſi verò non apparet, omnes tenentur, dicit in practica. notandum Pet.Iaco.in ſua practica. in rub.de actio.legis Aquiliæ verſi.item eſt notandum quod ſi plures.vide Lucam de Penna in l.ſi quis decurio. col.pen.C.de decur.lib.10.Bart.in l.qui ſeruo. §.fin.ff.de furt.

34 Intellige tamen omnes teneri, videlicet in pecunia,ſed non criminaliter,quod omnes ad mortem ſint condemnandi, vt tenet Guiliel. Benedict.in repe.c.Raynutius.in ver.ſi abſque in ſecundo. in materia ſubſtitutionis pupilla-
35 ris.nu.42.extra de teſta. † Et per hoc quidam aduocatus dedit cautelam cuidã magno domino, qui vulnerauerat vſque ad mortem alium,vt non teneretur de occiſo, videlicet, vt procuraret illum ad mortem vulneratum occidi per alium : nam poſtquam conſtabat de occidente,liberabitur alius vulnerans primus. per tex.in l.item Mela.§.Celſus.ff.ad l.Aquil. & fuit primus liberatus Florẽtiæ, vt dicit Bal. in l.ita vulneratus.ad leg.Aquil.& pro mercede illius aduocati,erat furca ſuſpendendus.ſequitur Roma.ſing.226.Cepol.cautela 5.Felin. in c.de cætero.de homicid. Maria.Soci.in repetit.c.ad audientiam.in 7.q. princ.verſic.35. quæro illo titulo.licet parum prodeſſet, quando vulnus eſſet lethale ſecundum eos, & Iaſ. in l.ſi ab hoſtibus.§.fi.ff.ſol.mat.Idem & plenè ponit Pirrhus rub.de furt.poſt conſuet. Aurel. verſic.poſtliminium.Barbat.in prooemio cle. ver.alium.col.14.in 39.priuile.doct.& Hippol.

*Cautelæ hæc damnanda.*

in pract.



in pract.nume.26. cum ſequen.& nume.70. in 15.limit.ff.de ſicar.& Lupus in repet. rubr. de donat. inter vir.§.70. numero 28. fol. 54.

36 Nec etiam † prodeſſet illa cautela in hoc regno Franciæ,quia cùm Galli ſint ad arma prompti, ad reſtringendum audaciam percutiendi, etiam ſi certus ſit occiſor,contra omnes proceditur, velut homicidas, & omnes oportet gratiam à Rege obtinere, quam faciliter obtinebunt,ſecundum Benedict. vbi ſuprà,quod eſt bene notandum : nam pro quolibet crimine publico in hoc regno neceſſaria eſt gratia, etiãſi quis occideret hominẽ ad ſuã defenſionẽ,& ita vidi practicari Thol.de Iacobo de latere,qui occiderat famulũ D.de Botoneto in Mõtepeſſu.indiguit tamen gratia & cum ea fuit abſolutus.

37 Sed quærit gloſſ. in dict. §. ſed etſi ſeruum plures.quid ſi vnus ex pluribus occiderit vel vſque ad mortem vulnerauerit & non appareret quis illorum fecit, quis erit condemnandus?& reſpon. quòd propter incertitudinem nullus.argum.l.abſentem. ff.de pœn. & illam gloſ.ordinariam narrat.Bald.in marga.in ver. vulneratus in 6. quæſt.&.in ver.homicidium. in 6.quæſt. & in l. ita vulneratus.ad l. Aquil. & ſequitur in l.ſi fugitiui. C.de ſer.fugit.& in dict. §. ſi ſeruum plures, & in l. non ideo minus.col.penult. de accuſa. Alber.de Gandino in tract.de malefic.rubric. de homicid. col.7. Specul.in tit.de homicid.verſi.pone. Boniſac. de vitali in d.tract. de malefic.in rub.de inſultu.col.7.verſicu.ſed quid ſi in rixa plures &c. & in rubr.quid ſit accuſatio. verſic. ſed pone, quod orta rixa.Ioan.de Ana,& ibi Bologn.in addit. ad eum in conſil. 59. viſa inquiſitione. Angel.in tracta.de malefic.in gloſſ.Andream auxiliatorem verſi.quid autem ſi vnus,& verſic.ſeq.Alex.conſil.14.ponderatis &c.Gloſ.eſt ſimilis in cap. cupientes. §. cæterum.in verſi. qui culpabiles. de elect.in 6.ſing. reputata ſecundum Barba.in tract. de preſtan. cardinal. in quæſt.quinta ſecundæ partis col. pen. facit tex.in l.2.ff.de liber. & poſthu. Petr.de Anch. conſil.216.nos Bartholomeus,& Hipp.conſil. 24.munda cor.num. 8.& ſeq.& 34. & 39.nu. 46.& 43.nume.43.51.licet nedum. conſi.63.nu.
38 7.& 110.num.21.Dyn.conſil. 41.quæſt. 42.† propter tumultum quandoque crimen remanet inultum.cap.quoties.1.quæſtion.7.multa cõgerit cõterraneus meus & doctiſsimus licentiatus d.Iacob Bonaudi mihi grandi amicitia coniunctus,in addi.ad Ioan.de Terra rubea, in tracta.contra rebelles regum, articul. 9.tract.tertij verſic.quarto.non militat. & artic.10.verſic.an autem per diſpenſationem in
39 5.concluſ. Nã vt fere nil intactum in hac materia relinquã. facit gloſ. in cap. quieſcamus.42.diſtinct.cap.nolite.11. quæſt.3. & cap. non poteſt.23.quæſt.4. Panormit. & Felin. in cap.ſignificaſti.in 2.de homicid.Alber.in tractatu ſtatutor.quæſtion. 121. & quæſt. 174. in ſecunda parte.& quæſtion. 61. in tertia parte conſuluit Alexand.conſi.65.viſis proceſsibus. numero 5.in 2. volumi. & conſil.19.circa primum.col.2.in 7.volumi. per text.in l. in tempus.§.1.ff.de hæredi.inſtutuend.l.duo ſunt Titij.de teſta.tutel.l. ſi fuerit. & l.ſi quis. ff.de rebus dub.l.cum pluribus.de manu. teſta.l. ſciẽtiam.§.cum ſtramenta.ad l.Aquil. Iacob.Bolenc.in repetit.§.famoſos.l.capitalium.in 31.limitatione.ff.de.pen. Angel.in tracta.de.malefic.in gloſ.1.in fin.Iaſ.in l.iuſiurandum quid.§. fin.col.8.nume.23.ff. de iureiurand. in l. fin.9. requiſito ad inuentarium. C. de iure deliber. ſequitur magnificus D.meus & conciuis. D. Boer.in regula in obſcuris. de regul.iur.in 6. in additio ad Dinum.

40 † Idem eſt dicendum ſi plures in vna domo habitẽt,& vnus illorum proiecit lapidem quo interfecit hominem ,nec apparet quis, quia tunc nullus condemnabitur criminaliter,licet quantum ad penam irregularitatis omnes teneantur ſecundum Ioann.Fab.in l. quoniam.C.ad l.Iul.de vi.public.card.& Imo. in clem.vna de homicid.Bonifac.in d.tracta. de malefic.in rubr.quid ſit accuſatio.col. pen. Alex.conſil.50.viſis.col.3.vide Corſet. in priuile.pact.115.& Hip. rub.de proba.fol.47. col.
41 4. & l.1.nu.71.in 16.limit. ff.de ſicar. † Nec puto ponendum diferentiam ſi incendium oriatur in vna domo vbi plures familiæ morantur:puta vna ſuperius altera inferius: quia ſi neſcitur in qua parte habuerit initiũ propter incertitudinem nemo tenebitur ſecũdum Bal.dubitatiuè tamẽ in l.3. ff.de offic. præf.vigil.& in l.ſi creditor.C.de pigno.actio.Roma. conſil. 400.quem refert additio.ad Angel. in tracta.de malefic.in gloſ.in verſi.incendiario. ſequitur Alexand.conſi.50.viſis.in primo volumin.plus dicit Bald.in d.l.ſi creditor, quid ſi ignoretur an habuerit ortum à viatoribus de quorum factis hoſpes non tenetur.l. fin. §. caupo autem.ff.furti aduerſus nau.caupo. an à familia tunc propter incertitudinem non tenebitur hoſpes de damno dato per incendiũ.
42 ſequitur Thom.Ferra.cautel.36. † ponens cautelam pro hoſpitibus vt non teneantur de incendio quæ eſt talis : nam poſt incendium debent ſe probare vigiles & diligentes patresfam.quia iſta probatio omnem excludit culpam:aliàs contra ipſos à iure præſumptam. argu.l.non omnes.§.à Barbaris.ff. de re militar.l.argentum. commoda. Alex. d.conſil.50.viſis. & conſil.74. viſo tit.in ſexto volumin. Bald.in l.1.C.depo.Angel conſil. 297. incendiũ.Ioan.de Ana. conſil.71. Rauẽ. in alph. in ver.incendium.Alexand. & Iaſ. in l.domos.col. 2.ff.de legat. 1. & in l. ſi quis ex argentariis.§.fin.ff.de edend. & remiſsionem.

43 Idem intellige quando incertum eſt quis fuit principalis delinquens & quis fuerit auxiliator,tunc nemo poterit de auxilio puniri teſte Hip. ſingu.400. ſæpius. conſil.403.vide per Cepol.in tract.de ſeruit.in rub.de igne.in fin.& l.ſi quis fumo. ff ad l.Aquil.quomodo incendiarij puniantur,vide per Ioannem Berber. in Viatorio iuris.in rubr.de incendiariis.

& Bo

& Bonifacius de Vitali in dicto tractatu de
malefi.in rub. de incendiariis. & Angelus in
dicta gloſſ. incendiario.
44 Sic Prælatus poteſt probare pecuniam in
vtilitatem eccleſiæ verſam,quando res ipſius
eccleſiæ empta fuit : quod faciet ſi probet
eum, qui pecuniam recepit eſſe diligentiſſi-
mum, & non ſolitum expendere, niſi pro
vtilitate eccleſiæ. Nam ex præterito in præ-
ſens præſumemus.l.cum de indebito.§.1.ff.de
probationib.l.ſi qui adulterij. Cod.ad legem
Iuliam de adulter.l.non omnes.§.à Barbaris.
ff.de re milit.Angel.in §.hoc etiam.in auth.
de alienat.& emphyt.collat.9.
45 Supradicta intellige,videlicet propter incer
titudinem nullum puniendum,ſcilicet crimi
naliter, ſed pecuniariter omnes punientur.
per gloſ.in l.fin.ff.ad legem Corneliam de
ſicariis.glo.& ibi Hippoly.in cap.fi.23.quæſt.
vlti. quæ dicit aliud ſecundum leges, aliud
ſecundum canones, quia quo ad promotio-
nem propter incertitudinem delinquentis,
omnes repelluntur à promotione, & ſecun-
dum leges omnes ſunt abſoluendi : hoc ſic
intelligit Petr.de Ancha.conſi.216.in Chriſti
nomine,nos Bartholomeus &c.& illi conſi-
lio ſe ſubſcripſerunt Barthol. de Saliceto, &
Gaſpar de Calderinis Iurium doctores,& ita
apoſtillauit Oldra. vt Petr.refert, & omnes
legentes Doctores in hoc conuenerunt,licet
maior pars Aduocatorum malè intelligat
dictã gloſ.in l.fin.dum intelligunt omnes pu
niẽdos pœna legis Corneliæ de ſicariis. hanc
Petri doctrinam ſequitur Alexand.conſi.15.
viſo proceſſu.in 1.volu.& conſi.14.ponderatis
narratis.in 3.volu.& conſil.46.copioſè &c.in
4.volu.& conſi.2.in 7.lib.licet Barto.in di-
cta l.fi.aliter diſtinguat, vel ſecũdò poteſt in-
telligi glo.in d.l.fi.quãdo apparet omnes per-
cuſsiſſe, & non apparet quis vulnus letale
intulerit,nam tunc omnes condemnabuntur
ſecundum prædictam gloſ.ſecus quando eſt
vnicum vulnus,& ita intelligitur dicta gloſ.
in dicto §.ſi ſeruum plures.& in dicto cap.cu
pientes. & doctrina Petri cum in criminali-
bus probationes debeant eſſe luce meridia-
na clariores.l.fin. Cod.de probationib. & in
dictis criminibus non debemus vti mendi
catis ſuffragiis.l. ſinguli. de accuſationib. &
pœna non debet egredi ſuum auctorem.l.
ſancimus.de pœnis.& in pœnis mitiores ſunt
imponendæ.l.interpretatione.ff.de pœnis. &
ſanctius eſt dimittere nocẽtem impunitum,
quàm innocentem condemnare.l.abſentem.
ff.de pœnis.Felin.in cap.ſignificaſti.in ſecun-
do.de homicid. In Francia tamen vt ſuprà
dixi indigerẽt omnes gratia etiam data qua-
cunque incertitudine.
46 † Iuſtum erit tamen,vt omnes delinquen-
tes quæſtioni ſupponantur & torturæ,vt ſcia-
tur auctor delicti,ſecundum Ioannem Fabr.
in l.quoniam. Cod.ad legem Iuliam de vi
publica.
47 Et incipienda erit tortura ab illo, qui ſe-
mel tale delictum commiſit.regula, ſemel.de
regul.iuris. in ſexto. & iſtud eſt dictum ſin-
gulare,& aureis literis ſcribendum,atque vti-
litatis plenum. Salic.in l.fin.Cod.de quæſtio-
nib.refert Hippolyt.de Marſilis in l.1.nu.75.
48 ff.de quæſtionib. † Vide eum in practica
§.diligenter.nume.101.& l.1.§.Diuus. nu.40.
ff.ad leg.Cornel.de ſicar.
Notandum eſt tamen, quòd ſi quiſquam
confeſſus eſt ſe hominem occidiſſe & fuit ſu-
ſpenſus, ſi poſtea reperiatur ille qui verè fe-
cit non debet omitti, ſed etiam eſt ſuſpen-
dendus,nec propter alium liberatur,per text.
ſingularem in l.qui ſeruum.in princ.ff.de in-
terrogat.actio. ſecundum Iaſo.in l.error.col.
4.in princip.Cod.de iuris & facti ignoran.
Bald.in l.1.per illum textum Cod.quibus res
iudica. non nocet. cap.1.§.iniuria.de pace iu-
iurã.firman.Aluarot.in §.homicidium.eo.tit.
Idem tenet Hippol.in pract.§.opportunè.nu.
21. quia ſententia inter aliquos lata aliis non
præiudicat, vt ibi in d.l.1.& quia non fuit ſo-
lutum quod debebatur ſecundum Bald.ibi
Ioan. de Villemati.in repetit.l.Diuus.in fi.ff.
ad leg. Corneliam de ſicar.
49 Item niſi appareret quis eſſet inceptor ri-
xæ ; nam eo caſu ille ſolus eſſet puniendus.
Hippolyt.in ſua practic. §. conſtante. numer.
77.& l.vna.nume.79.Cod.de raptor. virgin.
per text.in l.quoniam multa.ibi, in eum qui
vim facere tentauit.ad l.Iuliam de vi public.
Bald.in l.1.col.6. verſicu.ſed quæro. Cod. de
ſeruis fugit.
50 Quid econuerſo quidam fuit grauiter vul-
neratus,ordinatũ fuit cũ conſanguineis vul-
nerati vt eum dicerent mortuũ vt ille vulne-
rans ſuſpendatur,quod & fuit factũ & vulne-
rans capite trũcatus nũc vulneratus reperitur
ſuperſtes, qua pœna venit puniendus cũ con
ſanguineis: & breuiter reſpondeo,quòd pœ-
na mortis.l.nihil.ff.ad legem Corne.de ſicar.
l.vtrum.ad leg. Pompe.de parricid. nam qui
cauſam damni dat, damnũ dediſſe videtur.l.
qui occidit.§.in hac.ad l.Aquil. & quia con-
ſpirationem fecerunt doloſè contra innocen
tem,vnde eſt mortuus, ideo pari pœna pu-
nientur : nam qui tulit falſum teſtimonium
in criminali, debet pœna mortis condem-
nari.l.1.ff.de ſicar.quem clamat ſingul. Bal.in
cap.1. §.iniuria. in fi.de pace iuramento fir-
man.Corſe.in ſingul. in ver. teſtis.in 2.inci-
piente, falſus. Barbat. in rubri.de iureiuran.
in clemen.Feli.in cap. ſicut.col.1.de teſtibus.
Alexand.conſi.55.in cauſa inquiſitionis. col.
1.in ſeptimo volu. Iaſon in §.item ſi quis po
ſtulante.colum.11.nume.65.inſtit.de actionib.
l.3.§.fin.ff.de iureiurando.& l.ſi duo.§.fin.illo
titu.& Iacobus Bolenc.in repetit.§. famoſos.
l.capitalium.ff.de pœnis.fol.26. & Dom.Bar-
thol.de Chaſſan.in conſuetud.Burgundiæ in
rub.*des Iuſtices*, in verbo, *& droict d'icelles*,
verſicu. item qui falſum. num. decimoquar-
to,& ſupradictam deciſionem ponit Bonifa-
cius de Vitali, in dicto tractatu de malefic.
in rub.



in rub.quid ſit accuſatio. verſic.ſed quid qui-
dam grauiter. & vide luminare Bailliuorum.
D.Io.Sanxon in conſuetud.Turonen. in rub.
*des amendes*. artic.1.

*Vulneratus an à vulnere præſumatur mortuus.*

51 Quid ſi vulneratus deceſſerit, an præſuma-
tur ex vulnere mortuus.Bar.in tracta. de per-
cuſsionibus.decidit,quòd ſi quis moriatur in-
tra longum tempus,& ſurrexerit cum baculo,
& ambulauerit, non præſumitur ex vulnere
mortuus. per illud quod habetur Exod.21.c.
& gloſ.refert in l.vna.C.de emend.ſer. vtpote
poſt octo menſes eſt mortuus, tunc non præ-
ſumitur ex vulnere mortuus.cap.præterea.de
cleric.percuſſ.aut intra breue tempus moritur
quod arbitrio iudicis relinquitur,& tunc præ-
ſumitur ex vulnere mortuus inſpiciẽdum eſt.
tamen an vulnus erat letale,vel non. ſecundũ
Alber. in tracta.ſtatut. in ſecunda parte.q.36.
Ioan.Berberi. in viato.iuris. rub.de homicid.
verſi.aduertendum.Angel.in tracta.malefic.in
gloſ.& ex interuallo.Alex.conſi.109.viſis.in 1.
vol.Floria.in l.ait lex.ff.ad leg Aquil. Iaſ.in l.
lecta.col.13.nu.20.ſi cer.pet.Villemati.in repet.
l.Diuus.circa fi.Soci.conſi.178.primo aſpectu.
in 2.lib.Hippoly.in l.1.§.ſi quis vltro.nu.77.ff.
de quæſtio.Bonifac.in dicto tracta.in rub.quid
ſit accuſatio.verſic.ſed quid quidam percuſsit.
Canoniſt.in c.presbyterum.& c.ad audientiã.
de homic.& c.2.de cler.percuſſ.vide Hippoly.
in pract.§.& quia.nu.16.& l.fi.nu.63.ff.de ſicar.
Cepo.conſi.41.col.7.Porc.§.præterea.verſ.lon
giori.inſtit.de rer.diuiſ.Bal.in pract.rub.de ex-
traor.quæſt.49.Soci.conſi.178.in 2.vol.Bolog.
conſi.5.Hipp.7.nu.12.Bal poſt lecturã inſtitut.
in conſi.vlt.& Boer.in deciſio.Burdeg.q.323.
52 Nota tamen vnam pulchram practicã pro
vulnerante & amicis ſuis,videlicet vt auctori-
tate curiæ faciant vulnera inſpici, & iudicari
per Chirurgos, qui ſi deponant vulnera non
tendere ad mortem,& poſtea moriatur vulne
ratus,præſumetur mortuus ex alia cauſa, puta
ex malo regimine, vel alio exceſſu quẽ com-
miſit,& ſic nõ tenebitur vulnerans de occiſo.
l.qui occidit. in fi. & ibi Flor. ad leg.Aquil.

*Practicæ notabilis.*

hanc practicam citat Pet.Iaco.in ſua practica.
in rub.de actio.legis Aquiliæ.verſi.item eſt no
tandum quod conſiderato.Bal.in l.1.vſufruct.
quemadmo.cauea. in §.rectè. per illum text.
53 † vbi dicitur,quod ſi conceditur vſusfructus
alicui,debet deſcribi qualis eſt,& in quo ſtatu
vt poſtea ſciatur ſi in eodem ſtatu reſtituatur
vel deterioratus. & in quo facit text.in l. non
ſolum.§.ſciendum.in fi.ff.de no. oper.nuncia.
54 † vbi dat conſilium Iuriſcon. pronunciante
nouum opus, & quando nũciat accipiat mo-
dulos & menſuram, quantum erat in opere
proceſſum tẽpore nunciationis, vt poſtea ſciri
poſsit, ſi ſit contra nunciationẽ ædificatum,
& inquantum ad hoc vt demoliatur, & ille
55 † tex.eſt multum nota.ſecundum Albe.ibi ad
locatores prædiorum & vinearum,vt faciant
in inſtrumento locationis deſcribere numerũ
arborum & alias qualitates,& faciant promit-
tere per conductorem in eodem ſtatu reddere
idem de locatoribus domorum,in quibus re-
linquuntur ſupellectilia, vel aliquæ res intra
domum:nam in inſtrumẽto bonum eſt quod
ponantur & eius qualitates, an ſint nouæ,an
vero veteres an conſumptæ vel non. & quo-
modo probetur conſumptio. Bart.l. quod ad
præſens. C.de murileg.lib.11. & l.qui ſub con-
ditione.ff.de condit.& demonſt.& melius per
doct.in addit.ad Ioan.de Anan.conſi.80.viſis.
Alex.conſi.45.habita. col.2.vol.1.
Item quando quis petit aliquam vineã, vel
aliam rem,& dubitat quod poſſeſſor deterio-
ret,debet eam facere æſtimari.l.Diuus.in prin.
ff.de petit.heredit.l.Iulianus.§.quãtum autem.
in fi.ff.ad exhiben.l.1.de æſtima.actio.l.ſi æſti-
matis.ſolu.matri. & hoc fiet officio iudicis.§.
quod ſi frumentum.inſtit.de rer.diuiſio.l.ſi re-
ſiduum.Cod.de diſtract.pigno.l.cum domini
horreorum. ff.loca. ſequitur Alber. in d.l.1.§.
56 rectè. vſusfruct. quemad. cauea.† Non obſtat
quod dicit Bart.in l.eleganter.§.qui reprobos.
ff.de pign.act.quod ſi executor iuſtitiæ eruat
malefactori oculum ſiniſtrum, qui erat con-
demnatus ad perdendum dextrum,tamẽ non
debet poſtea amittere oculum dextrũ,vel au-
rem dextram, ſi fuerit facta executio in ſini-
ſtra : quia ei eſſet impoſsibile remittere oculũ
perditum,vel aurem perditam,vt Chriſtus fe-
cit Malcho,vt habetur Ioan.6.cap. quia doctri
na Bart.intelligitur in vno in quem ſententia
57 erat mandata executioni, licet malè, † ſed l.
qui ſeruũ. ſuprà diſcuſſa loquitur in duobus,
& ideo quia aliqua executio non erat facta
contra ſecundum,qui verè cõmiſerat crimen,
ideo debet fieri ſecus in ſecundo caſu. Barto.
vbi erat facta,licet non bene,quod bene notes
in practica : quia ſæpius euenit facto ſpicula-
toris,& iſtud cõfirmatur per l.non ad ea.ff.de
condit.& demon.vbi ſi teſtator leget, ſecundo
vni & eidem perſonæ ſub cõmemoratione pri
mi legati,videtur adimere primum legatum,
ſecus ſi duobus.l.ſicut.& ibi glo.ff.de adimen.
lega.Bart.& alij in l.re coniuncti. in 2.oppo.ff.
de lega.3. & ſequuntur docto.in l.ſi pluribus.
ff.de legat.1.& in l.ſi fortidianum.C.de legat.
Item faciendo quis ſecundam ſtipulationem
in eadem perſona ſub commemoratione pri-
mæ,à prima videtur in totum recedere.l.obli
gationum fere.§.fi.ff.de actio.& obli.ſed ſi fiat
ſecunda ſtipulatio,in alia diuerſa perſona non
receditur in totum à prima ipſo iure, ſed ope
exceptionis: nam ſi ſeruus duorum domino-
rum ſtipuletur primo domino, & ſi intra cer-
tum tempus non detur, primo ſtipuletur, ſe-
cundo prima ſtipulatio non tollitur, niſi ope
exceptionis.l.1.§.fin.ff.de ſtipul.ſeruo. ſequitur
Iaſon in d.l.re coniuncti. col.7.nu.28. Sed in
caſuiſto impoſsibile eſſe recedere à prima exe
cutione, ergo &c. & ibi not.l.ſingularia.ff.ſi
certum peta.
58 Vltra prædicta not.quòd ſi quis confiteatur
ſe hominem occidiſſe, & homo reperitur
mortuus, ſed apparet quod ille confitens non
hoc fecit, tamen ex ſua cõfeſsione venit dam-

nandus.l.ſi is cum quo.ff.de confeſſ. quod intellige ciuiliter non verò criminaliter, vt no. Iaſ. in l. error. col.4. nu. 13. C.de iuris & facti igno.& Iaſ.in l.iuſiurandum quod ex conuentione.§.fi.nu. 20.col.7.ff.de iureiur.cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum.l. liber. homo.ff.ad leg. Aquil.

Tertiò facit tex.in l. magis puto.§.ſi æs alienum. ff.de rub. cor. qui ſub tute. vbi ſi tutores allegent æs alienum interueniſſe, prætor non debet interponere decretum, & alienationem rerum pupilli permittere, niſi probatum fuerit æs alienum verè interueniſſe.

Quartò facit l.1. ibi, nec dicere ſufficit de vent.in poſſeſ.mitten.

Quintò facit l. Diuus. de teſta. milit. vbi ſi miles fecerit teſtamentum iure militari, prius conſtare debet eum eſſe militem, hoc probat tex.in §.plane.illo tit.Inſtit.

Sextò facit tex.in l. diuus Claudius. libertũ qui probatus fuerit &c.ff.de iure patro.

Septimò facit text. in l.pen.§. docere autem quis debet per hanc exemptionem factum quo minus in ius produceretur.ff.ne quis eum qui in ius voca.eſt vi eximat.

Octauò incongruè non adducitur tex. in l. 2.ff. de fer. ibi excuſationes allegentur ætates probentur.

Nonò adducitur tex. in l. qui ſe dicit ſuis nummis redemptum & probat.ff. de iudic. & l.ſi quis ex aliena.Ibi allegatur,& ſupplet. Albe. & probatur illo tit.l.1.§.quinimo.ff. ſi pars hæred peta.

Decimò non omittetur tex. in l.ſi prætor.§. Marcellus. ibi. allegauerit, & liquidò fuerit probatum.de iudic.

Vndecimò poteſt adduci tex. iuncta glo. in l.1.ff. de dolo. vbi infit tex. quæ dolo malo facta eſſe dicentur, & erunt facta dicit glo.

Duodecimò ſequetur text.in l.fi.ibi oſtẽdi. in fi.de tributo.actio.

Decimotertiò bene facit tex. in l.1. ſi quadru.paupe.feciſſe dic.& probetur dicit gl.ibi.

Decimoquartò belliſsimè adducitur tex. in l.admonendi.ibi, ſi quis ſe noua inſtrumenta inueniſſe dicat, & probet. dicunt docto. ff. de iureiur.

Decimoquintò facit l. etiam. ibi, probare poſsit.ff. de minor.

Decimoſextò facit l.quotiens operæ. quòd ſi à liberto petuntur probationes,ab eo qui ſe patronũ dicit exiguntur.ff. de prob.& §. quoties.in eadem lege.

Decimoſeptimò rectè adducetur tex. in l. ſi priuſquam. ibi, egiſſet & probaſſet, dicit gloſ.de noui. oper. nunciatio.& ibi Iaſ.col.8. nume.27.

Decimooctauò facit l.ne quid. de incend. vbi ſi patientes naufragium conqueruntur de rebus raptis, quicquid probauerint ſubreptum eſſe ab eis reſtituatur in quadruplum. l.illud. §.fin.ff.de manumiſ. vindic. Vbi Boerius in addit.ad Benedic.de Plumbino. facit l. Diuus.de re iudic.

Decimononò veniat tex. in l.1.§.ſi quis dicatur.iuncto ver.conſtiterit.de quæſtio.

Vicesimo facit l.vnius.§.in ea cauſa. ibi, vt id quod intendat comprobet illo titulo,& ibi hoc ponderat Hippoly.de Marſil.

Vicesimoprimò pro materia adducitur tex. in l.prætor.in princ.ibi, ſi quid damni eſſe factum dicetur.iuncto ver.ibi,ſi quis ſe vim paſſum docere poſsit.ff.vi bono.rapt.

Vicesimoſecundò rectè ponderatur tex.in l. ei cuius appellatio nõ recipitur,ſufficit ſi poſſit dicere appellationem ſuam non eſſe receptam,quod quacunque ratione doceat,admittetur eius appellatio.ff.de appel.reci.l.Lucius. in fi.ibi,quę ſcelere acquiſita probari poſſunt. ff.de iure fiſci.Hippo.l.is qui cum telo.nu.46. C.de ſicar.& ordi.reg. Caroli 7.artic.56. vbi prohibetur allegare ſe literas habere, niſi incontinenti probet.

Viceſimotertiò facit l.ſi qui adulterij.ibi,nõ deberi credi quod allegatur, niſi probetur ſubaudiunt doct.Cod.de adult.

Viceſimoquartò facit text.in l.Doce ancillam.de qua ſupplicas dotalem fuiſſe. Cod.de rei vendic.

Viceſimoquintò non omittetur text.in l.1. Cod.de eden. vbi dicit,ipſe diſpice, quemadmodum pecuniam quam te depoſuiſſe dicis deberi tibi probes.

Viceſimoſextò adduco tex.in l.2.quod metus cau.ibi,niſi te vim paſſum dicas in ſoluendo,& fidem iudici facias, dicit gloſ. & facit l. metum.illo tit.

Viceſimoſeptimò facit l.vna.C.de manda. princip.vbi non eſt cuiquam credendum, niſi quod ſcriptis probauerit.

Viceſimo octauò facit l.ſororem.ibi,probari poſſe confidis.C.eo.de his quib.vt indig.

Viceſimononò pulchrè facit text.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit.ibi, probabiliter allegent.exponũt doct.id eſt, allegando probẽt.

Trigeſimò facit tex.in c.cum in iure.& ibi Panor. & alij de offic.deleg.vbi non creditur aliquem eſſe delegatum, niſi probet.

Trigeſimoprimò pro hac materia eſt text. in c.cum ex officij. ibi, obiicere voluerint,& probare. de præſcrip.

Trigeſimoſecũdo adducitur text.in c.cum ſuper.ibi,propoſitum & oſtenſum.de re iudic.

Trigeſimotertiò c.ſuborta. ibi, obiiceret & probaret.eo.tit.

Trigeſimoquartò text.& gloſ.in c.ſuper eo. in 1.in fi. de appel.c.dilectus. & ibi conſtiterit. de præben.& ponderat Feder.conſi.209.col.6. c.quod.& c.à nobis.& c.quibuſdam.de fideiuſ.

Trigeſimoquintò in c.cum ſuper. ibi, licet tuam receptionem factam contra Lateranen. concilium pars aduerſa proponat, quia tamẽ probatum non extitit.de conceſ.præb,

Trigeſimoſextò belliſsimè facit text. in c.1. ibi, aliquid rationabiliter obiectum fuerit & oſtenſum.de his quæ fiunt à maio.parte cap.

Trigeſimoſeptimò facit c.ſi.§.quia vero, de ſucceſſ.ab inteſta.

Trigeſimo



Trigeſimooctauò non omitto tex. iuncta gl.in c.cum contingat.in ver.noualiũ. de dec.

Trigeſimononò facit c.dudum.ibi titulum quem allegauit probaret eo tit.

Quadrageſimò ſequetur text.in c.ſicut. de ſent.excom.vbi ſemel excõmunicatus, ſemper eſt vitandus, niſi probet ſe abſolutum.c.propoſuit.de cler.excom.miniſtr. vide tex.c.ſi conſtiterit.de accu.Item non ſufficit allegare, niſi probetur & qualitas. Fely.c.ex tranſmiſſa.in prin.de præſcri.tex.l.ædem.ibi dicis,& probauerit. C.loca.gloſ.verbo, inquirant.de pacifi. poſſeſſ.in prag.l.omnibus.ibi, debere apparuerit.C.de vectig.& commiſ.in c.fi.ibi dummodo de præmiſſa fraude appareat. de renunc.in 6.c.ſi contra vnum. de offic.deleg.eo.lib.c.1. ibi quod aſſerit comprobabit.de reſtit.ſpoliat. eo.lib.tex.c.cum perſonæ. de priuileg. eo.lib. Barba.conſi.62.in 1.vol.& 17. col.2.in 2.vol.& conſi.35.col.4.in 2.vol.& 57.col.9.eod.volu.& 70.col.6.in eo.vol.& 56.col.3.in 3.volu.& 76. col.3.in 3.vol.& 88.col.7.in 3.volu.& 17.nu.12. in 4.vol. & 82.col.2.eo.vol.

Quadrageſimoprimò facit text. melior de iure in c.non eſt conſuetudo,quam allegat Epiſcopus,reprobanda, & probat.dicit gloſ.de conſuetu.in 6.ſecundum Anto. de Burgos in c.cum dilecti.col.10.de empt.& vendit.& Barbat.in tracta.de præſtan. Cardina.in 2.quæſt. ſecundæ partis.

Quadrageſimoſecundò poteſt adduci text. in c.fi.ibi, aſſerunt.iuncto verſic.niſi euidenter docuerint.de reſtit.ſpol.lib.6.

Quadrageſimotertiò non omitto text.in c. 1.ibi, allegare oportet præſcriptionis titulum, & probare.de præſcrip.eo.lib.

Quadrageſimoquartò allegatur tex.in c.appellatio quam in ſcriptis iudici, à quo appellare volebas,te porrexiſſe proponis, & probas. ſupplet glo.de appel.eo.lib.6.

Quadrageſimoquintò c.ſi à iudice.ibi,quod tibi proponis illatum,ſi de ipſo docueris.e.tit.

Quadrageſimoſextò facit tex.iuncta glo.in cle.vna.de reſtit.in integ.vbi eccleſia reſtituenda eſt in tempore, quo ſe læſam affirmat & probat.

Quadrageſimoſeptimò iudex iudicat ſecundum allegata & probata.in l.illicitas.§.veritas. ff.de offi.præſi.docto. latè in c.1.de offi.ordin. Lucas de Penna in l.quicunque.col.3.cũ ſeq. C.de tabular.lib.10.& l.fi.col.2.de agric.lib.11. Iaſ.in §.ſi minus.col.3.inſtit.de actio.

Quadrageſimooctauò facit, nam viri boni tacent quæ probare non poſſunt.c.plerunque. 2.quæſt.7.

Quadrageſimononò facit quod dicit Bart. in l.Diuus.ff.de teſta.mili.ad ſtatutum dicens, quòd ciuitas teneatur emẽdare damnum datum ſcholaribus ſtudentibus: nam prius debet conſtare de damno: quia quando quis comparet vt talis, debet ſe probare talem.l.non ignorat.C.qui accu.non poſſ.ſequitur Marc.Anto. Bauer.in §.planè.in prin.de teſta.mili.inſtit.vide Alber.Bru.tracta.ſtatuto. verbo, damnum.

fo.78.Hippol. l.qui falſam.nume.45.ff.de fal.
Curt.conſi.67.nu.58.& in ordi.Caro.7.art.10.
vbi prohibet allegare attentata niſi probetur.
59 Quinquageſimò & vltimò pro nunc facit ad
deciſionem quæſtionis quam citat Alex.in l.
ſi priuſquam.ff.de noui oper.nun.quòd ſi ſta-
tutum dicat ſtari allegationi alicuius, debet
intelligi & probationi. ponit Do. in dicto c.
non eſt.& Barba.vbi ſuprà,& in c.Raynaldus.
col.74.de teſta.c.quæ in eccleſiarũ.de conſtit.
c.2.nu.8.de reſcrip.Item qui promiſit indicare
furẽ,intelligitur & apprehendere.tex.l.ſi barſa
torem.C.de fideiuſſ.l.ſolet.ff.de præſcrip.verb.
& vide quæ addidi ad d l.ſi barſatorem. Iaſ.l.
ſi priuſquam.col.8.nu.27.ff.de noui ope.nunt.
60 & in pract.ſuper ſtil.Bitur. rub.1.arti.c.1. † Itẽ
ſi ſtatutũ dat præmium accuſanti, intelligitur
ſi probauerit in accuſatione contenta eſſe ve-
ra. gloſ.in l.1.C. ex quib.cau. ſer. pro præmio
liber.accip. ſequitur Alexan.conſi.72. videtur
prima conſideratione.col.2.in 3.vol. & conſil.
78. viſo & diligenter &c. col. pen.in 5. lib. vbi
plus addit, quod ſi quis petat ſecuritatem pro-
61 pter minas, oportet minas probare † Item ſi
vxor petit cautionem propter ſæuitiam viri,
debet eam probare. idem Alex. conſil. 47. in
62 cauſa & lite.col.1.in 6.vol.† Et hoc ſæpius al-
legaui coram conſeruatoribus ſcholariũ.nam
ſi negantur eſſe ſcholares debent ſe probare ta-
les per d.l. non ignorat.C.qui accuſa.non poſ.
63 † ratio videtur quia multotiens dicitur, quod
verum non eſt l. cum quidam.§.quod dicitur.
& §.fin.ff. de acqui.hered. & prima facie quis
videtur idoneus & non eſt.l.argentum.ff.com-
moda.l.ſcire.§.ſcire.ff.de excu.tuto.Item mul-
ta creduntur eſſe vera quæ non ſunt, multi re-
putantur boni, vel docti, ſapientes, & tamen
ſunt furioſi,fatui, ignari, & parum valentes.l.
is qui.§.Diuus.ff.de tutor. & curat. dat.ab his.
& aliquando quid videtur eſſe quod non eſt.
l.Fulcinius.§.ſi quis.ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ.
eat. nec omnia quæ dicuntur ſunt credenda,
niſi probentur.c.fin.30. quæſt.vlti. & miranda
canunt aliqui, ſed non credenda, ſicut Poetæ:
vt dicit Cato,& Barbatię attribuitur per Ioan.
de Neuiſa. in ſilua nuptia. in illa q.an ſit te-
nenda communis opinio, & breuiter quando
oportet,vt conſtet non ſufficit allegare Feli.in
c.ſi clericus laicum.col.2.de foro compe. alle-
gat gloſ. auream in c. non eſt. de conſue.in 6.
64 Item † multa dicuntur quæ non fiunt.l.ſcien-
dum.§.dictum.in fi.ff.de ædil.edi. Dec.cõſil.11.
Item multa tractãtur quę non veniunt ad con-
cluſionem,nec ad finalem effectum.l.ſi ex cau
ſa.§.nunc videndum.in fi.ff.de minorib.l.ele-
ganter.in prin.ff.de cõdit.indeb.l.ſi voluntate.
C.de reſcin.vend.c.dudum.de reb.eccl.nõn a-
lie.in 6.Bal.l.multum. col.2.C.ſi quis alte.vel
ſibi.Bal.l.vna.in fi.de monop.Matth.de Afflic.
tracta.de iure Protomiſcos.§.prohibemus.no.
9.& Feli.in cap.cum dilectus.not.5.de accuſa.
65 Limita primò regulam non procedere in
his quæ reſpiciunt modum procedendi. nam
ſi allegetur crimen cõmiſſum per aliquem in

Imperatorem vel regem non recognoſcentem
ſuperiorem poteſt procedi per inquiſitionem
ſummariè & de plano, licet non probetur per
tex.in extra.ad reprimendum in ver.aſſerat: &
ibi Bar.quomod.in læſæ maieſta.crimi.ſit pro-
cedendum.gloſ.ordinaria in clem. fin.in verb.
vſuris. de iudic.ſecundum Pau.in l.cum puel-
la.§.fin.ff.de iuriſ.omn.iudic.per illum tex.ibi,
& ſequuntur ibi docto.Secus in his quæ reſpi-
ciunt ſententiam quia tunc opus eſt probare.
& ita intelliguntur illa quinquaginta ſupra al-
legata vel maior pars, & ratio eſt:quia quo ad
procedendũ ſummariè & de plano modicum
eſt pręiudicium,imò fere nullum quia ſemper
veritas indagatur.l.2.C.de edend. & ideo non
curatur de probatione, ſecus quando eſt præ-
iudicium, vt in ſententia.
66 Idem dic ad hoc vt iudicium inchoetur tan-
quam coram competenti:quia in libello ſuffi-
cit allegare qualitatem tribuentem iuriſditio-
nem,etiam ſi non ſit vera,dummodo non cõ-
ſtet quòd non ſit vera,ſecundum Bar.& alios
in l.2. ff. ſi quis in ius voca. non ierit.d.l. cum
quædam.in l.præſcriptione.C.ſi contra ius vel
vtilita.public.Panor.& Feli.in c.ſi clericus lai-
cum.col.2.de foro competen.Feli.in c. afferte.
de præſumpt.Aufred.in deciſio.capella. Tho-
loſ.quæſt.210.Bar.in l.in offerendis.& l.fin.§.fi.
C.de appellat.& in l.qui tabulas. & ibi Angel.
ff.de fur.limita niſi illa qualitas allegaretur in
fraudem, ſecundum Ange.in l.ampliorem.in
princ.C.de appel.ſequitur Alex.in l.pen.§.fin.
de iuriſd.omn.iudic.dummodo cõſtaret de il-
la fraude quia malitiis hominum eſt obuian-
dum.l.in fundo.ff.de rei vendica.c.ſedes. de re-
ſcrip.Hippo. multa adducit in ſing.177. Ta-
men ſi poſtea in proceſſu iudex reperiat veri-
tatem,aliter ſe habere abſoluet reum conuen-
tum, & actorem in expenſis cõdemnabit.§.&
iudicare. & ibi gloſ.in auth.de defen.ciuit.col.
3.ſequitur Iaſon in d.l.pen.§.fi. & in l.2.ſi quis
in ius voca.non ierit. & l.præſcriptione. C.ſi
contra ius.
67 Secundò limita quando cũ allegatione pręſ-
ſumptio iuris concurreret, tunc alia non re-
quiritur probatio,cum præſumptio ſit euidens
probatio.l.licet.ff.de leg.1.gloſ.ſing.in l.ſi tutor.
C.de peric.tuto.l.tutela.de integ. reſtit.minor.
vnde ſi dominium de præterito fuerit proba-
tum cum poſſeſsione, & de præſenti conten-
tione orta allegẽ me dominum, ſufficit etiam
ſine probatione:quia habeo præſumptionem
quod qui olim erat dominus, nunc pręſumi-
tur.l.ſiue poſsidetis.C.de proba.gloſ.ſing. in l.
certum.§.1.de confeſ.ſecundum Alex.conſ.34.
conſultus.in quarto vol.& conſi. 171. in cauſa
in 6.volu.ſequuntur Bart.& alij, in l.illa ſtipu-
latione ſi calendis.col.fin.ff.de verb.oblig. tex.
in l.ab ea.ff.de proba.l.omnes.§.Lucius.quę in
68 fraudem credito. c. bona fides.depoſit. † vt ſi
opponatur quod filiusfam. eſt in poteſtate,&
ſic non poteſt agere ſine conſenſu patris, in l.
fin.§.neceſsitate.C.de bo.quæ lib.non oportet
probare quia præſumitur in poteſtate, poſt-
quàm eſt filiusfam. ſequitur Panor. c. cum ad
ſedem.de reſtit.ſpolia.c.olim. in 1.col.5.illo tit.
& Hippoly. in l.ſi quis ne.nu.59.ff.de quæſtio.
69 † idem in bona fide quam ſufficit allegare
regulariter.Bal.in l.ſuper.col.3. Cod.de longi
tempo.præſcri.Felin.in c.cum ordinem.col.6.
cum multis ſeq.de reſcri.c.afferte. de præſum.
Bal.in repet.l.Celſus.col.31.ff.de vſucap. & ibi
70 alij docto. † Idem dic in tit. quod intellige
in præſcriptione tanti temporis, cuius memo-
ria non ſit in contrarium,ſecundum gloſ.in l.
ſeruitutes.in 4.ff.de ſeruitut. quam approbant
ibi doct.& Cepol.in tracta.de ſeruit.vrb. præ-
dio.c.19.Socin.in tracta.fallent. in regula 373.
& Ant.de Tremolis.in addit.ad Vbertum de
Bonacurſo.in rub.de peremp.act. in ver.præ-
ſcriptiones.fo.70.col.2.& ſequitur Feli.in c.de
quarta.col.pen.de præſcript.Ioan.Franciſ.Bal.
in tract.præſcrip.in ſecunda parte quartæ par-
tis.quæſt.1.vbi hoc limitat.vide ibi, & auth.de
burg.c.cum dilecti.col.10.gl.1.de emp. & ven.
71 Tertiò,limita in notario ſcribente ſententiæ
inſtrumentum non ſimpliciter recitando,ſed
per ſe exprimendo quemlibet actum,quomo-
do, à quibus,vbi & quibus pręſentibus factus
eſt,& referat omnia in ſui præſentia eſſe facta,
& in ſubſcriptione atteſtetur omnibus & ſin-
gulis interfuiſſe:nam allegata in tali inſtrumẽ-
to non ſunt aliàs probanda.Hoſtien.Anto.de
Butr.Imol.Panor.& Dec.in c. quoniam con-
tra.de proba. Spec.in titu.de ſententia.in §. vt
autem.verſic.& nota Bald.in l.iuriſiurandi. in
fin.C.de teſti.refert Hippol. in l.1.§.ſi quis du-
bitetur. in prima limitat.ff.de quæſt.quod in-
tellige quo ad ipſas partes, non quo ad alios.
ſecundum Card.in c. fin. de fide inſtru.Paul.
& Ioan.Mariæ in d.authen.ſi quis.quia inſtru
mentum eſt probatio probata, vide plenè Al-
ber.Brunum tract.de for.& Sali.rub.de prob.
& præſump.fo.88.col.2.& ſeq.
72 Quartò limita.in ſententia quæ cõtinet hæc
verba viſis,libello,citatione &c.nam illi allega
tioni ſtatur abſque alia probatione, & hoc
quando fuit lata pręſentibus partibus & tacen
tibus, ſecundum Specu.in tit. de inſtru.edit.§.
reſtat.verſic.ſed cum etiam iudex.& in titu.de
ſenten.§.vt autem.verſi.& not.& §.quoniam.
verſi.in ſumma.Bar.& alios in auth.ſi quis in
aliquo. in fi.C.de eden.l.1.C.de rela.l.acta.in
princ. ff.de re iudic. l.fin.quando appel.ſit.Pa-
nor.& alij in d.c.quoniam.& Panor.conſi.92.
incipiente,contra ſententiam.in 2.dubio. in 1.
volu. vbi dicit iſtam opinionem eſſe iuri &
æquitati conſonam: quia poſtquàm pars erat
præſens,& non appellauit, præſumuntur om-
nia rectè & ritè eſſe geſta, ſecundum eum, &
Bal.& Salic.in l.emancipatione.C.de fide in-
ſtru.Lanfranc.c.quoniam. verb. inſtrumento-
rum.col.8.verſi.quæro vtrum.de proba.Alber.
Brunus tract.de for.& Soci.fo.88.col.2. Hipp.
in practi.§.quoniã.nu.59.Corn.cõſi.17.in hac.
col.2.in 1.vol.litera C.Card.cõſi.72.Titius.in
fi.Imo.in c.cõquerente.de offi.ord.Barb.& alij
in cle.1.de prob.& in c.cũ in iure.de off.deleg.
Quinto



73 Quintò limita in Papa cui creditur,quando
aliquid aſſertiuè dicit in c.ſi Papa.de priuileg.
in 6.in cle.1.de probat.in c.cum à nobis. de te-
ſtib.Pet.de Ancha.conſi.302.viſo diligenter.li-
cet illa clem. ſit correcta in regno Franciæ, in
quo non creditur verbis narratiuis Papæ in
præiudicium alicuius, etiam ſi ſuper illis fun-
daretur intẽtio Papæ,vt habetur in concorda.
in rub.de ſubla. clem.literis.de proba.
74 Sextò limita in Cardinali propter perſonæ
excellentiam in c. nobiliſsimus.97.diſt. quod
intellige quo ad iuriſditionẽ, non quo ad alia,
ſecundum D.de Rota in deciſ.d.214. in antiq.
& legato, niſi in partis pręiudicium. Lappus
allega.15.Idem eſt dicere.& 33.an frater minor.
Feli.in c.cum in iure.col.3.& 5.de offic.deleg.
vide Barba.in tracta.de præſtan. cardinal.in 1.
q.Baſilica ſecundæ partis. col.2.& Iaſ.plenè in
repet.ſolenni l.admonendi.col.70.ff.de iureiu.
docto.in l.1.C.de manda.princ. & Ioan.Mariæ
in dicta authen.ſi quis.col.fi.hoc eſſe potius de
conſuetudine, quàm de iure aſſerit.
75 Septimò limita in decreto iudicis, in quo
ſolennitates præſumuntur interueniſſe, licet
non probentur.gloſ.ſing.in l.1.C.de fide inſtr.
& iure haſtæ fiſca.lib.11.ſecundum Bal.in c.in
præſentia.col.2.de probat.& illam glo.auream
dicit Ange.in l.ſicut.§.non videtur.ff.quib.mo
dis pign.vel hypothe.ſol.Bald.in l.1.ff.de rebus
cor.& not.Tho. Ferra.cautela 60.gloſ. tamen
eſt ſimilis in l.Imperatores.in gl.fi.de priuileg.
credit.vide Bald.in c.vnico.col.3.in princ. qui
feu.dare poſſ. Areti. conſil.69.incip.viſo pun-
cto &c.Rebuffi & alios in l.1.de decre. decur.
ſiue decre.non alienan.lib.11.Cepo.cautel.180.
Alex.cõſi.80.viſis themate.& 92.viſo & opor-
tune.in 5.vol.Dec.in conſi.341.col.5.viſo pun-
cto.& Ioan.Mariæ in dicta authen. ſi quis. niſi
76 † breuitas temporis iudicem demonſtraret
non potuiſſe cuncta rimari, quæ atteſtatur in
decreto,ſecundum Ange.in l.prolatam. Cod.
de ſent. & Do. in c.ponderet.50.diſt.Iaſ.in l.2.
Cod.de eden. vel ſi illa verba eſſent per nota-
rium in actis redacta, aliàs non probarent, ſe-
cundum Dec.in dicto c.quoniam.
77 Octauò fallit in legiſlatore aliquid allegan-
te,nam tali allegationi ſine probatione ſtatur,
ſecundum Bar.in l.admonendi.col.2.ff.de iu-
reiur.per tex.& gloſ.ibi gloſ.ſimilis in §.ſed &
quod principi.inſtit.de iure natur.in ver.regia.
& in §. libertinorum. in ver. altercationes. de
lib.l.fi.C.de vſufru.l.vt liberis.C.de colla.in gl.
magna.gloſ.in §.quoniã verò.in auth.de teſti.
col.7.Ange.in fi.inſtit.de leg.parẽ.tut.& Aret.
c.2.col.5.de proba.c.cũ dilecti.col.10.de empt.
78 Idem dicerẽ † in doctore: nam ſufficit ei al-
legare legem, licet non probet alio modo iu-
ſtam,vel iniuſtã. Idem de Theologo dicerem,
cui ſufficit citare dictũ Pauli ſine alia proba-
tione, & idem in medico, allegante auctori-
tatem Galeni,aut Auicennæ.
79 Nonò limita in allegante rem notoriã:quia
notorium releuat aſſerentẽ ab onere proban-
di,ſed non proponendi. gloſ.ſingul.in cle. ap-
pellanti.de appel.Bald.in l.cum fratrem.C. de
his quib.vt indig.Do.& Philip.in c.1.de appel.
in 6.l.ſi adulteriũ.§.idem Pollioni.ff.de adult.
& illam glo.in cle.appellanti.dicit ſing.Barba.
in c.1.col.15.de offic.ordin.c.2.de libel.oblat.c.
ex literis.de probat.c.cum ordinem. col.7.de
reſcrip.c.peruenit.de emp.c.pen.de teſta.& idẽ
Barba.in c.cum R.canonicus.in 2.not.de offi.
deleg.& c.ſi duobus.2.col. de appel. & in rub.
de reb.eccl.non alien.in 3.q.Feli. in c. cum di-
lecta.col.16.de reſcript.verſi.amplia.decimo.c.
ex tenore.de teſtib.Iaſ. in l.2.ſi quis in ius vo-
cat.non ier.in l.ſi verò.col.3.ff.qui ſatiſda. cog.
& l.cum quid.col.penul.de reb.cred.Bonus de
Curtili in tract. nobilitatis in 4.parte.col.8. Et
80 ideo reſpondeo ſufficere ruſtico † allegare fe
rias meſsium, & non probet,aliter meſſes eſſe
cùm ſit notorium.
81 Limita non procedere in notorio iuris,quod
etiam non venit allegandum, & iudex pote-
rit ſecundum illud notorium iuris iudicare e-
tiam non allegatum.Innoc.in c.Raynutius.de
teſta.tex.in c.peruenit.de empt.inde dicit Bal.
82 in l.1.Cod.vt quæ deſunt aduo.quòd † iudex
poteſt iudicare ſecundum ſtatuta, vel conſue-
tudines ciuitatis non allegatas, cùm dicatur
ius cõmune notorium ipſius ciuitatis. refert
Benedict.in dicto c.Raynutius.in verbo, mor-
tuo.in 2.nu.88.de teſta. idem quando notoriũ
eſt locum non eſſe tutum,per gloſ.not.in cle.
paſtoralis.in ver.notorio. de re iudic. ſequitur
ibi Imo.& Panor.in c.ex parte.in 1.de appel.
83 Secundò fallit in notorio quod conſtat ex
actis, quod non oportet allegare. Anto.in c.
veſtra.& ibi Cald.de cohab.cler.in c.afferte. &
ibi Felin.de præſump.& in c.ſi clericus laicũ.
col.2.de foro compe.gloſ.ſing.in l.vbi pactũ.
C.de tranſact.ſecundum Bal.in marga. in ver.
iudex.in 30.q.& Lanfranc.in repet.c.quoniam
contra.in ver.confeſsiones.col.9.de proba.vi-
de Ioan.Franciſ.Bald.in tracta.præſcrip.in pri-
ma parte quæſt.8.col.11.
84 Tertiò quando aduerſarius non negaret il-
lam allegationẽ, quia tunc ſufficeret allegare.
Anto.c.ſi clericus.de foro compet. & ibi Bar-
bat.conſi.56.à Ioue.col.3.in 3.vol. alias limita-
tiones, ad iſtam regulam vide per Dec.in c.
quoniã.de probat.& Hippol.in l.1.§.ſi quis di-
catur.ff.de quæſtio.ſed bene nota hæc,quia nõ
ita bene cumulata & diſcuſſa alibi reperies.
85 Quartò not.ibi villam ſuam, quòd metus la
86 tronum inducit iuſtam fugã in villam,† quid *Quid ſit villa.*
ſit villa, declarat glo.in l.diuortio.§.impendia.
ff.ſolu.matr.& gl.in §.1.Inſtit.de rer.diuiſ.& eſt
locus ruralis,ſeu ædificium ſine muris: nos ta-
men in Francia villam appellamus ciuitatẽ,
vt dicit Barto.in extrauag. qui ſint rebelles.in
ver.Lombardiæ.& per hoc infertur declaratio
ad verba concordat.dicentis in §.ſancimus. de
87 elect. † quod villæ muratæ non debent con-
ferri,niſi nominatis aut graduatis ſimplicibus,
vel ſaltem qui ſtuduerint per triennium in al
tero iurium,nam ibi villa murata capitur pro
loco populoſo,vt not.gl.in pragma.ſanctio.in
B 3

tit.de collat.in §.in eccleſiis.in ver.villis.& illæ
villæ muratæ debent conferri graduatis, vel
ſaltem qui ſtuduerint per trienniũ, ſiue vacent
in menſibus deputatis graduatis, ſiue quolibet
tempore, cùm ille §.veniat addendo ad ſupra-
dicta, ita fuit conſultum Tholoſæ, & per mul-
tas alias rationes, & iura, & deciſum arreſto
dominorum, quod eſt bene notandum.

*Villæ muratæ non niſi graduatis conferendæ.*

88 Et nota quod in villis aut caſtris non debent
legi iura, ſed in ciuitatibus, ne iura peruertan-
tur, & adulterentur ob defectum peritorum.§.
hæc autem tria. in proœmio Digeſt. Iaco. de
Belviſu in pract.in princ.col.2.
89 Fallit in Montepeſſulano propter inclitam
eius nobilitatem, vt dicit D.meus & conciuis
D.Boerius in addit.ad Din. in proœ. reg. 6.in
addit.fi.ſequitur Celſus Hugo in addit.ad pa-
truum meum in l.fi.de excu.artifi.Panor.in c.
tuæ.de cler.non reſid.vide Chaſſan.in vlt.part.
Catalog.in 6.conſider.& à tempore cuius ini-
tij memoria nõ eſt in contrarium fuere.ſem-
per not.& doctiſsimi viri quos refero in epi-
ſtola ad arborem feud. ad D. Boer. emiſſa, &
vltra illos habemus nũc in canonico duo ma
gna luminaria, videlicet D. Boſcarini Cella-
riũ ſancti Benedicti, & Germani, & D.de Au-
rifolio mihi colendiſsimum, atque Dom.Vrſi.
licẽtiatum, ſi doctores in medicina citare vel-
lem, profectò deficeret papyrus:& ſi medicinæ
libros cõſumptos viderem, illos ſcio poſſe re-
ſtaurare:cùm ibi ſint ita apprimè docti, nõ eſt
mirandum ſi vniuerſitas inſit & florentiſsima.
90 In ciuitate tamen Pariſienſi prohibitum eſt
iura ciuilia legi.in c.ſuper. Specul.de priuileg.
ne ſtudium Theologiæ per ea impediatur, ſe-
cundum Lucam de Penna in l. vna.col.5.C.
91 de ſtud.liber. vrb.Romæ.lib.11. † Et etiam in
ſuburbiis, quia de facili ciues defraudarent
legem eundo ad ſuburbia. Panorm.in c.fin.in
fi.de pœn.per c.ſi ciuitas. de ſent. excom.lib.6.
92 † Intelligo in ſcholis publicis eſſe prohibitũ,
leguntur tamen in cameris, collegis, & aliis
locis priuatis, quotidie & de illa ciuitate Pa-
riſienſi.quare ſic nuncupetur.vide Benedict.in
repet.cap.Raynutius.in verbo,& vxorem. nu-
me.886.de teſtamen.
93 Caſtrum verò dicitur caſa alta, fortis, & mu-
ris munita.l.quicunque.Cod.de fund.limitro.
Bart. in dicta gloſ. in ver. Lombardiæ. Caſtel-
94 lum † differt, quia eſt in limite imperij ſitum,
vt not.doct.in c.ſi ciuitas.de ſenten. excom. in
6.& iſtud quicunque occupauerit, capite pu-
nitur cum publicatione bonorum.d.l.quicun-
que.intellige ſine permiſsione expreſſa Regis,
vel alterius ſuperioris poteſtatẽ habentis con-
95 cedendi:† Et ſic infertur ius retractus non
habere locũ in caſtello vendito, vt eſt in Aquis
mortuis, ſine Regis permiſsione & conſenſu,
cum ſine illius conſenſu ſit incapax emptor.
ſecundũ Benedict.in d.repe. in ver.& vxorem.
nume. 405.de teſta.& eſt pulchra limitatio ad
conſuetudinem generalem regni.de qua Ioan.
Fab.in §.1.Inſtit.de empt.Maſuer.in rub.de re-
tractu.Ioan.Igneus in l.dudum.C. de contra-
hend.empt.D.Boer.in conſuet.Bitur.in rub.de
retractu.D.de Chaſſa. in conſuet. Burgund.in
96 rub. *des retraictz.* † Item non habet locum
retractus quando res venditur Regi, vt Areſto
Pariſi.fuit.deciſum in quæſt.per Areſta.fol.84.

*Retractus quando nõ habeat locum.*

97 Municipiũ accipitur pro caſtro, villa, aut ci-
uitate, ſecundũ Alex.in l.de die.§. tutor.ff. qui
ſatiſda.cog. vel eſt caſtrum in finibus regionis
munera capiens propter ſtipendiarios ibi ma-
nentes, ſecundum Doct.in d.c.ſi ciuitas. inde
dicitur municeps, quaſi muneris particeps.l.1.
ff.ad municip.
98 Oppidũ pro qualibet ciuitate accipitur præ-
ter Romam, ſeu pro magno caſtro, ſecundum
99 Doct.in d.c.ſi ciuitas. † Ciuitas verò, eſt quæ
habet Epiſcopum. Bart. in d.extrauag.qui ſint
rebel.& plene Feli. in c. Rodulfus. de reſcript.
Alex.in l.1.§.ſiue autẽ.ff.de noui oper.nuntia.
vide Guido.ſing. 526.& ſeq.
100 Quintò not. ibi mox, purgaſſe, quod dictio,
mox, ſignificat ſtatim, vt in authen.de non eli-
gend. ſecundo nuben. §.ſi vero contigerit. in
authen.de inceſt.nupt.§.1.& in §.quamobrem.
in authen. de reſtitu. & de ea quæ parit in vn-
decimo menſe.col.4.& idem importãt ſtatim,
mox, illico, incontinenti, continuo, & confe-
ſtim ſecundum Alber.in dictio.ver.mox, quã-
doque accipitur pro quodam ſpacio tempo-
ris, quod magis intellectu percipitur quàm e-
locutione.l.ratum.& l.quod dicimus.ff. de ſo-
lutio.aliquando denotat lite pendente.l.fin.C.
de liber. cau.interdum quam cito ſit.l. ab eo.
C.quomodo & quando iudex.c.mulier. 32.q.
2.& quandoque vſque ad triduum.l.fin. C. de
erro.aduoca. Interdum quam citò commode
poterit.l.tutores.C.de admin.tutor.aliquando
decem dies ſignat.l.ad peremptorium.ff. de
iudic.l.promiſſor in prima.§.1.de conſtit.pecu.
aliquando poſt menſem.l.fructus.ff.ſolut. mat.
& licet aliis multis modis in iure accipiatur,
propriè tamen pro confeſtim accipitur, & ſic
ſine vllo interuallo.ſecundum Bar. & alios, in
l.1.col.vlti.ff.ſi cer.peta.gloſ.in c.quia propter.
de elect.Bal in l.Gallus in.§.ille caſus.col.3. ff.
de liber.& poſthu. Imol.in l.diuortio.& doct.
in d.l.fructus.ff.ſolut. mat. Et mox, idem im-
portat quod ipſo iure.l ſi quis maior.circa fin.
C.de tranſact.& ibi ad hoc not. Iaſ. & Thom.
Parpalhie.Alex.in d.l.diuortio.col.3. text.in l.
pen.in verb.illico.iuncto verſic. celerrime.C.
depoſit.Bart. in l.Mæuius.§.duobus.ff.de lega.
2.nu. 26. Etiam ſi ſit iuncta verbo futuri tem-
poris, ſecundum Corne.conſi.266.in hac con-
ſultatione.col.2.in 3.lib. refert Cota in ſecun-
da parte memora.in verbo, mox.

*No.de dictionibus ſtatim, confeſtim, mox illico, & incontinenti.*

101 Concluſiuè tenendum eſt, quod mox, & alię
ſupra nominatę dictiones verificantur in cer-
to tempore, ſecundum arbitrium boni viri: vt
not.Panor. in c.quia propter. de elect. poſt gl.
ibi & Doct.in c.præterea.de teſtib.cogend. glo.
& Panor.in c.quàm ſit. de appel. Panor.in c.
1.de mutu.petitio.Ioan.Andr.& Felin. in cap.
veniens. in 2.de teſtib.vbi dicit, ſi quis promi-
ſit ſoluere mox, vel incõtinenti.illud relinqui-
tur arbitrio



tur arbitrio iudicis. idem dicit Bald.in d.§.ille
caſus.quòd ſi quis promiſit mihi decem incõ-
tinenti, ſtatim facta promiſsione non tenetur
dare:quia inter promiſsionẽ & executionem
debet eſſe aliquod interuallum.l.1. §. itẽ ſi ita.
102 ff.ad l.Falc.† Idem ſi mutuaui tibi pecuniam
vel aliam rem, nam ſtatim non te conueniam
vt reſtituas, licet incontinenti promiſeris, vel
mox reſtituere, quia aliàs nullam haberes vti-
litatem.glo.no.& ibi Bar.& alij in l.ſi pœnam.
ff.de verb.oblig. & gloſ.in l.cum eum. C.cõ-
moda. & ibi Bal.& Barba.in addi.ad Bald.hoc
ſequitur Dec.in regula, in omnibus obligatio-
nibus.ff.de reg.iur.col.2.licet multi contradi-
cant ſecundum eum, & quælibet promiſsio
habet aliquod tempus in executione modera-
tum.gloſ.not.in l.Aemilius.in princ.ff.de mi-
nor.quam ſequitur Iaſ.in l.eum qui.§.fi.in fi.
ff.de verb.oblig. facit tex. in l. ſi quis filium.§.
fin.ff.de collat.ſequitur Bal.in margar. in ver-
103 bo, interpellatio.in vlti. quæſt. † Nota quod
in omnibus torquendis eſt pietas, maximè in
ſeruis propriis, vt hic in gloſ. licet propriè ſit
inter patrem & filium. gloſ.in l. hoc colore.ff.
de inoffic.teſta.l.officio.C.de nego.geſt.c.6.35.
diſt.vltra medium.& inter cõſanguineos. glo.
in c.non eſt ſine culpa. de regul.iur. in 6.& in
extrauag.Ioan.22.de ſent.excõ.& l.pietatis.C.
de ſuſpec.tuto.ideo Cicero lib.2. Rhet. veter.
quæ inſcribitur Herennius. c.pen.& Thom.in
ſecunda ſecũdæ q.80.art.1.ſic diffiniunt, pietas
eſt per quam ſanguine iunctis patrięque bene-
uolis officium & diligens tribuitur cultus. ſe-
quitur Archidiac.c. ſi quælibet.22. quæſt.2. &
tribus ſumitur modis.primò pro cultu diuino,
ſecundò pro miſericordia, vt hic: tertiò pro
cultu & honore qui parentibus debetur, & pa-
triæ. ponit Guiliel. Rouilh.in tract.de iuſtitię
deſcriptio.in lib.1.cap.8. & ita intelligitur d.l.
pietatis.& aliæ ſuprà allegatæ. Item eſt pietas
ſuadens inter matrem & filiam, vt omnia ſint
communia. l. Lucius. ff.ad Trebel.& propter
hanc pietatem ſæpius contra iuris ordinem
conſtituitur.l.ſi extraneo. ff. de vſufruct. vnde
ne offendatur non morboſa mancipia redhi-
bentur propter morboſa.l. proinde. §. fin.& l.
Aediles aiunt. §.1. ff. de Aedili. edict.nam per
diuiſionem etiam iudiciariam non ſunt diui-
denda nec ſeparanda.l.poſſeſsionum.C com-
munia vtriuſque iudic.pietas vincit votum &
charitatem.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffi.
teſtam. Et hęc pietas ſecundum naturam talis
eſſe debet, vt filius parentes quos venerari de-
bet contumeliis non afficiat, nec manus infe-
ratur, nam hoc delictum puniri ad publicam
pertinet vtilitatem.l.1.ff. de obſeq.& hanc pie-
tatem, non operas liberi parentibus debent.l.
104 pen.illo tit. † legitur in Vale. Maximo.lib.5.
c.4.de pietate erga parentes, matremfamil.cri-
mine capitali condemnatam, & in carcere po-
ſitam, vt inedia conſumeretur, à filia propriis
vberibus lacte nutritã, & multo tempore:quod
admirati cuſtodes, an vento viueret, vt Lupus
dicit gloſ.in l.fin.C. de alimen. pupil.præſtan.

*No.de pietate.*

& quomodo abſque cibis viueret, eámque
multis interrogationibus factis ſolicitarũt, quæ
veritatem narrauit, & inſuper cuſtodes conſu
libus qui mulieri abolitionem non denega-
runt. Refert Plinius lib. 7.natural. hiſtor.c.36.
Idem Valerius vbi ſuprà exẽplo ſequẽti, narrat
de ſene viuere impotente adeo ſenectute grã-
di vexabatur, ſed lacte educatus longè vixit,
& hîc etiam eſt referẽdus Simon, qui ſepultu-
ram patris pauperis, voluntariis vinculis eme-
re non dubitauit, quod hodie omnes filij non
facerent, ſed alia exempla ibi citantur, & per
Fulgoſ.& tres gradus pietatis deſcribit, ibi Va-
ler.eodem & libr. & cap. & refert Benedict.in
repe.c.Raynutius.in ver.& vxorem.num.659.
de teſtam.& in pietate pares Deo ſumus.l.Im-
perialis.C.de nup.& dicit Auguſt.exercentem
libenter opera pietatis non perire mala morte,
& alibi pium impoſsibile eſt ad malum deue-
nire finem.Alber.in dictio.in ver. pietas. Item
alibi qui cum pietate dormitionem acceperat
105 optimam haberent repoſitam gratiam. † &
debet eſſe in principe peculiaris.l.fin.C.de do-
na.inter vir.& vxor.nam leo rugiens, & vrſus
eſuriens, princeps impius ſuper populum pau-
perem, & ibi regnantibus impiis ruinæ homi-
num. Prouerb.28.c.& 29. cum impij ſumpſe-
rint principatum, gemet populus, & Impera-
tores à tempore Titi Aurelij hoc nomen vſur-
parunt, vt not.Ayma.Riual.in hiſto.iuris ciuil.

*Princeps pius eſſe debet, & prælatus.*

106 libr.4. in vita Titi Aurelij. † Et hac pietate
decorati debent eſſe prelati, vt in eccleſiis eiſ-
dem ſubiectis doctores, & magiſtros ordinent,
qui ſtudia literarum aſsiduè doceant.c.de qui-
buſdam.37.diſt.& in conferendis beneficiis, vt
dignis ſcientia, moribus & ætate conferãt.in c.
107 cum in cunctis. de elect. † Sicut ergo pietas
parentibus debetur, vt ſuprà fuit dictũ, ita pa-
tronis obſequium.rub.ff.& C.de obſeq. & l.2.
108 C.qui pet.tut.† Officiũ conſiſtit inter homi-
nem & hominem.& l.officio.C.de neg.geſt.l.
ſeruus.ff.ſi ſer.expor.væneat.Item beneficium.
l.in commodato.§.ſicut.ff.commoda.c.1.in fi.
109 illo tit. † Obedientia ſuperioribus videlicet
principi & prælatis. c.2.3.& 4.de maio.& obe-
dien.& ſuperioribus reuerentia.c.2. de officio
delegat.in 6.& l.potioris.Cod.de offic.pręfect.
prætor.Aphricæ.l.fin.de offic.diuerſo.iudic.&
ſenibus.l.ſemper.ff.de iure immunita.& Valer.
110 lib.2.de Inſtitut.antiq.c.40. † non tamen iſta
reuerentia hominis ad hominem debetur ra-
111 tione iuris, ſed ratione † honeſtatis, ſecundum
Petr. de Bella pertica.Inſtit.de iure perſo.in fi.
inter dominum & ſeruum conſiſtit ſeruitium
& ſubiectio.Inſtit.de iure perſo.§. ſeruitus. in-
ter Deum & hominem religio. l. veluti. ff. de
iuſti.& iure.l.fin.C.de reb.cred.c.vnuſquiſque.
22.quæſt.4.inter magiſtrum & diſcipulum di-
ſciplina.l.ſed & ſi.§.n.ff.ad l. Aquil.c. cum vo-
112 luntate.§.fin.de ſent.excommu. † Item fide-
litas debetur dominis à vaſſallis.c. vno. de no-
113 ua for.fidel.c.de forma.22.quæſt.5. † fides cliẽ-
tulo ab aduocato. l.quiſquis.§.pręterea. C. de
poſtulã.& etiam infirmo à medico.l. medicus.

ff.de var.& extraor.cogn. & pupillo à tutore.
in auth.vt hi qui obligatas.§.ſed ſi quis.col.6.
mulier viro ſuo debet quaſi famulatũ. c. ſatis.
114 33.quæſt.vlt. † inter pares vel quaſi cõſiſtit in-
uidia.l.ſi cum exceptione.§.eum qui.& ibi gl.
ff. quod metus cau. inter ruſticos arrogantia.
115 in ſumma.46.diſt. † inter aduocatos oppro-
bria.c.quiſquis. de poſtulan.inter doctores &
ſcholares multæ promiſsiones. gloſſ. in l. non
116 omnes.§.à Barbaris.ff.de re milit. † Inter ſar-
tores furta.§.ſi tamen.glo.in verb.ſiue ipſe.In-
ſtit.de rer.diuiſio. quam ad hoc dicit ſolẽnem
117 Corſe.in ſing.in verb.conditio. † inter medi-
cos abundantia,dat Galenus opes : vt habetur
in procœm.ff. neſcio ſi ſit abundantia homici-
118 diorum vel pecuniarũ, † inter notarios vo-
119 racitas.l.1.C.de numera.lib.12.C.† inter ſcho-
lares vagatio.in l.1.C.de tyro.li.12.& Gloria.in
120 l.cum ea.de tranſact. & ibi gloſ. † inter mu-
lieres loquacitas,quia mulierũ eſt ſimul loqui
dicit Helias Raynier.in cap.cum ab vno.de re
iud. in 6.& varietas atque ſexus fragilitas.in l.
ſi filia.C.de inoffic.teſta.c.forus. de verb.ſigni.
de loquacitate mulierum ponit omniũ ſcien-
tiarum doctiſsimus Do.Andr. Tiraquellus in
tract.de legibus connubial. in 11.lege. verſicu.
121 cætera. † inter cãtores heteroclisis,vt oculata
fide patet in §. fin.Inſtit. de gradib.inter mer-
catores mendacia.in c.ciiciens.88.diſt.

Reſtat nunc gloſ.expedienda quam diuido in duas partes. In prima declarat text.de qua ſolicitudine loquatur: Secunda quærit de vtili quæſtione, ſecunda ibi,ſed an occiſores.

*Gloſ. 1.* 1 Pro elucidatione gloſ.dicit text.quòd ſi Iulius donatus vulneratus abſoluat ſeruos,ſolicitudo non debet tenere hæredes defuncti.quærit gloſ.quæ ſit iſta ſolicitudo,de qua loquitur text. & reſpon. illam eſſe quæ cogit hæredem ad vindicandum necẽ defuncti.l.in ipſius.C. famil.erciſc.& ſuprà l.proxi.in fi. Et ſic nota ex glo.iunctis iuribus in ea allegatis,quod hęres debet eſſe ſolicitus ad vindicãdum nęcem defuncti, alias hęreditate priuatur, & ſeptem caſus in quibus quis hæreditate priuatur.ponit Bal.in Margar.in verb.hæres.in 25.quæſt. vide tex.l.1.& ibi Doct.C.vbi cau.fiſca.

2 Amplia primò regulam procedere volẽtem priuari hæreditate non vindicantem necem defuncti,non ſolùm ſuccedẽtem ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato.per gloſſ.ſing.in l.ex inofficioſo.infrà eod.ſecundum Iaſ.in l.1.col.1. C.eo.Quia videtur tacitè relinquere non auferendo.l.conficiuntur.ff.de iure codicil. l.1.§. ſciendum.de lega.3.Iaco.in l.ſororẽ.in fi.C.eo.

3 Secundò amplia hæredem nõ vindicantem eſſe priuandum hæreditate,non ſolùm ſi omnino non vindicet, ſed etiam ſi vindicet cõtra principalem,ſed omittat mandatores, vel ſocios criminis & participes, quia erant amici, vel alias ſcienter fecerit.l.minoribus, ſumendo arg.à contrario.C.eo,& ibi hoc tenet Iaſ.in 2. Nota quia nihil videtur actum,quãdo aliquid ſupereſt agendum.l.pen.in fi.C.eo.

4 Tertiò amplia etiã procedere in occidente filium teſtatoris,quia hæreditate venit priuandus.per tex.ſing.in l.his conſequenter.§.1.ff.famil.erciſc.ſecundum Roma.ſing.461. & ibi in addit.quid in fratre. & ratio eſt, quia pater & filius reputantur pro vno.l.fin.C.de impuber. Item qui ignorat nomen ſuum eſt ſtultus.l. fin.C.de hæred.inſtit. Ita qui ignorat nomen filij,ſecundum doct.ibi, quia plus diligit pater filium, quàm ſeipſum.l. iſti quidem. ff. quod metus cauſa.

5 Quartò amplia quando occiſores ſunt mortui,in quos nõ poteſt fieri vindicta, quia ſi fuit negligens in vita, adhuc hæreditate priuatur. l.1.in fi.C.vbi cau.fiſca. Alexan.conſi.172.ſuper caſu.in 5.volu.Iaco.in l.1.in fi.C.de his quib.vt indig.facit ad corroborationem l.ædem.& ibi Bal.C.loca.vbi conductor poteſt expelli, ſi locator indigeat, vel pro ſe, vel pro filio. Ioan.le Crier.tract.1.genit. lib.1.q.25.fo.43. Et debent bona applicari domino originis ſuæ.text.in §. ſi iudex.in tit.de pace tenen.& eius violat.quẽ ſing.dicit Roma.ſingul.537.hæres. & Chaſſa. in §.fin.in gloſ. *ſont au Seigneur.* in fi. in conſuetud.Burgund.

6 Limita non procedere in filio, qui licet non accuſet patrem occiſorem illius qui eum inſti tuit,tamen non venit hæreditate priuandus,vt tenet Alber.in rub.C.eo.per tex.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.liberto.ff.ad leg.Iuliã de adult.ſequitur Ioan.Andr.in addit.ad Spec.in rub.de ſucceſſ.ab inteſta. allegando l.filius.ff. de condit.inſtit.Alexan.in d.l.1.in lectura.& in addi.ad Bar.quia filium ſui occiſoris inſtituẽdo iniuriam remiſiſſe videtur. Bald.in l.athletæ.§.dat remiſsionem.ff.de excu.tuto.idem tenuit Boer.in deciſ. Burdegal.q.25.frater. Item quando lex prohibens & præcipiens in vnum concurrunt, potius lex prohibens quàm præcipiens eſt attendenda.l.3.§.1.ff.de ſuſpect.tut. Barbat.in addit.ad Bald.in auth.ſi dicatur.col. 2.Cod.de teſtib. & idem in patre non accuſante filium ſuum. Iaſ.in d.l.1.C.eod. quia in correlatiuis ſtatutum in vno, & in alio locum habet.l.1.C.de cupreſſ.lib.11. Felin.in procœm. Decretal.incip.Gregorius.in prin.Dec.conſil. 48.diuino implorato. Franciſqui.conſi.6.præſupponitur. Leobinus Dalleria in tracta. de manda.apoſtolic.fo.60.& Hippoly.in l.ſi quis viduam.ff.de quæſtio.nec vnquam pater filiũ accuſaret, cùm plus diligat quàm ſeipſum.l.

7 iſti quidem.ff. quod metus cau. † Ideo Veronenſis Barthol. in cautel.1.exhibet notabilem practicam patribus ad filios ſuos euadendum à morte quę eſt talis,videlicet,vt quando filius occidit hominem,vel aliud maleficium commiſit,quod pater ſuum filium capiat,& ad iudicem ſeu ſuperiorem ducat: nam tunc filius erit liberandus.l.milites agrum.§.deſertorem. ff.de re milit.l.qui cum vno.§.qui filium.eod. tit.& ratio ibi ponitur in d.§.deſertorẽ. ne pàter videatur eum ad ſupplicium duxiſſe,& ita conſuluit Rayner.de Forliuio, cuidam patri cuius filius commiſerat homicidium,& idem conſuluit Paul.de Caſtr. cuidam mercatori,

*Pulchra cautela patrum ad filios à morte liberãdum.*

cuius



cuius filius cõmiſerat crimen læſæ maieſtatis, & Imperator noluit filium liberare, niſi prius vidiſſet.tex.vt refert Cepol. in dicta cautela 1. ſequitur Pau.& Salic.in l.propter.C.qui acc. non poſſ.Iaſon in d.l.1.& Hippoly. in l.1.§.ad quæſtionem.ff.de quæſtio.col.6. & l.inauditũ. ff.de ſicar.D.Chaſſa. in conſuetu.Burgund. in rub.*des iuſtices.* in §.5.in gloſ. *s'il n'a grace.*nume.100. Idem Boer.tracta.de ſeditio. circa fin. an habeat locum in quolibet amico magna amicitia iuncto, cogita & decide ex his quæ not.Iaſon & alij in l.exigendi.C.de procur.& l.cum alienam.de legat.& quæ ſcripſi in mea repet.authẽ.habita. in priuilegiis ſcholarium. eſt tamen periculoſa C.ne fil.pro patre.

8 Secundò limita in minoribus.l.minoribus. C.eo.& ibi plenè Pet.& alij docto.vide tamen Iaco.in l.1.C.in quib.cau.in integ.reſtitut.non eſt neceſſ.

9 Tertiò limita in fiſco, qui licet non vindicauerit,non priuatur hæreditate.gloſ.ſing.in l. recuſare.§.ſi fiſco.in ver.quaſi vindicauerit.ff. ad Trebel.& ibi ſequuntur docto.& in l.1.iam alleg.Alex.in l.ſororẽ.C.eod.& in hoc eſt priuilegiatus: alia vide per Lucam de Parma in tract.de priuileg. fiſci.

10 Quintò limita ſi fiſcus nolit, quia tunc indignus habebit.Iaſ.in auth.hoc amplius.col.3. in 5.limitatione.C.de fideicom.vbi ponit alias multas limitationes quas vide,& allegat gloſ. ſingul.in l.ea ſola.ff.de reg.iur. quam ibi dicit Iaſ.ſingu.& in l.ſi ſeruus plurium.§.ſi quis.de lega.1.& in l.re coniuncti. col.28.nu.120.de legat.3.Bald.in margar.in ver.deportatus.in 4.q. Pau.in l.eius.§.1.de teſtam.& Barba. in rub.de teſta.col.5.quia hoc eſt in ſui introductum pri uilegium cui poteſt renuntiare.l.pe.C.de pact. c.ſi diligenti.de foro compe.

11 Septimò limita quando rei conuicti fuerint, nec condemnati de morte teſtatoris,aut mortui.tex.& ibi Bal.l.1.C.vbi cau.fiſca. quia ſi eſſent abſoluti,non imputaretur non vindicãti, nec teneretur appellare,vt infrà dicam.

12 Octauò limita in prælegato quod non aufertur,licet auferatur hæreditas,per tex.ſingul. in l.eum qui.§.fi.ff.de his quib.vt indig. ſecundum Bal.in margar.in verbo, legatum.in 7.q. & not.ſecundum eum in l. cum virum.C.de fideicom.col.2.ſequuntur Alexã.& Vincen.in l.in fideicõmiſſaria.§.fi.ff.ad Trebel.Iaſ.in dicta auth.hoc amplius.col.3. & ratio eſt ſecundum Bart.& alios in d.l.eum qui. quia hic ſumus in pœnalibus, vt quis hæreditate priuetur tanquam indignus, ideo debemus reſtringere,vt minus quàm fieri poſsit auferatur.arg. l.cum quidam.ff.de liber.& poſthu. Item prælegatũ poteſt quis perdere, & tamen non perdet hæreditatem.l.ex parte. ff.de adimen.lega. ergo & econtrà,& etiam appellatione hæreditatis non venit prælegatum.l.hæreditatis.ff.de verb.ſign.l.poſtulante.ff.ad Trebel.l.ſi Titius. ff.de legat.1.

13 Nonò fallit ſi præueniatur per aliũ.l.ſororem.C.eod.quod intelligo,niſi hæres fuerit in mora,ſecundum Petr.ibi, & alios.argu.l.2.§.ſi mater.ff.ad Tertul.& l.edicto.§.cũ ante apertum.de iure fiſci.

14 Decimò limita in fideicõmiſſario, qui licet non vindicauerit necem defuncti, non tamen priuatur.Aret.l.1.in princ.ff.de vulga.Iaſ.l.1.§. de illo.ff.ad Trebel. quia in odioſis appellatione hæredis non venit fideicõmiſſarius.l.ſi autem.cum ſeq.infrà eo.Alex.cõſi.82.in 2.vol.

15 Vndecimò limita quando iuſtè occidiſſet, vtpote quia inuenit eum cum ſua vxore in adulterio,vel cum matre, aut aliàs iuſtè occiderit:quia tunc nõ tenetur.iuxta l.Gracchus.C. ad leg.Iuliam de adulte.Benedict.in repetit.c. Raynutius.in verbo,mortuo.nu.40.de teſta.

16 Vltimò limita, quando ignorat occiſores.l. ſi ideo.& l.cum fratrem.C.eo.Bart.in l.hæredem.C.de his quib.vt indig.practica: tamẽ erit vt faciat inquiſitionem & explorationem in publicam redigere formam & ſcripturam, & poſtea ad iudicem accedat,narrando corã eo delictum eſſe cõmiſſum, & talem teſtatorem qui eundem inſtituit eſſe occiſum,& ſe perquiſiuiſſe malefactores, & inuenire non potuiſſe: licet diligentias quas potuerit fecerit, & tunc illas inquiſitiones apud acta dimittat, & comparitionem deſcribi faciat, & omnia ibi relinquantur in actis, & etiam poteſt accipere copiam,ſiue duplum illorum quæ fuerunt facta coram dicto iudice, & poſtea conſeruet: quia excuſabitur,licet mors defuncti non fuerit vin dicata,ſecundum Ange.Pau.& Alexã.in d.l.ſi ideo allegata.alias limitationes ponit Iaſ.in dicta l.1.Cod.eo.& in authen.hoc amplius.quas per te vide,& multa remedia ad vindicandum necem ponit Pet.de Bella pertica in dicta l.cũ fratrem.poſt gloſ.ibi.

17 Quæro an non vindicans necem defuncti, priuetur ipſo iure,vel per ſententiam. & Albe. in rub.C.eo.tenet quod per ſententiam per gl. ſingul.in l.his conſequenter.§.1.ff.famil. erciſc. ſecundum Bal.in margar.in ver.hæres.in 39.q. & in ver.homicidium.7.q.ideo ante ſentẽtiam poteſt facere, non vindicans omnia quæ alij hæredes poſſent. gloſ.in l.ſed & ſi lege.§.quod ait.ff.de petit.hæred. quia ita demum deſinit eſſe hæres ſi fiſcus velit,vt ſuprà dixi:& eſt tex. in l.ſi ſeruus plurium.§.pen.ff.de legat.1. Item nec priuatur quis ipſo iure, niſi à iure expreſſum ſit.in §.optimum.ibi, nec quælibet eſt lex tale quid dicens in auth.de non elig. ſecundo nuben.col.1.l.at ſi quis.§.Diuus. ff.de religio. & ſumptib.func.in c.inuentum.16.q.vlt.glo.in c.fi. de iure patro. & in ſumma.15.q.8.Iaſon in l.illam.C.de collat.Felin.in c.2.in princ.de reſcript.Barbat.in tracta.de præſtan.card.in 1.q. primæ partis.col.17.& in cap.Raynaldus. col. 176.de teſta.Contrarium tenet gloſ.in d.l.1.C. eo.per quam ponitur regula, quod ibi pœna ipſo facto cõmittitur, quando affuit facultas illum actum gerendi,& minimè fuit geſtus,etiam nulla monitione præambula.& illã glo. exclamat ſing.Bal.in margar.in ver.delictum. in 6.q.& Panor.in repet.cap.extirpandæ.§.qui

*Vide Rauennam in rub. de rapto.col.3.*

verò.

vƺrò col.6.de præb.Corſe.in ſuis ſingu.in ver.
pœna.in 7.Alex.in l.ſi ſeruus.ff.de vulga.Ioã.
de Selua.in tract.1.de beneficio.in 4.parte.q.4.
& Bart.in l.in cognitione.infrà eo. non obſtat
tex.in l.1.§.magiſtratibus.ff.de magiſtrat. con-
uenien.quia ibi non erat delictum cõſumma-
tum ſine monitione, hîc ſic. ſimile in cap.1.de
ſupplen.neglig.prælat.ſed Flor.in d.l.his con-
ſequẽter.diſtinguit ſic:quòd aut offenſio prin-
cipaliter tangit perſonam teſtatoris, vt quia
captiuum non redemit,furioſum non aluit,&
tunc ipſo iure hæreditate priuatur.§.ſi quis de
prædictis.& §.ſeq.in authen.vt cum de appell.
cognoſ.& multò magis ſi occiderit.arg.d.l.in-
dignum. aut teſtator non moritur facto, vel
culpa hæredis,ſed poſtea non vindicat necem
defuncti,& tunc priuatur per ſentẽtiam. & ſic
intelligatur gloſ.in d.§.his cõſequenter. ſequi-
tur Iaſ.in l.1.C.eod.per tex. ad hoc à nemine
ponderatum in l.ex facto.§.Iulianus.ibi aufe-
rantur.ff.de vulgar.ſequitur Guiliel. Benedict.
in repet.c.Raynutius.in ver.& vxorem.nume.
851.extra de teſta.requireretur etiam ſententia
declaratoria, licet ipſo iure priuatio interueni-
ret.per tex.in c.cum ſecundum.de hæret.in 6.
Felin.in c.Rodulphus.de reſcrip.in c.cum non
ab homine.de iudic.

18 Quæro ſi occiſores abſoluantur, an hæres
teneatur appellationem facere, & proſequi? &
quod teneatur,probat text.in l.ſi procuratorẽ.
§.ſi ignorantes.ff.manda.text.videtur facere in
l.minoribus.C.eo.Contrarium videtur verius
l.propter.§.fi.infrà eo.Reſoluendo dicas, quòd
19 aut certum eſt † ſentẽtiam bene eſſe latam, &
non tenetur appellare,ſi conſtat male eſſe la-
tam, tenetur: in dubio tamen erit pro ſentẽtia
præſumendum,& ſic non tenebitur appellare.
l.Herennius.§.Gaia.ff.de euict.Barto.per illum
tex.in d.l.propter.§.fi.infrà eo. idem dico in fi-
deiuſſore.Bal.in l.ſi pro ea.C.manda. & in de-
ciſio.Neapol.q.49.conuentus.

20 Sed an nominatus qui acceptauit certũ be-
neficium aliud poſsit acceptare. Reſpon.huic
acceptationi renuntiare non poteſt, & aliud
acceptare: quia ex quo ſemel vnum elegit nõ
poteſt variare.l.ſerui electione.ff.de legat.1.l.a-
pud.ff.de optio.lega.c.2.& ibi gl.fin.de reſcrip.
in 6.Itẽ quod ſemel placuit.& c. regula quod
ſemel.de reg.iur.lib.6. & mutare nemo poteſt
conſiliũ ſuum in alterius iniuriam,regula mu
tare.illo titulo,ſed ſi nominatus videat ſibi nõ
deberi,expectet ſuccumbere per ſententiã.glo.
in pragma.ſanctio. in titu.de collat.in §. item
quod ad dictas.in ver.nominatorum. facit gl.
l.at qui natura.§.cum me abſente.ff.de nego.
21 geſt. ideo † ſi per ſententiam ſuccumbat, an
teneatur appellare,vel aliàs ſit ei imputãdum,
quod aliud non poſsit acceptare. D.de Rota
in deciſ.antiq.deciſ.234.concludunt quod nõ,
& ſi non appellauerit, non erit illi imputan-
dum in acceptatione alterius beneficij.arg.d.l.
propter.§.fi.nec refragatur quòd non ſit exclu
ſus niſi à poſſeſſorio,tamen hoc ſufficit in hoc
regno,in quo raro intentamus petitorium, &
hoc poſſeſſorium habet cauſam proprietatis
mixtam.l.1.ff.de interdict. Et cum excluditur
quis à poſſeſſorio,præſumitur quod etiam nõ
foueat bonam cauſam in petitorio,poterit ta-
men illud ſi velit proſequi, quia cum præſu-
matur pro ſententia, vt ſuprà dixi, ergo illud
ſuper quo ſuccubuit, ei non debetur: quam-
22 obrem aliud poterit acceptare. † Caueat ta-
men quod in acceptatione prima beneficij *Pro nominatis bona cautela.*
proteſtetur ſe acceptare illud,ſi ſibi de iure de-
betur,non intendens recedere à ſua nomina-
tione ſi ſibi non debeatur:nam aliàs non poſ-
ſet facile aliud acceptare,vt tenet gloſ.in dicto
c.2.de reſcript.lib.6. niſi eſſet errore probabili
deceptus,ſecundum Dom.& Phil. ibi & vide
gloſ.in dicto ver.nominatorum.

23 Cui applicetur hæc hæreditas qua priuatur,
non vindicans necem defuncti,vt materia elu
ceſcat, facio ſequentes concluſiones.

Prima eſt,quòd quando teſtamentum defi-
cit propter errorem teſtatoris, vt quia crede-
bat eum eſſe filium qui non erat, tũc cognati
ſuccedent.l.ſi paterfamil.ff.de hæred.inſtit.glo.
in l.aufertur.ff.de iure fiſci. idem dico ſi teſta-
mentum eſſet nullum ob defectum ſolenni-
tatis non adhibitæ in dicto teſtamento, ſecun-
dum Benedict.in repe.c.Raynutius.in ver.con
didit.in 2.nu.19.de teſta. vel natiuitate poſthu-
mi,ſecundum Iaſ.in l.hæreditas.in fi.C.eo.

Secunda concluſio,quando hæres inſtitutus
non poteſt capere hæreditatem propter teſta-
torem inter omnes teſtari prohibitum,propter
crimen publicũ,fortè vel quia eſt captus apud
hoſtes,tunc ante confiſcationẽ per ſententiam
factam ſuccedent proximiores, ſi bona non
ſunt ipſo iure confiſcata.l.1.ff.de ſuis & legit.

24 Tertia concluſio, quando bona ſunt publi-
cata per ſententiam ratione delicti teſtatoris,
tunc fiſcus ſuccedit excluſis veniẽtibus ab in-
teſtato.l.eius qui.§.1.ff.de teſtam.& ibi hoc ex-
preſsè ponunt docto.

25 Quarta concluſio, quando teſtator eſt inter
aliquos prohibitus teſtari, & inter alios non,
tunc veniet hæreditas ad coniunctum, vel ad
venientes ab inteſtato: nam ſi ſpurio ſuo teſta-
tor reliquerit relictum, remanebit penes con-
iunctum, vel cohæredem, ſi habeat, aliàs ad
proximos, niſi in caſibus l.penult.C.de ſecun.
nup. & l.pen. de natura. lib.l.ſi quis. de inceſt.
nup. Bart. Iaſ. & alij in d.l.hæreditas. C.eo.

26 Quinta concluſio,quando hæres non poteſt
ob ſuum delictum capere: quia eſt omnino
incapax, fortè deportatus, tunc venient proxi-
miores.l.1. C.de hæred.inſtit. Bart. & alij in d.
l.fi.C.eo.

27 Sexta concluſio, quando hæres eſt omnino
capax ex ſua perſona, ſed propter ſuam cul-
pam & offenſam efficitur indignus, quæ cul-
pa non reſpicit certam perſonam, cui poſsit
applicari hæreditas, vt quia non vindicauit
necem defuncti, tunc fiſco eſt hæreditas appli-
canda.vt hîc, & l.1.C.eo.fallit in auth.hoc am-
plius, commu.delega.

28 Septima concluſio, quando offenſa reſpicit
certam



certam perſonam, cui poteſt dari hæreditas,
tunc illa perſona offenſa hæreditatem, vel le-
gatum obtinebit,ſi priuatio fiat ex legis ſtatu
to,vel conſuetudinis diſpoſitione.Iaſon & alij
in d.l.1.C.eo.per tex.in l.pen.de lega. Si ex di-
ſpoſitione teſtatoris ſubſtituto cohæredi, vel
venientibus ab inteſtato deferatur. Barto.in l.
vxorem.§.hæres.ff.de legat.3.l.paterfamil.ff.de
hæredib.inſti.Alex.conſi.138.opportunè &c.in
1.vol.in fi.Alia multa ponit Bart. & alij in di-
cto §.hæreditas.& Benedict.in dicto ver.condi
dit.quos videre licet.

29 Notandum eſt tamen, quod quando hære-
dis bona & teſtatoris ſunt diuerſi fori, ſemper
bona applicari debent fiſco originariæ ciuita-
tis teſtatoris.tex.ſingu.in §.ſi vnũ de prædictis.
in auth.vt cum de appel.cognoſ.auth.ſi capti-
ui.Cod.de epiſc.& cler.quem dicit Rom.ſing.
in ſing.573.Benedict. in repet. c.Raynutius. in
ver.condidit.in 2.nu.de teſta.Guid. Pap.ſequi-
tur deciſio.76.ſi in terra. videndum relinquo.
D.Bartho.de Chaſſan.in conſuet.Burgund. in
30 rub. *des confiſcations.* §.1.& fi. † Et ideo ſi teſta
tor leget centũ eccleſiæ,debentur eccleſiæ do-
micilij teſtatoris.§.ſi quis in nomine. de eccle-
ſiaſt.tit.tex.ſing.in l.quę conditio.§.fi.ff.de con
dit.& demonſt.ſecundum Alex.conſi.213.pon-
deratis.in 6.vol.Spec. ſequitur in tit.de inſtru.
edit.in §.nunc verò.q.64.& ſeq.Roma.in repe.
auth.ſimiliter.in 33.ſpeciali.Cod. ad leg. Falci.
addit.ad Panor.in c.bonæ.in 2.de poſtu.præla.
Hippolyt.in l.de minore.§.plurium. nu.35.ff.de
minor.idem eſt dicẽdum,ſi iuſsit triginta miſ-
ſas celebrari:quia debet intelligi, vt ibi cele-
brentur,vbi erit ſepultus,vt tenet Panor.cõſil.
31 99.incip.quidam condidit.in 2.vol. † non ſe-
cus intelligo ſi relinquat domum,quia ſi plu-
res habet, videtur relinquiſſe domum habita-
tionis,& ſi in vna pariter, ac in alia habitabat,
electio erit hæredis. additio ad Panor. in c.in-
32 dicante.de teſta. † facit quod dicit Barto.in l.
de minore.§.plurium.ff.de quæſtionib.per il-
lum tex.quod quando eſt fama cõſideranda,
33 illa eſt attendenda,† quæ eſt in illa ciuitate,de
qua eſt ille, de cuius fama conſideratur. Item
34 † qui pauperes inſtituit, de pauperibus loci
intelligitur. gloſ.ſing.in c.ſi pater. in ver.pau-
peres.de teſtam.in 6.ſecundum Philip.ibi, col.
26.& Feli.in c.ſicut tuis.de ſimon.facit l.nulli.
§.ſinautem.C.de epiſco.& cler.l.2.de anno.ci-
uil.lib.11.& ibi Bart.& Rebuff.per illum tex.di
cunt,quòd ſi epiſcopus debet diſtribuere inter
pauperes aliquas pecunias, debet eligere pau-
peres ciuitatis teſtatoris,per tex.in c.quanquã.
ibi,ſiue rector parrochiæ,in qua teſtator habi-
tat.de vſur.lib.6.late Feder. conſil.23.nunquid
ille.licet Ang.& Ioan.Fab.in §.ſed ius quidem
ciuile.Inſtit.de iure natur.gen.& ciuili contra-
dicant. non incongrue facit tex.in l. ſi fideiuſ-
ſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſda.cogan. vbi Bal.
35 Alexan.& Iaſ.dicunt quod † ille qui promiſit
mihi dare fideiuſſorem intelligitur promiſiſſe
dare in ciuitate in qua promiſit & ibi Alexan.
dicit conſultus reſpondiſſe,ſi Titius vendidit
domum Bononiæ, & inter eos fuit conuen-
tum,quod venditor conuerteret pretiũ in em
ptionem prædiorũ,ſi Titius velit emere præ-
dia,debet in illa ciuitate & territorio emere,&
non in alieno:quia iſtud fuerat factũ pro cau-
tione & ſecuritate emptorum.vide Barba.con
ſil.23.col.5.& ſeq.in 1.volu.tex.l.quicunque.C.
de hæret.tex.l.cum ancillam.ibi, eius ciuitati,
cuius curialis fuerat.C.de inceſt.nupt.Barbat.
conſi.57.in 1.volu.Rip.tracta.de peſte. fo.103.
Ioan.le Crier. tracta.1.geniture.q.8.lib.2.Hip-
poly.rub.ff.de fideiuſſor.q.34.nu.262.& l.fi.nu.
36 167.ff.de iuriſdict. omn.iudic.Item ſi † ſtatuto
vel conſuetudine caueretur,quod pater tenea-
tur ad debita filij, intelligitur de debitis in ci-
uitate cõtractis, ad debita extra ciuitatẽ non
tenetur.cõſuluit Imo.per plures rationes.con-
ſil.80.in caſu præmiſſo.vt refert Hippol.in d.l.
de minore.§.plurium.vide Iaſo.in l.1.C.de ſa-
croſanct.eccl.

37 Vlterius ex glo.notandum eſt, quod hæres
debet eſſe ſolicitus ad vindicandum necẽ de-
functi,aliàs hæreditate priuatur. quæro an fi-
lius non vindicans necem defuncti debeat pri *Filius non vindicans necem defuncti, an priuetur legitima.*
uari legitima,& videtur quod ſic: quia legiti-
ma debetur tanquam æs alienũ.l.Papinianus.
§.ſi quis impubes.ff.de inoffi.teſta. ſed æs alie-
num hæredi debitum perditur per confuſionẽ
omiſſo inuentario.l.fi.§.in cõputatione. Cod.
de iure deliber. ergo & legitima quæ eſt tan-
quam æs alienum. Secundò filius priuatur le-
gitima ſi teſtatorem occidat.l.cum ratio.§.fin.
ff.de bonis damnat.l.Lucius.de iure fiſci.§.cau
ſas.vt cum de app.cognoſ.idem videtur quan-
do non vindicat mortem:quia videtur gaude-
re de morte eius.& ſic videtur ratificare,ſed ra
tificatio habetur pro mandato,regula,ratiha-
bitionem.de regu.iur.lib.6. Tertiò ſi probetur
filiumfamil.omiſiſſe patrem captum alere,vel
liberare, vel neglexiſſe alere furioſum, debet
ſucceſsione & legitima priuari.in §.ſi quis de
prædictis.& §.ſi vnum.vt cum de appel.cogn.
collat.8.ergo & hic.

38 Contrarium credo verũ,quia non conficiens
inuentarium,priuatur hæreditate.l.fi.C.de iu-
re deliber. non tamẽ priuabitur legitima.gloſ.
in d.l.fin.§.penul.in ver.ſacramento.ſic ergo in
non vindicante. Secundò non implens volun
tatem defuncti,non priuatur legitima.authen.
hoc amplius.C.de fideicom. Sic nec ille qui
non vindicat necem defuncti.Item certi caſus
reperiuntur,in quibus quis hæreditate & legi-
tima priuatur.in §.aliud.ver.cauſas.vt cum de
appel.cogn.col.8.gloſ.in c.Quintauallis. de iu
reiur.inter quos non reperitur non vindicans.
ergo iſto caſu non priuatur. Non obſtant in
contrarium adducta,& primò quòd æs alienũ *Legitima quo iure debeatur.*
perditur per cõfuſionem, fateor, ſed legitima
non:quia eſt debita de iure ciuili ratione na-
turali inſtigante, ſecũdum Dyn.in regula, in-
dultum.circa fi.de reg.iur.lib.6.latè Dec. & ibi
in addit.ad eum in regula,iura ſanguinis.ff.de
reg.iur.tenet Alber.in d.§.pen. Non obſtat ſe-
cundum,quod occidens priuatur legitima,ſe-
cus in

cus in non vindicante, quia quis magis delin-
quit faciendo, quàm omittendo, ideo magis
puniri debet, vt infrà dicam latè.
39 Tertium nõ obſtat in quo dicitur, quod ne-
gligens alere teſtatorem furioſum priuatur le-
gitima: quia fateor per d. §. ſi quis de prædictis.
ſecus in non vindicante, ratio diuerſitatis po-
teſt aſsignari; quia delictum principaliter con-
ſiſtit circa defuncti perſonam, quando non a-
litur; & necare videtur qui alimẽta denegat. l.
necare. ff. de lib. agnoſ. ſecus in non vindican-
te: quia parũ videtur intereſſe teſtatoris, cum
iam ſit mortuus nõ culpa ſui filij, ſed alterius:
quare concludo filium non vindicantem ne-
cem defuncti, legitima nõ priuandum. cogita.
40 Sicut † ergo debet eſſe hæres ſolicitus ad vin
dicandum necem defuncti, ita epiſcopus circa
oppreſſorum redemptionẽ, defenſionémque
pauperum, & tuitionem monaſteriorum. tex.
in ſumma. 84. diſt. & debet eſſe ſolicitus tan-
quam paſtor circa gregem. c. oportet. 81. diſtin.
quod bene ſeruas Reuerende pater, nõ ſolùm
circa perſonas dietim, ſed etiam ædificia: nam
eccleſias mira quadam deuotione dotatas, vt
tibi poſsit dici Beata eccleſia, quæ te protecto-
rem habet: alias tuas virtutes ſileo, quibus non
ſufficeret calamus, nec papyrus. Item ſcholaris
debet eſſe ſollicitus ad aliquid de nouo inqui-
rendum. gloſ. in c. vno, in prima gloſ. de fra. de
nouo benefi. inueſt.

*Solicitudo circa temporalia, an ſit licita.*

41 An ſolicitudo circa temporalia ſit licita. S.
Thom. in ſecunda ſecundæ q. 47. artic. 9. & q.
55. artic. 6. relatus per Syluestr. de Prierio. in ſua
Summa. in verbo, ſolicitudo. & Alber. in eodẽ
42 verbo, ſic dicit, † quod ſolicitudo circa tem-
poralia tripliciter poteſt eſſe illicita. Primò ex
parte eius de quo ſolicitamur, vt ſi temporalia
tanquam finem quæramus. vnde Auguſt. in
lib. de oper. monacho. dicit, cum Dominus di-
cit Lucæ 12. cap. Nolite ſoliciti eſſe, hoc dicit,
non vt homines intueãtur iſta, & faciãt quic-
quid in lectione Euangelij facere iubentur.
Secundò modo reprobatur propter ſuperfluũ
ſtudium ad procuranda temporalia, propter
quod homo à ſpiritualibus retrahitur. & ideo
Matth. 13. dicitur, ſolicitudo ſæculi ſuffocat ver
bum, & ſine fructu efficitur. alibi dicitur quod
ſuffocat ſpiritualia. 49. diſ. c. huic etenim. circa
medium. & hæc maximè in clericis eſt repro-
bata & religioſis. c. diuinę. 87. diſ. & Matth. 6. c.
43 Item † quædam eſt ſolicitudo anxietatis & a-
uaritiæ, & hæc eſt mala. Secunda eſt neceſsita-
tis & prouidẽtiæ, & eſt bona. Tertia eſt dubie-
tatis & differentiæ, & eſt etiam mala. teſte A-
ſten. in ſua ſumma, li. 2. tit. 10. artic. 5. in fi. vnde
quomodo humana occupatur circa tria. per
Flor. in 4. parte ſummæ. tit. 12. c. 2. in prin. & in
2. parte tit. 1. c. 25. Tertiò eſt reprobata ex parte
timoris ſuperflui, videlicet quando aliquis ti-
met, ne faciẽdo quod debet, neceſſaria ſibi de-
ficiant, ſed hoc dominus tripliciter excludit.
Primò, propter maiora beneficia hominibus
præſtita diuinitus, videlicet corpus & animã.
Secundò propter ſubuentionem: quia Deus
animalibus & plantis ſubuenit abſque huma-
no opere. Tertiò ex diuina prouidentia, pro-
pter cuius ignorantiã, gentiles circa bona tem
poralia quęrenda principaliter ſolicitabantur,
ſed ſolicitudo noſtra debet eſſe de ſpirituali-
bus, vt dicitur Matth. 6. Primò quærite regnũ
Dei, & omnia adiicientur vobis. vide Lucã de
Penna in l. tutela. C. de excu. mun. lib. 10. Ioan.
de Friburgo in ſumma confeſſorum. lib. 3. rub.
44 de iudic. peccatorũ. q. 33. inter curam † & ſoli-
citudinem eſt differentia: quia ſolicitudo mo-
derata eſt, & temporalis cura ſine moderatio-
ne, ſecundum Archidiac. in c. clemens. 8. q. 1. &
c. ſi cuſtos. 27. q. 1. nam cura eſt quaſi cor vrẽs.
gloſ. in authen. de hære. & falcid. col. 1. in prin.
Aluarus de plãctu eccleſiæ. lib. 2. art. 56. fo. 187.

*Cura & ſolicitudo, quomodo differant.*

Inquantum hic dicitur, quod hæres debet
vindicare necem defuncti, videatur quod non
teneatur, cum Chriſtus dicat: Mihi vindictam
& ego retribuam. Deuter. 32. cap. ad Hebr. c. 10.
45 & ad Roma. 12. & 13. q. 1. §. 1. † Item Eſdr. c. 15.
dicitur, Vindicans vindicabo illos, dicit Domi
nus. ergo in foro cõſcientiæ non erit permiſſa.
Contrarium credo verius. Nam quædam eſt
vindicta priuata, quæ tendit ad malum princi-
paliter ex intentione vindicantis, & fit aucto-
ritate propria, & hæc non eſt permiſſa, & lo-
quuntur ſuprà deducta. & c. ſi eccleſia. cap. ipſa
pietas. & c. quod Chriſtus. 32. q. 4. & loquitur
beatus Thom. in ſecunda ſecundæ q. 108. & c.
ſeditionarios. 46. diſt. Quædam eſt alia vindi-
cta quæ tendit ad bonum publicum, & corre-
ctionem peccantis, iuſtitiæque obſeruantiã, &
iſta poteſt eſſe licita, ſi fiat per iudicem iuris
ordine ſeruato, vt hîc, & iudicibus præcipitur.
in c. quid crudele. & c. ſeq. 23. q. 4. Et Iuriſcon-
ſultus iudici, rem ſeuerè vindica. in l. Diuus. in
fi. ff. de re iudic. Et loquitur de hac, quando
mandatur iudici. Sed Epiſcopi & Prælati non
debent ad hanc accendi re non cognita. c. ſi
quid. 86. diſt. Lucas de Penna in l. 1. C. de veter.
nummiſ. poteſta. lib. 11. & dicit Pet. de bella per-
tica in l. 1. C. eo. hæredes debere vindicare ne-
cem non gladio, ſed via accuſationis & iuſti-
tiæ. l. 1. de precib. imper. offer. per l. fin. C. de act.
emp. & Aufre. rub. de dilat. quæ datur per Bar.
in prin. in 1. parte ſtil. Parlam. & c. 1. 16. q. 6. vide
tex. in contrarium l. quãuis. ff. de acqui. rerum
46 domi. Vnde † infero Ang. de Clauaſio in ſua
ſumma. in ver. vindicatio. ſimpliciter loquen-
tem non rectè loqui, dum dicit illum, cui eſt
facta iniuria, non habere poteſtatẽ vindicandi,
etiam ſi non habet ſuperiorem: quia licet prin
ceps ſolutus ſit legibus. l. digna vox. C. de le-
gib. ipſe tamen delegat, licet punire poſſet. c. 1.
de iudic. in 6. & alia iura allegat, ſed non pro-
bant: nam non ſequitur, poteſt delegare, ergo
illatam iniuriam non poteſt vindicare. ideo di
co ſecundum ſanctum Thom. in ſecunda ſe-
cundæ q. 180. loquentem de iudice, quod quan
do iniuria illata ſuperiori redundat in Deum
vel eccleſiam, aut rem publicã, tunc ſuperiori
licet illam vindicare, ſicut fecit Helias: nam
ignem de cælo fecit deſcendere contra eos,
qui

*In foro conſcientiæ, an mors defuncti ſit vindicanda.*

*Duplex eſt vindicta.*



qui ad eum capiendum venerant, vt habetur
4. Reg. c. 1. Idem Epiſcopus iniuriam illi illatã
ratione eccleſiæ poteſt vindicare. text. in cle.
vna. de foro compet. & ibi Panor. not. quia ta-
lis offenſio non eſt illi, vt priuato facta, ſed vt
publicæ perſonæ & officiali. l. ſi pater. §. qui
duos. ff. de adopt. l. ea quidem. C. de accuſatio.
Albertus Brunus conſi. 19. col. 2. & conſi. 31. &
ideo vindicando non facit tanquam priuatus,
ſed tanquam iuris executor & iuſtitiæ. c. offi
cia. c. miles. & c. iudex. 23. q. 5. ſequitur Bonifac.
de Vitali. in tracta. de malefi. in rub. de inquiſi-
tio. in ver. ſed pone quod aliquis vulnerauit. &
ſumma Syluestrina vbi ſuprà. & tex. in l. proxi.
ff. de his quæ in teſta. delen. Aliquando iniuria
facta ſuperiori, redundat ſolùm in eius perſo-
nam, & ipſe non debet eam vindicare, ne ſit
iudex in ſua cauſa. vt Cod. ne quis in ſua cau.
iudic. l. qui iuriſditioni. ff. de iuriſd. omn. iudic.
& ita poteſt intelligi opinio Ange. & declarat
Syluester de Prierio in ſua ſumma. in ver. vin-

*Vindicta quando dicatur.*

47 dicta. † Et ideo vindicta eſt, ſi aliquis te vul-
nerauit, & poſtea aufugit, & tu eum inſequen-
do vulneraſti: & ſi occideris nõ dicitur factum
ad defenſionem, ſed ad vindictam. Bart. & alij
in l. 1. C. vnde vi. Do. in c. de his. 50. diſt. Dom.
Ioan. Brunel. in repet. c. primi conclu. 22. de ho-
micid. nam ante factum quis debet ſe defen-
dere non poſt. cap. ſignificaſti. 2. de homicid. &
hoc quando factum non poteſt in priſtinum
ſtatum reduci, vt not. Bal. in d. l. 1. in l. raptores.
C. de rapt. virg. & l. Gracchus. ad l. Iul. de adul.
Si vero factum poteſt in priſtinum ſtatum re-
duci incontinenti, poſt factum dicetur ad de-
fenſionem. l. 3. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma.
48 Notandum eſt tamen quod licet ille prior
vulneratus fugientem occideret, non deberet
puniri pœna mortis, ſed alia arbitraria cũ ex-
ceſſerit modum in ſe defendendo: ideo de illo
exceſſu tantum punietur. c. olim. in primo. &
ibi doct. de reſti. ſpo. tex. ſing. in l. ſi adulterium
cum inceſtu. §. Imperatores. ff. de adult. ſecun-
dum Areti. in conſil. 80. ſicut decet. & conſi. 34.
viſis. col. fi. Angel. in tract. malefic. in gloſ. & di-
ctus Titius. col. 4. Ioan. Baptiſtam in repet. l.
omnes. col. 217. in paruo volu. de iuſti. & iure.
Ange. in §. ius autem gentium. Inſtitut. de iure
natur. gen. & ciui. Flor. in l. ſcientiã. §. qui cum
aliter. col. 2. ff. ad l. Aquil. Iaſ. in vt vim. col. 3. de
iuſtit. & iure. vide Alex. conſi. 76. in princ. viſa
inquiſitione. in 1. lib. & conſil. 140. in fin. videtur
2. vol. & conſil. 75. viſo themate. in 3. vol. & cõ-
ſil. 2. viſo proceſſu. col. pen. in 7. vol. & conſil.
119. eo. vol. quia hic exceſſus culpa & non do-
lo præſumitur proceſsiſſe. vt dicit Salic. in d. l.
Gracchus. & Iaſ. in d. l. vt vim. vide text. in cap.
ſignificauit. de pœnit. & remiſsio. glo. in l. quo-
niam multa. Cod. ad l. Iul. de vi publi. Feli. in
c. ſignificaſti. col. 6. de homici. vide text. in con-
trarium in l. vna. Cod. de emenda. ſeruo. & ſol-
ue vt per Areti. conſil. 80.
49 Quæro cuidam ſcholari eſt iniuria illata
per lenonẽ, qui ſoliti ſunt hoc facere, & ſcho-
laris iniuriatus dixit coram pluribus, me vin-
dicabo de tali lenone, qui reperitur mortuus
hinc ad duos dies vel ad aliud tẽpus, an ſcho-
laris ſit cõdennandus. ex illis verbis? Breuiter
omiſsis argumentis dico quod non: nam in
criminibus probationes debent eſſe luce meri-
diana clariores. l. fin. Cod. de probat. quod non
eſt hîc: Item iſta verba, me vindicabo debent
intelligi, videlicet iuridicè per iudicem. l. furti.
§. mandati. ff. de his qui notant. infa. vbi dicit
condemnabo, id eſt, condemnari faciam. l.
quamuis. C. ſi quis alteri vel ſibi. & l. miles. §.
ſocer. ff. ad l. Iul. de adult. l. qui cum maior. §. ſi
libertus. de bon. liber. ſequitur patruus meus
Iacob. Rebuff. in l. vna. Cod. de ſtud. liber. vrb.
Romæ. lib. 11. Bal. in l. fin. ff. de hæred. inſti. Dec.
conſil. 189. lætatus. col. 2. Talia tamen verba fa-
ciunt indicium ad torturam ſecundum quali-
tatem perſonarum, ſi aliàs erat ſolitus deduce-
re ad effectum minas, & ſi erat conſuetus ver-
berare vel erat vilis: ideo iudex in dubio non
debet eſſe procliuus ad torturam, vt dicit Pa-
nor. in c. ſcribam. in fin. de præſumptio. Bald.
in l. metum. Co. quod metus cauſ. & ibi Alex.
Spec. & ibi Ioan. And. in tit. de præſumptio. §. 1.
verſi. ſed pone Alex. in addit. ad Panor. in d. l. 1.
C. eod. & in l. fin. ff. de quæſtio. Bonifac. de Vi-
tal. in tract. de malef. in rubr. quæ debeant præ-
cedere torturam, quia præſumitur quod ore
protulit facto impleuerit, cum ex dictis homi-
num facta penſemus. l. 1. C. ſi quis impera. ma-
led. l. Labeo. ff. de ſupel. legat. Iaſ. amplia. l. ne-
que profeſsio. circa fi. de teſta. C.
50 Sed quid ſi iniuriatus dicat famulo, non re-
deas domum quin feceris vindictam de tali,
& ille poſtea reperitur occiſus, an dominus te-
neatur tanquam mandans, & videretur quod
non: nam oportet prius conſtare de mandato
antequam quis teneatur, vt ſuprà latè probaui:
ſed hic non cõſtat ergo &c. Ioan. Sanx. in con
ſuetud. Turon. rub. *des droicts de haut.* artic. 1.
Item mandatum fit certis verbis. l. 2. ff. manda.
quæ hic non interuenerunt: ergo non erit mã-
datum. Contrarium tenet Bart. in l. ſi quis mi-
hi bona. §. ſed quid ſi mandauit. ff. de acqui. hę-
red. & dicit per illum text. quædam Florenti-
num militem, qui hoc dixerat ſuo famulo de-
capitatum fuiſſe, ob hoc quia cenſebatur man-
daſſe: & ita ſequuntur ibi Bald. Ange. & Paul.
ſequitur Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. Cod. eod.
& in lectura per text. ſing. in c. ex literis. de ex-
ceſsib. præla. Ange. Areti. in tracta. de malefi. in
gloſ. Semproniũ mandatorem. 21. q. Paul. con-
ſil. 260. videtur per prædicta. Alex. conſil. 127.
incipien. viſa inquiſitione. in 4. vol. Brunel. in
repet. cap. primi, conclu. 19. decla. 2. de homici.
quod intellige & limita ſeptem modis, vt limi-
tat Iaſ. & ibi Areti. in d. §. ſed quid ſi mandauit.
latè Iaſ. in l. 1. col. 5. & ſequen. Cod. de ſer. fug. &
non obſtat primum: quia debet prius conſtare
de mandato, ſic etiam hic conſtat: nam man-
datum ad homicidiũ non requirit verba im-
peratiua vel præceptiua, ſed enuntiatiua ſuffi-
ciunt, ex quibus coniecturatè appareat quòd
oportet vindictam fieri, ſecundum Bal. in d. l. 1.

col.2.C. de ſer.fugi.Ioan.de Ana.conſi.59.viſa
inquiſitione. Ange.cõſi.22.pro deciſione.Feli.
in c.afferte.col.pen.de præſumptio.& Iaſon in
51 d.l.1.col.6. in fi.de ſer. fugit. † Amplia etiam
Matthæ.Matheſil.not.188. dominum ex man-
dato teneri, etiam ſi prohibuiſſet mandatario
& famulo ne occideret: quia ſi occidit tenetur
mandans.tex.in c.fin.de homicid.libr.6. Bald.
in l.non ideo minus.C.de accuſa. col.fin. niſi
ex qualitate iniuriæ aliud appareret,ſecundum
Areti.& alios in d.§.ſed quid ſi mandauit.Bal.
conſi.82.in 3.vol.refert Alex.in addit. ad Bart.
in l.1.C.eod.

52 Et ſi quis dicat & confiteatur ſe feciſſe ho-
micidium vlciſcendo, volens dicere defen-
dendo, poteſt excuſari.l.deuotũ. ibi vltionis.
& ibi hoc tenet gloſ. approbata per Doct. C.
de met.& epide.lib.12.ſequitur Iaſ.in l.vt vim.
col.3.ff.de iuſtit.& iure.

53 Cautela eſt tamen vt confiteatur captus ſe
feciſſe homicidium ad ſui defenſionem neceſ-
ſariam,quia tunc torturam ratione confeſsio-
nis euitabit, & mortem: quia ad ſuam defen-
ſionem.hoc tenet Panor.in c. auditis.col. pen.
de præſcriptio.Alex.in l non ſolum.§.ſciendũ.
col.1.& ibi in addit. ad eum. ff. de noui oper.
nuntia.Hippol.ſing.185.Iaſ.in d.l. vt vim.col.1.
& 2.& ibi Claud.col.57.in paruo volu. Tho.
Ferra.late cautel.5.Dec.in l.1.ff.ſi cert.petat.D.
de Ripa in repet.c.cum eccleſia.nu.31.de cauſa
poſſeſ.Et caſus in quibus quis poteſt alium of-
fendere,& vindictam facere.vide per Boniſac.
de Vital. in dicto tract.de malefic.in rub. quis
alium poſsit offendere, & vindictam facere.

54 Reſtat ſecunda pars gloſ. declaranda quæ
quærit,an dominus poſsit occiſores abſoluere,
& reſpond.quod non,cum actio ſeu accuſatio
cuilibet competat de populo: ideo licet tolla-
tur quo ad vnũ quem teſtator abſoluit: alius
tamen non prohibetur accuſare.l.1.ff.de publi.
iudic.dicit gloſ.occiſores in faciendo delique-
runt,hic in omittendo defendere teſtatorem,
vel necem defuncti vindicare, & plenius de-
linquit faciens, quàm omittens, ſecundum
gloſ.hìc.

55 Contra hanc gloſſ.oppo.Bart.de l.tranſige-
re.Cod.de tranſact.& reſpond.quod de crimi-
ne capitali licitum eſt tranſigere in præiudi-
cium tranſigentis, vt amplius ſuper illo pro-
ceſſu non procedatur, & vt reus de crimine
non habeatur confeſſus.l.2. ff.de bon. eor.l. in
omnibus.de præuar. & ſic intelligitur lex trã-
ſigere: ſed in aliorum præiudicium qui accu-
ſare poſſunt non poteſt quis tranſigere: & ita
intelligitur hæc gloſ. & Bart. ſe remittit ad l. ſi
maritus.§.ſi negauerint.ff.ad l.Iul. de adult. Et
ſic habes quid quis poteſt paciſci etiam de de-
licto in faciendo quo ad excluſionem perſonæ
tranſigentis,ſed non quo ad pœnæ liberatio-
nem,quæ ſit ratio ad illam.l.tranſigere.ibi not.
doct. & D. Alciat. in lib.5.Paradox.capit.8.&
ſequent.

56 Item per hanc gloſ. declarãtur omnes leges
dicentes non eſſe licitum tranſigere:quia hoc
eſt verum in crimine conſiſtente in commit-
tendo, ſed ſecus in omittendo,vt hìc.& not.
doct.in d.l.tranſigere.& infrà latius ponam in
fin. Sed hoc reprobat Bart. nam etiam in de-
lictis in omittendo non habet locum remiſ-
ſio in reipublicæ præiudicium, vt ſi quis deſi-
ſtendo incidat in Turpillianum,vel nõ proſe-
quendo incidat in crimen.l.2. C.vt infrà certũ
temp.vel in l.qui crimen. Cod.qui accu.non
poſſunt. Cæterum pœna non remittetur per
priuatam perſonam.l.iuriſgentiũ.§.ſi paciſcar.
ff.de pact.& non obſtat hæc lex ſecundũ Bart.
quia hic eſt ſpeciale: ideo non debet in conſe-
quentiam trahi,iuxta l.ius ſingulare.& l.quod
vero. ff.de legib. & l. 1.ff. ad municipa. Ratio
ſpecialitatis eſt,quia in l.noſtra vulneratus tu-
lit teſtimonium innocentiæ pro ſeruis, & hoc
eſt quod ſeruos excuſat, ſecus ſi ſeruos culpa
biles abſoluiſſet, nã hoc poſſet in reipub.præ-
iudicium,& non obſtat hæc litera quæ in fin.
dicit abſoluit, quia intelligẽda eſt dicendo eos
non culpabiles, & innocentiam purgando &
declarando, videlicet dicendo quod ſerui non
erant in culpa, ergo bene ſtatur:ſecus quo ad
criminationẽ, vt infrà dicam, & hoc ſequitur
Bald.hìc. Et ſic habemus quod licet quantum
ad ſuum præiudicium in criminalibus poſsit
quis tranſigere, tamen nõ obſtante tranſactio-
ne iudex ex officio poterit inquirere, ſecundũ
Alber.hic per l.2.C.de abolitio.& c.2.de collu.
detegend.& ibi cano. Alber.in d.l. tranſigere.
col.3.Benedict. in c. Raynutius.ver.mortuo.in
1.nu.201.de teſta.

57 Hodie communiter proceditur per inqui-
ſitionem ex generali conſuetudine regni Frã-
ciæ,quando ignorantur malefactores,& quan-
do fit querela iudici reſpon.inquiratur,& imo
fuit annullata præhenſio ſiue captura decreta,
non viſis informationibus,licet iudex vidiſſet
vulnera, & fama fuiſſet, quod is qui debebat
præhendi & capi, fecerat delictum anno 1533.
die 22.Decembris. Iaco.de Bello viſu in pra-
cti.rub.de inquiſitio.fo.6.nu.52.& in ſtilo Par-
la.87. parte rub.de accu.ordina.5. Dec.in l.2.
col.5.C.de edendo.Et fuit prolatum areſtum
1533.die antepen. Decemb. quod nullus dein-
ceps caperetur,nõ præcedentibus informatio-
nibus,niſi in flagranti crimine eſſet repertus,&
tunc fient inquiſitiones quas nos informatio-
58 nes dicimus, † ſine quibus quis non debet ca
pi.Salic.in l.nullus.in 5.notab.Cod.de exhib.
reis.l.fi.Cod.de quæſtion. Dec.conſi.189.in fi.
59 incipiẽ.lætatus ſum plurimum. aliàs † ſi fuit
quis ſine cauſa captus ille, ad cuius inſtãtiam
fuit captus,debet in carceribus detineri,donec
ſoluerit dãna & intereſſe. Ordina.reg.cauetur.
rub. *des proces criminels.* artic.122.vide Hippo.
in ſua practi.in verbo,conſtante. Et quando a-
liquis præcedentibus fuit informationibus ca-
ptus,non debet etiã à iudice elargiri, niſi prius
informationes fuerint traditæ, & viſæ agenti-
bus Regiis,videlicet à procuratore Regio:& ſi
aliter fiat,malè iudicatum cenſuit Senatus an-
no 1533.die 10.Februarij.





60 Vlterius ex glo.not. quod dominus poteſt
purgare innocentiam delinquẽtium. hanc gl.
non eſſe alibi prædicat Bald.in l.iuriſgentium.
§.ſi paciſcar.ff.de pact. & in rub.de treuga &
pace.in prin.& in c.quoniam frequẽter. vt lite
non conteſt.in prin.col.5.refert Iaſ.in dicta l.
tranſigere.nu.7.& ſingu.eam dicit D. meus &
conciuis D.Nico.Boer.in conſuetu.Bitur.in §.
16.de iuriſdict.omn.iudi.ſequitur D. Barth.de
Chaſſa.in cõſuet.Burgund.in rub. *des iuſtices.*
§.5.in gloſ. *s'il n'a grace.* nu.38.

*Excuſatio vulnerati, quid proſit vulnerati.*

61 Quæro de quo prodeſt iſta excuſatio vulne
rati dicentis, remitto iniuriam & vulnus mihi
illatum,& mortẽ vt dicunt. Reſpon.quia om-
nis actio ad pœnam ciuilem erit ſublata.§.fin.
inſtit.de iniur.idem dicit hic Alber.ſi vulnera-
tus ad mortem fecerit pacem cum occiſore.l.
1.§.ſi ea.ff.de vent.in poſſeſ.mit. & reſpectu ſui
poteſt remittere, ſed non in præiudicium fiſci,
vt ſuprà dixi,ob id poteſt cõdemnari ad emen
dam erga Regem vel alium dominum, non
vt vnus erga alium condemnetur. teſte Boer.
in deciſ.Burdegal.q.237.ſi vnus. ſequitur An-
ge.in §.1.col.15.inſtit.de excep.per gloſ.in l.ve-
nia C.de in ius vocan.& l.ſed & ſi hac.§.vlti.
ff.eo.titu.Ioan. de Plat.in l.nulla. C.de delat.
lib.10.Bart.in conſi.175.dominæ poteſtas terræ
roche.Bar.Alex.& Iaſ.in l.ſi vnus.§.pacta quæ
turpem.ff.de pact.Alex.& Iaſ.in l.ſi tibi.§.1.illo
62 tit. † Et ſic vſurarius confitens ſe extorſiſſe
vſuras à tali, probat in hæredis præiudicium,
vt poſt mortem hæredes teneantur eas reſti-
tuere.tex.in c.quanquam.de vſur.in 6.tex.in c.
fi.& ibi gl.& docto.de ſepult.Bal.in l.generali-
ter.col.fi.C.de non nume.pecu.& in l.ſeq.§.1.

63 Et ſi ſemel confeſſus eſt extorſiſſe vſuras, an
ſi poſtea cõualeſcat poſsit reuocare,tenet Bar.
quod ſic in l.cum quis.§.codicillis.ff.de lega.3.
Limita niſi fuerit cõfeſſus parte præſente,aut
notario ſtipulante pro alio,& recipiente. ſecun
dum eum ibi & in l.Lucius.§.quiſquis in 2.ff.
de lega.2.Bal.in l.rationes.C.de proba.Panor.
latè in c.cum dilectus.col.pen.& ſeq.de ſucceſ.
ab inteſta.Bal.in c.in præſtantia.de probatio.
Alexan.in conſi.45.habita.in 1.vol. & conſi.36.
viſo.in 2.vol.Nota tamẽ quod iſta remiſsione
partis nõ obſtante,ſi non habeat gratiã à Re-
ge de prædicto homicidio,condẽnabitur occi-
dens ad mortem,quia licet vna actio ſit ſubla-
ta,videlicet parti competens, tamen adhuc re-
manebat alia competens fiſco, cum ex quoli-
bet delicto duplex naſcatur.l.licitatio.§.quod
illicitè.ff.de public.l.ita vulneratus. & l.qua a-
ctione.ff.ad l.Aquil.l.fi.ff.de furt.ſequitur Bo-
nifac.de Vitali in tracta.de malefic.in rub.de
inſultu.col.8.verſi.ſed quid pone. Idem Hip-
poly.in conſi.50.nu.34.Aret.c.tertio loco.col.
64 vlt.& ibi Dec.de probat.Item in alio prodeſt:
quia licet ſit indicium ad torturam contra ac-
cuſatum,tamen ex illo non torquebitur, cum
habeat indicium innocentiæ. pro ſe eſt nota.
verbum.Bal.in l.1.in fi.C.cõmu.de lega.per l.
Paulus.§.1.ff.de bonis liber.idem Bal.in marg.
in ver.maleficium.4.q. & in ver.vulneratus.in
1.q.Idem Hippoly.in conſi.50.gratia.nu.18.&
conſ..61.nu.34.Aret.in c.tertio loco.col.vlti.de
probat.& ibi Dec.Si verò liquidò de crimine
conſtaret,poſſet non obſtante excuſatione pu
niri,vt hic Bal.in d.l.tranſigere. col.pen.Alex.
conſi.24.animaduerſis.col.4.in 2.vol.& conſi.
1.col.5.& conſi.14.ponderatis.in prin.in 3.vol.
& conſi.124.quoniam abunde.in fi.in 6.lib.&
conſi.30.ex allegatis.col.2.in 7.vol.Feli.in c.1.
in fi.de præſump.Iaſ.in l.de die.in prin.col.fin.
ff.qui ſatiſda.cog.& l.1.de eo per quem factum
erit.Iaſon l.ſi mora.col.6.ff.ſolu.matr.& in l.1.
commu.de lega.dicens eſſe not. pro amico.&
Hippoly.ſingu.22.& in ſua practi.§.diligenter.
nu.200. & conſi.17.ſcientiarum. nu.10. Petr.
Gerardi ſing.55.Catelia.Cotta in ſecũda parte
memora. in ver. teſtator letaliter. Benedict. in
repet.c.Raynutius.in ver.in extremis.num.20.
de teſta.Dom.Bart.de Chaſſa, in conſuet.Bur-
gund.in rub. *des iuſtices,* in gloſſ. *s'il n'a grace.*
§.5.nume.39.

65 Quid ſi Titius mandauit Seio, vt Caium
occideret, & ſic fecit, qui Seius poſtea captus
dicit hoc feciſſe non exequendo mandatum
Titij,ſed motu proprio: quia erat ſuus inimi-
cus capitalis, vel vulneratus, dicit hoc iocosè
factum, quæro an debeat credi.Bald.in c.vno.
§.iniuria.col.5.verſi.quæro ſi Titius.de pace &
iura. firmand. concludit teſtimonium delin-
quentis non eſſe bonum.l.fin.Cod.de accuſa.
ideo in dubio cõtra mandantem præſumitur.
l.ſæpe.de verb.ſignific.Bald.in l.metum. Cod.
quod metus cauſa.ſed bonus iudex debet ad
cõiecturas recurrere, videlicet an eſſet aliàs ſi-
ne mandato facturus, quia erat inimicus capi-
talis, & ante mandatum erat proſequutus, &
ad alias coniecturas. ſecundum Bald.in l.qui-
cunque.C.de ſer.fug.Cepol.cautel.39. incipiẽ.
vidimus.Felin.in cap.1.de præſumptio.Angel.
in tract.de malefic.in gloſ.Sempronium man-
datorem.Hippol.de Marſil.in l.1.§.Diuus An-
tonius.nu.10.ff.de quæſtio.vide Bal.in l.vna.§.
ne autem.C.de caduc.tollend.

66 Suprà vidimus quid prodeſt excuſatio,nũc
videamus quid proſit accuſatio ſeu inculpa-
tio, videlicet ſi teſtator dicat ſe vulneratum à
Titio propter Gaium, an poſsint illi inculpati
poni ratione accuſationis ad torturam. gloſſ.
not.in l.2.in ver.cauit.C.de calum. dicit quod
non.per text.in l. ſi quis.§.1.infrà eod.& c.1.de
confeſsis.Soci.conſi.54.col.4.viſis teſtibus.nu.
13.in 3.volu. nec inducit ſufficiens indicium ad
torturam, ſed facit quandam vilem præſum-
ptionem.ſecundum gloſ.ibi, imo iudex ex illa
inculpatione non debet eum torquere, etiam
ſi voluntas incarcerati & malefactoris interue-
niat.quod eſt ſing.notandum ſecundum Hip-
pol. in l.quæſtionis. nume.8. ff. de quæſtionib.
Sed hæc inculpatio prodeſt, vt ſi hæres accu-
ſet cõfiſus hac inculpatione & ſuccumbat, ex-
cuſabitur à calũnia accuſantis de neceſsitate,
ſecus de voluntate.c.2.de calum.c.cũ dilectus.
col.3.ver.3.oppono.de elect.per illum tex.l.qui
non probaſſe. & l.fin. Cod.de calum. Bald.in

d.l.2. & ita intelligitur.l.qui cum maior.§. fin.
& l.Paulus. ff.de bon.liber.l. ſi furioſo.§.1.ff.de
cura.furio.ſing. ſecundum Bald. in margar. in
verſi.parentes.in 17. quæſt. & Paul. de Monte
Picco.in repet.l.in quartam.ad l.Falcid.Bene-
dict.in repe.c.Raynutius.in verbo,reliquit.nu.
4.de teſtam.ſequitur Bart.& docto.in l.ſequen.
§.1.gloſ.in c.nemini.15.quæſt.3. Panor.in c.1.de
confeſ.Roma.conſil. 409.Alex.conſil.14.pon-
deratis.& conſil. 89.viſo themate in 3. volum.
& Angel.in tract.de malfic.in gloſ.qui iudex.
ad probationē ſuæ inquiſitionis.col.fi.Hippol.
ſing.22.Petr.Gerar.ſing.55. vtriuſque cenſuræ
theoricæ,videlicet & practicæ. doctiſsimus ac
eminentiſsimus Dom.meus.Do. Boer.in con-
ſuet.Bitur.in §.16.de iuriſd.omn.iudic. Feli. in
cap.1.col.fin.de præſumptio.Iaſ.in l.1.ff. de eo.
per quem factum erit.l. iuſiurandum quod ex
conuentione.§.fin.de iureiuran.& l.1.C. com-
munia de legat.
67 Secundò prodeſt quo ad inquiſitionē, quia
iudex ex illa confeſsione ſeu accuſatione po-
terit inquirere,gloſ.& doct.in l.fin.Cod.de ac-
68 cuſa.& doct.ſuprà allegati.† Idem dicendum
puto, ſi vulneratus dicat mori culpa medici
vel chirurgici:quia non probat nec iuuat per-
cuſſorem, vt dicit Benedict.in repet.c. Raynu-
tius. in ver.in extremis.nume.20.de teſtamen.
niſi alias conſtaret de culpa medicorū de qua
69 vide Felin.in cap.tua. de homicid. † itē quia
allegat turpitudinem ſuam.Panor.in c.ſicut.in
3.not.de teſtib.Et quia incurrit periurium hoc
fatendo,cui periuro poſtea non creditur, tan-
quam infami.gloſ.l.Lucius.ff.de his qui not.
infa.in c.teſtimonium.de teſtib.Curt.cōſil.70.
nu.24.vide Hippol.cōtrarium tenentem con-
ſil.5.nu.25.& ratio ſupradictorum eſt, quia nō
omnis qui moritur eſt Ioannes Euangeliſta,
nec omnis moriens veritatem dicit. gloſ.tam
graue.in c.literas.de præſumpt. & ibi Felin.ſe-
cundum Bal.in tit.de pace conſtan. in verbo,
vaſſalli.in primo. circa fi.nec omnis qui dicit,
Domine Domine intrabit in regnum cœlo-
rum.Ioan.4.cap. nec debet quis ſtatim credere
in præiudicium aliorum.gloſ.in c.ſi quis præ-
poſtera.50.diſt.vnde verſus,

*Non ſatis eſt tutum mellitis credere verbis.*

Ideo perfidi Iudæi noluerunt credere Iudę mo
rienti.& in extremis exiſtenti, dicentique,pec-
caui, tradens ſanguinem iuſti. huius habetur
Matth.27.cap.& c.inter hæc.de pœnit.diſt.3.&
c.1.6.diſt.& multa ponit Præpo.in c.propoſuit.
col.6.de coniug.ſeruo.
70 Amplia nō eſſe credendū alicui morienti,
etiam ſi recepiſſet corpus Chriſti:quia nō om
nis bene recipit, vt ſuprà de Iuda fuit dictum,
cui Chriſtus in cœna communicauit corpus
ſuum,& poſt eis dixit,vnus veſtrum me tradi-
turus eſt. & tenet Iaſon in l.1.col.3.ff.de eo per
quem factum erit.Barbat.conſil.60.col.3.in 4.
vol.Curt.conſi.70.in prin. ſequitur D.Anton.
de Tremolis in addit.ad Vber.de Bonacurſo.
in rub.de peremp.except.in verſi.peremptoriæ
exceptiones.in ver.rei iudicatæ. & idem dicit
Ange.in §.1.l.ſeq.& ſequitur Alexan.conſi. 14.
ponderatis.in 3.vol.ſe vidiſſe quendam merca
torem à moriente diffamatum de furto, &
poſtea inuentum eſt furtum ab alio factum,
quod nota.
71 Secundò amplia etiā ſi iuraſſet à Titio eſſe
vulneratum: nam nō debet credi in præiudi-
cium tertij.argu.authen.quod obtinet.Cod.de
probat. Alexan.conſi.14.ponderatis.in 3.volu.
Contrarium tenet Hippol.in practi.§.diligen-
ter.nu.117.cum ſeq.
72 Tertiò procedit etiā ſi eſſet presbyter, quia
non omnis presbyter dicit veritatē, ſecundum
Panor.in c.1.de confeſ.in 1.nota.de Ripa tract.
de peſte.in vltima parte.fol.157. & cōmuniter
dicitur,nō omnis Martinus eſt ſanctus,ſic nec
omnis presbyter.Lucas de Penna in l.litibus.
col.4.C.de agric.& cenſi.lib.11.nec omnis Ber-
nardus,nec Guilielmus ſapiens.
73 Quartò amplia,etiam ſi eſſet religioſus cu-
iuſcunque religionis ſit.in c.nuper.de teſtib.e-
74 tiam ſi eſſet † ſanctus,per tex.ſingu.c.1.vt lite
pen.vel cardinalis ſecundum Barbat.in tracta.
de præſtan.cardinal.in ſecunda q.ſecundæ par
tis.col.vlt.vide tex.in c.licet ex quadam.de te-
ſtib.gloſ.in c.cum olim.in 1.in verſ.fratrum.de
priuileg. Iaſ.in repetit.l.admonendi. col.7.nu.
189.cum ſeq.ff.de iureiur.Hippoly. in l.1.§.1.de
75 quæſtio. † etiam ſi eſſet monachus ſancti Be-
nedicti,qui vt plurimum ſunt diabolici, vt di-
cit Alber.in dictio.in ver.ager.& dicitur vulgò
quod habent diabolum in cuculla. Amplia
76 † etiam ſi is contra quem deponitur eſſet v-
nus ribaldus.c.ſicut nobis.de re iudic.Anto.de
Tremol.addit.ad Vbertū rub.de peremp.ex-
77 cep.verbo,rei iudicatæ. Item non eſſet † cre-
dendum exiſtenti in patibulo exculpāti illum
quem inculpauerat, & hoc ſi iudicia præcede-
bant pro prima inculpatione, tenet Hippoly.
in pract.§.reſtat.in 1.q.
78 Limita primò non eſſe credendum, niſi in
foro conſcientiæ.c.ſignificaſti.& ibi glo.de ho
micid.Alber.in l.ſeq.
79 Secundò limita, niſi quantum ad euitādum
calumniam,vt ſuprà dixi,& quantū ad inqui-
ſitionem,vt ſuprà dictum eſt.
80 Item nō puto credendum eſſe matri,quæ in
mortis articulo dicit filium nō eſſe ſui mariti.
c.per tuas.de proba.& ibi Panor.& alij,& ideo
malè fecit filius cuiuſdam reginæ, qui renun-
ciauit regno ad ſimplex dictū matris, dicentis
eum nō filiū Regis, ſed militis,quod ego non
feciſſem.dicit Iac.& refert Bart.in l.filium.ff.de
his qui ſunt ſui vel alieni iur.Et nimia cōſcien
tia onerabatur talis filius:quia nō debebat cre
dere,per d.l.filium. & d.c.per tuas. & l.ſi vici-
nis.C.de nupt.ſequitur Bal.in d.l.ſeq.§.1.Flor.
in l.fi.per illum tex.ff.de proba.l.Gaius Seius.
ff.de iure patron.Iaſ.l.neque profeſsio.in prin.
C.de teſta.Ioan.Sanxon in conſuetu.Tur.rub.
1.art.28.& Barbat.conſi.58.col.2.in 2.vol.& 14.
col.71. in 3.vol. nollem tamē matrē aſſumere
tantam audaciam,vt me filium non ſui mariti
diceret,ſed alterius, tunc bonum de mea legi-
timitate



timitate non multum præſumerem.
81 Amplia etiam ſi ille filius eſſet ſimilis illi de
quo mater teſtificatur:quia in conceptione de
illo potuit cogitare.l.quæreret.ff.de verb.ſign.
gloſ.in l.non ſunt liberi.ff.de ſtatu homi.& fa-
cit quod habetur Geneſ.30.c.Imo dicit Iacob.
Butrig.& aliqui moderni Docto. ſequūtur in
l.Gallus.in prin.ff.de liber.& poſthu. quod filij
qui marito, & ſic patri aſsimilantur, non ſunt
filij ſui:quia vxor dum coibat cum alio, cogi-
tabat de marito venturo.& ſic eum fecit ſimi
lem,quod ibi reprobat Fortu. & medici aſſe-
rētes plus ſimilitudinis ex illo haberi, qui plus
dat ſeminis. Vide eos ne falcem inferā in meſ-
82 ſem alienam. † Et fortius dicunt docto.non
eſſe credendum, etiam ſi ambo parentes hoc
dicerent,dummodo eſſet in vita habitus,& re-
putatus filius,ſecūdum docto.in d.c.per tuas.
& c.tranſmiſſæ. iuncta gloſ.quia. qui filij ſunt
legit.& Bal.in d.l.filium. quia iſtæ diſpoſitio-
nes vltimis diebus factæ, quamuis per haben-
tem ſanum intellectum expeditæ fuerint, non
valent in aliorum præiudicium, ſecundum
Bal.in auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſanct.ec-
cleſ. vt refert Benedict. in dicto ver. in extre-
mis.nu.24.
83 Item in præiudicium collatoris ordinarij nō
valet renuntiatio facta per infirmum,ſi moria
tur ante viginti dies à tempore renūtiationis,
vt eſt regula Innocentij VIII. regula 18. quæ re-
gula non habet locum in inſtitutione, nec co-
ram ordinario, ſecundum Dec.conſil.224.in
caſū propoſito.in fi. Sed contrarium dixi in
tracta. nominatio.q.17.nu.5.vbi plenè probaui
contra Dec.& illi reſpon.
84 Præterea in præiudicium partis, qui ſenten-
tiam obtinuit, pro ſe non creditur iudici, qui
dicit ſe falſam tuliſſe ſententiam in mortis ar-
ticulo,vt dicit Barto.in d.l.ſeq.§.1.& ibi Bal.&
alij.Bal.in l.generaliter.C.de non numer.pecu.
Ange.conſi.309.pactum tale. in 3.dubio. Iaſ.in
dicta l.1.de eo per quem factum erit. Anto.de
Tremolis.in addit.ad Huber. de bonacurſo.in
85 verbo,rei iudicatæ. Et † idem ſi dicat ſe iudi-
cem.c.cum in iure.de offic.deleg.Barba.conſil.
83.in 4.volu.& in c.Raynutius.col.3.de teſtam.
Et Curt.conſi.70.circa primum.in prin. Hip-
pol.rub.ff.de fideiuſſ.nu.39.& ſeq.nume.44.&
conſi.78.nu.19. & ſeq.
86 Limita quādo duo iudices,qui ſemel iudicaſ
ſent concordarent: quia tunc confeſsio illorū
aliis præiudicaret, vt not.Angel.in l.errore.C.
de teſta.nec alibi legiſſe, nec ab aliquo relatū
fatetur.Iaſ.in l.iuſiurandum quod.§.fi.col.8.ff.
de iureiur. Sed antè poſuerat Lucas de Penna
in l.1.col.2.de curioſ.lib.12.C. & ibi rationem
ponit: quia quando duo iudices ferunt ſenten
tias ſunt concordes in actis, & in ferendo ſen-
tentiam,ſed in teſtibus, ſecus:qui ſi concorda-
rent eſſent ſuſpecti, ſecundum Barto.in l.3.§.
ideo.ff.de teſtib.& ibi gloſ.in ver.ſubſtantia.in
c.dudum.de conuer.coniug. Panor.in c.nihil.
per illum tex.de verb.ſign.Dec.conſi.310.viſis.
col.2.quod ſingulariter nota.
87 Item non creditur parti dicenti aduerſario
ſuo,vt tali die veniat ad iudiciū ex præcepto
iudicis:nam dicitur Eccleſiaſt.12.cap.inimico
tuo non credas in æternum. & habetur in c.
accedens.in 2.vt lite non conteſta.c.ex literis:
de in integ.reſtit.Vide Iaſ.l.non ſolum.§.mor-
te.col.15.ff.de oper.noui nunt.& l.quod tu.glo.
fi.nume.35.ff.ſi cer.peta.Et quòd pars poſsit ex
præcepto iudicis citare,vel illa facere,quæ pro
citatione habentur,ponit Bart.in extrauag.ad
reprimen.in verbo, per litteras. quomodo in
læſæ maieſta.crimi.proced.Bal.& Salic.in l.ſi
vt proponis.in 2.C.quomodo & quando iud.
Item realis executio ex cōmiſsione iudicis po
teſt fieri per partem,& etiam captura,dummo
do ſine violentia & periculo poſsit fieri,ſecun
dum Bart.& alios in l.iuſtè.ff.de acqui.poſſeſſ.
Bal.in auth.& omnino.C.ne vxor pro mari.
ſequitur Iaſ.in l.iubere.col.3.nu.7.ff.de iuriſd.
omnium iudic.
88 Item nō creditur parti dicenti ſe appellaſſe,
niſi appellationis inſtrumentū oſtendat. Spec.
in tit.de citatione.§.ſequitur.verſicu.1. Archid.
in c.quàm magnum.23.q.4.
89 Item non creditur teſtatori dicenti ſibi eſſe
debitum in præiudicium debitorum, etiam ſi
iurauerit.l.rationes.in fin. & authent. ſequen.
C.de probatio.
90 Item non creditur eccleſiæ dicenti aliquem
eſſe clericum, vt ei ſuccedat,niſi probet. Bene-
dict.in repet.c.Raynutius.in verb. & vxor. nu.
833. de teſtam.
91 Idem credo dicēdum in arbitro, qui in ago-
ne falſum ſe protuliſſe laudum aſſerit inter ta-
les partes: nam nec ei credere in præiudicium
illius qui laudum pro ſe obtinuit.argu.l. ne in
arbitris.C.de arbit.Spec.in tit.de inſtru.editio.
§.inſtrumentum.verſic.ſed nunquid. Angel.in
ſępe dicto conſil.309.Iaſ.in l.1.de eo per quem
fact.erit.& d.l.iuſiurandum quod.§.fi. & doct.
in §.ſeq.Barba.cle.vna. de probat.
92 Item electoribus non creditur qui poſt ele-
ctionem dicerent ſe pecunia corruptos elegiſ-
ſe, ſecundum Innoc.& alios in cap. cum dile-
ctus.per illum text. de elect.Benedict. in d.ver.
in extremis.num.23.& Iaſ.vbi ſuprà,& per hoc
apparet de impetratione beneficiorum, an va-
luerit, cum in Montepeſſulano eſſet quidam
falſarius bullarum Papæ,& poſtea captus con-
feſſus fuit bullas falſas conceſsiſſe alicui bene-
ficiato, & poſtea quidam impetrauit benefi-
cium illud: an valeat impetratio ex prædictis
apparet,quia mortuus fuit falſarius in carcere.
93 † Item non creditur notario infirmo,ſe falſum
inſtrumētum conſcripſiſſe narrāti pro aliquo,
poſtquàm inſtrumentum dedit in publicam
& authen.formam. ſecundum Spec.in titul.de
inſtru.editio.§.inſtrumentum.verſic. ſed nun-
quid.per text.in §.ſi verò abſunt.in authen.de
hæred.& Falc. col.1.Barto.& Bald.in l.ſequen.
§.1.Bald.& Salice.in l. generaliter. in vlti. not.
Cod.de non numera.pecu. Paul.in l.Seia.ff.ad
Velleia.Salic.in l.qui falſa.ff.de teſt.Alex.cōſi.
133.ſtantibus his.in 7.volu.Benedict.vbi ſuprà.

94 Item non creditur eidem notario ſi dicat ſe amiſiſſe imbreuiaturam, ſed debet probare.l. ſi quis.§.vlt.& ibi gloſ.ff.de eden.ſequitur Feli. in cap.accepimus. in fin.de fide inſtru.Barbat. conſil.42.col.penul.& vlt. vol.1. Montolon. in promptua iuris.in verbo,credere. Feder.conſi. 113.Titius.Ioan.And.in addit.ad Spec.in tit.de inſtrumen.editio.in §.inſtrumentum.in princ.

95 † Idem ſi dicat in inſtrumento eſſe factum vocatis vocandis, adhuc non facit fidem, ſecundum Cardi.conſil.34.incipien.cum inter religioſos.& Barba.in cle.vna. col.4. de probatio.

96 † Item notario nō creditur ſi dicat ſe vidiſſe aliud inſtrumentum.authen.ſi quis in aliquo. C.de eden.& ibi plene docto.

97 Idem ſi dicat certioraſſe minorem vel mulierem de ſuis priuilegiis, aut decretum ex iuſta cauſa interpoſitum. tenet Iaſ.in l.ſi duo.§. Idem Iulianus.col.3.& ſeq.ff.de iureiurand. licet multum dubiam deciſionem dicat, & ſequitur Hippol.in l.1.§.ſi dicatur.ff.de quæſtio.

98 Item non creditur ſi dicat teſtatorē ſanæ mentis. docto.l.2.ff.de teſta.Sanxon rub. *des donations faictes entre gens*. art.5.fo.133.Corne.cōſil. 261.de duobus.vol.4.col.pen.

99 Addo ſupradictis,nec credi teſti in extremis, dicenti ſe falſum in tali cauſa protuliſſe teſtimonium.d.§.ſi quis.infrà eo. & ibi hoc dicunt Bart.& alij c.ſicut nobis. & ibi ad hoc ponderant docto.extra de teſtib. Bal.in authen.ſi dicatur.col.2.C.de teſtib.arg.l.fi.ff.de proba.Bal. in margar.in ver.teſtis.in 54.q.Angel.in dicto conſi.309.pactum tale.Bald.in d.l.generaliter. Pau.in dicta l.Seia.Pet.de Anch.conſi.24. viſa inquiſitione.Fulgo.conſi.173. in cauſa inquiſitionis.refert Dec.conſi.189.lætatus ſum.col.2. & 4.Alex.conſi.124.quoniam.in 6.volu.Dec. l.1.nu.11.in 2.lectu.ff.ſi cer.peta. Curt.conſi.70. circa primum.in prin.Ioan.Sanx.in ordin.curiæ.art.24.Hippol.rub.de fideiuſſ.nu.42.an credatur teſti ſi dicat ſe ita depoſuiſſe. tradit Socin.in c.fraternitatis.col.5.in 4.artic. princip.de teſtib.Felin.in c.ſicut.in prin.& c.cum in tua. col.2.de teſtib.Iaſ.in d.l.1.de eo per quem factū erit. Anto. de Tremol. in addit.ad Huber.de Bonacurſo in rub.de perempto.except.in ver. rei iudicatæ.

100 Ratio eſt, quia cum primum dictum ſit iuratum,& corā iudice depoſuerit, pro illo erit præſumendum, & quod potius in illo dicto dixerit veritatem,tùm propter reuerentiam ſacramenti, tùm propter iudicis auctoritatem, & etiam quia liberius loquitur, quando pars non eſt præſens: quia quādo pars eſt præſens, fortè vt illi applaudat, multa non vera dicit, not.docto.in cap.præſentium.de teſtib.Bart.in l.eos.ff.de falſis.Feli.in d.c.cum in tua.de teſti.

101 Intellige tamen, quòd ſi teſtis ſolus productus ab eo contra quem fuerat pecunia corruptus,ne teſtimonium diceret contra corrumpentem,hoc deponat ei creditur, & plenè probabit,vt ſingu.dicit Bal.in c.vno.col.2.ſi de inueſtit.inter domi.& vaſſal.lis oria.ſequitur Felin.in c.licet.col.5.de probatio.Hippol.ſing.112. incipien.in ore duorum.

102 Intellige prædicta,videlicet non eſſe credendum teſti dicenti, ſe pecunia corruptum,vera eſſe poſtquàm depoſuerunt, ſecus ſi in depoſitione hoc dicerent: quia tunc in acquirendis præiudicaretur,& nō in acquiſitis,& ratio eſt: quia licet teſtes iſtis interrogatoriis non debeant reſpondere,ſi tamen reſpondeant præiudicant.c.1.& ibi not.de except.Bart.& Iaſ.in l. iuſiurandū quod.§.fi.ff.de iureiur. Panor.in c. inquiſitionis.§.3.de accu.Bal.cōſi.252.in 4.vol.

103 Item ſententia lata contra producentē falſos teſtes non nocet teſtibus. Bart.in l.denuntiaſſe.§.quæritur.de adult.

104 Item nec lata contra notariū de falſo præiudicat domino ad quem pertinet inſtrumentū. l.Lucius.ff.de his qui notan.infa. c.cum dilectus.in fi.de ordi.cognit.Panor.in c.quamuis. col.7.de re iudica.ſed Angel.in l.qui falſa. de probat.tenet quod talis confeſsio facit indiciū & præſumptionem contra inſtrumentum. & idem ſentit Panor.in d.c.quāuis. & Benedict. in dicto ver.in extremis. quod poteſt intelligi quo ad informationem iudicis,vbi non requiritur iuramentum.gloſ.ſingu.in c.1.§.ſi duo.de pace tenen.in ver.teſtimonium ſecundum Alex.in addit.ad Bart.in d.l.ſeq.§.1. & Barbat.in addit.ad Bal in authen.ſi dicatur.C.de teſtib. & illam glo.dicit ſing.Barba.in 2.quæſt. ſecundæ partis.col.vlt.Socin.in tracta.fallent.regula 424.& Alex.in cōſi.112.in fi.in 4.vol.quia ſententia inter duos lata aliis non præiudicat, vt dicto c.quāuis.& in rub.res inter alios acta.C. niſi quando pars fuerit citata: quia in omni actu regulariter requiritur vocatio.l.de vnoquoque.de re iudi.clemē.paſtoralis.de re iudi. Barto.in l.2. de præuaric.l.in duobus.§.1.ff.de duobus reis.l.cum filiusfamil.ff.de ver.obli.l.1. C.de falſis.Pan.in dicto c.quāuis. & Alex.in l. ſępe.ff.de re iud.Benedict.in d.ver.in extremis.

105 Item non debet credi teſtibus deponētibus, quod ſcriptura ſit manu alicuius ſcripta, etiā ſi dixerint ſe vidiſſe ſcribi, quia adhuc eſt neceſſaria comparatio, cum de facili poſſent decipi.in authē.de inſtru.cautela.§.ſi quis igitur. col.6.auth.& ſi contractus. C.de fide inſtru.l. ſcripturas.qui potio.in pigno.habean.niſi probaretur inſtrumenti amiſsio.l.teſtium. in fi.C. de teſtib.Ioan.Marię in dicta authen.ſi quis in aliquo.col.5.

*Domino volenti furem liberare ob ſuam confeſſionem non creditur.*

ad hoc ponderauit ſing.Barbat.in repet.c.Ray-
naldus.col.52.de teſta.Corſet.in ſing. incipien.
pœna.in vlti.quæſtio.& in tract.de priuileg.pa-
cis priuileg.37.& Barb.conſi.1.col.pen.in 3.vol.
& magnæ ſcientiæ,atque probitatis Do.Boer.
in conſuetu.Bitur.in §.16.de iuriſd.omn.iudic.
Roma. conſil. 409. & ſubtilis D.Ioan.Pirri.in
conſuet. Aurelia. in rub.de cenſibus. c.5.quod
pœna fiſco applicanda , non poteſt auferri in
delicto conſiſtente in faciendo. d.l.tranſigere.
Barto.in l.non omnes.§.rectè.ff.de furt.ſecus in
omittendo,vt hîc,& ad probationẽ huius glo.
faciunt ſequentia.primò tex. in l.qui vas.§.qui
190 furem.ff.de furt.† vbi qui celat rem furtiuam
committit furtum , ſecus ſi non indicet : vide
gloſ.in l.lege Cornelia.infrà eo.
191 Secundò facit tex.in l.qui autem. in princ.
ff.quæ in frau.credi.ſecundum Dec.conſi.260.
incip.quæritur breuiter.col.2.& Ang.in §.item
ſi quis in fraudem.Inſtit.de actio.vbi qui negli
git acquirere,non dicitur fraudem cõmittere,
nec poteſt conueniri illa actione,ſecus ſi bona
ſua donet,vel alio modo alienet. ita tenet ibi
text.& docto.in l.ſed & ſi lege.§.proinde.ff.de
192 petit.hæredit.Iaſ.in d.§.ſi quis in fraudẽ. † Et
ideo prælatus non poteſt facere conditionem
eccleſię deteriotem in faciendo,ſecus in omit-
tendo.Panor.in c.1.col.2.de in integ.reſtit. cre-
do tamen quod hoc caſu eccleſia poſsit per
principem reſtitui.
193 Tertiò probat tex.in l.ſi vſusfructus legatus.
§. denique.ff.de vſufruct.quod culpa in negli-
gẽdo cõmiſſa non parit actionem legis Aqui-
liæ:ſecus ſi ſit culpa in faciendo.& illum text.
meliorem de iure clamat Thom.Ferra.cautel.
36.gloſat totum tit.ad l.Aqui.ſecundum eum.
& eſt ſing.ſecundum Alex.in addit. ad Bartol.
hic, & in l.qui bona.§.cum inter. ff.de damno
infect.quod intellige verũ in culpa leuiſsima,
quæ venit in actione legis Aquiliæ. l.in lege
Aquilia. in 2.ff.ad l.Aquil.Sali.in l.data opera.
C.qui accuſa. non poſſunt. & ſic excuſantur
Syndici non denuntiantes maleficia,ſecũdum
Bald.in d.§.denique.& Cyn.in l.ſi quis non di-
cam.C.de epiſcop.& cler.dicit quod leuiſsima
culpa non punitur criminaliter, ſi in omitten-
do conſiſtat,niſi in cuſtode carceris.l.ad com-
mentarienſem. Cod.de cuſtod.reor.Alber.hic
& Barb.in addit.ad Bart.l.& eleganter.§.ſi qua-
drupes.ff.de dolo. Alex.conſil.50. viſis. col.4.
nume.9.in 1.vol.& l.domos.ff.de legat.1.col.2.
vide l.cum quis.de dolo.
194 Quartò poteſt adduci doctrina ſequẽs,nam
ſi epiſcopus omiſit conferre beneficium intra
ſex menſes,nõ punitur graui pœna , niſi quod
collatio deuoluitur ad ſuperiorem.c.2.de con
ceſ.præben.ſi tamen contulerit indigno,priua-
tur poteſtate conferendi , & alio modo proui-
dendi pro prima vice , & eo quod fecit cum
indigno non valente. c.cum in cunctis.§.fi.de
elect.c.gratum.& ibi Panor.de poſtu.præla.in
c.omne.de præben.Item in concordato dici-
tur in tit.de elect.in fi.quòd ſi collatores bene-
ficiorum non contulerint beneficia,eo modo
quo ibi diſponitur,quod ſint priuati à poteſta-
te conferendi per octo menſes, ſi tamen omit-
terent conferre alicui, & nulli conferrent , ea-
dem pœna credo non punirentur, cum maior
ſit culpa in faciendo , quàm in omittendo , vt
hîc:quod eſt notandum ad declarationem di-
cti §.fi. de electio. in concorda. nec excuſatur
195 † epiſcopus,ſi allegaret ignorantiã: quia eius
eſt inquirere,an ille ſit idoneus,qui vult bene-
ficium.in c.innotuit.de electio.Barbat.conſi.51.
col.10.in 1.vol.
196 Quintò ſic faciens homicidium eſt irregu-
laris.c.ſuſcepimus.c.ſignificaſti.& c.ad audien
tiam.de homicid.& ibi Soci.in ſua ſolenni re-
petit.in materia irregularitatis:tamen ſi negli-
gat alium defendere, nõ efficietur irregularis:
quia lex promotionis factum requirit.c.ſi quis
nõ iratus.15.q.1.vide tex.in c.ſi cõpromiſſarius.
de elect.lib.6.niſi hoc fortè doloſè permitteret,
& poſſet prohibere, vt dominus aut prælatus:
ita not.Silueſter de Prierio in ſua ſumma. in
ver.homicidium.in 1.q.10.& in eo.ver.in 3.q.1.
nu.3.& q.5.nu.5.
197 Sextò,licet tacitè inſit tempus ad ſoluẽdum
negligenti ſoluere datum à lege.l.promiſſor.in
prima.§.1.ff.de cõſtit.pecu.& l.ſi debitori.ff.de
iudic.Tamen ſi debitor dicat ſe nolle ſoluere,
D 2

nullum ei dabitur tempus. not. Rapha. Cuma. Alex.& Vincen.in l.1.§.item ſi ita legatũ. ff.ad legem Falcid.& ſtatim poteſt fieri interpellatio.l.liber homo.§.1.ff.de verb.oblig.

198 Septimò, filius omittens confectionẽ inuentarij non priuatur legitima, vt ſuprà dixi, per dictam gloſ.in l.fi.§.ſacramento.C.de iure deliber.quam ſequuntur cõmuniter docto.ibi,& Spec.in tit.de inſtru.editio.in §.dicto, verſicu. quid de ſuo.col.7.& ibi Ioan.Andr.in additio. ad eum.Bal.in Margar. in ver.inuentarium.in 4.q.Roma.in repetit.authen. ſimiliter. col.57. Cod.ad leg.Falcid.Barbat.in repet.c.Raynaldus.col.177.cum ſeq.extra de teſta. Alex.in l. Polla.notab.vlt.C.eod.nec etiam priuabitur ſi negligat,& omittat voluntatem teſtatoris implere.gloſ.cõmuniter approbata in auth. hoc amplius.Cod.de fideicom.Si tamen accuſaret teſtamentum de falſo,& ſuccumberet, perderet legitimam.dicta l.Polla.& etiam omne relictum.l.poſt legatum. ff.de his quib.vt indig. Alex.in d.l.Polla.eſſet tamen latius examinandum, ſed pronunc pertranſeo,& alibi diſcutiã, quia non eſt ſine dubio, & eſſet articulus valde diſputabilis.

199 Octauò facit:nã ſi non trado rem,nõ poteſt agi contra me ad intereſſe extrinſecum.l.ſi ſterilis.§.cum per venditorem.ff.de actio.empti. ſecus ſi trado & malè: quia vas vitioſum vel corruptum,quo caſu ſi vinum effundatur, vel alio modo deuaſtetur, teneor. l.tenetur.§.ſed ſi vas.ff.eo.tit.de actione empti. & ibi hoc expreſsè ponit Pau.de Caſt.

200 Nonò culpa in faciendo,non compenſatur cum culpa in omittendo, cum prima ſit grauior.gloſ. & ibi Iaſon & alij in l.ſi mora.ff.ſolu.mat.licet regulariter culpa cum culpa compenſetur.gloſ.& ibi Bal.in l.1.in prin.ff. de eo per quem factum erit. & ſic eſt optima declaratio & limitatio ad illud, quod culpa cũ culpa debeat compenſari: nam debet intelligi, quando vtraque cõſiſtebat in faciendo,aliàs ſecus,vt dicta gl.Bal.in l.in iudicio.col.2.C.loca.

201 Decimò, poteſt adduci ſi notarius omiſit apponere diem in inſtrumento per errorem, ſi poſtea recordetur poteſt errorem ſuum corrigere,ſi dies nõ ſit de ſubſtantia obligationis, vt in hypotheca.l.ſi librarius.ff.de regu.iuris.ſi verò errauerit apponendo diem aliũ pro alio, non poterit corrigere,niſi cõſtet de errore per teſtes,vel alio modo.ita Bart.in d.l.ſi librarius. quia diem apponẽdo videtur officio ſuo functus.Bart.& Dec.in d.l.ſi librarius.argu.l.quicquid aſtringendæ.ff.de verb.oblig.vide tamen Bal.in l.imperator.ff.de ſtatu homi.

202 Item celebrans ſcienter in loco interdicto, eſt irregularis, negligens verò vel non prohibens in loco interdicto celebrari, non eſt irregularis.c.illud.de cler.excom.miniſtr. c.is qui. de ſent.excom.lib.6.Feder.conſi.231. in aliqua ciuitate.verſi.verè excuſatur.

203 Vndecimò omittens ſeruare iuramentum non punitur.l.2.C.de iureiur.ſi tamen blaſphemet, capitali pœna debet puniri de iure ciuili. in authen.vt non luxur.contra natur. circa fi. colla.6.de iure canonico habes tex.in c.ſi quis per capillum.22.q.2.& hoc refert & approbat Ludo.Montaltus in reproba.ſenten. Pilati cõtra Ieſum in reſponſo arg.primi dubij.

204 Duodecimò,ſi aliquis venerit contra priuilegium ſuum, faciendo etiam ſemel, puta eligendo aliquem in dignitate ſuppreſſa, perdit illud.c.cum acceſsiſſent.de conſtit.c.pro illorum.& ibi Imo.de præb.l.fi.C.de iure do.impet.Secus ſi omiſerit vti priuilegio cõſiſtente in faciendo voluntariè: nam tunc decem annis non vtendo perditur.l.1.ff.de nundi.Panor. conſi.61.factum ſuper quo.in fi.in 2.volu.patruus meus Iaco. Rebuffi in l.1. C. de his qui ſponte mune.publ.ſubeunt. Ioan.de Selua in tracta.de benefic.in 3.parte.q.36.Si tamen erat conceſſa libera facultas aliquid faciendi, illi nullo tempore præſcribitur.gloſ.ſingul.in c.vt priuilegia.in gl.pen.extrà de priuileg.not.Feli. & Dec.in d.c.cum acceſsiſſent. & Ioan.Franc. Balbus in tracta.de præſcript.in quarta parte quintæ partis princ.q.4.

205 Decimotertiò facit deciſio Barto.in l.quod Nerua.in 7.q.princ.ff.depo.quod culpa leuiſſima in faciẽdo æquiparatur & latæ & leui in negligendo. allegat gl.in l.ſi conſtante.corruptè allegat. & volebat allegare gl.in d.l.ſi mora. vt not.ibi Alex.& Iaſ. & Alex.in addit.ad Bart.in d.l.quod Nerua.Bal.in l.quæ fortuitis. col.6.verſic.ſed hic quæritur.nu.14.C.de pign. actio.cum ſit maior & grauior quàm illa,quæ in omittendo conſiſtit.idem Iaſ.l.1.in fi.princ. ff.de noui oper.& l.ſi priuſquam.col.15.numero 49.ff.eod.

206 Decimoquartò probatur,ſi citatus & in iudicio exiſtens dicat ſe non compariturum, eſt manifeſtus contumax,& non poteſt appellare.tex.ſing.in c.venerabilibus.§.ſecus.de ſen. excom.libr.6.ſecundum Panor.& Franc. in c. cum parati. de appellat.Panor.in c.fin.col. fin. de dol. & contuma. ſecus ſi taceret & comparere omitteret,nam licet condemnetur poterit appellare.gl.in l.fi.ff.de in integ.reſti.& ibi plene Bar. gloſ.in clem.vna de dol.& contumac. Hoſti.in ſumma de contumac.§.qualiter. Feli. in c.ad petitionem.col.pen.de accuſat. Iaſ.in l. properandum.§.1.col.4.C.de iudic.& in l. plerique.col.1.ff.de in ius voc.& D.de Rota.deciſ. 49.in not.Ioan.Maſuer.in rub.de contumac.in practica parlamenti.

207 Item qui in prima citatione omittit cõparere, iterum erit citandus vſque ad tertium & peremptorium edictum.l.edictum.& l.ad peremptorium.ff.de iudic.l.tres. C. quomodo & quando iudex.Si tamen in prima citatione diceret ſe non venturum, nec vnquam compariturum coram iudice ad quem citatur, non eſſet amplius citandus. gloſ.Barto. & alij in l. tres denuntiationes. quia in certis non eſt locus coniecturis.l.continuus.§.cum ita.ff.de verbo.oblig.l.Fulcinius.§.fi.ff.ex quib.cau. maio. gloſ.& ibi D.Boer.in l.conſentaneum. C.quomodo & quando iud. Alex.& Vincen.in l.1.

§.item



§.item ſi ita legatũ.col.2.ff.ad leg.Falcid.Alex. in l.contumacia.4.fallen.de re iudic.Feli.in d. c.ad petitionem.per text.ſecundum eum in c. 2.de dolo & contu.lib.6.vide Boer.§.18.de iuriſdict.omn.iudic.in conſuet.Bitur.item in l.1. & ibi Cyn.& alij C. de falſa mone. Iaſ.l.edita actio.nu.40.C.de eden.

208 Decimoquintò facit: nam impubes dominum ſuum non defendendo excuſatur,ſiue ſit doli capax,ſiue non.l.1.§.impubes.& ibi Bald. ſuprà eo.ſed ſi delictum conſiſtat in faciendo, tenetur,ſi ſit doli capax.l.impuberẽ.ff.de furt.l. impuberem. & ibi not.ad l. Corn.de falſ.doct. in l.infans.ad l.Corn.de ſica.& in c.1.de delict. puer.Marc.Anto.in §.præterea.inſtit.quib.non eſt permiſ.fac.teſta.l.excipiuntur. infrà eo.l.auxilium.de mino.Iaſ.in auth.ſacramenta puberum.col.4.C.ſi aduer.vend.& multa quæ minor poteſt facere licet videre. per Benedict.in repe.c.Raynutius.in ver.adiectæ.extrà de teſta. & defectus quos patitur per Lucã de Penna.in l.1.col.4.& ſeq.C.de deſer.lib.12.Hippoly.in l. infans.nu.7.ff.ad l.Corn. de ſicar.& Corneus cõſi.247.quoniam.col.5.ver.itẽ & ſexto.vol.1.

209 Decimoſextò regula quę habet,quòd fines mandati ſunt diligenter cuſtodiendi.l.diligenter.ff.manda.l.nõ diſtinguemus.§.vlt.de recep. arg.c.cui de nõ ſacerdotali.in fi.de præb.lib.6. c.cum dilecta.& ibi Fel.ponit vndecim limitationes. de reſcri. & Iaſ.in l.ſi procurator.C.de procur.procedit in faciendo,ſecus in omittendo:nã in omittendo fines mandati excedendo pręiudicat domino.Bal.in c.1.col.2.ver.ſed contra.extrà vt lite non conteſt.citat Iaſ.in l.ſi mora.ff.ſolu.matr.col.6.& dicit eſſe maximũ verbum ſi eſſet verum: & ſic hoc videtur reprobare ex verbis Hieronym. in epiſtolis dicentis: Non ideo aliqua contemnenda putes mandata: quia leuiora ſunt: tam enim maxima quàm minima imperata ſunt, & contemptus cuiuſcunque præcepti pręcipientis iniuria eſt, in quouis propoſito: in quouis gradu æquale peccatũ eſt,vel prohibita admittere, vel iuſſa nõ facere.huius dicti meminit Catelia. Cotta in ſecunda parte memo.in ver.mandati fines. vide Benedict.in repet.c.Raynutius. in ver.in eodem teſtamento relinquens. in 1.nu.69. de teſta.D.Bartho.de Chaſſa.in cõſuet.Burgund. in procemio,in verbo, *en enſuiuant*.

210 Decimoſeptimò quando quis accuſatur in omittendo,vt quia villa vel ſeruiens (quem ex forma ſtatuti capere tenebãtur) omiſit capere malefactorẽ,vel ſyndicus denuntiare crimina, debet in libello poni,quod ex certa ſcientia omiſit: ſecus ſi delictum conſiſtat in faciendo. gloſ.ſingu.in l.ex maleficiis.§.1.in ver.ignorantes.ff.de actio.& obli. ſecundum Roma.conſi. 105. & valde nota.ſecundum Iaſ.in d.l.ſi mora. col.6.ff.ſolu.matr. Alex.& Iaſ.in l.ſi ſeruum.ff. de verb.oblig.per illum tex.

211 Decimooctauò intereſſe probatur aduerſus facientem & doloſum per iuramentum.l.ſemper.§.officio.ff.quod vi aut clam.l.ſi quando. C.vnde vi.cap.fi.quod metus cau.gloſ.in c.dilecti.de foro compet.Bar.in l.in actionibus.col. penult.ff.de in litem iuran.gloſ.in §.fi.Inſtit.de verb.oblig. Do.Chaſſa.in conſuet.Burgun.in rub. *des iuſtices*. in gloſ. *s'il n'a grace*. nu.176. Iaſ.in l.errore.col.1.C.de teſtam. Do. ac pater meus Dom. de Petrucia (cui plurimum debeo,ac toti Cathurcen.vniuerſitati) in ſuo tractatu de viribus iuramenti in 72.effectu,quod intelligo verum, quando dolus conſiſtit in omittendo:ſecus ſi in faciendo.tex.ſing.in l.argentarius.§.cum autem.ibi, aut ſi probantem iudex non curauerit.ff.de eden.ſecundum Roma.ſing.401.Iaſ.in d.l.ſi mora. & in l.ſi priuſquam.col.15.nu.49.ff.de noui oper.nunt.& in l.vbi.de eden.per Iaſ.& Dec.in l.qui accuſare. col.1.C.illo tit.in l.ſi quando. in fi.C.vnde vi. Alexan.& Ioan.Mariæ in l.qui accuſare.C.de eden.hoc tamen reprobant Alex.& Iaſ.in d.§. cum autem.quos vide, & in d.l.qui accuſare.

212 Decimononò facit, ſi emphyteota negligat ſoluere cenſum & penſionem intra triennium vel biennium poterit moram purgare. text.in c.potuit.de loca.& iſtud eſt de ſtylo & obſeruantia curiæ Parlamenti Delphinalis, dummodo vſque ad litem cõteſtatam. aſſerit Guido Papæ in deciſ.Delphi.q.123.& idem in feudo,ſecundum eum q.166.& conſi.147.in fi.approbat Silueſter de Prierio in ſua ſumma. in ver.emphyteoſis.in 3.q.Ioan.Berberi.in viato. iuris.rub.de loca.verſi. hodie tamen. Iaſ.plene in l.2.col.20.& ſeq.q.29.nu.73.cum ſeq.C.de iure emphyt.Si tamen alienauerit, non poteſt illam morã purgare ſemel re tradita. Io.And. Imo.& Barba.in d.c.potuit.Bar.in l.ſequitur.§. item Labeo.ff.de vſucap.Spec.in tit.de loca.§. nunc aliqua.q.96.Ioan.Raynaudi in comprehenſor.feuda.in §.habito.q.1.c.imperialem. de prohibi.feu.alie.per Feder.& Guido cõſil.192. & iſta eſt cõmunis ſecundum Iaſo.in l.fi.col. 38.q.20.nu.135.C.de iure emphyt. Dec.conſil. 88.& pro tenui facultate &c.

213 Vigeſimò facit,quòd ſi libertus non præſtet obſequium, ob hoc ſolum non reuocatur in ſeruitutem.l.ſolo.C.de liber.cau.gloſ.in l.2.in ver.patronus.de liber.& cor.liber.niſi alimẽta denegaret.l.alimenta.§.Imperatoris.ff.de liber. agnoſc.quia necare videtur qui alimenta denegat.l.necare.illo tit. Sed ſi iniuriam inferat etiam leuem, ad ſeruitutem poterit reuocari. dicta l.2.C.de liber.& ibi hoc not.glo. & Bald. ſequitur in not.aut damnabitur in exilium, ſi iniurias verbales inferat,ſi reales, in metallum. l.1.ff.de iure patro.

Vigeſimoprimò facit tex.l.1.ff.de aqua pluuia.arc.vbi omittens non poteſt condemnari, ſed faciens. Item facit, quia in pacto in omittendo requiritur monitio,ſecus in facto in faciendo.Alex.& ibi addit.ad eum l.ſi mora.ff. ſolu.matr.Doct.§.pen.de pace tenen. vide glo. l.ſi dolo.ff.ſi quis omiſ.cauſa teſta. Item non excuſatur error ruſtici, quo ad ius ciuile, quando in faciendo conſiſtit.l.2.C.de in ius vocan.ſecus ſi in non faciendo.l.1.§.2.ff. ſi quis ius dic.non obtemp.Dec.in c.ſuper literis.glo.

ſimplicitatem.de reſcript.
214 Vltimò dominus directus non excludit à
iure prælationis ante duos menſes.l.fi.C.de iu
re emphit. Si tamen declarauerit ſe nole rem,
ſtatim excluditur.ſecundum Ioan.Fab.& alios
215 in d. l. fin. † & idem in retrahente qui habet
annũ & diem ex conſuetudine.§.ſi Titius.ſi de
feudo defuncti conten.ſit inter domi. & agna.
vaſſal.Ioan.Faber.in rub.de emptio.Inſti.Ioan.
Maſuer. in rub. de retractu & luminare parla-
menti Burdegalen.Do. Boer. in §.1.de conſuet.
retractus.lib.conſue.Bitur.D.de Chaſſa. in cõ-
ſuet.Burgund.in §.1. rubri. *des retraictz.* & per
totum.Do.Ioan. Sanſon.in conſuet.Turon.in
rub.*des retraictz*.art.1.D.Ioan.Pirri.in conſuet.
Aurelia.rub.de retrahen.vendit.c.1. D. Igneus
in repet.l.dudum.C.de contrahen. emptio.niſi
declarauerit ſe nolle ante venditionem, quo
tempore non habebat ius,cum retractus com-
petat facta venditione, & non antè, ideo non
excluderetur, ita cõſului Cathurci per ea quæ
not.patruus meus.in l.vnicuique. in fi.Cod.de
proxi.ſacr.ſcrin. lib.12. & ibi Lucas de Penna.
idem tenet D.de Chaſſa.in conſuet. Burgund.
in rub.*des retraictz*.in §.10.in fi.licet multa alia
adduxerim, tamen multos habui contradicto-
res:ſed doctiores meas partes turbantes, & ha-
buiſſem vnum aureum, ſed aduocatus cui cõ-
fidebam omnia recepit,quia ei tradiderã con-
ſilium meum.
216 Contra ſupradicta obſtant ſequentia.Primò
text.in l. ſi ſeruum.ff. de verb. obligat. vbi pari
culpa afficitur qui ſeruum infirmum omiſit
ſine cura, vel illum occidit & vtroque caſu ſi-
militer tenetur:ergo culpa in faciendo non vi-
detur eſſe grauior culpa in omittẽdo,ſed par.
217 Secundò facit, nam tantum punitur teſtis
qui non vult dicere veritatem ſicut ſi falſum
dixiſſet,tex.& ibi Bar. & Iaſ.in l.præſcriptione.
C.ſi contra ius.l.preſbyteri.de ſac.ſanct. eccleſ.
tex.in c.quiſquis.&c.vnicuique.11.quæſt.3.in c.
1.de crimin.fal.Iaſ.in d.l.ſi mora.col. pen.Bart.
in l.ea quæ.ff.de contrahend.empt. & in l.1. ad
l. Corn. de fal.Bald. in l.nullum.C.de teſtib.&
in Marga.in ver.teſtis.quæſt.138. Flor.in l.1.col.
fin.ff.de teſtib.Guido.Papæ.in conſil. 211.iuxta
materiam.Felin.in c. intimauit.in princ.de te-
ſtib.Silueſter de Prierio in ſua ſumma in verb.
218 mendacium.in fin. † quod amplia etiam ſi
iuraſſet non deponere : nam non obſtante iu-
ramẽto poteſt cogi teſtificari, quãdo per alios
veritas probari non poteſt. Felin.in d.c.inti-
mauit. Limita in parte.in c.ne quis arbitretur.
22.q.2.& ibi gl.magna hoc aſſerit.
219 Secundò limitat ibi gloſ. quando teſtis aſ-
ſumpſiſſet officium teſtificandi : aliàs ſecus, &
approbant doct.in c 1.de crimine falſi.
220 Tertiò limita niſi iuraſſet ad interrogata
tantum reſpondere : quia tunc non interroga-
ta tacendo non peccat nec tenetur reſponde-
re.in c.cum dilecti.in 1.de accuſatio.Anto.de
Butrio.in c.ſuper literis.in 1.not.de reſcrip.Pa-
nor.in cap.1. de crimi.fal.licet Imol.& alij hoc
reprobent. in d. c. ſuper literis. & per hoc vidi
multas fraudes fieri per iudices vel illos qui
interrogant teſtes. quia ſi teſtis volebat dicere
veritatem, dicebant illi non interrogo vos ſu-
per illo.
221 Vltimò limita quando teſtis iurauit & poſt
ſe occultat,ſecus ſi antè:quia tunc falſum non
committeret. Bald.in c. vno. ſi de inueſti.inter
dom.& vaſſal.lis oria.l.data.C.qui accuſa.non
poſſunt.col.4.& d.l.presbyteri.in fin.l.argenta-
rius.in fi.ff.de edend.Sed non eſt ſine dubio ſe-
cundum Iaſ.in d.l.præſcriptione.col.2. Imo er
go dicerem,idem ſi ea cauſa,vt non deponeret
ſe abſentaret,ſecus ſi nihil ſciebat.argu.corum
quæ not.de fuga in l.admonendi.ff.de iureiur.
Et idem dic,ſi teſtis dicit ſe non recordari, de
eo quod veriſimiliter debebat. Bal.in d.l.preſ-
byteri.vel ſi aſsignet cauſam non concludentẽ
222 doloſè, ſecundum Iaſ. vbi ſuprà. † Idem di-
cerem in notario, qui ſciẽter & doloſè aliquid
omittit. Bal.in l.facultas.C.de iure fiſci.lib.10.
223 quod not. perpetuò. † Imò & præſtantes
opem,vt veritas per alium celetur, etiam fal-
ſum committunt, & eadem pœna puniri de-
bent.in §.interdum.in 2.inſtit.de oblig.quæ ex
224 deli.l.is qui opem.ff.de fur.quia † falſitatem
quis non ſolùm poteſt cõmittere per ſe,ſed e-
tiam ex perſona alterius. c.ad falſariorum.de
225 cri.falſi. † & dicitur ille falſum committere,
qui facit actũ ne veritas habeatur.Azo in ſum-
ma.C.de fal.circa prin. & Hoſtien.in eo.tit.&
Guid.Papæ conſi.211.iuxta materiam.col.2.
226 Tertiò ſicut priuãtur Tholoſani lucro do- *Notãt Tho*
tis quãdo occidunt ſuas vxores, quod lucrum *loſani.*
habent prætextu conſuetudinis in rub.de do-
tibus.§.3.in conſuet.Tholoſ.Ita & quando ne-
gligunt in infirmitate eis prouidere de medi-
co vel malum dant, vel alimenta denegant &
alia neceſſaria quocunque tempore.l.ſi ab ho-
ſtibus.§.fin.ff.ſolut.mat.& ibi gloſ.ſing.l. quod
ſi nolit.§.ſi mancipium.ff.de ædilitio edict.An-
ge.in §. fi.Inſtit. pro ſocio. Antonius de Bur-
gos in c.fin.col.3. de empt.Benedict.in repet.c.
Raynutius.in verſi.mortuo. in 1.nu.39.extrà de
teſta.Io.Sanxon conſuc.Turon. rub.de hæret.
227 Quartò facit l.ſi quis maior.ibi,vel non im
plendo promiſſa.C.de tranſact. vbi tantùm pu
nitur omittens ſeruare tranſactionẽ iuratam,
ſicut faciens contra tranſactionem ſupplican-
do principibus, vel alio modo cotraueniendo.
228 Quintò facit l.pen.C.de cano.largitio.tit.lib.
10. vbi officialis omittens extorſiones prohi- *Nota con-*
bere tantum punitur,ac ſi faceret.8.illam l.not. *tra magi-*
Bart.& alij ibi. *ſtratus.*
229 Sextò tantum punitur proximior omittens
intra annum petere tutorem pupillo dari quã-
tum ſi doloſè minus idoneum peteret : quia
vtroque caſu ſucceſsione pupilli priuatur. l.
ſciant.& ibi Salic.& Corn. C.de ſuis & legiti.
ponit.Ioan.de Neuiſa.in ſua ſylua nuptia.in 5.
amplia. quando dicit viduæ non eſſe nuben-
dum, & ibi ponit decem ampliationes ad d.l.
ſciant, & quatuordecim limitationes quas ibi
vide ſi libet.
230 Septimò non minus eſt reus qui verbũ Dei
negligenter
neglig ẽter audit,quàm ille qui corpus Chriſti
ſua negligentia in terram cadere permitteret.
text.in c.interrogo vos.1.q.1. ſed ibi in vtroque
caſu videtur culpa in omittendo.
231 Octauò,tantùm punitur,qui omittit ſoluere
penſionem locatori,quantum ſi male verſare-
tur.quia ſemper poteſt expelli.l.ædem.C.de lo
ca.c.propter.§.fi.illo tit.& propria auctoritate,
ſecundum docto.in d.iuribus ſuprà allega. &
Alex.conſi.130.in cauſa.& ſeq.in 4.vol. & cõſi.
105.in 3.vol.& 118. in caſu.in 5.volu.Iaſ.in d.l.2.
dicit hanc regulam non habere locũ in his ca-
232 ſibus,ſed fallit.nil amplius dicit. ideo † puta-
rem dicendum regulam noſtrã procedere quę
habet,quod culpa in faciẽdo grauior eſt,quàm
in omittendo eſſe veram,regulariter,& nõ ob-
ſtant caſus ſupradicti,quia ibi tantum punitur
omittens, quàm faciens in illis caſibus, & in
aliis in iure expreſsis, cum culpa in omitten-
do æquiparetur culpæ in faciendo in caſibus
expreſsis à iure & non aliàs, ideo ſtabit regula
gloſ.noſtræ.Cogita.
233 Contra iſtam regulam inſtatur quod imo
grauiori pœna puniatur omittẽs quàm delin-
quens.quod ſic probo:nam iudex indebitè cõ-
demnans delinquentem punitur inquantum
iudici ſuperiori viſum fuerit.l.fin.ff.de var. &
extraor.cognit.l.ex maleficiis. §. ſi iudex.ff.de
actio.& oblig.& Inſtit. de oblig.quæ ex quaſi
delicto.in prin.iudex tamen qui omittit con-
demnare punitur in ſolidũ ad totale intereſſe.
l.ſancimus.C.de iudic.& ibi Iaſ. hoc relinquit
cogitandũ,& hoc intellige quando fuit petitũ.
gloſ.ſing.in c.fi.in gl.vlt. de reſcrip.quam not.
ſing.Panor.& Rauẽ.ibi,& Corſe.ſing.incipien.
Iudex in 1.Barb.in c.conſuluit.col.6.de offi.de-
legat.c.quoniã contra.col.8.de prob.cle.1. col.
6.de reſcrip.c.Raynaldus.col.110.de teſta. Feli.
in c.2.col.2.de magiſtr.Anton.de Tremolis in
addit.ad Vber.de bonacurſo.rub.de recuſatio.
in ver.poteſt gratificari.fol.5.Sequitur Bart. &
alij in l.properandũ.§. ſinautẽ alterutra. C. de
iud.& Iaſ.in l.vniuerſa.col.1. de precib.Impera.
offerẽd.vbi ponit quatuordecim caſus. in qui-
234 bus requiritur petitio. † Iudex tamen ſi velit
poterit condẽnare reũ in expen. factis poſt li-
tem conteſtatam ſine petitione,non in expẽſis
factis ante litem.gl.ſing.in c.fi.in gl.magna ad
fi.de dol.& contu.quam ibi approbant doct.&
Iaſ.in d.§.ſinautem alterutra.Item quandoque
iudex ex negligentia criminaliter punitur.l.
mãcipia.& ibi gl.& Bal.& Ang.C.de ſer.fug.
Quare videtur hæc regula malè poſita.
235 Reſpõdeo quòd illa iura in quibus dicitur,
quod tenetur inquantum ſuperiori viſum fue
rit,intelliguntur quando per imperitiã perpe-
ram iudicaret,ſi verò per dolum, tunc inſoli-
dum teneretur.l.ſi filiusfami.ff.de iudi. ſicut ſi
omittẽdo,& ita intelligit gl.& doct.illum tex.
236 Et † ratio eſt, quare ſic punitur omittendo,
quia cenſetur eſſe in dolo præſumpto.l.dolus.
ff.manda.& ideo ad totum intereſſe tenebitur
quãdo omittit,& idem ſi dolo proferat,ſed eſt
differentia:quia quando facit id,eſt dolo, con-
demnat intereſſe,probatur per iuramentũ, vt
ſuprà dictum extitit.& hoc ponũt doct.in l.4.
§.in eum.ff.de dãno infe.Ex quibus concludo
culpam in faciendo grauiorẽ, finem imponen
do huic tenui repetitioni, ni multa nũc adde-
rem,multáque detraherẽ. At cùm prima mea
ſit,quam in ſcriptis dederim, & ſic iuuenilia
continens, nil addendum cenſui, vt homines
poſsint dignoſcere mea ſcripta qualia tũc fuê-
re.Et ſunt inſtar eorum quæ not.Bart.in l.ſi is
qui.in fi.ff.de vſucap.nõ omitto tamẽ id quod
habetur in 2.epiſt.Ioã.in fi.videlicet,Plura alia
haberem vobis ſcribere,ſcholares dilectiſsimi,
ſed nolui per atramentum & calamũ, ſed ſpe-
ro apud vos deinceps os ad os loqui,vt gaudiũ
veſtrum plenũ ſit. Quare ſi quædam inculta
& iuuenilia in hac breuicula repetit. inueneri-
tis, partim veſtræ imputabitis importunitati
237 † propter quam multa non cõcedenda con-
ceduntur,l.fi.C.qui pot.in pign.hab.l.1.de pet.
bo.ſubl.lib.10.& l.multis.de princ.agen.in reb.
lib.12.Feli.in c.quę in eccleſiarũ.col.pe. de con
ſtit.& ibi Dec.Hippo.ſing.6.Io.de Neuiſa.mul
ta allegat in ſylua nuptia.in pe.col.& princeps
aliquando concedit aliqua, quæ poſtea dolet
eſſe facta.in c.cum apud Theſſalonicã.11.q.3.
vbi Theodoſius Imper.ægrè fert de conceſsis.
& propter hoc fecit l.ſi vindicari. C. de pœn.
Cepo.caute.2.Feli.in c.iurgantiũ.in fi.de re iu-
di.Iaſ.in l.1.in 2.lectu.col.3.C.de ſumma trin.l.
puniri.in fi.ſi contra ius.l.debitoribus. circa fi.
ff.de re iudi.Igne.in repe.l.donationes.col.5.&
in diſput.ſeq.de don.inter vir.& vxo. & Impe-
ratorem aliquando mouent preces crebræ, &
flentes petitores.in authen.de trien.& ſemiſ.in
§.conſideremus. col.3. & frequẽtes additiones.
vt in authen.vt ea quæ vocãt inſinuat.in prin.
col.5.& vt factæ no.conſtit.§.ne igitur. col.5.
propter hanc importunitatẽ deuincuntur San
cti.Et in Euãgelio habetur,dimitte eam, quia
clamat poſt nos.& Lucæ 11.cap.de eo qui petit
tres panes,ne ſit ei moleſtus dabit: vt dicit bea
tus Gregor.in regiſtr.lib.2.c.21.relatus per Lu-
cam in d.l.multis. & facit quod habetur 2.ad
Tim.4. c.Inſta opportunè, importunè, argue,
obſecra.ipſa enim ſui vilitate ſe deſtruit, ſi ha-
bere importunitas oportunitatem neſcit. 43.
diſt.c.ſit rector.partimque meæ celeritati, quã
propter vos exercui, tantam affectionẽ in vos
animo gerens, vt vobis in dies proficere poſ-
ſim inſtinctu Spirituſſancti, quem oro, vt id
cõcedere velit, omnia ſubmittens correctioni
melius ſentientis, qui hæc fraterno corrigat
calamo,non dente canino laceret,aut maledi-
cat cum dicatur, ſcilicet, Eſt virtus fratrem re-
leuare cadentem.At nihil eſt laudis turpia ver
ba loqui.Si vero aliqua vobis grata reperiatis,
Deo attribuatis omnipotenti,eidem gra-
tias agendo, quem oro, vt me diri-
gere velit ad gaudia para-
diſi. Amen.

*Spes mea Chriſtus.*

# AVREA, ATQVE TOTO IN ORBE VTILISSIMA LEGIS, VT BREVISSIMAE, ITA ET ELEGANTISSIMÆ, QVOD IVSSIT. ff. DE RE IVDIC. REPETITIO,

Omnem penè ſententiarum notitiam, ac caſus, in quibus poſsint, tam interlocutoria, quàm diffinitiua reuocari iudicia, vel non, quinquagintáque ſententiarum differentias, ſupplicationis etiam atque euocationis breuiter continens, continens etiam ſuo & ambitu & gyro complectens, aliam vſu venientem (à perpaucis ſyncerè tractatã) materiam: Edita per egregium virum D. Petrum Rebuffum de Mõtepeſſulano, Iurium Doctorem, & equitem, in famoſa olim Bituricenſi vniuerſitate publicè docẽtem, iúſque Pontificium in alma Pariſienſi Academia, maximo cum auditorum & cõcurſu & applauſu, paulò pòſt interpretantem, vbi eam doctiſsimis & additionibus & areſtis curiæ illuſtrauit ſupremæ.

*Sequuntur Concluſiones ex hac repetitione elicitæ, ac publicè diſputatæ, in hac Bituricenſi famoſa Academia, per eundem Authorem D. Petrum Rebuffum, dum ad munus regentiæ admitteretur.*

## CONCLVSIO PRIMA.

1 *Diffinitionem ſententiæ hactenus non rectè datam arbitramur.*

2 *Ideo nouam dabimus, & pro virili ſuſtinebimus, vide in præfa. nu. 4.*

3 *Sententiæ diffinitiuæ etiam noua diffinitio datur, vide in præfa. nu. 10.*

4 *Sententia licet totum negotium diffiniat, tamen non dicitur diffinitiua. vide ibidem nu. 9.*

5 *Sententia diffinitiua non requirit abſolutionem, vel condemnationem.*

6 *Imo requirit. Vide ibidem nu. 16. & ſeq.*

7 *Abſolutoria ſententia dicitur, licet in ea ſit appoſitum verbum condemno.*

8 *Imo condemnatoria. in præfat. nu. 23.*

9 *Licet verbum condemnationis, vel abſolutionis ſit ſententiæ inſertum, non tamen dicetur diffinitiua. in præfa. nu. 26.*

10 *Non valet ſententia incerta, licet poſsit certificari per relationem ad acta, vide ibidem nu. 31.*

11 *Sententiam tamen incertam valere, iurè aſſerimus. nota. primo, nu. 40. amplia. 16.*

12 *Non eſſe dabilem interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ (contra communem Doctorum ſententiam) liquidò demonſtrabimus. in præfa. nu. 59. & ſeq.*

13 *Sententiæ interlocutoriæ noua diffinitio, alijs reprobatis datur. vide ibidem nu. 83.*

14 *Omnis ſententia poteſt dici diffinitiua. vide ibidem nu. 63.*

15 *Ex quo infertur laudum ſententiam appellari, ibidem nu. 64.*

16 *In reuocatione interlocutoriæ ius quæſitum parti iudex tollere poteſt. vide not. primo, amplia. 15. nu. 29.*

17 *Interlocutoria reuocari non poteſt. ibidem nu. 52. limitat. 1. cum ſeq.*

18 *Imo poteſt. vide ibidem.*

19 *Diffinitiuam poſſe mutari, & tolli, arbitramur. in 2. notab. nu. 15. limita. prima cum ſeq.*

20 *Ex quo infertur æquiparari vltimæ voluntati. ibidem nu. 188. cum ſeq.*

21 *Sententiam contra ſententiam non eſt inconueniens valere.*

22 *Non valere etiam defendetur. ibidem nu. 150. limita. 9.*

23 *Ex ſententia diffinitiua actio non oritur contra communem. ibidem nu. 247.*

24 *Oriri tamen iuri non erit contrarium.*

25 *Noua lectura ad rub. C. de ſenten. ex pericul. recitand. vltra Do. Budeum, & Alciatum, iurè probatur. in 2. not. nu. 208. differen. 7.*

26 *Nouus intellectus ad l. quid ergo. §. ex compromiſſo. ff. de his qui not. infa. dabitur. vide in vlti. not. nu. 2.*

27 *Appellatione ſententiæ nec interlocutoriam venire nec diffinitiuam contra communẽ doctorum ſententiam, hactenus oculis non lynceis circunſpectam, tenere pluſquam iuridicum eſt. in vlti. notab.*

28 *Imo venire interlocutoriam defendemus. ibidem.*

29 *In reuocatione interlocutoriæ, non requiri partis citationem multi aſſerunt, quorum ſententiam non improbamus. in glo. magna. nu. 19.*

30 *Contrariũ defendere non erit pertinacis. ibidem.*

INVOC



INVOCATIONE diuini numinis prius habita, aggredior hanc ſolennem legẽ, Quod iuſſit. ff. de re iud. mihi in initio meæ regentiæ repetendam, in qua ſeptẽ per ordinem ſum facturus.

Primò præfationes aliquas ad faciliorẽ legis & materiæ elucidationem depromam.

Secundò, caſum fingam.

Tertiò, notabilia eliciam.

Quartò, gloſ. declarabo.

Quintò, apparatum Bart. expediam, addendo prout Dominus miniſtrabit.

Sextò, oppugnantibus concluſiones meas, pro virili reſpondebo.

Poſtremò Deo & aſtantibus gratias agam.

1 Ad primum veniens. hæc lex Iaſ. iudicio continet materiam quotidianã, & practicabilem, ideo ad eam eſt aduertendum, iuxta l. legaui. ff. de lib. leg. & Alexan. in præfat. huius tit. dicit eſſe materiam auro, & honore plenam, quia igitur de ſententia dicturi ſummus, commodiſsimum erit definire quid ſit ſententia: id, (quò cuncta magis in aperto ſint,) altius repetentes, paulò vberius explicemus.

Pręmitto, Quid ſit ſententia, vnde dicatur, & quotuplex ſit. Super quo etiam doctiſ. viri quandoque dubîtant, imo aliquando errant, & varij reperiuntur maiores noſtri legum vertices, teſte Cor. in conſil. 262. pro euidentia. col.
2 3. litera k. in 4. vol. † Sed in genere definiendo, arbitror, quòd ſententia eſt liberi arbitrij, expreſſum alicuius de aliqua re iudicium. vt teſtatur Luc. de Penna, in rubr. C. de ſentent. aduer. fiſcum lat. lib. 10. vel eſt cuiuſcunque orationis ſignificatio. Hoſti. in ſumma de ſent. §. 1.

*Quid ſit ſentẽtia in genere.*

Tamen accipiendo ſententiam pro iudiciali, aliter definiũt Doct. comprehendendo tam interlocutoriam quàm diffinitiuam, videlicet,
3 † Sententia eſt iudicialis diffinitio, controuerſiæ finem imponens. ſic diffinit Specul. eod. titul. §. 1. Archid. & Geminia. in ſumma. 2. q. 1. Monald. & Ang. in ſumma. in verbo, ſententia. Roma. & alij, in rub. ſuprà eo. Panor. & cæteri in rub. extra eo. col. vlt. poſt Hoſtien. ibi in ſumma. ſequitur Imo. in l. ſi finita. §. non autẽ. ff. de damno infect. Ioan. de Anania conſi. 16. viſo. col. 1.

Primò, ponitur in diffinitione iudicialis, & fundatur. licet docto. non dicant in l. litibus. in fi. ibi iudicialis ſententia, quæ de toto negotio procedit &c. C. de agric. & cẽſi. lib. 11. l. omnes. in fi. Cod. de præſcrip. 30. vel 40. anno. l. ſancimus. Cod. de admi. tuto. c. cauſam. de probat. Item iudicialis quia in iudicio fit, aſſerũt docto. aliàs non valet. l. cum ſententiã. C. de ſen. & interlocut. omn. iudi. l. pe. ff. de iuſti. & iur. Hæc diffinitio non videtur comprehendere ſingula membra definiti, conuenítque aliis à definito, ideo non valet. l. 1. §. dolum. ff. de dolo.

Primò, ſentẽtia debet ferri in ſcriptis. l. 1. & l. ſtatutis. C. de ſen. ex libel. recit. Item requiritur quòd iudex ſedẽdo eam proferat. c. fi. eo. lib. 6. Et aliç ſolennitates requiruntur, de quibus per gl. in l. prolatam. C. de ſen. & interlocut. de quibus in definitione nihil dicitur, ideo &c.

Item ſi fiat tranſactio in iudicio, eſt iudicialis definitio, id eſt, in iudicio facta, cõtrouerſiæ finem imponens. l. fratris. & l. cauſis. C. de trãſactio. & tamen non eſt ſententia. arg. l. ſi idem. Cod. de codicil. licet ſub hac definitione comprehendatur.

Prætereа citatio eſt ſententia. l. cum clericis. & ibi glo. C. de epiſc. & cler. gl. in l. quotiẽs. C. de priui. ſcho. lib. 12. Bart. in l. in ſacris. in tertia. de proxi. ſacro. ſcri. eo. lib. (ſi lectura Bart. dici poſsit) Bal. in margar. in verbo, ſentẽtia. q. 68. Et poteſt fieri extra iudicium. gloſ. & docto. in l. voluit. §. fi. ff. de interro. actio. l. diem. de arbitr. Barto. in l. ſi finita. §. Iulianus. col. 4. verſic. iuxta prædicta. de damno infect. Præpoſ. in c. cũ parati. col. 8. de appel. Iacob. de Bello viſu in repe. §. contrahentes. nu. 137. & ſeq. de foro compet. lib. 6. Iaſ. in l. fi. C. de procur. 2. not. vide Bald. in conſi. 406. lata fuit. col. pen. in 5. vol. ſic diffinit. Sententia eſt principalis articulus, ſuo ſtructu, & contextu perfectus, cõtinens ſubſtantialia & accidentalia diffinitionis, ſi fiant eodem contextu: non placet opinio, quia non comprehendit vtramque, & aliis poteſt reprobari modis, vt ſuprà dixi.

Non obſtãt iura ſuprà allegata, quæ loquuntur de diffinitiua, quæ iudicio fertur, ideo dicitur iudicialis diffinitio, vt d. l. litibus. & tamen docto. voluerunt definire, & interlocutoriã & diffinitiuã, quod non faciunt, vt patet. Quare cogitaui nouam diffinitionem dare, quæ talis
4 eſt, Sententia † eſt iudicis diffinitio ritè facta, controuerſiæ finem imponens.

*Sententiæ noua diffinitio.*

Primò, pono iudicis diffinitio, per text. in l. generaliter. in prin. ibi, à iudice diffiniendum. C. de rebus cred. l. iudices. ibi, diffinienda cauſa per iudicem. de iudic.

Item, pono iudicis, ad differentiam arbitri, qui non poteſt proferre ſentẽtiam iudicialem, cùm non habeat iuriſdictionem, ſed notionẽ. l. ait prætor. ſuprà eo. & ad differentiam partium tranſigentium.

5 Poſteà ponitur ritè facta, quia dictio † ritè, denotat ſolennitatem. gloſ. in l. hoc colore. ff. de inoffi. teſta. doct. in l. lecta. ff. de reb. cred. gl. in verbo, ordine. in tit. de cau. in prag. ſanctio. & omnia importat ſolennia, quæ in ſententia debent interuenire, quę ponit Hoſt. in ſumma huius tit. §. qualiter. poſt gloſ. in d. l. prolatam. quia ſententia quę non eſt ritè lata, non meretur dici ſententia. clem. paſtoralis. §. denique. & ibi Card. in 6. not. de re iudic. quia paria ſunt non eſſe, & non legitimè eſſe. l. quotiens. ff. qui ſatiſda. cogan.

Deinde ponitur controuerſiæ finem imponens. per tex. in l. 1. ſuprà eo. c. iurgantium. extra eo. Cogitabitis tamen, quum omnis definitio in iure ciuili ſit periculoſa &c. l. omnis. ff. de regu. iuris.

Et

*Sententia vnde dicatur.*

6 Et dicitur ſententia, eò quia iudex determinat lites, & decidit, ſecundum quod ſentit. l. ſicut. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſeruitus vendi. Doct. in rub. ſupra eo. & Fel. extra eo. col. 2. l. qualem. ff. de arbitr. l. duo ex tribus. infra eod.

7 Sed oppono, iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata, & non ſecundum quod ſentit. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. prǽſid. c. 1. cum ſeq. extra de offi. ord.

Item, nemo proprio ſenſu iudicare debet. c. ne innitaris. de conſti. imo iudex debet facere id quod medicus, videlicet ſecundum regulam artis, id eſt ſecundum leges, & conſtitutiones, aliàs punitur, quia iniuriam facit legibus, qui vult ſe videri meliorem, quàm leges. Bald. in l. 2. colum. vlti. C. de ſentent. ex libello recitan. per tex. in §. oportet in authen. de iudicib. colla. 6.

Reſpondeo quòd iudex debet iudicare ſecundum quod ſentit, videlicet ex allegatis & probatis. Ideò glo. in c. iudicet. 3. q. 7. dicit iudicem debere iudicare ſecundum opinionem ſuam, & non ſecundum voluntatem, quia voluntas non eſt à iure regulata. c. Nicena. 31. diſt. c. relatum. 37. diſt. c. ſcimus. 43. diſtin. & c. & qui emendat. 45. diſt. ſequitur Barba. conſi. 42. illud afferam. in 1. vol. Luc. de Penna in l. quicunque col. 3. cum ſeq. C. de tabula. lib. 10. & l. fin. col. 2. de agric. Iaſ. in §. ſi minus. colum. 4. cum ſeq. inſti. de actio.

Licet aliquando capiatur ſecundum ſubiectam materiam, pro voluntate iure regulata, quia per verbum volumus, fit lex. cle. 1. de offi. vicar. & cle. 1. de rerum permuta. & habetur in Euangelio, omnia quęcunque vultis vobis fieri, id eſt, debetis velle. ſic exponit gloſſa in c. 1. 1. diſt. Fel. in rub. de re iudic. col. 2.

*Quotuplex ſit ſentẽtia.*

Quotuplex ſit ſententia, intellige iudicialis, 8 & reſpondeo quòd † triplex, videlicet diffinitiua, interlocutoria habens vim diffinitiuæ, & interlocutoria mera, licet gloſſ. in verbo quod autem. & q. 1. addat ſententiam pręcepti, & Spe. in eo. tit. §. ſpecies, ſed gl. in tit. de friuo. appella. in verb. non habente in prag. ſanct. ponit tres ſpecies, & ſequitur Monald. in ſua ſumma de ſententia quid ſit, & quot ſint eius ſpecies. Anton. de But. conſi. 6. an ſententia. Archiepiſ. Florent in 3. parte ſuæ ſummæ rub. de ſentent. ferendis tit. 9. c. 12. Guido Pap. in deciſ. Delphi. q. 12. præceptum in fin. Licet Hoſti. in ſumma huius tit. non poſuerit niſi duas ſpecies, & fortè melius, vt infrà dicam.

*Quid ſit ſententia diffinitiua.*

Quid ſit diffinitiua. gloſ. ordina. & ſingul. in clemen. vna. in verbo diffinitiua. de ſequeſtra. 9 poſſeſsio. & fruct. ſic diffinit. † Diffinitiua eſt, quæ principalem quæſtionem definit, ſecundum Cardina. ibi Ioan. Colo. & Barba. & in c. fi. de iudic. col. 6. nu. 19. Alex. conſi. 111. viſo themate. col. 1. in 5. vol. & cõſi. 72. in cauſa. in prin. in 7. lib. Et hanc diffinitionem ſequuntur docto. in rubri. ſuprà eo. & Canoniſtæ in rub. extrà eod. & communiter tenetur. Et pro illa gl. eſt alia in cap. fin. in §. diffinitiua. 2. quæſtio. 6. tex. in l. dicere. §. 1. ibi, niſi omnes controuerſias finierit, non videtur dicta ſententia. ff. de arbi. ergo ſi finierit, videtur ſentẽtia. Præpo. in ſumma. 20. diſt. Bal. in ſua practica in 1. q. circa ſententiam, qui tamen aliter diffinit in l. 1. Cod. quando prouoc. non eſt neceſ. in prin. licet Salic. ponat aliam definitionem in l. poſt ſententiam. col. 1. C. de ſenten. & interloc. ſed quia nõ videntur veræ, eas miſſas facio.

Et oppono contra diffinitionem iam datã, ſic, præceptum quod fit in confeſſum, diffinit principalem quæſtionem. l. ſi debitori. ff. de iudic. & tamen non eſt diffinitiua ſententia, ſed interlocutoria. gloſ. in §. illud. in authen. de hæred. & falcid. colla. 1. in verbo. decreto. Barto. in l. non fatetur. col. 2. & ſeq. ff. de confeſsis. glo. in §. at ex contrario. inſtit. quibus alien. lic. Bald. & alij in l. fi. §. neceſsitate. C. de bonis quæ libe. Lanfranc. in repet. §. quoniam. in verbo, confeſsiones. col. fi. de probat. Barbat. in rub. huius tit. col. 15. Præpo. in rubri. de appel. col. 28. Ioan. de Ana. in conſi. 93. viſo. & ibi Bologni. in additio. Philip. in c. cum ceſſante. col. 4. de appel. Alexan. conſi. 134. ſuper præmiſſo. in 7. volu. & omnis ſententia quæ definit, non eſt diffinitiua. l. poſt ſententiam. Alber. in l. 2. col. 2. ff. de appel. recip.

Intellige tamen non eſſe ſententiam, quando non ſeruato ordine iuris præceptum fieret, & ſine cauſæ cognitione: aliàs ſecus, vt not. Spec. in d. §. ſpecies. col. 2. Feli. in rub. extrà eo. col. 4. Alexan. conſi. 50. volu. 2. & conſi. 42. viſo proceſſu. in 4. volu.

*Concluſio. Sententia, licet negotium diffiniat, tamen non dicitur diffinitiua.*

Item tranſactio, & iuramẽtum finiunt principalem quæſtionem, & tamen non ſunt ſententia diffinitiua, ergo non valet diffinitio. Et quod iuramentum finiat lites, & principalem quæſtionem, eſt text. in l. 1. C. de reb. cred. & l. 1. ff. de iureiur. quare poteſt verificari concluſio mea ſententia, licet diffiniat totum negotium, tamen non dicitur diffinitiua. Idem dicit Iaſ. in ſententia lata in cauſa ſummaria. in l. imperium. col. 4. nu. 5. ff. de iuriſd. omn. iud. Ideo forſitan non eſſet inconueniens ſic definire, Sen-

*Noua diffinitio ad diffinitiuã.*

10 tentia † diffinitiua eſt, quæ principalem ſolemniter quæſtionem, miniſterio iudicis, vel alterius iuriſdictionem habentis, diffinit. Ideò ſolemniter ponitur, quia dicit Barto. in l. ſi cum exceptione. Item §. hæc autem. ff. quod met. cauſa. Hoſti. in ſumma huius titu. §. quot ſunt 11 eius ſpecies, quòd † ſententia diffinitiua dicitur duobus modis.

Primò reſpectu finis, quia cauſam finit, & officium iudicis, hoc modo poſſet appellari diffinitiua. l. ex ſtipulatione, & l. poſt ſententiã. C. de ſenten. & interloc. om. iud. cum etiam quælibet interlocutoria (vt infrà dicam) poſsit dici diffinitiua, quod not. Aret. cõſil. 119. in pręſenti, vide eum conſil. 106. Romanum conſil. 358. in præſenti, & Alexand. conſi. 50. viſis in 2. vol. col. penult. Alio modo dicitur diffinitiua ratione ordinis, ſeu ſolemnitatis, inquantum requirit libellum, litis conteſtationẽ, & ſimilia. & tunc verificatur concluſio mea. pro qua vide gloſ. in dicto verbo, non habente. Bart. in l. cum Titia. col. 1. ff. de accu. Bal. cõſi. 427. in cauſa. in 1. vol. Corne. conſi. 281. conſului. litera O. col. 2. in 1. vol. Panor. in c. cum dilectus. de arbi. Dec. in c. cum ceſſante. col. 3. de appel. & l. imperium. col. 4. ff. de iuriſdict. omn. iudi. Iaſ. in §. quadrupli. nu. 45. inſtit. de actio.



Item ponitur miniſterio iudicis ad tollendum tranſactionem, & iuramentum voluntarium, quæ fiunt miniſterio partium.

Non obſt. cle. ſæpè. in fi. de verb. ſign. vbi in ſummariis omittitur ordo iuris, & tamen dicitur diffinitiua cauſa de ſui natura ordinaria, quæ requirebat diffinitiuam, & ſolitũ iuris ordinem, ſed princeps relaxauit illum, ideo non minus dicetur diffinitiua. ita Ange. conſi. 115. primò inquiramus. vide tex. in c. ad audientiã. de conſuetud.

Contra diffinitiones inſtitit quidam ſubtilis licentiatus de l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. & l. cum putarẽ. famil. ercíſ. vbi valet ſententia ſine probationibus, & ſic ſine ſolennitate, at in diffinitione dicitur ſolennitatem interuenire debere, quare malè.

*Probatio non eſt ſolẽnitas neceſſaria in ſcientia*

12 Reſpondeo probationes non eſſe de ſolennitate ſubſtantiali ſententiæ, immo ſentẽtia bene valet ſine illis. vt tenet Bart. quem cæteri ſequuntur, in d. l. prolatam. ſecus ſi alia ſubſtantialia omitterentur, & aliæ neceſſariæ ſolennitates. quod quidem ponderatur in c. afferte. de præſump. per Abba. & Alex. conſi. 105. ponderatis. in 5. vol. & conſi. 181. in cauſa. col. 2. volu. 6. Dec. conſi. 295. in cauſa. col. 1. & in cap. licet. in gloſ. 1. col. 10. de probat. Iaſ. in l. Diuus. col. 1. ff. de re iudic.

Replicuit ſubtilius ſic, ſententia lata contra ſolitum ordinem iudiciorum eſt nulla. c. fin. §. item ſententia. 2. q. 6. gl. 11. q. 3. in ſumma. ſed ſolitus, & neceſſarius ordo iudiciorum eſt, quòd iudex cuncta rimetur. c. iudicantẽ. 30. q. 5. quod nõ facit, ſi omittat probationes, ergo nõ valet.

Item, ordo ſubſtãtialis eſt, primò cognoſcere, poſtea diffinire. l. fi. C. de ſent. ex libel. recit. Bal. in d. l. prolatam. ſed nõ dicitur cognouiſſe de cauſa, quando non recepit probationes. Ergo ſententia erit nulla. gloſ. in c. primates. 2. q. 1. gloſ. ſing. in c. eccleſia. de conſtit. in verbis, non conuenti, nec confeſsi, vel conuicti. & gloſ. in ſumma. 2. q. 1. doct. per illum tex. in cap. ponderet. 50. diſt.

13 Reſpondeo, quod omiſsio ordinis iudiciarij in cauſis ordinariis reddit proceſſum, & ſententiam nullam. d. l. prolatã. ſecus in ſummariis. cle. diſpendioſam. de iudic. cle. ſæpe. de ver. ſign. & Bart. in extrauag. ad reprimẽdum. quomodo in læſæ maieſta. crimi. proced.

14 Ideo ſi iudex recuſat recipere probationes partis, & procedat velo leuato, ſine aliqua cauſæ cognitione, ſententia nõ valet. c. ad audientiam. de appel. l. ex ſtipulatione. C. de ſenten. & interloc. §. ſi quis autem talis quidem. in auth. quomodo opor. epiſc. collat. 1. l. 2. C. de ſenten. ex libel. recit. vbi ſententia præcipitanter lata non tenet. cle. paſtoralis. de re iudic. Feder. conſil. 51. dixi. Pau. conſi. 424. ad confirmationem. in 1. volu. Soci. conſi. 46. eleganter. nu. 48. cum ſeq. in 4. volu. & Corneus conſi. 89. viſis actis. in 1. lib. Bal. conſi. 340. ſtatuto. col. 2. in 1. volu. Hippol. ſing. 486. communiter.

Si verò iudex admitteret partes ad probandum, & eiſdem concederet dilationes, ſi tamẽ altera fuerit negligens in probatione, valebit ſententia, etiam lata contra ius partis. c. cum inter. de re iudic. Barba. Feli. & alij in d. c. eccleſia. de conſtit. vbi Feli. ponit regulam, & 6. fallentias quas videre licet ibidẽ, ſi quis affectet.

Idem puto in qualibet iudicis ordinatione, vt ſine cauſę cognitione non valeat. d. l. ex ſtipulatione. & hoc plenè probat Stella in §. vbi decretum. l. nec quicquam. ff. de offic. proconſ. & lega. verſi. amplia &c.

*Duplex eſt ſentẽtia diffinitiua.*

15 Item hæc diffinitiua eſt † duplex, condemnatoria, & abſolutoria. Condemnatoria eſt triplex, videlicet adiudicatoria, declaratoria, & tranſlatoria. de quibus per Bald. in margar. in verbo, ſententia. quæſt. 62. Et dicitur condemnatoria, quia requirit condemnationem. Abſolutoria verò abſolutionem. l. præſes. C. de ſent. & interlocut. c. illa. in fi. de accuſ. c. fi. §. diffinitiua. 2. q. 6. Guido Pap. conſi. 83. non poteſt. & conſi. 198. attentata. col. 2.

16 Fallit in cauſa appellationis, in qua ſufficit iudicem dicere bene appellatum, & malè iudicatum, aut econtrà. l. eos. C. de appella. l. fi. infrà eo. l. qui Romæ. §. pen. ff. de verbo. oblig. l. intra. de mino. l. maritus. in fi. de quæſtio. l. in ratione. in prima. §. Imperator. ad leg. Falcid. & ibi Alex. & Vincen. ſequitur Specu. in tit. de ſent. §. ſpecies. verſic. diffinitiua. Archid. in c. fi. circa fi. 2. q. 6. Panor. & alij in c. cum cauſa. de re iud. Lanfranc. in repet. c. quoniam. in verbo, interlocutiones. col. pe. in magna impreſsione. de proba. gl. & doct. in l. 1. ſuprà eo. & Alex. in l. in ſumma. infrà eo. dicit iſtam eſſe communem, & conſi. 111. viſo themate. in 5. volu. Pau. conſi. 16. ſi põderarentur. col. 2. in 1. volum. & conſil. 275. ad primum. in 2. volu. Barbat. in rub. iſtius tit. col. 6. & in c. Raynaldus. col. 103. de teſtam. Et ſi iudex dicat, pronuntiamus ſic primã ſententiam emendando, non ritè facit, quia talis ſententia fuit annullata per Senatum anno 1533 die 15. Decembris, in qua non fuerat dictũ malè appellatum, vel bene iudicatum, & hodie extat ordinat. Regia. artic. 128. & publicat. anno 1539. Franciſ. & ſic probatur concluſio mea, quòd ſententia diffinitiua non requirit abſolutionem, vel condemnationem, immo requirit, niſi ſit ſentẽtia in cauſa appellationis.

*Concluſio.*

17 Iudices tamen noſtri temporis etiã in cauſa appellationis condemnant vel abſoluunt. l. creditor. §. 1. & illud eſt tutius, & commendabile. ff. de ſolut. ſecundum Spec. in dicto tit. de ſenten. §. ſpecies. col. 2. & Ioan. And. in §. vt autem. in addit. ad eundem. & gloſ. ſing. in l. Offidius. ff. de legat. 3. ſecundum Feli. in c. cum Ioannes. col. 4. de fide inſtrum. gloſ. in dicto verbo, non habente. Bar. in l. cum apud. ff. iudic. ſolui. quatuor opiniones ponit Roma. in l. 1. col. 2. ſuprà eo. Aufrer. in deciſio. ſuis. q. 223. Poterit etiam

iudex

iudex appellationis pronuntiare bene delatū iuramentum, & non ritè recuſatum.l.pen.§. ſinautem is cui.Cod.de reb. credi. ſolet curia ſuprema annullare appellationem, & pro infecta habere, vt ſcripſi in gloſ. ſummas. in procemio concord.

Oppoſuit quidam contra hanc concluſionem vltimam, imo requirit, videlicet quod non requiratur abſolutio,vel condemnatio, d. l.quid tamen.§.1.ff. de arb. vbi per verbum videtur profertur ſententia. Item d. l.in ſumma, infrà eodem,cum ſimilibus.Item ſufficit quod ſententia feratur per verbum præcipio,vel ſta tuo.c.in his.de verb. ſignific. ergo etiam extra cauſam appellationis in ſententia non requiritur condemnatio,vel abſolutio.

18 Reſpondi, illa iura non obſtare, quia licet ibi non ſit condemnatio, tamen ſunt verba æquipollentia, quæ ſufficiunt ad ſententiam, gl.in d.l.pręſes,& d.c.ei qui appellat.d.§ diffinitiua.2. quæſt,6.Iacobi.in l.ſi prætor.in princ.ff. de iud. gloſ. in l.1. ſuprà eodem.cum in æquipollentibus idem ſit iudicium.glo.& ibi Doct. in d.c.in his. de verbo.ſign. & non refert quid ex æquipollentibus fiat.l.mulier.& ff. ad Trebel.Paul.d.conſi.16.col.2.vol.primo.l. certum. ff.ſi cert.peta.vide text.& ibi Docto.in c. cum inter.de re iudic.

19 Replicuit ſic, quando aliquid eſt traditum pro forma,tunc non ſufficit.æquipollens,ſicut in baptiſmo, & euchariſtia requiruntur certa verba pro forma, ergo etiam per æquipollens quis non conficeret, nec baptizaret effectualiter.c.1.& penul. de baptiſm. c. cum Marthę.de celeb. miſſarum. Iaſ. & alij in l.1. ff. de libe. & poſthu.l.fi.§.omnem,& ibi Bart.C.de adminiſtra.tut.Sed hæc verba condemno,& abſoluo, ſunt tradita pro forma.in d.l.præſes.& l.1.ſuprà eodem,ergo aliter non valebit.Hoc etiam plene notat Barba.conſil.24.illud,col.3.in 1.volu. & conſil.47.præclare.col.penu.in 2.vol. Alex. conſil.129.ponderatis.col.2.in 1.vol, Feli. in c. cum venerabilis.nu.43.de exceptio.& c.2. col, 1.& ſeq.de libel.obla.

20 Reſpondi,quod in ſententia verba in genere ſunt de forma, ſed non certa verba,vt d.l.in ſumma.ſed in iuribus allegatis pro contrario, certa verba erant de forma,& ſic ab eis non eſt licitum recedere,vt d.§.omnem,& d.c.1.de baptiſ.ſecus quando verba in genere ſunt de forma,quia tunc ſufficit exprimere per æquipollens, quia vis verborum eſt attendenda, non verba.l. ſcire leges.ff. de leg. hoc tenet Albert. Brunus in tractatu de forma & ſolennitate actus.rub.ex quibus conſiſtant forma & ſolennitas. Et hoc poteſt probari in matrimonio, quia licet verba ſint de ſubſtantia in valentibus loqui.c.tuæ,de ſponſal. gloſ.in l. cum notiſsimi. C. de præſcriptio. 30. vel quadraginta annor.tamen ſufficit per quęuis verba conſenſum exprimere.c,ex literis in primo.& cap. ex parte. de ſponſal.

Simile in ſtipulatione, nam verba ſunt de forma.l.1.ff.de verb. oblig. tamen quæcunque verba conſenſum exprimentia ſufficiunt.l.1. §. ſi quis ita,& §.fi.ff.de verbo.oblig. & §. in hac inſti.illo tit.& certa verba non ſunt de forma, ſed habilia, & conſenſum exprimentia, ergo inhabilia non valerent, vt ſi quis dicendo a, vellet dicere promittis,& reſpondendo b, vellet ſignificare promitto, non valeret.glo. in d. §.in hac. moder.in d.§.ſi quis ita.

Adhuc inſtitit de l. Diuus Veſpaſianus. in fi.ff.de iur. patro. vbi ponitur & condemnatio, & abſolutio,ergo & in ſententia vtrunque debet interuenire.c.illa. de accuſatio.

21 Reſponden.dico alterum ſufficere,videlicet verbum condemno vel abſoluo,per d.l.pręſes. quæ vtitur iſta dictione vel, quæ alternatiuè ſeu diſiunctiuè ponitur.l.ſi ita fuerit. ff. de ma. teſta. l.is qui.§.nihil. de manumiſsio.Bard.in l. ſuprà. §.officium.in fi.de aqua plu.arcenda.

22 Si tamen plura capitula contineret ſententia,poteſt iudex apponere verbum condemno in vno,& verbū abſoluo in alio.c.Raynutius. & cap.Raynaldus,quæ duo ad hoc ponderant doct.extra de teſta.vide Panor.in c.1.col.3.de re iud.nu.8.Paul. conſil.338. quia exceptiones.in fi.vol.1.

23 Etiam poteſt iudex dicere condemno te ad 10.& ſi ſolueris abſoluo.text.ſing. & vnicus in d. l. Diuus Veſpaſianus. in fin. ibi vel fuſtibus cæditur, & ita abſoluitur, quem valde commendat Barba.in c.ex literis.col.13.nume.53.de conſtitutio. & infrà latius dicam, vide text. ſing.& mirabilem ſecundum Bald. ibi. in cap. cum inter.de re iudic. vbi valet ſententia cum hoc verbo diffiniui, & ſic fit ſententia,dimittat eccleſiam, aut promittat obedientiam, & ſic ſentētia eſt alternatiua. ibi Doct.plenè ſcribūt,& per hoc erit declarata pręſens cōcluſio.

Inquantum ſupra dixi eam abſolutoriam eſſe,quæ fertur per verbum abſoluo, & condemnatoriam, quæ per condemno. Intellige quando alterum iſtorum verborum tantum apponeretur, ſecus ſi vtrumque apponeretur in ſententia, quia tunc haberet locum concluſio, quòd abſolutoria poteſt dici, licet in ea ſit verbum condemno, & hoc quando iudex diceret condemno, imo abſoluo, dicitur abſolutoria. gloſſa in cap. prædicator. 16. quæſt,1.cap.ſi enim. de pœniten.diſtinc.2. facit l.ſi ita ſcriptum 1. ff.de hęred.inſti.l.Stichus de manumiſ.teſta. Alberic.in l. quia arbiter.ff.de arb.& infrà latius dico in 2.not.facit.gloſ.in c. ſi is qui præeſt. §.cum ergo.11, quæſt.3. Roma. conſil.14.idem de iure. & vide Bald.in rub.de re iud.in decreta.col.2.

*Sententia eſt condemnatoria per verbum abſoluo.*

24 Quia dictio imo eſt correctiua, glo.in cap. accedens.in primo circa finem.vt lit.non conteſta. Rauen. in alpha. in verbo iudex. Doct. in l.iuriſgentium.§.quinimmo.ff.de pact.gloſ. in d.l.ſi ita ſcriptum.& in extrauag.Ioa. 22.incipi.execrabilis. in verbo imo.ſub.tit.de præb.

25 Item ſtandum eſt vltimis verbis.l. ſi mihi & tibi.§.fin.ff.de leg.1.Cardina. conſil.29. iudex, col,3.nume.25.Iaſ. in l. pacta nouiſsima. C. de pact. per text.illum vbi multa dicit. & Domi-





nus Chaſſa.in catalogo glor.mundi.in fine.

Oppono de l. cum iudex. & ibi not. Bald. C.de ſenten.vbi ſi iudex ſic proferat,ſi iuraueris te abſoluam, non eſt abſolutoria, & tamen eſt verbum abſoluam.

*Concluſio.*

26 Reſpondeo latiſsimam eſſe differentiam, quando iudex pronuntiat per verba præſentis temporis, aut futuri, quia futurum nil ponit, nec tractus futuri temporis ſpectat ad iudicem. l.1.ff.de vſur.c.in noſtra de ſepult. Barb.in rub. huius tit.colum.4.Et ſic elici poteſt concluſio, quòd licet verbum condemnationis, vel abſolutionis ſit ſententiæ inſertum, non tamen dicitur diffinitiua.vide text.in cap. cum eccleſia. verſ. nos igitur. in verbo irritandum. de cauſ. poſſ.vbi in principe valet,ſecus in alijs.l.Aemilius.in fi.princip.ff.de minor. l.fundus. de reſc. venditio.cap.cum olim.de reſtit. ſpolia.Bart.& alij.in l.1.C.ſi aduerſ.libert.

27 Quid ſi iudex omitteret verbum condemno,vel abſoluo, ſic dicendo,abſoluimus reum, & victum victori in expenſis. certè nulla eſſet ſententia quia requiritur eſſe ſcriptum, quod hic non eſt.cap.fin.de re iudic.lib.6. dict. l. ſtatutis, & huius opi. fuit Bartol.in dict. l.præſes. plus dicens ſe vidiſſe de facto, & ita fuit iudicatum ſecundum eum.in l.prima.§.fi.ff.de hæred.inſti. licet ibi contrarium teneat per illum tex.qui non facit, quia loquitur in actu fauorabili inſtitutionis.ſecus in odioſo,puta in condemnatione,ſecundum Bal.ibi.nam in ſententia requiritur verborum expreſsio. cap.fi. de re iud.lib.6. & hæc opinio ſeruaretur in practica, teſte Alex.in l.errore.col.vlt.C.de teſta.

28 Nec etiam obſtat l. verbum volo. C. de fideicom. quia loquitur in teſtatore, qui ob humanam fragilitatem, & infirmitatem turbatus non recordabatur.l.hac cōſultiſsima. §.at cum humana. C.qui teſta.fac.poſſ.l quoniam.C.de teſta. Ideo lex illi ſubuenit, ſecus in iudice,qui debet eſſe deliberatus in ponderandis,formandis,emendandis & in libellum (ſequuta fidelitate) conferendis, & redigendis ſententiis.l.2. C. de ſenten. ex libello recitan. & etiam quia habet ſententiam ſcriptam ante oculos, quam poteſt legere,ſi velit, & recitare.l.1.C.eod.ſecus in teſtatore.

29 Minúſque obſtat, quòd in dubio debemus facere vt res valeat. l.quotiens.2.ff.de reb. dub. cap. abbate.extra de verbo.ſign.quod intellige quando conſtaret de mente iudicis, arg.dict.l. penult.de hæred.inſtit. quòd non poteſt eſſe in quæſtione noſtra,cum incertū ſit an velit condemnare,an abſoluere,ſecus in quæſtione Bar. in d.l.1.de hæred.inſti.vbi iudex abſoluit reum, & victum victori in expenſis legitimis,taxatione nobis & curiæ noſtræ reſeruata. Nam ibi poteſt ſuppleri verbum condemnamus, cum aliàs non poſſet fieri taxationis reſeruatio, ſecus in alia quæſtione, cum vtrunque verbum poſsit adaptari. hæc probant Ange.& Iaſ.in §. curare circa finem.inſti.de actioni.

Nec etiam obſtat,quòd valeat ſi iudex dixerit condemnamus reum ad decem, & victum victori in expenſis. nam tunc bene valet,& debet ſuppleri dictum verbum condemnamus, cum ad illud debeat referri, & non ad aliud, vt illud intelligatur repetitum,ſecus eſt in quęſtione præcedenti, vbi eſt incertum ad quod debeat referri.Bar.in dict.l.præſes.in fi. ſequitur Corſet.in ſing.incip.ſententia in 8.quæſt.& iſta opinio eſt de iure verior, & ſeruatur in forenſi iudicio, quamuis contraria opinio quod vbique debeat ſuppleri verbum,ſit de iure æquior. teſte Imol.in d,l.iudex.col.2.verſi. Item ſecundo poteſt dubitari.vide Barba.plura adducentem quando debeat ſuppleri verbum in rubr. de probatio. in fi.extra. & Feli.in c.ex parte in fi.de fide inſtrumen.

30 Item non poteſt obeſſe,quòd valet ſententia incerta,quę poteſt certificari per relationem ad acta. vt l.ait prętor.§. ſi iudex. ſuper cod.C.de ſentent.quæ ſine cert. quantita. profer. quia illud eſt verum quando eſt incerta in quantitate condemnationis,vel abſolutionis,vt iuribus proxime allega. ſecus ſi ſit incerta ratione defectus vbi condemno,vel abſoluo,aut æquipollentis.quia expreſsio eſt pro forma vt ſupra dixi. Et facit cap.penul.de iureiuran.prout iuramentum æquiparatur ſententiæ.ſequitur Iaſ.in d.§.ſi iudex.

*Concluſio. Sententia incerta non valet.*

31 Et ſic poteſt elici concluſio, Non valet ſententia incerta,licet poſsit certificari per relationem ad acta, videlicet quando eſt defectiua verbi condemno,vel abſoluo, ſeu æquipollentis.& hoc probat Roma. in l.1.col.5.ſupra eod. Secus ergo ſi in quantitate ſit incerta, vt ſuprà dixi. & hoc intellige quando poſſet certificari ex actis eiuſdem inſtantię ſecus ſi alterius,quia etiam non valeret ſententia. Ang.& Imo. in l. ſi conuenerit.ff.de re iud. Et eſt ſingul. notandum ſecundum Barba.in rubr. iſtius tituli.col. 8.vide Iaſ.in l.ſi is ad quem ff.de acquir. hęred. & doct.in l.1.C.ſi aduerſ.liber.

*Bar. reprehenditur.*

32 Ex quo conſtat Bart.non rectè ſenſiſſe,in l. ſi legatario.§.fi.ff.de fideicom. liberta. dum dicit iudices male facere dum condemnant victum victori in expenſis, niſi declarent, nam non valet, quia contrarium eſt verum, cum poſsit declarari per relationem ad acta, ſecundum Romanum in dict. l. 1.ſed poteſt ſaluari, quando eſt incertitudo circa perſonas, vt quia partim condemnauit vnum, & partim abſoluit, & tunc intelligetur doctrina Bar. ſecus vbi eſſet incertitudo circa expenſarum condemnationem.c.cum dilecti de dolo.Alex.in additio. ad Bar.in d.§.fi.Imo.in d.l.iudex.col.2.

*Saluatur Bart.*

*Exēpla diffinitiuæ.*

33 Ex prædictis infero ſententiam diffinitiuam eſſe, ſi iudex imponat cuiquam perpetuum ſilentium,glo.ſing.in l.Aurelius.§.centum. ff. de liber.leg.Rom.& Iaſ.in l.1.col.pen.ſuprà eo.ſequitur Bald.in l.diffamari. col.2. C. de inge.& manu. & in addit.ad Spec.in tit. de ſent.col.4. verſic.impoſitio, & in l.præſes.in fi.C.de ſent. & interlocu. Guido Papæ ſing.101. Fel.in cap. accepimus.colum.2.de fide inſtrum.Et in rub. extra eod.colum.penu.vide eum.in cap.in pręſentia.colum. 2. de probat. Dec. in cap. licet.in

vlt.not.de probat.c.cum eſſent de ſymonia.

Quod eſt intelligendum quando fuit facta litis conteſtatio,& alia ſolennia interuenerunt, aliàs ſecus. Bald. in marga. in verbo ſententia. q.174.& d.l.diffamari.

Et quando in libello debeat peti imponi ſilentium, vel per actorem, vel per reum, vide Bal.in l.fi.C.vt lite pendente.

Secūdò,infero ſententiam eſſe diffinitiuam, ſi pronuntietur ſatiſdandū eſſe,vel non,(quando principaliter petebatur,)aliàs ſecus.Bar.in l.1.§.fi.col.2.ff. de præto. ſtipul.Matheſil.not.32. incip.nota quòd ſi quis principaliter. Imol. & Fel.in rub.extra eod.col.pe.

34 Tertiò,infero quòd ſi de nullitate actus principaliter dubitetur,& ſuper eo feratur ſentētia, dicetur diffinitiua. Bald. in l.ſi præſes.col.1. C. quomod. & quando iud.Præpo. in c.cum ceſſante.col.7.& ſeq.& c.dilecto.de appel. ſecus ſi incidenter.Guido Papę.cōſi.77.in cauſa.Io.de Ana.cōſi.93.viſo proceſſu.& ibi Bolog.in addi. ad eū.Paul.cōſi.281.in cauſa iſta.col. 2. in 1.vol.

35 Quartò, idem ſi pronuncietur rem eſſe petitoris.l.Pompo.§. ſed ſi is. ibi quid ſi in iudicio rem meam eſſe pronuntiauit. ff. de procur. l.ſi inter.de exceptio.rei iudica. ibi meam hereditatem pronuntiatum ſit.

36 Idem ſi declarauit rem meam eſſe.l.& ex diuerſo.§.1. ff. de rei vendicatio. l. ſicuti. §.ſed ſi quæratur.ſi ſeruit.vendic.Bald.in l.actori.col.2. C.de reb.cred.

Idem in ſententia declaratoria contractus. Bal.in addi.ad Spec. in titul.de ſententia.col.5. verſi.ſententia declaratoria dominij.

Idem ſi ad reſtituendum quis condemnetur,gloſ.in l.qui reſtituere. in fi.ff.de rei vendic. Iaſ.& alij in §.1.inſti.de actio.

Quintò , ſententia lata ſuper hypotheca eſt diffinitiua. Bald. in conſilio 431.caſus talis eſt. in 1.volum.

Sextò,infero quòd ſi iudex pronuntiauit aliquem deliquiſſe, quando principaliter de eo agebatur,illa ſentētia eſt diffinitiua.l.1.§.1.ff. ad Turpil.l.ſi te.C.ex quib.cau.infa.irrog.c.ſi.quē. §.notandum.2.q.3.Iaſ.& alij.in l.1.circa fi.ſuprà eod.Barba.in rub.huius tit.col.9

37 Septimò , ſententia qua pronuntiatur bene appellatum, & male iudicatum, eſt diffinitiua. gloſſ. melior de corpore iuris in l.præſes. C.de ſent.ſecundum Bal.in conſi.431.caſus talis.in 1. parte.& l.fi.§.ſed & ſi quis.col.1.C.commu.de leg.Calder.conſi.6.eo.tit.incip. an ſententia.gl. & in cle.fi.de appel. Aufrer.q.363.Item, &c. an ſententia.vide tamen Philip.Francum,in dict. cap. cum ceſſante. col.14. & Petr.de Anchar. conſil.417.de iuribus.

38 Octauò, dicitur ſententia diffinitiua, ſi pronuntietur filium eſſe hæredem patris , ſi principaliter id erat in iudicium deductum. Bald. conſilio 382.pro parte. colum.1. in tertio volu. & hoc principaliter ſemper debet conſiderari. gloſſ.ordinaria.in cap. hæc quippe. 3. quæſtione 6. ſecundum Iaſon. in l. nota. 10. ff. ſoluto matrimonio.

39 Nonò, ſententia confirmatoria electionis, vel infirmatoria, facta cum cauſæ cognitione, eſt diffinitiua.Io.Andr.in cap.auaritię.de elect. lib.6.Dominic.in cap.fi.col.5. illo tit. Aegid.de Bella mera in deciſione 127. ſententia canoniſtæ.in c.conſtitutis.in 2.de appel. Oldra. conſi. 18.circa primum.in 2.q.Si vero aliàs fieret ſine contradictorio iudicio,eſſet interlocutoria.Fel. in rub.extra eod.col.penul.glo. in verbo coloratum.de pacific.poſſeſſo.in prag.ſanct.

Decimò,ſententia lata in actione quod metus cauſa, eſt diffinitiua. Bar.in l.ſi cum exceptione. §. hæc autem.ff. quod met. cau.doct.in c.1.illo tit.Iaſ.in §.quadrupli.col.5.cum ſeq. numero 45.inſtit.de act.

40 Vndecimò,infero ſententiam ſuper alimentis eſſe diffinitiuam, glo.in l.ſi quis à liberis.§.ſi quis ex his in verb.ſententiæ.ff.de libe.agno.& ibi hoc tenet Bartol. reprobando.glo.in §.præcedenti tenentem contrarium in ver.iubebunt. Sed dictæ gloſſ.poſſunt concordari , quia cum alimenta principaliter petuntur, & fertur ſuper iis ſententia, eſt diffinitiua,ſecus ſi hæreditas peteretur per filium , & pendente lite prouiſio alimentorum ei fieret, quia illa prouiſio eſt interlocutoria habens vim diffinitiuę. l. ſi inſtituta.§.de inofficioſo.ff.de inof.teſta.ſcripſi in tract.de prouiſio.

41 Idem ſi iudex pronuntiet prouiſionem eſſe faciendam, in aliquo caſu, quos pono in ſtylo Bituricenſi, in rubr. *En quel cas prouiſion doibt eſtre faicte*, artic. fin. probat Præpoſ. & alij in dicto cap.cum ceſſante.columna 8.de appella. Docto. in l. ſi iudex. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.

Vltimò, ſententia qua iudex pronuntiat teſtamentum eſſe infirmandum , eſt diffinitiua, quia definit nō ſolum negotium inſtantiæ,ſed obligationis & facti principalis.l.1.ſuprà eo.

Item oritur ex ea actio, ſed intellige prædicta quando aduerſario opponente,& in forma proceſſus hoc fuit pronunciatum , aliàs ſecus Bald.conſi.13.an ille qui.2. volum. per hæc poteſt cognoſci quid ſit ſententia diffinitiua.vide quatuor modos cognoſcendi per Corne.conſilio 28.promittendum.col.3.vol.1.

*De interlocutoria habente vim diffinitiuæ.*

42 Secunda ſpecies ſententiæ eſt interlocutoria habens vim diffinitiuæ , quæ eſt illa quæ cauſam principalem non diffinit , ſed vnam partem ſubſtantialem , nec toti cauſæ , ſed aliquando inſtantiæ finem imponit , & aliam poſt ſe non expectat, gloſſ.in verſi.non habente.de friuol. appel. in pragma. ſanctio. Bartol. in l.ait prætor.colum.2.ff.de mino. per gloſſ.in l.intra.ff.de mino.ſequitur.Bald.in l.minoribus colum.2. C.de his quib. vt indig. Et eam dicit ſing. Alexan. conſil. 182.in cauſa. in 6.volum. colum.1.& l.5.col.2.ff.de verbo.oblig.& Georg. Natam in repetitio.clem.ſæpe.§.& quia.col. 21. de verb.ſign.docto.in rub.de re iudicat. & hæc eſt quædam deſcriptio , & declaratio , ſed non diffinitio,nam quædam interloquutoria habet vim diffinitiuæ, quæ tamen aliā expectat.

43 Nota tamē quòd ſi iudex ſe pronunciauerit

compet



*Exempla interlocutoriæ habentis vim diffinitiuæ.*

competentem , vel incompetentem , eſt interlocutoria habens vim diffinitiuæ,gloſſ.ſing.in authen.habita.in fi.C.ne fil.pro pat.ſecundum Roma.ſing.129.ſequitur Aufre. in deciſ.capel. Tholoſ.q.48.Guido Papæ in ſuis deciſio. q.10. ſi iudex.Corſe.in ſing.incip.ſententia.in 5.Feli. in cap. qualiter.in primo , colum.5.de accuſat. Anto. Tremol.in addi.ad Vbertum de Bonacurſo in rub.de impedi. & except.fol.55.& 99. Decius in cap.peruenit in 2.de appel.in fi.doct. in c.ſignificantibus.de offic.delegat. Iaſ. in l. 2. num. 38. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. Licet Petr. de Ferra.in ſua practica,in forma ſententiæ interlocutoriæ ſuper incompetentia iudicis in principio, teneat eſſe interlocutoriam, quando pronuntiat ſe competentem , ſi verò. incompetentem diffinitiuam , materiam ſententiarum interloquutoriarum plenè tetigit dictus Guido Papæ in ſuis notabilibus.& in dict. quæſt. 12. vbi dicit ſententiam interloquutoriam habentem vim definitiuæ eſſe illam,quæ fertur ſine ſolennitatibus requiſitis in definitiua , iniungens tamen illud quod iniugeret definitiua.Feli.in rub.de re iudic.poſt Ioan. And. in c.peruenit.2.de appel.& Bart.in l.2.de appel. recip.vel non.nu.9.

44 Secundò,ſi iudex pronuntiet non eſſe libello reſpondendum,tanquam inepto,dicitur interlocutoria habens vim diffinitiuæ , vt notat Panormit.& alij in cap.examinata.in fi.de iud. gloſſ.in verb. non habente.de friuol. appel. in prag. ſan.per tex.ſing. in l.metum.§. ſed quod prętor. ibi, & Prętorē me aſsidente interlocutum. ff. quod met. cauſa. ſecundum Bald. ibi. Roma.in rub. ſuprà eod.Bald. in l.2.q.5. C. de epiſc.aud.Ioan.de Ana.conſi.93.viſo proceſſu, & ibi in addit.ad eum Nicol. Milius in repertorio in verb.ſententia.q.12. Paul.conſi. 65.viſo quodam.in 1.vol.

45 Tertiò,ſi iudex pronuntiat quem minorem, hèc pronuntiatio dicitur habere vim diffinitiuæ,gl.ſing.iuncto tex.in l.intra.ff.de mino.Bar. in l.2.ff.de appel.recip.& Salicet. in l. poſt ſententiam.colum.3. verſic. ſed ego. C. de ſent. & interlocutio.

46 Quartò , ſententia lata ſuper attentatis dicitur interlocutoria habens vim diffinitiuæ, Dom.de Rota in deciſ.13. ſi iudex, & deciſ. 85. ſi à ſententia.in not.& deciſ.215.nota quòd ſententia , & deciſ. 474. nota ſi attentata in antiquis. Aegid. Bellæmeræ deciſ.103. de ſententia. Nicol.de Milis in repertorio.in verſic. ſententia.quæſt.10.Card.conſi.72. Titius in 6.dubio.num.24.Felin.in rub. extra eodem.col.3.& in c.qualiter.in 1.col.5.de accuſ.

47 Quintò , ſi iudex laicus pronunciat remittendum , & remittat clericum ad iudicem eccleſiaſticum , eſt interlocutoria habens vim diffinitiuæ. cap. ſi iudex laicus. de ſentent. excommunic.lib.6.not.doct.in cap.tuam.de ord. cognit. cap.lator.qui filij ſint legiti. docto.in l. Titia.ff. ſoluto matrimo. & l. quotiens. C. de iudic. Federic.conſilio 198. caſus talis eſt moder.in rubr.ſuprà eod.Præpo.in cap.ſua nobis, in 5.not.de appel. Guido Pap.in conſi.110.pro declaratione in 4.dubio.

48 Sextò , ſententia lata ab obſeruatione iudicij dicitur interlocutoria habens vim diffinitiuæ.gloſſ.in l.harum.ff.ſi.ſeruitus vendic.l.Iulianus. de condict. indeb.in princ. magnæ glo. & gloſſ.in authentic.de exhibend.reis. colla.5. in verſi.repetente.Bartol.in l. Titia.col.prima. ff.de accuſ. Bald. in l.2. quæſt.8. C.de epiſcop. audien. & l.properandum. §. & ſi quidem. columna penult. de iud. authen. qui ſemel.quomodo & quando iud.colum.4.& vltim. Bald. in marga. in ver. ſententia. quæſt.119. Matheſ. not.39.Roma.in rub.ſuprà eod. colum.penult. docto.in cap. examinata. extra de iudic. Imol. in l. ſi finita. §. non autem. ff.de damno infect. Barbat.in addit. ad Bald.in l.minoribus. C. de his quibus vt indig.Felin.in rub.extra eodem. colum. penult. Petr. Anchar. conſilio 16. viſo proceſſu. Licet contrarium teneat Angel.conſilio 106.in præſenti.&c.colum.2.vbi dicit eam merè interlocutoriam , & conſilio 119. in præſenti conſultatione. Sed communem tenet Angel.idem conſilio 115.primo inquiramus.in fin.& conſilio 190. in fin. Ioan. de Ana. conſilio 93.viſo proceſſu, & ibi in additio. ad eum. Guido Papæ conſilio 77.in cauſa. colum.2. & conſilio 146. & conſilio 69. pro declaratione. colum.2.& conſilio 154. de anno Domini.col. 3.Paul.conſil.272.viſis.in fin.volum.1. Alexan. in l.5.colum.2.ff.de verbor.obligat.Nicol. Milius , in repertorio in verſi. ſententia.§.17. Guido Papæ in deciſ.Delphina. quæſt.16.iudex, & q.220.locum tenens.

Quod intellige ſi non fuerit lis conteſtata, nec dilatio data ad probandum , alioquin eſſet difinitiua , ſi cum cauſæ cognitione iudex abſoluiſſet , dicendo abſoluo te quia ſoluiſti, ſecus quia libellus erat ineptus. Bartolus in dicta l. Titia. & docto. ſupra allegati. & Petr. de Ferra. in practic. in forma libelli in actione reali in glo.per veſtram. Antonius de Tremol. in additio. ad Vbert.de Bonacurſo,in rubr. de imped.executio. verſic. ratione modi in verbo in ſcriptis.folio 99.Lanfranc.in repet.cap.quoniam contra.in verſi.interlocutiones.colum.11. de probat. & vide eum colum.29. per gloſſ.in §.fin.in gloſ.vltim.Inſtitu.de perpet. & tempo. actio.Bonifac.vitali.in clem.cum à repulſione. col.2.in fi.de appellat.

49 Septimò, ſententia ſuper exceptionibus peremptoriis vim habet diffinitiuæ. gloſſ. 2. in clem.fin.de appellat. text. in cap. fin. illo titul. lib.6.docto.hic Bartol. in l.2.quæſt.5. de appel. recipiend. Baldus in l.eleganter. §. ſi quis poſt. colum.penu.ff.de condict.indeb.Roma.in rub. ſuprà eodem. Petr.de Anchar.conſilio 417. de iuribus:& ratio eſt, quia non finit directo negotium , ſed partem ſubſtantialem ſic , & natura diffinitiuæ eſt, quòd referatur ad negotium principale , & ad primæuam actionem de qua agebatur non ad exceptiones. Aufrer. in deciſio.cap.Tholoſ.quæſtione 48. Item &c. an ſententia, & quæſt.363.Cardin.conſilio 72.

Titius.num.23.in 5.dubio, Alexand.conſil.182. in cauſa.in 6.volum. Corne. conſilio 262. pro euidentia, litera c.in 4.volum. Aretin.conſi.20. in quæſtione. colum. 1. & conſilio 106. in præſenti. Præpoſ.& Franc.in dict.cap.cum ceſſante, & Præpo.in ſumma.20.diſtin. Phil. in dict. cap.fin.Imol.in l.ſi finita. §.non autem.colum. prima.ff.de damno infect. Felin. in cap. qualiter.in primo, colum.5. de accuſat. intellige ſupra deducta, quando incidenter hoc deduceretur, ſecus ſi principaliter, vt reum abſoluimus, quia ſoluit, tunc eſſe diffinitiuam non dubitat Felin. in rubr. extra eod. colum.6. quia definit controuerſiam, & toti cauſæ in iudicium deductæ finem imponit. clem.1.de ſequeſt.poſſ.

50 Octauò, ſi iudex præcipiat clerico vt reſideat in beneficio, ſub pœna priuationis dicitur ſententia habere vim diffinitiuæ. cap.1. & ibi not. de cleric. non reſidenti. & per totum, Panormit.Dec. & alij in cap.peruenit. in 2.de appellatio. Barbat.in rubr. iſtius tituli in clem. colum.11.

51 Nonò, ſententia lata ſuper deſertione dicitur interlocutoria, habet tamen vim diffinitiuæ. gloſſ.in clem.vlt.de appel. in verbo repul. & Bolog.in ſecundis interpret. eam not. atque Bald.in authen.ſi quis litigantium. colum.vlti. & l.2.quæſt.14. C.de epiſcop. audien. & l.ante ſententiæ tempus. in fin. quo. appel. non recipiuntur.& in marga. in verſic.ſententia.quæſt. 53.& conſilio 344.ſuper eod. in primo volum. vbi dicit eam interlocutoriam habere tamen vim diffinitiuæ natura, ratione, & effectu. Fede. in conſilio 198. caſus in fin. Guido conſilio 38. nedum inferiores.numero 8. & conſil. 69. pro declaratione, & conſilio 77. & conſilio 124. colum.2.circa, & conſilio 154.de anno Domini, & conſilio 146. egregius. colum. 2. Oldra. conſilio 106. quod litera executoria. Corne. conſilio 14.in hac conſultatione, & conſil.262. pro euidentia, litera h.in 4.volum. Barbat.conſilio 31. bene in 3. volum. Aretin. conſilio 106. Matheſ. not. 39.nota quòd ab interlocutoria. Lanfran.in repet.c.quoniam. in ver.interlocutiones colu.29. in magna impreſsione de probatio. Nicol. in repertorio in verb. ſententia. quæſt.11. Do.de Rota. deci. 86. ſi à pronuntiatione & deciſ. 427. fuit dubitatum. in not. & deciſ.125.in antiq. & 455.& deciſ. 191. in antiq. Aegid.de Bella mera. deciſ.103. Aufre. in ſuis deciſ. quæſt.363. Item &c. an ſententia. Guido Papæ in ſuis deciſionibus quæſt.11. vtrum ſententia.& quæſt.220. Locum tenens.& ſingu.13. ſententia ſuper deſertione, vbi dicit ſententiam latam ſuper deſertione, non eſſe purè interloquutoriam, quia non expectat aliam ſententiam definitiuam poſt ſe, non eſſe etiam purè definitiuam, quia non eſt lata ſuper negotio principali (cui per eam non imponitur finis) ſed ſuper proceſſu. Henricus Boerius in ſingu. incip. appellatio. quæſt. 15. Bonifacius Vitalinus in clem. appellanti. num. 71. de appellat. quia aliàs ſuper vna re, duæ poſſent ferri ſententiæ, quod eſſet abſurdum. l. 1. C.quando prouoc. non eſt neceſſe. l. nam & poſtea. §. ſi damnetur.ff.de iureiur. Felin.in rub. extra eod. col.3.vbi vide alia.

52 Limita quando eſſet pronunciatum ſuper appellatione à diffinitiua, quia tunc eſſet diffinitiua. Guido dict.quæſt.11.in deciſ.Delphinali. Bart.conſi.220.appellatum, &c. Aufrer. quæſt. 48.& queſt.362. Item, &c.an ſententia.in deciſ. Bald.in cap.ex parte.in 2.ſupra de reſcript.col. 3.Philip.in cap.Romana.in fi.de appella. lib.6. Præpoſ. & alij in cap. ex ratione. colum.19.de appella.gl.in dict.verb.non habente. de friuol. appel.in prag.ſanct.Et quis debeat pronuntiare appellationem deſertam, dic, quòd iudex ad quem, ſi coram eo fuit proceſſum in cauſa appellationis, alioquin iudex à quo. Feder.conſil. 133. Caſus talis eſt.col.2. & Paul. in l.ſi præſes. C.quomodo & quando iud.

53 Decimò ſententia qua pronunciatur poſſe appellari vel non habet vim diffinitiuæ. Barto. conſil. 220.appellatum. Guido Papæ. conſilio 154.in fi.Calde.conſilio 6.eod.tit.Ioan.de Anania conſil.93.viſo.Et ibi in additio.Corne.conſilio 14.in hac.colum.2.& conſi.262.in 4. volu. Bald.in l.vna.colum.3. C.ne lic.tertio prouoc. Aufre.in deciſ.Capel. Tholoſ.quæſt.48. Ioan. mona.in cap.cupientes.in glo.magna. de elect. lib.6.prouinciale omniũ eccleſia.fol.26. Card. in cle.fin.de appel.Roma.in rub.ſupra eodem. colum. 2. cap.ſua nobis. & ibi. Bald. de appel. Francus in d.c.cum ceſſante. col.14. Fel.col.7. extra eod.in rub.

54 Vndecimò, ſi pronuntiatur inſtantiam eſſe peremptam, eſt interlocutoria habens vim diffinitiuæ, Bald. in l. fin. C. ſi tutor vel curator interuc.Imol.in l.ſi finita.§.non autem, colum. 2.ff. de dam. infect. Barbat.in rubr. huius titul. colum.10.Roma.in rub. ſupra eod.Bald.conſi. 344.ſuper eod.in 1.vol.col.1.Io.de Ana. conſil. 93.viſo proceſſu.col.3.

55 Duodecimò, ſuper compromittendo, vel non, ex forma ſtatuti hoc requirentis, ſententia dicitur habere vim diffinitiuæ. Bald. in l. 1. col.2.C.ſi quacunque præditus poteſta. Prępo. & Philip.in d.cap.cum ceſſante.Soci.conſil.71. circa nu.21.in 4.volum.vide Cuma. conſil. 17. Hieronym.in fin.

*De inſtrumento ſigillato Regio ſigillo.*

56 Decimotertiò, ſententia, qua pronunciatur inſtrumentum ſigillo regio ſigillatum exequendum, vel inſtrumentum garentigionatum, tunc ſententia eſt interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, Bart. & Bald.in l.ab executione, colum.1.cum ſeq. C. quo.appel.non reci.& l.actori.col.2.de reb.cred. Alexan.in l.5.col.2.ff. de verb.oblig.Iacobi.in l.1.in fin.in 2.lectura. ff. de iuriſdict.omnium iud. Barbat.in rub. huius tit.colum.11.Ang.conſil.115.inquiramus.Cardi. conſil.72.Titius.colum.2.num.11.Rom.conſilio 41.in præſenti. Alex.conſil.50. viſis.colum. penult.in 2.volum.& conſil. 72. in cauſa. in 7. volum.Socin.conſil.63.in cauſa.colum. fi.in 4. volum. Guido Papæ. conſilio 47. circa diffinitionem, & conſil.69. pro declaratione in tertio dubio, & conſilio 83.non poteſt Dominus

num.4.



num.4.& conſi.117. ex actis. col. pen. & conſi. 178.nu.4. & conſi.197. ſi literæ. Aret. conſi.20. in quæſtione.col.2. & Felin.in c. quod ad conſultationem.col.9.nu.13.de re iud.

Licet Guido in ſuis deciſ.q.12. Præceptum. q.220. Locum tenens.& q.74. an iudex in fin. teneat contra, videlicet eſſe meram interlocutoriam. Ang.conſi.114.quidam petiit. Aret.conſil.75.diligenter.colum.6.& multi alij, ſed tene prædictam opinionem primam, multa dico in §.primo *des executions* in ſtylo curiæ laicæ Bituricenſ.

57 Decimoquartò, ſi iudex pronunciet proceſſum nullum, aut ſententiam, erit interlocutoria, habebit tamen vim diffinitiuæ. Panormit. in cap.auditis, col.2.de procura. Nicol. Milius in ver.ſententia.quæſt. 18. Guido Pap.in deciſ. Delphina.q.16.iudex, & q.220.& conſil.78.in cauſa.Fel.in c.cauſam.col.2.de reſcrip.

Intellige quando incidenter fuit petitum, ſecus ſi principaliter petitum fuiſſet nullum pronuntiari, quia tunc eſſet diffinitiua, Roma in rub.ſupra eod.col.4.

58 Decimoquintò, condemnatio expenſarum eſt interlocutoria habens vim diffinitiuæ.doct. in c.auditis.de procurato.c.finem.de dol.Inno. in cap.ſacro.de ſenten.excom.Bald.in l.1.verſi. extra quæro.C.ſent.reſcin.non poſſe, & ibi Salicet.Præpo.in d.c.cum ceſſante. col.7. gloſſ.in verb.non habente.in tit.de friuo.appel.in prag. Roma.conſi.358.in præſenti. Guido Pap.conſi. 154.de anno Domini.col.3.verſic.nec obſtat, & conſi.69.pro declaratione, & conſil. 76. circa. Anto.de Tremol.in additio. ad Vbert. de Bonacurſo in rub.de imped.executio.in verb.ſine ſcriptis.verſic. ratione modi.fol. 99.Alex. in l. errore.col.vlt.C.de teſta.

Intellige quando ſeparatim à ſententia diffinitiua profertur, ſecus ſi cum diffinitiua, quia tunc pars eſſet diffinitiuæ, gl.in l.qui agnitis.ff. de except.in verb. præcepto. Ang. in l.1.§.1. in fi.ff.de vſur.Præpoſ.& alij in dict.cap.cum ceſſante.col.6.Roma.in rub. ſuprà eod.Idem conſilio 358.in pręſenti. Guido.dict.conſi.154.col.3. Sali.in l.poſt ſententiam.C.de ſenten. Et quando fuiſſent petitæ principaliter, Felin. in rubr. extra eod.colum. 8. vbi dicit eam eſſe in hunc caſum diffinitiuam Petr.Anchar.conſil.182.videretur prima facie. Alia quàm plurima exempla ponerem, ſed ne tędio lectorem afficiam, ſerio relinquo, putans lectorem per hæc poſſe alia intelligere. ſed de interlocutione ſeuera loquitur Iuriſconſul.in l. 3. §. 1. de offic. præfect. vigil.

*Concluſio.* 59 Tranſeo ad alia, & licet communiter doctores, ita teneant, pono concluſionem hanc, non eſſe dabilem interlocutoriam habentem vim diffinitiuę, & probo ſic, quia non inuenitur lex hoc dicens, ergo nec nos dicere debemus. l. diſſentientis. Cod.de repud.l. illam. de collatio.l. ſi ſeruum. §. prætor. ibi non dixit prætor. ff. de acquir. hæred.§. ſinautem. ibi nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens in authent. de non eligend. ſecundo nub.colla.1. §. conſideremus in fine. de triente & ſemiſſe. colla.3. Sequitur Barb.conſil. 16. clementiſsimi.col.2. in 1. volu. & conſil.9.præclarè.colum.7.in 2.volum.conſil.81.pręclarè.nu.6.in 4.lib.Socin.conſi.33.proſequendo colum.3.lib.1. ſicut non valet conſilium in quo non allegantur leges.Bald.in cap. ex literis.de offic. iudic. quod facit contra Pariſienſ. dedignantes in ſuis conſiliis leges adducere, quæ an debeant allegari. vide Petrum Corne.in conſil.297. in 3.volum. & conſil.80. in 1.volum.& in conſil.92.facti pręſentis.col.9. verſicul.5. principaliter. vol. 1. ſed Papinianus ait quod opinionis ratio reddatur in l. 2. ff. de vſur.quamuis illi qui leges nõ allegant.ſed defendant per dictum Bald.in l.nemo. C.de ſentent. & interlocut. omnium iudic. quod citat

*Impugnatur communis opinio.*

*Cõtra Pariſienſ.*

60 Iaſ.in l.illam.col.3.de collat. dicentes, † quod Francigenæ non allegant leges, ſed rationes legum ſeruant, non quia Imperator ita ſtatuit, (cum ei non ſubiiciantur. cap. per venerabilem.qui fil.ſint leg.) ſed quia ratio naturalis ſic vult. not. D. Purpura. in l.admonendi. nume. 120.ff.de iureiuran. & Petr.Iacobi.in ſua pract. in rub.de præiudic.actio.verſic.quæritur an aliquis ſit ſeruus. Benedictus in c. Raynutius. in proœ. fol.3.in additio, & in verbo, ſi abſque.in 2. de pupil. nu. 44. Dom.Boerius in præfatio. ad leges Lomgobardo.fol.5. colum.4. in addi. ad Benedict. in l.apud.ff.de manu.vindicta, & dicit Bald. quòd Rex Franciæ, qui legis intellectu regitur, & eſt Francus à iure Romano, dedignatur legibus ſubiici, non tamen dedignatur ſacros canones imitari. conſilio 217. ego puto. colum.2. in 3.volum. Sic nec in Hiſpania, vt habetur in ſomnio Viridarij lib.1. ca. 36.fol.8.colum.4.nouiſsime. Do. Chaſſa.in catalo.glo.mundi in decima parte conſidera. 32. verſic. ſic ergo. Ideo cum in iure non reperiatur, (ſed bene eſt inuentum à doctoribus magiſtraliter, vt atteſtatur Corne. conſilio 281.conſului.litera x, colum.2.in 1.volum.) non debemus hoc ponere.

Secundò, ab iſta ſententia appellatur ſicut à diffinitiua, l.ab executione ibi, articulo, circa finem. C. quorum appella. non recipiun. ergo erit diffinitiua, non interlocutoria. Felin. in rub.colum.2.

Tertiò, iſta imponit finem controuerſiæ, & diffinit.cle.1.de ſequeſt.poſſeſſ.gloſſ. in authen. habita.C.ne fil. pro pat.cap. ſignificantibus.de offic.deleg.

Quartò, iſta continet condemnationem, aut ſaltem æquipollens, quod ſufficit.l.præſes, & ibi glo.C.de ſentent.

Quintò, fertur in ſcriptis ſicut diffinitiua, l. ſtatutis.C.de ſenten.ex libello.recit.c.fin. extra eodem lib.6.cap.1.& ibi doct. de appel. eodem lib. Guido.quæſt.10. in ſuis deciſio. & infra latius tango, ergo &c.

Sextò, non differunt nomine, quæ non differunt re, l.à nullo. C. de fer.in cap.corepiſcopi. 68. diſtinct. vbi & ſi re priueris, nec nomen habere mereris. Sed diffinitiua, & iſta non differunt re, vt ſtatim probaui, ergo nec

nomine differre debent, & ſic diffinitiua appellari debet, & non interlocutoria habens vim diffinitiuæ.

Septimò, habet effectum diffinitiuæ, quia ab ea appellatur, & alia quæ ſupra dixi in ea requiruntur. Angel.conſilio 115. Primò inquiramus. columna ſecunda, ergo & nomen habebit. Et per iſta fixi concluſionem non eſſe dabilem, &c.

*Suſtinetur communis opinio, ad argumētáque reſpon.*

61 Si quis tamen vellet ſuſtinere communem, poſſet ad ſupra adducta reſpondere, & primo non inuenitur lex hoc dicens, verum eſt expreſsè, ſed bene tacitè ex legis mente elicitur, ideo quod ex mente legis colligitur, lex eſt. l. cum mulier.ff.ſolut.matri. Ang.in §.poſt mortem.inſti.de inuti.ſtip.

Item arg.à contrario tacitè ex lege elicitur, gloſſ.in l.apud. C. de furt. & l.2. de condit.in ſer.& tamen habetur pro lege. l.qui teſtamento.§.mulier, & ibi gloſſ. ff. de teſtamen. & ibi. Paul. dicit quòd habetur pro expreſſo, quod tacitè colligitur. Vide Panormit. & alios in cap.1.extra eod. an ſententia lata contra intellectum legis tacitè ſumptum ſit nulla Benedic. in repe. cap. Raynutius.in verbo, ſi abſque. in 2.de pupilla.nu.9. & ſeq.de teſta.Imo ſatis expreſſum dicitur, quod tacite colligitur ex mēte, & identitate rationis. l. prætor, & ibi Iaſ. ff. de noui.oper.nunti.vide gl.in c.cum olim de cenſ.

*Opini.docto.quando ſit tenēda.*

62 Et quia gloſſ. & docto. ita interpretati fuerunt, ergo illi interpretationi ſtari debet, text. ſing.in l.ſi idem cum eodem: in princ.ff.de iuriſdic. omnium iudic. cap.1. de decimis, & ibi Panormit.dicit quod caſu legis deficiente, debemus ſtare declarationi, & interpretationi doctorum, quia interpretatio eorum (caſu legis deficiente) habetur pro lege.dicta l.ſi idem, & l.paterfamil.verſic.me illud.de priuileg. creditor.ff. & Barbat. in repetit. l.cum acutiſsimi, colum.94.C. de fideicom. & in rubr. de teſta. extra colum.43.& conſilio 11.colum.13. ſcripſit in 1.volum. & conſilio 47. ſcribitur. colum.4. eodem volum.& conſilio 36.ſapienter.in fin. in 2.volum. & conſilio 1. ad reuerendiſ. colum.9. in 4. volum. Curti. conſilio 57.num. 9.ſuper eo, & in addit.ad Panormit. in cap.1. nu.23. de poſtula. prælat. Sed ita interpretati ſunt præceptores, & maiores, ergo illa ſententia præceptorū erit ſequenda. l.ſi ædibus in fi. ff.de dam. infect. & in oratione pro Aulo Cæcilio, Cicero, ibi & in eam rem, non ſolùm Sceuolæ rationes afferebat, ſed etiam Quintio ſocero ſuo multiſque peritiſsimis hominibus oratoribus vtebatur.

Item non obſtat ſecundum, appellatur ſicut à diffinitiua, ergo eſt diffinitiua, quia non ſequitur, & do inſtantiam, quòd ſufficit. cap. ſicut vrgeri. 1. quæſt. 1. Nam ab interlocutoria quandoq; appellatur.etiam iure ciuili. l.2.& ff. de appel.recip.doct.in l.2.C. de epiſco. audien. & tamen non eſt diffinitiua.

Nec obſtat tertium, quia imponit finem controuerſiæ, nam fateor, ſed non toti, ſed illi articulo ſuper quo fertur tantum: diffinitiua verò principalem quæſtionem diffinit, gloſſ.in clem.vna de ſequeſt. poſſ. & fruct. in vera. diffinitiua.

Item non ſequitur, imponit finem controuerſiæ, ergo eſt diffinitiua, patet in l.arbitro.ff. qui ſatiſd.cog.& l.ſeq.& l.intra.de minor.Ang. conſi.114. & ſeq.incip.inquiramus, & l.ſi debitori.ff.de iudic.quam ſupra examinaui.

*Concluſio omnis ſententia diffinitiua dici poteſt.*

63 Ex quo poſſum inferre, quòd omnis ſententia poteſt dici diffinitiua, quia diffiniuit illum articulum ſuper quo fertur. Et ſic extat concluſio quæ probatur per text. in l. cum iudex, C.de ſenten. Petr. Ancha.conſil.342. vicarius. in fin.Idem tenet Boniſa.vital.in cle. cum à repulſione colum.2. de appel.Imol. in c. auditis, col.2.de procura. vide text.in c. poſt quingentos, & cap.ſeq.16.q.3.facit text.& ibi gloſſ.in l.ſi quis iuſiurandum in verbo, diffinitiuam. C.de reb.cred. & gloſſ.in l.ſeq.dicit interlocutoriam plenè diffinire, & non pleniſsime.ſequitur additio.ad Bartol. in l.Titia. ff. de accuſ. Bald. in marga.in verb.ſententia.q.68. Lanfran. in cap. quoniam.in verſi.interlocutiones.colum.10.de probat.Salic.in l.poſt ſententiam. col. 1. C. de ſenten.& interlocu. Feli.in rub.de re iudic.col. 2. & ibi hoc dicunt eſſe verum large & non proprie, Bald, in d.l.ſi præſes. C.quomodo & quando iud. Paul.conſil.334.viſa appellat.in 1. vol.col.2.Aret.conſi.106.in prçſenti.colum.2.& ſeq.Anto.de Butr.conſi.6.an ſententia.vide caſum ſingu.in c.ſua nobis. de appel. vbi ſententia interlocutoria totam cauſam dirimit, quod alibi dicit Bald. ſe non legiſſe, nota bene & ideo aliquando ſententia vocatur diffinitio. l. 4.§.ſi quis condemnatus.ſuprà eo.Iaſ.in §.quadrupli.nu.45.de actio.in inſtit.

*Illatio.*

64 Et ſic infertur laudum ſententiam appellari, probatur in l. dicere ſententiam cum ſimilibus de arb. c.1. c.cum dilectus, extra illo tit.latius infra dicam in illa concluſio.Appella.ſententiæ Laurent. Calcha. conſil.75. in prædicta cauſa.col.vlt.

Oppoſuit quidam ſubtilis baccalaureus ſic, ſententia requirit ordinem iuris, poſitū in gl.l. prolatam.C.de ſent.ſed arbitrium, ſiue laudum iſta nō requirit, ergo non poteſt dici ſententia.

Reſpondi arbitrium poſſe dici ſententiam, improprie, per tex.in l.quid ergo.§.ex compromiſſo.ff.de his qui not.infa.ibi non per omnia ſententia eſt.ſequitur Bald. in marga.in verbo ſententia. q.139. Paul. conſil.70. quia.Ioan. de Anania.conſil.16.viſo. in primo dubio. Panor. in c.1. de arb. Fel.in rub.extra eod.col.6. Iaſ.in l.1.ſupra eodem, niſi ſit ſententia arbitrorum iuris, quia illa eſt proprie ſententia, Bald.in l.1. col.3.C.de peric.& commo.rei vend. Felin. in rub.extra eod.col.6.

Replicuit ſubtilius, de l.litigatores.l.qualē, & l.ſeq.cū multis ſimilibus.ff.de arb.vbi Iuriſc.appellant ſententiam arbitralem, & non laudum, quia non eſt dictio latina, & Iuriſc. cum ſint maximi oratores in procem. Digeſtorū. §. nos verò. noluerunt barbarè loqui, ſed latinè, & propriè, ergo propriè dicitur ſententia.

65 Reſpon



65 Reſpondi quod iuriſconſulti appellauerunt ſententiam non ſimpliciter, ſed cum adiuncto, vt ſententia arbitri, & quando aliquid profertur cū adiuncto, non eſt illud proprie. Bart.in l.Lucius, §.quæſitum. ff. de leg.3.ſicut cum dicimus homo mortuus, non eſt propriè, & ſimpliciter homo.Iaſ.ita ſoluit in l.1. ſuprà eodem facit l.1. §.1.ff. de donat. vbi donatio conditionalis non dicitur donatio Dec.in rub. de probatio.col.1.verſic.6. Areti.l.quòd meo.vlti.not. ff.de acquir. poſſeſſ.Iaſ.in l.1.col.vlt.ſi ex noxa. cauſ.aga.Idem in l.furioſo.de re iudica. glo.in l.1.in verbo aliena.ff.de procurat. & fratres patrueles non dicuntur ſimpliciter fratres. Iaſo. conſil.205.in col.6.nu.3. in 2.vol. & an valeat quis arguere ab argumento ſecundum quid ad ſimpliciter, vide l.qui pœnę.ff. de manu.de Ripa.in l.ait prætor.col.2.de re iudica. vide in areſtis char.fol.35. Anchar. conſil.78.ex verbis in fine. Ang.conſil.22. de pœna.in fi.ſed quod non latine dicatur citat Ioa. Baptiſta in tract. de arbitr.lib.1.c.7.

Adhuc inſtitit contra ſolutionem Iaſ. de l. Pedius.§.fin.& l.ſed & ſi, & l.litigatores.ff. de arb.vbi ſententia profertur ſimpliciter, & non cum adiuncto.

Reſpondi debere intelligi de ſententia arbitri, cum lex debeat intelligi ſecundum tit. ſub quo eſt ſita.l. Imperatores de in diem addictione.l.fin.& ibi glo.de condict.indeb.l. ius emphiteotici.C.de fund.patrimo.lib.11.l. cum lege.ff.de teſtam.glo.in cap.tibi qui.de reſcrip. lib.6.c.1.in glo.cenſenda de iure patro. eodem lib.c.1.in verb. certo de priuileg. eodem lib.vide tamen que dico in vltimo no.infrà vbi aliud teneo.

Nec fuit contentus, ſed adhuc adduxit tex. formalem in l.ſi dictum.§. ſi compromiſero.ff. de euict. vbi appellatur ſententia ſimpliciter, licet ſit in titulo extraneo.

66 Reſpondi quod ibi ex prçcedentibus apparet, quòd de ſententia arbitrali loqui vult, quia loquitur in compromiſſo, & ex præcedentibus ſequentia declarantur.l. hæredes palam. §. ſed & ſi notam.ff.de teſtam.& l.ſi ſeruus plurium, §.fin.ff.de teſtam. Et certum habeo, quòd lex debet intelligi ſecūdum ſubiectam materiam. Bart.in l.ventre col.2.ff.de acq.hæredit. Sed in princ.text.poſuit verbum compromiſero, ergo ſententia poſtea ſequens ad illud debet referri & in d. l.furioſo. dum refertur ad, iudicem debet intelligi de ſententia iudicis quando ad arbitrium de ſententia arbitri. Immo text. in cap. cum dilectus de arbit. appellat ſententiam arbitri, ſententiam diffinitiuam. vide tex. & poteris facile reſpondere. l.Iudæi. in prima. C.de Iudæ.

*Vaſcones ſunt quadrinomij ac Itali.*

67 Nec obſtat quòd aliquando vocetur arbitriū, quia non eſt inconueniens vt duobus nominibus vocetur, ſicut homo.l.fi.§.fi.ff.de condict.indeb. vbi poteſt quis eſſe quadrinomius, vt ſunt Vaſcones, prout aſſerit Io.Fabr.in §. itē ſi quis in fraudē col.5.inſtit.de acti.& tex.cum glo.in l.fi.ff.de inſtit.act. & Itali communiter.

Non obſtat quartum quod continet condemnationem, quia inficior, nec æquipollens quoad totam cauſam, licet vnum articulum diffiniat, vt ſuprà dixi & probaui.

*Iudex non facit interlocutoriam diffinitiuā.*

68 Quintò non obſtat, quòd iudex eam quandoque & ferè ſemper ferat in ſcriptis, ſicut diffinitiuam, quia fac eſſe, tamen non eſt in poteſtate iudicis facere ſententiam interlocutoriam diffinitiuam, aut contra, ſed hoc pendet ex legis poteſtate.l. 1. §. 1.ibi. Nam vt Papinia. reſpondit, factiiquidem quæſt. &c..ff.ad Turpil.l.ordine in fin.ff.ad municip.Bald.in l.ante ſententiæ tempus in fin. C. quorum appellatio.non recip.Ideo ſcriptura iudicis, ſeu ordo ſeruatus per eum in ſententiando, non facit diffinitiuam, ſed natura cauſæ.l.1.§.1.ff. ad municipal.

Item abundans ſolennitas, vel cautela non mutat naturam, nec ſubſtantiam actus.l. teſtamentum.Cod. de teſtam. Corne. conſil. 262. pro euidentia. col.3.litera F.in 4.volum. Petr.
69 Anchar. conſil.343. permitto.Et † hęc ſententia dicetur interlocutoria, diffinitiuo modo prolata. Bart. in l.Titia. ff.de accuſatio. Ang. conſil.115.primò inquiramus, col.2.

70 Item iudex de diffinitiua non poteſt facere interlocutoriam, etiam ſi dicat interloquendo condemnamus.tex.ſing.in l.ſi prçſes.ff.de pœnis.ſecundum Bal.in Marga.in ver.ſententia.q. 40.& l.ſi quis.in fi.C.de iureiur. Barba.in rub. de re ind.col.15.in cle.ergo nec de interlocutoria diffinitiuam.

71 Sextò non obſtat, quæ re conueniunt, conueniunt & nomine, d.l. à nullo. cum ſimilibus ſuprà alleg.& l.ſi idem. C. de codic. quia non omnino conueniunt in re, vt infrà dicam. Imo in multis differunt, vt liquido demonſtrabimus cum diuerſitas nominum inducat diuerſitatem rerum, per d.l.ſi idem. Intellige quo ad quid conueniunt & ſic aliquam diuerſitatem habent, non tamen quo ad omnia, per tex.in l. diffinimus, & ibi Io.de Platea.C.de agri.& cēſ. lib.11.quod bene no.

*Nota regulam.*

72 Vltimò non obſtat, quia habet effectum, ergo & nomen, nam regula datur, quòd quando vnum ens habet effectum vnius ſubiecti, & formam alterius, debemus illud nominare à ſubiecto formali, tanquam à digniori, & potentiori, & non ab illo cuius habet effectum.l. an inutilis.infrà de accep.l.ius ciuile.ff.de iuſt. & iure. Ideo licet habeat effectum diffinitiuæ, & formā interlocutoriæ aſſumet nomen interlocutoriæ. Et ſic à ſubiecto formali, & hoc conſuluit Ang.d. conſil.115. primo inquiramus, col.2.& in additio.ad Guido.Papę.220. quæſtione ſępius adducta.Alex.in l.imperum. col.3.num.13.ff.de iuriſdict.omnium iud.quod eſt valde not.& ſic hęc concluſio eſt ad ambas partes ſuſtentabilis, licet durum eſſet à communi opinione recedere.l. 3. ff. ad Macedo. à qua in iudicando, & conſulendo nollem diſcedere, licet diſputatiuè poſsit prima ſuſtineri.

*Hac inter-*

73 Quæro, an hæc interlocutoria habens vim

*locutoria quo reguletur modo.*

diffinitiuæ reguletur ſecundum naturam diffinitiuæ,aut interlocutoriæ.

Reſpondeo quòd non ex toto iudicatur vt diffinitiua,nec ex toto vt interlocuria, ſed aliquando naturam diffinitiuæ, quandoque interlocutoriæ aſſumit. Ideo poteſt dici quoddam medium, inter interlocutoriam, & diffinitiuam , & trahetur ad naturam alterius extremi, ſecundum quòd magis cum natura illius participabit,ſicut dicimus de tacente, qui tenet medium inter contradicentem & conſentientem,inde quandoque habetur pro conſentiente, quandoque pro contradicente, ſecundum quòd magis participabit de natura alterius extremorum.Dy.& alij in regul.Is qui tacet de reg.iur.lib.6.doct. in c. nonne.de præſumpt. Simile dicimus de Hermaphrodito, nã eum virum iudicabimus ſi magis participet de natura viri,& econtra.l.quæritur.ff.de ſtatu ho.Feli.in rub.de re iudica.col.3.

Infero ergo quòd ſi iudex pronunciauerit ſe competentem, aut aliam interlocutoriam protulerit, per quam fuerit finita iuriſdictio, vel officium iudicis, in eum caſum illa interlocutoria regulabitur vt diffinitiua, cum magis illi conueniat,& de ea participet.Bald.in l. minoribus.C.de his quib. vt indig.Math. not. 59.nota quòd ab interlocutoria.

74 Ideo poterit ab hac ſententia appellari, ſicut à diffinitiua,gloſ.ſing. in authen. habita.in fi.C.ne filius pro pat.l.ab executione.C. quorum appella.non recipiun.Innoc.in cap. conſtitutis.de appel.Bar.in l.2.ff.de appel.recipien. Feder.conſil.198.caſus.Bal.in l.2.quæſt.8.C.de epiſco.audien.Alex.in l.5.col.2.ff.de verb.obli. Aret.conſil.20.in quæſt.col.2.

75 Item,in hac non eſt neceſſe exprimere cauſam,glo.in cap.fi.de elect.lib.6. Bart.in l.2.ff.de appel.recip.Bal.in l.minoribus col.2. Cod. de his quib.vt indig.& l.1.col.penul.quando prouoca.non eſt neceſſe,l.ante.col.2. quorum appella. non recipiuntur. Rota deciſ.13.ſi iudex. in no.& Matheſ.d.not.59. & ibi in additio. ad eum. Aufrerius in deciſ.cap.Tholo. quæſt. 48. Feli.in cap.qualiter in primo.col.5.verſic.adde tertio.de accuſatio.& in cap.quod ad conſultationem.col.10.num.18.& ſeq.eo.titul.& infrà dicam in differentiis inter interlocutoriam & diffinitiuam.

*Multiplex ratio quare cauſa in appellatione ab interlocutoria inſeratur.*

76 Ratio eſt,quia in interlocutoria ideo cauſa requiritur, vt iudex videns illam cauſam legitimam reuocet interlocutoriam. cap. ſi à iudice.de appel.lib.6.d.cap.cum ceſſante.Panor. in cap.peruenit in 2.col.2.de appella. cap. ſignificantibus.de no.oper. nuntia. Barba.in rub. de re iudica.in clem.col.13.Sed hæc ratio ceſſat in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, cum iudex eam non poſsit reuocare, vt hic. Bar. & infrà dicam,ergo &c.

Secundò requiritur cauſa in interlocutoria,vt debitus honor iudicibus deferatur.c, vt debitus honor, de appell. nam ex quo poteſt conſequi iuſtitiam coram iudice à quo, non debet ab eo recedere per appellationem, niſi cauſa expreſſa,& rationabili, ſed in hac interlocutoria nulla fit iniuria iudici,cum iam ſuo ſit functus officio, & ipſe non poſsit iuſtitiam parti adminiſtrare, ergo non eſt neceſſe cauſam exprimere.glo.in ver.non habente.de friuol.appella.in prag.& Præpoſ.in d.c.peruenit. col.pen.

Tertiò, quando damnum erat reparabile in diffinitiua,ab illa de iure ciuili non poterat appellari.l.2.ff.de appel. recip. quæ ratio ceſſat in hac interlocutoria, cum non poſſet in diffinitiua damnum reuocari,ergo.

Item, quia non poteſt reuocari ſicut diffinitiua. cap.ſignificantibus de off.deleg.Aufre. q.48.& ſeque.& q.185. & infrà latius dicam.in primo.not.

Poſtremò,requiritur expreſsio cauſæ vt ex illa ſola cauſa appellatio iuſtificetur,clem. appellanti.de appella.quæ ratio ceſſat in habente vim diffinitiuæ,ergo & iuris deciſio. Cardi.d. clem.appellanti.Barba. in rub. iſtius tituli,col. 13. Nam hæc poteſt iuſtificari ex aliis cauſis quàm expreſsis, ſicut appellatio à diffinitiua. Rota deciſ.13.& 85. ſi à ſententia.& ſeq. in no. Matheſ. not.39. & ibi in addi. ad eum. Guido conſil.89.circa.in 3.dubio licet contrarium (& malè)teneat conſil. 124. circa materiam in 4. quæſtio.Bal.in l.per hanc.in fin.C. de tempo. appel.Præpo.in cap. vt debitus.col. 21. de appel.vide Ro.ſing.278.d.cle.appellati.Feli.in c. fi,col.3,num,7,de iudic. & infrà latius habetur in differentiis.

Si verò dicta ſententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ magis conueniat interlocutoriæ,quàm diffinitiuę,vt ſi pronuntiauerit non eſſe reſpondendum libello tanquam inepto, quia ob hoc iuriſdictio iudicis non finitur,nec eſt functus ſuo officio,quia pars poteſt agere de nouo cum libello apto, tunc illa interlocutoria habens vim diffinitiuæ regulabitur ſecundum interlocutoriæ naturam, eo quia magis illi conuenit.doct.in d.cap. peruenit.in 2.Bar.in d.l. Titia de accuſa. Ideo ſicut interlocutoria in ſcriptis ferri debet,ita & hęc. cap.1.de appel.lib.6. & ita fuit iudicatum Gratianopoli.vt citat Guido Papæ in dec.delphinali.quęſt.10.ſi iudex.cum ſeq.& conſil.77. in cauſa,& conſil.89. circa. in 3.dubio, & conſil. 117.ex actis.in fi.& conſil.124.circa materiam. colum.3.& conſil.197. & conſil.204.in cauſa. in fin.& infrà in differentiis latius pono. vide ſi libet.

77 Et in dubio ſiue habeat vim diffinitiuæ, ſiue non,conſulo vt exprimas cauſam,& in ſcriptis appelles, ne appellatio tua deſerta fiat, vt inſequaris etiam notata in d.cap. 1. de appella. lib.6.cum ſint opiniones varię, elige tutiorem tu qui nouiter venis ad practicam, ſaltem in patria iuris ſcripti. *Conſilium.*

Item quia interlocutoria non finit totam cauſam, nec totale præiudicium parti infert, quod tamen diffinitiua facit, vt dixi ſuprà in diffinitione diffinitiuæ. Ideo hæc habens vim diffinitiuæ regulabitur vt interlocutoria, de

qua



qua magis participat.Panorm. Præpoſ. in d.c. peruenit. in 2.col.pen. & bene notandam eſſe cenſeo, quia non ita clarè alibi ſcriptam reperies.Benedictus Deus vnà cum virgine.

*De interlocutoria ſimplici & mera.*

78 Eſt & alia ſpecies ſententiæ quæ interlocutoria dicitur, quæ diffinitur per gloſ. in l.cum clericis.C.de epiſ. & cler.in ver.ſententiarum, & glo. in §. ad excludendas. in verbo ſuis interlocutionibus. in authen. de litigio. colla.8. his verbis, Interlocutoria eſt omne præceptũ, ſeu iudicis iuſſus, faciens ad cauſam finiendam, & illam gloſ.in d. §. ad excludendas dicunt not.& ſingul.Bal.in l.arbitro.in fin.ff.qui ſatiſda.cogan.& in Marga.in verbo,præceptũ, in 1.quæſt. & in verbo ſententia. quæſt.68.& l. poſt ſententiam.in fin.Cod.de ſententiis. Bar. & Pla.in l.quoties. Cod. de dignita. lib.12. (ſi lectura Bar.dici poſsit)Io. de Pla. in l.in ſacris. in 3.Cod.de proximis ſacro.ſcri.lib.12.Barb.in rub. iſtius tit.col.3.& in clem.vna.col.2.de ſeq. poſſeſſ. & fruct. Iaſ. & alibi in rub.ſuprà eodem. Corſe.in ſing. incip.præceptum,in 2.vbi multa alia adducit quæ de induſtria prætereo. Iaſ.in l.fin.Cod.de procura.interim vide Soci. conſil 99. ſereniſsimus. colum.6. nume. 11.in 3.volum.

79 Ideo omnis ſententia quæ non eſt diffinitiua,eſt interlocutoria, vt dicit glo.not.in c. fi.§. diffinitiua.2.q. 6.quam ſing.clamat.Barb.in d. cle.col.2.

*Reprobatur communis diffinitio.*

Contra hanc diffinitionem facit,nam ſi iudex pronuntiet teſtes admittendos eſt interlocutoria,glo.in l.poſt ſententiam. Cod. de ſenten. & tamen ibi non eſt præceptum, vel iuſſus,cum inducant neceſsitatem.cap.fi.14. q.1.l. ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acquir.hæred. Bal.in l.fi. C. de fideiuſ. minorum. & nolens non compellitur teſtes producere,vt ſuprà fuit diſcuſſum in oppo.1.contra primam diffinitionem nouiter per me datam.

Item,ſi iudex poſt cauſæ cognitionem præcipiat ſoluere parti, non eſt interlocutoria, ſed diffinitiua,& tamen eſt præceptum iudicis faciens ad cauſam finiendam.doct.in d.l.ſi debitori,& ſuprà latius dixi,ergo &c.

80 Item,aliquando interlocutoria fit poſt cauſam finitam.l.proxima,& infrà dico, ergo malè ponitur ad cauſam finiendam.

Præterea contra diffinitionem eſt text. in l. ex ſtipulatione.Cod.de ſenten.vbi tex.formalis eſt.quòd non omnis vox iudicis eſt ſententia,glo.in cap.afferte de præſumpt.Hippoly.in l.de vno.nu.7.infrà eo.

Item iuſſus comprehendit diffinitiuam.l. quoniam.C.de appellatio. iuncta gloſſ.l. cum eorum.C.de ſenten.&c.

*Alia diffinitio etiam improbatur.*

81 Ideo glo.in cle. vna in verbo diffinitiua de ſequeſtra.poſſeſſ.& fructuum.alio modo diffinit,videlicet,interlocutoria eſt quæ fertur inter principium & finem cauſæ, ſuper his quæ incidunt vel emergunt. Et fuit diffinitio Specu. in tit. de ſentent.§.ſpecies.& de mente Hoſt.in ſumma huius tit. & doct. in d. clem. hanc ſequuntur.

Sed poteſt reprobari.interlocutoria aliquãdo fertur poſt finem cauſæ.l.à Diuo.§.ſi ſuper. infrà eodem.l.1.C.de iur.& fact.ignoran.Inno. in cap.veniens.in 2.de teſti.col.1.ergo non fertur inter principium & finem,cum cauſa iam acceperit finem per ſententiam. l.1. ſuprà eodem.Ideo alij ſupplent vel poſt finem, ſed adhuc non ſatisfacit, cum diffinitioni nil ſit addendum.

82 Item,facit contra diffinitionem,quia citatio fit in principio iudicij. l.1. ff. de in ius voc. & doc.in rub.illius tit.cap.gratum.de offic.deleg. imo ipſa dicitur principium iudicij. §. fi.inſti. de pęn.temere litigan.& omne iudicium incipit ab interlocutoria,id eſt,à citatione,Bal.in c. noſti de elect.Iſta dico latius in pręfatione ſtili Bituricen.& tamen eſt interlocutoria.l.cum clericis.C.de epiſco.& cleric.tex.in l.iubemus. iuncta glo. de aduoca. diuer. iudic. Sequitur Barba.in rub.huius tit.colu.9. ergo interlocutoria fertur in principio medio & poſt finem. quare mala,(ſuprà latius dixi)eſt diffinitio.

Tertiò, interlocutoria fertur quandoque, vbi non eſt aliquod aliud principium, nec finis.§.ſi quis autem.in authen.de hæred.& falc. colum.1.& ſic apparet quòd aliquando fertur, & non inter principium & finem cauſæ,vt dicit glo.Ideo Feli. in rub. extra eodem.colum. 2.citat aliàs. Sed quia parum valent & omnes poſſunt reprobari, ideo eas nec cito, nec illas quas doct.ponunt in rub.ſuprà eodem, nec illam quam dedit Salicetus in l. poſt ſentẽtiam col.1.C. de ſententiis, vbi dicit poſt diffinitionem præſtitam interlocutoriam dici quaſi intra duo locutoriam,id eſt,inter primum extremum,ſcilicet petitionem & ſecundum videlicet ſententiam diffinitiuam.Et tamen per hæc & quę ſuprà dixi vides non eſſe verum. Ideo dicitur interlocutoria, quia inter loquendum iudex ſine magna deliberatione eam profert. Licet alij dicant quia inter partes loquendo. tamen quandoque profert parte abſente.l.properandum.§.etſi quidem.Cod.de iudic.l.diem proferre.ff.de arb.vel poſſes dicere, quòd licet fiat ante petitionem, & quandoq; poſt ſententiam, tamen quia communiter fit in medio, Ideo non minus dicetur interlocutoria, quaſi inter principium & finem lata. argu.l.nam ad ea.ff.de legib.

83 Quare cogitaui an noua diffinitio poſſet dari,ſed quia omnis diffinitio eſt periculoſa in iure.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.timebam à principio noui quicquã afferre, ne detrahendi anſam aliis præberem. Sed cum ſim paratus à quolibet (melius ſentiente) corrigi, puto ſic poſſe definiri, Interlocutoria eſt pronuntiatio iudicis facta ad alicuius articuli expeditionẽ.

*Noua diffinitio ad interlocutoriam.*

Primò, pono pronuntiatio, propter l. pronuntiatum.ff.de verb.ſign. vbi ſic eſt pronuntiatum & ſtatutum, idem dici poteſt. Promiſcuè enim & ſtatuiſſe & pronuntiaſſe ſolemus dicere eos qui habent ius dicendi. ff. de iis qui ſunt ſui vel alieni iur l.penul.

Item iudicis pono,ad differentiam arbitri, aut

alterius

alterius non habentis iuriſdictionem,licet propriè, pronuntiatio accipiatur pro interlocutoria,glo.in l.2.C.vt lite penden. Feli.in rub. extra eodem.col.5. in fi. Tamen largè poteſt diffinitiuam comprehendere, clem. ſæpè.in ver. pronuntiatio.de verb.ſigni. & ſecundum ſubiectam materiam.

Item ponitur, ad alicuius articuli. per l.ab executione.in fin.C. quo.appellatio. non recipiuntur,quia in qualibet interlocutoria expeditur aliquis articulus ſuper quo erat contentio,vide Bal.in l.non poſſunt.ff.de leg.

Subſequitur vltimò expeditionem quia lites ſunt expediendæ,c.fi.de fer.l.1.ff.de iureiur. cap.ſi duo.§. ſane. de procura. lib.6. nec quicquam eſt in prouincia quod non per proconſulem expediatur.l. nec quicquam.ff. de offic. proconſ.cogita meliorem ſi poſsis,nam aliam non habeo nunc.

*Exempla interlocutoriæ.*

84 Et ideo infero ſententiam qua pronuntiatur procuratorem eſſe legitimum tutorem, aut curatorem,vel cõtra,eſſe interlocutoriam, Bal.in l.2.q.8.Cod.de epiſco.audien.c.ex parte. 3.de appel.& ibi Præpo.Ang.Soc.& Iaſ.l. arbitro.col.1.ff.qui ſatiſd.cog. Pet. de Ferra. in ſua practica in forma interlocutoriæ ſuper legitimatione perſonę Io.de Ana.conſi.93.viſo proceſſu,col.3.& ibi in additio.Philip. Franc.in d. c.cum ceſſante in fi. Salic.in l. poſt ſententiam col.2.verſ.ad quartum.C.de ſententiis.&c.

85 Secundò inhibitio,vel reuocatio ipſius, eſt ſententia interlocutoria. Panor. & alij in cap. tuam.col.2.de ord.cognit.2.ca.cum teneamur. de appel.Præpo.& Franc.in d.c. cum ceſſante. Feder. conſil.93. Factum. Soc. conſil.99.ſereniſsimus.num.11.in 3. volum. niſi fieret in ſententia diffinitiua, quia tunc eſſet pars diffinitiuæ, vt ſuprà dixi in condemnatione expenſarum.

86 Tertiò,ſententia ſuper recuſatione eſt interlocutoria.Archi.in c.iudex.in fi.de offic.deleg. lib.6.Bal.& alij in l.apertiſsimi.C.de iudic.Prępo.& Philip.Peruſ.in d.c.cum ceſſante.

87 Quartò,ſententia qua pronuntiatur locum eſſe inſignem(iuxta c. ſtatutum de reſcrip. lib. 6.)eſt interlocutoria.Ang.in l. arbitro.in prin. ff.qui ſatiſd.cogan.

88 Quintò,ſententia lata ſuper interpretatione verbi dubij eſt interlocutoria,glo.vlt. in cap.1. de verb.ſign.lib.6.Barba.in rub.iſtius titul.col. 10. quod intellige ſi in iudicio incidenter ageretur de illa interpretatione, ſecus ſi principaliter,quia tunc eſſet diffinitiua.cap.1. de priuil. eodem lib. cap. in his.tit.in decret. illo.Si vero fieret extra iudicium, tunc interpretatio illius verbi non eſſet ſententia interlocutoria, nec diffinitiua.ca.cũ tibi.c. dilecto.2.c.tua.de verb. ſig.Inno.in cap.olim.illo tit.Doct.in d.c.1.in fi. eodem titulo.

89 Sextò,commiſsio examinationis teſtium alteri facta,iuxta authe.apud eloquentiſsimum. Cod.de fide inſtru.Et declaratio ſuper libello ſunt interlocutoriæ,gl.in l.poſt ſententiam.C. de ſent.Bal.in l.iudices in prin.C.de fide inſtr.

90 Septimò, aſsignatio termini vel dilationum eſt interlocutoria.l.à præcedẽte,& ibi notat.C. de dila. cap.1. illo titul. extra. Soc. conſil. 99. colum.8.verſ.primum probatur.nu.11. ſereniſſimus,vol.3.

91 Octauò,publicatio atteſtationum eſt interlocutoria.Bal.in l.publicati.q.5.C.de teſtam.& authen.ſed ſi quis.C.de teſt.col.penul.

92 Nonò,pronunciatio iudicis qua fuit dictum tutorem non debere interim adminiſtrare, eſt interlocutoria,quia aliã poſt ſe expectat. Corne.conſil.281.conſului.in 2.q.vol.1.

93 Decimò, ſententia qua pronunciatur vt teſtibus examinatis ad perpetuam memoriam perpetuò credatur,eſt interlocutoria,gloſ.magna in fi.in l.in lege Aquilia.ff.ad l.Aquil. Bal. in d.authen.ſed ſi quis,& d.l.publicati.

94 Vndecimò,ſententia qua pronuntiatur dotem non eſſe liquidam eſt interlocutoria.l.fin. C.de ſenten.quæ ſine certa quanti.Fel. in rub. extra eodem.col.fi.Philip.Peruſ.in d.cap.cum ceſſante.col.14.verſi.12.& Bal.in Marga.in ver. ſententia.q.89.

95 Duodecimò, ſententia vt procedatur ad vlteriora,eſt interlocutoria.Ang.conſil.200.in ciuitate.Bar.& alij hîc.Præpo. in c. ex parte.2. de appel.col.2.& d.c.cum ceſſante.col.7.

96 Decimotertiò, reuocatio grauaminum dicitur interlocutoria,Doct. hîc & Dominic. in cap.vt ſuper.col.2.de appel.lib.6.argum.cap. ſi à iudice.illo tit.Barba.in rub.extra eodem.col. 9. licet quodlibet grauamen non dicatur interlocutoria.c.eum qui.de dol.lib.6.

Decimoquartò, ſententia qua pronuntiatur reſcriptum eſſe ſurreptitium, vel obreptitium,aut econtra,eſt interlocutoria. Philip. in c.fi.col.2.de appel. lib.6. vide Doct.in c. ſuper literis.de reſcript.

97 Decimoquintò,ſententia qua iudex admittit articulos, vel non admittit, eſt interlocutoria,gl.& ibi Bal.in l. poſt ſententiam in ver. interlocutiones. C. de ſentent.Iaſ.in l.ſi opus. in fi.ff.de no.op.nunt.

98 Decimoſextò, ſententia qua pronuntiatur teſtes admittendos,vel non, eſt interlocutoria, glo.in d.l.poſt ſententiam, & ibi Bal.& Salice. & Bal.in Marga.in ver.ſententia.q.89. & idem in l.1.col.3.C.de ord.iudic.authen.ſi teſtis product.§.ſi verò dicatur.de teſta. Bal. conſil. 332. tria ponuntur.in 4. volum. Ang.in l. arbitro. colum.fi.ff.qui ſatiſda.cogan.& ibi Iaſ.Idem ſi proferatur ſuper probatione admittenda vel non.c.ſignificantibus.de no.ope.nuntia. Card. clem.fin. quæſt.2. de appel.Ioa.de Ana.conſil. 93. viſo in addi.Bal. in Marga.in verb.ſententia.quęſt.20.l.2.Cod. de epiſcop.audien.l.ante. in fi. Cod. quo. appel.non recipiuntur.Guido ſingul.101.

*Nota quando cognoſcatur interlocutoria vel diffinitiua.*

Alia multa reperiuntur exempla,& alia ponerem,niſi lectorem tædio afficerem. Ideo generaliter dico tunc eſſe interlocutoriam quando fertur ſuper proceſſu, ideſt ordine procedendi, vel aliquo articulo. Si verò ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia totius proceſſus feratur, & princi-



principaliter, erit diffinitiua.Innoc. in cap. auditis.de procura.Præpo.in d.cap.cum ceſſante. col.6.in fi.

*Interlocutoria duplex.*

99 Nota tamen quòd duplex eſt interlocutoria,iuris,& facti. Interlocuria facti eſt, quando partes in facto diſcordant,vt dico te infamem, tu negas,iudex pronuntiat te infamem, eſt interlocutoria facti. Cy. in l. Arethuſa, col.4.ff. de ſta.ho.

100 Interlocutoria iuris eſt, quando partes in facto concordant, ſed in iure diſconueniunt, vt ſi vtraque pars aſſerit teſtatorem minorem quatuordecim annis, ſed vna dicit illum potuiſſe teſtari, altera non, iudex non potuiſſe pronuntiat,eſt iuris quæſtio, ad quam reſpondet Iuriſcon.l.eum quem.§.1.ff.de iudic. Item, facti tunc dicitur quando factum certum eſt, ſed de iure dubitatur,vt Titius fecit teſtamentum,non appoſuit 7. teſtes, conſtat non valere, & ſi iudex hoc pronuntiat, interlocutoria eſt iuris.Alberic.in l.idem erit. col.1. ff. de ſtat. homi.& Cy.in d.l.2. num.6. Facti eſt quando factum eſt incertum,vt ſi inter natos proponatur quis primo, aut ſecundo loco ortus fuerit, & ad illam non poteſt Iuriſconſ. reſpondere. d.l. eum quem. Albe. in d.l. idem erit, de ſtat. ho.Cy.in d.l.Arethuſa.

Item quędam eſt interlocutoria expreſſa, quædam tacita.de quibus per Paul.conſil.334. viſa appellatione.in 1.volu. & per hæc erit primum promiſſum in prin.expeditum.

*Legis diuiſio.*

Secundum aggredior: & antequã caſum fingam,hęc lex in duas poteſt ſcindi partes. Prima loquitur de interlocutoriis reuocandis. Secunda, de diffinitiuis non reuocandis.ſecunda ibi.licet de ſententiis, & hoc dicit in ſumma:Sententiam interlocutoriam poteſt iudex reuocare,diffinitiuam verò non.

CELSVS XIIII.

## Quod iuſsit vetuitve prætor contrario imperio tollere & remittere poteſt: Sed de ſententiis contra.

Pone caſum ſecundum Alberi. ad verbum Iuſsit.de l.ſi opus.ff. de no. ope. nuntia. Et ad verbum Vetuit de l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdict.omnium iudicum,& l.quicquam. ff.de in ius vocan.caſum in voce finxi,& quando facilis eſt,hîc non deſcribam.

*Rationes dubitationis ad legẽ.*

1 Capio rationes dubitandi ad hanc legem. Et prima potuit eſſe,quod interlocutoria non poſsit reuocari, quia non licet variare, immo variatio & inconſtantia eſt reprobata.maximè in iudicibus,qui eam in aliis puniunt.l.in cauſæ.§.1. de procura.ff.cap.2.de reſcrip. lib. 6.cle. 1.de renun.plenè Vincentius in l.in ratione. in 1.§.fi.in.fi ff.ad l.Falcid.& Hippoly.ſingul.166. inconſtantia, quia variatio eſt quædam temeritas.Bal.in l.ius ciuile.in princ. ff. de iuſtit. & iur.Item quæ proceſſerunt ex labiis meis nõ faciam irrita,vt habetur in ſacra ſcriptura,citat Deci.in regula.nemo poteſt mutare.ff. de reg. iur.Panorm. in cap.cum autem.de iure patro.

2 Præterea quod approbo non poſſum reprobare.l. Pomponius in 1.ff. de nego.geſtis.l. parentibus,& l.in arenam. C.de inoffic.teſt.gl. in c.cum Vintonien.de elect.

3 Etiam quod ſemel placuit,non poteſt amplius diſplicere. regula, quod ſemel.de regul. iuris. lib. 6. Nam Dauid poſtquam promiſit dare regnum Salomoni, non mutauit conſilium,habetur 3.Reg.cap.1.Male fecit Saul qui promiſerat dare in vxorem filiam ſuam Dauid,& mutauit conſilium.1.Regu. cap.18.Item Sanſon (quia ſocer eius mutauerat conſilium dando ſponſam ſuam alteri) multa mala intulit Philiſtæis, vt patet Iudic.15. Nec etiam quis debet eſſe ſibi cõtrarius.l.Titiæ.ff.de conditio. & demonſt.l. vbi repugnantia.ff. de reg.iur. & nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam. l.nemo poteſt mutare.ff. de regul.iuris.

Poſtremò prima pars videtur contraria vltimæ. Nam in prima reuocatur, in ſecunda non,licet in vna ibidẽ videretur ſicut in altera.

*Ratio cur interlocutoria reuocetur & diffinitiua nõ.*

4 Contrarium decidit hîc iureſconſultus, & hoc rationibus ſequentibus, quarum prima eſt.Quare interlocutoria reuocatur diffinitiua non, quia diffinitiua fertur cum maiori deliberatione,quam interlocutoria, ergo non poteſt reuocari. quòd feratur cum deliberatione,extat tex.in l.2.C.de ſenten. ex libell. recit. cap.fi.extra eodem.lib. 6. & eius quod fit cum deliberatione, de facili nõ admittitur variatio, argum.l.fi.C. arb.tut.l. dubium non eſt. C.de repud.glo.ſing.in cap. ex literis de diuort.not. doct.in regula.quicquid.ff.de reg.iur. hanc rationem ſequitur Alberi. hîc & alij poſt eum, & d.c.cum ceſſante.

Secunda ratio eſt, quod ideo diffinitiua nõ poteſt reuocari, quia iudex eſt ſuo functus officio.l. iudex. infrà eodem. cap.in literis. de offic.deleg.l.qualem §. dicere,ibi dum arbiter eſſe deſierit.ff.de arbit.c.ſi compromiſſarius,de elect.lib.6.ſed per interlocutoriam iudex non deſiit eſſe iudex, ergo iſtam poterit reuocare. Bar.& doct.hic.Henric. Bohic in d.c. in literis col.2.Panor.& cæteri in d.c.cum ceſſante.

Tertiam rationem ponit tex.in d.cap.cum ceſſante. in fi.videlicet, ne proceſſus principalis friuolis retardetur occaſionibus, ideo interlocutoria reuocatur,quare retardantes proceſſum puniuntur in l.properandum. C.de iudic.& in ordinat.nouiſsimis.vt ibi dico.

Quarta ratio diffinitiua ideo non reuocatur,vt ſit litium finis,qui aliàs non eſſet,ſi poſſet reuocari.Bal.in l.1.col.1. C. ſentent.reſcindi non poſſe, imo eſſet procedere in infinitum, quod eſt contra leges & reipub. vtilitatem. l. properandum. Cod. de iudic.l. ſi prætor. ff. illo tit.

Vltima eſt ratio tangens interlocutoriam, quia melius eſt ſeipſum corrigere, quàm ab alio

alio corrigi expectare.§.1.in authen.de nupt.& in authen.vt fratrum filij ſucced. in princ. Sapientis eſt in melius mutare conſilium.l.nonnunquam & ibi glo.ff.de collatio.benè(& magnæ ſapientiæ eſt)reuocare quod malè egeris. 22.q.4.cap.magnæ ſapientiæ,cum aliis multis quibus nunc ſuperſedeo.

*Reſpōdetur rationibus dubitandi.*

5 Non obſtant rationes dubitandi, Et primo non obſtat quòd variatio reprobatur,quod eſt verum, ſcilicet quando tenderet ad malum, ſed ſi ad bonum non, imo commendatur qui variat.d.cap.magnæ. Nam Herodes qui ſuam non mutauit ſententiam,periit. Diuus Petrus qui mutauit votum, ſaluatus extitit.c. actione 22.q.4. nec poteſt dici inconſtans, qui in melius variat,imo ſapiens,per d.c.magnæ,& dicit tex.in c.qualiter.1.de accuſatio.alloquendo iudices,non pudeat vos errorem veſtrum corrigere,qui poſiti eſtis, vt aliorum corrigatis errores,& nonnunquam prætor varietatem non repellit, & conſilium mutantis nō aſpernatur. l.nonnunquam.ff.de colla.bonorum.

*Variatio quando permittatur.*

Imo ſi iudices errauerint in iure, vel facto, & non corrigant ſuos errores, poſſunt per Dom. conſiliarios parlamenteos mulctari, vt ſtatuit Ludo. 12. in ordinat.primo publicatis. artic.59.

Quare variare non deſinant in erratis,quia legimus Deum ſummum ſuam mutaſſe ſententiam,Hiere.18.c.vnuſquiſque,& ca.incommutabilis cum ſimilibus.22. quæſt.4. Bal.in l. 2.colum.2.verſi.modo quæro.Cod. ſenten. ex libello recitan.plenè d.Gome.in c.ſtatutum.in 2.no.de reſcrip.in 6.

Item variarunt Apoſtoli,Petrus,& Paulus, in c.beatus Paulus.22.q.2.

Sic & beatus Auguſtinus,qui librum retractationum conſcripſit, & ſi omnino eſſet prohibita variatio,hoc non egiſſent.

Item Papa.cap. certe.11. quæſt.1. Bal. in l. 2. col.2.C.de ſenten.ex libello.recit.cap.non debet.de conſanguinitate.cap.ſententiam,& ſeq. 35.quæſt.9.Ad hęc collatores variant pluribus vnum beneficium conferendo, de quo plura ſcripſi.in glo.diſpoſitiones.in §.ſi quis verò.de colla.in concordat.

6 Variarunt & Iuriſconſulti atteſtante Imperatore in l.fi.§.ſed cum in ſecundam,verſi. alia dubitatio.C.de furt.l.iuriſgentium.in princ.& ibi glo.ff.de pact.l.Labeo.de ſeruitut.ruſti.prędior. l.naturalis.§.quod ſi faciam.& ibi glo. ff. de præſcript. verbo. ſecundum vnum intellectum,& tex.in l. cum quidam. ibi Principales conſtitutiones quas ipſi auctores retulerunt inter ſe variaſſe videntur. C.de verb.ſig.

Itē quandoque doctores,Ang.in d.l.Labeo. Hippol.in l.ex libero.ff.de queſtio.circa fi.ideo ſe excuſat Barb.in conſil.1.col.25.in 1. volum. eo quòd aliud ibi teneat quàm in lectura.& non eſſe mirandum aſſerit,quia homo longiori ſtudio fit perfectior, ideo in melius mutat decretum,idem dicit Barba.conſil.10.clementiſsimi.colu.2. eodem volum.& conſil.89.clementiſsimi. in 4.volum.colum.vltim. plus dicens,quia quotidie in nobis noua generantur phantaſmata, & diuerſi intellectus, ideo mirum non eſſe variare. Vnde Bal. ferè in qualibet quæſtione ardua variauit ex ingenij ſubtilitate non ex malitia,vt aſſerit Paul.Caſtre.in l.de tutela.C.de in integr.reſtit. minor. Iaſ. in l.ſi inſulam in 2.quæſt. ff. de verbo. oblig. do. Ioan. Neuiſanus in ſua ſylua nuptiali in illa quæſt.an ſit tenenda communis opinio quando loquitur de Bald.Idem Do.Chaſſa.in conſue.Burgund.in rubri.*des droictz*.§.23.gl. *des le terme*.nu.3.

*Bal. ferè ſemper ſibi contrarius.*

Variant aduocati,& non inconueniens eſſe aſſerit Anto.de Butr.in cap. cum in. col. 10.de conſtit.vbi dicit aduocatum poſſe hodie allegare vnam l.ad vnum propoſitum, & cras dicere quòd illa non facit,refert Hippol. vbi ſuprà & vide eum ſingula.166.inconſtantia.

Cauere tamen debet doctor, aut aduocatus ab iſta variatione, Dec. in regu. nemo poteſt mutare.ff.de regu.iur. vide text. in l. Diui. ff.de iure patro.Iaſ.in l. prætor.§.ſi aliquando. col.2.ff.de nou.oper.nuntia.

Et quando variatio ſit prohibita, vel promiſſa, vide per Bar.in l. de rebus.ff.re. amota. Iaſ.in l.ſi ex toto.§.ſi ita legatum.col.penul. & vltim.ff.de legat.1.l.quotiens.C.de rei vendic. & ibi Doct.cap.1.de iure patro.lib.6.clem.1. de renuntiat. Salice. in l. ſi quis iuſiurandum. C. de reb.credit.Panorm.in cap.penul.de poſtul. prælat.& Bertachinus in tractatu de epiſcopo in 3.parte libri primi,q.26.

Item non obſtat, quæ ex labiis meis proceſſerunt non faciam irrita,intellige quæ rectè proceſſerunt,aliàs quis debet mutare quod incaute promiſit. cap. ſi aliquid fortè incautius nos iuraſſe contigerit, quòd obſeruatum in peiorem vergat exitum, illud ſalubriori conſilio mutandum nouerimus. 22.quæſt.4. doct. in l. conſentaneum.per glo.ibi perſeuerare.C.quomod.& quando iudex.

Non obſtat, quod ſemel placuit amplius diſciplere non poteſt, intellige noua ratione non ſuperueniente,vel iuſta cauſa.Barb.conſi. 13.à Ioue.col.6.in 3. volum. vel intellige vt per tex.& ibi Alex.in l.ſi cum dotem. §.eo autem tempore.col.1.ff.ſolut.matri. niſi ille errauerit, quia tunc errorem corrigere poteſt,l. fin. ff.de iur.& fact.igno.Dyn. in d. regul. quod ſemel. hoc verum, niſi in melius velit mutare,vt dixi vel niſi vellet in alterius iniuriam, quia non poſſet. Archid.Flor.in reg.mutare conſilium. de regul.iur. lib.6. vel in partis præiudicium.

7 Minime obſtat quod approbaui non poſſum reprobare, quando illa approbatio trahit ſecum executionem,aliàs ſecus, latè Bartol. in l.Pomponius.in prima col.antepe.ff.de nego. geſt.l.ſerui electione.ff.de legat.1.Iaſ.in l. in arenam.C.de inofficio.teſtamen.vel circa eādem rem, ſeu duas, quæ ratione connexitatis, vno in loco ſunt, non licet variare, ſecus circa diuerſas res.l.ſi ſterilis.in fin.ff.de action.empt. & d.l.de rebus. Pyrrhus in d. regul. nemo poteſt mutare.

Præterea



Præterea non videtur contrarietas reprobanda, quando in melius reformat quod egit, quia variantibus temporibus neceſſe eſt quòd iura,& actus varientur.c.non debet.de conſangui. nam aliàs peccator non poſſet ad Deum conuerti, contra illud, quacunque hora ingemuerit peccator,&c.cap.facilius.de pen.diſtin. prima,quod eſſet hæreticum dicere, & Luthero dignum.

Poſtremò non obſtat,quod quis non poteſt mutare conſilium in alterius iniuriam,quia fateor, ſed in interlocutoria reuocanda non fit mutatio in iniuriam partis, imo in commodum, vt ad breuitatem proceſſus, & labores tollendos,& vt expenſis parcatur partium.Pet. de Ancha.in dict.cap.cum ceſſante.in 4.oppo. Dec.in dict.reg.nemo poteſt mutare.Item hoc fit lege permittente, vt hîc,& glo.in dict.regul. quòd ſemel.ſed de his ſatis.

*Primum notabile.*

1 Capiamus tertium, quod in initio promiſimus, videlicet notabilia. Notandum igitur primò eſt,iudicem poſſe interlocutoriam, quam tulit, contrario imperio reuocare.ita eſt tex.in cap.cum ceſſante.de appellat.& hoc notat.hic Bart. quem alij ſequuntur. & nouit Deus mutare ſententiam, ſi tu noueris mutare delictum.cap.nouit. de pœnit. diſtinct.1.& ibi glo.dicit,quòd in hoc ſimilis eſt prætori,qui mutat interloquutoriam.

2 Primò amplia non ſolum interlocutoriam, ſed & omne grauamen quod tulit.cap.concertationi.& cap.ſi à iudice de appella.vide tex.in cap. 1. ibi ſuper interlocutoria vel grauamine, illo tit.Bald.in dict.cap.ceſſantę tex.in cap. fin. de dolo.lib.6.

3 Secundò amplia etiam illam eandem quam tulit,ita hîc vult dicere textus ponderando dictionem quod, facientem hic veram relationem,licet quandoque ſimplicem faciat,vt mulier quæ damnauit ſaluauit. gloſſ. in l. ſed & ſi quæcunque.§.1.ff.ad legem Aquil.l.3.C. de negot. geſt.l. dominium de iniur.vide de hoc relatiuo Bartol. & Doct. in l.omnes populi.ff.de iuſtit.& iur.l.cunctos populos.C.de ſum.trinit. & fide catholic.

4 Tertiò amplia ſiue ſit iudex delegatus, ſiue ordinarius.glo. hic & text.in dict.cap.cum ceſſante.Bald.in l.arbitro.colum.fin.ff.qui ſatiſda. cogant.Et licet olim prętor in ciuitate Roma. haberet iuriſdictionem ordinariam, vt licet videre per Pompo.Lę.de magiſtratibus Roman. & Feneſtellam cap.19.& apud Liuium,lib.3.ab
5 Vrbe condita. † tamen hîc accipiemus largè, pro quolibet iudice,tam ordinario,quàm delegato,ſubdelegato, quàm municipali, & etiam pro quolibet magiſtratu iuriſdictionē habente. glo.in l.ſi autem.§.fi.ff. de aqua pluuia arcend. Spec. in tit.de dolo. & contuma. §.reſtat.verſi. itē ſi hodie Bal.in l.fi.in 1.q. C.de ædil.act.Dec. in l.vbicunq;.ff.de regul. iur.Syluester de Prierio in ſua ſumma verſi.ſententia.in 3.q.& Petr. de Ferra.in ſua practica in forma ſententiæ interlocutoriæ ſuper incōpe.iudicis.col.1. Budæ. in l.ſi vt certo.§.interdum.in annot.ſuis. ff. cōmod.etiam procedit in executore mixto. c.dilectus.3.de pręben.vnde dicit.Bal.in rub.de offi. deleg. col. 2. quòd interloquutoriam delegati poteſt delegans reuocare contrario negotio,ſic & totum negotium ad ſe trahere.not.in l.arbitro.ſecundū vnam lecturā. ff. qui ſatiſd.cogan.

6 Quartò amplia poſſe reuocare non ſolum interlocutoriam,ſed etiam ipſum iudicem, qui eam protulit,ſi ipſum delegauerat. l.iudicium ſoluitur,& ibi latè Iacobi.ff.de iudic.Pet.Anch. in cap.fraternitatis. de frig. & maleficia. & ita innuit hic Alberic.allegando d.l.iudicium ſoluitur, licet aliter non declaret, & infrà dicam latius, in materia euocationis quam pono in 2.not.& in 2.limita.

7 Quintò,amplia ſi iudex vult,tamen nō cogitur,quia non quicquid poteſtati iudicis permittitur, id ſubiicitur iuris neceſsitati. l. non quicquid.ff.de iudic.l.1.C.quomod.& quando iudex. Item ſuadetur ex verbo poteſt, ſi vult. Dyn. hîc & alij poſt eum, niſi ex honeſtate. Corn.conſi.55.viſis.litera q,in 3.vol.

*Quando à denegatione reuocationis poſsit appellari.*

8 Poterit tamen appellari ab illa denegatione reuocationis de iure canonico, cum ab omni grauamine eo iure poſsit appellari. cap. cum ſit Romana.cap. ſuper eo. in 2.cap. vt debitus, & cap.cum ceſſante. de appel. & etiam in caſibus, in quibus à iure ciuili eſt permiſſa appellatio, vt quando grauamen eſt irreparabile in diffinitiua.l.2.ff. de appel. reci. & tunc reuocabitur interlocutoria per iudicem appellationis,ſi iuris eſt.l.arbitro. ſecundum vnam lecturam.ff.qui ſatiſd.cog.cap.fi.de appel.lib.6.Bart. & alij hîc.Inno.in c.fi.de noui.oper.nunt.Bald. in l.1.col.1.circa fin.C.ſenten.reſcin. non poſſe. Guido Papæ.ſing.382.

*Practica notabilis.*

Si verò à iure ciuili prohibetur appellatio, vt eſt regulariter, tunc iudex non cogetur eam reuocare, ſed ſi non reuocet ad partis petitionem, tenebitur parti ad intereſſe, inquantum eam læſit.l.ſancimus.in fi.C.de iudic.l.ſi quando.in fi.de teſti.C. aliàs ſi pars dictam reuocationem non petat, videtur iudicatis acquieſcere, intantum quòd non poſſet poſtea reparari grauamen,per appellationem à diffinitiua, ſecundum Bart.& alios.hîc intellige tamen dictum hoc Bar.nō procedere in exceptionibus, de quibus loquitur c.fi.de appel.lib.6. Inn.in c. quod ad conſultationem.col.2.extra eo. Peruſ.
9 in d. c. cum ceſſante. † Vidi tamen impetrari literas à cancellaria, vel ab alio ſuperiore iudice præcipientes ei iudici vt d. interlocutoriam, & grauamen reuocaret, & fundatur hæc prapractica in §.1.in authen. vt differ.iud. colla.9. Ang.conſil.200. in ciuitate.col.2.& Salice.in l. poſt ſententiam,colum.4. verſi. nunc venio ad ſextum in 7.q. Vide latè Felin. in c. exceptionem.col.1.& ſeq.de except.

10 Fallit tamen per tex.in c.fi.de exceptio.lib.6. Bar.& alij aſſerunt. (& ſic poteſt induci,) quia ſi iudex ſæcularis pronuntiauerit ſententiam iudicis eccleſiaſtici non exequendam,vel econtra, cogetur hanc pronuntiationem reuocare, vt ibi.licet Bar.& alij non inducant.

Secundò, fallit per text.in c.1.de iniur.lib.6. inductio eſt facilis.

11 Tertiò,fallit in excommunicationis ſententia,quę dicitur ſententia interlocutoria.Spec.in tit.de ſent.§.ſpecies. colum.2.verſic. diffinitiua. Archi.in c.vt animarum,colum.1. de conſtitu. lib.6.Ioan.Andr.in Nouella.in cap.1.de ſenten. excom.lib.6.& c.venerabilibus. Innoc, in c.per tuas. illo tit. & ibi Pan. & in rub.extra eod.Iaſ. hîc in 1.notab.Syluester de Prierio.in ſua ſumma in verbo ſententia. quæſt.3. Alex.conſi.134. ſuper præmiſſo.volum.7.Io. de Ana.conſil.93. viſo. & ibi in additio. ad eum. & tamen iudex ſi videat excommunicatum ob excommunicationem longo tempore poſſeſſam, effici deteriorem,& illam contemnere, debebit abſolutionem impartiri,& alio vti remedio,teſte beato Thoma,in 4.diſtin.18.artic. vlt. in ſolutione arg.primi dubij,& Iaſ.hîc 1.not. citat. quòd tamen non ſolet fieri.

*Arbiter à ſe prolatum reuocat.*

12 Sextò, amplia idem eſſe in arbitro vt etiam reuocare poſsit quod protulit. l.dicere.ff.de recep.arb. Panor. & ibi in addi.ad eum in dict.c. cum ceſſante.Felin.in c.qualiter.in 1,colum.4. de accuſ.Idem in notario,tenet & Bald. in dict. cap.cum ceſſante.in 3.not. De quo vide Barto. & Dec.in l.ſi librarius.ff.de reg.iur.Feli.in c.in literis.8.limita.de offic.deleg. Panor.& alios in c.Quintauallis.de iureiur.

13 Septimò, amplia etiam ſi ſit appellatum, quia adhuc iudex eam poterit reuocare. Spec. in titul.de except.§.viſo. verſic. ſed ſi iudex.per tex.in dict.c.cum ceſſante,nam licet iuriſdictio ſuſpendatur per appellationem.l.ſi cauſa. C.de tranſact.l.ſi quis.in fi.C.de reb.cred.cap.venientes.de iureiur.tamen adhuc poterit reuocari illud grauamen, pro quo fuit appellatum. c.ſi à iudice. de appel.lib. 6. Bald. & Philip.Peruſ.in dict.c.cum ceſſante. Petr.de Ferra.in ſua pract. in forma ſententiæ interlocutorię ſuper incompetentia iudicis.colum.1.Salic.in l.poſt ſententiam.col.4.verſic. nunc venio ad ſextum.C.de ſenten.& interlo.omnium iud.in 3.q.Guid. Papæ.conſil.89.circa.in 2.dubio, quia quo ad reuocationem non eſt ſuſpenſa iuriſdictio.Philip. d.c.cum ceſſante.col.2.& 4.Paul.in conſil.281. in cauſa iſta.col.3.& ſeq.in 1.vol.

14 Sed opponitur quia poſtquam deſiit eſſe iudex,amplius non poteſt reuocare.l.dicere.in fi. ff.de arbit.ſed per appellationem iudex à quo, deſinit eſſe iudex, quia transfertur iuriſdictio in ſuperiorem.l.pen.ff.iudic.ſolui.

Reſponde, hoc verum in ſententia diffinitiua, ſecus in interlocutoria vel grauamine, in quo non deſiit eſſe iudex per appellationem incõmutabiliter, imo poteſt reaſſumere ſuam iuriſdictionem authoritate huius legis, videlicet reuocando.Bald.in dict. cap. cum ceſſante. colum.3. niſi appellationi delatum eſſet, vt infrà dicam in limitat.

*Limitatio ad rub.nil noui,&c.*

15 Itẽ,inſtatur,pẽdente appellatione nihil eſt innouandum,in rub.nihil noui,ergo non poterit pendente appellatione reuocare interlocutoriã.

Reſpondeo, hoc verum quando ſtaret appellatio,ſed reuocando grauamen circunducitur appellatio; vnde non erit innouatio cum appellatio non pendeat, & ceſſante grauamine appellatio ceſſabit.dict.c.cum ceſſante.quod nota. Fallit quando iudex à quo ſtatuiſſet terminum appellanti ad recipiendum apoſtolos, vel ad arripiendum iter ad ſuperiorem, quia eius officium interim debet quieſcere. l. ſiue pars, C. de dilatio. Bald. in l.appellatione.in fine.C.de appella. Feli.in c.perſonas.in fi.illo tit. & dic vt infrà 8.limitatio.

16 Octauò, amplia etiam ſi partium conſenſus non interuenerit aut alterius partis,tex.in dict. cap.cum ceſſante, & ibi doct.in verbo liberè,ad hoc ponderant.cum natura illius dictionis hoc importet.c.de multa.de præbend,gloſ.in clem. dudum de ſepul.glo.in c.1.§.ſymoniacè, in verbo liberè de elect. in prag. ſanct. ſequitur Bald. in l.1.C.ſentent,reſcin.non poſſe, licet Dec.ibi dicat illum text.dict.c.cum ceſſante.parum facere, quia verbum liberè non reſpicit ibi,reuocationem ſententiæ, ſed facultatem procedendi poſt reuocationem ibi, dum dicit, liberè in cauſæ cognitione procedat,& illa videtur veritas licet etiam poſsit intelligi, quòd liberè procedat in cauſæ cognitione,id eſt ad reuocationem faciendam cum cauſæ cognitione. tamen tenerem aliam, & hoc probat tex.hîc generaliter loquens,non requirens partiũ conſenſum.

17 Nonò,procedit non ſolũ in iudice qui protulit, ſed etiam in iudice appellationis, & ſic per alium.c.fi.de appella.lib.6.c.non ſolum.illo titu. quia tota poteſtas eſt transfuſa in iudicem ad quem poſt appellationem & inhibitionem, ergo iudex ad quem reuocare poterit contrario imperio.c.ſi à iudice.de appel.lib.6. Specul. in tit.de offic. omnium iudic.§.fin.verſic.ſexto quærendum ibi,item ideo.

18 Idem dico in ſucceſſore iudicis, ſi cauſa ad eum deferatur.l.arbitro.ſecundum vnam lecturam.ff.qui ſatiſd.cogan.& ibi doct.Ang.conſil. 260.punctus eſt in fi.Inno.in c.ſacro.de ſenten. excom.Guido Pap.conſi.89. circa.col.6.Bal.in c.noſti.de elect. & vide in l.eleganter. §. ſi quis poſt.ff.de condict.indeb.col.vlt.arg.c.ſi gratioſè de reſcrip.lib.6.vide Bald. in l.ſi accuſatoribus. no.9.C.de accuſ.conſi.338.in verſic. de iure. in fin. vol.4. Item delegans poterit reuocare ſententiam interlocutoriam latam per delegatum ſuum.l.fin.ff.à quib.appella. non licet.ſequitur Iacobi.in l.arbitro.col.1.ff.qui ſatiſd.cogan.

Idẽ per in integrũ reſtitutionẽ poterit reuocari & aliis modis,not.in c.querelã.de procura. vel implorando officium iudicis, & hoc citra appellationem. Soc.in d.l.arbitro.quod eſt no.

19 Decimò,etiam ſi reuocaret in deterius.Bald. in dict.cap.noſti.de elect. quia hic tex.indiſtinctè loquitur & ſimpliciter, & hoc ſequitur Iaſ. hic licet fortè contrarium eſſet de iure canonico,cum text.in dict. cap. cum ceſſante.dicat, ſano vſus conſilio, non vteretur ſano conſilio ſi in deterius reuocaret, ſed hoc intellige inſpecta mera iudicis poteſtate,cum de non ente poſſet facere ens,gloſſ.ſing. in l.ſi non ſortem. §.hæredi.ff.de condict. indeb. qua ſingul. dicit Bal.in Marga.in verbo,ſententia.q.47.& Iaſ.in l.Iulianus,col.2. ff. de condict. indeb. Anto.de Tremol.in addi.ad Vbertum de Bonacurſo.in rub.de peremptoriis except.in verb.rei iudicatæ.fol.63.colum.3.& facit tex. in l.2.& ſeq.ff.de libe.agnoſ.



20 Idem etiam ſi non fuiſſet erratum. Bald. in l.eleganter. §. ſi quis poſt.columna vltim.ff. de condict.indeb.

21 Poterit tamen pars ad cuius vtilitatem lata erat interlocutoria appellare ab illa reuocatione.Innoc.in cap.ſacro.de ſentent.excom.Bald. in l.poſt ſententiam. in fin. C.de ſentent.& interlo.omnium iud .Henric. Bohic.in cap.in literis.col.3.de offic.delegat.extra. De iure ciuili tamen non poſſet in caſibus in quibus grauamen eſt reparabile per diffinitiuam. l. 2. ff. de appella. recip. ſed intellige ſupra dicta in locis in quibus ſeruatur ius canonicum quod communiter obſeruatur in curiis Franciæ, quia ab omni grauamine appellatur tam in curiis eccleſiaſticis quàm ſecularibus, prout ſæpius practicaui, tamen iudex procedit non obſtante appellatione,in aliquibus caſibus antequam ſit illi inhibitum per ſuperiorem.cap.2.de dol. lib.6. & in ordinationibus regis moder. publicatis anno 1519.art.4.& ſeq.

*Practica notabilis.*

22 Vndecimò, amplia ſiue proferatur ſuper incidenti, ſiue emergenti vel proceſſu, glo.hic & l.diem.ff.de arbit.c.fi.de app.lib.6.Fel.in c.qualiter.in primo,col.4.de accuſ.

Item ſiue præparando ſiue ordinando fuerit lata.Henri.Bohic in c.in literis.col.2.de offi. deleg. ſiue contineat dari, ſiue reſtitui contra Azo qui nimis reſtringit tex.ſecundum Bar.& alios hic per hunc tex. generaliter loquentem.

23 Duodecimò, amplia iudicem poſſe reuocare interlocutoriam ſiue in ea proferenda reſeruauerit ſibi reuocationem ſiue non, licet ſecus ſit in diffinitiua,gloſ.ſing. in l.item Labeo. in ver. item purè. ff. famil. herciſ. Et quia hîc nullum verbum de reſeruatione, item quia non eſt aſſuetum in interlocutoria proferenda reſeruare ſibi reuocationem, ſed poteſtatem capit auctoritate huius l. & d. c. cum ceſſante. ergo non erit neceſſaria reſeruatio,quia fruſtra reſerua etur quod iure communi conceditur. arg.l.vnicæ.C.de theſau.lib.10.

24 Decimotertiò, amplia ſiue illa interlocutoria teneat,ſiue ſit nulla, quia tunc etiam de facto debet reuocari ſicut de facto fuit proceſſum,gloſſ.ſingul.in l.minor.ff.de euict. gloſſ.in l.ſi dolo. C.de reſcind. venditio. Bald.in l.poſt ſententiam. C. de ſenten.& in l.arbitro.vltim. colum.ff.qui ſatiſd.cogan. Angel.conſilio 276. punctus.columna 2.vbi dicit quòd facit litem ſuam ſi non reuocet. Nam iniquè facit iniquam ſententiam exequendo, ſicut ſi iniquè iudicaret. dixi ſuprà.

25 Decimoquartò, amplia iudicem poſſe reuocare ſententiam interlocutoriam etiam poſt decem dies & vſque ad ſententiam diffinitiuam,quia quo ad iudicem interlocutoria non tranſit in rem iudicatam,quo ad partem ſecus, text. in l. ſi quis iuſiurandum.§.fin. C. de reb. cred.gloſſ.in cap.cum dilectus. in fin. de elect. & cap. querelam. de procur. gloſſ.in dict.cap. cum ceſſante, & in cap.Romana. §. ſi verò.in ver.interlocutoriam. illo titulo lib. 6. & Doct. glo.in cap.venerabilibus.§.1.in ver.decendium de ſenten.excommunic.lib.6.Barto. & alij hic. Specul.in titul.de appel.§.reſtat. in fi.in 2. parte de except.§.viſo.verſ.ſed nunquid iudex.Innoc.in cap. ſæpè.colum.prima, de appel. Ioan. Fab.in l.1. C.ſentent. reſcind. non poſſe. & ibi Angel.de Ferra.in practica in forma ſententiæ ſuper incompetentia iudicis.colum. 1. Præpo. in cap. fraternitatis. num. 19. de frig. & malef. Henricus Bouerius, in ſing. incipiente ſententia.quæſt.16.Ang.conſi.200.In ciuitate. & 260. punctus eſt,&c.d.col.2. Bolog. conſil.56. vt in pręſenti.colum.2.& idem Alexand.conſil.99. viſis.num.5.volum.5.Corne. conſil.69.viſis, litera r.in 1.volum.& conſil.18.in pręſenti.col.4. & conſil.182.in cauſa.in prin.in 3.vol. & conſil. 274. inſurgit.in prin. eodem lib. & conſil. 10. pręſuppoſito.colum.3.litera c.4.lib.2.conſi.62. pro euidentia. colum.2. litera b.in eodem vol. Aegid. de Bella mera. conſil.36. actori.col.vlt. verſic. nec obſtat.Petr.Ancha. in cap.quod ad conſultationem.not.2. extra eodem. Angel.& Sylueſt. in ſuis ſummis in verb. ſententia. in 5. quæſt.Bonifa.de vital. in clem.cum à repulſione.colum.3.in fin.de appel. Salic. in l.poſt ſententiam. C. de ſenten.col.4.Socin.in l.arbitro. col.3.ff.qui ſatiſd.cog.

Et hæc opinio ſeruatur in curiis teſte Aufre. in deciſ.cape.Thol.quæſt.185.Item,&c. ſi omnis interlocutoria in fin.Sequitur ille Stella radians Aureliæ in §. vbi decretum. l. nec quicquam verſic. præterea. ff.de offi. proconſ.quia hic non limitatur tempus à lege intra quod debeat reuocari, ergo nec nos limitare debemus.l.de pretio.ff.de pub.in rem actione.

Item non pudeat iudicem errorem ſuum corrigere in authen. vt fratrum fil.colla.9. ſiue ante decem dies ſiue poſt.

26 Intellige tamen quòd ſi iudex ſine iuſta cauſa denegaret reuocationem,poterit pars appellare.Aegid.de Bella mera deciſ.51.admiſsio.

Item, intellige quòd hoc poterit iudex à quo.ſecus in iudice appellationis.ſuper quo eſt tex.in c.fi.§.fi.de appella.lib.6.vide tamen Philip.ibi hoc limitantem.

Poterit etiam iudex poſt decẽ dies ad partis poſtulationem reuocare. Guido Papæ, in conſi.89.circa in 2.dubio per tex.in cap.fin.de appel.lib.6.& niſi reuocet poteſt vt dixi,appellari, quia quandiu durat grauamen tandiu poteſt appellari etiam poſt decem dies. cap. conſultationibus. de appel.lib.6. & quandiu iudex non reuocat grauamen tandiu grauat,ideo poteſt appellari.Spec.in tit.de appel.§.reſtat.verſi. & nota in 2.parte ſecundum Vincen. Henric. in d.c.in literis.Imol. in d.c.cum ceſſante, Bouerius in ſing.incip. ſententia.quæſt.vltim.maximè quando ſententia habet grauamen ſuc-

ceſsiuum, vt ſententia excommunicationis, quam pars poteſt petere reuocari, etiam poſt decem dies. Imol. in c. ad reponendum. col. 3. de offic. ordina. Iacob. in l. ſi ab arbitro. col. 1. ff. qui ſatiſd. cogan.

27 Idem intelligo ſi iudex grauet partem negligendo, quia ſemper poteſt appellari etiam poſt decẽ dies & petere reuocationem. Præpo. in dict. cap. cum ceſſante. q. 3.

28 Fallit † ſi citatio emanauerit in cauſa appellationis cum res non ſit integra. c. Romana. §. ſi verò. & ſeq. de appel. lib. 6. Imol. in dict. cap. cum ceſſante, & Alex. hîc in addit. ad Bart. dicam infrà, quòd non poteſt reuocari quando executioni demandata eſt, in 1. limitat. & in ſequentibus limitationibus latius dicetur.

*Concluſio.* 29 Decimoquintò, amplia poſſe reuocari etiã ſi ius parti ſit quæſitum. nam poſt decem dies eſt ius parti quæſitum, cum pars amplius non poſsit appellare, quia ſententia tranſiuit in rem iudicatam. l. 1. & ibi not. ſuprà eod. cap. quod ad conſultationem. extra eod. & ſic extat concluſio, quòd in reuocatione interlocutoriæ eius quæſitum parti iudex tollere poteſt.

*Ius tertij an poſsit tolli.* Contra hanc concluſionem inſtitit ſubtilis Carcaſſ. Baccalaureus pluribus mediis, & primo ſic, princeps rem vni conceſſam alteri non poteſt concedere. l. fi. C. de locat. pręd. ciuili. lib. 11. à fortiori nec iudex.

30 Item ius quæſitum parti iudex non poteſt auferre. arg. l. huiuſmodi. §. Stichũ. in fi. ff. de leg. 1. l. apud. de optio. leg. melius facit cle. paſtoralis. de re iud. & cle. ſæpe verſi. non ſic tamen. de verb. ſig. l. fi. ff. de pact. l. id quòd noſtrum eſt. ff. de reg. iur. Alex. conſil. 90. ferè omnis vis. col. 2. nu. 5. in 1. vol. Roma. conſi. 226. vltra. col. 1. gloſ. in c. ſi ſoli. de conceſ. præben. lib. 6. ſic nec Epiſcopus poteſt ab vna eccleſia auferre, & alteri dare. glo. ſolemnis in c. eccleſiæ. 16. q. 1.

Tertiò quando aliquid fit intelligitur ſine preiudicio tertij. l. 2. §. meritò. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco pub. fiat. c. quamuis de reſcrip. lib. 6. l. nec auus. C. de emanci. libero.

31 Reſpondeo, principem non poſſe reuocare ſuam conceſsionem niſi appoſuerit clauſulam non obſtante conceſsione prius facta, & ſic poterit reuocare vt hîc, & ſic conuenit quando exprimitur illa clauſula, non obſtante. Barto. & patruus meus Ia. Rebuf. in d. l. fi. de locato. prędiorum fiſcalium. lib. 11. Latè conſuluit Decius quando princeps iuri quæſito derogare poſsit, in conſi. 292. & Calca. cõſi. 51. licet. nu. 18. col. 1. Barba. conſi. 24. clementiſsimi. vol. 2. Soci. conſi. 32. ex his quæ ſuperius. col. pen. lib. 1.

Item ius acquiſitum facto principis poteſt princeps tollere, Bald. in l. fin. colum. penult. C. ſenten. reſcind. non poſſe, ſed ſententia eſt iuris ciuilis, glo. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. & Inſtit. de oblig. in princ. poteſt ergo tollere eam & conſecutiuè dominium ex ea prouenienſ ſecundum Bal. ibi. Philip. in cap. tua nobis, colum. 3. in 3. quæſt. de appel. Angel. in l. Lucius. ff. de euict. & l. Antiochenſium. de priuileg. cred. D. de Ripa, in rub. de conſtit. num. 45.

Nec tamen intendo de principis poteſtate diſputare, quia inſtar ſacrilegij eſt, l. 2. C. de cri. ſacri. cum tantam de facto habeat quantam vult poteſtatem, licet non poſsit intereſſe partis tollere. l. venia. C. de in ius vocand. dixi latè ponendo regulam cum limitationibus in repe. l. vnic. in prima quæſt. in præfat. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.

32 Non obſtat quòd ius parti quæſitum iudex non poteſt tollere, fateor quando eſt quæſitum irreuocabiliter, vt per ſententiam diffinitiuam, ſecus ſi reuocabiliter, vt per interlocutoriam, quia ius cenſetur quæſitum ſi iudex hoc reuocet quod poteſt, vt ſupra dixi, & hoc ſecundum naturam interlocutoriæ Dec. in c. cum ceſſante ſæpè alleg. hoc probatur à ſimili in donationibus cauſa mortis. Item in contractibus innominatis, in quibus parti ius acquiritur, niſi alterum pœniteat. l. 3. ff. de ſer. export. not. in l. ſi pecuniam. ff. de condict. cauſ. data. ſicut ergo facto iudicis acquiritur, ita & tollitur. Barba. conſilio 89. illud. col. 10. in 3. vol.

33 Item ſi aliquis donauit fundum cuidam vt poſt certum tempus fiat illius eccleſiæ, tamen donator poteſt illud pactum poſtea remittere, vt aſſerit Barto. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbo. oblig. licet contra illud dictum Bartol. conſuluerit. Aretin. conſilio 74. diligenter. columna 4. Alexand. conſi. 107. in cauſa Nicolai. colum. 2. in 4. volum. Corne. in conſilio 68. ardua. colum. 3. in 3. lib. litera h, Dec. conſil. 58. & pro tenui. & conſil. 239. incip. primo non videtur. colum. 3. & hæc opin. contra Bartol. obſeruatur in hoc regno, pro qua fuit prolatum arreſtum contra D. Annam de anglaribus, pro Domino de Vſello Lemouicenſ. Burdegalæ prout refert Bened. in reper. cap. Raynutius. in verbo. ſi abſque in 2. de ſubſtit. fideicom. numero 24. de teſta. & ſic opinio contra Bartol. ſeruatur. Ex quo patet quòd ius quæſitum reuocabiliter iudex poteſt tollere, fallit fauore eccleſiæ, vt proximè dixi. & vide Iaſ. in l. Barbarius. ff. de offi. præto.

Item ſi ex conſuetudine, vel ſtatuto quis teneatur appellare ſtatim, vt in hac patria conſuetudinaria communiter ſeruatur, vt dico in rubric. *Des cauſes d'appel.* artic. 1. in ſtylo Bitur. poſt non poterit appellare, nec interlocutoriam petere reuocari, ſed iudex ex officio poterit. Lanfranc. in repet. cap. quoniam. in verſi. interlocutiones. colum. 11. de prob. verſicul. 3. in magna impreſsio.

34 Non obſtat vltimum quòd actus debeat intelligi ſine preiudicio tertij, fateor & dico quòd in reuocando non eſt preiudicium parti, etiam obtinenti illam interlocutoriam, quia ſi non reuocaretur nunc, etiam in diffinitiua poſſet reuocari. cap. fin. de appella. lib. 6. & etiam pars poſſet appellare, vt ſuprà dixi in qua appellatione illa pars quæ obtinuit interlocutoriam grauaretur ſumptibus & expenſis. & proceſſus prorogarentur, contra l. properandum. Cod. de iudic. Vel intellige quod actus debet intelligi ſine præiudicio tertij in dubio, niſi conſtet



conſtet de contrario prout not. M. Anto. de Bauer. in §. fi. col. 6. de teſta. mil. Old. conſi. 268. quęſt. 2. col. 1. not. Barb. conſi. 23. ſcripſit propheta. nu. 20. in 1. vol. Dec. conſil. 292. & pro tenui. in 2. q. 2. conſi. 373. viſo. nu. 10. cum ſeq.

35 Replicuit id quod eſt mihi acquiſitum de iure naturali ſecũdario, quod ius gentiũ appellamus, (vt declarat Iaſ. in addi. ad Porc. in §. ſingulorum. Inſtit. de rer. diuiſ.) non poteſt tolli etiam per principem, quia naturalia iura ſunt immutabilia. §. ſed naturalia. Inſti. de iure na. ſed hoc dominium eſt mihi acquiſitum de iure gentium. l. ex hoc iure. de iuſtit. & iure, ergo non poteſt tolli.

36 Reſpondeo, Princeps non poteſt tollere dominium, quod eſt de iure gentium per gl. ſing. in l. quotiens. C. de precib. imper. offer. intellige ſine cauſa, cle. paſtoralis. de re iudic. quia licet habeat iuriſdictionem in vniuerſo. l. deprecatio. ff. ad l. Rho. de iactu. l. bene à Zenone. C. de quadrien. pręſcript. Barto. in extrauag. ad reprimendum in princ. in ver. totius orbis, non tamen habet dominium rerum priuatarum quæ occupantibus prius conceſſæ fuerunt. in tit. de rerum diuiſ. ſatis patet. & conſuluit. Soci. conſi. 120. memini. in 3. vol.

Imò non poteſt tollere ſine cauſa etiam legem condendo, nec etiam conſuetudo hoc poteſt, vt tenet Iaſ. in d. l. Barbarius. Feli. poſt alios. in cap. quæ in eccleſiarum. col. 8. de conſtitut. ſed ex cauſa ſic. Bart. in prima conſtitu. ff. col. 2. & ſeq. Innoc. in c. quia plerique. de immunit. eccle. Doct. in d. l. quoties.

37 Item, reſpondeo quòd per interlocutoriam non transfertur nec acquiritur dominium cuiquã, vt infrà dico, in differentiis inter diffinitiuam & interlocutoriam, ergo non obſtat. Nec poteſt obſtare, quia omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. c. 1. de reg. iur. ſed ius Gentium fuit à gentibus inductum. c. ius gentium. 1. diſtinct. ergo à gentibus poteſt tolli contraria conſuetudine. Reſpondetur, ius gentium fuit inductum ab omnibus gentibus, ſed conſuetudo inducitur à ſingulis vniuerſitatibus, aut ciuitatibus, ergo non poteſt tollere quod ab omnibus fuit inductum, vel ius gẽtium inductum eſt ratione naturali medio gentium. Panor. & moder. in c. fi. de conſuet. Sed ex cauſa poteſt auferre dominium & ſtatuere contra ea, quæ ſunt de naturali iure vel gentium. C. ſi contra ius, &c. vt propter vtilitatem publicam, gloſſ. in l. Item ſi verberatum. ff. de rei vendic. glo. in c. licet. §. verumtamen. in verb. reiecta. de elect. in prag. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commu. præd.

Item, probatur de vſucapione & præſcriptione. l. 1. ff. de vſucap. l. nam hoc natura. ff. de condict. indebit.

Item, fauor religionis habetur pro cauſa. cap. 3. de eccleſ. edific. Item in cap. ex antiquis, & cap. ſequen. 54. diſtin. gloſ. in cap. antiqua. de priuil. probatur in c. ita quorundam de Iudæ. vbi Papa inducit ſeruitutem contra libertatem quæ eſt de iure naturali. l. quod attinet. ff. de reg. iur. facit c. vergentis. extra de hæreti. Vide Luc. de Pen. in l. vna, col. 33. C. publicæ lætitiæ. lib. 12. Ro. cõſi. 310. in caſu. Alex. conſi. 190. maturè in 2. vol. & conſi. 216. nec arguendum. eod. vol. & conſi. 35. viſo proceſſu. in 4. vol. & cõſi. 3. ex his. in 5. volu. & conſil. 47. in cauſa. in 7. vol. Barba. conſil. 43. præclarè. col. 19. in primo lib. 2. conſi. 24. clementiſsimi. col. 1. cum ſeq. in 2. lib. & conſil. 55. clementiſsimum. col. 10. in 4. volu. & conſi. 64. ſcribitur. col. pen. eod. volum. Dec. cõſi. 269. conſultus. nu. 7. & conſil. 271. in caſu. num. 7. & conſi. 286. in cauſa. nu. 4. & conſi. 361. omiſſa. col. 1. & conſil. 390. quoniam ex facto. num. 10. Curtium conſi. 66. ſuper præmiſſa. nu. 107. Albertum Brunum in tractatu de ſtatuto excluden. fęmi. art. 13. quæſt. 14. & in tractatu de forma & ſolem. actus. rub. quis poſsit dare & tollere formam. Iaſo. in l. quominus. not. 3. ff. de fluminib. latiſsimè per Feli. & alios in d. c. quæ in eccleſiarum. Iacobi. in tractatu de Feud. in verſi. cum argentifodinis, &c. quia eſt materia lata amplius me non extendo.

Inſtitit fortius, ius naturale eſt immutabile. §. ſed naturalia. inſtit. de iure natu. ergo & dominium illo iure inuentum.

38 Reſpondi, quòd ius naturale in totum eſt immutabile, ſed non in caſu particulari, & ideo licet de iure naturali quis non poſsit locupletari cum aliena iactura. l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb. l. iure naturæ. ff. de regul. iur. tamen ius ciuile hoc immutauit vt quis acquirat rem per vſucapionem & pręſcriptionem, per totum tit. de vſucap. & præſcript. Ita Ang. in dict. §. fin. & Petr. de Bella pertica ante eum, vide Bartol. in l. 1. §. remouet. ff. de poſtul. Adhuc non contentus allegauit l. quæ de tota. ff. de rei vendic. vbi bonum eſt argu. de toto ad partem. & econtra, ſi tollit partem, ergo & totum poteſt.

39 Reſpondeo quando eſt eadem ratio totius & partis procedit argumentum, ſecus ſi ſit diuerſa ratio, text. & ibi not. in l. quemadmodum. C. de agrico. & cenſ. lib. 11. Lucas de Penna. in l. 2. colum. 1. C. de omni agro. deſer. lib. 11. Socin. conſi. 75. primo aſpectu. num. 9. colum. 2. in 4. volum. Iaſ. & alij in l. iuriſgentium. §. adeò. ff. de pact. Deci. in l. ſi à furioſo. in vlt. not. ff. ſi cert. pet. & l. cuius effectus. de reg. iur. D. Cantiuncula in Topicis iuris in arg. à toto, folio 25. *vbi* & pulchrè & eleganter proſequitur. Vide Do. de Rota deciſio. 196. habens gratiam in nota. & in additio.

40 Decimoſextò, poteſt ampliari, non ſolum iudicem poſſe interlocutoriam reuocare, ſed etiam declarare ſi incertum protulerit, per regulam. Cui licet quod eſt plus, licet quod eſt minus. de regul. iur. lib. 6. ſed licet mutare & tollere vt hic. ergo & declarare. Hoc voluit Panormi. in cap. auditis. in fin. de procura. quia qui declarat nihil noui diſponit. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. ff. de teſtam. cap. ſuper quæſtionum, & ibi Panormit. primo nota. de offic. deleg. cap. paſtoralis. §. 1. & ibi Panormit. tertio not. de appel. cap. literæ. de dila. doct. in l. quid

ţamen. §. Pomponius. ff. de arb. Ideo hæc declaratio nouam ſententiam non conſtituit, ſed fingitur emanaſſe vnà cum ſententia declarata. Rom. conſilio 45.ſuper eod. Bald. in l.cum teſtamento.per illum tex.C.de manu.teſta.

41 Ex qua ampliatione tria inferuntur, primo quòd interlocutoria etiam incerta valet, cum facilè poſsit certificari.Panormit. in dicto cap. auditis.in fin. latius dico infrà in 10. limitatione ſecundi nota. de hac declaratione ibi licet videre.

Secundò, infertur quòd malè & ineptè appellatur ab hac ſententia declaratoria, tanquam nouam ſententiam conſtituente, cum trahatur ad tempus ſententiæ declaratæ, vt aſſerit Rom.dict.conſi 45.ſuper eod.& ſuprà dixi per ea quæ not.Io.Andr.in addi.ad Spec.in tit. de teſt.in §.nunc videndum.in verſic.hoc quoque in addi.incip.ſimilibus plus dico.

Tertiò infertur, quòd per interlocutoriam poteſt iudex generaliter condemnare in expenſis, & poſtea in proceſſu poterit eas taxare & declarare.Bartol.Bald. & Salic. in l.terminato. C.de fruct.& lit.expenſ.l. Paulus. in 1.infrà eo. Anto.& Panor.in c.1.col.4.de ſequeſtra.poſſ.& fruct.verſic. extra glo.nu.21. & ſeq.& Iaſ.hîc in prima colum.

42 Decimoſeptimò, amplia etiam procedere non ſolum ſi velit expreſsè reuocare, ſed etiam tacitè, vt ſi pronuntiat teſtes non admittendos & ſimilia, & poſtea admittit, videtur tacitè reuocare. cap. ex parte M. de appella. not.in l.à procedente.C.de dila. Ioan.Andr.& Præpo.in dict.cap.cum ceſſante, & idem Ioan.And.in c. dilecto.illo titu.& ibi Philip.Franc.Idem ſi iudex mihi pręcipiat vt coram eo procedam, ego dico me exemptum, aſsignat mihi terminum ad hoc probandum, tacitè videtur reuocare ſuam interlocutoriam.Spec.in tit.de except.§. viſo.verſic. quoniam in tali exceptione.in forma reuocandi interlocutoriam. Bolog. conſil. 56.exorta.lite.col.2.Philip.in dict.cap.ex parte. colum. 2. in 5.nota. quia non minus eſt facere quàm dicere. c. dilecti. in primo. de appellationib.l.de quibus.ff.de leg.licet aliqui teneant contrarium, quæ opinio ſeruatur in Francia, vt iudex debeat expreſsè ius reddere partibus, vidi in Senatu Pariſi. ſæpius ſeruari, quia ſententia debet ferri ex ſcripto recitatis verbis expreſsis non tacitis. Bald. in cap. quod ad conſultationem.col.2.de re iudic.

43 Decimooctauò, amplia hanc reuocationem debere eſſe verbalem, ſi interlocutoria erat verbalis, ſi verò conſiſtebat in facto debet de facto reuocari.Spec.in d.tit.de except.§.viſo, verſic. vt autem in reuocandis in forma gloſſ.in c.ſi à iudice. de appel.lib.6.& c.cupientes.§.ſi verò in diſcordia.in verbo contempſerint.de elect.eod. lib.Bar.in l.prætor. §. ſi quis paratus. ff. de no. op. nuntia. Ideo ſi iudex capit bona prætextu inſtrumenti ſigillati Regio ſigillo, & poſt videt inſtrumentum falſum, non ſolum verbo, ſed & facto, ſententiam reuocare debet; puta reſtituendo bona capta, quod eſt notandū, quia vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt. dict. cap.ſi à iudice, & d.§.ſi quis paratus, & ibi per Bartol. Poſſet etiam reuocare interlocutoriam verbalem tacitè procedendo vt dixi allegando Bologni.d.conſi.56.exorta lite &c.

Intellige ſi ſtatus cauſæ & verba vel tempora patiantur, aliàs ſecus vt ſi iudex interlocutus eſt quem procuratorem, & cum illo lis eſt conteſtata, poſt hanc interlocutoriam non poterit reuocare. Bald.in d.c.cum ceſſante.not.8.

Fallit de conſenſu partium.l.1.§.fi.& ibi glo. & Bar.ff.de præto.ſtip.& infrà dicam in prima limitatione. Item poteſt poni exemplū in medio litis ſi iudex interloquendo publicauit dicta teſtium iuxta tex.& not.in cap.conſtitutus. cum ſeq.de teſti.& vtrique parti exemplar atteſtationum eſt traditum, non poterit poſteà iudex illud factum reuocare, cum facta non poſſint pro infectis haberi l.in libello.§. factæ.ff.de cap.l.verum,& ibi Dec.de reg.iur.

44 Decimononò, amplia etiam ſi non fuerit interlocutus, ſed inordinatè proceſſerit. c.qualiter.in 1.de accuſ. Bald. in l.eleganter.§.ſi quis poſt.colum.pen.ff.de condict.indeb.vt quia teſtes inordinatè recepit, qui non probant, etiam ſi ſint recepti à cardinalibus. Bald. in authen.ſi quis in aliquo. C. de edend. quia vbi non eſt ordo ibi deficit ſubſtantia. Hippo.in pract.in §. ſecundo.nu.77. Ideo iudex ſuis expēſis eos repetet, ſiue vt practici dicunt, recollet. not.in c. per tuas. de teſtib. quia ſicut lectura inordinata non habet exitum vtilem, nec auditoribus prodeſt.§.inordinatum. in authen.de hæred.& falc.collat.1. c. ſit rector, verſi. prouidendum. 43. diſtin.ita nec proceſſus inordinatè factus.

45 Viceſimo, amplia ſiue lata fuerit in iudicio, ſiue extra iudicium .cum hîc text.loquatur generaliter, ergo generaliter debet intelligi. l.de pretio.ff.de public.in rem act.l.1. §. generaliter de leg.præſtand.

Item quia text.in dict.cap. cum ceſſante.loquitur in comminatione quæ etiam extra iudicium fieri poteſt, vt in rub.C. comminationes vel epiſtolas.

Item grauamen poteſt reuocari in c. ſi à iudice.de appella.lib.6.& tamen poteſt etiam extra iudicium fieri.c.concertationi illo tit. ergo & reuocari.

46 Vicemoprimò, amplia etiam nemine petente tex.in d.c.cum ceſſante.in verbo liberè, & ad hoc ponderat eum Philip.ibi Alexa. & Iaſ.hic. nam ad correctionem erroris poteſt iudex impartiri officium ſuum non petitum.per tex. in d.c.qualiter.Bald.in l.1.in 2.q.C.ſentent.reſcin. non poſſe, doct.in c.querelam. in fi.de procur. Guido Papæ conſil.89.circa.in 2.dubio, & ſic limitatur illa regula, quòd iudex nullū actum debet in iudicio facere, niſi ad partis petitionem.c.1.de iudic.l. ad peremptorium. ff. de iudic. non procedete quando iudex vellet errorem ſuum reuocare vt hic, & quando non petitus poſsit ſuum officium impartiri. Vide Bar. & doct.in l.4.§.hoc autē iudicium. ff. de dam. infect.& quæ ſupra dixi in 8.ampliatione.





*Quoties interlocutoria poſsit reuocari.*

47 Viceſimoſecūdò, procedit hęc regula quòd non ſolum ſemel poteſt reuocare, ſed etiam bis.Dy.Bar. Alex. & communiter doct. hic & iſta eſt communis ſecundum Iaſ.hic col.pe. & cano.in d.cap. cum ceſſante.per tex. in l.fideicommiſ.§.ſi quis decem.ff. de lega.3. Salice. in l.poſt ſententiam.col.4.quæſt.3.C.de ſenten.& interlocu.omnium iudic. Ratio eſt, quia ſicut non licet tertio prouocare, ita non licet iudici tertio ſententiam interlocutoriam reuocare, tex eſt & ibi rub.C.ne liceat tertio prouocare.

Item ſicut iudex ad quem potuiſſet bis reuocare per d.rub.ne liceat tertio prouo. ita & iudex à quo cum ſubrogetur in locum eius iudex ad quem.l.cum apud.ff.iudic.ſolui.l.tutor in prin.ff.de vſur. cap.Raynutius.in fi.de teſta. Guido Papæ in ſingul.32.verſicu.iudex appellatio.Iaſ. tamen hic contrarium tenet, & ſemel dicit tantum poſſe reuocari, & hoc ſeruari in practica cum variatio ſit prohibita ſecundum eum, & ſemel tantum quis poteſt declarare, glo.in l quicquid.ff.de verb.oblig.ergo & mutare & non vltra.Sed concordando opiniones dicerem quòd ſtatim prima reuocatione facta poſſet alteram facere ſi videret ſe erraſſe, ex interuallo verò dicerem quòd non poſſet reuocare iterum, quia multa ſtatim poſſunt fieri quæ non ex interuallo. vt not.doct.in l. in bonæ fidei. C.de pact.l. iuriſgentium.§. quinimmo.ff.illo tit. Item vt dico infrà, facta traditione graphario ſcribæ & logographo non poteſt amplius mutari quæ traditio ex interuallo poteſt eſſe facta, ergo &c.

48 Viceſimotertiò, amplia quòd iudex poterit reuocare, & ab iſta reuocatione non poterit pars appellare cum ſit quid arbitrarium.Bal.in d.c.ceſſante.adducit not.in c.1.de feriis, vide l. 1.in fi.C.ſenten.reſcindi non poſſe.

Item nec reuocando iudex dicitur facere litem ſuam, cum liberè poſsit reuocare iure permittente.d.c.cum ceſſante & hic, ſed qui facit quid auctoritate legis non dicitur peccare, ſaltem vt litem ſuam faciat.l. Gracchus.C. ad l.iul.de adulter.

Tenebitur tamen ad expenſas ſi ſine cauſa reuocauerit, vel poterit appellari. Innocen. & Bal.in d.cap. cum ceſſante, & ſupra latius in 10.ampliatione dixi. hodie pars quæ iſtam interlocutoriam defendit ſolet ad expenſ. condemnari & non iudex.

49 Viceſimoquartò amplia quòd etiam inuitis partibus iudex interlocutoriam poterit reuocare, Bar.& alij hic & doct.in c.cum ceſſante, cum ibi permittatur iudici liberè reuocare de qua libera reuocatione natura eſt, vt importet ſine contradictione alicuius, & ſic etiam partibus inuitis & reluctantibus. Archid. in c. 1.de ſupplen.negli.prælat.lib.6.glo. in ver.liberè.§. ſimoniacę.de elect.in prag. ſanct. & ſuprà in 8.ampliatione dixi, & Philip.Peruſ.in d. ca. cum ceſſante.in 6.not.

Intellige tamen ante executionem, ſecus ſi poſt.Bar.& alij in l.1.§.fin.ff. de præto. ſtipula. & hîc.

Secundo, intellige quando hoc faceret cum cauſæ cognitione, aliàs ſecus. Præpo.latè in d. c.cum ceſſante.col.22.de appel.& hoc quando in ea requirebatur cauſæ cognitio, de qua dicam infrà in quæſtio.Bar.

Viceſimoquintò extende etiam in præcepto. teſte Iacob. in l. ſi debitori, in fi. ff.de iudic. & hoc verum, quando eſt factum ſine cauſæ cognitione, & litis conteſtatione, aliàs ſecus quia tunc eſſet diffinitiua quæ non poteſt reuocari.vt ſeq.not.dico.

50 Vltimò, amplia etiam ſi poſt interlocutoriam pars fecerit ſumptus & expenſas, vt ſi appellans iuerit ad curiam ad proſequendum appellationem ab illa interlocutoria emiſſam, nam adhuc poterit iudex illam reuocare etiā ſi pars impetrauerit literas appellationis & inhibitionis, ante tamen præſentationem. notat Specul.in tit.de except.§. viſo.verſic. ſed nunquid iudex Io.And. & alij in d.c. cum ceſſante, & iſta eſt communis ſecundum Alex. & Iaſ.hic.

Sed contrarium tenet glo.Anto. de Buttrio & Peruſ.in d.cap. cum ceſſante.dicentes re integra reuocationem poſſe fieri non poſt. Sequitur de Ferra. in pract. in forma ſententiæ interlocutoriæ ſuper competentia iudicis.col. 2.Fel.in d.c.qualiter. in primo. in 8. fallentia. per cap.interpoſita.§.pen.de appel.& hæc vltima opinio eſt æquior, & in foro conſcientiæ tenenda. ſecundum Syluestrum de Priero in ſua ſumma in verbo ſententia.in 3. quæſt. niſi iudex vellet ſarcire expenſas, quia adhuc poſſet reuocare ante inhibitionem. Ang.de clauaſio in ſumma.in eodem verbo ſententia.ſequitur Bonifacius Vitalinus in cle. 1.colum.3.extra eodem.

Et nota quòd poſt iſtam reuocationem non debet iudex pati partem moleſtari illius occaſione.tex.in cap.ex parte A, in fin.ibi non permittatis extra de teſtibus, & ibi Baldus, quod nota.

51 Aduertendum eſt tamē quòd ſi iudex verecundaretur interlocutoriam reuocare, ſuperſedere poterit ab executione illius interlocutorię Innoc.in cap.fin.in fi.quod metus cauſa. Bal.in l.1. C.ſententiam reſcin. non poſſe. Et notanda ſunt ſupra dicta, quia alibi non inueniuntur ita diſcuſſa.Laus Deo.

*Limitationes ad primum notabile.*

52 Limita primò, Quando interlocutoria eſſet executioni demandata, quia iam iudex amplius non poterit reuocare cum res non ſit integra.gloſ. ſin.& mirabilis in l.1.§.fi.ff.de præto. ſtipu. quā ſing.clamat Bal.in l.arbitro.in fin.ff. qui ſatiſd. cog.& in marga.in verb.ſententia.quæſt.39.in l.eleganter.§. ſi quis poſt.col.vlti. ff. de condic. inde.in l.poſt ſententiam in fin. Cod. de ſent. & inte.omni.iud. & in cap. præterea.de dilat. Io.de Plat.in l.rura. Cod.de omn.agr.deſer.lib. 11.Corſ. in ſingul. incip.ſententia in 1.ſequitur Card.in clem.fin. in 3.oppo.de appel.Lanfr.in repe.c.quoniam.verb.interlocutiones.in col.11. de proba.Bar.& alij hic & Guido Papæ conſi.

89.circa.in 2. dubio. Et iſta eſt communis ſecundum Præpoſ.in d.cap.cum ceſſante.Sequitur Paul.conſil.183.in cauſa.in fi.1. volum. Ponitur Vital.in clem.1.col.3.extra eodem.& cle. cum à repulſione.colum.3.in fi.de appel.Ang. in §.1.col.14.Inſtit. de except. Ideo poſui concluſionem interlocutoriam non poſſe reuocari, certi iuris eſt (intellige quando eſt mandata executioni) imo poſſe ſcilicet regulariter. Tamen in hoc caſu, & ſequentibus limitationibus poteſt concluſio verificari & ſuſtineri.

*Concluſio.*

53 Amplia ſiue eſſet executioni mandata per partem, vt quia produxit inſtrumentum (aut teſtes) de quo iudex erat interlocutus.Bal.in d. l.arbitro. vbi dicit non poſſe reuocari, niſi de conſenſu partium. vt infrà dicam.vel eſt interlocutus aliquem eſſe,procuratorẽ,& poſt cum eo lis eſt conteſtata.argum.l.ita demum. C. de procura.& Peruſ.in d.ca.cum ceſſante.colum. 7.Siue per iudicem,vt quia admiſit teſtes quos interloquendo dixit admittendos.Bal. & Salice.in l.poſt ſententiam.Cod.de ſenten.circa fi. aut ſi publicauit dicta teſtium & exemplum atteſtationum parti datum ſit. Bal.d.cap. cum ceſſante. Idem ſi executio ſit facta à lege. vt ſi iudex pronuntiat quem non audiendum,non eſſe admittendum ad probandum, à lege fit executio, ideo non reuocatur.Bar. Pau. Alex. Iaſ.hîc.Bar.in l.1.§.fi.in fi. ff. de præto. ſtipula. & Iaſ.in d.l.ſi opus. col.1. ff. de no.op. nuntia. Philip.Peruſ.in d.c.cum ceſſante.col.8.

54 Item hoc videtur probare verbum reuocare quod pono in cõcluſione,natura cuius hoc habet vt iam perfectum denotet tolli. l.hac in factum actione.ff.quæ in fraud. cred. vbi glo. dicit in verbo reuocantur, fuerunt ergo tranſlata.l. 2. pro donato. l. 1. Cod.communi diuidundo.l.3.de confirm.tuto.l.2.§.1.ff.de preca. l. 1.Cod.ſi aduerſ.liberta.l.ſi ex cauſa.in princip. ff.de minor.& l.ſi res. ibidem. & cap. Vulteranę.12.q.2.tex.iuncta glo.in ca. noſti.de elect. l. Titius.ff.de pigno.actio.

Item,licet donationes ſint perfectæ, quandoque reuocantur, glo. in rub. Cod, de reuo. dona.& in l.1.& per totum. hoc etiam probat text.in cap.1.de ſupplend.neglig.prælа.text. in cap.1.de iniur.& Verg.in 6.Aeneid. Facilis deſcenſus Auerni,Sed reuocare gradum ſuperáſque euadere ad auras, Hoc opus hic labor eſt.ponit glo.in l.2. C.de libert. & eorum libe. Quandoque tamen ſecundum ſubiectam materiam verificatur, etiam ſi non ſit perfectum. in cap. ad audientiam. & ibi gloſſ. de reb. eccleſiæ non alienandis, l. ſi quis iuſiurandum. C.de iureiur.cap.quamuis, & c.ſeq.de off. deleg.lib.6.

Oppoſuit quidam de l. ſi opus. ff. de no. oper. de l.pen.ff. de præto.ſtipul.& de authen. Item nulla communitas.C.de epiſco.& cler.in quibus iuribus ſententia executioni demandata reuocatur.

55 Reſpondi ibi in d.l.ſi opus. poteſt reuocare ex cauſa, vt quia fortè edificabat in publico, ideo etiam poſt executionem poteſt reuocari,& ibi,not.communiter doct.vel ibi erat facta executio per ſeruientem & non per partes quę nihil in hoc egerant.Ideo erat res integra quo ad eas,nec erat executioni data, igitur non eſt mirum ſi poſsit reuocari,licet eſſet executioni data per ſeruientem,ita Iaſ.in d.l.ſi opus, & ſic non obſtat illa lex.

56 Non obſtat etiam l.pe.ff.de præto. ſtip.quia ibi reuocatur de partium conſenſu, quæ poſſunt iuri quæſito renuntiare & remittere. l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſcop. & cleric. & cap. ſi diligenti, de foro competen.& hic eſt intellectus quem dedit gloſſ. in dicta l. 1. §. fin. & ſequitur Bar.& alij ibi. & Pet. de Ferra. in ſua pract.in forma ſententię interlocutorię ſuper incompetentia iudicis.col.1.Cardina. in c. perpendimus. de ſenten. excommuni. Guido Papæ in d.conſil. 89. circa, & in hoc omnes concordant ſecundum Philip.Peruſ.in d. cap. cum ceſſante. col.8. Sal. in l. poſt ſententiam. col.4.verſ.nunc venio ad ſextum.Cod.de ſenten.& interlo.Ang.in §.1.colum.14.Inſti.de except.Sali.in l.cum proponas col.3.Cod. de bo. aucto.iud.poſsid.

Item non obſtat authen. item nulla communitas, quia ibi ex cauſa reuocatur, videlicet facta ſatisfactione,quæ eandem habet vim acſi non eſſet facta executio.Nam ceſſat cauſa retentionis rerum, ergo & effectus banni. l. quod dictum.ff.de pact.l.adigere.ff. de iure patro. & ſic conſuluit Alexand. conſil.164. viſis. in 7. volum. facit l. videamus.§. deferre. ff. de in litem iur. Bouerius in ſing, incip. ſententia. quæſt.penult. & ſic ſunt duæ limitationes ad hanc fallentiam.

Prima, quòd de conſenſu partium interlocutoria executioni demandata poteſt reuocari: ſecundo ex cauſa, puta quando eſſet erratum vel aliàs.Ang.& Iaſ.in d.l.videamus.§.deferre col. 2. per illum tex. Vital.de Camba. in tractatu clauſularum in clauſula, nil noui relatione pendente.verſic.Item contra ipſum.

57 Replicuit de l.pe.ff.de præto.ſtipul. vbi ponitur verbum iuſſerat & verbum pręcepit.quę important neceſsitatem.l.1.§.1.ff. quod iuſſu. c. fin.14.quæſt.1. ergo iudex reuocat ſine conſenſu partium, & ad hoc ita ponderant eum Henric.Bohic. in cap. in literis col. 2. extra de off. deleg. & Barba. in additio. ad Bart. in d. l.1.§.fin.

Reſpondi quòd iudex iuſſerat inſequendo voluntatem partium prius datam,& iudici declaratam ſicut quandoque videmus partes in vnum conuenire pendente lite, & ſecundum conuentionem partium iudex feret ſententiam,ita vidi ſæpius Tholoſæ in parlamento, ſicut de conſenſu partium,iudex extra locum deputatum poteſt cognoſcerę.tex.ſing.in cap. ſtatutum.§.in nullo. de reſcript.lib. 6. ſequitur Bal.in authen.ſi quis litigantium,C.de epiſco. audien.& l.cum ſententiam.colum.vltima de ſenten.Panorm.& Barba.in cap.P.& G.de offic.deleg.Barba.in cap.de cauſis.colum. 3. illo tit.vide tex.in clem.1.in fin. de reſcript. vel reſponde



ſpon de quòd non apparet in d.l.pe. quòd iuſſio fuerit executioni data.imò tex.innuit contrarium dum dicit quòd competit exceptio obligatis ex prima iuſsione,vt ante tempus ſecundæ iuſsionis non compellantur. nec Phili. Peruſ.d.cap.cum ceſſante.plus dicens ait id ex cauſæ cognitione eſſe factum quæ illis hanc peperit exceptionem.

58 Item inſtitit(contra ſolutionem datã)ad l. ſi opus.de oper. no. nunt. in qua dico quòd ibi erat facta executio à nuntio ſecundum Iaſ.ibi. Sed factum nuncij cenſetur factum domini, cum cenſeatur pica & organum domini, glo. in l.multum.Cod.ſi quis alteri vel ſibi.l.1.§.qui mandatam iuriſdictionem,l.& ſi prætor. ff. de

59 off.eius cui mand.eſt iuriſdict. † Ideo iniuria facta iudici,dum eſt in executione officij,cenſetur facta ſuperiori cuius perſonam gerit in illo ſtatu.Et idem ſi ſeruiẽti. Maſuerius in rub. de iniuriis.§.item ſi ſeruiens.Io.Fab.in §.ſed ſi liberto.Inſtit.de iniur.Guido Pap.in deciſ.Delphina.quæſt. 557. aliquis ſic iniuriam illatam militibus iuxta latus principis exiſtentibus, princeps reputat ſuam.l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt,Cynus.in l.ſi non conuicij. C. de iniuriis.& iniuria facta paſtori intelligitur fieri domino.iniuria facta colono,famulo domeſtico, officiali,procur,negotior. geſtor, & cæteris(in ipſa rei commiſſæ actione) facta fuiſſe videtur iuris quadam fictione domino,auctori ſeu ſuperiori. vt præclarè ſentit Cyn. in d.l. ſi non conuicij.poſt Iac.de Rau.& Aufre.quæſt. 149. Item &c.an actio iniuriarum.D.Boerius lumẽ patriæ in tractatu de ſeditio. fol. 34. colum. 2. Lucas de Penna in l.1.in fi.C.de coſiortal. lib. 12.vbi dicit quòd iniuria facta officiali regio, cenſetur facta regi.

*Commendatio d. Boerij.*

Reſpondi, fateor quod executio facta per nuntium habetur acſi facta eſſet per iudicem, contra Iaſ.per ſuprà dicta, ſed executio verbalis facta per iudicem poteſt ex cauſa reuocari vt authen.Item nulla communitas.C.de epiſc. & cler.& ſuprà dixi.Idem & ſi ſit facta per nuntium,vt d.l.ſi opus. vbi fuit facta nuntiatio per executorem & poſt prætor prohibuit,non poteſt ex priori nuntiatione agi,vt dicit tex.ſecus eſſet quando executio realis eſſet facta per nuntium, vt quia miſerit auctoritate iudicis in poſſeſsione, quia tunc non poterit reuocari, acſi eſſet facta per iudicem.Philip.in d.ca.cum ceſſante. colum.8.quod eſt not.ad intellectum d.l.ſi opus,& dixi ſuprà in 18. ampliatione ibi, vide & cogita ſuper iſta ſolutione quã tactam non inuenio.

*Intellectus nouus ad l. ſi opus.*

Tertiò, ſublimata quando interlocutoria eſſet nullius vel modici præiudicij, quia tunc etiam ſine conſenſu iudex poterit eam reuocare.Bal.in l.poſt ſententiam in fin.C. de ſent. Præpo.in d.c.cum ceſſante.fallen.13.

Quartò,limita quando talis interlocutoria non concerneret commodum partis ſed iudicis poteſtatem, quia etiam non tunc requireretur cõſenſus partium vt in abſolutione,licet iudex debeat citare partem, ad cuius petitionem fuit conceſſa, tamen ſi abſoluerit parte non vocata tenet abſolutio. Cardin. in cap. perpendimus colum.20.de ſenten.excommunica. quia etiam ſi pars fuiſſet præſens non poſſet impedire abſolutionem. Innoc. in cap. prudentiam.colum.pe.de off.deleg.facit glo.in c.excommunicatos.11.q.3.Fel.in d. ca. qualiter in 1.colum.8.de accuſa.

60 Vltimò,limita hanc fallentiam quando interlocutoria executioni demandata eſſet nulla,quia tunc quatenus eſt de facto proceſſum, etiam de facto poteſt retractari, glo.ſingul. & approbata in l.minor.ff.de euict. Bal.& Salice. in l.poſt ſententiam, in fin.C.de ſente.Rauen. in Alpha. in ver. tenuta. Corſetus in ſingul. incip. ſententia, in primo.Barba.conſil.83. ſupremus,colum.5. in 4. volum. Alia eſt ſimilis in c.primates.2.q.1. Ideo per illas gl. conſuluit Pet.Anchara.conſil. 188.viſis, & quid dicatur fieri de facto,vide per Soc. conſil. 32. ex his in fi.in 1.vol.

61 Item per illam glo.not.decidit Panor. in c. quia clerici in vltim.no.de iure patro.quòd ea quæ fiunt per partes de facto extra iudicium poſſunt per iudicem de facto etiam extra iu-

*Sing. limitatio ad c. licet epiſcopus.de præbend.lib.6.*

62 diciũ reuocari. † Et ſubdit ſingulariter quòd ſi quis teneat notoriè eccleſiam iniuſtè, non eſt neceſſe in eum caſum quòd epiſcopus vocet eum in iudicium,ſed poteſt illum ſpoliare de facto ſicut de facto ſe ingeſsit, & ſic limitatur.cap. licet epiſcopus.de præb. lib. 6. & nota. quia ſæpius vſu venit in nobilibus ſe intrudentibus in beneficiis propinquioribus.in Regno tamen Franciæ de facto ſiue iuris & iudicis auctoritate, nulla, vel admodum pauca fiunt,quæ,& ſi iure fierent,non ſubſtinerentur in forenſi iudicio Nam ſi quas actiones habes, petitionibus experiaris. l. extat. ff. quod metus cauſa.

63 Item, ſicut miſsio fuit facta de facto parte non citata,ita eadem facilitate & de facto parte non citata poteſt reuocari.Bal. in l. ſi pacto, colum.1.C,de pact.vide tex.ſing.in l.1.§.& hoc edictum, ibi quemadmodum facilis &c. ff. ſi mulier ven.no. ratio aſsignari poteſt quod talis miſsio in bonorum poſſeſſ.fiat de facto, & parte non citata propter fauorem liberorum, qui non tantum parentibus (quorum eſſe dicuntur) verùm etiam reipublicæ naſcuntur,facile reuocetur,Barba.in rub.Cod.qui admitti. colum.42.& d.conſil.83.colum.5.in 4. volum. Alex.in l.1.§.nuntiatio.col.5.num. 24.ff.de no. op.nuntia.Feli.latè in d.c.qualiter,col.8.& ſeq. de accuſa.

64 Secundò,fallit quando conſuetudo fori aut ſtilus eſſet in contrarium, quia minime mutanda ſunt quæ ſemper certam interpretationem habuerunt.l.minime.ff. de leg.c. cum dilectus de conſuetud.c.ex literis.de conſtitu.dixi in præfat.ad ſtilum Bituricen.Præpo.in cap. cum ceſſante.col.16.de appel.facit tex.in c.Romana, ibi, ſalua contraria ſuper hoc conſuetudine ſi quam habent.de ſenten. excommunica. lib. 6. plenè Barba. conſil. 34. Deum.Innoc.

*Regula quòd interlocutoria reuocari poſſit.*

noc.colum.6.in quarto volumi.

65 Tertiò, limita in interpretatione verbi dubij, quam ſi iudex ſemel fecit non poteſt eam reuocare,glo.ſingul.in l. quicquid. in verb.ſecundum.ff. de verb.obli.Bal.in l.2.colum.2.C. de ſenten. ex libello recitand. Lanfranc. in repet. cap. quoniam. in ver. interlocutiones. de probatio.colum.6.Corſetus in ſing.incip. ſententia in 2.Imol.in l. ab executore in princ. ff. de appel.in l.inter ſtipulantem.§.fi.in fin.ff. de verb.obliga.Aret.in cap.cum à nobis de teſtib. Iaſ.in l.edita. col.4.C. de edend. Iacobi.in l. ſi quis poſtea,col.1.ff.de iudic.

Contrarium tenet Ang.in d.l.quicquid.dicens illas glo. procedere quo ad priuatos qui tantum ſemel poſſunt declarare.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſign.l.ſi quis iuſiurandum. C. de re. cred. ſed hîc loquimur in iudice habente latas habenas in reuocando interlocutoriam à fortiori, & in declarando. l. videamus.§.iurare.ff. de in lit. iuran. Arbitrio enim bonæ fidei iudicis congruit modum iuriiurando ſtatuere, ne arrepta occaſione in immēſum iuretur,vt ibi dicitur & ſequitur Prǫp. in d.ca.cum ceſſante,colum.15.& Fel.in d.cap. qualiter.

Si tamen velis ſuſtinere communem, poſſes reſpondere ad hanc legē quod non loquitur in declarando.ſed ſolum in vetando,& iubendo,& alia eſt differentia inter hæc, quia ſi quiſpiam velit declarare ſecundò quod ſemel declarauit, eſt implicare contrarietatem ſibi, cum in proprio ſit facto in quo regulariter nō cadit error.l fin.ff. pro ſuo,ſecus eſt in interlocutoria in qua poteſt eſſe error & cauſa vetandi & tollendi, ſed in declarando non. Nam ſi iudex ſemel dixerit ſe intellexiſſe ita, non poteſt iterum declarare, quia rei declaratæ nihil adiici poteſt nec detrahi.Bal.in c.1.col.4.verſi. ſed nunquid,de conſtit.l.1.in fi de dote præleg. ff.facit l.generaliter in fi.C.de non nu. pec. vide ſuprà amplia.16.& 22.

66 Ex hoc infertur quòd ſi pater in teſtamento inualido legauit quantitatem dotis filiæ, non poterit poſtea diminuere, cū ſemel facta fuerit declaratio voluntatis quæ oſtenditur etiam ex actu inualido.l.qui à patre.ff.de confirmand.tut.l.fi.& ibi Doct.ff.de adimen.leg.

Secundò, ſi pater in teſtamento legauit filiæ quantitatem pro dote,ſi poſtea reuocet teſtamentum aliud faciendo, non tamen cenſebitur perempta quantitas legata filiæ cum declaratio ſemel facta non poſsit immutari, vt patet ex d.glo.in l.quicquid.

Tertiò,ſi pater deſponſando filiam per verba de prǫſenti aut de futuro eidem dotem promiſerit, & illa ſponſalia non fuerint ſortita effectum,nihilominus eadem dos debebitur pro alio matrimonio, poſtquam ſemel fuerit declarata,l.2.§.fi.ff.de priuileg.credito.vbi ſponſa conſequitur priuilegia dotis, ac ſi matrimonium fuiſſet contractum, conſuluit Curtius. conſi.27. magnificus,4.quæſt.Moder.in repet. l.ſi conſtante.colum.6.ff. ſolut.matrimo. cogita tamen, quia lecturis inſtantibus non aliàs diſcutio.

67 Notandum eſt tamen quòd iuri declarandi voluntatem ſuam non præſcribitur, etiam mille annis.Bal. & cæteri in l.petens, colum.2. C.de pact.Pet.Gerard. ſing.27. libero arbitrio. D.Boerius in additio.ad Dy. in regula contra eum.de reg.iur.lib.6. Decius in c.paſtoralis. in fi.de except.& in cap.paſtoralis.§. verum in 3. not.de appel.vide tex.ſingul.in l.qui Romæ.§. Augerius.ff.de verb.oblig.l.fin.§.ſed & ſi quis. C.communia de leg.

*Ius declarandi præſcriptione nō tollitur.*

68 Quartò,limita quando interlocutoria tranſiuit in formam contractus vel quaſi, vt in decreto l.quod ſemel.ff.de decret.ab ord.faciend. Bar.hic in 2.oppoſ.& alij eum ſequuntur,& in l.omnes populi in 4.quæſt.tertię.q.principalis. ff.de iuſtit.& iure Panorm.& alij in cap.nouit, colum.7.& ſeq.de iudic.Bal. in l.arbitro, colu. vltima.ff.qui ſatiſd.cogan. Alex.conſil.101.viſis inſtrumentis. colum. 2. in 1.lib. & conſil. 216. nec arguendi.in 2.volum.quia iam eſt functus officio ſuo, ideo non reuocabit, aliàs lex fruſtra diceret quòd poſſet peti reſtitutio in integrum ſi ipſo iure poſſet conſuli.l.ignorare. C. de reſti.mili.niſi ex cauſa,id eſt,ſi ad publicam vtilitatem reſpiciat.d.l. quod ſemel. Alexan.d. conſi.101.col.5.verſic.nec obſtat,& conſi.1.in 2. dubio lib.2.Iaſ.in l.Barbarius.verſic.12.ff.de offic.præto.

69 Quintò,limita quando interlocutoria eſſet lata cum principali, id eſt,cum ſententia diffinitiua, nam tunc cum cenſeatur pars diffinitiuę,quia quæ religioſis adhęrent religioſa ſunt. l.quæ religioſis.ff. de rei vend. Item qui adhęret Deo vnus ſpiritus eſt cum eo.ca.debitum. de biga.non poterit reuocari ſicut nec diffinitiua,Bar.in l.quod ſi in diem.§.fi.ff.de compenſa.not.in l.1.C. ſi ex fal.inſtru. Itē quia functus eſt officio ſuo,ergo non poterit reuocare.l. iudex infrà eodem,ſequitur Salice.in l. poſt ſententiam.colum.2.C.de ſenten.Imol. in l.Paulus in 1.col.1.infrà eo.Alex.in l.1.colum.2.ff.de vulg.Iaſ.hic in 6.limitatione per gl..ſingu.in l. qui agnitis.in verbo præcepto.de except. Roma.in rubric.ſuprà eodem.Iaſ.hic & Benedict. de Barſ. in tractatu de Guarentigia. quæſt. 7. primæ partis.

70 Ideo infertur quòd ſicut poteſt appellari iure ciuili à diffinitiua, ita & ab iſta, Anto. de Butrio in c.Quintauallis.de iureiur.Imol.in c. conſtitutis in vltimo de appel.col.2.

Item, ſicut diffinitiua non requirit ſcripturam in appellatione.l.2.ff. de appel. & l. litigatoribus. Cod.eodem, ita nec iſta cum ſit pars diffinitiuæ, & ſic debet regulari ſicut illa cui adhæret per illa quæ ſuprà in præfat.dixi.

Item, ſicut ſententia diffinitiua in ſcriptis debet ferri.l.ſtatutis. C.de ſenten.ex libello recit.c.fi.extra eodem.lib. 6. Ita & iſta interlocutoria. & alia requiſita ad diffinitiuam in hac communiter apponi ſolent, teſte Alex. in d.l. patris,col.2.quod eſt notandum.

71 Sextò,limita in abolitione criminis,vt ſi iudex



dex conceſſerit abolitionem ſuper crimine de quo intendebatur accuſatio, hæc interlocutoria non poterit reuocari.Bal.in l.1.colum.8.C. qui accuſ. non poſſunt. ſequitur Alex. & Iaſ. hîç Fel.in d.c.qualiter,col.13. nec amplius ſcribo,cum late dixerim in ſtilo Bituricenſi, rub. *Des adiournemens*,art.44.

72 Septimò, limita quando fuerit per principem confirmata,vel per ſuum reſcriptum. Io. And.in addi.ad Specu.in tit.de ſenten.§.vt autem,verſ.quid ſi Papa.Ang. & Imol. in l. Paulus.in prima.circa finem infrà eodem.Barb. & alij in c.cum acceſsiſſent.de conſtitu. Alex. & Iaſ.hîc.

73 Adde prædictis quòd confirmatio validans inualidum facit id nominari à confirmante, glo.in §.fi.Inſti.de tut.vbi ſi tutor à patre datus confirmatur à iudice,dicitur datiuus non teſtamentarius.

74 Item,facit quod no.Anto.de Butrio, & ibi refert Imol. in cap. quoties de pact. quod ſi Papa confirmauit aliquid ex certa ſcientia animo ſupplendi, non poteſt amplius de re ipſa diſputari opponendo primo actui con firmato.

Nec refragatur quod no. Innoc. in c.1. & Decius poſt eum de confirma.vtil.quòd quando ſententia eſt confirmata per ſuperiorem, nemo poteſt eam dicere nullam, eo quòd ille qui tulit non erat iudex, neque alio modo, quia ſi ille qui confirmat eſt iudex confirmationis prioris ſententiæ,tunc tranſit in rem iudicatam, & dat primæ robur ſententiæ, vt de cætero non poſsit quicquam opponi.ca.1.de tranſact.Io. Crotus in c.1.col. 12. in parua impreſ.de conſtit.lib.6.

*Sing.limitatio ad gl. ſing. in cle. vnic.de ſequeſtratio.*

75 Et per iſta limitatur glo.ſing.in cle.vnic.in fi.de ſequeſtra. poſſeſſ. & fruct. vt defectus iuriſdictionis ſemper poſſet opponi, niſi ſententia eſſet per ſuperiorem confirmata, quod eſt perpetuo no.pro limitatione d. glo. quam ſequitur Innoc. in c. prudentiam. de offi. deleg. Bald.in l.reſcripta.col.3. C. de precib. impera. offe.Ang. in l. obſeruare.§. poſt hæc. ff. de off. proconſ.Imo.in c.ſuper literis de reſcrip.Alex. conſil.111.viſo themate in 5.vol.Hippo.in ſing. 10.tu ſcis quòd exceptio. vbi multa ad corroborationem glo.addit.

76 Item,nullus inferior poterit de illa ſententia confirmata cognoſcere,Innoc.teſte in d. c. 1.de confirma. vtili. quia illa confirmatio facit eam dici quaſi nouam conceſsionem. Feli. & ibi in additio.ad eum in c.qualiter in 1. col.11. de accuſa.

77 Intellige quando illa cōfirmatio eſſet facta à principe,ſecus ſi ab inferiore,glo.ſing.in c. 1. 9.quæſt.2.c.hæc quippe.3. quæſt.6. Bal. in d.l. reſcripta.Panor.in d.c.1.de confirma.vtil.Nam confirmatio eſt actus ſuperioris corrobatio. Bal. per tex.l. fi. C. de legib. vbi dicit manifeſtum illud ſignum ſuperioritatis eſſe.Panor.in ca.1.no.2. de loca. Ideo confirmatio à minore non poteſt fieri.Decius refert in rub.de cōfir. vtili. quia ſi à pari fit confirmatio non dicitur propriè confirmatio, ſed approbatio. Panor. poſt glo.in c.1.in fi.de treuga.Rom.in l.ſi quis aliter.ff.de verb.obli.vide Alex.d.conſi.111. Fel. in d.c.qualiter.

78 Secundò, limita quando in confirmatione principis concurrerēt actus validi & inualidi, quia confirmatio in dubio refertur ad validum,nam potius cenſetur princeps confirmare validum quàm validare nullum. Innoc. in c.dubium in fi.de deci.Bal. in l. bonorum. C. qui admitti. & l.legata inutiliter.ff.de leg. primo,& ibi Imol.Alex.in l.more, col.3. ff.de iuriſd.omnium iud.& conſil.59.viſo inſtrumento,col.5.lib.1.& conſil.39.viſo ſtatuto,colum.3. verſic. cum ergo dicta approbatio. in 4. lib.& conſil.122.viſo puncto.col.2. eodem volu.Fel. in c.1.col.8. verſic. & hinc eſt quòd confirmatio,nu.26.de conſtitu.

79 Item, ſublimita quando princeps confirmaret priuilegia aut interlocutoriam falſam, quia licet illa confirmatio fuerit facta ex certa ſcientia & quibuſcunque clauſulis,tamen non extenditur ad illa falſa, quia princeps ſemper animaduertit ad tenorem priuilegij mandantis, vt veritas præmiſsis ſuffragetur:quod ſi ſecus fiat,nullius momenti erunt omnia ex prǫmiſsis ſequentia: & ſic confirmatio erit irrita & inualida, priuilegium, & cætera id genus conſequentia ex iiſdem præmiſsis.c. penul. de confirm. vtili. Ideo cum careat primordio veritatis, dicendum eſt illam confirmationem non validare illum actum falſum.Panor. in c. inter dilectos.col.5.nu. 8.verſic. 4. oppono. de fide inſtrum.

80 Item confirmatio præſupponit aliquid eſſe prius quàm confirmetur.Bal. in l.nominationes circa fi.de appel.Dec.in d.rub.de confirm. col.1.Fel.in d.c.qualiter col.11.vbi ponit aliam limitationem quam per te vide. & Hippol. in l.ſi quis obrepſerit,col.penul.verſic.vlterius. ff. ad l.Cornel. de fal. vbi ſi quis temerè præſidi prouinciæ obrepſerit,non ſolum nihil agit,ſed pœnam temeratoris luit.

81 Octauò, fallit quando appellatum eſſet à iudice & ille detuliſſet appellationi.c.cum appellationibus.de appella.lib.6. quia deferendo appellationi abdicat à ſe iuriſdictionem,quam poſtea aſſumere non poteſt, cum ſit in ſuperiorem tranſlata.Archid.& Io.And.in c.1.col. 4.de appel.lib.6.Io.Fab.& alij in l.1.C. ſenten. reſcin.non poſſe.Henric. Bohic.in c. in literis. col.1.de off. deleg. & c. ex literis de matrimo. contra interd.eccle.Henr. Bouerius in ſing. incipiente ſententia.q.7.Roma.conſi. 501. vt declarationem in fi.primi dubij. Sylueſter in ſua ſumma in verbo ſententia.q.3.

82 Amplia etiam ſi talis delatio fieret ob reuerentiam ſuperioris.cum tex.in d.c. cum appellationibus.loquatur indiſtinctè, & hoc tenent ibi Io.And.& Philip.in 3.not.

Sicut fit in hoc regno Franciæ in quo omni appellationi defertur propter reuerentiam ſuperioris,glo.in tit.de friuol.appe.§.quodque. in ver.inuitè in pragm.in fi. citat D. meus &

*Domini appellationi defertur in hoc Franciæ regno.*

conciuis in conſue. Bitur. in §.7. de iuriſdic. D.Bartholo. Chaſſaneus in conſue. Burgundiæ, in rub. *Des iuſtices.* §.7. glo. *De ſimple reſcouſſe,* num.11.& concordat ſtilus curiæ laicæ huius ciuitatis in rub.*Des adiournemens.*art.52. & ibi latius dixi.

Secundò, amplia ſiue ſit delatum expreſsè ſiue tacitè.Bal.& Decius in d.c.cum ceſſante. Et cenſetur tacitè detuliſſe quando dediſſet apoſtolos reuerentiales ſiue dimiſſorios. Archid.in c.1.§.in quibus,de app.lib.6.Dominic. in c.vt ſuper illo tit.Card.in cle.2.§.verum. q.4.illo tit.Bohic in d.c.in literis col.1.& ibi pulchrè vir doctiſsimorum optimus, & optimorum doctiſsimus D.Antonius Solerius hîc legendo diſſeruit.

*D. Anton. ſolerij commendatio.*

Tertiò,amplia quòd etiam de conſenſu partium & re integra poſt delationem non poterit tollere interlocutoriam.D. de Rota deciſi. 70.ſi iudex.& deciſio.363. ex hoc inſurrexit in no. quia poſtquam abdicauit à ſe iuriſdictionem voluntariè, eam non poteſt reaſſumere. d.c.cum appellationibus.

83 Item, quia priuatorum conſenſus non poteſt dare iuriſdictionẽ non habenti.l. priuatorum.ff.de iuriſdic.omnium iud.facit c. ſignificantibus de offi.deleg.

Sed contrarium tenent Panorm.Præpo.& communiter alij in d.c.cum ceſſante, & Præp. in c.vt debitus.colum.5. de appel. Dominic.& Philip.in d.c.cum appellationibus.Soc.conſil. 20.abunde.in 4.vol.per c.interpoſita.de appel. §. ille denique. vbi partes poſt appellationem poſſunt renuntiare illi,& ad primum redire iudicem,ergo & quando eſt delatum.

Facit c.perſonas.c. ſæpe. c. repræhenſibilis. illo tit.vbi partes redeunt ad priorem iudicem quando non proſecuti fuerũt appellationem, vel quando eſt renuntiatum, idem debet eſſe hic cum iuri ſuo quilibet poſsit renuntiare.l. ſi quis in conſcribendo.C.de epiſco.& cler. & eadem lege.C.de pact.l.vltima.§. penult.ff. ad Velleia.c.ſi diligenti de foro compe.

Item,reuocare grauamen tendit ad faciliorem cauſæ appellationis expeditionem, ergo poterit iudex reuocare, etiam poſtquam detulit.Philip.Peruſ.in d.c.cum ceſſante col.6.

Ideo aliqui voluerunt concordare opiniones, intelligendo opi. Do. de Rota in iudice delegato,qui omnino eſt exutus iuriſdictione quando ſemel detulit,ſecus in ordinario, ideo de conſenſu partium poteſt poſt delationem adhuc cognoſcere, & ſuum reuocare grauamen,ſic Do.de Rota deciſ.363. in no. facit c.1. §.poſt hoc.de appel.lib.6.ſequitur Præpo.in d. c.vt debitus,& d.c.cum ceſſante.

Tamen adhuc contrarium tenuit Philip. Dec.in d. c.cum ceſſante,dicens quod de conſenſu partium tam delegatus quàm ordinarius poteſt ſuam reuocare interlocutoriã per iura ſuprà inducta.

Non obſtat, quia abdicauit à ſe iuriſdictionem,quod eſt verum exercitio & actu,ſed nõ habitu,& ſic nõ in totum ſi partes velint,quia poſſunt ad illum redire,vt no.glo. in d.c. cum appellationibus.in verb.refutari,& ibi Rauen. facit c.paſtoralis. §.1. de reſcrip. vbi iuriſdictio quæ eſt habitu penes iudicem, poteſt de conſenſu partium exerceri.

Item, non obſtat l. priuatorum ,quia conſenſus priuatorum non poteſt facere iudicem, qui nulli præeſt iuriſdictioni nec actu nec habitu,ſecus ſi habitu, nã aliàs ſuperior nõ poſſet remittere cauſam ad illum à quo appellatum eſt,niſi concederet de nouo iuriſdictionẽ,quod eſt falſum,vt plenè not.Soc.conſi.20.abundè.in 4.vol.Rom.conſi.501.vt declarationem.

84 In curia tamen Romana non fit remiſsio. D.de Rota deciſi.331.Item ſi appellatus.

Non obſtat c.ſignificantibus.de offi. deleg. quia ibi iudices abdicarunt à ſe omnem iuriſdictionem, pronuntiantes ſe non poſſe procedere virtute literarum, hic non quando detulit ſaltem habitu.vt dixi,nam aliàs ſi partes renuntiarent appellationi non poſſet prior iudex cognoſcere, cum nullam haberet iuriſdictionem, quod eſt falſum,vt ſuprà probaui, & hæc opinio eſt communior. Prima tamen ſeruatur,vt vidi Tholoſæ & in multis aliis locis,ne ſuperiori illudatur.c.bonæ in 2. verſicu. nec obſtabat de poſtul. prælato. nota. Fallit quando vnus ex duobus iudicibus detulerit, alter non, ille qui non detulit, poterit adhuc interlocutoriam reuocare.Alex.in l.ſi cum dotem.§.eo autem.col.1.ff.ſoluto matr.

85 Nonò,fallit ſi iudex ſuperior inhibuerit.ca. non ſolum.de appel.lib.6.c.Romana.§.ſi vero. illo tit.Specul.in tit.de excep.§.viſo. verſic.ſed nunquid iudex.& ſeq. Cardin. & Imo.in d.ca. cum ceſſante.Fel.in c.qualiter in 1.in 4.fallentia.de accuſ.ne ſuperiori illudatur. d.ca. bonæ de poſtu.prælat. Henric. Bohic.in c. in literis. col.1. de offic. deleg. Henric. Bouerius in ſing. incip.ſententia.q.7.

*Poſt inhibitionem interlocutoria non reuocatur.*

Intellige niſi appellatus poſt inhibitionem inſtaret coram iudice à quo qui tulit interlocutoriam, vt de principali cognoſceret, quia tunc poſſet.Feder.conſi.243.ſi à ſentẽtia. quod non admitterent regnicolæ.

Secundò, intellige quando interlocutoria eſſet valida,ſecus ſi nulla,quia eo caſu poterit iudex à quo de conſenſu appellantis reuocare, & ſi reuocauerit, amplius non intererit appellantis proſequi appellationem, cum habeat quod quærebat,videlicet ſententiã declarari nullam.Hæc fuit opinio Federici d. conſi. 243.ſi à ſententia quam ſequitur Philip. Peruſ. in d.c.cum ceſſante.col.7.verſic.amplius.

86 Decimò,limita quando eſſet de conſenſu partium lata,vt quia eſt ſtatuta dilatio de conſenſu vtriuſque partis. Nam in eum caſum iudex non poterit abſque conſenſu illam interlocutoriam reuocare.ca. ſignificante. de appel. facit c.cæterum de reſcript.gloſ.in l. 1.§. fin.ff. de præto.ſtipul.Bald.in l. dicere.in fin. ff.de arbit & in addit. ad Specula. in titul. de ſententia.colum.2. verſicul. quædam interlocutoria non dirimit. l.eleganter.§. ſi quis poſt. colum. penul.



pen.ff.de condict.indeb.Alexan.& Iaſ.hîc.

Idem ſi fuerit lata ſine conſenſu partium, ſed fuerit per partes confirmata.arg.l.1.§. fin.& quæ ibi not.ff.de præto.ſtipu.& Bald.in d. §. ſi quis poſt. Idem ſi iudex velit prorogare terminum de voluntate partium ſtatutum. Bald. in l.1.col.pen.in verſic. modo quæro. C. quomodo & quan.iudex.l.2.in princ.ſenten.reſcin. non poſ.Roma.conſi.226.vltra,&c.

87 Imo ſi iudex reo aſsignauerit dilationem ad probandum,poterit etiam actor in illa dilatione probare cum ſit communis. l. petendæ. in fi.C.de tempo.in integr.reſtit.peten. Ideo non poterit reus renuntiare illi dilationi ne actor probet,cum iam ei ſit ius quæſitum, Specu.in titul.de dilatio.§.videndum.verſic. quid ſi reus petita dilatione.& tit.de ſenten.§. nunc videndum in fin. Rauen. in alphab. in verb.interlocutoria.Bartol.in l.ſi poſt.mortem.§.vltim.ff.de bono.poſſeſ.cont.tabu.licet contrarium tenuerit in l.ſi iudex. ff. de minorib. & primam opinionem tenuit Bal.in l.amiciſsimos.§.Lucius. ff.de excuſatio.tuto. vbi ponit tres cauſas. Prima quando quis eſt priuilegiatus pro alio.Secunda propter alium. Tertia contra alium, & proſequere,vt ibi.l.poſtquam liti. C.de pact.& in d.l.petendæ,vbique Bald.

*Dilatio vtrique parti eſt communis.*

Ratio eſt quia propter æqualitatem ſeruandam dilatio eſt facta communis legis beneficio, quod beneficium non eſt in poteſtate aduerſarij tollere.gloſſ. & Doctores in cap.fin.de conſuet.lib.6.

Intellige hoc in iure pari in quo vnus alteri non præiudicat.dict. l.ſi poſt mortem. §.vltim. ſecus in iure quod venit in conſequentiam. dict.l.ſi iudex.hoc not.Bald.in l.ſi arrogator.in fin. ff. de adoptio. vel ſuprà adducta intellige quando dilatio eſſet data facto rei petentis. dict.§.fin.niſi in integrum reſtitutione. dict.l.ſi iudex.ſecus ſi dilatio nũquam fuit petita, quia tunc pars in cuius vtilitatem eſt data, poterit renuntiare,Bart.in dict.l.poſt mortem.Ang.in l.3.in princ.(& ibi aſsignatur ratio diuerſitatis.) ff.quòd quiſque iur.

Non obſtat dict. l. amiciſsimos. §. Lucius. quia ibi erat ius acquiſitum in priuilegium renunciantis non ratione æqualitatis ſeruandæ, Bald.in l.pridic.in fin. ff. de fer. & iſtud intellige de rigore,de æquitate poſſet renuntiare.Fel. in cap.qualiter.in 1. colum.12. cum ſeq. de accuſat.ſicut dicitur de appellante.in cap.ex parte.ſuprà de reſcrip.

88 Limita niſi iudex vellet ex cauſa reuocare, fortè quia errauit.gloſſ. & Docto. in dict.§.fin. de prætor.ſtip.Panormit.& alij in dict. cap. ſignificante.Bald.in l.1.in fin.C. ſenten. reſcind. non poſ. Vital. de Camba.in tractat. clauſularum in clauſula nil nou.relatio.pendente,verſ. Item contra ipſum.fol.55.col.3.& ſeq.in paruo volum.Philip.Peruſ.in d.c.cum ceſſante.col.5. in 4.limitatione.

89 Vndecimò, fallit quando ſententia interlocutoria eſſet bis confirmata per iudicem ad quem, quia ſicut non licet tertio prouocare, ita nec reuocare. C.ne lice.tert prouo.glo.ſing. in clem.vltim.in verb.ſuper ea de appel. quam ibi magnifaciunt Doct.& ſing.dicunt, & Corſet.in ſingu.inci.appellatio in tertio, & in verb. habeatur.Barba.conſi.70. præclare,colu.5. in 2. vol.Et conſil.88.illud referam,col.5. in 3. volu. Aufre.in deciſi.ca.Tholo.q.185.Anto.de Burg. in cap. cum cauſa.colu. 10. de empt. & vendi. nam tunc admittitur reuocatio quando quis ducitur ratione,& ſano conſilio.dict.cap. cum ceſſante.

Sed quando eſt bis confirmata pro illa præſumitur clem.1.de re iudi. ergo volens reuocare, non ſano vtetur conſilio, quare ceſſabit cauſa, ergo effectus.dict.cap.cum ceſſante,glo. & Doct.in cap.fraternitatis.in verb. fornicario. de frig.& malefi.vide ſupra amplia.22.vbi etiã ratione infirmitatis ſcilicet, poteſt prohiberi. de qua ampliſsimè dico in repet. l. vnicæ.in 1. not. C. de ſent.quæ pro eo quod inter. profer. ponendo regulam cum ampliationibus & limitationibus.

Amplia etiam quoad iudicem qui non poterit etiam poſt reuocare, Philip. Franc.in d.c. cum ceſſante.col.5.

90 Limita,niſi tertius ignoraſſet cauſam agitari & nouiter compareret,& appellaret,quia vigore talis appellationis licebit iudici primo illam interlocutoriam quam protulit, reuocare, ſi ille tertius docuerit de ſuo intereſſe, quod ſic ſuadetur, quia inſtrumenta ſigillata ſigillo Regio his in oris habent executionem paratam ordinationibus Reg. Carol.8. ita cautum eſt.artic.54. Et Maſuerius hoc aſſerit in rub.de executio.in princip. & habetur in ſtylo Bituricenſ.in rubr. *Des executions,*& ibi latè dixi ampliando,limitando,& addendo,quæ exceptiones poſſunt contra illud inſtrumentum opponi. Fallit tamen quo ad tertium comparentem Bald.in l.2.col.2. C. de execut. rei iudica.

*Practica inſtrumenti ſigillati regio ſigillo.*

91 Secundò facit, quia tertius poteſt poſt litem conteſtatam exceptionem dilatoriam opponere, licet hoc non poſsint partes, & hoc ſi de ſuo demonſtret intereſſe. l. ita demum. & ibi not.C.de procur.Bald.in l.fin.C. de except. Ang.in l.ſi quis.per illum tex.ff.de petit.hæred. Doct.in l.exceptionem.C.de probat.& Feli.in d.c.exceptionem.de except.

Item facit clem. prima de re iudica. & ibi not.Card.quæſt.4. quòd licet poſt tres ſententias conformes non poſsit pars de nullitate opponere, tamen hoc poterit tertius pro ſuo intereſſe.

Item, ſi appellatio ſit ſublata in reſcripto, intelligetur quo ad partes,ſed non quo ad tertium.text.ſingul.in cap.ſuper eo.de offic.deleg. Bar.in l.1.circa finem.ff.à quib. appel.non licet. Barba.in cap.1.col.2.num.9.de reſcript.quia reſcriptum non porrigit effectum ſuum vltra perſonas in reſcripto contentas. l. 1. in fin.ff.de conſtitu.princip.

92 Poſtremò,facit text.ſing.in cap.conſtitutus. de teſti. vbi poſt publicatas atteſtationes non licet partibus teſtes alios producere, ſecus in

tertio docente de ſuo intereſſe, cum publicatio non cenſeatur facta quo ad eum. Et iſtud quotidie practicatur, maximè in beneficialibus. vide text. & ibi not. in l.ſi ſeruus plurium. § primo.ff.de legat.1.Roma.ſingu.372. quilibet tertius.

93 Secundò, limita niſi illa interlocutoria eſſet confirmata reſpectu negligentiæ, vt quia deſerta eſſet appellatio, quia cum tunc non præſumatur pro illa interlocutoria bis confirmata per negligentiam, ergo ceſſabit ratio, & ſic iuris deciſio. l. quod dictum.ff.de pact.Feli. in dicto cap.qualiter. Card.in dict.clem.vltim. quæſt.5. Idem intellige, quando ab eodem iudice eſſet geminata.Panormit.in dict.cap.cum ceſſante. & Iaſ.hic, & l. & ſi poſt tres.ff. ſi quis cautio.& l.iuriſgentium. §. ſed cum nulla.ff.de pact.Felin.in cap. ſi cautio.col.8.de fide inſtru. Corſe.plura congerit,in tracta.de gemina.verſic.36.& Docto.in l.Baptiſta.ff.ad Trebel.

94 Duodecimò, limita quando interlocutoria eſſet in ſcriptis lata, nam poſt ſcripti recitationem non poterit amplius tolli. Platea. in l.rura.C.de omni agro deſer.lib.11. ſed hoc reprobant Alexan.Iaſ.& alij,quia iure non probatur ſecundum eos, licet ſeruetur in hoc regno quando eſt tradita notario ſeu graphario, vt infra dicam in vltima limitatione.

95 Decimotertiò, limita quando lis eſſet conteſtata coram iudice appellationis, nam cum de illa re debeat iudicare iudex de qua cognouit.l. de qua re.ff.de iudic. Ideo per litis conteſtationem ſibi aſſumpſit iuriſdictionem cap. gratum & relatum.de offic.delegat.quam non poteſt poſtea iudex à quo reuocare. Bald. & Præpoſ.in dict.cap.cum ceſſante,& litem conteſtatam tunc eſſe dicunt quando concluſ. eſt in cauſa appellationis,vt ſcripſi.in ordi.reg.

96 Decimoquartò, fallit quando citatio emanata fuerit à iudice appellationis cum præuenta fuerit iuriſdictio etiam per ſolam citationem.cap.pen. de foro compet. l.ſi quis poſtea. ff.de iudic.Imol.& Præpo.in dict.cap.cum ceſ-
97 ſante.Card.conſi.45.videtur etiam,† licet non ſit præuenta per examinationem teſtium ad informationem curiæ receptorum,& licet perfectæ ſint inquiſitiones quas noſtri dicunt informationes,quod plenè diſcutit Socin.in l.libertus.in 2.ff.de in ius vocand. Imo etiam ſufficit, quòd per ſuperiorem ſit admiſſa appellatio.cap.vt litigantes de offic.ord.lib. 6.Peruſi.in d.c.cum ceſſante.col.7.quod procedit in Papa ſecundum eum,ſecus in aliis.

98 Decimoquintò, limita etiam poſt delegationem factam per iudicem appellationis,Speculat.in titul.de except. §. viſo.verſicul. ſed pone. Quia delegando alteri, videtur remouere à iudice à quo, poteſtatem reuocandi, ideo amplius non poterit reuocare etiam ne ſuperiori illudatur dict. cap. bonæ. in 2.de poſtula. præla.Imol.& Præpo.in d.c.cum ceſſante. licet Panor.contra.

99 Decimoſextò, limita quomodocunque eſſet deuoluta iuriſdictio ad ſuperiorem, puta, quia noluit dare apoſtolos requiſitus iuxta cle. 2.de appella.vel intra.30.dies non dedit.cap.ab eo.illo tit.lib.6.in his caſibus cum careat iuriſdictione non poterit interlocutoriam reuocare.Io.And.& Card.in d.cle.& Domi.& Philip. in dict.cap.vt ſuper. Panor. & Peruſ.in d. cap. cum ceſſante.

Intellige tamen in delegato, ſed adhuc ordinarius poſſet reuocare, de Rota deciſ.363.ex hoc inſurrexit in not. Bald. in l. ſi præſes. C. quomodo, & quand. iudex. dixi ſupra in 8. fallentia.

100 Decimoſeptimò, fallit poſt ſententiam diffinitiuam.Nam tunc interlocutoriam ante latam non poterit reuocare iudex qui eam protulit, cum iam ſuo ſit functus officio. l.iudex. infrà eod. Bart. & alij.hic not.in l.1. C.ſi ex fal. inſt.Salic.in l.poſt ſententiam. colum. 4.verſic. nunc venio ad ſextum. C. de ſentent.ex interlocut. quia natura diffinitiuæ eſt, vt abſorbeat omnes quæſtiones incidentes, aut emergentes ſibi obſtantes, Baldus in l. 1. ſi ex falſ. inſtrument. Bartolus & alij in l.quod in diem. ff. de compenſatio.

*Nota naturam ſententiæ diffinitiuæ.*

101 Decimooctauò, limita in interlocutoria lata ſuper expenſis. gloſſ. hic quam ſequuntur communiter Docto. & Bald. in l.1.C.ſentent. reſcind. non poſſe. vbi dicit ex ea oriri actionem in factum poſt decem dies ſi non fuit appellatum, quia non appellando videtur conſentire.l.ab eo.C.quomod. & quan.iud. Rom. conſi.358.in præſenti.Quod intellige ſecundum Ang. hic, in interlocutoria lata prætextu iuramenti iudicialis iuxta terminos.l.ſancimus.C. de iudic. cum authen. ibi poſita. Sed Innoc.in cap.ſacro.in fin.de ſenten.excom.tenet expreſſè poſſe reuocari, etiam poſtquam tranſiuit in rem iudicatam,dum tamen hoc faciat ante diffinitiuam,Idem tenet Innoc.licet communiter pro cõtraria opinione allegetur c.fi.in fi. quod met.cau.& in eo Panor.feratur quodammodo dubius, quia iura imponunt neceſsitatem ipſi iudici ſequendi tale iuramentum,in authen.de iudi.§.oportet.col.6.vbi tex.vtitur verbo oportet,quòd importat neceſsitatem,glo.in c.fin.de lit.conteſt.lib.6.c.1.de præſcrip.c.pen.de re iud. eod.lib. Pan.in c.ſuper inordinata de præbend. Soci.in c.1.col.2.de libe. obla. Vnde poſtquam habet neceſſe ſequi iuramentum,ſi ſecutus fuerit, non poterit poſtea reuocare,quia non interuenit contrarium iuramentum partis,arg.l. nil tam naturale.de reg.iur.

Item,poteſt reuocari contrario imperio,ſed non eſſet contrarium imperium reuocare ſine iuramento, quòd cum iuramento factum fuit, Iaſ.hic & in l.ſi quando.col.4.C.vnde vi. ergo non poterit reuocari.

Item, faciunt not. in l.videamus.§.deferre. ff.de in litem.iur.Ioan.And.& Pan.in cap.pen. de ſeq.poſſ.& fructuum,in fi. vbi dicunt quod poſt iuramentum à parte præſtitum ſuper expenſis, non poteſt iudex expenſas moderare, quia eſſet arguere partem de periurio, cum illud iuramentum ſit veritatis, ergo multò

magis



magis poſt taxationem, Præpo.in d.c.cum ceſſante.14.fallent.col.15.

*Conciliat opiniones.*

Puto poſſe concordari opiniones, vt prima poſsit intellligi regulariter.Secunda verò(videlicet vt poſt iuramentũ poſsit reuocari) debet intelligi quando apparet tale iuramentum partis eſſe falſum,arg.l.qui bona.§.qui damni.ff.de dam.infect.Ang.in d.§.oportet,& Inno.vbi ſuprà, Anto.Tremol.in addit.ad pract.de Bonac. rub.de imped.exec. verſ.ratione modi.in verb. ſine ſcriptis.

Idem,ſi apparet iudicem errare.arg. glo.in l. 1.§.fi.ff.de prætor.ſtipul. vel iuramentum fuerit ſecutum taxationem, & poſtea lata fuerit interlocutoria, nam ſi poſtea apparet iuramentum non eſſe verũ admittitur reuocatio. Ang. & Imol. in d.§.qui damni. Vinc. hic & Præpo. in dict. c.cum ceſſante. Intellige ex cauſa, ſiue cauſa non ſequuta.tex.ſing.ſecundum Bal. ibi. in c.2.de procura.

102 Decimononò,limita in ſententia quæ habet vim diffinitiuæ.Nam illam non poterit iudex reuocare, Doct.hic & glo.ſing.in c.fin.in verb. inanes.de elect.lib.6.ſecundum Ludo.Roman. ſing.129.ſi iudex, & conſi.358.in præſenti.Ang. conſilio 200.in ciuitate.quæſt.2.Croſet.in ſuis ſing.in ver.ſent.in 3.Aufre.in deciſ.cape. Thol. q.48.item & cæt.an ſententia,Bald.in l.arbitro. colum.fin.ff.qui ſatiſ.cogan.ſequitur. Salic.in l. poſt ſententiam.C.de ſenten.Ang.in §.illud.in authen.de here.& falc.colla.1.Bald.in l.eleganter.§.ſi quis poſt.colum.pen. ff.de condict.inde. Henric.Boic.in c.in literis.col.2.de offic.deleg. Alexan.in l.iuſtè.num.12.ff.de acquir.poſſeſ. & conſi.182.in cauſa.in 6.vol. Geor. Natan.in repe.cle.ſæpe.§.& quia.col.21.de verb.ſig.quia eadem ratio eſt ſicut in diffinitiua, ergo erit eadem iuris deciſio. l. illud. ff. ad l. Aquil. Idem quando oritur actio in factum.Bald.conſi.201. punctus.in 5.vol.

103 Limita, quando iſta interlocutoria proferretur ſuper incidenti non finiente litem, ſed vnum tantum articulum, nec ferretur ſuper principali, quia tunc licet habeat vim diffinitiuæ quo ad illum articulum,non tamen quo ad totam cauſam, ideo poterit reuocari.Domi.in dict.c.fi.de elect.lib.6.Io.Andr.in c.peruenit.de appel. Petr. de An.conſil.342. vicarius poteſtatis.Fel.in d.c.qualiter. col.5.Sali.in l.poſt ſenten tiam.col.3.C.de ſent.per d.c.dilectus.

104 Secundò, fallit quando illa interlocutoria eſſet lata officio iudicis nobili, vt ſi iudex interpoſuit decretum ſuper alienatione rerum immobilium,quòd iudicis officio nobili interponitur, Bart. & alij in l.iubere cauere.ff. de iuriſdict.omni.iudic.l.ſi finita.§.Iulianus.col.9.ff. de damn.infect.Et licet habeat vim diffinitiuæ. l.& ſi præſes.C.de præd.mino.l. quamuis.ff. de reb.eorum.not.in authe.ei qui.C.de bo.aucto. iud.poſsiden.& in c.2.de purg. vulg. Bar. in d. l.ſi finita.§.ſi forte,Bal.in l.2.ff.ſi ex noxa.cauſa agatur.Innocen.in c.dilecto.de verb.ſignific.tamen poterit reuocari quomodocunque apparebit iniuſtè interpoſitum. Bar. & alij in l. non videtur in 1.ff.de iudic.dixi in 2.not.infra in 5. fallen. Et ſic intellige interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ non poſſe reuocari quando eſt lata officio iudicis mercenario, ſecus ſi nobili.vt hic.cum officium iudicis nobile duret etiam poſt ſententiam,Barto.hic & in l.1. in fi.ff.de præto.ſtipula. Philip.Peruſ.in dict. cap. cum ceſſante.col.4.Feli.in d.c.qualiter.col.5.

Quid dicatur officiũ iudicis mercenarium & nobile,vide per Barto. & alios in l.1.ff.de iuriſdict.omn.iud. Alber. in l.1. colum.3.ff.de interrog.act.Bal. in practica ſua. quam Petro de Cornet. tribuunt. in rub. de officio iudic. Petrus de Ferrariis in ſua practica in forma libelli in actione reali in verb.quatenus ex offic.

Viceſimò non procedit in iudice dato ad vnum articulum incidentem, vel emergentem decidendum,vt potè ſuper hoc,an ſententia ſit exequenda, vel non.tunc ſi iudex pronuntiauerit exequendum,& ſic ſuper illo articulo non poterit iſtam interloquutoriam reuocare,quia deſiit eſſe iudex,& ſuo eſt functus officio.argum.c.in literis.de offic.deleg.

105 Vltimò limita, quando per iſtam interlocutoriam finiretur officium iudicis, vt quia abſoluit ab obſeruatione iudicij, vel pronunciauit non eſſe ad vlteriora procedendum, vel ſe non iudicem competentem, quia cum ſuo ſit functus officio, & deſinat eſſe iudex, per iſtam ſententiam, amplius non poterit illam reuocare. c. ſignificantibus. de officio deleg.c. iudex. illo tit.lib.6. Petr. de Bellapertica. in repet.l.2. circa medium.fol.115.verſicul.iuxta hoc quæro nunquid iudex.ff. ſi quis in ius vocatus non ierit.Bar.& alij hic,& idem Bart. in l.dicere.de recep.arb.Bal.in l.eleganter.§.ſi quis poſt. colum.pen.ff.de condict.indeb.l.arbitro. col. fi. qui ſatiſda.cogan.l. ſi vt proponis prima.& l.ſi præſes. C. quomod. & quando iud. l.penul.de pact. in cap. noſti colum.1. de elect. Rauen. in Alphabeto in verbo interlocutoria. Angel. in l.1.C.ſentent.reſcind. non poſſe. Imol. in l.quidam conſulebat.infrà eodem.Angel. in conſilio 220.in ciuitate.colum.2.Corſetus in ſingu. incip.ſententia. in 5. Domini de Rota deciſio. 86.ſi à pronuntiatione in no.Aufre.quæſt.184. in deciſio.Tholoſ.Henric.Bohic.in c.in literis. colum.2.de offic. deleg. Lanfranc.in repetitione.cap.quoniam contra.in verbo,interlocutiones.colum. 10. de probat.Alexand.conſilio 71. videretur. colum. penult.in 5. volum. Et Paul. conſil.281.in cauſa iſta. col. 2. in 1. volu. Salic. in l. poſt ſententiam. col. 3.C. de ſenten.& interlo.Socin.in l.arbitro.col.1.ff.qui ſatiſd.coga. Dom.in c.iudex.col.1.de offic.deleg.lib.6.

106 Sublimita primò niſi fuerit appellatum à tali interlocutoria, nam cum ſententia per appellationem ſuſpendatur.l.ſi cauſa cognita. C. de tranſact. l. ſi quis. iuſiurandum.circa fin. de iureiuran. vel extinguatur.l.1.§.1.ff. ad Turpil. & fingitur de præſenti non lata. Ideo poteſtas iudicis remanet integra ad reuocandum, vt vt not. Domini de Rota deciſ. 64. ſi auditor, & deciſ.86.ſi à pronuntiatione Rom. ſing.129.

ſi iudex. per text.in cap. dilectus. in 3. de præbend. Aufre. in deciſ.capel. Tholo. quæſt. 185. Panormit.in cap.peruenit. in 2.de appellat.facit.cap.ſuper eo. in primo. de appel.cap.ſi à iudice. de appel.lib.6. Præpoſi. & Peruſ. in dicto cap.cum ceſſante. Corſetus in ſingul.incipien. ſententia.in 5.

107 Licet contrariũ teneant Chalderi.& Imol. in d.c.dilectus,quorum opinioni videtur inhęrere Alex.hîc : non tamen recedas à communi opinione,& reſponde fundamentis.vt per Dec. in d.c.cum ceſſante.col.3.

Secundò, fallit quando ille qui pronuntiat interlocutoriam eſſet datus principaliter ad cauſam, ſecus ſi acceſſoriè vt eſt executor qui ſi pronuntiaret ſe non executorem, non per hoc finiretur ſua iuriſdictio, imo poſſet eam reuocare.cap.dilectus.in 3.de præbend. Dominic.in cap.ſi ſuper.de offic.delegat. lib.6. gloſſ. in cap.ſi ſoli. de conceſ. præbend. quia ex quo principalis durat gratia, per illud acceſſorium pronuntiationis non potuit auferre ius partis, ſic poteſt intelligi dict. cap.dilectus. Felin.in c. qualiter.in 1.col.6.de accuſ.Salice.in l.poſt ſententiam.C.de ſenten.colum.3.verſic.quæro. de quodam tertio.Alexan. hîc in num.28.ex quo infertur,quòd ſi incidat articulus filiationis, in quo cauſa matrimonij diſcutienda ſit,& laicus iudex ob hoc cauſam iudici eccleſiaſtico remittat,iuxta cap. tuam.de ordi.cognitio. poterit iudex laicus illam interloquutoriam reuocare, cum hæc pronunciatio ſit ſuper incidenti,non ſuper cauſa principali,quod not.

108 Limita tertiò in delegato qui non poterit reuocare, ſecus in ordinario,qui licet pronunciauerit ſe iudicem non competentem adhuc poterit reuocare,quia ad eum non ſpectat (ſolo verbo) iuriſdictionem à ſe abdicare ordinariam.l.legatus. ff. de offic. præſ.Bartol.Paul.& communiter doctores in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. per l. ſi vt proponis. in prima, & l.ſi præſes.C.quomodo & quando iud. & ibi declarat.Bal.& Salicet.Barto.Paul.& Iaſ. hîc & Paul .in l.iudex. infrà eod. Roma.conſi. 358.in præſenti. Felin.in cap.ſignificantibus.de offic.deleg.

Sed contrarium tenet hîc Alex.& ante eum Rom.ſing.129.ſi iudex notus, quia eadem ratio eſt in iudice delegato,ſicut in ordinario,ergo eadem iuris debet eſſe deciſio. l.illud. ff.ad l.Aquil. quia ſicut iuriſdictio delegati eſt finita ſe pronuntiando non competentem, ita & ordinarij,& hoc quantum ad illum articulum.

Item facit cap.quamuis.de officio deleg.lib. 6.vbi ſi delegatus delegauerit ( & ſic eſt ſua finita iuriſdictio ) tamen poteſt reuocare, ita & hîc videtur idem in ordinario & delegato.

Nec obſtat dicta l. ſi vt proponis in 1. quia loquitur quando ſententia fuit nulla, hîc verò valuit ſententia, ita Roman. & Alexand. reſpondent. Quidam moder. voluerunt hîc opiniones concordare diſtinguentes an partes conſentiant reuocationi delegati & poterit delegatus reuocare, & valebit ſua reuocatio, ſi verò partes nolint non valet reuocatio, arg.l.1. §.fi.ff.de prætor.ſtipul.

Sed hæc concordia non valet,quia conſenſus partium non tribuit iuriſdictionem non habenti.l.priuatorum. C.de iuriſdict.omnium iudic. Ideo tene primam opinionem tanquam communem & veriorem per dict. l.ſi vt proponis,vbi etiam nulliter pronuntiando finitur iuriſdictio delegati à fortiori validè & ſolenniter pronuntiando, ſecus in ordinario. d.l.ſi vt proponis.in 1. Et facit c.ſignificantibus.de offi. deleg.& hoc tenet Ioan. Baptiſta, in addit. ad Rom.dict.ſing.129.

Nec obſtat,quòd ſit eadem ratio,quia vides contrarium,cum firmior ſit iuriſdictio ordinarij quàm delegati. Alex. in rub. ff. de offic.eius cui,colum.2. Archid. in cap.ſi quis epiſcopus. 2.quæſt.6.

Item,non obſtat c.quamuis,quia delegando non eſt functus officio ſuo,ſicut alio modo diffiniendo. Ideo in dicto cap. quamuis. dicitur, quòd iuriſdictio non eſt efficaciter tranſlata in ſubdelegatum, ergo nec delegatus erit exutus iuriſdictione,ideo nec finita iuriſdictio. alias limitationes hic addere potuiſſem, ſed vidi parum in vſu,ideo extra iocum eas omiſi.

109 Hodie tene quòd interlocutoria in ſcriptis prolata vel diffinitiua,& graphario ſeu notario tradita,poſt emiſſam à partibus appellationem non poterit tolli, aut reuocari, vt laboribus & expenſis partium parcatur, hoc ſtatuit Carolus 7.in ordinat.reg.artic. 17. quæ eſt titul. *Des appellations*. artic.29.Et non ſolum procedit in iudicibus regiis, ſed etiam in aliis quibuſcunque iudicibus dominorum, ibi hoc vult quando dicit,*Tant noſtres qu'autres*.Non tamen poteſt comprehendere iudices eccleſiaſticos, per not.per Doct.in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitu. vide gloſ.in l.2.in ver.ex libello.C.de ſenten.ex libello reci.Maſuer.in ſua pract.rubr. de re iudic.verſi.idem in reſtitutione fructuum. dicens eſſe conſuetum grapherio tradi.gloſ. in cap.apud.32.quæſt.1.Barbat.conſi.44. clementiſſimum in 4. volum. nam legem in æs inciſam,in ærariũmque reconditam corrigere non licebat.teſte Ayma. in hiſto.iur.ciuilis. lib.2. & in Francia,non reuocatur ex conſuetudine,nec iſta lex ſeruatur.

Et quando in legibus, ſtatutis, teſtamentis & aliis diſpoſitionibus admittatur reuocatio, longum habet tractatum. Ideo vacationibus inſtantibus omitto, ſed interim vide Bald. in l.error. C. de iuris & fac. igno. Bartol. & alios in l. ſi quis in principio.ff. de lega. 3. Docto.in l.ſi pecuniam.de condict.cauſ.data.Guido Papæ in tractatu de pœnitentia. Docto. in l. omnium.C.de teſta. Iaſ.in l.pacta.de pact.Doct.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.c.1.de conſtit. lib.6.Panor. Felin.& alios in cap.cum acceſsiſſent.de conſti.

1 Secundò nota, inſequendo partem legiſtarum,Bar. hîc quod diffinitiua non poteſt reuocari, tex.in l. iudex. infrà.eod.& l.1.in fi.ff.de quæſtio.l.1. C. ſenten. reſcind. non poſſe.Alios tex.allegat hic Bar. & Specu.in tit.de ſenten.§.qualiter.verſ.hoc quoque notandum eſt.Panor.conſil.73. videtur.& conſi.92.contra ſententiam.col.1.lib.1. & conſi. 6.in quæſtione.col.3.verſi. quinimmo.in 2.vol. Rom. conſi.362.quo ad primum.Fulgo.conſi. 166.in quæſtione.col.vlt. Alex.conſi.71.videretur.col.2.lib.5. Et ponit Leonard. de Vtino de Dominicis & quibuſdam feſtis ſermone 4.Q.

*Secundum nota. huius legis.*



2 Amplia etiam de conſenſu partium.glo.ſingul.in l.ſi diuerſa.C.de tranſact.Bald.in c.præſentata.col.2.verſi.ſed nunquid.de teſtib. & infrà dicam in limitationibus,& hoc tradidit abſolutum virtutis exemplar,atque vtriuſque iuris cognitione clarus D. Solerius mihi pluſquàm intimus in c.in literis. de offic. deleg.legendo hîc ordinariè ius canonicum.

3 Secundò amplia, ſiue lata fuerit in ciuili, ſiue in criminali.tex.melior de iure,in l.1.in fi. ff.de quæſtionib.l. pœnam.C. de pœn.l. diui.l. relegati.& l.moris.§.penul.ff.illo tit.Card. conſil.29.iudex. Iaco.de Bellouiſu in ſua practica, rub.de ſenten. criminalib.nume.9.& ſeq. vide Hippoly.in practica ſua.§.ordine. Vnde iudex condemnatum non poteſt abſoluere, etiam ſi poſtea appareat de innocentia.l. acta.§.1. infrà eod.l.Diui.ff.de pœnis. Panor.conſil.73.in diſputatione.& conſi.92.Chriſti contra ſententiam.volu.1. ſed debet ab executione ſuperſedere.Bald.in l.addictos.Cod.de epiſco.audien. donec conſultus fuerit Princeps, & gratiam delinquenti conceſſerit. Felin.in c. conſanguinei.col.2. extra eo.

4 Tertiò, amplia etiam ſi ſolùm ſit concluſum in cauſa, quia concluſio in cauſa eſt terminus diſceptationis. Bald.& Iaſon in l.error. Cod.de iuris & facti ignor. Roma.conſi.346. in hac cauſa. col.2.Item,quia paria ſunt, quod ſit lata ſententia,vel quod ſit cõcluſum in cauſa.Bar.in l.ſi mater.§.eandem.in fi.ff. de excep. rei iudic.Pano.in c.paſtoralis.de excep.

5 Quartò,amplia etiã prætextu erroris.l.error. & ibi doct.ponderant.C.de iuris & facti igno. quia Imperator prohibet cauſas deciſas inſtaurari.l.cauſas.& l.fratris.C.de tranſact. & Rom. in d.conſi.346.in hac.col.2.l.quia arbiter.ff.de arbit.dic tamen vt infrà ſcribo in 2.limit.

6 Quintò,amplia etiã in ſucceſſore,qui nõ poterit reuocare ſententiã diffinitiuam latam per prædeceſſorem.l.poſt ſententiã.C.de ſen.& interlo.omn.iud.Guid.Pap.in cõſi.229.nõ eſt reſpõſalis,per l.1.C.de ſent.reſcind.non poſſe.Panormi.conſi.73.in diſputatione.col.1.niſi fuiſſet nulla.l.1.C.de ſenten.& interlo.omnium iudic.

7 Sextò, amplia etiã procedere in auditoribus Rotæ D.de Rota deciſ.341.dubitatur.in no. Et idem in Barone & Comite.Iacob.de Bellouiſu in ſua pract.rub.de ſenten.criminalibus.nu.9.

8 Septimò, amplia in conſultore, qui poſtquam in vna cauſa præſtitit conſilium, amplius non poterit reuocare, cum potius accedat ad naturam diffinitiuæ quàm interlocutoriæ.Bald.& Præpo.in dict.cum ceſſante. Doct. in regula,Nemo poteſt mutare.ff.de reg.iur.

9 Octauò, amplia ſiue is qui eam protulit ſententiam, fuerit ordinarius, ſiue delegatus, ſubdelegatus, aut alius iuriſdictionem habens, cum in illis omnibus habeat locum ratio iuris, quia eſt functus ſuo officio. l. iudex. infrà eod.c.in literis.extra de offic.deleg.

10 Nonò,amplia etiam intra decem dies,Bart. & alij. in l. poſt ſententiam. C. de ſentent. & Docto.in l.iudex.infrà eod.& l.Paulus. Et hoc poteſt ſuaderi per hũc tex.in verbo licet. quod exponitur pro quamuis.l. licet.C.de pact.l.fin. de teſta.milit.l. non dubium. de leg.c.1.§. licet. de procu.lib.6.& c.licet. & ibi Archid.de iureiur.eod.lib.Card.Barbat.& Dec.in cap.licet de proba. imo nec eadem die. l. cum quærebatur. infrà eod.

11 Item ſuadetur ex verbo contra quod denotat contrarietatem effectus,ſicut dictio per contrarium, text.Inſti. de Senatuſconſ.Orficia.in prin. dictiones verò econtra, & econtrario ſignificant conuerſionem ordinis cum ſuis qualitatibus.l. cum hi.§.fin.ff.de tranſact.glo.ordinaria & de iure melior in l.duobus. §. fin.ff.de iureiur. Et facit ad quæſtionem de qua per Chriſtoph. Porc.in §.fin. Inſti.de Senatuſconſ. Orficiano.

*Dictio contra quid denotet.*

Decimò, extende etiam ſi in melius reformare vellet, quia eſt ſuo functus officio. l. iudex.infrà eod.

12 Vndecimò,etiam procedit in arbitro.l.dicere.§.fi.ff. de arbit. etiam ſi eidem eſſet data poteſtas pluries pronuntiandi.Barto.in l.quid tamen.in princ.ff.illo tit.

Duodecimò, idem in notario.l.ſi librarius. ff.de regul.iur.Butrius in c.ex literis.de fide inſtru. & Dec. in d.l.ſi librarius.ſcribit poſt Bart. ibi,quando notarius poſsit corrigere & mutare inſtrumentum ſemel factum, de teſte an dictum ſuum corrigere poſsit, vide l.qui falſa.ff. de teſt. & per not. in cap. cum cauſa.& c.cum in tua.illo tit.

Vltimò amplia,vt diffinitiua non poſsit reuocari etiam quo ad acceſſoria, vnde iudex expenſarum condemnationem vel fructuum, ſiue abſolutionem reuocare non poteſt. glo.in l.1.C.de ſenten.quæ ſine certa quantita.profer. Innoc.in c.auditis.de procur.Bald.in l.quia arbiter.ff.de arbi.Alexan.in l.Paulus.1.infrà eod. Etiam ſi eſſet contra formam ſtatuti, vel conſuetudinis lata.Anchar.cõſi.182.videretur.quia poſtquam principale,(quod eſt ſententia diffinitiua)non reuocatur, ergo nec acceſſoriũ(ſcilicet expenſarum condemnatio,)quia naturam principalis ſequi debet. l. cum principalis.ff.de reg.iur.intellige tamen vt in d.l. Paulus. & per Bal.in l.terminato. col.penult.C. de fruct.& litium expenſis.

13 Primò limita in ſententia lata à principe quã poterit mutare & corrigere ad nutum.Spec.in tit.de ſenten.§.qualiter.verſic.hoc quoque notandum,ibi Papa tamẽ poteſt.Bart.in l.ab executore.ff.de appel.col.2.Panor.& alij in c.qualiter,& c.ad petitionem.de accuſat.

14 Quia ſolutus eſt legibus.l.princeps.ff.de legi.

l.digna vox.C.illo titul.cap.propoſuit de con-
celsione præbend.
15 Item, quia ſententia eſt de iure ciuili,glo.in l.
ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur. quam ibi ſequun-
tur doct.& Bald.in Margarita in verbo, domi-
nium.in 3.q.Et princeps tollere poteſt ius ciui-
le.l.eas.ff.de capitis diminutio.§.minus.Inſti.de
hæredit. quæ ab inteſta. defer. cum ſit lex ani-
mata in terris in authen.de cõſul.colla.4.Hen-
ric.Bohic.in c.in literis.col.3. de off.deleg.& ſic
*Concluſio.* poteſt verificari illa mea concluſio, Diffiniti-
uam poſſe mutari,& tolli arbitramur,videlicet
per principem vt hîc, & in limitationibus ſe-
quentibus.imo non poſſe (ſcilicet regulariter.)
d.l.iudex.infrà eod.

Oppoſuit quidam de l.cauſas.C.de tranſact.
vbi non tollitur ſententia etiam per reſcriptum
principis.

Reſpondi quòd hoc verum eſt,niſi in reſcri
pto apponeretur clauſula,non obſtante &c. vt
tenet glo.in d.l.cauſas. quam Doct.ſequuntur,
Bald.in l.1.C.ſentent.reſcin.non poſſe.Peruſ.in
c.directè.& c.ſua nobis.de appel.col.3.Intellige
in ſupremo principe, ſecus in alio.Barb.conſil.
16 24. col.1. in 2.vol. incip.clementiſsimi, † quia
quod facit princeps, cenſetur facere vt Deus,
cum ſit in temporalibus delegatus Dei, & ho
minum iudex ordinarius. Papa verò in ſpiri-
tualibus,gl.ſing.in authen.de hered.& fal.col.1.
in rub.in 1.glo. quam Barba.dicit ſing.in repe-
titio.c.Raynaldus.col.77.de teſta.D.Boerius in
2.additione ad Ioan.Montaigne. in tractatu de
auctoritate magni conſilij fol.78. Barba.conſi.
34.col.21.in 2.vol.& conſi.1.col.3. in 3.vol.Cot-
ta in 2.parte memoraliũ in verbo Imperator.
17 Secundò, fallit in Senatoribus qui ſua poſ-
ſunt corrigere arreſta,& mutare,licet ab eis nõ
poſsit appellari.l.1.§.1.ff.à quib.appel.non licet.
l.vnica.C.de ſent.præſ.præto.Bald.in l.1.C.ſen-
ten.reſcind.non poſ.Io.mont. in d.tract.de au-
ctorit.mag.conſilij. in 6.argu. contra magnum
conſilium.l.à proconſulibus.C.de appel.Guid.
Papæ,conſi.38.nedum inferiores.
*De ſuppli-
catione mul
ta.*
18 Intellige per viam ſupplicationis.Nam pars
victa ſupplicabit Regi capello depoſito, & ge-
nibus flexis, teſte Azo. (in ſum. de preci. im-
pera.offert.Et citat Io.And.in addit.ad Specu.
in tit.de ſuppli.§.1.in prin.) quòd faciat iterum
videre dictum proceſſum,& errorem (ſi ſit) re-
tractare,& Rex concedet literas ex certa ſcien-
tia,& de gratia ſpeciali emanatas,quibus man-
dabit dictis dominis, vt reuideant proceſſum,
& errorem inuentum reuocent, vel ipſe prin-
ceps ſi velit reuocabit, in authen. quæ ſuppli-
catio.C.de prec.imper.offe. D.Ioan. Vaur.epiſ.
in ſuo tracta.de ordi.iud.rub quomodo appel.
à ſententia Parla.& in ordina. Ludo.11.in rubr.
*Ordõnance ſur les propoſitiõs d'erreur.* vbi ſcripſi.
19 Secundò, intellige quòd hæc ſupplicatio
debet tradi referendariis in authen.de referend.
collat.2. & ibi Iacob. de Bellouiſ. Ioan. Fab.&
alij in dict.authen.quæ ſupplica.per illum text.
Iacob.Rebuffi patruus meus,in l.eos.C.de ex-
cuſ.muner.lib.10.& Aufre.in ſuis.deciſi.q.479.
D.Chaſſa.in catalo.glor.mũdi, in 7.parte cõſi-
dera.11.Intellige dari illis nõ vt iudicent, ſed vt
Principi referant aut Cancellario.gl.& Paul.in
20 d.auth.quę ſupplicatio. † Nam ſolius eſt prin
cipis admittere ſupplicationẽ iſtã, cum agatur
de præiudicio alterius, & iuri deroget. Innoc.
Imol.& alij in cap. ex literis.de reſtitu.in integ.
& eſt de ſecundo gradu meri imperij.Barto.&
alij.in l.imperium.ff.de iuriſd. omni.iud. & ibi
21 †Purpura. nu. 301. qua admiſſa, concludit ſup-
plica. proceſſum cum erroribus deſcriptis re-
cipi, & Arreſtum iam latum declarari erro-
neum,& tãquam tale corrigi. Curia ſolet pro-
nuntiare errores dictos reo communicandos,
quo facto poterunt partes hinc inde replica-
tiones,& duplicationes,(ſi opus ſit,)dare, intra
tempus ordinationis, & eo facto, omnia iuri-
gentium cum proceſſu, & procedetur vt iu-
ris erit. Intellige, quòd hæc ſupplicatio poſsit
impetrari etiam à nõ ſubdito Regis.Bal.conſi.
217.ego puto, in 3.vol. Ideo ſi mercator Hiſpa-
nus fuerit Tholoſæ, vel Pariſiis condemnatus,
poterit ſupplicare, vt hîc, quod eſt notandum.
Et diffinitur per Rauen. poſt Inno.& Panor.in
c.ex literis.de in integr.reſtitu. Sic ſupplicatio *Quid ſit*
eſt quædam precum porrectio facta Principi, *ſupplicatio.*
quâ (ex quadam benignitate) ſuperior reſti-
tuit ſupplicantem aduerſus ſententiam contra
quam non competit remedium ordinarium,
hæc ille.
22 Tertiò, intellige quod hæc ſupplicatio in
ſcriptis debet proponi, & in ea debent errores
exprimi. Primo libellorum magiſtri,vt poſsint
videre, & regi conſulere, an literæ ſint conce-
dendæ,vel non, & ſupplicatio an ſit admitten-
da,& an ſit ciuilis,vt vocant,vt eſt in ordi. no-
uiſsimis. artic. 35. pub. anno 1539. Secundò ne
pars valeat mutare errores,quos proponit. Sa-
licet.in d.authen. quæ ſupplicatio. Præpoſit.in
cap.ex ratione. col.31. de appellatio. & in ſtylo
parlamenti, in 7. parte rubric. de ſentent.arre-
ſtis,& executio.Ordin.4.licet Docto.dicant in
d.authen.quæ ſupplicatio, ſi fiat ſtatim poterit
fieri viua voce, tenendum eſt tamen quod ſu-
pra dixi,quia non ſtatim deſcribunt.
23 Quartò, intellige quòd quando ſupplicans
errorem non probat,condẽnatur in mulcta ſex
viginti librarum Pariſien.& ad expenſas,dam-
na,& intereſſe.vt habetur in d. tract.de Ordin.
iudic.rub. quomo.appel. à ſenten. Parlament.
Benedict. in repet.cap. Raynutius, in verb. &
vxorem. numero 480. & in verb. mortuo, in
primo,numero 272.de teſtam.& in ordina.ſæ-
pius adducta. in Hiſpania, ad mille & quin-
gentas duplas.
24 Quintò, intellige quòd hæc ſupplicatio
non impedit executionem poſt decem dies,
nec etiam ante, ſed pars quæ obtinuit opor-
tet vt caueat de reſtituendo,& reducendo rem
ad priſtinum ſtatum, caſu quo error probe-
tur, & hoc pronuntietur. vt habetur in dicta
authen. quæ ſupplicatio. Cardina.in clement.
vnica quæſt. 10. de cauſa poſſeſſ. Anton. Tre-
mol. in additio. ad Vbertum de Bonacurſo.





in rub.de impedimen. executio. & cauſæ nul-
litatis verſi.quintò quia ſupplicatio, & deciſio.
Neapol. 341. lata eſt ſententia. Vide Panorm.
in c.ſuſcitata.in fi.de in integr.reſtitu.aſsignan-
tẽ rationẽ, & Imol.in d.c.ex literis,licet hodie
non præſtetur iſta cautio de conſuetudine,
ſaltem quando ſupplicatur poſt 10.dies. Nam
ſupplicatio non ſuſpendit iudicatum, nec in-
ducit litis pendentiam, donec ſit per princi-
pem admiſſa,ſecus in appellatione.d. authent.
quæ ſupplicatio,& ibi Alberi.& Bal.Specul.in
tit.de ſuppl.§.differt.in verſic.Item ſi dicas.Bal.
in l.1. C. vt lite pendente. imo fuit iudicatum
pro D. de Touteuille contra quendam quòd
arreſtum executioni mandaretur pro illo qui
errorem allegat. in aliis articulis tamen in illis
qui faciunt pro adducente errorem non exe-
quetur.anno 1543.in menſe Ianuario.
*Nota pro
arreſtis par
lamentorũ.*
25 Imo non valet reſcriptum ſi princeps in eo
mandet vt executio arreſti differatur, nec illi
reſcripto debet ſtari de ſtilo Parlamentorum,
vt citat Guido Papæ in deciſio. Delphinali.
quæſt. 420. in hac curia. Ipſe ego vidi ſæpius
tempore belli literas ſtatus concedi, & in Se-
natu verificari, in quibus mandatur curiæ,
vt ſuperſedeat à litibus & deciſione talis pro-
ceſſus,quem talis Dux belli,miles,vel armiger
habet in curia, & quòd dicta curia nihil inno-
uet vſque ad tale tempus,& 15. dies poſt ſuum
reditum à militia,de iſtis literis plenè ſcribo in
Ordina. reg.rub.*des lettres d'eſtat.*

Item,intellige quòd hæc cautio debet præ-
ſtari ante arreſti executionem, & ſi ſecus fiat
irritum eſt,Guido Papæ in ſuis deciſio. q. 50.
quia hæc curia.
26 Limita quòd hæc ſupplicatio non debet
concedi niſi ſemel, cum ſit remedium gratio-
ſum, & ſic extraordinarium.l. ſi quis. Cod.de
preci. impera.offeren.doct.in c.ex literis. de in
integ.reſtit.Specul.in d.titul. de ſupplica. in §.
1.in fi.& §.pen.Aufre.in deciſio.Capel. q.479.
Item &c.certum eſt.Sed cõtrarium tenet Tre-
molius in additio. ad Vbertum de Bonacurſo
in rub.de impedi.executionis, verſi.quinto,&
Doc.aliqui in d.c. ex literis. Quas opiniones
concordando dico, quòd ſi eadem pars velit
bis ſupplicare non admittetur. per d.l. ſi quis.
ſecus ſi alia pars vellet poſt primam ſupplica-
tionem ſupplicare,nam debet admitti. Ita fuit
viſum in Parlamento Delphinali, vt teſtatur
Guido Papæ quæſt. 345. à ſententia, & conſil.
139.literæ &c.col.2.nam in pronuntiatione er-
roris magis fuit(per fauorem fortè) erratum,
quàm antea eſſet: igitur de integro error pro-
ponetur per alteram partem.
27 Secundò, limita quòd hæc ſupplicatio non
debet concedi poſt biennium.l.vna.C. de ſen-
ten.præfec. prætor. licet olim vſque ad 30. an-
nos quis ad ſupplicandum admitteretur,vt ha
betur in ordina. regis Ludo. 11. ſuprà allegat.
glo.in prag.ſanct.in titu. de conclutio.eccleſiæ
Gallicanæ in verbo Parlamentũ,Benedic. in c.
Raynutius.in ver.mortuo in 1.nu.273.de teſta.
28 Et ſi poſt biennium impetrauerit in duplici
emenda debet condemnari in expen.damnis,
& intereſſe, vltra cauſæ deſertionem, vt d.or-
dinatione cautum eſt.
29 Poſſet tamen princeps ex cauſa illi deroga-
re,vt no.per glo.in l.fin.C.ſi contra ius.ponen-
do clauſulam non obſtante. &c. l.ratas. Cod.
de reſcindend. venditio. ſed non eſt ſolitum
fieri.
30 Tertiò, limita quòd hæc ſupplicatio non
admittitur quando quis de iure communi ex-
cluderetur ab appellando, vt ne liceat tertio
prouocare.l.vna.C.ne liceat tertio prouocare,
ita nec ſupplicare. Bar. Bal. & alij in d. l.vna.
Ideo ſi arreſtum ſit confirmatorium duarum
ſententiarum non licet ab eo ſupplicare, per
d.l.vnicam,hoc vult expreſſe Henricus Boue-
rius in ſuis ſing.in rub.in integrum reſtitutio.
verbo minor.in fin. vide plenè imol. conſil.
142.& 145.
31 Item, quando eſt renuntiatum appellationi
non poteſt quis ſupplicare. Cy.in l.fi. Cod.vt
lite penden. Aufrer.in deciſio.cap.Thol.quæſt.
479.Item,&c.certum eſt.Imol.in l.1.§. fin. ff.à
quib.appel.non licet,& in c.ex literis.colum.2.
de in integ.reſtitu.Præpo.in c. ex ratione colu.
pen. de appel. vide Corſetum in ſingu. incip.
querela in ſecundo. Laurentium Calca.conſi.
16.viſis,num. 88. verſic. & quia qui renuntiat.
ſecus eſt quando non poteſt haberi recurſus
ad arbitrium boni viri. iuxta §. arbitrorum. l.
ſocietatem.ff.pro ſoc.& ibi pulchre.Bar. pote-
rit tamen ſupplicari propter enormem læſio-
nem vt conſuluit Pau.conſil.70. quia fruſtra.
col.2.in 1.vol.vide tamen Iaſ.in d.authen. quæ
ſupplicatio,col.2.Hip.marſi.in pract.§.oportu-
nè.num.68.
32 Quartò,limita in poſſeſſorio, in quo non
admittitur erroris propoſitio, & ſic ſupplica-
tio,cum poſsit in petitorio grauamen reparari
& mediocri agitur prȩiudicio.c.cum dilectus,
& c.paſtoralis.& ibi no.de cauſa poſſeſſ.& pro
priet. Ita eſt deciſum in ordina. regis Ludoui.
12.1.publi.artic.88.not.Benedict. in repetitio. c.
Raynutius.in ver.mortuo,in primo num.273.
de teſtam.
33 Item non admittitur ſupplicatio quando
præfecti pronuntiarunt in cauſa appellationis
eam admittendo vel denegando, ſed tantum
quando agitur in cauſa principali,Specula. in
tit.de ſupplicatio.§.1.verſic.quod autem.
34 Quintò,limita in interlocutoria vel graua-
mine in quibus reiicitur ſupplicatio, vt habe
tur in ordina.proxime allegata,& in ſtilo par-
lamenti in 7.parte rub.de ſenten.arreſtis ordi-
natio.4.Specul.in tit.de ſupplic.§.differt. Doc.
in l.2.vt lite pendente,& in d.c. ex ratione per
Præpoſ. quia grauamen in diffinitiua reparari
poteſt.
35 Et licet quando in ſtatuto vel conſuetudi-
ne eſt prohibita appellatio ab interlocutoria,
tamen ſupplicatio debet admitti,ſecus tamen
hoc in caſu, cum expreſſè per ordinationem
ſit prohibitum, cui (in hoc regno) ſtare de-
bemus,hoc not. Petr. de Ferra. in ſua practica

in forma ſententiæ interlocutoriæ ſuper in-
competentia iudicis,verſic. ſed quæret aliquis.
Panor.& alij in d. c. ex literis, & ſuprà dixi in
verſic.ſecus eſt.

36 Sextò, limita quòd non ſit ſupplicatio ad
errorem iuris proponendum, ſed facti. ſic Au-
fre.in d. q. 479. Quia cum Princeps habeat
omnia iura in pectore. l. omnium.C. de teſta.
c.1.de conſtitu.lib.6.Intellige per ſuos conſilia-
rios,doctores, & licentiatos & non in ſuo ca-
pite. Cy.in d.l.omnium,glo.in l.2.C. ſi contra
ius.Barba.in rub.de teſta.colum.35.& Feli.in c.
nonnulli, colum.24.de reſcript. doct. in d. c.1.

*Commendãtur conſiliarij.*

37 Ideo non præſumitur in iure errare, † minuſ-
que conſiliarij.D.Cotereau in ſuo tractatu de
magiſtratibus Galliæ rub.de præfect.prætorio,
& etiam quia non ambigitur Senatum ius fa-
cere poſſe. l. non ambigitur. ff. de legib. licet
multi quandoque recipiãtur precibus & non
meritis,tamen ſacratiſsimum cõſiſtorium Re-
gis Franciæ omnem iuſtitiam colit, & mi-
rum in modum obſeruat.teſte Barba.conſi.71.
illud.in princi.vol.4.

38 Septimò, fallit quo ad iniquitatem quam
non poſſunt partes allegare & dicere arreſtum
latum ob iniquitatem dominorum, quia lex
de tantorum virorũ iniquitate conqueri ab-
horret. Azo in ſumma de ſenten.præfectorum
præto.Cy.& Salicetus in d.l.ſi quis. cum non
præſumat iniquè eos quicquam agere nec do-
losè, ideo dolus aduerſus eos non poteſt alle-
39 gari, ſed bene aduerſarij. d.l. præfecti. † cum
ſint ſimplices ſicut columbæ, & prudentes ſi-
cut ſerpentes, vt atteſtatur ſacra ſcriptura eos
debere eſſe.Matthæ.10.& c.qui eccleſiaſticis.§.
ecce.36.diſt.c.ſi cupis.16.q.1.

40 Quare ſupplicans veniam petere debet, ac
miſericorditer impetrare ſupplicationem, vt
d.l.præfecti.Specul.in titul.de ſupplica. §. ſup-
plicari poteſt.Præpoſ.in d.c. ex ratione, & ſu-
pra dixi.

41 Nec in Francia admittuntur minores ad
petendum reſtitutionem in integrum aduer-
ſus arreſtum, licet de iure permittatur in d.l.
præfecti. eius opinionis fuit Benedic. in repe-
titio. c. Raynutius,in verbo ſi abſque. in 2. de
ſubſtitutio.fideicom. num. 50. de teſtam.quia
non præſumuntur lædere quenquam, poterit
tamen princeps eundem reſtituere ius inſe-
quendo, & audiui quotidie reſtitutiones im-
petrari,etiam contra areſta, & videre licet Be-
nedict.contra.vide Ioan.Galli.in quæſt.per ar-
reſta,q.154.in cauſa.

42 Item, inſtantia in cauſa ſupplicationis de-
bet anno finiri, aut ſaltem debet eſſe in ſtatu
iudicandi,vt habetur in d.ordin. Ludo.11.quia
hoc facile poteſt iudicari, & breuiter ex de-
43 ductis. † Et ſicut in cauſa appellationis ſen-
tentia debet eſſe confirmatoria,vel infirmato-
ria.l.eos.C.de appell.& ſuprà in præfationibus
late dixi, ita in cauſa ſupplicationis debet di-
cere erratum vel non erratum ſeueriorem eſ-
ſe,vel abeſſe.not.Anto.Panorm.& Imol. in d.
44 c.ex literis, vlti.not. † licet fatalia hodie non
currant coram principe in authen. ſed lis. C.
de tempor.appellat. nec in curia Parlamenti,
Aufre.quæſt.479. in fi. Idem ex ſtilo ſeruatur
in curiis Tholoſæ & Nemauſi,vt not. Do. de
Petru.in tractu de viribus iuramenti,in ſecun-
do remedio finiendarum litium. & debet ex
iiſdem actibus iudicari, nec pars recipitur ad
producendum aliquid, aliàs non iudicaretur
cauſa.

45 Item, limita quòd has ſupplicationis literas
non poterit obtinere impetrans,niſi caueat de
ſoluendo duplicem emendam in eum caſum
in quem non probabit errorem interueniſſe,
& de ſarciendo omnia damna, intereſſe, &
expenſas,vt dict.ordinatione Ludouici 11.con-
tinetur.

46 Hodie non cauet, ſed deponit ſex viginti
libras Pariſi.& qui non deponeret non admit-
teretur, Io.Botel.in ſua ſum.rub. *De erreur ſur
arreſt*,fol.33.& ſuprà dixi.

47 Nota tamen, quòd ſi ille ſupplicans non
inueniat fideiuſſores, admittetur cum cautio-
ne iuratoria.l.generaliter.Cod. de epiſ. & cler.
Hoſt.in ſum.C.vt lit.non conteſt.§.2. Spec. in
tit.de contumacia.§.fin. verſi. ſed nunquid ex-
communicatus,Iaſ.in rubr.ff.qui ſatiſd. cogan.
Ita fuit deciſum in parlamento Delphinali,
teſte Guido.Papæ in ſuis deciſio.150. quia hæc
curia,& quæſt.189. circa materiam, aliàs pau-
per grauaretur,vt nunquam poſſet ſupplicare.
Ideo licet tex.dicat,condigna fideiuſsio detur,
vel cautio, quoad pauperes intelligi debet de
iurata,in qua obligabit ſe, & ſua,glo.& Doct.
in c.1.de dolo.lib. 6. quod eſt not. tene tamen
quod dixi in verſic.hodie.ſuprà, quod intelli-
gitur in illo qui obtinuit arreſtum pro ſe,ſecus
in ſupplicante qui nullo modo admittitur niſi
deponat,vt dixi.Item qui vult ſupplicare, non
debet acta à graphario repetere, aliàs tacitè vi-
deretur renuntiare propoſitioni erroris, vt eſt
in conſuetu.Norma.rub.*de propoſition d'erreur.*

48 Vltimò, notandum eſt quòd hanc ſuppli-
cationem poteſt recuſare princeps.Bal.in l. fin.
C.de legib.

Ex debito tamen honeſtatis non debet eam
recuſare ſi dicantur ei errorem interueniſſe ab
iis qui viderunt proceſſum: & ideo non cen-
ſetur hæc propoſitio erroris prohibita à mi-
litibus ordinis.dico artic.fin.in tract. de ſente.
executor. per ea quæ not.Bald.in l.princeps.ff.
de legib. & expreſsè dicit Præpo. in rub. *Des
appellations* col.12.

*A principe non appellatur ad futurum concilium.*

49 Tamen ſi princeps recuſaret d.ſupplicatio-
nem non poſſet appellari ad futurum conci-
lium, quia qui à Papa talem appellationem
interponit,non videtur alienus ab hæreſi,cum
non habeat ſuperiorem ad quem appellatio
poſsit deuolui nec ab aliquo poſsit iudicari.
c.omnes.ibi qui aliorum,& cæte.22.diſtin. ca.
nemo aliorum,& c.ſeq.9.quæſt.3. Hoſti. & Io.
And.in c.propoſuit de conceſſ. præb. Præp. in
rub.de appel.colum.12. hoc multis rationibus
probat Archiep. Florentinus, in ſua ſumma.
in 3. parte titul. 23.c. 3.§.3. rubr. quod non li-
ceat



ceat appellare à Pontifice Romano, & an ſit
ſupra concilium vel econtra, plenis diſputat
chartis Barbat.in clem.ne Romani.colum.17.
& ſeq.de elect.Panor.in diſputa.incipien. epiſ-
copus,quæ eſt 1.

50 Ita non videtur alienus à quodam læſę ma-
ieſtatis crimine qui à Chriſtianiſsimo rege
noſtro ſic appellat, cum non habeat ſuperio-
rem in temporalibus in hoc mundo, vt atte-
ſtatur Papa in c.per venerabilem. qui fil. ſunt
legitimi.

51 Bal.& Iaſ.in l.fi.in princ. C. communia de
legat. Item erroris propoſitio ſemel tantum
fieri debet, ne in infinitum deducatur, per
multa quæ ſcripſi in l.vnica no.1.C. de ſenten.
quæ pro eo quod intereſt.& l.fi.ff. de colluſio.
Decius in c.in præſentia.colu.19. num.28. de
probatio.Ideo Pius Papa ſecundus, prohibuit
ab eo ad futurum concilium appellare, aliàs
excommunicationem ipſo facto incurreret à
qua ab alio nõ abſolueretur, niſi in mortis ar-
ticulo,& eas pœnas & cẽſuras incurreret, quas
rei læſæ maieſtatis, & hæreticæ prauitatis in-
currere dignoſcũtur, Anno 1459.Febr.15.in fi-
ne primi Tomi.hiſtoriæ Eccleſiaſt.Et ideo in
die iudicij terribilis non poterit quis à ſum-
mo iudice Deo appellare,cum non habeat ſu-
periorem.not.Leonar.de Vtino ſermone 4.de
ſanctis, litera q. vbi triplicem aſsignat ratio-
nem,vide ſi libet.

52 Poſſet tamen à principe appellari, quando
ad relationem alterius ſententiam protuliſſet.
l.1.in princ.ff. quand.appella.ſit, Roma.conſil.
521.circa.Et Soci.conſil.195.circa princ. verſic.
poſtremo in 2.volum. vbi dicit de facto obti-
nuiſſe in Papa Ferrariæ,Paris, in tract. de ſyn-
dica.in tractatu.1.verſic.ſubiicio.fol. 51. in par-
uo volum.

53 Item,ab ipſo principe male informato, ad
eundem bene informatum licitum eſt appel-
lare.l.1.§.quæſitum.ff.de appel.l.1.C.de relatio.
Bal.in l.fi.illo tit.Mart. Laud. in tract. 8.princ.
art.42.c.ſententiam.35.quæſt.9.c.cum apud.11.
quæſt.3.glo.vltim.in rub.de cauſis in prag.Vn
de cum Philip.Macedo ex cuiuſdã Machetæ
dormitabundus cauſam audiſſet, illúmq; con-
demnaſſet,ab eóq; appellaſſe intelligeret,inter
rogauit ad quẽ, cui reſpondit Machetes,ad te
ipſum ô Rex,ſi expergiſcaris:qui poſtquã cau-
ſas iterum audiſſet, iniuriáq; condemnatũ co-
gnouiſſet, iudicatum non reſcindit, ſed pecu-
niam in qua primò Machetes dãnatus fuerat,
ipſe rex perſoluit.vt eſt videre in Apophtheg.
Plutarchi in vita Philip.

54 Et peccaret Princeps,aut Papa,ſi talem ap-
pellationem non admitteret, quia iuſtitiam
denegaret,Cardina.in clemen.paſtoralis,de re
iud.D.Chaſſa.in catalo.glor.mund.in 4.parte
in 24.conſideratione num.103.ſed non eſt con
ſuetum fieri nec poſſet obtineri.vide tamen an
non ſubditus Regi Francię,poſsit ab eo ad Pa
pam ſupplicare per Bald.conſi.217. ego puto,
in 3.vol. & hodie in hoc regno tenetur, quod
ſicut in temporalibus ab Imperatore non ap-
pellatur ad Papam. gloſ.in c.quoniam.10.diſt.
ita nec à Rege Franciæ ad Papam,cum nemi-
nem ſicut Imperator, recognoſcat in tempo-
ralibus ſuperiorem. c. per venerabilem. qui fi-
lij ſint legit. & ideo anno 1417. die 25. Februa-
rij, fuerunt à Senatu declarati rei læſæ Maie-
ſtatis, hi qui ab ordinationibus Regis & eius
reformationibus appellauerant.

55 Itẽ, vidi impetrari alias literas ſupplicatio-
nis ſuper errore in proceſſu adhibito.Vt ſi ille
qui obtinuerat literas à ſuperiore in cauſa ap-
pellationis contra aduerſarium, vt ad præſens
parlamentum citaretur, ſeruiens, ad futurum
aſsignauit,pars impetrare poteſt literas,vt illo,
non obſtante errore procedatur in cauſa. Si
velis formam illarum videre literarum,recur-
ras ad ſtilum magnum,in fol.104.& ſeq.

56 Supplicationes verò curiæ Romanæ ali-
ter ſolent expediri, & primò noua prouiſio
parrochialis eccleſiæ ſic poteſt dictari prout
communiter practicaui.

Beatiſsime pater, aliàs parrochiali eccleſia
de Balhaniſsis Magalon. diœceſis nuper va-
cante per obitum quondam Io.&c. Illius dum
viueret vltimi poſſeſſoris extra curiam Roma.
defuncti, deuotus orator veſter ac clericus d.
diœceſis iſtam ſic vacantem,(ſuarum nomina-
tionum vigore,) intra tempus debitum acce-
ptauit,ac de illa ſibi per loci ordinarium pro-
uideri obtinuit in forma cum proteſtationi-
bus in talibus fieri ſolitis, & conſuetis, poſſeſ-
ſione etiam ſubſequuta. Cum autem, pater
ſan. præfatus orator ex certis cauſis,ad id ani-
mum ſuum monentibus dubitet acceptatio-
nem, & prouiſionem ſibi factas cum inde ſe-
cutis viribus modo ſubſiſtere, dictamque ec-
cleſiam adhuc vt præmittitur vacare. Suppli-
cat igitur ſanct. veſtr. idem orator, quatenus
gratiam ſpecialem ſibi facientes de dicta ec-
cleſia parrochiali cuius fructus,&c.viginti qua
tuor ducatorum auri, de camera ſecundum
(ex eo.an)valorem,non excedunt ſiue vt præ-
mittitur,aut aliàs quouiſmodo,vel ex alterius
cuiuſcunque perſona,ſeu per liberam reſigna-
tionem,præfati Io. vel cuiuſuis alterius de illa
in curia vel extra eam, etiam coram notario
publico & teſtibus ſpontè factam aut per con-
ſtitutionem execrabilis, vel c.de multa,vacet.
etiam ſi deuoluta, affecta ſpecialiter vel gene-
raliter, ex quauis cauſa reſeruata, aut aliàs liti-
gij cuius litis ſtatum &c.exiſtat,eidem orato-
ri per viam nouæ vel ſimplicis prouiſionis, &
in euentu litis, in forma gratiæ ſi neutri, ſi
nulli,aut prout magis oportunum oratori vi-
debitur, prouidere, ſeu prouideri ſecumque
in euentum concurrentiæ, inter eundem ora-
torem & quoſcumque alios quarum gratifica-
tioni locus ſit in præmiſsis, & circa ea aliqua
gratificare ſeu gratificari mandare dignemini,
de gratia ſpeciali. conſtitutionibus & ordina-
tio.apoſtolis cæteriſque in contrarium facien.
non obſtanti. quibuſcunque, cum clauſulis
oportunis.Et cum abſolutione &c.

*Nota egregium pro eccleſia Parrochiali ad Papã ſuppl.c.*

Alias ſupplicationes praxim curiæ Rom.
tangen

tangentes libenter hìc inſeruiſſem,ſed quia eſt materia extranea ab hac, item diutius immorarer,& inſtant vacationes, ob id eas miſſas facio, alias ſupplicationes tangentes lites licet videre in formulari aduocatorum in 2. parte, & glo.& doct.in c.ſi proponente de reſcript.

57 Item, ſi de ſupplicatione facta per ſuperiorem conſtet,quia fuit ſignata manu Papæ nũc defuncti fiat vt petitur, tunc ſucceſſor expedit bullas ſub forma,rationi congruit, & nomine ſuo perinde ſicut fuiſſent confectę ſub nomine prædeceſſoris, & iſtud quotidie practicatur per habentes notitiam praxis Romanę curiæ. huius opinionis etiam fuit Bonifaci.in procemio cle.in §.nunc igitur,col.2.nu.16.

58 Et nota quòd ſi quis moriatur ſignata ſibi ſupplicatione quam ſignaturam vocamus, illud beneficium dicitur vacare per eius mortem.Rauen.in c.cum inter,de elect.fol.66. col. 2.& citat(falſo tamen)Do.de Rota,vide ibi.

59 Adde etiam quòd ſi in ſupplicatione petuntur plura quorum aliqua ſint ſecundum ius,alia contra ius,& ſuperior ſubſignet fiat vt petitur,intelligetur conceſsiſſe ea quæ ſunt ſecũdum ius,no.Corne.conſi.119.circa primum colum.5.litera n. lib.2. & conſil.48. quoniam, colum.2.litera d.lib.3.refert.D.de Ripa.in rub. de reſcrip.nu.17.hodie ſolet obliterare, & radere non concedenda, aliàs omnia videtur concedere, & eo iure vtimur vt dico in regul. Cancella.

60 Item,vide nouem caſus in quibus quis rectè poteſt recurrere ad ſuperiorem, & ſupplicare per Petr.Iacobi in ſua practica rub.de condict. ex lege. quæ oritur ex literarum obligatione in verſic.ſententia vſque ad fi. & cum iitis habes hic materiam ſupplicationis quantum ad authent. quæ ſupplicatio, latius explicatam quàm viderim alibi, ideo eſt not. & Deo gratias agendum.

*De euocatione.*

Quid in euocatione vti poſſemus remiſsionibus,ſed quia pauci quos æquus amauit Iuppiter &c. in hac materia tam frequenti ſcripſerunt. Ideo collegi quaſdam concluſiones vſu venientes quas ſtrictim infrà inſero, & de hoc verbo vide tex.in l.3. C. de procura.l. Proculus.ff.de damno infec.l.1.de fer.l.2.in fi.ad Municip.l.1.C. de tempor. appel.de verb. aduocare vide l.ciues.in fi.C.de incol.lib.10.c. auditis de procurato.l.ſacra.§.1.ff. de rerum diuiſione. vbi argum. accipitur: tu ibi videto Budæum. Euocatio eſt cauſæ pendentis ad principem, vel ad alium ſuperiorẽ legitimè facta reuocatio,c. vt noſtrum de appel.& vocatur à Budæ. in forenſ.traſlatio litium.

61 Prima concluſio,Princeps Chriſtianiſsimus in hoc regno cauſam ſuis coram iudicibus quibuſcunque pendentem poteſt ad ſe euocare,tex.in l.iudicium ſoluitur, ff. de iudic.ca. vt noſtrum de appel. quia ſicut mandare iuriſdictionem vel non mandare eſt in arbitrio ſuo,ita adimere mandatam,l.ſolent.§. ſicut. ff. de offic.proconſ. & ſicut poteſt eos remouere ex cauſa ab officio,ita & cauſam interdicere. c.paſtoralis.§. Itẽ cum totum.de officio deleg. l.que de tota.ff.de rei vendica.

62 Secunda concluſio, non ſolum princeps, ſed quilibet alius ſuperior in eadem ſpecie iuriſdictionis poteſt cauſas coram ſuis iudicibus penden. aduocare. d. l. iudicium ſoluitur. ibi maius imperium habet, & ibi expreſsius probatur quàm alibi in iure ſecundum Ang. ibi. Et idem probatur in d.l.ſolent.§.ſicut.

63 Ideo epiſcopus à ſuo vicario vel officiali cauſam non prohibetur euocare, Imol. in ca. paſtoralis. col.2.de offic. ordina.cum ſit idem conſiſtorium.c.2.de conſuetud.lib.6.Aufre. in deciſ.capel.Tholoſ.quæſt.480. Item &c. epiſcopus euocauit.Iacobi.in tract.de feud.in ver. vicarius.col.1.

64 Idem puto in Archiepiſcopo,comite,Barone,& alio domino qui conſtituit iudices.nam ab illis licitè aduocat,cum eos poſsit deſtituere in totum, ergo & in vna cauſa. d.l. quæ de tota.hoc tenent Bal.Ang.& Iacobi in d.l.iudicium, & D. Boerius in additio. ad Ioannem Montaigne, in tracta. de auctori. ſacri magni concilij,fol.39.Albert.Brunus conſi. 92.nemini in materia feudorum.

65 Tertia concluſio, ſuperior per appellationem, ſed non in eadem ſpecie iuriſdictionis non poteſt cauſam coram iudicibus inferioribus pendentẽ euocare.c. cum ab eccleſiarum. ca. irrefragabili.de offic. ordina. doc.in d.l.iudicium.

66 Vnde infertur quòd legatus de latere non poteſt cauſam coram ordinario inceptam aduocare.c.peruenit,& ibi Dominic, 11. quæſt. 1. glo.in ver.ſi dicat, & ibi doct.in ca. vt debitus. de appel. Specul. in titulo de legato. §. nunc oſtendendum,verſi.quod autem dixi. circa finem.ibi legatus quoque.Panor.in c.1.col.2. de officio lega.

Ratio, quia concurrit in iuriſdictione cum ordinario,& ideo erit locus præuentioni.c.ſi à ſede de præbend.lib.6. etiam per citationem. c.poſtulaſti,& ibi Soci. de Foro competen.l. ſi quis poſtea.ff.de iudic.

67 Item, quando plures iudices actori dantur tribuitur actori optio, authe.habita.C.ne filius pro pat.glo.in l.fi.C.vbi in rem actio, gl.& ibi Panor.in d.c.1.de officio lega.

68 Nec Archiepiſcopus ab epiſcopis ſuæ prouintiæ.cap. Romana de foro competen.lib. 6. c.paſtor.de offic.ordina.& ibi not. Doct. nam ordo confunditur cum ſua iuriſdictio vnicuique non ſeruatur.c.peruenit.11.q.1. D. de Ripa in c.cum M.nu.195.de conſtitu.

69 Præterea nec epiſcopus cauſam ab abbate euocat.c.quanto.c.graue.de offic.ordina.& ibi glo.vl.in verbo relaxes.

70 Minime aduocat ab Archidiacono epiſcopus.c.2.de exceſſ.præla.Bal.in d.l. iudicium.ff. finium regun. vide Hoſtien. in ſumma de offic.Archid.§.quod ſit eius officium.

71 Item epiſcopus à capitulo cognoſcẽte non
72 euocat.c.irrefragabili de offic. ordina. † Minúſque



núſque à plebano aduocat, aut alio prælato non recognoſcente iuriſdictionem ab eo. Archid.& Dominic.in c.de perſona.11.q.1.nec ab aliis inferioribus iuriſdictionẽ ab eodem epiſcopo non recognoſcentibus.Imol.in d. ca.paſtoralis,col.2.de offic.ordina.

Quia ij iuriſdictionem ab eis abdicare non poſſunt ſi tales à capitulo eligantur & confirmentur à ſuperiore:cum eam à lege habeant. c.cum ab eccleſiarum.de offic.ordina.

Item,quia non poteſt tollere, ergo nec inhibere.argum.l.ſi quis in principio.ff. de leg.3. c.nuper de ſenten.excommunica. Peruſ. in c. vt noſtrum, col. 4. de appel. intellige quo ad aduocationem,ſecus quo ad appellationem.

73 Nota etiam quòd parlamentum ab altero non euocat, cum par in parem non habeat imperium.l.nam & magiſtratus. ff.de arb.l.ille à quo.§. tempeſtiuum ad Trebell. & cũ vnum maius imperium altero in ſuo diſtrictu & territorio non habeat. D. Boerius in additio. ad Montaigne in 2.additio.fol.40.

74 Sic nec parlamentum cauſas coram à Balliuis indeciſas, vel Seneſchallis aduocat, ſine literis regis,cum iſta ſint maximi imperij.Ideo rex ſibi reſeruauit,iuxta no.in l. imperium. ff. de iuriſdic.omnium iud. nec eſt ſolitum fieri, ideo bonum eſt argumentum à ſolitis.l.ſi quis donaturus.ff.de vſufruct.l. certi. §. ſi nummos, & ibi Iaſ.ff. ſi cert.petat.hoc tenet expreſſe. D. Boerius in tractatu de præeminentia magni conſilij fol.39.& D.Montaigne fol.60.ſi tamen ab interloquutoria ad Senatum appellatum fuerit,tunc inſtantiam euocat, vt ſuper ea ius reddat, vt ſæpius vidi fieri in hoc egregio Senatu Pariſienſi.

*De generalibus Montiſpeſſulani.*

75 Sic nec parlamentum à generalibus euocat, cum tantam poteſtatem habeant in cauſis eiſdem commiſsis ſicut d.de parlamento,& exẽpti ſunt à parlamentis & cauſæ illorum, vt ſatis patet in ordinatio. generalium & arreſto
76 magni conſilij.Hoc † etiam prohibetur conſiliariis tenẽtib.libellos ſupplicationum, (id eſt vulgò) requeſtas palatij Pariſien. ne euocent, ac de cauſis cognoſcant, ſine literis de cõmittimus à principe emanatis.ordi.reg.Lud.12.ita cauetur primò publicatis.art. 72. Ideo cõmuniter ſolet dici, *Par ces preſentes cõmettons* &c.

77 Item,gubernatoribus prouinciarum ſeu vicegeren. Regis, etiam prohibitum extitit vt eiſdem in ordina.cautum eſt artic.70.

78 De ſtylo tamen parlamentum Delphinale cauſas euocat indeciſas coram ſeneſchallis, balliuis,vel aliis iudicibus eiuſdem reſortus, vt licet videre per Guido. Papæ in deciſio. Delphina.quæſt.440. Vtrum princeps.& in tract. de reſcrip.verſi.princeps.ſed intellige(vt dixi,) quando ab interloquutoria appellatur, & alia parlamenta idem ſeruant.

79 Sic nec balliuus cauſam euocat à prępoſito, cum inter eos ſit locus præuentioni. Item,nec ſeneſchallus ab ordinario loci, nec guberna tor Montiſpeſſulani à Baiulo, hoc tenere videtur Io.Fab.inſti.de Attilia.tuto.colum. 2. & ſeq.verſic.ſed an ſuperior, vbi dicit Seneſchallum non poſſe dare tutorem in terra Baronis ſibi ſubiecti, ſi ille Baro habebat iuriſdictionem ordinariam, ſic nec poteſt facere expleta in terra Baronis,niſi in caſu reſortus.Apud Pictones Seneſcallus cauſas pendentes in parua aſsiſia euocat ad ſuam magnam aſsiſiam,ante litis conteſtationem, ex cauſa legitima, vt traditur in conſuetu. Picta. rubr. *de la diſtinction des iuriſdictions*, art.6.ſed propriè non eſt euocatio,vt dixi ſupra.

80 Idem dico in domino directo,Bald.in l.1. q. 43.ff.de rer.diuiſi.nec poteſtas Bononiæ à poteſtate artis lanę euocat.Ang.& alij in d.l.iudicum ſoluitur.

Concludendo dico,tunc ſuperiorem poſſe euocare cauſam ab inferiore quando idem inferior habet iuriſdictionem ab eo, aliàs ſecus. Bal.in l.1.in fin.Cod. quomodo & quando iudex.c. 1. colum.3. de allod. Idem tenet Calca. conſil.8.in cauſa.colum. 10. & conſil. 16.num. 90.doct.in d.ca.vt noſtrum. de appella. Franciſqui.Curtius conſil.2.cuius eſt initium,Vaſſalus, vbi ponit an poſsit fieri euocatio à Seneſchallo vel alia curia inferiore, etiam ſi non ſit mediata.

81 Poterit tamen ſuperior per appellationem præcipere inferiori vt intra certum tempus cauſam decidat & determinet.c. irrefragabili, de offic.ordina.Bal.in d.l.1.in fin.& d.cap.1.de allod.Iacob.in tract.de feud.in verbo vicariúſque perpetuus. Nos tamen communiter in Francia habemus recurſum ad cancellariam, & impetramus literas ſecundum caſus exigentiam, vt ſæpius vidi. Quarta concluſio ex cauſa publica. Poteſt iſta euocatio per principem fieri,aliàs non,vel ſine magna cauſa. text. ſolennis in authen.qua in prouincia.verſiculo excipitur. & ibi not. Guillelmus de Cug. & Paulus.C.vbi de crimi. agi opor. ſed non impono legem principi, quia quando vult hoc poteſt de honeſtate, non ſine cauſa.ca.pen. de iura cal. vbi Panormit. Vnde ſi parlamentum grauauerit aliquem in duobus arreſtis interloquutoriis,poterit princeps principalem cauſam euocare,quia veriſimile eſt,quòd in principali grauabunt,poſtquam non exhibuerunt in incidentibus. facit l. non diſtinguemus. §. cum quidam.ff.de arbitris.iuxta glo.ſi bene iudicatum.c.vt debitus. de appella.Debent ergo ſupremæ curiæ in hoc aduertere.Sic conceſsit Cancellarius D.Poyetus viſo illo text.vt mihi fuit relatum, quod eſt valde notandum. facit c.1.de dila.

82 Quinta concluſio. Poteſt altera pars ſine conſenſu alterius, & ea non vocata euocationem impetrare.c.cæterum, & ibi Imol. de reſcrip.Fel.in c.cum olim.de re iudica.colum. 5. vbi plene.Quia in hoc regno non eſt conſuetum vt in impetratione reſcriptorum & literarum regiarum requiratur citatio partis, & pro hoc facit l.obſeruandum.ff. de iudic.l. nam ita Diuus.ff.de adopt.doct.in c.1.de iureiur. Spec. in tit.de lapſis & diſpenſatio.§.qualiter autem. verſic.

verſic. quibus autem in fi. Siue reſcriptum ſit præiudiciale,ſiue non. l.quoties. C. de precib. imperato.offeren.l.2.§.ſi quis à principe.ff. ne quid in loco publico.licet contrarium tenuerit(& malè)Barba.conſil.43.præclarè,col.18. in 1.vol.& Decius in c.cęterum,col.vlt.de reſcrip. Soci.in rub.ff.de liber.& poſthu.col.3.

83 In verificatione & interinatione tamen literarum Regiarum ſolet pars citari ad verificandum illam clauſulam ſi preces veritate nitantur.l.fin.Cod.ſi contra ius.c.2.de reſcript.

84 Ideo in literis communiter apponitur illa clauſula vocatis vocandis ſi vobis conſtiterit &c.de qua clauſula eſt tex.in c.exhibita de iudic.Ponit Egid.de Bella mera deciſi.85. ſi executor,Decius conſil. 173. viſo proceſſu.conſil. 233.viſo tenore,& conſil.275.viſo tenore.

85 Sexta concluſio,princeps vel alius cauſam euocans acta ante euocationem facta non reuocat,imo valebunt, Innoc.in c. intimaſti.de appel.Albe.Bal.& alij in d.l.iudicium, colum. 1.Bal.in l.ſolent.§.ſicut. ff. de offic. proconſul. idem dicemus quando cauſa ad ſuum remittitur iudicem pro tex.in l.cum antea in fin.C. de arb.l.iubemus.de liber.cauſa.Barba. in cap. cauſam quæ de teſtib.

Vnde ille cui committitur cauſa poſt aduocationem cognoſcet ab illo tempore quo vltima acta fuerunt conſcripta à iudice euocato. Ideo vidi in literis euocationis deſcribi hæc verba,*Nous pour les cauſes deſſus dictes,icelle cauſe & proces en l'eſtat qu'elle eſt, auons euocqué & euocquons par ces preſentes par deuant vous &c. laquelle nous vous commettons par ceſdictes preſentes,pour d'icelle cognoiſtre,appoincter,& determiner,& y faire proceder leſdictes parties preſentes ou appellees, ou procureur ſelon les derniers actes & appoinctemens d'icelle cauſe &c.* Ecce ergo quomodo princeps in ſuis literis hoc mandat. Iacobi.in l. ſi longius. colum. 2. ff. de iudic.

86 Septima concluſio, aduocatio ante ſententiam regulariter fit,& in illo ſtatu in quo inuenitur cauſa deciditur.Alberi. in d.l. iudicium, ideo in literis exprimi ſolet,vt ſtatim dixi, *en l'eſtat qu'elle &c.* Octaua concluſio, acta facta corã primo iudice faciunt fidem coram iudice euocante,Bal.& Felin.in c.cauſam quæ in 1.de teſtib.aliàs fruſtra deferentur ad iudicem euocantem.vt in ſeq.concluſ.patet.

87 Nona concluſio, acta facta coram iudice euocato debent deferri ad euocantem expenſis procurantis euocationem,ſiue fuerit originarius actor,ſiue non,ſiue fuerint literæ motu proprio,ſiue ad partis inſtantiam.Guido Papę in deciſio.Delphinali.quęſt.440.Vtrum princeps.& hoc ſolet princeps mandare in fine literarum,& tunc illud eſt ſequendum,quia aliquando princeps concedit parte inſtigante literas euocationis,& tamen apponit clauſulam motus proprij,vt ſæpius vidi practicari, & tũc ſerua quod dixi & vide in concorda.in forma. manda.in glo.

88 Decima concluſio,quicquid attentatur per inferiorem poſt cauſæ aduocationem,eſt ipſo iure nullum.c.eccleſia,in 2. vt lite pendente.c. vt noſtrum,de appella.c.ſi duobus. ibi cognouerit,illo titulo.de offic.lega.c.licet.

Quia non debet eſſe tam audax inferior, vt poſt euocationem ſe intromittat, vt ibi dicitur.Et no.D.Chaſſa.in conſuetu.Burgun. in rub. *des iuſtices & droictz d'icelles.* nu.98. & in §.5.in glo.*s'il n'a grace*,nu.194.in additio.& nouiſsime in Catalogo gloriæ mundi in 5.parte. 24.conſideratione.nu.92.

89 Amplia etiam ſi ille ignorauerit aduocationem factam.cap.1.§. adiiciebatur de conceſsio. præb.& ibi glo.in verb.depoſitionis,& ad hoc eum ponderant Dominic.& Philip.ibi.

Quod eſt ſane intelligendum quando euocatio fuiſſet facta motu proprio, quia poſtquã conſtat de ſuperioris auctoritate,non eſt opus præſentationem expectare partis. Innocen. in c.cum contingat.col.1. de reſcriptis. Panor. in c.audita de reſtitu.ſpolia.Dominic. Gemini.in conſilio 47.ſupplicatur Papæ, & ita debet intelligi opinio Petri de Bella pertica, in l.mandatum.C.manda.

90 Et hæc euocatio regulariter fit motu proprio quando agitur de archiepiſcopatu, epiſcopatu,aut abbatia,vel de cauſa curialium, & ſolent committi magno conſilio,vt not.Ioan. Montaigne in tractatu de auctoritate magni conſilij in 4. argum. promiſcuè.fol. 6. & aliàs quando Rex vult. Nam ſicut per mortem delegantis reuocatur iuriſdictio delegati, etiam ignorantis mortem l.eius qui.ff.ſi cert.petatur. Bar.& alij in l.more,& l.& quia.in fin.ff. de iuriſdit.omnium iudi.glo.& doct.in ca. cum veniſſent de teſtib.cap.fin.§.officium.de offic.deleg.lib.6.

Fortius ergo per euocationem expreſſam ſic motu proprio factam.Panorm.Imol.& alij in c.cæterum.de reſcrip.Peru.in c. vt noſtrum de appella. dicens hanc eſſe communem opinionem quam tenet,& Corne.conſi.62.primo aggrediendo.litera f.vol.1. Aufre. in deciſi. capel. Thol.q.480.iam allegata.

Contrarium tamen tenet Feli.& Dec. in c. cæterum colum.3.dicens ſe non inueniſſe hũc effectum motus proprij, & iſta opinio ſeruatur communiter in Francia vt intimatio euocationis factæ requiratur,& infra dicam, & geſta non annullantur nec ſunt nulla ante intimationem euocationis,quod eſt notandum.

91 Si verò ad partis ſupplicationem & petitionem fuerit conceſſa, tunc non erit nullum ante intimationem & literarum præſentationem.c.audita,& ad hoc notant Doc. tex. ibi receptionem de reſti.ſpol. ca. vt debitus.de appel.Archidiac.in cap.is qui.de procur.lib.6. Bal.in l.mandatum.colum.pen.verſic.& nota. C.manda.in ca.gratum.ibi certus. de offic.deleg.Præpoſi.in c.ſuper eo.in 2.vlt.no. de appel. cap.2.ibi innotuerit.de offic.deleg.c.ſi duobus de appel.ibi cognouerit.Bal.in l.1. Cod. vt lite pendente.Decius conſil. 295. in cauſa.colum. 2.facit text. ſing. in l.ſi fortè.ff.de offic. præſid. ſecundum



ſecundum Roma.ſing.57.fuit quæſtio.& ſing. 566.quod lex ſi fortè. Iaſ.in l.more.num.8.ff.de iuriſdict.omn.iud. Calder.conſil.4. de offic.deleg. gloſſ. in l.tribunus. ff.de teſta.milit. Ratio, quia gratia conceſſa parti petenti habet tacitam conditionem ſi pars vti voluerit.l.2. C. de iure emphy. cap. ſi autem. & cap. plerumque. de reſcript.

92 Item,quia non eſt veriſimile principem velle afficere ignorantes. cap. 1. & ibi Innocen.de conceſſ.præbend.lib.6. l.qui abſenti ſeruo.ff.de acquir.poſſeſ.

Vlterius non tenebatur iudex qui de cauſa cognoſcebat diuinare.cap. vno.vt eccleſiaſt.benefic.l.ſi putator.ff.ad l.Aquil.

Item, quia interim eſt in poſſeſsione ante præſentationem, ergo valebit, & ob communem errorem. l. Barbarius. ff. de offic. præto. Bald.in l.Falſus.colum.7.verſicul. nunc videndum.C.de furt.

93 Limita niſi in literis euocationis ſit clauſula irritans appoſita.d.cap.1.de conceſ.præbend. doct.in dict.c.vt noſtrum.& d.c.cæterum.quia natura iſtius clauſulæ eſt etiam afficere ignorantes.c.ſi eo tempore.de elect.lib.6.c. dudum. & c.pen. de pręb.lib.6.glo.in §. ſtatuit.in verb. cenſeatur.de colla.in prag.ſanct. Alexan.conſi. 90.omiſsis in 7.volum. Socin. conſi.112.quòd colla.in 3.lib.Bal.in l.falſus.colum.7. C.de fur. Præpo. in d.c.ſuper eo. 2. Dec.dict.c.cęterum. colum. 4.Siue d.literæ præceſſerint motu proprio ſiue non, ſiue iuſte, ſiue cum cauſa vel ſine.Panor.& Feli.in d.c.cęterum.& in c.audita. de reſtit.ſpol.

Et intellige quando clauſula decreti eſt appoſita non ſubintelligitur conditio ſi pars vti voluerit, ſicut nec in reſcripto motu proprio, Felin.(licet relinquat cogitandum)in d.c.cæterum.nu.19. dic tamen, vt dixi ſuprà verſi.contrarium &c.& per Deci.col.4. in d.c. cæterum. verſi. ſecundo principaliter. vt ante intimationem non liget.

*Quãdo dicatur haberi notitia.*

94 Vndecima concluſio, parlamentum à quo euocatur cauſa, vel alius, ante receptionem,& præſentationem literarum non dicitur habere notitiam aduocationis,& niſi pars opponat,licet aliunde ſciuerint eſſe iam emanatas euocationis literas.text.in d.c.audita.in verb.receptionem, vbi ad hoc ponderant eum docto.

Et ideo non erit nullum quòd fuerit per eos factum ante literarum intimationem, & præſentationem vt ſuprà probaui, facit c.ſi pluribus.de præben.lib.6.

95 Limita,niſi eſſemus in materia non habente tacitam conditionem ſi vti voluerit vt ſupra dixi. quia tunc ſufficiet quæcunq; notitia cum etiam ligaretur ſine ſcientia. Io. And.in c.cum qui,de reg.iur.lib.6. Cardi.& alij in d.c.cæterũ.

Præſumitur tamen ſemper ignorantia ante literarum præſentationem.l.verius.ff.de proba. regula præſumitur,de reg.iur.lib.6. Cald.conſilio 4.An ſi Papa.de offic.leg.

96 Imo etiam non ſufficeret quòd vtraque pars ſciret, ſed oporteret quòd ſit nota iudici à quo. arg. l. hæc autem. §. non defendit. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. Facit quòd pulchre notat Bartol. in l.multum. ff. de condit.& demonſt. Card.in cle.quia contingit.in 3.oppoſ.de relig. domib. poteſt enim aliquid eſſe notorium, & tamen non conſtabit iudici.cap. de manifeſta. 2.quæſt.1.c.ſi duobus de appel. Facit etiã quod conſuluit Paul. conſil.321. viſis actis.in fin.in 1. vol. quòd poteſt eſſe aliquid notorium, & tamen non conſtabit iudici, & tunc requiritur probatio, vt fiat notorium iudici, cui non erat not.Dec.conſi.295.in cauſa.col.2.in 2.dub.

97 Vndecima cõcluſio. princeps cauſas in quibuſcunq; parlamentis Franciæ pendentes cum cauſa,vel ſine,euocare poteſt,argum.d.l.ſolent. §.ſicut iam allega. Alberic.& Iacob.in d.l.iudicium ſoluitur, & in tract. de feud.in verb.vicarius.colum. 1. & de Rege Franciæ quòd poſsit euocare cauſam pendentem in parlamento Pariſ.conſuluit.Iaſ.conſil.144.circa primum.in 1.quæſt.vol.2.ſuper quo nunquam dubitaui.

98 Quia vani capitis eſt exiſtimare ſuperiorem non poſſe præcipere ſine cauſæ cognitione, & euocare ſine cauſæ cognitione.Innoc.in cap.ad aures.de temp.ordi.per tex.in c.quia frater.7.quæſt.1.Barba.in cap. ſi quando.col.2.per illum tex.de reſcript. licet conſiliarij hoc reſpiciant oculo toruo ſicut baſtardi, text. in cap.ſi gens Anglorum.56.diſtin.

99 Et per hoc dixi non valere arreſtum quo cauebatur nullum impetrare debere euocationem, niſi primò cauſas curiæ præſentauerit, & curia admiſerit,quod ſi aliter euocationem impetrauerit decernebat non valere, & partem impetrantem mulctari, liquidò patet eſſe iuri principis derogatorium nec inferior poteſt ſuperiorem ligare,cle.ne Romani. de elect.& qui impediret ſubditos,ne ad principem irent, crimine læſæ maieſtatis irretiretur.Lucas de Penna. in l.vna.colum.1.cum ſequ. C. vt nemo ad ſuum patroci.ſuſcipiat.Et iudices ſeculares vel alij impedientes clericos ad forum eccleſiaſticum accedere,vel literas ab eo impetrare, ſunt excommunicati.cap.quoniam.de immuni. eccleſiarum. lib.6. vt in Bulla Cœnæ Dom. fuſius deſcribitur. & votum, ſeu iuramentum de non petendo diſpenſationem vel de impetrata non vtendo non valet,quia ius ſuperioris ſemper cenſetur exceptum. c.venientes.de iureiur. Feli.in c.cæterum.de reſcript. & hoc dixi apud Bituriges, vbi eſt ſimile ſtatutum quod præbent iurandi licentiatis.

100 Ideo non obſtante arreſto literas euocationis, aut aliàs à principe emanatas debent reuerenter recipere, & benigne exequi, licet quandoque poſsit inferior ſuperſedere. d. c.ſi quando de reſcript.

Intellige tamen prædicta in principe, inferior verò non poſſet cauſam coram ordinario pendẽtem euocare ſine cauſa.l.pen.C.de peda. iudic.& ibi Anchora noſtrę vniuerſitatis & iuris illuminator, D. Saluator Ferdinandus latè examinauit. Guliel. de Cuneo.& Iacob.in d.l. iudicium ſoluitur.

*Saluatoris Ferdinandi commendatio.*

101 Sic dicitur in Papa qui poteſt commendas remouere libere & ſine cauſa, quia poſtquam priuare aliquem titulo beneficij etiam inuitum poteſt, vt not. in cap. omnes. & ſeq. 7. q. 1. fortius commendam reuocare poteſt, Domi. conſi. 8. quidam cardinalis. col. 3. glo. in c. qui plures. 21. q. 1. nec dabitur commendatario interdictum reintegrandæ poſſeſsionis. Panor. & Feli. in c. ſi
102 conſtiterit. col. 2. de accuſ. ſed † epiſcopus vel alius inferior à Papa nõ poteſt ſine cauſa reuocare d. commẽdam. gl. in c. nemo. de elect. lib. 6.

103 Notandum eſt tamen in practica quòd ſi quiſpiam velit euocari cauſam ſuam, primò oportet dare ſupplicationem, magiſtris libellorum & exprimere in ea cauſam ob quã vult literas euocationis, ſecũdò oportet quòd ſummariè probet illam cauſam allegatam, aliàs melius faceret ſi ſe ſumptibus inanibus non vexaret, cum obtinere ſpem non laboret. l. 1. ff. de inoffi. teſta. tertiò probata cauſa conceduntur literæ, & in eis cauſæ exprimuntur. quartò præſentantur, ita obſeruatur communiter in literis euocationis ad petitionẽ partis conceſsis.

104 Quæ cauſæ poſsint allegari vidi communiter ſi quis litiget contra præſidentem poteſt illam cauſam adducere, quia vbi caput eſt ſuſpectum poteſt totum conſilium recuſari. cap. quod ſuſpecti. 3. q. 5. Bald. in l. 1. col. 1. C. ſi rect. prouinciæ. c. inſinuante. de offic. deleg. Feli. in c. cauſam quæ. col. 1. de officio deleg. Alex. conſil. 40. perſpectis. col. 2. in 2. vol. & Dec. conſil. 151. col. 9. à fortiori quando omnes præſidentes. arg. cap. fin. de procur. vide tamen moder. in cap. 1. de iudic.

105 Item, ſi recuſaret conſiliarios propter cauſam vnius pendentem in illo parlamento vbi eſt conſiliarius, & non remanerent in numero ſufficienti ad ferendum arreſtum, hoc vult Dominus meus, & conciuis in addi. ad Montaigne folio 39. & omnis alia cauſa eſt ſufficiens quando admittitur per principem de poteſtate ſumma ſine cauſa, ergo & cum leui. regula cui licet. de reg. iur. lib. 6. præterea ſi agatur de hæreditate, in qua ſunt bona partim in reſſortu Tholoſano, partim in Pariſienſi, cauſa poteſt euocari, vt vidi pro Domino de L'eſtrãge.

106 Item, ſi ſit diſcordia inter duo parlamenta, vtrum illorum de cauſa debeat cognoſcere, quia agitur de limitibus, euocatur cauſa ad magnum conſilium quod ſummariè cognoſcet ad quod horum pertineat huius cauſæ cognitio, & poſtea remittit, hoc habetur in ordinat. Reg. poſitis in ſtylo parlamenti in rub. *des appellations*, ordina. antepenul.

Et hoc fit ne diuerſa ſequantur arreſta cum vnum alteri non vult cedere, iuxta text. in cap. paſtoralis. de reſcript. quia fortè quilibet vellet trahere aquam ad ſuum molendinum, vt ſpecies augerentur.

107 Item, vidi ſeruari quòd quãdo ob recuſationes & ſuſpitiones cauſa euocatur ab vno parlamento, quòd princeps ſolet proximo parlamento committere ne partes laboribus & expen. grauioribus vexẽtur. c. diſpẽdia. de reſcrip. lib. 6. extat ordinatio (non recolo vbinam vidi.) vt not. de monte Lauduno in cap. 2. de præbend. lib. 6.

108 Decimatertia concluſio, ab euocatione facta ſine cauſa vel cum cauſa, non poteſt appellari, Bald. conſi. 111. proceſſus. in 5. vol. quia eſt meræ voluntatis principis & arbitrij, ideo non debet admitti, vt ſuprà dixi de ſupplicatione.

*Status cauſæ in euocatione exprimatur.*

109 Decimaquarta concluſio, non valet euocatio quando proceſſus & ſtatus cauſæ ſeu litis pendentia in ea non narrantur, imo tanquam ſubrepticia eſt repellenda. c. inter. de re iud. c. vt debitus. de appel. & ibi notat. c. ſuper eo. de cohabi. cler. docto. in c. cæterum. & c. ſuper literis. de reſcrip. Bal. in l. 1. in fi. de relatio. Barba. conſi. 9. preclarè. col. 1. in 2. vol. Fel. in d. c. ſuper literis. col. 7. verſic. ſexta regula. Io. Lupus in repeti. c. per veſtras. in 4. not. de dona. inter vir. & vxo. quia cum hæc euocatio ſit odioſa, ergo reſtringenda. l. cum quidam. ff. de lib. & poſth. regula odia. de reg. iur. lib. 6. vide Bal. conſi. pe. in 5. vol.

Item, contra l. de qua re. ff. de iudic. Innoc. in c. ex literis. de offic. deleg.

Item, quia princeps non videtur velle præiudicare proceſſui agitato ignoranter inter partes, Bald. in l. falſus. colum. 7. verſ. nunc videndum. C. de fur.

Item, cedit in contumeliam illius qui iam cepit cognoſcere de cauſa, vt ab eo auferatur cognitio. l. litigatores. ff. de arbit.

Item, præſumitur quòd ſi pars impetrans ſtatum cauſæ & alia expreſsiſſet literas euocationis non obtinuiſſet, vel non ita de leui. tex. ſing. in c. poſtulaſti. de reſcript.

110 Et tunc dicitur expreſſa mentio quando ſubſtantialis tenor proceſſus, perſonæ iudicum, & perſonæ aduerſariorum, ſi plures ſint, ac res de qua erat controuerſia expreſſæ ſunt. l. fin. C. de precib. impera. offer. docto. in d. c. ſuper literis. nec poteſt certa dari doctrina qualis mentio alia fieri debeat, ſed arbitrentur illi quibus committitur vt d. euocationem expediãt, quod hodie quandoque non ſeruatur in euocatione facienda à parlamento, ſecus ſi coram alio penderet proceſſus, & per literas cancellariæ aliquid vellet agere, nam illa quæ ſuprà dixi ſunt ſeruanda, & nota.

111 Decimaquinta concluſio, princeps non euocat niſi expreſsè ſit appoſitum verbum euocamus, ſed concedendo alias literas videtur procedere ſecundum naturam negotij, vt ſi concedat literas in cauſa appellationis, videtur cõcedere ſecundũ naturã appellationis, doc. in d. c. vt noſtrum. de appel. & Archid. in c. induciæ. §. ei autẽ. 3. q. 3. ſicut dicitur de reſeruatione.

Ideo vidi ſemper poni in literis, *Nous pour les cauſes deſſuſdictes, icelle cauſe auons euocquee, & euocquons de grace ſpeciale*, in qua ſecundum vnum intellectum requiritur verbum reſeruamus. Io. And. in c. inter dilectos. col. fi. de exceſſ. præla. Domi. in conſil. 136. ſuper 1.

112 Hæc tamen clauſula vlt. non eſt neceſſaria nec alia clauſula de plenitudine poteſtatis, cum poſsit iure communi fieri. dict. l. ſolent, & dict. l. iudicium ſoluitur. hoc teſtatur D. & conciuis mens in dict. tractatu de præeminentia magni conſilij, folio 39. ſed eſt conſueta opponi, ideo non omittenda propter conſuetudinem iuxta gloſſ. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de conditio. inſtit.



113 Notandum eſt tamen quòd ſi in ſupplicatione pars peteret euocari cauſam, & poſtea Papa aut princeps ſignat illam ſupplicationem, audiat talis & citet vt petitur, videtur ſe referre ad formam petitionis, & ſic videtur euocare, ſed in literis debet exprimi illud verbum euocamus, de hoc eſt tex. in cap. inter dilectos. de fide inſtru. circa finem. Domi. in conſilio 47. ſupplicatur Papæ. ſequitur Paul. conſilio 253. ad confirmationem in 1. vol. Dec. conſilio 137. & diligenter. colum. 3. verſicul. tertio principaliter.

*Duplex euocatio expreſſa & tacita.*

114 Decimaſexta concluſio, duplex eſt euocatio expreſſa, videlicet, & tacita, expreſſa quãdo in literis expreſsè exprimitur euocamus, de qua ſupra locutus fui. Tacita quæ fit eo ipſo quòd princeps incipit cognoſcere de cauſa, nam tacitè videtur ab aliis euocare. Innoc. & alij in c. cum M. circa fin. de conſtitut. & hanc vocant Docto. indirectam, expreſſam verò directam. Suadetur, quia ſicut verbo intelligitur voluntas. l. Labeo. ff. de ſupel. legat. Ita & facto. l. de quibus. in fin. ff. de legib. l. Paulus. ff. rem ratam haberi.

Decimaſeptima cõcluſio, quando princeps dat iudices, videtur euocare ad ſe cauſam, & ipſi poſtea dati vice principis funguntur, & idem poſſunt quod princeps. Bald. in cap. ſtuduiſti. col. 2. de offi. legati.

Decimaoctaua concluſio, quòd licet proceſſus euocatus fuerit ad ius, ſeu ad ſententiam audiendam concluſus, vel ad arreſtum audiendum, tamen iudices, ad quos cauſa euocatur, nouam dare debent dilationem. per l. edictum. ff. de iudic. Boeri. in repe. l. conſentaneum. folio 13. in additio. C. quomodo & quando iud.

Decimanona cõcluſio, quòd licet per præuentionem firmetur, & perpetuetur iuriſdictio. l. ſi quis poſtea. ff. de iudic. c. propoſuiſti. & ibi Socin. de for. competen. tamen quando alter ab altero habet iuriſdictionem, non dicitur effectualis præuentio, quominus ſuperior poſsit prohibere. dict. l. iudicium ſoluitur. Ideo requiritur, quòd iuriſdictio ſpectet ad duos inſolidũ, & principaliter, (vt dixi) in ſtylo Bituri. rub. de excep. art. 10. glo. 1. præuention.

Idem, ſi princeps delegat cauſam alicui, nam videtur tacitè adimere à primo, & aduocare tacitè. cap. cæterum. & ibi Doct. de reſcript. cap. paſtoralis. & c. cum contingat. illo tit.

Imò per illa verba poſita in ſupplicatione audiat talis, cenſetur tacitè reuocata à primo. D. de Rota deciſ. 67. ſi petatur. in not. ſed plus operatur expreſſa quàm tacita, vt infrà dicam, ponendo differentias inter appellationem & euocationem.

*Multæ inter euocationem, & appellationem differentiæ.*

115 Vltima concluſio, notandæ ſunt differentiæ inter appellationem & euocationem. Primò quia euocatio tam motu proprio quàm ad petitionem partis fieri poteſt. Aufrer. in ſuis deciſ. q. 480. & ſupra dixi. in 9. concluſio. Appellatio verò ad partis tantum petitionem, nam oportet quòd verbo appellet. l. litigatoribus. C. de appel. l. 2. & ſeq. ff. eod. vel in ſcriptis. c. 1. de appella. lib. 6.

Nec obſtat l. non tantum. ff. de appel. quia ibi ad tertij petitionem fit, ſed non motu proprio, ideo cum agatur de fauore condemnati, videtur ipſe appellare, quia qui per alium, &c. l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma. & ſic ad petitionem fit videlicet tertij.

116 Secunda differentia, quia euocationis literę nõ ſolent dari niſi per Regẽ, cum ſint meri imperij maximi, arg. not. in l. imperiũ. ff. de iuriſd. omnium iudic. & etiam cum ſint odioſæ. Sed vidi cõcedi appellationis literas per parlamentum, & hoc cancellaria recuſante ſic, *Les gens tenans le parlement, &c.* quia cum appellatio ſapiat defenſionem, Docto. in rubric. de appella. ideo eſt fauorabilis argum. not. in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iur. & etiam quilibet iudex & magiſtratus concedit literas appellationis, etiam baiulus in Montepeſſulano quando appellatur ad eum à iudice vindemiarum in cauſa magna, ſecus in leui, ſi excedat vigintiquinque ſolidos ex ſtylo.

117 Tertia differentia eſt, quia euocatio totam cauſam deuoluit ad ſuperiorem. Archid. in c. curæ. 11. q. 3. & ibi Domi. Appellatio verò ab interlocutoria nõ deuoluit niſi illum articulum ſuper quo eſt appellatum. Ideo cauſa ſolet remitti ad iudicem à quo, ſi male fuerit appellatum. c. vt debitus. de appel. c. Roma. §. fi. illo tit. lib. 6. & c. cum appellationibus.

Quarta differentia, quia euocatur cauſa lite pendente. c. eccleſia. in ſecundo, vt lite pendente. Appellatur ea finita aut ſaltem aliquo articulo vel comminatione facta. c. 1. & c. cum ceſſante, & per totum de appel.

118 Quinta differentia, nam quando appellatio eſt deſerta, iuriſdictio redit ad iudicem à quo eſt appellatum. c. cum ſit Romana de appel. cle. ſicut. eo. tit. no. doc. per illum tex. in l. quoniam. in prima. C. illo tit. & hoc declaratione deſertionis per iudicem ad quem facta, vt dixi in ſtylo curiæ laicæ Bituricen. in tit. *Des adiournemens*, art. 32. & ſeq.

Idem, quando eſt renunciatum appellationi. c. gratum. de offic. deleg. & ibi no. c. interpoſita. de appella. l. ſi quis libellos. C. de appel. dixi latè in d. ſtylo curiæ Bituricen. ar. 22. rub. *Des cauſes d'appel.*

Secus in euocatione ſemel facta & intimata, nam licet deſerta ſit per partes, nunquam redit ad illum à quo euocata ſine remiſsione principis, vel magni conſilij. Henric. Bohic. in d. c. vt noſtrum de appel.

Ideo ſi cauſa committitur decidenda alicui & ille moritur, non reddit ad ordinarium nec amplius de eadem cognoſcit, text. ſingul. ſecundum Bald. ibi colum. 3. in l. ſi vt propoſuis.



BIBLIOTECA UNIVERSIT...

in prima. C. quomodo & quando iudex.cap. paſtoralis.§.1.de offic.ordina.doct.in c.inter dilectos.de exceſsib.præla.Panor.conſil.6.in quęſtione.col.2.& in 2.vol.Petr.de Anch.in conſi. 58. circumſcriptis, Roma.conſil.335. circa primum.col.2.& Dec.conſi.137. & diligēter.col.2.

Idem,ſi proferat ſententiam nullam, Bal.in dict.tit.de allo.in 3.col.c.paſtoralis.§.fin. de offi. ordina.Do.de Ripa,in d.c.cum M.circa.fin.

Quod intelligo quando res non eſſet integra, quia iam cępiſſet cognoſcere ille cui committitur. Salicet.in dict.l.ſi vt proponis. Philip. Peruſ. in dict. c. vt noſtrum in fin. ſi verò non incepiſſet cognoſcere ne detur occaſio malignandi, & fruſtrandi ei qui delegationem impetrauit,æquum & iuridicum extat,vt ordinarius poſsit cognoſcere.l.fi.§.illud.C.de tempo. appel.& Salic.in d.l.ſi vt proponis.

Idem,ſi Papa dat executorem ad prouidendum de beneficio, vel ei prouidet, videtur adimere facultatem ordinario ne conferat, etſi executor male prouideat, ad Papam deuoluitur collatio. c.ſi capitulo.& in c.ſi ſoli. de conceſsio.præben. lib.6. & ibi not. Petr.de Ancha. conſi.58.circumſcriptis, & Roma.conſi.335.circa primum.col.2.verſic.cæterum.

Idem, ſi Papa conſtituit aliquem vicarium in epiſcopatu Magalonen.vel alio. Nam videtur prohibere epiſcopo ne illum remoueat, & alium deputat,Anto.de Butr.in c.nouit. de iudic.citat.Do.de d.c.cum M.de conſtit.

Sextò,attentata poſt euocationem reuocantur.d.c.eccleſia.vt lite penden.Hoſtien.in ſum. de cler.peregrinan. §.& quo priuilegio. verſic. ergo hæc tria.c.licet. de offic. delega. Bohic.in d. c. vt noſtrum. Sed in appellatione ab interlocutoria non niſi veram & iuſtam cauſam appellationis eſſe conſtiterit.cap.non ſolum.de appel.lib.6.

119 Septimò differentia eſt, quia expreſſa facta euocatione non poteſt is à quo cauſa eſt euocata de ea cognoſcere, etiam quo ad tertium Inno.in d.c.cum M.in fi. & ibi eum ſequuntur alij, & docto.in dict.cap.noſtrum.In euocatione tamen tacita,quam ſuprà notaui, poteſt cognoſcere is à quo eſt euocata quo ad tertium. cap. Romana. §. in alium. de appellat.lib.6.Et ibi docto.ſequuntur.& Peruſ.in dicto capitulo vt noſtrum.

Item, in expreſſa non valet proceſſus poſt, etiam ſi pars non oppoſuerit, ſecus in tacita. Imol.& alij in c.cæterum. Iacobin. in d.l.iudicium. quod eſt intelligendum,vt ſupra dixi in 9.concluſione.

Item, tacita non annullat proceſſum factum per iudicem ignarum euocationis Gemi. conſilio 47.de Ripa. in dict. cap. cum M. ſecus in expreſſa, vt ſuprà dixi concluſione 9. Et hæ ſunt differentiæ inter expreſſam & tacitam. Sed in appellatione non prohibetur iudex à quo cognoſcere quo ad tertium, quia quo ad illum non cenſetur appellatum nec eidem inhibitum.dict.§.in alium.Panormit.in cap.cum teneamur.colum.2.de appella. Felin. in cap.qualiter.in primo. colum.7. de accuſat. & latius infra dicam.

Octauò differētia eſt,quia appellatio friuola non deuoluit ſi ei non deferatur.c.cū appellationibus. de appel.lib.6. Licet omni appellationi in hoc regno deferatur,gloſſ.in pragmat. ſanct. in titul. de friuo.appella. in verb. iniuſtè. Quod ſecus eſt in euocatione etiam ſine cauſa, quæ ſtatim deuoluit. c.peruenit.in 2.de appella.vbi not. Ideo hæc magis ſuſpendit quàm altera, quia altera in iure conſiſtit, id eſt non valet niſi fuerit iuſta, hæc verò in facto, id eſt, an princeps eam admittat tex.& ibi not. doct. in d.c.vt noſtrum.

Item, quia euocatio habet voluntatem ſuperioris inhibentis inferiori ne amplius de cauſa cognoſcat, vt notat Decius in dict. cap.vt noſtrum.

Nonò, quando cauſa euocatur ab aliquo poteſt ad eum remitti, & ſolet hoc fieri quando agitur de contentione iuriſdictionis circa limites territoriorum, & reſortuum, vt ſuprà dixi, quia nihil tam naturale.l.nil tam naturale.ff.de regu.iur.c.1.illo tit.arg.2.q.7.c.nos ſi incompetenter, ſecus in appellatione quæ ſemel emiſſa prohibet cauſam ad eum qui grauauit remitti.l.eos.in princip. C.de appella.c.vlt.§.fi. 2. q.6.c.accepta.de appella.

120 Decimò,facta appellatione iudex à quo poteſt in illa cauſa recuſari & appellans quoad illam cauſam eſt exemptus à iudice à quo. l. vna.ff.apud eum à quo appel.cap. Romana.§. eum verò de appel.lib.6.cap.ad hæc.in 1. & ibi. Bohic.& c.Paſtoralis.§.fi.illo titul.Imò ſecundum conſuetudines aliquorum locorum eſt exemptus etiam in omnibus aliis cauſis,& poteſt recuſari,vt dico in ſtylo Bituri.in rubr. *Des adiournemens*,art.52.In euocatione non poterit recuſari ſi princeps cauſam ad primum remittat prætextu illius euocations.Bohic. dict. cap. vt noſtrum. in fin. Quia appellatio ex iniquitate iudicis procedit. l. præfecti. ff. de minor. docto.in c.vt debitus. de appel. Euocatio verò venit ex facto principis, & non ex culpa eius à quo euocatur cōmuniter.Ideo nō eſt quòd recuſetur,nec reperitur iure cautum, ergo &c.§. conſideremus.de trien.& ſemiſ.colla.3. Intelligerem tamen niſi ex cauſa recuſationis, & ſuſpitionis fuerit cauſa euocata.& illa adhuc duret, quia tunc princeps non deberet remittere, nam durum eſt coram ſuſpecto iudice litigare. c.cum inter.de except.

121 Vndecimò,quicquid fit poſt euocationē per eum à quo eſt cauſa euocata, etiam in acceſſoriis eſt nullū.d.c.vt noſtrū ſecundum verum intellectum,quia princeps euocādo videtur omnem iuriſdictionem adimere,vt ibi,& not.in c. cōſtitutis,illo tit.Aufre.in deciſ. Capel.Tholo. q.480. Ideo poſſeſſor lite euocationis pendente non poterit vti ſua poſſeſsione,& ſic limitatur.c.1.vt lite pend. & c.ſi conſtiterit.de accuſa. facit c.laudabilem. vt lite pen. Intelligendum eſt quando vtendo fieret prejudicium negotio principali.iuxta c.ſi à ſede. de præb.lib.6. Inno. & Peruſ.



& Peruſ.in dict.cap. vt noſtrum.& Innoc. in c. in præſentia. colum. 2. de probat. In appellatione ſecus, eſt quia non impeditur denuntiatio,& publicatio excommunicationis, vel alia conſecutiua ad præcedentem ſententiam. cap. paſtoralis.§.verum. & cap.conſtitutis. in 2. de appel.gloſ. in cap.ſi eo tempore.de elect. lib.6. Quod non ſeruatur in hoc regno, quia poſt inhibitionem ſuperioris inferiori intimatam, non audet quicquam moliri in præiudicium appellationis, nec etiam in acceſſoriis, & conſecutiuis, vt vidi practicari, & not.Dec.in cap. bonæ. de appel. Imo nec ante inhibitionem à diffinitiua nō audent in hoc regno quicquam attentare, etiam in conſecutiuis, ita quòd extinguitur iudicatum de præſenti, in l.prima.§. fin.ff.ad Turpil.

122 Duodecimò,poſt euocationem emiſſam iudex à quo etiam de conſenſu partium non poteſt ſine expreſſa remiſsione de cauſa ſe intromittere, D. de Rota, deciſ.76. poſtquam litera,&c.in not. Præpo.in dict.cap.vt noſtrum.ne ſuperiori illudatur.c.bonæ.in 2.verſic. nec obſtabat.de poſtu.prælat.Intelligo poſtquam erat intimata, vel erat appoſita clauſula irritans, vt ſuprà dixi,& vide Iaſ.& Decium in l.pacta.quę contra. col.2. C. de pact.Sed contrarium eſt in appellatione.c.interpoſita.§. ille.de appella.c.ſi à iudice.de appel.lib.6.

Decimotertiò, valet appellatio licet tenor ſententiæ in ea non inſeratur. l.fin. C.de preci. imper.offe.l.2.C. de appel.ſecundum vnam lecturam. Si tamen iudex ad quem velit videre ſententiam, & petat ſibi edi iuxta l. argentarius. §. edi. ff. de eden. & appellans non poſsit habere exemplar, iudex in eum caſum duplici poteſt vti remedio.Primo,ſi appellatus ſit præſens,eum interrogabit an ſit lata illa ſententia, & ſi confiteatur, iam conſtabit de illa nec aliter ſentētiam edere oportebit, ſi verò neget imponetur ei ſilentium,& vt ea amplius non vtatur.arg.l.non alienum.ff.de interro.actio.Inno. in cap.1.de proba.Bar.in l.2.col.2.C.de eden.Si nolit reſpondere, pro confeſſo habebitur. l. de ætate.§.qui tacuit.ff.de interrog.acti.

Secundum remedium eſt,quia ſi non ſit aduerſarius, vt in proceſſu inquiſitionis iudex pronuntiabit conditionaliter, ſi appareat aliqua ſententia eam confirmo, vel infirmo, ſecundum quòd ei videbitur ex actis faciendum, vt not.Inno.in c.G.perpetuus.de fid.inſtru.no. Bald.in l.2.col.2. C. vt lit.pen.Secus in euocatione quę non valet niſi tenor proceſſus,& ſtatus cauſæ exponatur.Feli.in d.c.cæterum.dixi ſupra. Aliæ ſunt differentiæ multæ quas ſtudioſus poterit hic addere.

*Differentiæ inter ſupplicationem & euocationē.*

123 Poſtremò notandæ ſunt differentiæ inter euocationem,& ſupplicationem. Primò, quia finita lite non fit euocatio. cap. quod bene.6. quæſt.4.Specul.in titul.de remiſsio.§. nunc videamus. colum.2. vbi limitat impropriè. Supplicatio ſic. l. ſi quis cum authen. ibi poſita. C. de precib.imper.offe. l.vna. C. de ſent. præfect. prætor.

124 Secundò,euocatio fit lite pendente.cap.eccleſia.in 2.vt lite pendent. Strictè ſumpta ſupplicatio non regulariter.l.2. C.vt lite pendent. cap.penult. extra illo titul.niſi vt ſibi fiat copia actorum. Secundò,vt ei detur exemplum pronunciationis. Tertiò, vt præcipiatur iudici negligenti vt procedat. Quartò, quòd ei aſſocietur alius ſi erat ſuſpectus. §. ſuper hoc. in authen.in medio litis. Bald. in d.l.2.col.vlt. vnde verſus ponit ibi Alberic.

*Quattuor inpetitis dum pendent iurgia litis,*
*Et copia detur,vel iudex aſſocietur,*
*Vt procedatur,& diffinitiua ſequatur.*

Tertiò, euocatio motu proprio fieri poteſt vt ſupra dixi in 9. concluſi. & in 1. differentia inter appellationem, & euocationem. Supplicatio verò fit ad partis petitionem. d. authent. quæ ſupplicatio ibi offerenda eſt, & hoc importat verbum ſupplicatio.

Quartò, euocatio ſine cauſa fieri poteſt ad beneplacitum principis, vt ſuprà probaui late in 11.conclu.Supplicatio cum cauſa erroris,aut altera d.authent. quæ ſupplicatio,& ſupradixi in declaratione ſupplicationis.

Quintò,poſt ſupplicationem ſententia,ſeu arreſtum mandari poteſt executioni in d.authen. quæ ſupplicatio, & ſuprà dixi. In euocatione eſt ſecus,quia nihil eſt attentandum,vt dixi ſuprà in differentia 11.

Sextò, poſt ſupplicationem non probans cauſam debet mulctari in emenda, in ordinationibus regiis deſcripta, & ſuprà declarata: quia eſt in culpa allegando errorem qui non eſt.Secus in euocatione,cum fiat facto principis,& beneplacito,vt ſuprà dixi.

Septimò,antequam ſupplicationem quis ex cauſa erroris obtineat oportet deponere ſex viginti libras, & antequam domini proceſſum reuideant vt in dict.ordinatio. Ludo.11.rubric. *de propoſition d'erreur*, hodie centum & quadraginta libras. In euocatione nihil deponit, quia hoc ex mera principis liberalitate procedit.

125 Octauò,à poſſeſſorio non ſupplicatur vt ſuprà dixi per ordina.regiam.Tamē etiam cauſa poſſeſſorij benè euocatur vt ponit exempla de poſſeſſorio in materia beneficiali in d.tractatu de aucto.magni conſilij, in quarto arg. promiſcuè fol.60.D.Io.Montaigne,& poſt eum.Boerius in addi.ibi.

Nonò,ſupplicatio non ſupendit proceſſum cauſæ antequam intimetur. l. 1. C. vt lite pendente,& ibi Bald. ſecus in euocatione, vt ſuprà declaraui quando habet clauſulam irritantem, aut aliàs vt dixi.

Decimò,ſupplicatio eidem poteſt committi à quo ſententia eſt lata. d.authent. quæ ſupplicatio,quia melius eſt ſeipſum corrigere,quā ab alio corrigi expectare.in authent.de nuptiis col.4.& ſuprà latè dixi in rationibus dubitandi. Sed aduocatio alteri quādo ex cauſa ſuſpicionis eſt conceſſa, vt ſuprà dixi, & communiter cauſa euocata tractatur in alio parlamento, quàm in illo à quo eſt euocata.

Vndecimò,ſupplicatio non datur niſi ſemel. l.ſi quis. C.de precib. Imperat.offeren.& ſuprà dixi.Euocatio quotiens principi placuerit.dict. c.cæterum,quia ſemel diſcuſſo de errore ceſſat cauſa ſupplicationis. dict.c.cum ceſſante, ergo ceſſabit effectus, ſed in euocatione non, quia poterit eſſe quòd adhuc non eſt lata ſententia, & de nouo venit recuſatio.

Duodecimò,ſupplicationem ſolus princeps admittit, Imol.in cap. ex literis.colum.3. de in integ. reſtitutio. quia iuri derogat. l. quotiens. C. de precib. Impera. offerend. Euocatio benè poteſt concedi per quemlibet ſuperiorem in eadem ſpecie iuriſdictionis. dicta l. iudicium ſoluitur,& ſuprà dixi.

*Differentiæ inter ſupplicationẽ & appellationem.*

126 Differentias inter ſupplicationem & appellationem non pono,quia licet eas videre redactas per Imol.in c.ex literis colum.2.de reſti.in integ. & per Salic. & Iaſ.in d.l.ſi quis.& nouiſſime per Matthe. de Afflict.in q.10. ſuper præludio conſtitutio.Neapol. & not.his verſibus,

*Diſcrepat appellans ab eo qui ſupplicat, ipſe*
*Imputat errori proprio,redit hæc ad eundem,*
*Hic ſemel auditur,cauſa pendente ſatiſdat.*

*Vide tu cenſor.*

Sunt verſus Specul.in titul.de ſupplicatione.§. differt autem. in fin. nec ſunt congrui circa quantitatem ſyllabarum.

127 Tertiò, limita quando diffinitiua reſcindi peteretur per viam reſtitutionis in integrum, ſiue in criminali, ſiue in ciuili,tunc, etiam ſi ſit diffinitiua, poterit mutari. l. Diui.ff.de pe.l.in cauſæ.2.§.fin.ff. de minor.gloſſ.in l.iudex.infrà eodem,& l.1.C.ſenten.reſcind. non poſſe,& ibi Bald.etiam ſi fuerit lata à Papa vel principe. c. tum ex literis.de in integ.reſti.Idem ſi prætextu falſorum teſtium lata fuerit.l.Diuus Adrianus. infrà eod.aut alio modo,vt not.in l.admonendi.ff. de iureiur. ſed illa reuocatio non fit contrario imperio. ſed ope reſtitutionis. cap.cum Bertholdus. de re iudic.glo.& Bar.in l.fin.C.ſi aduerſ.rem iudic.& Bald.in l.cum & minores, illo tit. Henric.Bohic.in c.in literis.colum.3. de offic.deleg.

*Solus Rex Franciæ in ſuo regno reſtitutionẽ concedit.*

128 Et licet olim poſſet iudex reſtituere, hodie in Francia ſolius eſt principis reſtitutionem concedere. Panor.in c. 2. in fi.de purga.vulga. & ſeruatur in Frãcia vt minores aut alij à cancellaria literas reſtitutionis impetrent directas iudici regio, vt illum reſtituat, ſi conſtiterit eum læſum.arg. not. in l.nam poſtea. §. ſi minor.ff.de iureiur.not.Bartol.in dict.l.Diui.ff.de pet. ratio eſt, quia cum ſentẽtia ius faciat inter partes.l.res iudicata.ff.de reg.iur.l.ingenuum.ff. de ſtatu hominum. Ideo inferior à principe non poteſt ius quæſitum parti tollere.l.1.C.ſententent.reſcind.non poſſe,& ſuprà in primo nota. dixi.ibi vide.

129 Et iſta in integrum petitio impedit ſententiæ executionem.l.vna. C. in integ.reſtitu.poſtula. ne quid noui fiat, not.in cap. ſuſcitata. de in integ. reſtitut. Aufre. in deciſio. capel. Tholoſ.q.54.Item,&c.ſi latæ ſint & ſeq.

130 Quod limita & declara, vt per Bartol. & alios in l.4.§. condemnatum.ſuprà eodem, & Vital. de Camba. in tractatu clauſularum. in clauſula nil noui in integ. reſtitu. penden. Antonius Tremol.in additio.ad Vbertum de Bonacurſo in rubr. de impedimentis executionis & cauſæ nullitatis.folio 90.verſicul.2. ſi in integ.reſtitutio.

Item, ſtatutum poteſt tollere reſtitutionem in integrum, vt plenè no. Socin. conſilio 242. circa primum conſultationis articulum, in ſecundo volumine.

131 Quartò,fallit in ſententia nulliter lata quam etiam idem iudex qui protulit reuocare poteſt,text.ſing.in l.finali. C.de ſentent. quæ ſine cert. quantitat. ſecundum Baldum & Angel. ibi ſequitur Specul. eodem titulo. §. qualiter. verſicul. hoc quoque notandum eſt. Domini de Rota.deciſio.341.dubitatur.in no.Lanfranc. in repetitio. cap. quoniam contra. in verb. interlocutiones. colum.12. de probat.l.ſi vt proponis.in prima, & l.ſi præſes. C. quomodo & quando iudex,gloſſ.in l.iudex.infrà eodem.l.ſi expreſſum.ff.de appellat.& ibi Docto. Bald.in l.1.colum.1.C.ſentent.reſcind.non poſſe.Doct. in cap.fraternitatis. de frig. & malefic.cap.2.de purga.vulg.gloſſ. ſingul.in cap. qualiter.in primo in verſic.obſeruare.de accuſat. & ibi Areti. colum.3.gloſſ. magiſtra. & melior de iure ( ſecundum Ioan.de Plat.)in l.grammaticos.C.de profeſſo. & med.lib.10.Ang.in ſumma in verſi. ſententia.Guido conſil.236.in caſu mihi tranſmiſſo, & plenè in ſtatuto ſi quis per literas.in verſic.omni allegatione.Ancha.conſil.67. querela. & in deciſio. Neapolit.quæſt.283. diu eſt. Iaſ.conſil.21.venerabilis.col.2.in 1.vol.

132 Fallit in delegato cum ſuo ſit functus officio,gloſſ.Bartol.& communiter Docto.in dict. l.iudex. Salicet.& Bald. in dict.l.ſi vt proponis. per illum text. & in dict. cap. in literis. dixi latius in primo not. ſuprà, & in limitatio. Nec obſtat quòd delegatus ſit ordinario maior.cap. ſanè.de offic.delega.ergo debet poſſe quod ordinarius,quia diffiteor,nam licet ſit maior,non tamen eſt firmior. Archidia. 2. quæſt.6. cap. ſi epiſcopus.Bald.l.ſi vt proponis. prima.C.quomodo & quando iudex.

Quod fallit in 4.caſibus poſitis per Docto. in l.iudex infrà eodem. cap. in literis, extra de officio delegat.Lanfranc.in repetitio.cap.quoniam.in verbo interlocutiones. columna 12. de probatio.

133 Et ſic actus nullus producit effectum vt non poſsit amplius iudicare delegatus qui etiam nulliter pronũtiauit,quod eſt notandum.Idem ſi quis habeat poteſtatem eligendi ex commiſsione alterius, nam ſi nulliter eligat, eſt functus ſuo officio, Bart.in l.2.§.1.verſi.vlt.ff.de opt.legat. Barto.Alex. & alij in l. ſerui electione.ff.de legat.1.& in dict. cap. qualiter circa finem.vide Archidiaco.in cap. qui in aliquo. 51. diſtinct. Decius in l.fin.not.vltim. C.de carbo. edict.Et an ex eiſdem actis debeat iudicare per ſecundum iudicẽ.Reſponde quòd quando defectus & vitium tantũ reſpicit ſententiam,tunc ex eiſdẽ actis iudicatur, vt glo. & Bar. in d.l.ſi

vt prop



vt proponis,aut verò vniformiter acta reſpicit nullitas,vel partem, & tunc ex nouis actis debet procedi à tempore nullitatis commiſſę. l. cum quærebatur,& ibi glo.infra eod.l.pe. quæ ſenten.ſine appella.reſcind.doc.in cap.ad probandum. extra eod. Alex. conſil.53. quæritur, col.vltim.in 5.vol.Aufre q.114.& quæſt.179. in ſuis deciſio.licet Salic.in d.l.ſi vt proponis, aliter dicat.D.de Rota,deciſio.341.in no.Iaſ. in l. qui per ſalutem. ff.de iureiur. & in l. ſerui electione.col.2.per gloſſ.ibi.ff.de leg.1. ex actibus ipſo iure nullis inducatur conſuetudo, tradit Bal. in l.de quibus.col.5.verſic. ſed quæro.ff.de legibus.quid ſi pronuncietur proceſſus nullus, an debeat condemnari pars ad expenſas? quòd ſic tenet Mathe.in deciſ.Neapoli.q.70.dicitur proceſſus etiam nullus,quia non facit rem deſinere integram,Felin.in cap.cauſam.1.nu.2.de teſtib. poterit etiam iudex cauſam in ſententiam addere,nec dicetur nouam facere ſententiam.Roma.conſi.45.ſuper eo.Felin.cap.ſicut. col.8.eo.tit.glo. in cap.cauſam quæ.de elect.& Vital.de Camba.in tract.clauſu.clauſula erroris.verſic.ſed an iudex.

134 Quid in conſeruatore, an lata ſententia nulla,poſsit iterum cognoſcere, vide in deciſi. Capel.Tholo.q.38.vbi dicit quòd ſic,per glo. in d. ca. qualiter.in verb. obſeruari.licet multi teneant contra.hodie ſuperior per appellationem cognoſcit ex ſtylo,vt no.Guido Papæ in d. verb. omni allegatione.verſ.Sed quæro coram quo &c.

135 Quintò, fallit in ſententia lata officio iudicis nobili, quia cum officium iudicis non expirauerit,illam poterit retractare.l.Diuus.ff. de in integ.reſtitu.& Bart.hic,& in l.1.in fin. ff. de præt.ſtipul.& l.iudex.infra eo.Io. And.in cap. ſignificantibus.de purg.vulg.Bal.in l.1.C. ſent. reſcin.non poſ.Præpo.& alij in d.cap.cum ceſ-
136 ſante. † Et ideo cum multa officio iudicis imponãtur nobili.l.1.in princ. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. poterit iudex eam remittere.l.illicitas.§.ſi.ff.de off.præſi.

137 Secus in pœna etiam pauperi impoſita.l. 1. in fin.ff.de pœnis.doct.in d.l.iudex, Feli.in d. c.qualiter,col.20.vide gloſ.ſing.& ibi docto.in c.niſi de offic. leg. quam ſing. dicit Rauen. in Alphab.in verb. amicus, Roma.in repeti. l.ſi verò.§. de viro. in 26. fallentia. ff. ſolu. matri. Barb.in rub.de reſcri.col.10.in clem. & in cap. Raynaldus.colum.117.de teſtam.& in repeti.l. cum acutiſsimi,colum.12.C.de fideicom.vide Lucam de Penn.in l.1.colum.10. & ſeq. C. de deſerto.lib.12.& D.Henri.Botte.in tract. de ſynodo epiſcopi,fol.46. artic.1. concluſi. 13. ampliatio.8.

*Quando pars confitetur ſententiam ſibi latam iniuſtã reuocatur.*

27 Si verò peteretur abſolutio tantùm ad habilitandum perſonam, vt non obſtante iuramento fraudem, dolum, aut deceptionem, allegare poſsit & detegere, tunc non eſt neceſſaria partis vocatio in abſolutione ſicut in bonorum poſſeſsione quæ non tribuit ius. Do. de Rota. deciſio. 767. ſciendum in antiq. & Aufrer. in deciſi. quæſt. 62. Item ſi diſpenſatio, Guido Papæ in deciſio. Delphi. quæſt. 140. & quæſt. 225. viſo ergo, & deciſio. Neapo. 220. in cauſa. in 5. q. & Bertr. conſil. 41. multa ſunt. volu. 1. ſecundum nouam impreſsionem. Imol. & alij in clem. fin. de iudi. Iaſ. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, colum. 8. ver. vltra ſupra ſcripta, nu. 49. ff. de offic. proconſ. & l. ſi opus de ope. noui nunc. vbi ponit quid de inhibitione quam iudex eccleſiaſticus facit ſeculari. Benedic. in repe. c. Raynutius in ver. duas habens filias. in fi. de teſtam. Hippo. in repe. d. l. de vno, nu. 202. de re iud. vide Geminia. conſil. 60. circa. fallit quando periculum eſſet in mora. Decius, & alij in ca. qua fronte. de appellatio. & an iuramenti relaxatio, ſi dolo præſtitum ſit, poſsit fieri tempore feriato, quòd ſic concludit Calderi. conſil. vno, de fer. quòd non ſeruatur in hoc regno. in relaxatione verificanda à iudice, ſecus ſi ab epiſcopo petatur, quia illa quolibet tempore peti ſolet, & à quo epiſcopo debeat peti abſolutio, an ab epiſcopo iurantis, an ei, cui iuratur, & quòd iurantis peti debeat, concludit Calder. conſil. 6. ſi quis epiſcopus. de iureiur. & abſolutio à iuramento debet peti antequam agatur. Alex. conſil. 17. ponderatis, col. 2. vol. 3. aliàs ſæpè fuit Tholoſæ in Senatu pronuntiatum aliquem non recipiendum. Aliæ Bar. quæſtiones fuerunt ſuprà in no. expeditæ, dempta vltima quam aggredior.

28 † Vltima & 11. quæſtio Bar. eſt, Quid ſi duę apparent interlocutoriæ contrarię, & non apparet an ſecunda fuerit lata animo reuocandi primam, an prima reuocetur? & reſpõde quod non per tex. in c. cum olim. vbi Panorm. de re iud. liquere enim debet prætori ipſam eſſe latam. l. hæc autem. §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſsio. eatur, Sali. in l. poſt ſententiam in fi. C. de ſenten.

29 † Facit lex mater. ff. de inofficioſo teſta. ca. ex reſcripto de iureiurand. vbi iuri quod quis ignorat ſibi competere, non videtur renuntiare etiam iurando.

*Cautela.* 30 † Ideo poteſt adhiberi cautela tam in reſtitutione minorum, quàm in Senatuſcon. Vellei. & Macedo. in quibus ſi notarius dicat certioratus per me talis &c. quia non obſtante tali certioratione, debet interrogare iudex notarium, quid ſit beneficium Velleiani, cui dicit mulierem renuntiaſſe, vel aliud ſuper quo agitur, & ſi neſciat dicere, non valebit talis renuntiatio, quia non potuit certioraſſe partem de eo quod ignorat, Albe. in l. fin. §. ſi mulier. ff. ad Velleia. dicens ſe hoc habuiſſe de facto per gl. in l. generali. C. de tabula. lib. 10. ſequitur Cepola in cautela 195. notarius & ſequen. & eſt æquior teſte Hippo. in rub. ff. de fideiuſſo. fol. 11. num. 39. licet contrarium teneat Aufrer. q. 49. Item, &c. ſi minor. vide D. meum, & patrem D. de Petrutia in ſuo tam eleganti tractatu de iur. iurand. in 19. effectu iuramenti. multa addidi in d. l. mater quæ ſeriò omitto.

Item, poteſt adduci l. ſicut. & ſequens. C. de teſta. mili. vbi miles. non cenſetur velle exhæredare filium quem habere ignorat, ita nec iudex cenſetur reuocare primam quam ignorat eſſe latam, latè Bolog. conſil. 56. vt in præſenti.

31 † In contrarium facit, quia conſtituendo ſecundum procuratorem cenſetur primus reuocatus. l. ſi quis cum procuratorio. §. 1. ff. de procur. c. ſi duo. c. ſi quem. illo tit. lib. 6. Ita & ſecundam pronuntiando primam reuocare videtur, idem in vicariis, quia per ſecundum primum reuocatur, Do. & alij in c. licet. col. fin. de offic. vicarij lib. 6. no. Decius in c. cæterum, col. 2. de reſcriptis, & ita reſpondi Tholoſæ cui-
32 dam epiſcopo me conſulenti, etiam † ſi ſecundus nolit acceptare mandatum, adhuc primus procurator cenſetur reuocatus, Alex. de Antilla. in cap. tibi qui, colu. 5. de reſcrip. lib. 6.
33 Ideo † ſolent cauti notarij apponere de ſtylo in quolibet inſtrumento procuratorij, citra reuocationem &c. teſte Io. de Graſsis in tract. de ſubſtantia procura. in ver. non reuocando &c. & ſæpius vidi in praxi. quid in tutoribus. & curator. tex. eſt, & ibi doct. in l. cum ſemel. ff. de tutel.

34 † Præterea quis faciendo ſecundum teſtamentum videtur primum reuocare. §. poſteriore. Inſti. quib. mod. teſtam. infir. l. ſi quis in prin. ff. de lega. 3.

35 Item, Roma. pontifex ſecundam condendo conſtitutionem, videtur derogare primæ. c. 1. de conſtit. lib. 6.

36 Nec non ſecundum mandatum videtur tollere primum, Anthonius de Butr. in c. fin. 6. not. per illum tex. de dilat. ſequitur Deci. in d. c. 3. de reſcript.

37 Idem, in compromiſſo vt per ſecundum tollatur primum, Spec. in titu. de arbit. §. finitur, in fi. per tex. in l. ſed ſi ſeruum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de arbi. Lap. alleg. 108. an pendente, Panorm. & Imol. in c. innotuit, de arbit.

38 † Conclude ſecundum Bar. quòd ſi prima erat talis quæ non poterat tolli ſine cauſæ cognitione, tunc per ſecundam nõ cenſetur ſublata prima, ſi alia mentio non fiat, cum veriſimiliter de ea non fuerit cogitatum, ergo ad eam non porrigitur ſecunda, arg. l. cum aquiliana, & l. qui cum tutoribus. §. 1. ff. de tranſact. Paul. conſil. 91. in cauſa appellationis, colu. vlt. in 1. vol. Imol. per illum tex. in l. prætor. §. fin. ff. de præto. ſtipu. Si verò prima ſine cauſæ cognitione,

gnitione,vel cum modica, poterit tolli, vt in
dilationibus, & tunc per ſecundam cenſetur
receſsiſſe à prima,arg.l.dicere.circa fi.ff.de arbi.
l.1.C.de dil.Intellige in dilatione expectatoria
ad comparendum, quæ cauſæ cognitionem
non expoſtulat, ſecus in dilatione ad proban-
dum.l.à procedente.C.de dila.Bar.& alij. in d.
§.vbi decretum.l.nec quicquam.ff.de offi. pro-
conſul.

Item,per ſecundam cenſetur ſublata prima,
quando eſſet de recenti lata,quia ſcientia præ-
ſumitur,arg.c. ab excommunicato,de reſcrip.
Panor.in c.cum olim de re iudi.Idem quando
ſciens proferret ſecundam,doc.hîc.

39 † Quæro an in dubio præſumatur ſciens
necne.reſpond.præſumi iudicem ignorantem.
c.cum olim.de re iudi.& ibi latè doct.

40 † Hoc procedit in ordinario propter mul-
tiplicitatem factorum, & cauſarum quæ co-
ram eo ſunt, ſic dicitur in cap.ex parte in 1.de
offi. deleg.de Roma.ponti. licet omnia iura in
ſcrinio pectoris prẹſumatur habere.l.omnium.
C.de teſta.c.1.de cõſtit.lib.6.vt ſuprà dixi.non
ergo erit mirandum in iudice, nam quando-
que in facto proprio eſt tolerabilis ignoran-
tia.l.cum fideicommiſſum,& l.non fatetur in-
frà tit.proxi. Idem eſſet in delegato ad vniuer-
ſitatem cauſarum, cum eadem ſit ratio, ergo
& iuris deciſio.l.illud.ff.ad l.aquil.Fallit quan-
do illa interlocutoria eſſet executioni deman-
data, vel traheret ſecum executionem, quia
tunc ſine partium conſenſu reuocari non poſ-
ſet.d.l.1.§.fi.de præto.ſtipul.Alex. & Iaſ.hic, &
in l.cum procurator.§.1.ff.de no.oper.nunt.

Sextum,& vltimum,in voce peregimus.

41 Vltra Bar. quæro an facta reuocatione pe-
reant acta, reſpondeo quædam eſſe acta pro-
batoria,& illa non pereunt facta reuocatione,
tamen non poterunt produci nec operari, niſi
ad illam cauſam,propter quam facta ſunt, vel
circa incidens aut emergens, Bar. & alij in l.2.
colu. 5.ff.ſi quis in ius voca.non ierit,& l.cum
lite mortua. iudica.ſol.doct.in l.2.C.de edend.
& in l. ſi vt proponis in prima. C. quomodo
& quando iud.doct.in c.cauſam quẹ.in primo
de teſti.

42 † Alia ſunt litis ordinatiua,vt litis conteſta-
tio & ſimilia, & tunc iudex non reſeruando
videtur tollere, ſi illis actis reuocatio præiudi-
caret,quia tunc acta perirent.l. 2. & ibi Bal. C.
de fruct.& liti.expen.Innoc.in c.ſæpe.de appel.
Cyn.in l.properandum.§.& ſi quidem,colum.
vlti.de iudi.Item, non reſeruando videtur gra-
uari pars,ideo poſſet iure appellare, Præpo.in
d.c.cum ceſſante in fi.de appel.

*Quibus verbis interloquutoria reuocetur.*

43 Quæro quibus verbis debeat iudex reuo-
care interlocutoriam,an gręcis,latinis, vel gal-
licis verbis? reſpondeo inſpiciendam eſſe fori
conſuetudinem. l. minime. ff. de leg. Ideo in
44 † hac patria in curiis ſecularibus communi-
ter fertur verbis gallicis, & omnia inſtrumen-
ta,acta,& ſententia diffinitiua, ergo reuocatio
fieri poterit eiſdem verbis,per verbum contra
rio imperio, quod ſuprà ponderaui. Idem in
parlamentis Franc.vt gallicis etiam verbis in-
terlocutoriæ fiant,& omnia acta, & etiam ad-
uocati verbis gallicis poſtulant. Idem in ma-
gno conſil.ſed in eo, & aliis parlamentis are-
ſtum latinis conſcribitur verbis.

45 In † curiis verò eccleſiaſticis, iudices latinis
verbis vtuntur in actis, & ſententiis. Idem ſer-
46 uatur † fere in reſſortu Tholoſa. & in curiis
ſecu. vt ſæpius vidi in Montepeſſulano, Ne-
mauſi,Biterris,Carcaſonę,Tholoſę tamen co-
ram ſeneſcallo litigatur lingua materna, ac
acta idiomate patriæ ſcribuntur,prout vidi ſæ-
pius.& iſta probantur in l.iudices.C.de ſent.l.
decreta infra eo.Feli.& alij,in rub.de conſti.

47 Inquiſitiones tamen (quas informationes
dicimus) atque atteſtationes (quas vulgò in-
queſtas noſtri nominant) & totus proceſſus
in criminalibus verbis gallicis vel patriæ idio-
mate fieri debent in curiis ſecula. regni, alio-
quin non valent, vt delinquentes, ac teſtes
proceſſum, & depoſitiones intelligant, vt ſta-
tuit Ludo.12.in ordin.publicatis anno 1512. art.
47.quæ eſt in rub.*Des proces criminelz*,arti.vlt.
48 † quòd etiam hic ſeruant iudices eccleſiaſtici,
in atteſtationibus.

49 † In aliis verò actibus poſſumus vti lingua
intelligibili,ad hoc vt actus valeat.l.pupillus.§.
proſcribere.ff.de inſtito.actio.§. alienationis.in
authen.de non alie.reb.eccle. colla.2. clem. ne
in agro.§.ſane.de ſtatu mona.latè explicat fons
omnium diſciplinarum vberrimus collega no-
ſter Do.Alciatus.l.1.§.fi.ff.de verb. oblig. Vide
de Baptiſmo,etiam quòd poſsit fieri verbis la-
tinis, gallicis aut græcis, per Ang.de Cla. in
ſum. Ange. in verb. baptiſmus.§.22.hodie per
ordi.nouiſsimam à Franciſco Rege ẹditam,&
publicatam anno 1539.eſt ſtatutum quòd con
tractus,teſtamenta,ac omnia quæcunque acta
gallicis verbis conſcribantur. in artic. 111.vbi
etiam alia ſcripſi in rub.*que contractz,teſtamens
& tous autres actes ſeront faits en François.*

50 Inſuper quæro quomodo iudex debeat re-
uocare interlocutoriam,glo.in d.cap.cum ceſ-
ſante, ponit duos modos quos ibi reprobant
Doc.ideo non recito,ſed Spec.in tit.de excep.
§.viſo,verſ.vt autem in reuocandis,duas deſcri
bit formas. Prima eſt quando conſtat iudici
grauaſſe partem, tunc hac vtatur verborum
ſerie, quia contra Titium interloquendo pro-
nuntiaueram inſtrumentum non eſſe admit-
tendum vel ſimilia, ſed poſtea habito perito-
rum cõſilio,inueni meipſum grauaſſe in hoc,
ideo ſaniori vtendo conſilio, dictam interlo-
cutoriam reuoco,præcipiendo parti ne à iudi-
cio diſcedat ſine licentia,ſed in cauſa ſecũdum
iuris formam procedat.Sequuntur doct. in d.
c.cum ceſſante,per c.qualiter.in 1.de accuſ.cap.
tum ex literis.de in integr.reſti.

*Forma reuocandi interloquutorias.*

51 † Secunda forma eſt quando iudex dubitat,
an grauauerit necne,tunc poteſt dicere ſi te in
quoquam grauauerim,paratus ſum de ſapien-
tum conſilio reuocare, & aſsigno tibi termi-
num.15. dierum ad comparendum coram no-
bis, & dilatione pendente plenius deliberabo,
probatur



probatur in c.ad apoſtolicæ verſ. & quia præ-
latorum,ibi, parata erat corrigere, eo.tit.lib.6.

52 Vel ſic potes dicere, ſi te grauauero,ex nũc
reuoco, & quia non credo te grauaſſe, ideo
compareas prima die oſtenſurus quod graua-
men intuli, & iudex poteſt præcipere grapha-
rio, ſeu ſcribæ, vt de hac reuocatione inſtru-
mentum conſcribat. Spec. vbi ſuprà. Sufficiet
etiam tacita reuocatio,Imol.hic,& Præp.in d.
c.cum ceſſante,& ſuprà dixi in primo no.am-
plia.17.

53 † Poſtremo,fui interrogatus an ſententia la-
ta ſecundum conſuetudinem, & ſtylum huius
ciuitatis ſit executioni demandanda, etiam in
loco vbi ſeruatur ius ſcriptum,licet non fuerit
ſeruatum in eius prolatione reſpondeo quòd
ſic, quia in his quæ ad litis ordinationem
ſpectant,ſeruandæ ſunt leges, & loci conſue-
tudines,vbi agebatur.l.1.in prin. ff.de vſur. l.3.
§.fi.de teſti.l.1.C. de ſum.tri. l.2. quemadmod.
teſta.aper. Nam cum iudicium & ſententia
naſcantur in loco iudicij,vbi proferũtur. Ideo
ſubiiciuntur legibus, & conſuetu.illius, ſicut
contractus.l.ſi fundus.ff.de euictio. Item poſt-
quam ſententia lata eſt à competenti iudice,
& ritè,non debet iudex ad quem mittitur exe-
quẽda cognoſcere de iuſtitia,vel iniuſtitia ſen-
tentiæ,quæ tranſiuit in rem iudicatam.l.ſi prẹ-
tor.ff.de iud. Cy. in l. properandum.§. ſi au-
tem reus.q.7.C.illo tit.Cuma.conſil.140.Do-
mini iudices,col.2.

Alia multa diffuſius ſcribere potuiſſem,quo
rum quædam conſultò reliqui, ne in immen-
ſum creſceret,cum obſoleta,tum nimis triuia-
lia minime conuenire viſa ſunt. Item quoti-
dianis lectionibus detentus,tam iuris canoni-
ci,quàm ciuilis à quibus quotidiè preſſus ſum
& quicquam vix otij ad ſcribendum mihi
ſuppeditat. quare rogo vos lectores peritiſsi-
mi, vt me his excuſatum faciatis, & errata (ſi
quæ ſint)benignè corrigatis, quia teſtante Ioa.
And.in procemi.lib.6.in nouel.& Pan.in ca.ex
parte in prin. de teſti. refert Ludo.Montal.in
reprobatione ſententię Pilati,in fi.quòd nemo
poteſt eſſe Iob,vt in ſuis dictis non erret. Ideo
non fuere doct. qui non fuerint reprehenſi
ſecundum Socin. conſil.150. vt in quæſtione,
col.7.in 1.vol.imò nullus penè iuriſconſultus.
Barba.conſil.1.col.17.vol.3.Solus ille euitat re-
prehenſiones, qui nihil ſcribit, mihi tamen
ſufficit ſubtilioribus præbere materiam latius
inueſtigandi, & cogitandi, de benè dictis, (ſi
quæ ſint,)gratias Deo agimus,qui in tri-
nitate perfecta viuit, & regnat, in
ſæcula ſæculorum.
Amen.

*Spes mea Chriſtus.*

CELE

# CELEBERRIMO IVRISCON. D. PETRO REBVFFO, IN NOBILI BITVRIGVM GYMNASIO LEGVM Interpreti aſſiduo præceptori, eidémque conſanguineo ſuo, Antonius Lauſergius S.

*DVM ſuperioribus diebus in bibiliotheca tua ex conſuetudine. mea agerem, doctiſſime præceptor, incidit forte fortuna in manus meas repetitio tua, in legem Quod iuſsit, tituli de re iudicata, in Pandectis, quam quidem abs te ſuperiore æſtate, pro ea quam tunc ſuſtinebas perſona, ſcilicet cum in Doctorum regentium numerum, ſummo omnium fauore vocatus eſſes, eleganter recitatam ex fama audiueram, aliquando etiam priuſquam in hanc vrbem aduenissem. Eius cum vnam atque alteram chartam in præſentia tranſcurriſſem, coniecturam ex illis huiuſmodi in totum opus feci, vt non me mediocriter excitauerit ad totum ipſum intentius, maioréque cum animaduerſione perlegendum, cúmque ita perlegiſſem, mecum cæpi animo volutare Vlpiani noſtri ſententiam, bone Deus, inter artifices quàm lata eſt differentia, & ingenij, & doctrinæ, & eruditionis. Nihil enim vulgare, nihil non rarum, atque exquiſitum, præ ſe ferebat. huiuſmodi pulcherrima fœtura tua erat, in primis (quod in re tam difficili paucis contingere videmus) expoſitus, & apertiſsimus ſermo. Deinde per tot multiplices nexus veritatum legalium ſingularis, & ex penitiſsimo quodam ſcientiæ fonte ſcaturiens elucidatio. Quamobrem omnes, ſi te optimis inſtitutis tuis, ſi ingenio, ſi doctrina, atque virtute, alterum Rebuffum Montiſpeſſulani doctorem olim eximium patruum tuum magnum prædicant, & admirantur: non eos quidem fallit opinio, quando his temporibus nihil dignius, nihilve conducibilibus, ſtudioſis legum afferre potuiſſes. Nam quæ vel longius, vel ob nimiam breuitatem obſcurius, alij conſcripſerunt, tua hæc profectò egregia enarratio, clarius in pauca, accuratiſſime redigit, & vnico fere argumento ſingula mirificè complectitur. Neque quod ad veritatem legum, atque cognitionem attinet, quicquam prætermiſiſti. Quapropter (mi præceptor) idémque conſanguinee obſeruantiſsime, hic tuus labor, hæc tua induſtria, haud minus profectò, ſed plus multo quàm eorum qui ante nos fuerunt, viri pertiſsimi ciuitatem noſtram Montempeſſulanum extulit, & decorauit. Tametſi nihil fuit ad humanum vſum, aut ad diuinum cultum, aut ad immortalem gloriam obtinendam, quod Montiſpeſſulanenſes noſtri viri clariſsimi, non diſcuſſerint, ac illuſtrauerint. Age itaque eruditiſsime doctor, iſta tua recens lucubratio prodeat, quæ tibi apud ſtudioſam iuuentutem maximã gratiam, nomini tuo immortalitatem, patriæ decus ac gloriam ſit allatura. Nam quantum ad me attinet, iam ad communem ſtudioſorum vtilitatem, huic tam egregio opi indicem compoſui, vt quibus ipſum opus perlegere non vacauerit, quod libet in hoc legali theſauro, facile inueniant. Bene vale apud Bituriges.*





# SVBTILISSIMA NECNON VTILISSIMA L. VNICAE. C. DE SENTEN. QVAE PRO EO QVOD intereſt. olim apud Bituriges aperto pectore dictata interpretatio, longo poſt tempore reuiſa, areſtíſque ſupremi Senatus decorata, ab egregio viro D. Petro Rebuffo de Montepeſſulano Iurium Doctore & comite, in iure pontificio Pariſienſi, publico profeſſore, ac in Parienſi Senatu aduocato meritiſsimo.

## *SACRATISSIMO PRÆSVLI, REVERENDISSIMOQVE PATRI, DO. ANTONIO A Prato, Sacroſanctæ Rom. eccleſiæ preſbytero Cardinali: ac in Gallia à latere Legato, atque meritiſsimo Cancellario Petrus Rebuſſus I. V. doctor S. P. D.*

QVANTO, fuerit Tarquinius Priſcus dum Romam, cum rebus ſuis commigraret, miraculo, nemo vnus ignorat, ſacratiſsime pater. Qui cùm ad Ianiculum fortè perueniſſet, ibi carpento ſedenti cum vxore, aquila ſuſpenſis demiſſa leniter alis, pileum abſtulit: ſupérque carpentum magno cum clangore volitans, rurſus velut miniſterio diuinitus miſſa, capiti (quem ſenſim abſtulerat) aptè repoſuit. Inde (ſi Liuio credimus) ſublimis abiit, ac paulopoſt ingenti cum po. Ro. conſenſu regnare iuſſus fuit. Verumenimuerò quæ de Tarquinio modo iactauimus: etſi Romanorum animos in tantam admirationem rapuerint, longè tamen maiori miraculo, nedum Gallis hominibus, ſed omnibus (vt ingenuè fatear) tuum apud Tholoſates extitit præſagium. Nam cum illic regij munus aduocati pro tua ſingulari facundia præclariſsimè (vt ſoles omnia) gereres, fato quodam Angelus (vt planè creditur) ſub niuei ſpecie viri admodum ſenis, diuinius tibi in quadriuio, quàm Hannibali (cui in quiete iuuenis quidam diuina ſpecie, qui ſe à Ioue miſſum diceret, ducem eum in Italia futurum prædixit) te ad ſummum dignitatis apicem poſt archipręſulis & Cardinalis gradus (licet cum vxore tum ageres) à Deo Opt. Max. natum eſſe pronuntiauit. O rem admirabilem, omni laude, prædicatione, literis, monimentíſque decorandam. O rem incredibilẽ, omnibus etiam antiquis factis anteponendam: vt quem Deus magnopere Reipubli. Gallorum idoneum, commodiſsimúmq; Atlantem futurum nouerat: inſigni quodam præſagio nobilitare voluerit. Quæ cum mihi iamdudum Tholoſæ per fideliſsimos teſtes, huic etiam rei præſentes, comprobata fuiſſent: non potui ſanè tam diuina, támque præclara tuæ dignitatis faſtigia (licet à multis magnificè, variéque celebrata) hoc tamen nouo præſagij genere non admirari ſolùm; ſed & perpetuis laudibus proſequi. Solent enim in pręſtantiſsimis viris, neſcio quo fato, diuina quædam prodigia accidere: quò perfecta virtus & gloria deorum etiam teſtimonio confirmata videatur: quod in Galba, Veſpaſiano, Domitiano Imperatoribus: ac in Platone, Virgilio, Cicerone, compluribúſque aliis (quos breuitati ſtudens omitto) maximis viris videri poteſt: & in te ſatis fata demonſtrarunt: vti interim taceam diuinam ingenij tui dexteritatem, memoriam (inſtar Mithridatis) tenaciſsimam, incredibilémq; iuris cum diuini,

tum humani ſcientiam: quæ tanta eſt, vt non iniuria iuris noſtri aſylum dicaris. Facit autem tuæ eruditionis ſupremæ fidem primiceria (vt ita loquar) dignitas illa, quam tuis vnius meritis, tuóque marte, in florentiſsima noſtra Gallia (pace omnium, ac tua dixerim) es conſecutus. Cuius vices tanta obiiſti ſemper æquitate, vt iure optimo dicere poſsim, & citra adulationem, te vnum eſſe quem præſens ſæculum ſuſpicit, quémq; futura perpetuò mirabitur ætas. Ariſtides (quantum accepimus) vnico actu iuſtitiæ, quam vnicè amauit, à veteribus Iuſtus cognominatus eſt: qui tamen ſi tecum conferatur, haud ſcio an iuſtus appellari poſsit: iuſtitiam enim ſic ſemper coluiſti, vt nihil æquè. Quandoquidem intelligebas obſeruandum eſſe ei, qui tam frequenti præeſt multitudini; in eo præſertim regno, quod ætate noſtra cætera multis nominibus, non æquat tantùm, ſed ſuperat. Cyrus Perſarum rex à Xenophonte commendatus eſt, quòd plures oculos atque aures haberet: dicebat enim oportere principem auritum eſſe, oculóſque Argi ſeu Iani habere, quo nomine tu mihi videris laude digniſsimus: vt qui tam oculatè intendis reipublicæ, vt raram iſtam tuam in adminiſtranda republica diligentiam nemo non miretur. Qua in re longè diſsimilis es Philippo Macedonum regi (vt eſt apud Plutarchũ) cùm anum (quę eum frequenter interpellarat, vti cauſam ſuam cognoſceret) neglexiſſet: ac diceret ſibi non vacare vt cauſam tractaret: audiuit, ergo nec rex eſſe velis. Tu verò profectò neminem explodis, quin omnes pro tua ſingulari humanitate admittis: qua vna fretus, non ſum veritus lucubrationes multis me hercule vigiliis, ac ſudoribus redemptas, & ex vmbra in ſolem eductas reuerendiſsime pater, dignitati tuæ nuncupare: non quòd putem dignas eſſe quæ in manus tuas perueniant: ſed vt hoc munuſculo (quantulumcumque eſt) meam in te prodam obſeruantiam: quæ maior eſt, quàm vt facilè credas. Auxit autem animum meum alioqui deiectum, quòd intelligam te ſtudioſis impensè fauere, doctíſque, inſtar Nicolai quinti Pontifi. Maxi. qui cùm nunciatum ei fuiſſet quoſdam eſſe Romæ, qui bonos verſus ederent: negauit bonos eſſe. Cur enim (inquit) ad me non veniunt? qui poëtis etiam malis pateo. Moleſtè tulit vir ille ſapiens, quoſdam Romæ agere, qui ſcirent, & neſcirentur: quod tu (quantum audio) diligenter obſeruas: doctos enim humanitate excipis, vberibus penſas præmiis, patrocinio adiuuas, nominíſque tui claritate illuſtras. Quare commentarij noſtri, in id quod intereſt, pater optime, tuis auſpiciis in publicum exeant: & me in tuorum numero aſſcribi ſuſtinebis: vt tui nominis celebritate nihil formident ſugillatorum calumnias: quibus, & ſi editio noſtra non probetur, quia (vt vulgari fertur parœmia.) Ne Iupiter quidem omnibus placet: ſúſque déque feram, ſi modo tibi probata, ac aliis doctis (ex quorum iudicio pendeo) fuerit. Nil enim moror quid de me ſentiant imperiti: ſed quàm benè aut malè apud peritos audiam: quos in hac re æquiſsimos mihi futuros iudices, & ſpero, & opto. Tuo igitur auxilio communitus, non eſt quid reformidem. Vale pater ampliſsime. Dignitatem tuam incolumem nobis ſeruet Deus Optimus Maximus. Datum Pariſiis, Anno 1534.

5. Idus Martias.

***





## *CONSVLTISSIMO VTRIVSQVE IVRIS, DOMINO IACOBO CLERICO COTIERIO, Maximo Regis referendario, Petrus Rebuffus I. V. doctor S.*

SI antiquam & percelebrem Clericorum familiam Mutianæ comparare velim, imò maioribus encomiis extollere: nemo mihi (qui horum præclara nouerit facinora) vitio adſcribet, digniſsime referendarie. Vti enim duo Mutij etiam omnibus in rebus ſimillimi fuerunt, extra id quod alter erat conſultorum diſertiſsimus, alter diſertorum conſultiſsimus: ita in Clericorum familia duos ſimillimos intueri quiſque rectè poteſt, qui nedum vniuerſitatem, verùm ciuitatem, imò & vniuerſam Galliam illuſtrant. Horum alter theologorum doctiſsimus, iuxtà atque optimus, iamiam vno omnium ore celebratiſsimus eſt: hic ſacras ad populum conciones tanta omnium admiratione indies habet, vt ad eum plenis vndique viis eatur: ſuo quandoquidem verborum lepóre omnes allicit, ſententiarum grauitate ſuſpendit, & concionis dulcedine ac viribus flectit omnes: rurſus tam modeſtus, vt etiam infimis ſe non grauatè incuruet: veritatem ſibi præcipuam ſemper elegit, & iniquam hæreticorum ſectam odio (cane peius & angue) proſequutus eſt: adeò quoque contemplationi incumbens, vt momentarium reſpirandi vix ſibi permittat ociolum. Craſſus Mutianus multis de cauſis clariſsimus habebatur, quòd ditiſsimus, nobiliſsimus, eloquentiſsimus, iuriſconſultiſsimus, & Pontifex maximus fuerit. His omnibus patrem tuum egregium in Senatu Pariſien. conſiliarium ornatum, extra vltimum, nemo ignorat: præter hæc, eſt omni virtutum genere inſtructiſsimus: ipſáque probitate melior, ſynceræ vitæ, æquitatem (quam ille Mutius recuſauit) in omnibus amplexus eſt: in forenſique iudicio multipliciter doctus: & præter modeſtiam, quis non meminerit quàm ſit religionis & pietatis ardens cultor? quo non alius prudentior, doctior, religioſior, ac omni virtutum genere clarior: cuius eruditioni prudentiæ, ac virtutibus, pulcherrimè reſpondes: fato enim quodam etiam Clericorum familia filios patribus ſimiles, imò verius præſtantiores (vt de Q. Mutio filio, Celſo, & Aeliis dicitur) produxit. Nam vt de te primò loquar, qui maior es natu, percelebri familiæ maximam honoris acceſsionem adiunxiſti: quoniam tu tam niueis moribus ornatus, tamq́ue facundus exiſtimaris, vt ſi ipſe Hermes cœlo deſcenderet, nec elegantiore, nec beatiore facundia vſurus videretur. Non taceò quàm ſis vtriuſque iuris etiam cognitione clarus, eloquens, virtutibus ac nobilitate inſignis: tuarum veſtigia virtutum ſic vbique impreſsiſti, vt maximus ille Cancellarius in ſuorum affinium numerum iure te locauerit. Fama deinde tua adeò progreſſa eſt, vt ad aures Optimi Maximi principis, qui te Senatoria donauit dignitate, peruenerit. Eò loci adeò exactè muneris tui vices curaſti, vt primo quoque tempore, maximi officio referendarij, te rex Chriſtianiſsimus decorauerit: perbellè cogitans, officium tua authoritate & virtute illuſtrius reddere. Præterea fratres tuos, non modo iuriſconſultiſsimos, verùm etiam Græca pariter & Latina lingua eruditos, ac ſumma ingenij & linguæ gloria præditos, omnibúſque animi dotibus cumulatiſsimos, quis non nouit? vſqueadeo enim commendabiles ſunt probitate, ſcientia, integritate, fide, veritate, ac omnibus virtutibus, vt conſpicuam Clericorum familiam omnes prædicent: & nomen Clerici belliſsimè illis conuenire exiſtiment, tum quòd nihil non diuinum animo mentéque agitent, tum quòd docti clerici ſint. Porrò licet euehendis tam inſignis familiæ laudibus (quæ nec Chryſippi, nec Dydimi voluminibus comprehendi poſſent) intelligam me parem eſſe non poſſe: id vnum tamen ſilere non poſſum, etiam quòd me ſponte tua obuiiſque vlnis, ne quidem de facie notum, inter amicorum ordines retuleris: quod tamen minimè videri debet mirum: nam ſtudioſos quoſque complecteris, & amas, authoritate tueris, ſplendore ornas, atque benignitate foues, nil fuci gerens, vt omnes tibi addictiſsimos facias: quæ cùm ita ſint, etiam atque etiam oro, vt me reuerendiſ. Domino Legato, quantus ſum, atque opera mea offeras, & oblatum commendes: quod ſi (vt ſpero) feceris, tantum tuæ debebo humanitati, vt nullis officiis, nulla opera, nullo labore, induſtriáque vices queam ipſe rependere. Vale.

Apud Pariſios, anno 1534. &

5. Idus Martias.

# CONCLVSIONES EX REPETITIONE L. VNICÆ, C. DE SENT. QVÆ PRO EO QVOD INTEREſt, proferuntur. elicitæ: & publicè apud Bituriges, inter legendum diſputatæ incipiunt.

1 *IVre diuino, intereſſe inuentum aſſeritur:*
2 *Imò iure ciuili, citra contrarietatem tuetur. Vide in præfat.nu.1.& ſeq.*
3 *Ante moram intereſſe debetur:*
4 *Sed non deberi Iuriſconſ.defendunt. In præfat. num.24.& ſeq.*
5 *Intereſſe partis, princeps remittere poteſt:*
6 *Non poſſe etiam iuri eſt conſonum. In præfat. nu.30.& ſeq.*
7 *Appellatione intereſſe, venire rem, certi iuris eſt:*
8 *At non venire defendetur. In præfat. num. 48. & ſequen.*
9 *Noua, cæteris reprobatis, continuatio datur. In præfat.nu.80.*
10 *Pacto de retrouendendo, nunquam præſcribitur.contra communem:*
11 *Imò, triginta annis poſſe, iuris eſt. In nota.1.nu. 52.cum ſeq.*
12 *Ratio Bartol.& aliorum (cur in caſibus incertis intereſſe non taxatur) non eſt ſufficiens:ideo noua dabitur.nota.3.in fine.& no.7.in fine.*
13 *Nouus intellectus ad l.Titius.& ſeq.iuri conformis deſcribitur.nota.4.nu.15.cum ſeq.*
14 *Noua ratio, cur in certis caſibus ad duplum tantum taxauit Imperator: (cæteris reprobatis) aſsignatur.notab.5.*
15 *Intereſſe in caſibus certis, non poteſt vſque ad duplum peti.*
16 *Contrarium aſſerere, Iuriſconſultorum eſt. Vide in 6.not.*
17 *Noua diffinitio intereſſe datur. in gloſſ. prout. num.23.*
18 *Non eſſe dabile intereſſe conuentum, Soci.aſſerit. in glo.1.nu.14.*
19 *Vnum tantùm eſſe intereſſe, pro Petro, indubitati iuris eſt.*
20 *Imò multiplex eſſe, pro communi, defendetur.*
21 *Non eſſe dabile intereſſe, pro Alciato dicetur.*
22 *Imò contrarium aſſerere non erit pertinacis. in glo.1.nu.24.*
23 *Non reperiri intereſſe, inæſtimabile, contra omnes doctores certum eſt.glo.1.nu.28.& ſeq.*
24 *Imò reperiri docto.affirmant.*
25 *Nouæ definitiones ad intereſſe conuentum, commune, & ſingulare, cæteris reprobatis inueniuntur. glo.1.nu.50.cum ſeq.*
26 *Iuramentum in litem, hac conſtitutione coarctatur.*
27 *Imò non coarctari Alciat.defendit:cui reſpondetur.glo.1.nu.94.cum ſeq.*
28 *Nouus intellectus ad l.libertus, qui ſoluendo.ff. de bon.libert.datur.in glo.1.nu.115.*
29 *Nouæ definitiones ad intereſſe intrinſecum, & extrinſecum, iure probantur.Vide in glo.1.nu.149.*
30 *Nouus intellectus ad §.ſi quis.de honoribus.l.iniuriarum.ff.de iniur.datur.in glo.1.nu.165.*
31 *Noua ratio ad text.cur contractus potius, quàm delicta expreſſerit.in glo. in omnibus caſibus.nu.3.*
32 *In delictis intereſſe taxatur hac lege: contra Alciat.*
33 *Noua & facilis declaratio, qui dicantur caſus certi & incerti, vltra docto. hactenus dabitur. in glo.quantitatem.*
34 *Singulare intereſſe non conſiſtere circa affectionem ſolam: contra communiter docto. tenetur. in glo.1.nu.50.*
35 *Intereſſe incertis vltra duplum peti poſſe, verum eſt.*
36 *Non poſſe, ſuſtinebitur.in glo.dupli.*
37 *Etiam ſi intrinſecum debeatur, extrinſecum petitur.*
38 *Sed contrariũ commune eſt. vide gl.dupli.nu.31.*
39 *Venditorem nõ teneri ad tradendum aſſerimus.*
40 *Imò teneri Iuriſconſulti autumant.vide in glo. dupli.nu.35.*
41 *Nec intereſſe conuentum, nec commune, duplari ſentimus.*
42 *Imò & commune, & conuentum, poſſe tenebimus.in glo.dupli.*
43 *Intereſſe extra rem deberi, certi iuris eſt.*
44 *Imò non deberi, Iuriſconſulti affirmant. vide in glo.dupli.nu.65.*
45 *Pœna adiecta dationi quantitatis, debetur.*
46 *Imò non deberi, Iuriſconſulti arbitrantur.vide in gloſſ.proferuntur. num. 23. & in gloſſ. 1. & in glo.dupli.*
47 *Nouus intellectus ad l.fina.ff.de pericu.& commod.rei vend.datur.vide in glo.vlt.nu.11.*
48 *Nouus intellectus ad l.is cui. §.fin.ff.de furt.depromitur.In glo.vlt.nu.16.cum ſeq.*
40 *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur.vide in glo. vltima.*
50 *Imò deberi, iuriſconſulti defendunt.*





# PRAEFATIO REPETITIONIS l.vnicæ, C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt, proferuntur.

QVANQVAM ad explicationem huius legis ac materiæ, eruditionem meam longè imparẽ cenſeo, auditores dilectiſsimi: cùm per materię ſubtilitatem, tùm inextricabilitatẽ: tamen quia vt impendiò difficilis eſt, ita impendiò vtilis, & ob id apprimè legenda: ideo ingenium meum, qualecumque eſt, meas curas omneis, ſtudia, feſtos ac profeſtos dies, omnem denique operam, omnéque oleum conſumpturum me polliceor: & ita ſpero futurũ, vt & mihi prodeſſe, & vobis pro virili ſatisfacere poſsim: Dei, ac intemeratæ virginis fretus auxilio: ſi ſequentia purgatis auribus haurire velitis.

*Difficilis eſt hæc materia.*

1 Hanc l.ſic exorditur Bar.Hæc lex eſt vna de difficilioribus totius C. & habet materiã profundiſsimam, & longiſsimam. Dicit inſuper Alberic.quòd hæc materia eſt ſubtilis, vtilis, & continua.Et Bald.hic col.8. eam eſſe ſubtiliſsimam, & vtiliſsimam. Et idem in additio. ad Spec.in tit.de fructib. & intereſſe. col.2.inquit, verba iſtius text. eſſe ita obſcura, ſicut aliqua quæ ſint in corpore iuris. & Fulgoſ. quẽ refert hîc Soci. eſſe profundiſsimã & ſubtiliſsimam. Auget hîc difficultatem Deci.eo quòd non eſt ſolita legi, ideo calcata ſemita non reperitur. Itẽ teſte d.Igneo, in repeti.l.quatenus.in princi. ff.de reg.iur.Hęc lex amplectitur mare ampliſſimum, in quo pauci ſine periculo nauigarunt. Propter eius ſubiectam materiam turbatur totus mundus, nec eſt qui nauiget ſecurus in ea. Licet Dy.in regu.mora. de regul.iur.lib.6.eam ſolenniter diſputauerit. In cuius diſputatione tota ſynodus ciuilis philoſophiæ comparuit: ſecundum Cin.hîc.col.1.quare iniuriam facit ſynodo, qui rectè iudicata & diſpoſita euellere contendit.l.3.C.de ſumma trinit.& fide cathol. §.& nos non latuit.in fi.in authen.quibus modis natura.effic.legit.colla.6.refert patriæ decus & conciuis Boer.in d.regu.mora.in pen.addit.

2 Et cunctas res difficiles non poteſt homo explicare ſermone, Eccleſiaſtes cap.1. Idcirco Domine inclina cœlos tuos & deſcende, tange montes & fumigabunt. Emitte manũ tuam de alto: eripe me & libera me de aquis multis. Dauid Pſal. 143. vt mihi per te liceat auditoribus hanc materiam planam & facilem reddere, & paucis perſtringere. Licet aliqui de induſtria moderni, in hoc immenſo atque infeſto pelago opiniones inſolitas tenuerint, & ignotum per ignotius declarauerint, noctem in oculis circunferentes, in ea tamen ſic procedemus.

*Totius materiæ diuiſio.*

Primò nouiter quæremus, quo iure intereſſe ſit inuentum. Secundò, quid veniat eius appellatione. Tertiò, quot modis ſumatur. Quartò, ſuccedet gloſſæ continuatio. Quintò, legis diuiſio. Sextò, caſum fingemus. Septimò, notabilia eliciemus. Octauò gloſſam & Bartoli apparatum expediemus: Primò quærendo quid ſit intereſſe. Secundò, quotuplex ſit. Tertiò, vſque ad quam quantitatem poſsit aſcendere. Quartò, qui dicãtur caſus certi, & incerti. Quintò, quomodo in iudicium deducatur. Sextò, quomodo probetur. Septimò, qualiter ſententia feratur ſuper eo: & alia vſu venientia inſeram, quibus viſis aderit finis noſtræ repetitionis. Moder.Socin. Deci.& alij præmittunt multa, ego verò reſeruo dicendum ad gloſſam, ne ſua fraudentur dote. Nuper in manus meas ſcripta, imò verius venena quorundam iuuenum inciderunt, qui in ſuis ne dicam ſcriptis, ſed confuſionibus in tantam deducti ſunt ſtoliditatem & veſaniam, vt omnes alios inſanos vocent, qui in hac materia antea ſcripſerant, quorum digni non ſunt, vt calceamentorum corrigiam (vt verbis Euangelij vtar) ſoluant, atque adeò detractionibus & iniuriis diſcerpunt & dilaniant, vt nullus vnquam in eorum comparatione in iure praxíve aliquid nouiſſe videatur, quamuis in eorum libris centum & plures errores (etiam quoſdam hæreſim ſapientes) annotauerim. Quid enim eſt, quod arrogãter claſsicos authores, & iuris antiſtites ita miſerè & arroganter deprimere audent? numquid vt arrogantiam illorum vnuſquiſq; intelligat? Nónne poſtquam Deus Optimus Maximus eos iuriſconſultos excellentes (vt dicunt) fecit, illi gratias agere; & alios maledictis non inficere debent: ſed hos ἀνοήτους, fatuos, rudes, abſurdos, qui neque intelligunt neque intelliguntur, καὶ μεγαμύκους, altè mungentes aſinos, vltra Herculis columnas reiiciamus, cùm leges Dei & ſæculares contemnant, iuribus certandum & non probris ſtatuentes, & philoſophorum etiam documenta irrita faciant. Socrates enim cùm interrogatus fuiſſet Mechanici qui eſſent, reſpondit, qui ſui ſimiles ſpernunt. Et Democrates iam ſenex aſcendens in arcem Athenis perquàm anheloſus, idem ſe facere dixit, quod vniuerſa ciuitas Athenienſium ſoleret, nempe ſe magnum quidem ſpirare, parum autem valere. Et Menander Poeta Græcus, graphicè deſcribit, & acerbè increpat vanam quorundam arrogantiam his verſibus,

Ὦ τρισάθλιοι ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' αὐτοῖς μέγα,
Αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπου φύσιν.
Πᾶς ὁ μὴ φρονῶν
Ἀλαζονείᾳ καὶ ψόφοις ἁλίσκεται.
Διὸ μήτε τῶν πτωχῶν πάλιν
Ἡμῶν καταφρόνει, τὸ δ' εὐτυχεῖν ἀεὶ
Παρέχε σεαυτὸν τοῖς ὁρῶσιν ἄξιον.

Id eſt, *O miſerrimi térque quatérque*
*Omnes, qui de ſeſe magnificè ſentiunt, inflati,*

*Ignorant enim illi hominis conditionem.*
*Omnis inſipiens*
*Arrogantia & plauſibus capitur,*
*Quapropter neque etiam pauperes,*
*Nos ſpreueris, ſed fœlicitate tua ſemper*
*Exhibeas teipſum ſpectantibus non indignum.*

Ob id ſi quis aliorum ſcripta non iuſta eſſe decernat, ea modeſtè & non probris corrigat.

*Scilicet eſt virtus fratrem releuare cadentem,*
*At nihil eſt laudis turpia verba loqui.*

Et ſic legem & Dei, & ciuilẽ ſeruabit, ad quod totos (vt aiunt) neruos debemus tendere, vt finis noſter fœlix perpetuúſque ſit, & vt ita ſit, Deum virginémque ſacram & omnes ſanctos vehementer rogo. Et quia inconueniens eſt interpretationem promittentibus omiſsis initiis, atque origine non repetita, atque illotis (vt ita dixerim) manibus protinus materiam interpretationis tractare. l. I. ff. de origin. iur. Quamobrem ſequentia præfari licebit, quamuis quidam ſtupidi, iſtas præfationes nihili faciant, ſicut alia omnia ex ſui inconſtantia ingenij ita res leuiter iudicantes.

*Quo iure ſit inuentũ intereſſe, primò arguit de iure diuino.*

3 Nouiter eſt primò quærendum, quo iure ſit inuentum intereſſe; ſeu, id quod intereſt. Et primò videtur de iure diuino: vt habetur Exodi 22. cap. Si læſerit quiſpiam alterius agrum, vel vineam: & dimiſerit iumentum ſuum vt depaſcatur aliena: quicquid optimum habuerit in agro ſuo vel vinea, pro damni æſtimatione reſtituet: & ibidem reddet damnum. Et in cap. ſi læſerit. & ſequen. de iniuriis & damno dato.

4 Sed intereſſe eſt damnum: vt hoc text. ibi damnum, quod re vera &c. & in c. peruenit. de fideiuſſo. ſeu eſt damni æſtimatio: vt in prima gloſſa dicetur. Ergo eſt de iure diuino, quo mandatur damnum reſtitui.

5 Item ſecundò, dicitur Leuitici 19. cap. Non morabitur opus tui mercenarij apud te vſque ad mane. Idem intelligendum eſt in aliarum rerum reſtitutione, vt damnoſa nõ debeat eſſe dilatio: alioqui peccat quis detinendo rem inuito domino: & ideo ad id quod intereſt tenetur iure diuino, Leuit. 5. c. Ipſúmque, quod intulit damni, reſtituet, & hoc tenet Ioan. de Turre cre. in cap. ſi res, verſi. ad tertium, 14. q. 3. Item verè damnum eſt, ex mutuo detento contra domini voluntatem proueniens, ſciente detentore: vt dicit d. Caieta. in 2. 2. q. 81. artic. 2. verſi. ad primum.

6 Tertiò, De iure diuino, dans damnum tenetur compenſare: Exod. 21. cap. & ſequen. ſed in intereſſe quis patitur damnum: vt hoc text. ergo de iure diuino tenetur illud compenſare. Et alia multa poſſem adducere, quæ ſeriò omitto: vt expedita ſit ad vacationes, quas poſt ſex menſes habebimus, cùm hoc Martio menſe 1530. inceperim.

*Arguit de iure naturali.*

7 Secundò videtur quòd ſit de iure naturali, quia naturalis æquitas non vult aliquem locupletari cum aliena iactura. l. nam hoc natura. ff. de condictione indebi. l. iure naturæ. ff. de regulis iur. ſed detinendo rem meam, vel mihi debitam, locupletatur quis cum mea iactura: quia medij temporis recepit commodum, vt patet: ergo tenebitur ad id quod intereſt.

8 Tum iudex ex officio debet ſupplere, ne quis cum aliena locupletetur iactura. Barbat. conſi. 42. Illud. col. 7. adducit Imol. in c. peruenit. de emptio. & vendit.

9 Præterea ſumma æquitas dictat, damnum tua cauſſa paſſum mihi reſtitui. l. quòd ſi Epheſi. in fin. ff. de eo quod cert. loc. & Baldus not. in rubr. de offi. iudi. col. 3. ergo &c.

10 Item naturalis ratio ſuadet, vt benefacienti benefaciamus. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæredit. l. ſi non ſortem. §. libertus. de condict. indebi. ſed ego bene feci mutuando proximo meo: ergo ratione naturali tenetur, ſi aliquod damnum ex hoc patior, id ſarcire.

*De iure gẽtiũ quòd ſit intereſſe inuentum.*

11 Tertiò videtur, quòd de iure gentium ſit inuentum: quia illud dicitur de iure gentium, quo omnes gentes vtuntur. §. ius autem gentiũ. Inſtit. de iure natur. l. I. in fi. ff. de iuſti. & iur.

12 Sed omnes gentes vtuntur eo quod intereſt, ac illud petunt, quando ſunt perpeſſæ: vt notoriè patet.

*Francigenæ nunquã cõmittũt vſuram.*

13 Maximè Francigenæ, qui in hoc gloriantur, eo quòd nunquam committant vſuram: licet quandoque vltra ſortem recipiant nomine intereſſe. Odofredus in l. emptione. C. plus valere quod agitur. refert D. Chaſſa. in conſue. Burgund. rub. *des droicts*. in §. 23. nu. 33. & deriſiuè loquitur: ergo &c.

14 Item à gentibus fuit inuentum: ſicut contractus. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. Nam ante gentes non erat intereſſe: ergo dicitur de iure gentium.

*Arguit quòd de iure canonic.*

15 Quartò, videtur de iure canonico. in cap. peruenit. & ſequen. de fideiuſſo. c. conqueſtus. & cap. ſalubriter. de vſur. hoc videtur tenere Specu. in tit. de fructibus & intereſſe. §. ſequitur. Petrus de Ancha. conſil. 150. in quæſtione quæ vertitur. Panor. Feli. & alij in c. P. & G. de offi. delega. cap. cùm venerabilis. de exceptio. Calder. in conſ. 11. mercator. rub. de vſur. Petrus de Ferra. in pract. ſua, in forma libelli in actione reali. in gloſ. & florenis. verſi. ſed circa. Bald. conſil. 166. ſtatuto. in 1. parte.

*Nũc de iure ciuili.*

16 Vltimò videtur, quod ſit de iure ciuili: vt hîc, & l. I. l. Titius. & aliis multis iuribus. ff. de actio. empt.

17 Item vbicunque lex ciuilis addit, vel detrahit iuri gentium vel naturali: efficitur ius ciuile. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure. facit quod notat Bartolus & alij in l. edita. C. de edendo. l. I. §. & poſt operis. ff. de noui operis nuntiatione. l. I. §. ſi quis ſimpliciter, de verborum obliga. ca. ſtatutum. de electio. lib. 6. latè Albert. Brunus in tract. de augmento, concluſi. 3. pulchrè declarat Iaſ. in repeti. l. admonendi. col. 66. nu. 184. ff. de iureiur.

18 Sed ius ciuile addit actionem, pro intereſſe: taxationem, formam, & alia: ergo dicetur de iure ciuili.

19 Imò etiam ſi non addat, ſed ad ordinem redigat. l. 2. §. poſtea cùm Appius. ff. de orig. iur. ergo eſt de iure ciuili.

20 Præt



20 Præterea vnumquodque ſimile, ſuum generat ſimile. l. quòd ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædili. edict. glo. in ca. fin. de fil. presby. lib. 6. D. Andræas in omni arte præcellens, Tiraquellus in tracta. de legibus, connubia. in 6. l. fol. 71. Bonus de Curtili, in tract. nobilitatis. in 4. parte, col. I. & Zaſius in verbo, ac filius. l. 2. fol. 157. ff. de origi. iur. ſed intereſſe generat actionem mediante obligatione, quæ actio eſt de iure ciuili. l. in commodato. §. ſicut. ibi, actiones ciuiles. ff. commo. Iaſ. in §. I. Inſti. de action. ergo & ipſum intereſſe erit de iure ciuili.

*Reſolutio, quo iure ſit intereſſe inuentum.*

21 Pro reſolutione, arbitror eſſe de iure diuino: quò ad originem, ſeu inuentionem: per ea quæ ſuprà dixi. Et ita videtur pertranſire Ioan. Nider in tracta. de contractibus. c. 3. & communiter theologi.

22 Quia ſicut Deus eſt origo omnium entium: ita lex diuina eſt prima & vniuerſalis origo omnium legum iuſtarum, ſecundum beatum Thomam, in opuſculo de vſuris. cap. 15. quomodo, & quare reſtitutio vſurarum ſit facienda. Et quia expreſſe lex diuina iubet reſtitui damni æſtimationem, & ſic intereſſe: ideo de iure diuino eſſe dico, non tamen ſequitur, quòd omnes actiones & obligationes ſint eo iure inuentæ: quia de illis non eſt expreſſe in iure diuino cautum, ſicut de eo quod intereſt. Nec me mouet, quòd iura diuina loquantur de damno, ſeu damni æſtimatione: quia idem dicunt docto. theologi quò ad lucri ceſſationem, ſi lucrum ſit certum, & probabile: vt tenet Gabriel Biel, de Traiecto, & alij in 4. ſenten. diſtin. 15. aſsignantes rationem.

23 Nam impediens alium à beneficij & lucri conſequutione, quando erat in via habendi, eum damnificat: & ideo illi ad reſtitutionem de iure diuino tenetur: vt tenet beatus Tho. relatus per Silueſtrum de Prierio, in ſumma ſua: in verbo, vſura. in I. q. 19. & hoc quando lucrum erat in actu, vel quaſi, ſecũdum eos: quia videtur ineſſe. l. lecta. verſi. dicebam. ff. ſi cer. pet. & dicam in glo. vlt.

*Intereſſe in foro cõſcientiæ, ſeptem concurrẽtibus, debetur.*

24 Et ex mutuo intereſſe debetur, etiam in foro conſcientiæ, ſeptem concurrentibus: de quibus per Conradum, in tracta. de contract. q. 30. conclu. I. Primò quòd verè damnum, non fictè emergat. Secundò quòd ex illo mutuo, non ratione alterius rei. Tertiò, quòd exactum non excedat damnum. Quartò, quòd paſſus damnum, maluiſſet retinere ſortem, quàm nunc recipere vltra ſortem. Quintò, quòd mutuum fuerit conſilij, nõ præcepti. Sextò, quòd exactio nõ infamet actorem, nec alicui ſit & ſcandalo & offendiculo. Septimò, quòd iã paſſus fuerit intereſſe. nam pro eo quod non eſt paſſus, non poteſt agi: vt ibi plenè potes videre, ſi te delectet.

25 Imò licèt de iure ciuili ſemper non poſsit peti, vtpote quando creditor eſt paſſus ante moram: tamen debitor de iuſtitia tenetur creditori, & in foro conſcientiæ reddere id quod intereſt creditoris: vt ſi mutuo tibi decem, quæ reſtituere promittis in feſto Paſchatis, quia mutuaui, impotens factus ſum ad ſoluendum meo creditori: Ideo me oportuit diſtrahere bona mea vili pretio, vel accipere ſub vſuris: tu teneris, etiam ante morã, ad id quod intereſt: vt tenet Ioan. de Turre crema. in ſumma. 14. q. 3. & Conradus de contract. q. 30. in 4. ſuppoſitione, & concluſio. 3. & ſequen. & Ioan. Nider. vbi ſuprà. cap. 3. Nempe tua cauſſa damnum patior, ideo illud reſtituere debes. per reg. iuris, & probat. l. I. & 2. ff. ad legem Rhodiã, de iactu. æquitas ergo maxima eſt, vt illud reſtituas quod tuo nomine paſſus ſum, nec damnum mea culpa dicar pati, quia ſæpe homines plus ſperant de ſuis facultatibus, quàm in his ſit. §. in fraudem. Quibus ex cauſis manumit. licet vel non, in inſtitu. & ſic poteſt eſſe concluſio: Intereſſe ante moram debetur: ſcilicet in conſcientia: vt dixi. Imò non deberi, iuriſconſulti aſſerunt. & ſic de iure ciuili regulariter ante moram non debetur: vide tamen l. Titia Seio. §. I. ff. de legatis 2. l. his verbis. §. alumno. de legatis 3. Claudi. de Seycel. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 8. q. Bar. de verb. obliga. l. 2. §. cùm in eadem. & ibi Bal. ff. ad l. Rhodiam, de iactu.

*Concluſio. Intereſſe etiam ante moram debetur in foro conſcientiæ.*

26 Nec obſtat, Quicquid accedit ſorti, vſura eſt: & ſic reprobata: Ezechiel. 18. ca. Deutero. 23. c. ſi fœneraueris. & c. plerique. 14. q. 3. ca. conſuluit. de vſur. beatus Tho. in 2. 2. q. 78. artic. I. latè Ambro. de Vignate, arguendo pro & contra, in repet. c. ſalubriter. col. 3. cum ſequen. de vſur. Reſpondeo hîc non eſſe vſuram, ſed intereſſe, & tanquam illud poteſt peti. glo. in cap. conqueſtus. de vſur. c. ſi quis clericus. & cap. quoniam. 14. q. 4. Aluar. de Planctu eccleſiæ. lib. 2. art. 46. litera, q. & Archiep. Florent. in 3. parte ſummæ. tit. 8. cap. 3. de negociator. in fi. prin. & Ambro. de Vignate in repet. d. c. ſalubriter. nu. 45. & ſeq. de vſur.

*Sanctè etiã petitur intereſſe.*

27 Vbi tenet, iure canonico & diuino peti & exigi poſſe, etiam ſanctè: ſecundum eum. Nec dicitur recipere vltra ſortem. ſecundum glo. in d. c. conqueſtus. cui non aſſentio: ſed hoc fit iure diſponente, & permittente: prout multis probat exemplis Leonar. de Vtino, de legibus, ſermo. 17. Angel. conſil. 90. pro deciſione. colum. 2.

*Caſus in quibus licitè recipitur vltra ſortem.*

28 Vide multos caſus, in quibus licet accipere vltra ſortem, per Soci. in tract. Fallen. regul. 3. glo. & doct. in d. c. conqueſtus. Archiep. Flor. in 2. parte ſuæ ſummæ. tit. I. cap. 7. de multiplici modo vſurarum. §. 3. Conradum. d. tract. de contract. q. 46. conclu. 3. Chaſſa. in conſuet. Burgund. in rub. *des droictz*. §. 23. num. 22. cum ſequen. Angel. de Clauaſ. in ſumma angelica. in verb. vſura. in primo. §. 10. cum ſeq. Ambro. de Vignate, in repe. c. ſalubriter. num. 264. cum ſeq. de vſuris.

29 Item habet in ſe æquitatem naturalem, vt ſuprà dixi: eſtque receptum à gentibus, ideo receptione de iure gentium poteſt dici: vt in ſimili ſcribitur de matrimonio in §. I. Inſti. de iur. natu. gent. & ciuil. Bal. nouel. tract. de dote. q. 3. approbatione dicetur etiam de iure cano-

nico, per ſuprà adducta. Item eſt de iure ciuili, quò ad formam taxandi, vt hîc: & petitiones & actiones producendi. l. 1. ff. de actio. emp. Sic de exceptione dixi, in arbore exceptionum, in prin. vnde cum damni æſtimatio, vt reſtituatur, præcepta ſit à iure diuino, vt ſuprà probaui. Et lex diuina eſt ante ius gentium, ergo de iure diuino dicetur. Nam iure gentium non fuit diſpoſitum intereſſe reſtituendum, ſed à iure diuino prius fuit ſtatutum, & qui vult dicere contrarium, hoc probare debet, & quamuis hæc lex verbis denotantibus promulgationem iuris noui vtatur, tamen quia materia repugnat, non inducit ius nouum. vt dico inferius in 4. Nota. Nec ſunt iudicialia ea, quæ præcipiuntur de damni æſtimatione reſtituenda, ſed moralia & in nouo teſtamento repetita ſunt. Matthæ. 5. & eſt generale argumentum ad omnes, vt reddere habeant ad quod tenentur. per reg. Peccatum. de reg. iur. in 6.

*Intereſſe partis princeps remittere non poteſt.*

30 Ex quo infertur, quòd princeps intereſſe partis remittere non poteſt. tex. cum glo. in l. venia. in fi. Cod. de in ius vocan. not. in l. quotiens. & l. reſcripta. C. de precib. impe. offeren. facit glo. in verb. in conceſsione. ca. dilectus. de offic. delega. Bald. in l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrba. prædio. glo. vltim. & ibi doct. in c. authoritate. de priuileg. lib. 6. & Panor. in cap. humilis. de maiori. & obedi. & ſic fuit prolatum areſtum in parlamento Pariſienſi, vt citat Ioan. Gallus, in quæſtioni. per areſta. q. 124. areſto 4. an rex ius partis &c. cui conſentit practica vniuerſalis regni. Bal. in cap. quanto. col. 1. de iureiur. Nec ſunt iſtæ ineptiſsimę ξενολεσχίαι vt iactat Labyrinthus, ideſt anxietates de rebus nihili, vt quiſque ſani iudicij diſcernere poteſt. Et ſicut princeps non poteſt totam rem auferre, vel ipſius dominium. l. 2. C. de precib. impera. offerend. iuncta glo. ita nec rei partem. l. quæ de tota. ff. de rei vend. l. 3. §. primo. ff. commod. ergo princeps intereſſe partis non poteſt remittere. alia dico in tracta. cõgruæ portio. in fi.

*Areſtum.*

*Papa vſuras non remittit.*

31 Sic nec vſuras à priuatis extortas, Papa, nec Imperator remittit, vel alius quiuis princeps: vt tenet Adrianus de Traiecto in 4. ſente. diſt. 15. verſi. aggredior. in fi.

32 Imò etiam cedendo bonis, vſurarius non liberatur: glo. ſing. in c. cùm tu. in verb. in facultatibus. de vſur. ſecundum Silueſt. in ſua ſumma, verb. reſtitutio. in 7. q. 6.

33 Si princeps remitteret: non haberet parti obeſſe. l. authoritate. & ibi not. C. vnde vi. Panor. in c. in noſtra. de iniur. Bal. in l. poſt deciſionem. C. de fur. l. reſcripta. de preci. Impe. offer. Ancha. conſil. 161. viſo diligenter.

34 Imò peccaret mortaliter, ſi hoc faceret, ſecundum Paridem puteum in tract. ſyndica. in verb. quia pluries. fol. 101. in paruo volum. & quando remitteret delictum, non cenſetur remittere, niſi id quod ſuam curam tangit, non ius partis. l. ſi docueris. C. de fal. c. paſtoralis. de donatio.

35 Sed quò ad præiudicium principis bene valeret: & quò ad eum debet extendi gratia. l. beneficium. & ibi docto. ff. de conſtit. princip. l. ſi quando. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. cap. cùm dilecti. de donat. glo. in cap. quamuis. in 1. de præben. lib. 6. glo. in Clem. pen. in verb. ſiue ad nos. illo titu. Panor. in cap. olim. de verb. ſign. Barb. conſil. 11. illud. col. pen. in 4. vol. glo. in regul. in teſtamentis. ff. de reg. iur. Rauen. in alpha. iuris. in verbo beneficium. Guido Papa in deciſio. ſuis. quæſt. 489. princeps. latè Felin. in cap. cauſam quæ. col. 8. & ſeq. verſic. interpretatio priuilegij. de reſcrip. Cotta in 2. parte memorialium. in verbo, priuilegia.

*Clauſula quæ in gratiis ſolet apponi.*

36 Ideo ſolet princeps apponere in gratiis, ſiue in indulgentiis, quas criminoſis concedit, hæc verba: Satisfactione parti facta ciuiliter tantum. quæ verba ſunt ablatiui abſolutè poſiti, inducentes conditionem: & ſic gratiam conditionalem. l. ab emptione. ff. de pact. l. à teſtatore. ff. de condit. & demon. Iaſ. in l. 1. not. 5. C. de iur. emphyt. D. de Ripa. lib. 2. reſpon. de reſcrip. cap. 9. verba illa, &c. Decius limitat in ca. tranſlato. in 2. lect. num. 3. de conſtit. moder. Hiſpan. in §. item ſi quis in fraudem. num. 38. Inſtit. de actio.

37 Idem dicit Guido Papa, in clauſula poſita in literis releuamenti, prouiſo quòd de fide & iuramento factis, diſpenſationem prius habuerit à ſuo prælato. conſil. 205. circa proceſſum. num. 9. & vide conſil. 53. nobilis. colum. 2. per eundem.

*Princeps partis intereſſe taxat.*

38 Limita, ſiue declara, prædicta: quòd ſi pars nollet æſtimare, id quod ſua intereſt, vel in infinitum æſtimaret: poſſet princeps eam compellere, & illud taxare ad iuſtam æſtimationem: argumento iſtius tex. vbi in caſibus certis ad duplum taxauit. facit l. 1. ibi pretio, videlicet arbitrio prætoris conſtituendo. C. de communi ſer. manumiſ.

39 Et hoc inſpecta qualitate delinquentis, poſſibilitate & facultate: arg. l. 2. ff. de re iudic. ſic vidi impetrari literas à quodam homicida, directas iudici, coram quo gratia interinabatur: cui mandabatur vt haberet taxare intereſſe partis, & ad interinationem gratiæ procedere. Formam illarum vide in ſtylo magno.

*Quomodo poſsit æſtimatio fieri.*

40 Et hæc æſtimatio debet fieri ſecundum l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcid. teſte Specu. in titu. de iniur. in §. ſequitur. in verſic. ſed vſque. Rofre. in tracta. libellorum, in 3. par. rubr. de actio. in factum de his qui deiece. vel effude. col. vlt. Panor. in cap. 1. de iniur. Ioan. Lupus, in repe. c. per veſtras. §. 25. fol. 17. col. 3. de dona. inter vir. & vxor. vide tex. in l. fi. ff. de his qui deiece. vel effud. Et Exod. 21. ca. Et pulchrè Maſuer. in ſua pract. in rub. de expenſis. verſic. pen. & idem ſi ſit derelicta habitatio domus ad vitam, vel data: & hęres eam velit vendere: in deciſio. Neapol. 34. pater quidam.

41 Secundò limita, niſi eſſet generale ſtatutum populi: vel hoc fieret in concilio generali, quod populum repræſentat. glo. in rub. C. quæ ſit longa conſuet. doct. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Innoc. & alij, in cap. in noſtra,

per



per illum text. de iniur. Bal. in l. quicunque. col. pen. C. de ſer. fugit. Barb. conſil. 11. illud. col. pen. in 4. vol.

42 Idem in conſuetudine, quia cùm poſsit inducere vt aliquid petatur vltra ſortem ratione eius quod intereſt, & ſine fraude vſurarũ: ita & tollere: ſecundũ Archiep. Flor. in 2. parte ſummæ. tit. 1. c. 7. §. 33. de Chaſſa. in conſuet. Burg. in rub. *des droictz*. §. 23. Bernardi. in defenſo. montis, in tertia parte litera t. tract. 1. Albert. Brunus, in tract. de for. & ſolenni. actus. rub. quis poſsit dare & tollere formam.

*Ob pacem habendam remittit intereſſe princeps.*

43 Vltimò limita, niſi princeps remitteret ex cauſſa publicæ vtilitatis, vt pro pace habenda: nam ſi aliter haberi non poſsit, etiam in foro conſcientiæ poteſt princeps intereſſe partis remittere: arg. cap. niſi. de præben. & c. in noſtra. in fin. de iniur. plenè Lucas, in l. vlt. col. 32. q. 28. C. publi. læti. lib. 12. Bar. & alij in l. fin. Cod. ſi contra ius. Bal. & Angel. in l. bene à Zenone. col. 2. C. de quadri. præſcrip. Iaſ. & alij. in l. conuentionum. ff. de pact. & l. venia. in fin. C. de in ius vocan. & l. Barbarius. col. 6. ff. de offic. præt. Iaſ. conſil. 136. An rex. col. 1. in 2. volum. & Dec. conſil. 520. in cauſſa. in primo dubio. Corſe. in tract. de poteſtate regia. quæſt. 41. verſic. 78. vbi ponit. 119. priuilegia pacis. vide ſi lubet.

44 Quia habere pacem, concernit bonum publicum: & propter bonum publicum poteſt princeps ius priuati auferre. l. item verberatum. §. 1. ff. de rei vendi. Bart. in l. quicunque. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſca. lib. 10. Iacob. in tract. de feud. in verb. & adhærentibus. in fin. & d. l. conuentionum. & in l. 2. ff. de iure dot. vide Bar. in l. fin. ff. de pigno. actio. de Ripa, in tract. de peſte. in 3. parte. quæſt. 5. fol. 67. glo. in ca. licet. in §. ſtatuit. in verb. reiecta. de elect. in prag. Albert. Brunus, in conſil. 1. & ſeq. in materia feudali. Alexand. in conſil. 190. maturè. col. 2. & conſil. 216. nec arguendi. col. 4. in 2. volum. & conſil. 47. in cauſſa vertente. col. 2. in 7. volum. Barba. conſil. 64. ſcribitur. col. pen. in 4. volum. Deci. conſil. 269. conſultus. col. 3. & conſil. 271. in caſu. nu. 6. & conſil. 286. in cauſſa. col. 3. nu. 4. & conſil. 361. omiſſa longa. col. pen. nu. 8.

45 Requiritur tamen quòd non recognoſcat ſuperiorem: & quòd apponat clauſulas derogatorias. Bal. in l. reſcripta. in fin. C. de precib. impe. offer. & in l. 2. col. 6. C. de ſeruit. & aqua. Alex. conſil. 126. viſo & examinato. col. vlti. in primo vol. Bolog. conſil. 6. vt in præſenti col. pen. Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. colum. 11. verſic. quarta declaratio. de conſtitutio. Barba. conſil. 23. clementiſsimi viſo puncto. col. 1. in 2. volum.

46 Poſtremò fallit, quando hoc faceret condendo legem generalem. Anto. de Butr. & alij, in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. latè Barba. conſil. 43. præclarè. col. 19. nume. 39. in primo volumine.

*Appellatione intereſſe quid contineatur.*

47 Secundò quæro, quid veniat appellatione intereſſe? Reſpondeo, propriè damnum emergens, & lucrum ceſſans: ſecundum glo. Deci. & alios hic: & Corne. conſil. 46. in hac. col. vlti. in 4. vol. Alexan. conſil. 168. requiſitus. nu. 5. col. 2. in 2. vol.

48 Ex quo infertur, quòd ſi aliquis fecit mihi pactum de non petendo, ſuper iniuriis, intereſſe, damnis & expenſis: adhuc poterit petere rem debitam: prout conſuluit Alexan. conſil. 168. requiſitus. col. 2. in 2. vol. & conſi. 20. requiſitus in 5. vol. per tex. in l. 1. & ibi notat. Cod. de ædilit. actio. facit l. Aurelio. §. Gaius. & quod ibi notaui. ff. de libe. lega. quia aliud eſt intereſſe, aliud res debita. vide glo. in l. & eleganter. §. non ſolum. in glo. vlt. ff. de dolo.

49 Impropriè tamen & largè, quando libellus non poſſet aliquid operari, tunc veniret res debita. per glo. primam, hîc dicentem, intereſſe eſſe rei pretium: & ideo ſuſtineretur libellus, in quo quis petit intereſſe rei, quam emit decem: ſecundum Bal. hîc. col. 2.

50 Et maximè, quando apponeretur dictio, & omnia remiſit. ſecundum Barba. conſil. 40. illud. col. 18. in primo vol. & etiam quando appareret de mente cõtrahentium, & ſecundum ſubiectam materiam, alioqui non: vt hîc per Deci. licet cogitandum reliquerint quidam moder.

*Fructus an veniant appellatione intereſſe.*

51 Item etiam largè comprehenduntur fructus, appellatione intereſſe. l. loci corpus. §. in confeſſoria. & ibi Bald. & Floria. ff. ſi ſeruit. vend. Idem Deci. hîc, in rubr. nam qui non conſequitur fructus rei ſuæ, dicitur pati damnum: ergo dicitur intereſſe. Idem tenuit Iacobi. in l. ſi ex lapidicinis. in princip. ff. de iure dotium.

*Damni appellatione quid contineatur.*

52 Appellatione etiam damni veniunt fructus. l. 1. in prin. ff. ad leg. Aquil. & inſtit. illo tit. in prin. vbi pro damno dato competit lex Aquilia, quæ etiam datur pro fructibus. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuam. ff. ad leg. Aquil. ſed appellatione fructuum non veniunt diſtributiones quotidianæ: quod facit ad condemnatum ad fructus præbendæ. Geminia. conſil. vlt. quid veniat appellatione ſumptuum. Bal. in c. grauis. col. prima, de reſtit. ſpolia.

53 Præterea creditores reuocant alienata in fraudem, vbi agitur de damno. l. qui autem. ff. quæ in fraud. credit. cum ſimilibus, quæ reuocatoria datur & pro fructibus. l. fi. §. fructus. illo tit. ergo appellatione damni veniunt fructus. & ſequitur hic Deci. in rub. q. vlt.

54 Fallit quando in conuentione, vel lege, exprimeretur: vt, promitto reſtituere rem cum fructibus, & ſine damno. Bald. in tit. de pace Conſtan. in verb. poſſeſsiones.

55 Quia tunc expreſſum, facit tacitum ceſſare. l. cum ex filio. §. 1. ff. de vulga. quicquid dicant hîc doctores.

56 Differentiam inter damnum & furtum ponit tex. & ibi. Bald. in ſummario, in l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuam. ff. ad l. Aquil. & in margarita, in verbo, damnum. & Deci. per illum tex. in cap. cognoſcentes. in 2. lectura, in princ. de conſti. Sed propriè damni appellatione venit diminutio patrimonij. l. 3. ff. de dam. infec. Rofre. in tract. libel. in 4. parte rub. de actio. ex ſtipulat.

pulat.

pulat.nomine damni, & latius in rubrica, de dam.infec.in 3.parte.Cardi.in cle.1.§.ciuitas. q. 4.de pœn.Bald.conſi.182.locata.col.1.in primo vol.glo.in prag.ſanctio.in tit. de friuol. appel. in ver.damnorum.

*Expēſa an veniant appellatione damnorū.*

57 Sed non expēſę venient appellatione damnorum.tex.ſing.in c.in noſtra.de iniur. ſecundum Roma.ſing. 342. nunquid appellatione. glo.in cap.ſi canonici.in ver. damnis. de offic. ordi.in 6. §. hæc autem. de pœna teme. litig. in Inſti.

58 Et hoc in contractibus,& in caſibus in quibus fit ſtricta interpretatio: ſed in materia fauorabili ſecus.l.inter quos.§.fi.ff.de dam.infec. l.ſancimus.C.de iudic.authen. ei qui iurat. de bon.autho.iudic.poſsiden.Archidia.in cap. in primis.col.1.& altera 2.quæſt.1.& Barba. c. fin. num.115.de reſcript.glo.in verbo, damnorum, de friuol.appella. in pragma. ſanctio. quia expenſæ etiam minuunt patrimoniū,ſicut damnum.l.quod dicitur.ff.de impenſ.in reb. dotal. factis.& diminutum dicitur, quod de hæreditate exiit.l.deperditum.ff.de peti.hæredi.

59 Item nec econtra.l.1.ff.de alie.iudicij muta. cau.fac.& ibi Alex.in addi. ad Barto. Bald. l.3. col.pen.C.de fructib.Bald.& Iaſ.in l.1. §. fin.ff. ſi quis ius dicen.non obtempe.

*Expenſarū appellatione quid veniat.*

60 Præterea nec appellatione expēſarum comprehenditur rei pretium:text.ſing. in l. quibus diebus.§.1.ff.de condit. & demonſt. Bald. in l. alimenta.C. de nego. geſt. Alexan.in d.conſil. 168.Rauen.in alphab.in verb.expenſa.

*Notet ſcholaris.*

61 Ideo ſi teſtator legauit expenſas librorum alicui, non videtur legare pretium librorum. Quod eſt verum,ſi fuerit facta aliqua impenſa: aliàs ſic, ſecundum Bart.in d.l.quibus diebus.& an appellatione fructuum veniant expenſæ, vide latè per doct. in l. fructus. ff.ſolu. matrim.

62 Tamen appellatione intereſſe non veniunt expenſę. clem.1. & ibi Imol. colu.1.de reſcript. quod eſt in forenſi iudicio frequentiſsimum, ideo ſolent iudices condemnare ad expenſas, damna,& intereſſe. & ita iubent ordinationes regiæ in poſſeſſoriis & quibuſdam aliis caſibus condemnari.vt plenè ibi dicam.

63 Notandum eſt etiam quòd remittens iniuriam, non videtur remittere intereſſe & damna.gloſ.in d.c.ſi canonici.Baldus in l.ſi pro fure.ff.de condict. furt. Angel.in §. fin.Inſtitu.de iniur.Panorm.in cap.1.de iniur.& dam.dato.

*Cautela optima.*

64 Ideo ad euitandum omnes opiniones cauti homines in inſtrumentis ſolēt apponere:Rem cum fructibus,damnis,intereſſe,iniuriis,& expenſis remiſit.vt dicit Bald.& alij in l.ſi tibi. §. 1.ff.de pact. quod eſt notandum:& ſic declaratur.§.ſi quis autem graduatorū.in tit. de electi. in concorda.

65 Item appellatione eius quod intereſt.in lege poſitum,intelligitur de pecuniario.l.ſi liber. ff. ad exhiben.

*Quando pars promiſit ſtare iuramento partis, ſuper intereſſe.*

66 Aduertendum eſt etiam, quòd ſi pars ſuper intereſſe,damnis,& expenſis,promiſit ſtare iuramento partis, vel ſimplici dicto:illa promiſſio valet.argu.l.hæc venditio.ff. de contrahen. emptio.

67 Poteſt tamen per promiſſorem reuocari ante declarationem.arg.l.ſi quis iuſiurandum. C.de iureiuran. Nam ſi poteſt in iudicio reuocari, ergo & extra: cum iudicium habeat vim ſtipulationis.l. cùm oſtendimus.§.pen. ff. de fideiuſſo.tuto.Bart.in l.fi.ff.de præto. ſtipu. Alexan.conſil.130. difficultas. in primo vol. & conſil.54.circa.col.1.vol.2.& conſil.67.ibidem. Si tamen ſemel declarauerit: ſtandum erit illi declarationi, ſi eſt iuſta: alioqui habebitur recurſus ad arbitrium boni viri. l. ſi libertus ita iurauerit.ff.de ope.liberto.Angel. in §.non ſolùm. col. 2. Inſtitu. de verbo.obligat.& ibi dicit,requiri citationem partis in declaratione.l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund.nupt.& Alex.d.conſil.130.in primo vol.Deci.c.2. col.3. de fide inſtru.

68 Item ſi quis promiſerit reficere expenſas, intelligitur de moderatis, non de effuſis. glo. ſingul.in §.oportet. in authen. de iudicib. colla. 6. ſecundum Baldum. in cap. finem. col.3. de dolo.

*Intereſſe quot modis accipitur.*

69 Tertiò quęro,quot modis accipitur id quod intereſt, ſiue intereſſe?Reſpondeo,multis.Primò intereſt accipitur,id eſt,præſens eſt. Valer. Quò facilius laboribus & periculis intereſſet. text.in c.ſciſcitatus.de reſcript.& tex.in ca. eccleſia.2.c.quia propter.& c.quod ſicut.de elect. cap.cùm eccleſia.de cauſ. poſſeſſ. & propric.c. prudentiam.& c.ſuper quæſtionum. §. ſi verò. de offic.deleg.c.ad audientiam.de eccle. ædificand. ca. ſuper eo. de rapto.Cle.ne in agro.§. porrò.de ſta. monacho.ideo dicitur, quòd diſtributiones quotidianæ dantur his, qui interſunt diuino officio,& horis debitis.c.1.de cler. non reſiden.lib.6.ca.fi.de ſenten.excom.eo.lib.

70 Secūdò accipitur,pro differt. Cicero primo offic.Inter hominē & beluam hoc maximè intereſt.Teren. Homo homini quid pręſtat:ſtulto intelligens quid intereſt. Ariſtot. lib.1.Ethi. c.3.l.ſed & ſi quis §.fi.ff.ſi quis.cautio.l.iſti quidē.ff.quod met.cau.l.non autem intereſt.de arbit.l.nihil intereſt.de inof.teſt.l.1.§.1.& fi.de his qui deie.vel effude.l.ſi mancipium. §. 1. de euictio.l.intereſſe puto.de acquiren.poſſeſ.l.1.§. illud autem.de aqua quotidia.& æſtiua.l. colonus.& l.cùm fundum.de vi & vi arma.l. ſeruo inuito.in prin.ad Treb.cum aliis multis, quæ ne lectorem tædio afficiam,omitto.

71 Tertiò,intereſt,in medio eſt.Liuius de Bello Punico.lib.1.Id morari victoriam rati,quòd intereſſet amnis.& Plinius lib.14.ca. 20.Arborum ſucco manantium picem, reſinamque, aliæ ortæ in Oriente,aliæ in Europa feruntur, quæ intereſt.

*De intereſſe inæſtimabili.*

72 Quartò capitur pro quadam vtilitate non facile æſtimabili: vt reipublicæ intereſt ſubiectos habere locupletes.§.cogitatio.in authent. vt iudic.ſine quoquo ſuffrag. colla.2. glo.in §. fi.inſtit.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.

73 Item intereſt reipublicæ, ne vrbs deformetur ruinis.l.pretor. §.hoc interdictū prohibitorium

rium



rium eſt ff.de noui oper.nuntia.l.fi.ne quid in loc.publ.fiat.l.2.C. de ædifi. priuat.l. cætera.& ibi Iaſ.ff.de legat.1.

74 Reipublicæ intereſt, dotatas mulieres eſſe, & dotes eis conſeruari.l.2.ff.de iure doti. l.1. ff. ſol.mat.& ibi glo. vide l. intereſt. de priuileg. credito.

75 Item Reipublicæ intereſt munera per ditiores & potentiores regi,& non per pauperes & abiectos.l. honores.ff.de decurio.in authen. de defenſo.ciuit.in princ.§.1.& Angel. conſil. 68. Martius.colla.2.Ideo agricultores ſeu foſſores vinearum, non debent eligi in conſules alicuius loci,vbi eſt copia aliorum ſapientum.l.1. & ibi patruus meus Rebuffus.C.de agric.& mancip.lib.11.quod facit contra Caturcen.

*Contra Caturcen.*

76 Etiam Reipub. intereſt, ne delicta remaneant impunita.l.ſi longius.§.1.ff.de iudic.l.ita vulneratus.ad leg.Aquil.c.vt famæ. de ſenten. excom.

77 Eiuſdem Reipub.intereſt,ne quis re ſua malè vtatur.l.2.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. §. fi.Inſtit.illo tit.

78 Intereſt Reipub.habere ſacerdotes, qui nobis ſacramenta miniſtrent:& magiſtratus,à quibus iuſtitiam recipiamus.l.1. §. 1.ff. de iuſtit. & iure.& eccleſias, in quibus ſacra fiant. not. in auth.quomodo oport.epiſco.§.1. in verb. ſancimus.colla.1.

79 Teſtamenta mandari exequutioni,Reipub. intereſt.l.vel negare.ff.quemad.teſta.aperi.c.vltima voluntas.13. quæſt. 2. & ne rumpantur. l. Gallus.§.quid ſi is.ff. de liber. & poſthu. & ibi Bal.3.not.

80 Item intereſt Reipub. partus non ſubiici:vt ordinum dignitas,familiarumque ſalua ſit.l. 1. §.ſed & ſi ſeruus.ff.de vent.inſpic.

81 Item Reipub. intereſt, nil rapi tempore incendij,ruinæ,& naufragij.l.1.§ ſi quidem. ff. de incend.rui.& naufrag.

82 Publicæ etiam vtilitatis intereſt, creationes officiorum inimicitia non fieri: ſed ex commodo.l.vnic.C.ſi propter inimi.creat. fact. ſit. lib.10.

83 Item Reipubl.intereſt,artem geometriæ diſci,atque exerceri.l.2.C.de maleſi.& mathema.

84 Item publicæ ſalutis & ſecuritatis intereſt, riuos & cloacas purgari.l.de pupillo.§. ſi quis riuos.ff.de noui oper.nuntia.dicam latius in 1. glo.expediendo intereſſe publicum.

85 Poſtremò accipitur hîc, pro quadam damni emergentis,aut lucri ceſſantis æſtimatione: quæ fit pecunia:per quam res regulariter æſtimantur.l.ſi ita fideiuſſorem.ff.de fideiuſſo.non omnes, vt dicunt hîc moder. quia non homo liber.l.fin. ff. de his qui deiece. vel effude.l. ſed Celſus.ff. de contrah. empt. nec res religioſæ, ſacræ, aut aliæ: de quibus ibi. & in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.oblig.nec inęſtimabile intereſſe,de quo proximè dixi, pecunia æſtimatur: & infrà dicam,nec aliæ multæ res, quas in locis ſuprà adductis licet videre.

86 Item vulgò dicitur intereſt mea, id eſt aliquod commodum amitto, vel damnum patior, inde tertius poteſt ſe opponere contra executionem ſententiæ,ſi prætendat intereſſe. l.à diuo Pio.§.ſi ſuper.ff.de re iud. Etiam dicimus non habeo intereſſe, id eſt, ad me non pertinet,non prodeſt,nec nocet,non curo,non me tangit.Iſta vulgò dici ſolent.& ſcribitur ad Gal.2.c.Ibi,quales aliquādo fuerint nihil mea intereſt.

87 Et hoc quandoque æſtimatur à lege, aliquando à contrahentibus, quandoque à iudice:vt dicetur in glo.1.

*Gloſ.continuatio.*

88 Finem huiuſce quæſtionis excipit glo. continuatio, quæ eſt Azonis in ſumma huius tit. licet glo.non citet, eam tamen reprehendunt Petr.Cy.Bart.& communiter doct.quia etiam ſuper eo quod intereſt, certa debet ferri ſententia.§.curare.Inſtitut.de actio.not. in l. certi condictio. in princ. ff. ſi cert. peta. glo.in l. 2. ſuprà titu. proximo. & per totum: & in ordina.reg.Carol. ſeptimi, artic. 123. quæ eſt lex regni.

89 Saluat glo.Fulgoſ.cum quo tranſeunt Soc. & Dec. hic: vt ad factum referatur: videlicet, vt ſæpe de facto iudices ferant ſententias incertas,ſed non vult dicere glo. quòd de iure valeat.

*Verba ad ius referuntur.*

90 Mihi verò hæc ſaluatio non placet: quia verba in dubio referuntur ad ius, & non ad factum.l. decernimus. C. de ſacroſanct. eccle. cap.1.de regul.iur.lib.6.l.rectè. & ibi Iacobi. ff. de iudic.l.fin.Cod.de actio. empt.l. ſtipulatio. §.hi qui.ff. de verbo.oblig.Aufre.in ſtylo Parlamen. in prima parte rub. de dilatione quæ datur pro garando.in princ.glo. in c.conſultationi.de tempo.ordin. collega noſter Do. Alcia. in l.6.§.Cato.in 6.q.Bart.de verbo. obliga. ff.cap.ſi gratioſè.& ibi Philip.de reſcript.lib. 6. Panor.conſil.43. quidam dominus. in primo volum. Barba. conſil. 1. colum. penult. in 4. volum. & propriè Panorm.in cap. vlti. de bigamis.

91 Item facit quod dicit Bald.in ca.vno.§.marchio. in princ.qui feud.da. poſſunt. quòd non dicitur comes vel prælatus, qui non eſt de iure. Adducit Innoc. in cap. in literis. de reſtit. ſpolia.ergo cùm glo. dicat, quòd incerta fertur ſententia ſuper intereſſe: & de iure debet intelligi.vide Fede.conſil.145.in fi.

*Nota,de rege Frāciæ.*

92 Et per hoc peſsimè dicit glo.in c. per venerabilem. in verbo, minimè. qui fil. ſint legi. quando ſupplet ad textum, dicentem regem Franciæ non recognoſcere in temporalibus ſuperiorem:videlicet de facto:ſecundum Petr. Iacob. in ſua pract. in rub. de præiudic. actio. fol. 47. glo. in pragma. ſancti. in procem. in verb. Dei. Ioan. Ferald. in tracta. de iurib. regis Franc. lilio primo. Bald. conſil. 217. ego puto.in 3.volum.Ioan.de Turre crema.in cap. in apibus.colum. 2.7. quæſt. 1. Iacobi. in l. de quibus. colum. penul. ff. de legib. & l. eſt receptum.in 2.lectura. de iuriſ. omni. iudic. Iaſ. in l.cunctos populos. colum. 3. in verſic. nunquid autem rex.Cod.de ſum.trinit.Benedic.in repet. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem.

num.

num.596.& ſeq.de teſta.Iacob. Bonaudus, in Panegyrico poſito. in tract. contra rebelles regum D.Ioan.Igne.in tract.An rex Franciæ recognoſcat Imperatorem in ſuperiorem.vbi dicunt,quòd non recognoſcit, etiam de iure:ſed forſan fauor patriæ, loci, carnis, vel ſanguinis illi gloſ.reuelauit,vt docet Cardi. in clem.1.in fi.prin.de iureiuran.

93 Sed in hoc ſolus Igneus inuentus eſt alterius formæ à Bituricenſi lectore, vt ipſis verbis D.Igneus aſſerit in repetit.§. non aliàs. nu. 968.ff.de Senatuſconſ.Sylla. quod videtis eſſe falſum, nempe peſsimè glo. dixiſſe aſſero, & ſic de iure Regem Franciæ non recognoſcere Imperatorem,etiam poſtquam eos omnes qui huius ſunt ſententiæ narraui, dixi illi ſcilicet glo.c.per venerabilem. reuelauit caro vel ſanguis.quomodo enim verba iſta D.Igneo conuenire poſſent non video, quod ipſe faueret patriæ alienæ,cum ſit Aurelian.& fauor etiam loci non exiſtimo quod potuiſſet mouere talem virum contra veritatem, minus conuenit fauor carnis;quia non eſt(vt arbitror) patruus vel conſanguineus Imperatoris, ob id nunquam intelligere de eo potui, quod ſatis patet intuentibus,ſed fortè zelo inuidiæ hoc deſcribere voluit,at honeſtius ipſi fuiſſet, mea ſententia,vt in hoc conticuiſſet,& legalem quam profitetur ſcientiam,proſecutus fuiſſet,non hiſtoriam,quam tamen ſi texere voluiſſet,ſeparatim eam cõſcribere debebat,quia parum commune habet ius cum illa hiſtoria,& extra rem iſta ibi deſcribuntur.

*Practica notabilis.*

94 Ideo poteſt alio modo ſaluari: videlicet, quòd iudex poteſt incertam proferre ſententiam ſuper eo quod intereſt, taxatione ſibi reſeruata:vt tenet Anton.de Butr.in c. grauis. de reſtit.ſpolia.& ita ſeruat ſtylus curiarum, maximè parla.Delphinalis,ſi Guido.Papæ credamus in deciſi.ſuis.q. 405. Sempronius &c.per tex.in l.terminato.C. de fruct.& lit.expe. facit gl.ſin.in l.itẽ.Labeo.ff.famil.herciſcũdę.in verbo,ſit purè.ſecundum Corſe. in verb. ſaluo in ſuis ſingul. & tex. in l.1. in princ. ibi, poteſtas eſto. vt hac l.ſequenti licebit.ff.ad leg. Falcid. & ibi hoc not. Paul. & Vincen. dixi latius in repeti.l. quod iuſsit. ff. de re iudic. infrà latius dicam.in quæſt. vlti. ad hanc legem, quomodo iudex debeat proferre ſententiam. Hodie præcipitur iudicibus,vt certam proferant ſententiam.in ordina. reg. rubr. *des ſentences*, articulo 94.

95 Inquantum glo. dicit iudicem poſſe proferre ſententiam incertam, cùm ei non ſit certum quantum debeat extendi intereſſe: videtur loqui contra hanc legem, per quam taxatur vſque ad duplum,in caſibus certis:ergo iudex poteſt eſſe certus.Reſpondeo, poſſe in caſibus incertis intelligi:vel ante hanc legem nõ erat iudici certum, & ideò Imperator hanc legem tulit. Sic in ſimili dicitur in l. certi iuris. Cod.de iudi.& l.incerti iuris.de interdic.nota. Iaſ.in l.illam.Cod.de colla.in 1. nota.vel inter peritos iudices eſt certum, inter imperitos (quorum infinitus eſt numerus) incertum. l. inter omnes. & ibi glo. ff. qui ſatiſdare cogant.

*Reprobatur Bar. cõtinuatio.*

96 Nec placet continuatio Bar.dicentis,quòd in ferendis ſententiis ſuper intereſſe, conſueuerunt oriri dubia: nam hæc dubia ante ſententiam oriuntur,vt hìc patet in verſic.in aliis. non in ipſa ferenda ſententia: niſi ſalues Bart. quòd in ferendis ſententiis: id eſt, ante ferendam ſententiam:vt exponit gl.in cle. cauſam. de elect.in verbo.in domo. quam ſingularem dicit D.Chaſſa. in conſuet. Burgund. in rubric. *des Iuſtices.* in §. 8. in gloſſa *& le iour* numero 19.

*Noua continuatio.*

97 Vel ego ſic continuo: Suprà viſum eſt de ſententiis quæ proferuntur ſine certa quantitate,an valeant, nécne: verùm quia quandoque ſuper eo quod intereſt, iudices dubitant, an certam poſsint & debeant proferre ſententiam, & vſque ad quam quantitatem, ſiue in caſibus certis, ſiue in incertis, ſiue in damno, ſiue in lucro:Ideò hìc Imperator inſerit hunc tit.ad tollendum illas dubitationes quæ poſſent oriri. Dicetur tamen in glo. in verb. productæ.quæ ſint illæ dubitationes. Tranſeo ad aliam partem.

*1. Imp.* IVSTINIANVS A. *Ioanni P. P.*

*CVm pro eo, quod intereſt,dubitationes antiquæ in infinitum productæ ſint:melius nobis viſum eſt,huiuſmodi prolixitatem, prout poſsibile eſt,in anguſtum coarctare. Sancimus itaque in omnibus caſibus, qui certam habent quantitatem, vel naturam,veluti in venditionibus,& locationibus:& omnibus contractibus:hoc,quod intereſt, dupli quantitatem minimè excedere. In aliis autem caſibus, qui incerti eſſe videntur:iudices,qui cauſſas dirimendas ſuſcipiunt, per ſuam ſubtilitatem requirere, vt hoc,quod reuera inducitur, damnum hoc reddatur, & non ex quibuſdam machinationibus & immodicis peruerſionibus in circuitus inextricabiles redigatur: ne dum in infinitum computatio reducitur, pro ſua impoßibilitate cadat:cum ſciamus eſſe naturæ congruum, eas tantummodo pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, vel à legibus certo fine concluſæ ſtatuuntur. Et hoc non ſolum in damno, ſed etiam in lucro noſtra amplectitur conſtitutio:quia & ex eo veteres,id quod intereſt,ſtatuerunt.Et ſit omnibus,ſecundum quod dictum eſt,finis antiquæ prolixitatis huius conſtitutionis recitatio.*

*Legis diuiſio.*

1 Quò dilucidius intelligi poſsit hæc lex,prius eam diuidamus: vt in ſimili dicit tex.in l. 1. ff. de doli except. Nã diuiſio tria producit commoda,per glo.poſitam in §.igitur.Inſti.in proœmio.Et quando non intelligimus tex.vti debemus diuiſionibus, & facilius intelligemus: teſte Panor.in c. quia diuerſitatem. de conceſſio.præben. nam qui bene diuidit, proximus eſt veritati. Seneca, quem refert Salic. in proœmio Cod.& in l.filiæ.col.3. famil.herciſcun.





citat Franc.Ponzinibius,in tract.de lamiis.col. 16.quocirca Butrig.& Bal. hunc textum in tres diuidunt partes.Alber.in quatuor.Cin.Bart.& Soci.in quinque. Petrus de Bel.pertic.in ſexto. Moder. repeten. in ſeptem. Ego verò, ſequendo Salic. in octo diuido partes. In prima ponitur ratio legis condendæ:videlicet ad tollendum quaſdam antiquas dubitationes. Secunda,quæ eſt ibi, ſancimus. taxat intereſſe in caſibus certis ad duplum. In tertia ibi, in aliis ſtatuit totum id quod intereſt reddendum, in caſibus incertis,per iudicis ſubtilitatem inquirendum. Quarta ibi, non vt ex quibuſdam.rationem reddit præmiſſorum, ſecundum Salicetum,vel limitat proximum dictum. Quinta ibi, nedum in infinitum, probat per ſimile, vel ab abſurdo: vel melius, reddit rationem quare taxatur intereſſe. Sexta ibi, cùm ſcimus. remouet dubium:vel à ſimili de pœnis ad intereſſe, probat. Septima ibi, & non ſolum,declarat conſtitutionem, tam in lucro, quàm in damno procedere. Octaua ibi, & hoc. ponitur concluſio, quòd hæc lex imponit finem antiquæ prolixitati: & hoc ſit loco ſummarij. Et quia caſus nunc communiter in nouis libris habetur,& Soci.hìc ad longum ponit:igitur non tranſcribam,ſed ſola recitatione in voce facta,eritis contenti.

2 Inquantum hìc Moder. in ſuo ſummario verſicul. in aliis dicunt eſſe in incertis arbitrio iudicis relinquendum,exemplo pœnarum.nõ placet:quia text.in verſi.in aliis.dicit:damnum, quod re vera datum eſt,debet reddi:& hoc debent iudices per ſuam ſubtilitatem requirere: & ſic non relinquitur arbitrio ſuo taxatio:niſi ſecundum hunc tex.nam aliàs damnum re vera non reſtitueretur; quod eſſet contra hunc tex.licet D. Alcia.in c.quod ſubſequitur.in fin. idem dixerit:quod poteſt ſaluari:vt ſuprà dixi. & hæc in locum ſextæ partis ſuccedant.

*Primum notabile.*

1 Septimum proſequens,Nota primò ex hoc tex.ibi,in infinitum iuncto verſi. nedum in infinitum. quòd infinitas eſt coarctanda. Hæc materia eſt brocardica, ſecundum Cin. & Socin.hìc.

*Modernorum reprehenſio.*

2 Ideo in eis non reperitur profundum. Ioan. Fabr.teſte.in §.fuerat.in fi.Inſtit.de actio. vixq; in eis certa poteſt dari doctrina,& regula.Idem Fab.in §.fi.Inſtit.de adopt. & Panor. in c.dilectus.in 2.circa fin.de præben. Quare Ci.poſuit hic longam & tædioſam diſtinctionem.& Bar. in l.qui bona.§.fin.ff.de dam.infect.Et quia diſtinctiones longæ ſapiunt obſcuritatem, igitur regula conſtitui debet.Moder.in §.item ſi quis poſtulante.col.15.num.29.& ſeq.Inſtit.de actio. Ideo planè procedendo facio regulam: quòd infinitas à iure improbatur.& hæc regula elicitur ex hoc tex.& probatur in c.cùm in multis. de reſcrip.lib.6.gloſſ. ibi alia iura citat. & in §. omnes.ſi de feu.defunct.conten. ſit inter dom. & agna.vaſſal.& probatur iuribus ſeq.

*Diſtinctio lõga obſcuritatẽ parit.*

*De infinitate multa.*

3 Amplia primò,procedere in iudiciis:quia finiri lites triennio debent, & non in infinitum durare.l.properandum.in princ.C.de iudic.

4 Quod eſt verum de iure ciuili:ſecus de iure canonico,cap.venerabilis.ſecundum vnum intellectum,de iudic.& quid in compromiſſo, vide Guido.Papę,in deciſ.Delphin.quæſt.240. vtrum expiret.

*Conſuetudo Frãciæ quò ad l.properandum.*

5 Sed in hoc regno Franciæ obſeruatur iuris canonici diſpoſitio, de conſuetudine. Ideo lites vltra triennium,& quandoque vltra triginta annos protrahuntur, tam in curiis parlamentorum, quàm in aliis inferioribus:teſte D. de Petrucia, in tracta.de viribus iuramenti,in primo remedio finiendarum litium. Ideo bonum eſſet,quòd ius ciuile in hoc ſeruaretur:vt etiam videtur concludere veridicus interpres conciuis meus Do. Boër.in conſue. Biturig.in §.23.de iuriſd.omnium iud.Sed hodie proceſſus interrumpitur per annum,vt dico in pręfa. ad ordina.Regias.

6 Secundò amplia, in ſententiis interlocutoriis, vt vltra ſemel, & iterum reuocari non poſsint: nec ſi fuerint bis confirmatæ, eadem ratione.glo.in cle.fi.de appel.glo.in verbo,non habente.de friuol.appel.in Prag. ſanctio. Bart. & alij in l.quod iuſsit.ff.de re iudic. & ibi ample dixi, in repet. illius legis, quare hìc non repeto.

7 Tertiò amplia in dilationibus, vt in infinitum non dentur.l.fin.ff.de fer. & maximè vltra quartam.§.quia verò in auth.de teſtib.col.7.c. vltra,de teſtib. licet quandoque vltra quartam dentur ex ſtylo curiarum, in hoc regno: dum partes reintegrentur ad duas dilationes poſt quartã,vt vidi in reſſortu Tholoſano ſeruari. *Practica.*

8 Quartò,in teſtibus,effrænata teſtium multitudo repelli per iudicem debet.c.cùm cauſam. de teſtib.Maſuer.in rub.de teſtib.§.item ad refrænandum.vide Roma.in repet.l.ſi verò.§.de viro.col.42.fallen.45.ff.ſolu.matri.

*Vltra decẽ teſtes ſuper vno articulo non recipiuntur, ſecundũ ordi. Regias.*

9 Hodie in hoc regno, per ordinationes Regias,non poſſunt vltra decem teſtes ſuper vno articulo produci, vt habetur in eiſdem ordinationibus.rubric.*des teſmoings.* facit cap.cùm olim.de priuileg.

10 Et hoc(ſiue ſint articuli ſpeciales,vel ſingulares, ſiue generales) declaratum exſtitit per parlamen.Parien.vt citat Ioan.Gallus,in q.per areſta. q 163.areſto.12. Hoc latius dicam in d. ordinatio.Regiis.

11 Quintò amplia, vbicunque lex permittit poſſe produci teſtes poſt publicationem, vt in matrimonio.cap.ſeries.de teſtibus.vna tantum productio,vel ad ſummum duæ poſt publicationem, eadem ratione fient.Bald.in c.iurauit. col.2. de proba. per l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem.ff.de lega.3.Idem in reprobationibus teſtium,c.licet dilectus.de teſtibus.

12 Sextò amplia in appellatione: quia non licet tertiò prouocare. rubric. C. ne liceat tert. prouo.cap.ſua nobis.de appel. & ſic nec in infinitum nec nullitatem proponere.cle. 1. de re iudic.Ioan.Fabri, in §.appellantur.colum.3.de

except. Inſtit. Philippus Franc. & alij in cap. dilecto.de appellat. Intellige tamen vt ibidem dicitur.

*Priuilegiũ extrahendi frumentum vltra ſeptẽ dies nõ durat.*

13 Septimò amplia in priuilegiis, quòd ſi concedatur Hiſpanis aut Anglis, vt eis liceat extrahere frumentum ex Francia, non extenditur vltra ſeptem dies, eadem ratione, text.& ibi notat.Bart. & patruus meus Iacobus Rebuf.in l.1.C.de tractato. lib.12. Corſe. in ſingul.incip. gabella.in 4.Alex.in l.qui bona.§.fi.ff.de dam. infect.Felin.in c.licet. in 3.de teſtib. vide tex.in l.vna.C.de vena.fera.lib.11. & Rauen. in compendio iuris ciuilis. fol.108. niſi aliud in priuilegio exprimatur.

*Reficere promittens tantũ ſemel tenetur.*

14 Octauò, in locationibus: ſi locauero domum, aut molendinum cuiquam, cum pacto quòd reficeret: ſi poſt refectionem deſtruatur caſu fortuito, non tenetur iterum reficere: ne in infinitum eatur. Rofre. Beneuenta. in quæſtionibus ſabbatinis.q.14.Ioan. Andr.in addit. ad Specu.in tit. de loca. §.poſtquam. verſicul. ſed quæritur. in verb. habitat Bald.in l.licet. q. 4.C.loca.Iaſo.in l.duobus.§.ſi ei qui.colum.2. ff. de iureiur. facit quod notatur in l.Martius. ff.loca.l.ſi ſocius pro filia.ff.pro ſocio ibi, nec ſi prior maritus,&c. & Alexan.conſi.154.videretur.in 2.volum. Iacobi. in l.dotis promiſsio. ff. de iure dot.

15 Nonò amplia, in officiis: quia licet quis ex neceſsitate duo obtinere poſsit officia, non tamen tria prædicta ratione.not.tex.in l.fin.C.de excepto.& exacto.lib.12.& ibi hoc not.Bart.& patruus meus Rebuffus.

*De impedimento probandọ per iuramentũ.*

16 Decimò amplia, in impedimento probando per iuramentum: cùm ſemel & iterum, non amplius admittatur talis probatio.tex.ſingu.in l.fin.ff.de bonis author. iudic.poſsid. Paul.in l. veluti.in fi.ff.de eden.Barba. conſi.50.præclarè. col.8.in 2.vol. Iaſ.in l.admonendi. col.11.num. 60.ff.de iureiuran.in lectura.Quod facit ad declarationem cap.quia propter.§.1. de elect. l.2. ff. ſi quis cautio. l.quæſitum. ff. de re iudic. & aliorum iurium, dicentium impedimentum probari per iuramentum.

17 Vndecimò amplia, in pactis: vt non valeant, ſi conueniant partes vt ſemper in communione ſtetur, & ne omnino diuiſio fiat.l.in hoc iudicium.§.ſi conueniat.ff.commu. diui. l.ſi non ſortem.§.ſi centum.& ibi.Iaſ. ff. de condict.indebit. Moder. repeten. in l.nemo. ff.de legat.1. Ioan. Lupus, in repeti. c.per veſtras.de donat. inter virum & vxo. fol.3.colum. 2. & §.45. folio 32.col.4.

18 Duodecimò procedit in venditionibus: vt venditor rei venditæ infinitam cuſtodiam præſtare non debeat. l.1.§.licet. & l. ſi quis vina.in fin.ff.de pericu. & commod. rei vendi. Iaſo. in repeti.l.quominus. num.135. ff. de fluminibus. quæſt.22.

19 Decimotertiò amplia, in procuratoribus conſtitutis cum poteſtate ſubſtituendi: vt non poſsint ſubſtituere, cum eadem poteſtate ſubſtituendi: ne in infinitum procuratoris ſubſtitutio procedat. Geminia.in cap.1. §.licet, circa fin.de procur.lib.6. Dec.conſil.72.viſo puncto.colum.3.

20 Limita, niſi eſſet datus in rem ſuam: vt pote, quia ei eſt facta ceſsio iuris in re. l. ſi procuratorem. §. fin. ff.manda. vel dominus litis eſſet effectus. Hippolyt. Marſil. in repet.rub.ff.de fideiuſ.q.9.nu.99. Vel niſi eſſet data ei expreſſa poteſtas ſubſtituendi cum ſimili poteſtate, vt fit quotidie: & ſic vidi ſeruari.

21 Decimoquartò amplia, in vicariis conſtitutis, vt non poſsint alium vicarium conſtituere: ne in infinitum procedatur. cap.clericos.de offic. vicar. Rauen. in alpha. in verb.infinitas. Rota.in deci.378.Fuit dubitatum in nobis, vbi limitatur quando ſpecialiter hoc fuiſſet ei conceſſum, vt not. Dominic. & Philip.in cap.1.de offi.vica.lib.6.

22 Decimoquintò amplia, in ſubdelegatione, vt ſubdelegatus (etiam à principe) non poſsit alij in totum ſubdelegare: vt infinitas euitetur. gloſ.ſing.in cap. ſuper quæſtionum.§.porrò.de offic.delegat.Panor.& alij.in c.cùm Bertoldus. de re iudi.doct.in l.à iudice. C.de iudic.Aufre. in deciſio. capel.Tholoſ.q.12. an vnum articulum.Alexan.in rub.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdi.col.4.

23 Poterit tamen nudum miniſterium, & nudam teſtium examinationem committere.tex. ſingu.in d.cap. ſuper quæſtionum. in princi.in verb.nos autem.cle.vna de offic.delega.Aufre. in d.q.12. Item &c. an vnum articulum.Rota. deciſ.164.delegatus.in nouis.

24 Decimoſextò, in reconuentione: quia ſi primò petis à me decẽ, reconuenio te ad librum, non poteris iterum me reconuenire: quia in infinitum ſic procederetur.glo.2. in authen. & conſequenter.C.de ſenten.& interlo.omn.iud. & ibi communiter doct.ſequuntur gl.& Spec. in tit.de reconuentio.§.nunc dicamus. Rauen. in alpha.in verb.infinitas.

25 Decimoſeptimò amplia, in compromiſſo, in quo eſt data poteſtas prorogandi ſimpliciter: vt ſemel tantum poſsit. Spec.in tit. de arbitro. §.excipitur.verſic. ſed quid ſi fuerit actum. per tex.in l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem.ff. de legat.3.vide tex.in l.fi.§. & hæc quidem.in fin.C. de iur.delib.Barbat.conſi.50.præclarè. col. 8. in 2.vol.Alex.conſi.70.viſo.col.2.in 2.vol.& Soc. conſi.117.viſa.& conſi.221.viſa. col.1. in 2.volu. Iaſ.in l.duobus. §. ſi ei qui.ff.de iureiur.vide in deciſ.Neapol.q.46.dicit.

26 Item poteſtas data quibuſdam vt eligant, non poteſt committi aliis, niſi poteſtas eadem fuerit data. Federic. conſilio 65. infraſcriptæ. colum.2.

27 Si verò ſit data poteſtas prorogandi ſemel atque iterum: non poteſt vltra ter prorogari. Bald.in c.ſua nobis.in fi.de appel. & conſi.350. verba compromiſsi.in 5.vol. Alex. in l.qui bona.§.fi.ff.de dam.infect.

28 Secus ſi ſit data poteſtas prorogandi totiens quotidiens: quia tunc in infinitum. Dec.hic.& dico in vlti. limitatione infrà. Item laicus patronus poteſt variare præſentando ſecundum tantum,



tantum, non tertium. in additio. ad Panor. in c.à nobis.de iure patro. Calder.conſi.16.rub.de iure patron. Corſet. in tractat. de geminat. in verſic.69.an laicus.

29 Decimooctauò, in reſcriptis impetratis contra Titium & quoſdam alios. nam vltra quatuor, extra expreſſos, non poſſunt conueniri. cap.2. de reſcript. lib. 6. & ibi gloſ. ponit aliàs ampliationes.

30 Nomina verò conquerentium, tot eſſe poſſunt quot placet: tamen octo rei, non vltrà, poſſunt exprimi extra illam clauſulam, & quidam alij: ſecundum prouinciale omnium eccleſia.fol.20. quod not.ad declarationem d. c. 2.de reſcript.in 6. & dixi ibi dum Tholoſæ legebam annis iam viginti effluxis.

*Quando & quoties dominus ſuis ſubditis collectas impo net.*

31 Decimononò amplia, quòd licet dominus poſsit quandoque imponere collectam ſuis ſubditis (quam nos talliam vocamus) & hoc quando efficitur miles, vel collocat filiam nuptui, aut capitur ab hoſtibus, aut ſi vult viſitare terram ſanctam: & in aliis caſibus poſitis in additionibus ad Bart.in l.placet. C. de excuſa. muner. lib.10. Ioan. Raynand. in comprehen. feudal. §. firmiter. de prohibi. feud. aliena.per Feder.Iacobi.in tract.de feud.in verb.cum mero.verſic.quæro vlterius. & in ver.qui quidem inueſtiti. verſi.videndum eſt.Guido.conſi.1.D. Ioan.Sanxon.in conſuet.Turo.rub. *des loyaux aydes.* art.2.& 4.Albertus Brun. conſil.32.dum quæritur in materia feudali.Etiam in foro conſcientiæ, dum tamen moderatè. Silueſter de prierio, in ſua ſumma, in verb. dominium. quæſt.5.& Leonar.de Vtino. de legib. ſerm.38. quadrageſi. in primo teſtimonio legis naturalis. Tamen ſubditi in tribus primis caſibus non tenentur vltra ſemel, nec in aliis in infinitum, teſte Maſuer.in rubri.de talliis.verſic.item quatuor caſus.

32 Et ſi ſint duo tantum, an vnus ſine alio exigere poſsit, quod ſic concludit Petrus Antibolus in tractat.de munerib. fol.91. colum.3. vbi vide latius.

33 Viceſimò, licet conductor remanens in re locata, poſt tempus conductionis cenſeatur tacitè relocare & pro ſimili tempore. l. qui ad certum.ff.loca.l.legem.C.illo tit.

Hoc eſt intelligendum pro prima reconductione, non pro aliis, ne in infinitum procederetur. Iaſ.in l.duobus. §. ſi ei qui. col.2. ff.de iureiuran.Hippoly.in rub.ff.de fideiuſſo.q.9.licet contrarium obſeruetur. Alias multas ampliationes miſſas facio, ne tot columnis lectorem ſuſpendam.

*Infinitas cõcernens ſalutem animæ approbatur.*

34 Limita primò, quando agitur de concernentibus ſalutem animæ: puta laudare Deum, & ſimilia: quia tunc infinitas amplectitur. cap. ſacroſancta.22.diſtin.cap.ſi quis vult.36.diſtin. l.1. C. de offic.præfect. præto. Aphri. Idem dicit Hiero. in cap.nunquam. de conſecra. diſt.5. glo.in extra.1.Ioan.22.de verbo.ſignifi.in verb. infinita. & Dauid, Benedicam dominum in omni tempore.

*In his quæ actum virtutis cõcernũt, infinitas etiã iure approbatur.*

35 Idem in actu virtutis: vt in ſtudio, quod non poteſt eſſe nimium per tempora vitæ. Cardi. in clem. ne in agro.de ſta. mona. l.apud Iulianum.ff.de fideicommiſ. liber. Inde Carneades philoſophus, ita ſe doctrinæ operibus donauit: vt cùm cibi capiendi cauſa recubuiſſet, cogitationibus inhærens manum ad menſam porrigere obliuiſcebatur. Vale. teſte.rubric.de ſtudio & induſtria. lib.8.tit.7. Plus de Solone dicens, qui ſub mortem agens, aſsidentibus & amicis inter ſe conferentibus, caput ſatis iam preſſum erexit: interrogatus quid id egiſſet, reſpondit: vt, cùm iſtud quicquid de quo diſputatis percepero, moriar. Ibique narrat alia exempla.& Textor in ſua officina, rub.alij qui literarum.& Hiero.epiſtola.39. in 2.parte. dixi in interpretatione authen.habita. C. ne fil.pro patre.in ſcholaſtico.priuileg.

36 Secundò fallit, quando quis haberet ius reale: vt habens pignus in re: quia poterit etiam millies aliis pignori dare.l.1. & fi.& ibi.Bald.& Ang.C.ſi pign.pigno.dat.ſit.Alexan.in d.l.qui bona.§.fin.Felin. in cap. licet. in 3. de teſtibus. Licet contrarium teneat Spec.in tit.de pign.§. 1.ver.ſed cùm pignus.citat Barb.conſi.50. præclarè.col.8.in 2.vol.

37 Tertiò limita, quando verba tendunt ad exceptionem .l.purè.§.fi.ff. de doli exceptio.l.ſi pactum. C.de excep.§.appellantur.Inſti.de excep.docto.in cap. ſi autem. de reſcript. nempe ſi poſt mille annos ageretur, ſemper exciperetur: & in infinitum exceptio obiicienda eſt: Iuriſconſ.in l.apud. §.in hac. ff. de doli except.& ſequitur (licet illum text.non alleget) Specu.in tit.de excep.§.1.verſic.eſt autem. dixi in arbore except.in cellula, perpetuæ.

38 Fallit in exceptionibus non numeratæ pecuniæ, & dotis: quibus eſt tempus præſtitutum.l.2.& l.in contractibus.C.de non numera. pecu.Inſti.de liter.oblig.in prin.Fel.in c.ſi cautio.de fide inſtru.& rubri.C.de dote cauta non nume.l.fin.cum auth.ibi poſita. Quia in poteſtate rei eſt illas per viam querelæ & actionis proponere.Salic.in l.fin.col.2.C.de ſacroſanct. eccle.& dict.l.in contractibus. cum authen.ibi poſita. Tamen poteſt etiam quis poſt biennium & perpetuò, ſicut in aliis exceptionibus, excipere: vt eſt communis opinio doctorum. in l.pecuniam.ff.ſi cert.peta.

39 Quartò derogatur, quando infinitas quantitatis, quæ propriè dicitur immenſitas, contrahitur ex voluntate obligati. l.continuus. §. illud.ff.de verbo.obligat. vbi ſi pauper promiſerit centum aureos, quos nec habet domi, nec alibi, obligatur tamen ad illam pecuniam dandam, licet ſit illi difficile dare: ſecus ſi præter voluntatem. l.ex damni. ff. de damno infect. l. ſeruos.de pigno.actio.

Fallit in donatione, quam priuatus abſque inſinuatione non poteſt immenſam facere. Secus in principe.l.ſancimus.C.de donatio. Anto.de Canaro plenè in tract. de inſinua.per 64. quæſtiones examinat materiam.

*Leges, teſtamenta, &*

40 Quintò fallit, quando eſſet infinitas naturalis vitæ, vt leges ſunt perpetuæ. nam vita

*ſeruitutes, ſunt perpetuæ.*

naturalis eſt perpetua, cum ſemper ſint in viridi obſeruantia.l.Ariani.C.de hæreti.Item teſtamenta perpetua ſunt.l.nemo poteſt. ff.de legat.1.Seruitutes.l.4. ff.de ſeruitu.l.eum debere. de ſeruit.vrba.prædiorum. Emphyteuſis in infinitum cōceditur. §.emphyteuſim.in authen. de non alienand.reb.eccle. & ibi nota. Et feudum.§.pen.qui feud.dare poſſ. Intellige vt ibi, & ſequitur Bal.hîc.col.5.

41 Sextò fallit in infinitate temporis, quando obligatio ex voluntate contrahentium inducitur.l.ſi finita. Ibi, ſi quidem ex conuentione. ff.de dam.infect.licet Sali.in l.fi.col.2. C.de ſacroſanct. eccleſ. illum textum dicat loqui in obligatione conſeruanda:Secus ſi ex neceſsitate.d.§.fi.l.qui bona.

Amplia procedere in omnibus obligationibus loquentibus de obligatione conditionali:iuxta l.cedere diem.ff.de verbo. ſignific.quia tunc donec euenerit conditio, aut defecerit, durabit ſpes committendæ obligationis: quæ ſemper eueniente conditione poteſt committi.l.ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Titius. ff.de verborum obligat.

Idem in obligatione conſeruanda, ſi actor non negligit ius ſuum. l.eum debere. ff. de ſeruitu.vrba.prædio. quia actor ſuam poteſt perpetuare actionem vſque ad 30.annos:& perpetuò conſeruabitur obligatio. l. nec bona fide. C.de præſcriptio. longi tempo.l.nam poſtea.§. ſi is qui.ff.de iureiuran. Salic. in d.l.fin.colla.2. C.de ſacroſanct.eccleſ.poſt Barto. in dict.l.qui bona.§.fi.

42 Septimò limita in infinitate numeri: vt quando multiplicatur præſtatio annua:quia ſi verba & mens ſunt apta ad infinitatē,admittitur.l.ſi duo.§.fi.ff.de recept.arbi. l.ſi ita ſtipulatus à Seio fuero.ff.de fideiuſ. & l.in annalibus. C.de lega. Alex.conſi.115.viſo themate.col.2.in 4. vol. & conſil.173. viſa facti narratione. in 5. vol.& conſil.49. viſo themate. in 6.vol. Secus ſi verba expreſsè repugnant.l.ſi ſic. 2.ff. de verborum obligat.

43 Amplia idem eſſe ſi dubitetur an verba ad infinitatem apta ſint, necne: & multiplicatio contingit culpa aut facto eius qui obligatur. l. ſi ſic.2.reſpon.ff.de verborum oblig.Et idem ſi multiplicatio facto eius cui obligatio queritur contingat, ſi ex hoc obligatus non lædatur: vt ex editione iterata. l.veluti. ff. de eden.& d.l.ſi finita.in princ.

Idem ſi obligatus lædatur, tamen tantum debitori adeſt ex facto eius cui obligatur,quantum reddere tenetur. l.ſicut in annos.ff.quibus mod.vſusfruct.amitta.nam ex capitis deminutione creditoris, adeſt vſusfructus debitori: quem dare iterum debet. l.1.§.ſi cui.ff.vt legat. vel fideicommiſ.nomi.cauea. aliàs non:dicta l. ſi quis decem.

44 Idem, ſi caſu vel fortuna, ſeu ex natura rei multiplicatio contringat. l.filiæ.& ſequen.ff.de annuis lega.& l.pen.illo titul.d.l.ſicut.Barto.in d.l.qui bona. §. fin.latè Henric. Boic.in c.quia circa.de priuileg.

45 Vltimò limita,quando ſubiecta materia eſt apta ad infinitatem,aut verba.l.ſi ita ſtipulatus à Seio fuero.ff.de fideiuſſo.§.pen. qui feud.dare poſſ. l.videamus.§.iurare.& ibi Iaſ.quem legit cum §.deferre. ff. de in lit.iur. Angel.conſi. 261.thema.colum.2. Vital.de Camba. in tract. clauſul.clauſula, nil nouari ſecuritate pendente. col.3.Imol.in l.ſi finita.in princip.ff.de dam. infect.licet Iaſ.contrarium teneat, in l.fi. col. 6. C.de ſacroſanct.eccleſ.

*Quando ſubiecta materia eſt apta ad infinitatem, admittitur.*

46 Et ſic infertur primò, quòd ſi aliquis promiſit repræſentare reum, toties quoties fuerit requiſitus: vel quandocunque:ſeu ad omnem iudicis voluntatem: etiam vltra bis tenetur,& etiam poſt ſententiam. textus ſingularis in l. quòd ſi nolit.§.ſi quid ita.verſic.ſi verò conuenerit.ff.de ædili.edic.ſecundum Fran.Cremen. ſingul.11.ſi quis promiſerit. Hippo.in rub.ff.de fideiuſſ.q.15.num.140. ſequitur Bart.in l.ſi quis reum.ff.de cuſto. reo.facit text.in l.1. in verbo, totiens quotiens.ff.ſi famil.furt.feciſſe dica. l.ſi alienus.de ſtipula. ſeruo. dict.l. ſicut in annos. §. in primis. & Inſtitut.de eo cui liberta. cauſa bon.addicuntur. Hippolyt. in repeti.l.vnius.§. cogniturum. nu.35. ff. de quæſtio. Iaſo.in dicta l.ſi duobus.§.ſi ei qui. ff. de iureiurand.& conſilio 30.punctus.in 1.volum. licet Angel. in dicto §. fin. teneat contrarium: vt refert Iaſo.in dicta l.fin.& idem Baldus conſilio 112.præmiſſo.colum. penult. ſed præcedens opinio communis eſt,& vera.

*Promittens repræſentare, quando liberetur.*

47 Imò ſi talis promiſſor repręſentauerit reum, & fuerit incarceratus: ſi tamen aufugerit, adhuc (ſecundum quoſdam) tenebitur illum repræſentare, ſaltem ſemel: propter illam generalitatem, dict.l.ſi ita ſtipulatus à Seio. facit l. nouiſsima. ff. iudica.ſol. Lucas de Penna, per tres col.in l.ſi quis decurio. col.2.cum ſequen. C.de decurio. lib. 10. ſed Hippolyt. dicit fideiuſſorem literarum.in rubr.ff.de fideiuſſo.q.16. num.142. quando pro eadem cauſa fuerat captus:ſecus ſi pro alia;niſi intelligas factam eſſe proteſtationem, in prima præſentatione vt ibi dicitur.Et ſecundum iſtam opinionem pluries fuit iudicatum Neapoli:vt patet in deciſ. illius q.130.habuimus,&c.

48 Secundò infertur, quòd licet diſpoſitio teſtatoris prohibentis bona alienari extra familiam, non extendatur vltra quartum gradum poſt perſonam prohibitam:in authen.de reſti. fideicom. §.nos igitur codicillis. & ibi Iaco.de Bello viſu.& Angel.colla.4.docto.in l. filiusfamiliàs. §.diui.ff.de legat.1.Iaſ.in l.fin. num.5.C. de hæredi. inſtit. Tamen ſi fuerit facta omnibus ſucceſſoribus,& hæredibus, quia vult perpetuò remanere in familia: illa prohibitio extenditur vltra quartum gradum, & vſque ad infinitum: cùm verba ſint ad infinitatem apta. argum.l.in annalibus.C.de legat.Bartol.& alij. in l. Gallus. §. etiam ſi à parente. ff. de libe. & poſthu.Bald.in l.fin.colum.1.& ſeq.C.de hæredib.inſtituen.Alexan.in dict.conſil.23.conſideratis. in 2. volumin. & conſilio 195.proſpectis. col. 3. in 6. volum. plura alia adducit quæ non tranſſcri-

*Prohibitio alienationis extra familiam, quando vltra quartū gradū extendatur.*



bo.Moder.in §. omnium. col.2. Inſtit. de actionib.

*Moleſtia iuris, vel facti.*

49 Tertiò infertur,quòd ſi quiſpiam prohibeat vxorem ſuam aut aliam per hæredem non moleſtari:tamen non intelligitur facta prohibitio de iuris moleſtatione.tex. in cap.1.iuncta gloſ.in verb.inferatis.de ſtatu monacho.gloſſ. repu.ſingul.in l.ſi ſeruum.§.hæc verba. in verſ. abſtinet.ff.de acquir.hæred.ſecundum Corſet. in ſingul.incipien.moleſtia.& addi. ad Panor. in cap.in noſtra.no.4. de reſcript. glo.in c.pro illorum.in verb.contradictores. de præben. facit l.quidam cùm filium.ff.de verb.oblig. vide Barba.in repeti.cap.Raynaldus. colum.123. de teſta.& conſil.12.ſcribitur. col. 7. & conſil. 59. clementiſsimi ſtat æſtimatio. colum. 5. in primo volum. & conſil.38.præclarè. colum.5.nu. 8.in ſecundo volum. & conſilio 44.illud afferam.colum.2.& conſi.56. à Ioue. col.5.& conſilio 79.illud in medium.colum.9.in 3.volu.& conſi.40.clementiſsimum.col.17.in 4.volum. Felin.in c.cauſam.verſic.non obſtante.col.2.& ſeq.de reſcrip.cum aliis multis, quæ cauſa breuitatis omitto.

Attamen ſi prohibuerit omnimodo moleſtare,vel omnem & quamcunque moleſtiam, tunc & de iuris moleſtia intelligeretur. l. vna. C.de nundi.in auth. de fideiuſſ.in fin.prin.ibi, qui pro eo in moleſtia fuerunt. colla.1.gloſſ.& Bart. in l.Lucius. §. tres hæredes.ff. ad Trebel. Felin.in cap.cauſam quæ.colum.11. de reſcrip. verſic.non obſtante.Alex.conſil.52. viſo teſtamento.in 2.volum.& conſi. 177.viſo teſtamento.in 5.vol.& conſi.195.perſpectis:colum.vlt.in 6.vol.ſcripſi in tract.nominatio.q.vlt.nu.3.

50 Quartò etiam infertur, quòd licet ad incogitata tranſactio non extendatur. l.cùm Aquiliana.ff.de tranſact.gloſſ.in l.de his.illo tit.not. doct.in l.age cum Geminia. C.illo tit.

Fallit, quando verba tranſigentium hoc importarent. l.ſub prætextu.2.C.de tranſact.l. fin. §. idem quæſiit. de condict. indeb. & ibi not.Bart.& in l.Aurelio.§.Gaius.colum.vlt.de libera.lega. Alexand.conſi.42.ſuper præmiſſo. col.2.in 1.volum.& conſi.11.viſo ac vt oportet. colum.2.in 2.lib.& conſil. 8.viſo themate.in 5. lib. vt ſi tranſigens remittat, & quittet omne ius quod habet, & habere poſſet, aut ſperat, etiam ſi eſſet tale quod ignorat ſibi competere.argu.l.qui iure.ff.de re milit. Angel.in l.tres fratres.de pact.citat. Barba. conſil.16.præclarè. col.2.in 2.vol.

*Not.verba tranſactionis generalis.*

51 Quintò, ſi rex inueſtit aliquem de comitatu,vel baronia,pro ſe & ſucceſſoribus ſuis quibuſcumque: comprehenditur etiam is qui eſt hæres impropriè, videlicet fideicommiſſarius, vel extraneus. Bald.in cap.vno. in prin. col.4. verſi.ſed quid ſi conceſſum eſt.de prohibi. feu. alie.per Feder. ſequitur Alex. in l. quædam.§. nihil intereſt.ff.de eden.& Iaſ.in l.cū filiofa.col. 15.nu.88.& ſeq.ff.de lega.1. & in l.quodcumq;. in 1.nota.de verb.oblig.& in pręlud. feud. col. 15.nu.46.& conſi.57.in cauſſa.col.2.in 1.vol.dixi in arbore feudorū.verſi.quę ſit natura feudi.

52 Poſtremò,ſi fecero tibi pactum de retro vendendo toties quoties,vel quandocūque volueris: iuxta text.in l.2. C. de pact. inter empt. & vend.l.ſi vir.ff. de præſcrip.verb. poteris venire & offerre pretium etiam poſt 30. annos. Tum quia facultati nunquam præſcribitur. l.viam. ff.de via publi.Barba.conſi.18.difficile. in 2.dubio.col.7.& ſeq.in 3.vol.Iaſ.in l.licet. C.de iure delib.Ioan.Franciſ.in tracta. de præſcript.in 4. parte 5.partis.princ.q.2.

*Not. de pacto,de retro vendendo quandocunque.*

53 Idem etiam notant doct.de ſolito venire ad molendinum alterius, furnum ad coquēdum, aut ad emendum carnes ad macellarium, vel ad aliquod hoſpitium ad hoſpitandum, vt non poſsit compelli ire ad locum ſolitum, licet aliò vadat:quia per viam facultatis fit, quæ neceſsitatem non inducit.Ioan.Fab.in §.æquè. colum.6. verſic. ſed quis erit modus. Inſtit. de acti. Panor.in c.abbate ſancti Siluani. de verb. ſigni. c.ex parte. col.2.de conceſ. præb.in cap. quod tranſlationem. col.2.de offic.leg.c.ſuam. col.1.de Symo.Bald.in l.1.colum.2. C.de ſeruit. & aqua.Guido Papæ in q.298.poſſedit.Cepol. tracta.de ſeruit.vrba.præd.cap.de furno.Iacob. in tract. de feud.in verb.& cum molendinis.& in l.de quibus.colum.4.ff.de legib. Iaſo. in repeti.l.quominus. num.27. in 1.quæſt.Bartol.ff. de flu.de Ripa.in cap.cum eccleſia. nu. 44. de cauſa poſſeſ.

*Nō cogitur quis ad furnum ſeu molendinū vel hoſpitiū ſolitum accedere.*

Tum propter malam fidem emptoris,tum etiam quia verba ad infinitatem apta ſunt: ita conſuluit Barba.dict.conſi.18. difficile. in 2.dubio.col.7. & ſeq.in 3.vol.& conſil. 22. clementiſsimum.col.2.& ſeq.in 4.vol.Alexand.conſi. 46.circa.in 2.q.in 3.volum. Fabia.de monte.in tract.de empti.quæſt.7. & ſic fuit iudicatum in parla. Burgundiæ: vt refert D. Chaſſa.in conſuetu. Burgund. in rubr. *des rentes vendues à rachapt.*§.1.nu.8.& ſeq.

Sed contrarium fuit iudicatum in parlamento Pariſien.videlicet quòd tali pacto præſcribatur 30. annis: prout refert Montolon, in ſuo iuris promptuario. in verb. emere.& citat Do.Chaſſa.vbi ſuprà.hoc Areſtum fuit latum anno 1505. die 23.Iunij. pro dominis Andrea Portę iurium doctore,& Petro Portę eius fratre Lugd. contra Iuſſerandum de Teliuis. Et idem fuit iudicatū in ſenatu Burd. vt Boër. refert.in q.182.& per ſuprà dicta in ſuis deciſio. & hoc obſeruatur:quia in tali promiſsione reuendendi,intelligitur iſta conditio, ſi intra 30. annos retro venditio petita fuerit.Angel.conſilio 55.Guillelmus.quia actiones illo tempore præſcribuntur omnes. l.omnes.C.de præſcrip. triginta anno.& illa conditio ſubintellecta excuſat poſſeſſorem à mala fide: ſecundum Angel.vbi ſuprà.

*Areſtum.*

54 Et etiam quia præſcriptio poteſt currere cum mala fide,contra eum cui nondum actio competit, ſed eſt competitura: vt in legatario, contra quem hæres poteſt præſcribere antequam acceptet legatum ſibi relictum: cùm ignoret an legatarius velit acceptare dictū legatum.de Anchara.in regu.ſine poſſeſsione.de

*Not.quādo præſcribatur cū mala fide.*

regu.iur.lib.6.refert.Soci.conſi.63.in cauſa.col. 3.verſi.præterea.in 1.vol.ſequitur.Io.Fab.& alij in d.l.cum notiſsimi. Feli.in rub.de præſcript. col.antepen.Iaſ.in l.petens.col.4.num.10. C.de pact.& l.ſi mater.col.2.de inſtit.Dec.conſi.554. quod ſuprà.Boër.in §.1. in fine primæ gloſſ.de preſcript.& iſta eſt verior,& communior:& ſic in iudicando & conſulendo tenenda, vt tenet Io.Franciſ.in tract.de præſcript.vbi ſuprà.

Quia etiam ſublata præſcriptione,hæc non cenſetur ſublata gloſſ.ſingul. in §.1. de capitul. Corradi, ſecundum Ioan. Franciſ. Baldus in tracta.de præſcriptio. in 5.parte. 5.partis.quæſt. 9. colum.76. Chaſſa. in conſuet. Burgund. in rub. *des fiefs*.§.1.in gloſſ.*dedans l'an*. 4.q.nu.12. & ſeq.& in rub.*des droicts*.§.18.glo.*non obſtant*. & in rub. *des mains mortes*. §.2.glo. *par quelque laps de temps*.

*De iurante reuendere.*

55 Poſſet etiam prima opinio teneri, ſi emptor iurauerit reuendere quandocumque venditor voluerit : nam ratione periurij, quod incurreret emptor,præſcriptionem opponens, & vendere recuſans, quandocumque teneretur etiam poſt 30.annos. Roma. in l.1.in 3.col. verſicul.& adde duas not. cautelas. ff. de vſucap.& docto.& per illum tex. in l.nam poſtea. §.ſi is qui.ff.de iureiur.& hæc opinio eſt æqua, & verior, ſecundum Petr.Gerard. in ſingul.18. not.diligenter. vbi citat Roma.tamen ego putarem iuramentum intelligendum ſecundum ius, hoc eſt ſi ille venerit intra tempus iuris, ſcilicet triginta annorum. per l.fin. C. de non numer.pecu.

56 Vel poſſet intelligi & teneri prima opinio, quando contractus præſumeretur fœneratitius:nam in cauſa vſuraria nunquam præſcriptio currit.Alexand. conſi.46. circa præſentis. colum.2. & ſeq.in 3.vol. Iacobi. in l.mutuum. colum.1.ff.ſi cert.petat.Chaſſan. in conſuetud. Burgund. in rubr. *des rentes vendues à rachapt.* §.1.nu.19.in rub.*des retraictz*.§.10.in glo.*à faire diligence*. in fi.& quando præſumatur,habetur in cap.ad noſtram.de empt.cap.illo vos.de pigno.Barba.conſi.51. ſcripſit in primo volum.& dixi latè.in dict.c.ad noſtram : & addidi ibi.& ideo anno 1536. die 18. Ianuarij. in magna camera fuit decretum interpoſitum annullatum etiam poſt quadraginta annos.

*Areſtum.*

57 Vel poteſt ſaluari prima opinio,quando fuerit promiſſa retrò vendere toties quoties, & etiam quandocunque fuerit præſcriptum.Bar. & alij in l.nemo poteſt. col.pen.ff.de leg.1. Bal. in l.2.C.vt in poſſeſsio.lega.per tex.in d.l.ſicut. quib.mod.vſusfruct.amit. Cepol.cautela 65. & Pet.Gerardus.vbi ſuprà. Sed in praxi iſta clauſula parum prodeſſet, quia cenſetur ex voluntate notarij & ſtylo appoſita, & illa generalitas, ſic etiam eſſet reſtringenda per ſupradicta & ſic laus Deo, quia hæc materia infinitatis non fuit hactenus vtiliter adeò & plenè expedita : nec ita clarè elucidata ſicut hîc: licet multa relinquam ob temporis breuitatem,& ne lectorem tædio afficiam,& vt vitem infinitatem.

### *Secundum notabile.*

*De prolixitate refrenanda.*

1 Secundò nota : ibi, prolixitatem &c. quòd prolixitas eſt coarctanda : quia veritas in paucis conſiſtit:ſecundum philoſoph.refert Areti. conſi.7.procedendum. & conſi.101.in cauſa.& conſi.104.breuitas. & Socin. conſil.44.in præſenti.in prin.in 1.volum.Alexan. conſi.61.viſo. in 5.volum.

2 Et prolixitas eſt ſapientibus inimica. Areti. conſil.11.procedendum. in princip. & conſilio 71. diligenter. licet apud mulieres habitet. Inde Labotus, cum quis longiore oratione vteretur, ait, Quo mihi pro paruis magna facis ſacrificia. nam quantum rei ſat fuerit, tantum tibi dicendum eſt. teſte Plutarcho in apophthegma.Laco.

3 Ex hoc infertur, quòd iudex poteſt indicere ſilentium aduocato verboſo, & quandoque officio aduocationis priuare. gloſſ. ſingul. in l.ex ea.ff.de poſtulan.quam ſingul.not.Roma.ſing.739.addi.ad Panor. in prœ. decreta. col.3.not.in l.1.ff. de offic. aſſeſſo. Iaſ.in l.Gallus.§.quidam rectè.colum.2.in prima lect.ff.de liber.& poſthu.

*Officiũ boni aduocati.*

Nam boni eſt aduocati, breuiter & ſummatim loqui. Areti.conſi.120.procedendo. Iaſ. & alij per illum text.in l.1.ff.de offic. aſſeſſo.& hoc præcipitur eis. in ordinat. reg.in rubr. *des aduocats*.& in ordi.Caro.ſeptimi art.50.& 53.& in ordi.eiuſdem tangentibus ſtylum parlamenti.art.24.& 29. Spec. in titul.de aduo.§.conſequenter.quia gaudent breuitate moderni. in l. 1.ff.quod met.cauſ.maximè Pariſien.

*Cõtra ſcholares.*

4 Item ſcholaris poteſt compellere ſuum ſocium alta voce iuxta ſe ſtudentem, vt taceat, vel recedat.Spec.in titul.de iudic.§.2. Alexand. & alij in l.1. col.pen.ff. ſolu.matri. d. Purpura. in q.4. de aſſeſſo. nu. 105. cum ſeq. imò ſi perturbet vniuerſitatem, poteſt ab ea expelli, & punitur excommunicatione tridua.tex.ſingul. cap.in loco.in fin.5.quæſt.4.ſecundum Roma. ſing.673.quando vniuerſitas.dixi in priuilegiis ſcholarium.

*Quãdo breuitas actum vitiet.*

5 Limita, niſi ex tali coarctatione induceretur obſcuritas. gloſſ. in §.illud. in procemio ff. cum dicit, dum laboro eſſe breuis, obſcurus fio : nam tunc non eſt ſtudendum breuitati,vt obſcuritas inducatur:ſed quãdo nullum damnum fiet intelligentiæ.Hieronym.prout refert Georg. Nathan.in Clem. ſæpe. in 5. notab. de verb.ſignifi.col.14.

6 Secundò fallit, niſi coarctando neceſſaria omitterentur. l.2.C. de ſentent. ex libello recitan. ibi, non ſubitas. nec debet eſſe quis adeò breuiloquus, vt de cauſæ contingentibus aliquid omittat : ne per nimium compendium, ad magnum veniat diſpendium. cap. abbate ſanè.in fin.de re iudi.libro 6.cap. qualiter.in 2. prope finem.de accuſa. Spec.in tit.de aduocato.in §. conſequenter. verſic. non autem. nam dicitur,qui parum intelligit,citò definit.Areti. conſilio 65.in præſenti alia addidi.in dict.l.1.ff. quod metus cauſ. & l.2. §. deinde. C. de vete. iure.enucle. adde alias limitat. per te. & in his notandis



notandis ſi lubet, prolixitatem noſtram excuſabis bone lector,quia neceſſum mihi fuit verba legis & materiam illis *verbis conuenientem proſequi, & pertractare quod non feciſſem, ſi in modum tractatus ſcripſiſſem, quia tunc materiam eius quod intereſt ſolum preſcripſiſſem, ſed cum id temporis frequentiſsimum eſſet ſcholaſticorum auditorium, & peritorum, multa eis oportuit præbere fercula, quæ cum mihi obuiam venirent,calamo temperare non potui, itaque iſta eis dictaui, & hanc materiam ante nos non iuſtè tractatam ad inopiam redigere nolui,boni ſi placet conſules,nec inuenies ea impertinentia,ſicut quidam,qui nunquam iura publicè profeſsi ſunt, arbitrantur.

### *Tertium notabile.*

*De impoſſibilitate.*

1 Tertiò nota:ibi, prout poſsibile eſt. quòd lex non debet fieri de impoſsibili. tex. clarior. in c.erit autem lex.4.diſt.& ſi fieret, non valeret.regula,nemo poteſt ad impoſsibile.de reg. iur.lib.6.& l.impoſsibilium.ff.eod.tit.ſcripſi in præfa.ad ordina.reg.

*De citatione impoſsibili.*

2 Item citatio facta ad terminum nimis breuem,& impoſsibilem : non valet,nec arctat citatum vt compareat, etiam poſt terminum. Bart.in l.aut qui aliter. in prin. ff. quod vi aut clam.Panorm.in cap.cum dilecti. col. pen. de dolo.licèt.gl.in d.regula teneat contrarium.facit c.bonæ.in 2.de elect.& ibi gl.vlt.Bal. conſil. 411.incipiamus.in 4.vol.

*De præcepto iudicis impoſsibili.*

3 Tertiò,iudicis præceptum impoſsibile eſt nullum.l. fin. ff. quæ ſenten. ſine appellatione reſcindan. l. ſi cùm dies. §.pen. de arbi. & ibi glo.in verb. compromiſſo.Panorm. in d. cap. dilecti.

Siue à principio fuerit, ſiue pòſt. l.ſi deceſſerit. & ibi Iaſ.in 3.nota.ff.qui ſatiſda.cogan.

Etiam ſi iuramentum interuenerit. Bald.in d.l.ſi cum dies.§.pen.Fel.in c.accepimus. col.1. de fide inſtru.

*Impoſsibilitas an excuſet ab excommunicatione.*

4 Quartò, impoſsibilitas excuſat ab excommunicatione : vnde ſi quis per impotentiam non ſoluat,nõ eſt excommunicatus.c.queſtioni.& ibi Philip.Peruſ.de appel.Inno.& alij, in c.P.& G.de offi.dele.Hippol.in l.1.§. præterea. nu.117.fol.39.ff.de quæſt.

Quod intellige quando iudici conſtabat de tali impoſsibilitate, vtpote quia eidem fuit allegata,aliàs ſecus.arg.l.quæſitum.ff. de re iudi. Fel.& alij in d.c.P.& G.& in c. Odoardus. de ſolutio.

*Contractus ſub impoſſibili conditione non valent.*

5 Quintò,contractus ſub conditione impoſſibili non valent,ſiue ſint bonę fidei,ſiue ſtricti iuris.l.non ſolum.ff.de actio.& oblig. & ponitur ratio,quia tunc non videtur animum habere ſe obligandi.l.cum hæres.§.1.& ibi Benedic. Plumbi.ff.de ſtatuliber. vide tex.in l.3.§ ſi quis ita.ff.de eo quod cer.loco.§.ſi impoſsibilis. Inſti.de intul.ſtipula.

6 Sextò,impoſsibilitas impedit etiam naturalem obligationem naſci.l.impoſsibilium.ff. de reg.iur.glo.in d.regula,nemo poteſt.l.impoſsibilis.& ibi Iaſ.ff.de verb.oblig.

7 Septimò,contractui ſub conditione impoſſibili.& ibi Bar.ff.de fideiuſſo.

*Emphyteuta quando excuſetur à priuatione.*

8 Octauò,impoſsibilitas excuſat emphyteutam,vt non cadat à iure ſuo,Bal.in cap.quærelam.de iureiur.

9 Imò etiam maxima difficultas, aut ſaltem iuuat ad reſtitutionem.Iaſ.l. 2.q.21. C. de iure emphit.

10 Idem ſi propter peſtem,no.in l.cùm filius.§. in hac.ff.de verb.obliga.Fulgo. conſil.7. Iam. pluribus citat.Do. de Ripa. in tract.de peſte.1. parte.q.3.

11 Nonò, impoſsibilitas excuſat appellantem ab appellationis proſecutione.Innoc. & alij in c.ex ratione.de appella.Bar.l.ſi procuratorem. §.ſi ignorantes.ff.manda.Bal.in l.fi.C. de condit.inſert.& l.acceptam.quæſt.23.de vſur. Mathe. no. vltim. Franciſc. Cremen. ſingul. 121. ſtatuto.

12 Decimò, ſuper impoſsibili non fingitur. l. qui ad certum. ff. loca. Bartol. in ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. Decius in l. verùm. de regul.iur.

13 Vndecimò, fideiuſſor promittens ſe facturum & curaturum,quòd Titius contrahet,aut centum dabit : ſi moriatur Titius dictus ante morã, liberatur fideiuſſor : nec incidit in pœnam.l.ſi vehenda.§.idem iuris.& ibi Bart.ff. ad l. Rhodiam de iactu. l. continuus. §. illud. de verb.oblig.Panor.conſil. 90.circa primum in 1.volum.Hippol.in rub.ff.de fideiuſſ. q. 20.nu. 155.Angel.in diſpu.incipien. exorta guerra. in princ.Areti. conſil. 143.ex facto. colu. 4. Bart. conſi.226.Martinus.& Federic.conſi.122.Martinus Soci. conſil. 288. circa primam quæſt.in 5.dub.2.vol.Dec.conſil.313.promiſit dominus.

14 Vltimò,in generali diſpoſitione non includuntur impoſsibilia. Roma. conſil. 102. ſuper eo.colum.2.Barb.conſil. 13.ſapienter.colum. 5. num. 8. in 2. volum. In his tamen difficultas pro impoſsibilitate ponitur de induſtria quandoque.

*Omnia Regi poſsibilia quomodo intelligatur.*

15 Oppo.omnia ſunt poſsibilia Imperatori, & Regi:vt habetur 3.Eſdr.cap. 4. Rex autem ſuper omnia præcellit, & dominatur eorum:& omne quodcunque dixerit illis,faciunt.& Eccleſiaſtes 8.cap.omne quod voluerit,faciet : & ſermo illius poteſtate plenus eſt : nec dicere ei quiſquàm ſolet,quare ita facis?vt ibi.& glo. in extrauag.Ioã.22.execrabilis.in ver.de ipſorum conſil.de præb.Iaſ.in l.reſcripta. col.2. Cod. de precib.Impe.offer.Hippol.in l.de vno.num.18. cum ſeq.ff.de re iudic.& ipſe eſt omnia, & ſuper omnia:& quod facit, facit vt Deus.Bal. in §.fi.de.no.for.fidelita.in fi. & in prima conſtit. C.col. 2. verſi. deinde.Imò temerariũ eſt maieſtatem Regiam ſiue Imperatoriam terminis limitare,iuxta illud Prouerb.25.in fin.Scrutator maieſtatis opprimetur à gloria. Chaſſa. in Catalo.glor. mundi.in 5.parte conſidera.24.

16 Reſpondeo,omnia eſſe poſsibilia, quæ iuris ſunt poſitiui : cum ſit lex animata in terris. in auth.de conſu.colla.4.

Rationi tamen naturali ſubeſt. Bal. in l. princeps,ff. de legib. cum ſit animal rationale. Bal.in l.2.col.6.num.40.verſic.eſt autem plenitudo.C.de ſeruit.& aqua.laço.in tract.de feud. in verb.princeps.& contractibus ligatur.c.1. de proba.doct.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit. abunde ſcripſi in præfa. ad rubr. de colla. in concorda.& ſic priuilegium, accepta pecunia conceſſum,non poteſt princeps reuocare, nec eius ſucceſſores.ca.1.in fin. qui feud.dare poſſ. Bald.in l.qui ſe patris. col. 8. num.13. cum ſeq. C.vnde liber.& Benedict.in repetit.c. Raynutius.in verb.duas habens.nu.36.extrà, de teſta. docui in tract.nomina.in fi.

17 Fortius inſtatur, poſito quod eſt ſupra ius poſitiuum,quare hîc dixit,prout poſsibile eſt: cum ita potuiſſet taxare ad quadruplum,ſicut ad duplum: ergo non debebat dicere, prout poſsibile.Reſpondent hic Soci.& Deci. prout poſsibile eſt fragilitati humanæ.c. vno. de no. for.fidelita. & reſpicit quendam modum loquendi,quo eſt vſus tex.in l.de creationibus.in fin. C. de epiſco.audien. & in l.teſtium. de teſtib.tex.in cap.diſpendia.de reſcript.lib.6.ca.vt circa.de elect.illo lib. Clem. ſæpe. de verbo.ſignifica.

Alibi dicitur, inquantum vires ſuppetunt. c.ſcimus.43. diſtin.Alibi dicitur prout poſſumus reſpondemus. cap. ad hæc. de offic.Archidia.

Aliquando exponitur poſsibile, id eſt facile.§.item lex Iulia.de vi.Inſtit.de pub.iudic.

*Noua elucidatio ad textum.*

18 Vel ego exponerem, prout poſsibile eſt à natura. ita exponitur in authen. iuſiurandum quod præſtatur ab his. in verb. impoſsibilitatem.colla.2.& tex. eſt melior de iure, qui non poteſt cauillari,cùm hoc formaliter dicat,in l. imperialis.ibi, quantum noſtræ naturæ poſsibile eſt.Cod.de nupt. quia nulla iuris ſanctio, quantumcunque perpenſo digeſta conſilio,ad humanæ naturæ varietatem,& machinationes eius inopinabiles ſufficit, nec ad deciſionem lucidam ſuæ nodoſæ ambiguitatis attigit. in procœ.clem.in verſic.quoniam.

*Moder. reprehenſio.*

Nec aſſentio opinioni modernorum repetentiũ in glo.prout poſsibile eſt, dicentium quòd in caſibus incertis videtur impoſsibile certam ponere metam,prout nec impoſuit, vt patet: nam poſtquam omnia quæ ſunt iuris poſitiui ſunt ei poſsibilia:certè ſi Imperator voluiſſet,non dubito quin potuiſſet taxare etiam in incertis: vt ſi promiſi facere domum receptis à te centum:ſi non faciam, poterat Imperator taxare ad duplum illius pretij conuenti, vel ad aliud: nam in illis eſt pro ratione voluntas.§.furtiuæ.Inſti.de vſucap. dicam tamen latius.in glo.prout poſsibile, licet non ita facile fortè fuiſſet taxare.vt in 7.nota.infrà dico.

## *Quartum notabile,*

*Verba ius nouum denotantia,*

1 Quartò nota ibi, ſancimus. quòd hæc conſtitutio eſt noui iuris promulgatoria:cum verbum,ſancimus,ſit iuris noui inductiuum.l.ſancimus.C.de teſta.l.generaliter.de inſti.& l.ſancimus de donat.Ioan.Crotus.in l.ſi conſtante. col.49.ff.ſolu.matri.Deci.hîc.

*De verbo, ſtatuimus.*

2 Idem in verbo;ſtatuimus, vt ius importet nouum.c.paſtoralis.de iudic.ca. ſtatuimus. de offic.deleg.lib.6.& ibi glo.& in c. vt litigantes. de offic.ordin.eo.lib.c.1.vt lit.penden.eo. lib.& c.vno de cleri.non reſiden. in glo. magna. eo. lib.glo.in clem.vlti.de reſcrip.& in extrauagan. ſuſcepti. de elect. in extrauag. Ioan. 22. Corn. conſil.243. in hac.col.2.in 3. vol.Deci.in c. cæterùm.col.3.verſi. ſolum difficultas. de reſcrip. Ioa.Dayma in rub.de conuento.approba. fol. 130.in glo.ſtatuimus.

*De verb. decernimus.*

3 Adhæret iſtis verbum,decernimus.c.decernimus.de iudic.& ibi Panorm. & alij Card.in clem.vna de ſequeſtra.poſſeſſ. & fruct. Corne. conſil.278.cuius nomen. litera k.in 3. vol. Panorm.& Dec. in cap. paſtoralis. no. primo de exceptio.

*De verb. diffinimus.*

4 His adiungere debemus verbum, diffinimus.cle.vna de ſequeſtra.poſſeſſ. & fructuum. & ibi notat Panor.

*De verb. volumus.*

5 Idem puto in verbo,volumus.glo.in clem. vna.de offi.vicarij: quam ſingularem dicit ibi Card.& in cle.fi.de elect. Iaſ. in l. more maiorum.col.9.ff.de iuriſd.omn.iudic.Corne.conſi. 263.in hac.col.2.in 4.vol.

Similis eſt glo.in clem.vna, de rerum permuta. & in cle.1.de cenſib.c. fi.de verb. ſignifi. lib.6.glo.in extrauag.1. de voto. in extrauag. Ioan.22.Fel.in c. ſuper quæſtionum, §. porrò. col.1.de offi.deleg.

*Verba cenſemus, & nolumus, ius important nouũ.*

6 De verbo, nolumus, idem eſſe arbitratur. Philip.Fran.in cap. ex ratione.col.2.vlt.no. de appella.

7 Idem de verbo,cenſemus. cle. vna. in verb. cenſemus.de conceſsi.præben.Panor.in d. cap. decernimus.vide Anto.de Butrio,in c.præterea.in 2.col.1.de appel.Soci.in l. fin. in fin. ff. de reb.dub.non omittetur verbum ordinamus.de quo meminit Card.in cle.exiui.§. demum. de verb.ſignifi.

8 Intellige ſupradicta, quando ſubiecta materia patitur:aliàs ſecus.glo.& Cardina.in d. cle. vna.Panor.& alij.in d.c.decernimus.Scripſi in §.1.in glo.1.de collatio.in concord.

9 Oppo.de l.Titius.in 1.cum ſeq. & ſeq. ff.de actio.empt.vbi id quod intereſt, de iure. digeſtorum, eſt taxatum ad duplum:ergo hîc non inducitur de nouo.

*Declaratio ad l. Titius,*

Bar.hîc col.4.verſi. Item oppo.de l. Titius, poſt glo.in verb.dupli.dicit illam l. cum fortè. taxantem intereſſe, ad duplum corrigi. per l. ſeq,idemque in verſi in omnibus,

Fulgo.verò,prout citant doct.dicit declarari, vt iurium correctio euitetur.l.vna. Cod.de inoffic.dotib.cap.cùm expediat.de elect. lib. 6, ſed in idem cum Barto.reincidit:quia quando venditor prudens vendit rem alienam,non tenetur ad duplum ſolum,ſed in totum.Ideo eſt ibi caſus ſingularis & mirabilis, in quo de iure Digeſtorum intereſſe eſt taxatum ad duplum: videlicet quando quis vendit rem alienam, ignorans: & in ea emptor facit magnos ſum-

ptus,



ptus,& poſtea euincitur à vero domino:ſi verò ſciens fuerit in vendendo, ad totum id quod intereſt tenetur. Idem tenuit hîc Barto. col.7.nu.19.Rauen.in alpha.litera a.fol.10.col. 4. Paul. in d. l. Titius. Deci. & communiter doct.hîc.

Et iſta eſt communis opinio,ſecundum Deci.hîc.col.3.ratio eſt, ſecundum Pet. & doct. quia cùm hæc expenſa venerit facto emptoris ædificantis,aut ſeruum erudientis, non debet ex ſuo facto obligare venditorem ad totum id quod intereſt: ideo ad duplum taxauit ibi Iuriſcon. cùm venditor ignorans rem alienam, veriſimiliter non cogitaſſet de tam magna expẽſa:vt in verſi.planè.videlicet quòd emptor ædificaret, aut erudiret ſeruum: & poſtea euinceretur, & ipſe venditor teneretur ad id quod intereſt.certè de hoc non cogitabat venditor, vel quòd ſeruus fieret agitator, vel pantomimus, cum pauci ſint talis artificij: & per hoc non obſtabit reprehẽſio moder. quòd imò ſit ſolitum ædificari,& magnas expenſas facere,in aliena arena:quia reſpon.vt proximè dixi.& ſic patet quòd venditor erat ignorans, alioqui potuiſſet cogitare.

Item ibi taxatur intereſſe commune in illo ſingulari caſu, hîc verò ſingulare in omnibus caſibus,& generaliter.

Et quia parum vtilitatis reſultat, ſiue de iure nouo inductum fuerit,ſiue de iure Digeſtorum:ideo hæc miſſa facio,concludens in caſu ignorantiæ ibi taxatum eſſe ſolum:Imperator verò hîc generaliter in omnibus caſibus certis taxauit:& quod ſit de nouo inductum,ponderatur huius l.procœmium in verbo, ſancimus, & verb. noſtra. & huius conſtitutionis recitatio,& reſpon.latius, vt hîc.per Deci.& moder. ad contraria.

10 Item ſatis dicitur nouum, ex quo non erat prius generaliter cõſtitutum:vt hic:ſed in vno caſu tantum:ita eſt tex.in l.1.C.commu.de leg. Deci.in c.decernimus.in fin.de iudic. Item in caſibus incertis nil erat declaratum: ideo hic nouiter ſtatuitur.

*Opinio gloſſæ quam ſibi aſſcribit Alciatus.*

11 Sed glo.in d. l. idemque aliter intelligit illum tex.in verſi.in omnibus.in verb.omnimodò.videlicet quòd venditor ſciens teneatur:ſiue emptor poſsideat, ſiue non: & ſic denotat ſubſtantiam obligationis:& hunc intellectum ſequutus eſt collega noſter Do.Alcia. in tract. de eo quod intereſt.cap.ait lex. col.2.nouis & ſubtilibus fundamentis, dicens perſpicacitatem veterum in hac re longè defeciſſe, & tamen ante eum erat intellectus glo. quæ non defecit in eo.Probat primo.

12 Quia non eſt Iuriſconſultus ita ingenij hebetis(qui ignorantiam nullam in hærede tradiderat) vt incontinenti ſe corrigat. Nil adducit.allego tex.in l.non ad ea.ff.de condi. & demonſtra.facit l.eum qui voluntatem.de prob. Albe.in l.videamus.in princ. ff. de in litem iuran.& philoſophus: argumentum compoſitæ mentis exiſtimo poſſe conſiſtere, & ſecum morari: & Teren.hui tam citò. doct. in l. 4.§. Cato.in glo.ſed videamus.ff.de verb.obli.Barba.conſil.52.circa.num. 24. inter conſil. Alex. in 4.vol.

13 Secundò probat, Quia hæres præſumitur ſcire contenta in teſtamento. l. eius. circa fin. verſ. quòd ſi proponatur.ff ſi cer. pet. Ideo diſtinctio,ſciat,aut ignoret, non poteſt cadere in eum.ergo hic verſi.ad illum caſum non poteſt referri, ſciat vel ignoret, cùm non poſsit eſſe ignorans.

14 Tertiò probat. Ad proxima facienda eſt relatio. l.1.§. deinde adiecit prætor. verſi. eum qui. ff. de poſtulando. ergo referetur ad illum proximum caſum poſsideat, necne, non ad alios.

15 Item facit vltra adducta per eum: quia ad proxima tantum fit relatio,quando l. eſt diuiſa per paragraphos,aut verſiculos.gl. in c.vno. in fin.de poſtu.præl.lib.6.glo.in l.2.C. de edic. diui Hadria.tollen. Sed hîc nõ ſolùm eſt facta diuiſio per paragraphos: ſed etiam per leges: ergo hic verſiculus in omnibus non poteſt referri ad caſum d.l.Titius.& ita reſidet.licet hęc glo.opinio ſit egregia,& ſubtilis, tamen non ſatisfacit.

*Nouus intellectus ad l. Titius.*

16 Ideo diutius cogitando arbitror quòd vtraque opinio,ſiue vterque intellectus ſit coniungendus, & bonus: & hactenus non cogitatus ſuccedet intellectus, qui ſequentibus fundamentis poteſt probari.

*Nota de ver. omnibus.*

17 Primò ponderando dictionem, in omnibus, poſitam in dicta l. idemque. quæ communius in tribus ad minus verificatur text. iuncta glo.1.in l.fi.Cod. de natur.libe.l.ſi duorum.ff.de actio.empti.l.1.§.ſi cui.ff. vt lega. vel fideicommiſſo.no.cauea.l.proinde. de ſtipula. ſeruo.l.veterem.verſic.etenim. Cod. de autho. præſtan.l.fin.de impub.ibi, an omnes in virilem.l.2.circa finem princ.C.quando & quibus quarta pars debetur.lib.10.& l.cùm ſcimus. de agricol.& cenſit.lib.11.in authen. de hæred. ab inteſta.venienti.in princ.verſic.quia igitur omnis generis.colla.9.ita conſuluit Barba. conſil. 35.clementiſsimi.col.2.& 5.in 1. vol. qui adducit tex.in l.non diſtinguemus.§.cùm in plures. de recept.arbi.l.ita vulneratus.§. rurſus. verſic. igitur.ff.ad legem Aquiliã.l.1.§.deinde adiecit prætor.ff.de poſtulan. l. ſi ſeruus decem. ff. de ſolutio.& textus in l.ſi fuerit. in princ. de reb. dubiis.c.prudentiam.§.adiicimus. de offic. deleg.Anchar.conſil.68.ſubtiliter.col.2. Ergo ad omnes caſus legis referri debet: ſiue quando ſeruus proclamat in libertatem, ſiue quando euincitur ad ſeruitutem, ſiue quando area aliena euincitur: in quibus omnibus ſi facti ſint ſumptus per emptorem: vtrum venditor teneatur, & verſi.in omnibus.reſpondet, quòd ſic:quando fuit ſciens,in totum,id quod intereſt,ſiue poſsideat,ſiue non:quando ignorans,in duplum tantum.

Secundò, Dictio, omnibus, eſt generalis. l. à procuratore. Cod. manda. ergo generaliter ad omnes legis caſus debet referri. l. Iulianus. ff. de legatis.3. Modern. in §. omnium,

col.

colum,2. Inſtit. de actio. Deci.in l. omnia. ff.ſi cert.peta.

*De verbo vterque.*

18 Tertiò ponderare debemus, quòd iuriſconſulti,(qui fuere maximi oratores.§.diſcipuli.in procem.ff.)quando loquũtur de duobus,vtuntur verbo vtroque,quod propriè ad duo refertur. l.2.ff.de eo quod certo loco.l.ait prætor. §.ſi quid. Ibi, vtriuſque fraus reuocetur, id eſt teſtatoris & ipſius heredis. ff. quæ in fraudem creditorum.l.iuriſgentium. §.adeò.in fin.ff. de pact.l. ſi communi fundo. & l. tria. de ſeruitu. ruſtic.prædiorum.l.ſi ego pecuniam. & l. quidam. ſi certum peta. & l. eleganter. §. ſi quis poſt.ibi enim vtrumque non debet habere locum, & repetitio & tranſactionis exceptio.l.ſi non ſortem.§.pen.& ſeq.ff.de condictio.indeb. l.tigni.§.fin.ad exhib. l. creditor.§. duobus. ff. manda.l.1.§.præterea.de tutel.& ratio. diſtra. l. iam hoc iure.de vulga.ſub l.ſi duo rei.de verb. obliga.l.ſi alienus.& l. ſi cùm duorum. de ſtipula.ſeruo.l.tutor.& ſeq.de fideiuſſ.l. quidam. Cod.de iure deliber.l.penul. de impub.Oldra. conſil.193.an litera.verſi.præterea.num.4. cum aliis multis iuribus:quæ poſſem adducere, ni lectorem fatigarem.

Ergo ſi iuriſconſultus voluiſſet intelligere de illis tantùm duobus caſibus, poſsideat, vel non:dixiſſet in dicta l.idémque. in vtroque caſu, alioqui contra rectæ loquutionis normam loqueretur: quod non eſt fatendum: ideò ad omnes legis caſus referas.

*De dictione tamen.*

19 Quartò pondero dictionem,tamen,quæ eſt & iuris, & facti aduerſatiua. l. 1. in prin. & ibi Bart.ff.ſi quis ius dicenti non obtemp. l. quid tamen.de arbi.l.ita tamen.ad Trebel.Igitur nõ poteſt referri ad verbum, poſsideat, vel non, tantum: quia non aduerſaretur, tum in iure, tum in facto,vt dixi:ergo &c.

*De pronomine hoc.*

20 Quintò ponderando dictionem,his,quę eſt pronomen demonſtratiuum, tam ad oculum, quàm ad intellectum.l.fi.ff.de eden.l.hęc actio. de calumniato.l.1.& ibi Bart.& Alex.ff.de noui ope.nuntia.l.his ſolis.C.de reuocand.dona. igitur demonſtrabit & caſus l.Titius. & l. huius l. & etiam determinabit. pro hoc eſt tex. apertus,iuncta glo.in l.hac edictali.§. his illud. C.de ſecun.nupt.Oldra.conſil.132.quidam.

*Dictio,omnimodo.*

21 Sextò ponderanda eſt dictio, omnimodo, quæ poteſt denotare ſubſtantiam, & totalitatem,ſic exponendo. in his omnibus caſibus ſi ſciens quis alienum vendiderit,omnimodo teneri debet:id eſt,ad totum id quod intereſt eſt obligatus,ſiue poſsideat vel non, &licet moderni repetentes non inuenerint textum neque glo. imò nec docto. loquentem de dictione, omnimodo:ſed de dictione, omnino, quæ diuerſæ ſunt.argum.l.ſi idem.C. de codicil. Ego verò allego textum pro opinione mea,in l.3.§. at hoc edicto omnimodo,iuncta l.1.§. fin. & l. fin. ff. nautæ,caupo. ſtabul. l. ſi cum exceptione.§. quatenus. quod metus cauſſa. ponderat Iaſ.in §.curare.col.1.Inſtit.de actio. l. iuris gentium.§.item ſi quis pactus.in fin.ff. de pact.l. ſi ſeruus.§. boue. de condict. fur. l. antiquæ.ibi, omnimodo teneri.C.ad Velleia.l.ſi filiusfami. in 1.§.1.in fin.ibi, omnimodo rumpet illius teſtamentum.ff.de teſtam.mili.l.Quintus.in fin. de annuis legat.& l.vbi.§.fi.de verb.oblig.l.qui autem.§.ſi quid.iuncta glo.quæ in fraud.credi. l.ſi ita ſtipulatio.de oper.liberto.l.quod ſeruus. ibi, omnimodo à ſe reiicit. de ſtipula. ſeruo.l. Græcè.§.illud.ff.de fideiuſſ.l.ob caſum.de pollicit.l.quæ legata.de regul.iur. §.1. Inſtitu. quibus modis ius patr. poteſta. ſoluitur.l. pen.C. de pact.l.fi.§.ſinautem neſcius. de fur. l. precibus.& ibi Iaco.col.2.de impuberum.l.cùm ſatis. circa fin. C. de agrico. & cenſi. lib. 11. cum aliis ſimilibus iuribus, quæ allegaui in voce, & alia dedi in ſcriptis:tamen per hæc patet ſatis ſupérque probatam meam opinionem & nouum meum intellectum.Vide Alex. conſil. 72.viſis.vol.2.Iacobi.in l.precibus.no.2. C. de impuber.

22 Præterea licet ſupradicta ſufficiant, tamen adhuc probatur verbum, omnimodo,non poſſe tantum denotare ſubſtantiam obligationis, cùm non eſſet dubium,an venditor ſciens rem alienam,& eam vendens teneatur:ergo l. eſſet de indubitabili.contra l.quod Labeo.ff.de Carbo.edic.l.ancillæ.C.de furtis.

23 Item ſuperfluus eſſet ille verſiculus,in omnibus tamen his.d.l.idemque quia diſponeret & decideret illud quod iam erat deciſum in l.Iulianus.§.præterea.l.emptorem. §.denique. & l. fi.& l.ſeruus.§. fi. ff. de actio. empti. & contra primam cõſtitutionem C. & in procemio Inſtit.Ideo licet in prædictis iuribus eſſet dictum quòd teneretur,tamen non erat dictum quòd omnimodò teneretur. Ideo hic addit ad illa iura,& ſic non erit ſuperfluus:ſecundum meum intellectum, vt in ſimili dicit glo. in l.qui Romæ.§.Calimachus.ff.de verb.obli.gl.l.ab Anaſtaſio.C.manda.docto.in proœ.decreta.& Anto.de Burgos.in c.cùm cauſſa.col.1.de empt. & vendi.Aret.& Feli.in proœm. decret.

24 Deinde incertum eſſet ad quid venditor teneretur:ſecundum illam expoſitionem collegæ contra §.quibus.in verbo, certas.vbi conſtitutio debet eſſet certa:in prima conſti. C.l.ſi is qui pretium.ſi mancip.ita fue.aliena. vt manumiſſa.Bald.in ca.fi. col.2. per illum textum de conſtitu.

25 Item plus debet teneri ſciens, quàm ignorans.l.tenetur.§.fin.& l.idémque. de actio. em. l.fin.ff.de decret.ab ordi.facien.& ibi glo. allegationibus plena: & ſecundum intellectum glo.in plus non teneretur ſciens quàm ignorans,quare malè: Imò ſcientia venditoris non puniretur,contra l.ſi longius.§.fi.ff.de iudic. ſi in vtroque caſu ſiue ſciens vẽdiderit,ſiue ignorans,non puniretur:niſi in duplum:vt dicit collega D.Alciatus.

*De dictione,idem.*

26 Vlterius ſi vis ponderare dictionem, idem, in principio legis poſitam, quæ ſignificat eandem in pluribus caſibus cenſuram.glo.ſing. in l.cum hi.§.ſi vni.in verb.obligatus.ff. de tranſ. ſecundum Bald. in Margari.in verb. idem.& idem non eſt,quod poteſt ab alio ſeparari.glo. in l.



in l.hæredibus.ff.de dol.§.idem.Inſtitut. de ſatiſda.tuto.ergo in caſu l.Titius.non eſſet idem ſi ſepararetur ab illa,l.idémque.Igitur malè eſſet hæc dictio idem,poſita:quod eſt abſurdum: ideo ad l.Titius.etiam referamus.

*Dictio, que, copulat.*

27 Item dictio,que, eſt copulatiua Bart. & alij in l.his verbis.ff.de duob reis.ergo copulat caſum.l.Titius.& coniungit: & ſic eadem iuris deciſio erit: & debet poſtea determinari per verſi.in omnibus tamen &c.

28 Vltimò(ſi vis)pondera dictionem, expeditius,quę comparatiuè ponitur:ergo debet participare de natura poſitiui:vt dicunt grammatici.not.doct.in l.iubere.ff.de iuriſdi. om. iudi. per hæc ſatis corrobatur noſter intellectus, ſic doct.legunt etiam.l. Titius. & duas ſequentes ſimul: ad denotandum quòd debent iungi & determinari,& vna per aliam declarari.

*Reſpon.fundamentis Alciat.*

29 Et licet per prædicta ſit ſatis reſponſum ad contraria, tamen ſigillatim reſpondeo: non obſtat primum, inquantum dicit non eſſe veriſimile iuriſcon.ſtatim ſe corrigere:quia ſe nõ corrigit, ſed declarat venditorem ſcientem rem alienam,ad totum teneri id quod intereſt, ſiue poſsideat, ſiue non: ignorantem verò ad duplum,quod poteſt fieri:vt in ſimili declarat Barba.conſil.52.circa nu.24.poſito inter conſi. Alex.in 4.vol.

30 Minus obſtat,quòd hæres præſumatur ſcire contenta in teſtamento.d.l.eius.reſpon. hæres in teſtamento ſcriptus, præſumitur ſcire contenta in teſtamento. Sed hîc non apparet quòd fuiſſet ſcriptus in teſtamento:ideo ab inteſtato potuit ſuccedère:quia facta non prçſumuntur.l.in bello.§.factæ.ff.de capti.dixi in repeti.l.Diuus.ff.de Senatuſcon.Sylla.in 3. nota. c.cùm in iure.de offi.deleg.Panor.conſil.11. in cauſſa.col.1.in 2. vol. & teſtamentum eſt facti in conſtruendo:vt probatur in l.hac conſultiſſima.C.de teſta.ergo non præſumetur.

31 Item appellatione hæredis omnes ſignificari ſucceſſores(etſi verbis non ſunt expreſsi) dicit Vlpianus in l.hæredis.ff. de verb.ſigni. ſed l. Titius.vtitur verb.hæres:ergo poteſt etiam intelligi ab inteſtato,vt ibidem dicitur.

Vel poteſt dici quòd non præſumitur ſcire,etiam ſi ſit in teſtamẽto ſcriptus, ſecundum vnam opinionem:quia etiam hæres extraneus poteſt adire,antequam aperiatur teſtamẽtum. l.vna.§. in nouiſsimo. C. de cadu.tollen. ergo non præſumitur ſcire: cùm non viderit, niſi fortè ex reuelatione,quod non præſumitur, & dicitur,qui in alterius locum ſuccedũt,iuſtam habent ignorantiæ cauſſam. l. qui in alterius. ff.de reg.iur.

Imò non eſt neceſſe quòd extraneus inſpexerit teſtamentum, dummodo ſciat qua ex parte eſt inſtitutus,vel à notario, vel à teſtibus, ſeu per publicam famam in ciuitate,ad hoc vt poſsit effectualiter adire,& conuenire, & conueniri.Barto.in l.is poteſt.poſt glo.col.5.num. 19.ff.de acquir.hæredit.Iaſ.in d.l.eius qui.no.4. multos alios citat Barto.& alij in l.qui Romę. §.fin.quæſt.3.ff.de verb.oblig.facit tex.in §. fin. ibi, quòd nihil tale à teſtatore audiuerit. Inſtit. de fideicom.liber.vel reſpond.& fac eum ſcire contenta in teſtamento, tamen poteſt ignorare,an illa res fuerit teſtatoris vel non, per d.l. qui in alterius.& ſic poteſt hic loqui.

32 Non obſtat quod ad proxima debet fieri relatio:quia regula eſt in contrarium, vt clauſula in fine poſita ad omnia referatur.l. 2. Cod. de edic.diui Hadria.tollen.& ibi glo.l. talis. in fi.& ibi Barto. & Iaſ.ff.de lega.1. maximè propter illam clauſulam generalem, omnes. Ita conſuluit Dec.conſil.11.& pro tenui.num.13.& ſeq.Iaſ.in l.1.C.de libe. & poſthu. vbi ponit 12. limitationes D.Chaſſa.in conſue.Burgund.in rub.*des enfans*.§.6.in fi.præpoſi.& alij in c.2.requiris.col.2.de appella.

Fallit,quando eſt dare diuerſam rationem. d.§.de inde.Barba.conſil.37.præclare. col. 2.in 1.volum.Areti.conſil. 116.viſo puncto. Corne. conſil. 69.viſis.colum.2. in 1. volum. dico latius infrà, in glo. in verbo, & non ex quibuſdam.ibi vide.

33 Vltimò non obſtat, quòd hîc facta fuit diuiſio per paragraphos,imò per leges,ergo non debet referri ad alios caſus. Reſponde illud eſſe verum, quando omnino eſſet facta diuiſio: ſed hic non fuit facta penitus:ſed eſt continuatio,quando dicit, idémque, & etiam propter verbum,omnibus,quod eſt generale: vt ſuprà dixi,quod debet referri ad omnia.Item eſt eadem lex:ſcilicet Pauli, licet aliqui habeant in ſubſcriptione, Vlpia. quia non appellaſſet ſe dominum.vt fit in d.l.Titius.ideo eſt Pauli,& per compoſitores fuit inſerta. l. cùm fortè. & ſic habes coniungendo vtramque opinionem, nouum & verum intellectum hactenus non ita diſcuſſum,nec inuentum: laus Deo.Et debet teneri,cùm concordentur ſic opiniones. & intellectus concordans eſt ſequendus. Moder. in §.rurſus.nu.14.in fi.inſtit.de actio.

*Quintum notabile.*

1 Quintò nota,quòd in caſibus certis & habentibus certam quantitatem,aut naturam, id quod intereſt non excedit duplum, nec vltrà poteſt peti,vel exigi.& qui dicantur illi,in glo. vel naturam.declarabitur.

2 Quæret aliquis,qua de cauſſa vſque ad duplum,& non ad triplum,vel quadruplum eſt taxatum?Reſpondent docto. ratione infinitatis vitandæ:vt princ.& in verſi. nedum in infinitum.quod mihi non placet:nam licet taxaſſet ad quadruplum, vel ſextuplum, non eſſet infinitas:vt habetur in l.eos.C.de vſur.

*Reprehẽditur communis opinio.*

3 Item non eſſet infinitum, ſi eſſet taxatum etiam ad decuplum:ideo hæc ratio docto.non conuenit:nec obſtat hic text.in princ.quia loquitur de dubitationibus antiquis in infinitum productis:nec obſtat verſic. nedum. quia non dicit quòd ſi fuiſſet taxatum ad quadruplum, quòd fuiſſet infinitum: ſed ideo fuiſſe taxatum, ne ſi in infinitum non procederet, caderet.

Aliam rationem aſsignat Dec.quia non eſt

*Reprehen-*

veriſi

*ditur ratio Decij.*

veriſimile quòd venditor voluiſſet obligari in maiori quantitate duplo, dicta l.Titius. verſi. planè.qui non probat opinionem Decij, quia dicit non eſſe cogitatum à venditore de tam magna ſumma, quam petebat emptor: ſed non dicit an ſe obligaret,necne.imò eſt text.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.oblig.in contrarium.& l.eos.C.de vſur.

4 Ideo aliam rationem Moder.repet.aſsig. de l.non omnium.ff.de legib. quæ eſt ratio generalis ad omnes non valẽtes aliquam rationem dare,vel dicere, ſpeciale refugium miſerorum eſt, ſi ratio ſpecialitatis non aſsignetur. in l.filium,quem.C.famil.herciſcund.vel dicere,fallit in legibus inforſiati:quia difficiles.glo. in c.1,de conceſ.præb.in verb.in vltimis.lib.6.

*Duæ nouæ rationes aſſignantur quare ad duplum taxauit in caſibus certis.*

5 Ego verò puto Imperatorem fuiſſe duplici ratione motum ad taxandum ad duplum: & non ad minus,vel plus. Primò,vt mediã viam amplecteretur,& mediocritatem, quam variis in locis ſequi voluit.l.antiqui.ff. ſi pars hæred. peta.§.fin.Inſtit. quibus ex cauſis manu. non licet.text.§.1.& ibi glo.in verb.medium.in authen.de conſuli.colla.4. mediũ purgat vitium, c.ex tranſmiſſa.& c. extirpandas de filiis preſbyt. & ſic ad mediocritatem reducit Imperator vſuras,in d.l.eos.C.de vſur.

6 Item ratione vitandæ correctionis de l. Titius.& l.cùm fortè, quæ taxauerat ad duplum in vno caſu ignorantiæ:vt ſuprà dixi. hîc verò Imperator videns æquum eſſe,in omnibus caſibus certis ſtatuere voluit duplum tantum petendum:ergo illa lex non eſt correcta in caſu ignorantiæ: vt patet. cogita de meliori, & vide in glo.in verb.proferuntur. quæ dixi. Sic viſus eſt Imperator taxare ad duplum,in l.1.ff. ſi quis teſtam.liber eſſe iuſſus fuer.l.1. furti aduerſus naut. Exod. 22. cap.§. pœna. Inſtit. de oblig.quæ ex delicto naſcunt.l. qui tabulas. de furt.l.1.de tig.iniunct. l. defenſionis. & ibi glo. de iure fiſci.lib.10.C.l.miſsi.de exacto.eod. lib. l.vna.de ſuperexacto. eod.lib.& l. & tantum.§. in hac actione,ff.de ſeruo.corrup.l. vel obligatus.§.fin. de libera. cau.§. & hanc. in authen. quomodo oport. epiſcop.iud. colla.1.l.1. ff. de his qui deiece. vel effude.l.quia vulgò. de ædili.edic.

*Sextum notabile.*

*De exceſſu multa.*

1 Sextò nota nouiter, ponderando text. in ver.excedere, quòd licet id quod intereſt non poſsit duplum excedere, tamen minus non prohibetur exigi: quia hîc cum vnum prohibeat, videlicet vt non excedat, aliud videtur permittere. arg. l.cùm prætor. ff. de iudic.cap. nónne.de preſumpti.c.qualis.25.diſt.Item quia inducta ad diminutionem,non debent operari augmentum:vel econtra. argumen. l. legata inutiliter.ff. de lega. 1. ſed hæc conſtitutio fuit edita ad coarctandum: vt patet in prin. ergo non operabitur augmentum.nõ obſtat l.eum qui.ff.de iureiur. vbi qui in vno grauatur, in alio debet releuari:ſed in vno grauatur petens intereſſe: quia licet ſua vltra duplum interſit, tamen non poteſt vltrà petere: ergo licet ſua non interſit ad duplum: videtur quòd id poſſit petere?Reſpond.quòd non grauatur hîc ſecundum Moder. cùm authoritate legis hoc fiat:vt non poſsit peti vltra duplum: ideo lex non dicitur grauare.

*Intereſſe vſque ad duplum non petitur,quãdo non tãti intereſt.*

2 Igitur id tantum quod intereſt petetur: & hæc opinio in conſcientia eſt tenenda: in qua quod verè intereſt,& non vltrà petitur.Angel. in ſumma,in ver.vſura.in 1.quæſt.30. & ſic erit concluſio, quòd etiam in certis duplum non poteſt peti:ſcilicet in conſcientia, quando non tanti intereſt. Contrariũ aſſerere iuriſconſul. eſt:videlicet quando tanti, vel pluris intereſt. Vide Alciat. in cap. ait lex.in fi.huic opinioni ſubſcribentem.

*Noua quæſtio. Reprobatur exceſſus etiam in vno nũmo.*

3 Quæret aliquis, an exceſſus etiam in vno nummo reprobetur? videtur quòd non: quia de minimo non curat lex.l.ſcio.ff.de in integr. reſtitu.

Secundò facit l.Senatus.§.1.ff.de lega.1.ſing. ſecundum Ro.ſing.330. hodie quidem. & Iaſ. in l.cætera.in princ.de lega.1.

Tertiò facit c.cæterùm.de dona.c.terrulas. 12.quæſt.2.

4 Item qui parum tranſgreditur, non dicitur tranſgreſſus.l.quamuis.ff.de condit.& demon. l.2.C.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Bald. in l. quicumque,colum.2.C.de ſer. fugiti. Barba.in procœmio Cle.in 2.lectura.col.11.

5 Contrarium teneo:quia vnus nummus facit exceſſum: & remouet numerum taxatum à taxatione.glo.& docto.in cap.cum cauſſa.de emptio.& vendi.vbi reſcinditur vẽditio:etiam ſi excedat vno nummo dimidiam. nam denarius poſitus à latere ſtateræ facit præponderare:& ſic excedere.Pantha.Calderi.in repet.l. 2. col.13.C.de reſcin.vendi.in 11.extenſi. Anto. de Burgos poſt Panor.& alios.in d.ca.cum cauſſa.col.3.

Facit, quia lex figit pedem in hoc duplo hîc: ideo fieret contra legis prohibitionem, etiam ſi in vno numo excederet.Vnde ſi iudex condemnaret errore iuris non expreſſo, vltra duplum: etiam in minimo, poſſet appellari: quia contra hanc legem iudicaret.l. 1. §. item cùm contra. ff. quæ ſente.ſine appella. reſcind. cap. cùm inter. de re iudicata.& ibi Panorm. Quia legis determinatione debet eſſe quis contentus.l.ſi non fuerit.§.fi.ff.pro ſocio.& ibi glo.pen.

*Not.quando curetur de minimis.*

6 Nec obſtat quòd non curetur de minimis: quia regula eſt in contrarium: ſed fallit in caſibus à iure expreſsis.Cardi. in procœmio Cle. col.3. Vel quando eſt ſecundum ius commune,attenditur etiam minimum.§. gallinarum. Inſtitu.de rerum diuiſio. aliàs non doct. in d.l. ſcio.Corſe.pleniſsimè in tract.de poteſta.regia. q.4. vbi ponit 79. caſus, in quibus non conſideratur minimum. & 40. in quibus curatur. vide ibi pro vtraque parte.

*De excedẽte mãdatũ.*

7 Conſequens eſt, vt mandatum quis non debeat etiam in minimo excedere: quia in eum caſum aliud à mandato videtur factum, l.dili



l.diligenter.ff.manda.Bal.conſi.402.coniungamus. lib.1.Felin.in cap.cùm dilecta.de reſcrip. Soci.in tract.fallen.reg.252. Iaſ.in l.ſi procurat. C.de procura.Do.Boër.in tract.de dignit.lega. quæſt.1. fol.17. etiam in rebus piis. l.hæreditas. ff.de peti.hæred.

8 Imò ſi excedat,poteſt agi actione iniuriarũ. Guid.Pap.in ſuis deciſio.q.293.quod executor. Item nec donãs poteſt metam à iure donationi præſtitutã excedere.l.ſancimus. C.de dona.

9 Sic nec ædificãs.l.fi.ff.finium regun. Cepol. in tract.de ſeruit.vrba.pręd.c.40.de pariete ſeu muro.& c.81.de arborib.

10 Similiter nec examinator teſtium debet excedere numerum decem teſtium,per regias ordinationes taxatum:quòd ſi vndecimum examinauerit, & admiſerit, non valet illa depoſitio, etiam ſi alij nil probarent: & hic vndecimus pro non admiſſo habetur: vt patet in ordina.Reg.Ludo.12.primò publicatis ar.13. quæ eſt rubri. *des teſmoings*.in princ.dixi in 1.notab. Amplia.4.ſuprà.

11 Nec etiam iudices. in §. & iudicare.in auth. de defenſ.ciuit.collat.3.

12 Præterea nec arbiter excedere debet. l. non diſtinguemus.§.de officio.ff.de arbit. Panorm. conſi.18.in cauſſa.in 2.volum.Deci.conſil.11.& pro tenui. colum. 3. verſiculo 3. principaliter. Corne. conſilio 9. præmittendum. in primo volum.in fin.

13 Minúſque legatus, ne aliquid de ſuo adiiciens, totam partis legationem mendacio ſuo decoloret.c.pura.3.q.9.Lùc.de Penna. in rubri. C.de lega.colum.8.verſi.7.caueat.lib.10. Valerius lib.2. de inſtit. antiq.cap. 150.& lib.2. cap. 199.de poſthu.Tiburto.tit.de diſcipli.milita.& habetur.1.Regum.cap.14. & ſic periit Icarus filius Dædali, mandatum patris excedendo, ſi poëtæ vera loquantur. de quo Ouidius lib. 2. Metamor.ſcribit.

*De retractu.*

14 Conſuetudini generali regni Franciæ non tenetur emptor parere, ſi retrahens proximus totum pretium non offerat: etiam ſi ipſe exceſſerit in vno numo plus emendo. Idem iudicatur de domino qui habet prælationem, ſi totum pretium offerat: alioquin ſecus. l.fin.& ibi Iaſ.in ſeptimo nota. C. de iure emphy. dominus Boer.in §.fin.de retent.rer. in conſuetu. Biturig.Chaſſa.in conſuetu.Burgund. in rubr. *des retraictz*.§.1.glo.*le pris*.in fin.

15 Seruientibus excedentibus commiſsionem poteſt reſiſti.l. defenſionis facultas. & l. prohibitum.C.de iure fiſci.lib.10.

Et de exceſsibus imperatorum,regum,inferiorum principum,baronum,militum,& aliorum officialium,ponit Paris de Puteo,in tract. de Syndica.tract.1.verſic.& primò. cum multis ſeq.& Aluar.de Planct. eccleſ.lib.2. & Archie. Florenti.in 3.parte ſummæ.

16 Vltimò notandum eſt, quòd expenſæ non debent excedere rem, ſeu reditus rei. gloſſ.in authent. de conſuli. in verbo, tranſcendens. colla.4.l.ius alimentorum.& ibi, Bartol. ff.vbi pupil.educa.deb. & iſta faciunt ad intellectum concord.in titul.de collat.§. ſi quis verò ex dictis.& cle.1. de iure patro.vide text.in cap.procurationes.de cenſib.

17 Limita primò, niſi in illa diſpoſitione eſſet clauſula,non minus:quia tunc nec minui poterit.gloſſ.ſolennis.in authen. qui ſemel.in verbo, triginta dierum. C. quomodo & quando iud.& ibi not. eam Angel.vt ibi dixi. facit text. in l.per interuallum.ff. de iudi. & l.minoribus. vigintiquinque annis.ff.de minor.Dec. in cap. maiorbus.in 1.nota.de præb.

18 Secundò fallit, niſi eſſet taxatum ſuprà & infrà.text.& ibi Bald.in l.1.§.ne autem.col.1.C. de comm.ſer.manu.tunc poteſt dici, quod habetur Deuter.12.c.in fin. Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito domino:nec addas quicquã, nec minuas.& Apoca. vlt. Si quis appoſuerit ad hæc:apponet Deus ſuper illũ plagas:ſi quis diminuerit, auferet Deus partem eius de libro vitæ. cap. cui de non ſacerdotali. de præben. lib.6. & Rota deciſi. 74. nota. quòd vbi alicui. Decius in l. in eo. ff.de reg.iur.facit Clem.1.de iure patro.

19 Tertiò fallit hoc ex effectu conſuetudinis.l. fin.& ibi patruus meus Rebuffus. C. de cano. largit.tit. lib. 10.Iaſ. & alij in d. l.ſi procurator. vide gl.in c.licèt ergo.8.q.1.& c.nullus. 61. diſt. vbi inuenies alias limitationes.

*Septimum notabile.*

1 Septimò nota:ibi,in aliis autem,quod in caſibus incertis totum id quod re vera intereſt peti poteſt:& ſic non eſt taxatum.

*Ratio quare in incertis non eſt taxatũ intereſſe.*

2 Dicet aliquis,Quamobrem non eſt taxatum, prout in caſibus certis.& Bar.hîc.col.2. ver.nã duplum.poteſt dici, infrà eo. ponit rationem: quia in incertis non reperitur ſimplum, quod poſsit duplicari,quod requiritur:quia quod nõ eſt,non poteſt tolli, vel duplari.l.nam & ſi ſub conditione.§.poſt defectũ.ff.de iniuſt.rup. facit l.decem.de ver.oblig.regula, non videtur rem amittere.& ibi Dec.ff.de reg.iur.Bar.in l.ſi vniuerſæ.C.de legat.

3 Probatur in l.in teſtamento. in 1.ff. de condi. & demon. vbi iuſſus conſtruere monumentũ ſub pœna,ad exemplum alterius in via ſalaria exiſten. ſi illud non reperiatur, non incurrit pœnam,quia non poteſt facere ad exemplum, ſi aliud non ſit:ita non poteſt duplari, ſi non ſit ſimplum:& cum hac Bar.ratione tranſeunt communiter docto.

4 Tamen non eſſet ponere os in cœlum, tenere contrarium: quia ſi conueni facere domum pro decem,illa decem poſſunt dici ſimplum, ideo taxare Imperator potuiſſet ſi voluiſſet:ſed fortè nõ ita facilè,cum caſus videantur incerti.vt hoc tex.patet, licèt ex parte dantis pecuniam,ſit certum: non tamen ex parte vtriuſque,ſicut in contractibus nominatis.Item potuiſſet taxare extra duplum: & ſic licèt ſimplum non inueniretur,fuiſſet tamen rectè taxatum ſi voluiſſet ad decem, vel duodecim, vel ad aliquam quantitatem quam expreſsiſſet,vt ſuprà dixi.in 4.nota.

*Refragatur ſentētia Alcia.*

5 Nec placet ratio collegæ domini Alciati,poſita in c.ait lex.in fin.vbi dicit in caſibus certis eſſe imputandum parti, cur ſibi non prouidit quibuſcunque remediis, vt ſibi conuenta ſeruarentur.In incertis non eſt imputādum, cùm à principio incerta fuerit quantum potuerit ſua intereſſe:quia lege non fundatur hęc ratio. Imò eſt contra iura.in l.fin.ff.de præto. ſtipu. l. ſtipulatio iſta. §.alteri.ff.de verborum oblig.l.ſi quis à filio. §. ſi quis plures. de legat. 1. vbi in certo non imputatur. Item hæc ratio non habet locum in intereſſe communi: ergo non eſſet generalis. Præterea fit conuentio tam in certis, quàm in incertis. ergo vtrobique eſſet imputandum.

Imo potius eſſet imputandum in caſibus incertis,cum intereſſe ſit incertum:quare ſibi nō prouidit de certo,cùm videret eſſe incertum.d. l.fin.de præto. ſtipul. & facit l. veteribus. ff. de pact.vbi,obſcuram vel ambiguam.& ſic in incertis potius quàm in certis, ſuam culpam agnoſcere debet,qui ſibi non prouidit.

Item tanta eſt incertitudo in caſibus certis, quò ad hoc, videlicet vt pars non poſsit præſagire, an intereſſe debebitur, quia pars fortè adimplebit quod promiſit:nec tenebatur diuinare.l.ſi putator.ff.ad leg.Aquil.Ergo non erat ei imputandum, cum habeat legem taxantem in certis.

6 Ideo poſſet fortè ſuſtineri opinio Petri, dicētis hoc fuiſſe factum, quia in vno grauatur actor in caſibus incertis, ratione difficilis probationis quæ in eis accidit.in auth.quib.mod. natur.effi.ſui.§. diſcretis. Igitur in alio releuatur, videlicet vt totum damnum poſsit petere, vt hîc.& probatur in l. eum qui. ff. de iureiur. ſed in certis facilius probatur quod certum eſt: ergo ad duplum fuit taxatum.

Cogita,dicam tamen in glo.in verbo,quantitatem.

*Octauum notabile.*

*De ſubtilitate hic multa.*

1 Octauo nota:ibi,per ſuam ſubtilitatem, quòd iudices debēt ſubtiliter inquirere,vt damnum, quod quis re vera paſſus eſt,reddatur:& ſic debent eſſe ſubtiles.tex.in c.cum ſancti.24.q.3.ibi, cùm ad iudicium prorumpunt, intus ſubtile iudicium reſpiciunt. §. ſi verò moriantur. in authentic. de inſtrument. cautela & fid. collatio.6.

2 Inde vt ex dicta ſubtilitate, veritatem eruere poſſent, multa tormentorum genera inuenerunt: vt licet videre per Hippol.in l.1. in prin. num.55.cum ſeq.ff.de quæſtio.

3 Item quandoque per ſuam ſubtilitatē ſimulant torturæ delinquentem dare, licèt non faciant:exemplo Salomonis in c.afferte. de præſumpt.& non eſt diu quòd Pariſiis hoc eſt ſeruatum à reuerendo & metuendo ſenatu,in falſario prætenſo ratione anticipationis.

4 Aliquando reo promittunt liberationem, vt ab eo confeſsionem extorqueant, quam poſtea non ſeruant. argum. cap. vtilem ſimulationem. 22. quæſtione 2. & ibi Archidia. & docto.in dicto cap.afferte. Eam tamen recuſauit facere Hippol.ſingu.577.malitiis.prout ibi ipſe aſſerit.

*Subtilitas in doctore commendatur,ſed magis veritas.*

5 Item in doctore ſubtilitas commendatur. l. vna.C.de profeſſo.qui in vrbe Conſtan. commit.merue.lib.12.vt vnum idem verbum ſecūdum titulorum diuerſitatem, & materiæ, diuerſo exponat modo:no. Moder.in rub. ff. de vulga.ſub.quod aliter exponitur in l.penul. ff. iudi.ſol.& aliter in rub.de vulga.ſub.& hoc feci in toto tit.ff.de verb.ſignifi.facit Eſdræ 33. c. vbi eſt literatus. ibi verba legis ponderans: & ſubtili animo diuerſitatis legum rationes excutere debet.l.2.§. contrarium. C. de vete.iur. enucle.

*De Papinia.*

6 Et de hac præ cæteris commendatur Papinia.Iuriſcon.in l.cum virum.& l.cùm acutiſsimi.C.de fideicom.& l.cùm Papinianus.de ſenten.& inter.& l.generaliter.§.cùm autem.de inſti.ſub condit.factis.l.1.§.ſed neque. C.de vete. iur.enucle.

7 Notandum eſt tamen,quòd magis in doctore attenditur veritas,quàm ſubtilitas:Sapien. 6. c.Ponam in lucem ſcientiam,& non pręteribo veritatem.Archid.in c.hoc habet. 46.diſt. Lucas dePenna.in d. l. vna. col.7. per illud quod habetur 3.Eſdræ 3. cap. ſuper omnia vincit veritas:quia qui verè & rectè non docet, Deum proculdubio ſcandalizat.c.ille.93.diſt. ideò veritas amplectitur, & ſubtilitas reprobatur. in l. in rebus.ibi,non enim quod legum ſubtilitate tranſitus &c. C. de iure dot. non enim curare debet,qui docet,quanta eloquentia doceat, ſed quanta euidentia:propter quod aliquando negligat verba cultiora, nec curet quàm benè & ornatè,ſed quid benè & verè ex authoris mēte teſte Auguſtino li. 4. de Ciuitate Dei. refert Lucas in l.murileguli. col.2. C. de murilegul. lib.11.quod facit contra multos lectores iuuenes,fucum verborum, & non legum medullam quærentes.

*Oppo. ſubtilitatē eſſe reprobandam.*

8 Dicet aliquis,hæ ſubtilitates non ſunt à iudicibus admittendæ.l.ſicut. §.ſi debitori. ff. quib. mod.pig. vel hypoth. ſolui.& in iudicando reprobantur,teſte.Pet.de Ferra.in pract.in forma ſententiæ diffinitiuæ,in gl.1. ergo non requiritur in iudice.

Item hęc ſubtilitas impedit contrahentium & teſtatorum voluntates.l.vna.in fi.C.vt actio. ab hæred.& contrahere. & l. ſi quis hæredem. in fin. de inſtit. ſub. condit. fact. & ibi Pau.& Roma.conſi.490.in propoſita.in fi.

9 Præterea tendit ad perniciem,& quandoque facit errare.l.ſi ſeruum.§.ſequitur. ff. de verbo. obli.l.ſancimus.C.ad Trebellia.Iaſ.in §.pœnales.Inſti.de actio.num.41.

10 Et vanam ſubtilitatem deridet Imperator. in l.fi.C.de legib.& reprobat.in l. nuper.C. de natura.lib.& l.actio.ff.de nego. geſt. l. 4 .ff. de man.teſta.

11 Sunt enim nonnulli, qui dum ſe exiſtimari hebetes nolunt, ſæpe in quibuſdam inquiſitionibus pluſquam neceſſe eſt, exercentes,

eximia



eximia ſubtilitate falluntur. c.hinc etenim.49. diſt.Specul.in tit.de aduoc. in §.nunc de exordiis.verſi.ſunt nonnulli.

*Contra lectores Heracliti imitatores, & vocabulis oratoriјs vtentes.*

12 Et alij in legibus nil obſcuritatis habentibus, ex ſtudio difficultatis quæſtionem ingerunt: & ad ſuam intentionem per ſuam ſubtilitatem obſcuritatem introducunt: & fatuè & callidè procedunt.in authen.conſti.quæ ex aſſcriptitio. in prin.colla. 5. vide Moder. in §.ſed iſte. colum.14. Inſtit. de actio. ſunt alij, qui in materia legibus vel canonibus congruente, verbis oratoriis & obſoletis vtuntur, prætermiſsis legum & canonum vocabulis propriis, cùm ea ignorent. ſecundum Barbat. in repeti. cap.Raynaldus. colum.84. de teſta. affectatus hic loquendi modus Iurecon.noſtris fuit ſemper moleſtus.l.2.§.poſt hos quoque.ff.de orig. iur.contra quos dicitur Eſa. 19. cap. Confundentur qui operabantur linum, plectentes & texentes ſubtilia.

13 Qui autem ea docent, quæ ab auditoribus non valent intelligi:non ad eorum vtilitatem, ſed ad ſui oſtentationem faciunt. c.fin.43.diſt. & contra tales doctores, non ponentes doctrinas claras & planas,exclamat Ioan.de Ana. in cap.de ſimoniacæ.de ſimo.refert.Feli.in proœ. Decret.col.1.facit quod notat Bartol.in l.quicquid.col.1.ff.de verbo.obliga.& Heracliti nuncupari poſſunt.

14 Imò ſi doctor vel alius aſtutè ſcientiam interpretari voluerit, notam infamiæ incurrit. l. 2. C. de legib. Nam facilis debet eſſe interpretatio.§.nos igitur, in fin.ibi vt omnibus ſit nota propter facilem interpretationem. in auth. de non alienand.reb.eccleſ. collat.2. & in proœmio ff.§.cuius auditores. habetur, leges clarè & dilucidè tradendas exemplo Sulpitij, qui ita inclaruiſſe dicitur, vt iuris ſcientiam per partes diſtribueret, latentem explicaret,obſcuram explanaret: diſtinguebat, & velut lucem afferebat ad ea quæ confusè ab aliis, aut reſpondebantur, aut agebantur. teſte Zaſio. in repetit. l.2. in verbo, operam dedit. folio 164. & dicitur Prouerb.14.cap.facilis doctrina prudentum.Ioan.Fabr.in §.is ita.de iuſt.& iure.in Inſtitut. & hunc quantum potui ſemper inſequutus ſum, difficiles materias planas & faciles reddens.

*De Sulpitio iureconſulto.*

Ideo Lucas de Penna.in dict.l.vna.colum.8. ſic dicit: Nihil odibilius ſubtilitate ſola: quid enim prodeſt in illis expendere dies ſuos, quæ nec domi,nec militiæ,nec in foro,nec in clauſtro, nec in curia, nec in eccleſia, nec alicubi proſunt:niſi dumtaxat in ſcholis?

Hæc eſt illa quæ citius occubuit.Aretin. & quidam doctor Mediola.ſuam inſequens opinionem (ſi Neuiſano credamus, in ſua Sylua nuptia.in regu. an ſit tenenda communis opinio, amplia.3.) plus dicens eſſe bonam ad ingenij acumen,ſed in actu practico non: igitur erit communis ſequenda.

15 Reſolutiuè dico, quòd nimia ſubtilitas, & illa quæ tendit ad iurium obſcuritatem, reprobatur. l. lege. C. de legi.hære.& ita intelliguntur ſupra adducta pro illa opinione: & ſic doctores plano & facili ſtylo procedere debēt.

Alia verò,quæ ex ingenij virtute procedit,à ratione pariter & æquitate non deuians: & quando tendit ad iurium declarationem admittitur: & loquutur iura pro altera parte adducta.& ita no. Panor.& alij.in c.dilecti.de iudi.Henric.Boic.in c.capellanus.de fer.

*Nonum notabile.*

*Malitijs eſt obuiandum.*

1 Nono no.ibi,& non ex quibuſdam machinationibus &c.Quòd machinationibus eſt obuiandum, & malitiis. facit l. in fundo. de rei vendi.ff.cap. ſedes.de reſcript.& ſit arte verborum.l.1.ff.de dolo.l.quæro. de actio.empt. peruerſus dicitur, quaſi bono auerſus. Dom.in c. 2.col.2.de cenſib.

*Contra magiſtratus.*

2 Huic ſuccedit pulchrè,quod dicit Bald.in l. nullus. C. de ſum. trinit. Quòd ante delictum commiſſum ei eſt obuiandum: poſt perpetratum,eſt puniendum.Bal.in l.æquiſsimum.ff.de vſufruct. Et ſi magiſtratus non obuiat delicto futuro,debet ab officio remoueri.Bald.in l.1.§. quies.ff.de ofii.præfect.vrb.

3 Facit ſingul.dictum Innoc. in cap.1. colum. vltim.de poſtula.præla.vbi vult, quòd licet inquiſitio ſit facienda præcedente infamia. cap. qualiter.2.de accuſa. c.Deus.2.q.1.tamen quando delictum eſſet committendum, poſſet iudex non præcedente infamia ex officio inquirere, vt futuro obuietur delicto, & teſtes ſine iuramento recipere. Barba.in addi. ad Bald.in d.l.nullus.nihil allegat.adduco glo.ſingul.in §. ſi duo.in verbo,teſtimonium.de pace tenenda. in vſib. feudo. quæ eſt ſingul. ſecundum Bald. ibi,& Barba.in tract.de præſtan.Cardin.in 2.q. 2.partis.colum.vlti.Socin.in tract.fallen .regul. 424. Barbat.in repeti.rub. C. qui admitti.col. 34.Alexand.conſi.112.in cauſſa.in fin.in 4.vol. ad hoc.

*In informat.teſtes non iurati recipiuntur.*

4 Quòd iudex quando recipit teſtes ad informationem curiæ, poteſt eos recipere non iuratos:& etiam parte non citata. Hippoly. in l.de vno.nu.84.ff.de re iudi.

5 Facit glo.elegans.in c.per tuas.in 2.de ſimo. dicens excuſari facilem ad credendum delictum committendum,vt ei obuietur.

6 Nec diſsimile eſt quod dicit gloſſ.ſolennis. in cap.2.de hæreti.& quod not.docto. in c.nouit.de iudic.quòd illud euangelicum, ſi peccauerit in te frater tuus,&c. eſt præcepti, quo ad committendum delictum: licet quò ad commiſſum ſit conſilij.

7 Pulchrè facit dictum ſingul. Pet.de Ancha. in cap. tertio loco. de præſumptio. & Ioannes Andre. in c.præterea. de teſtib.quòd ad impediendum matrimonium contrahendum. ſufficit affinitatem probare præſumptiuè: ſecus quò ad dirimendum iam contractum. quod non firmo.

8 His finitima ſunt quæ ponit Gofre. relatus per Panor.in cap.cùm in tua.de ſponſa. quòd licet infamis non admittatur ad denuntian-

dum delictum commiſſum puniendum, tamen admittetur ad denuntiandum committendum:vt futuro obuietur delicto.

*Cõtra promouendum ad officiũ, quilibet ſe opponere poteſt.*

9 Haud diſsimile eſt quod dicit Anto.de Butr. in cap.ex parte A. de teſti. refert Barba. conſil. 64.ſcribitur. colum.1.in 1. vol. vbi contra promouendum ad officium vel dignitatem, quilibet de populo ſe opponere poteſt: ſed contra iam promotum non admittitur, niſi is cuius intereſt.

10 Poſtremò,poteſt ſacerdos confeſsionem reuelare in genere: iuxta text. in cap.2. de offic. ordin. & expreſsè, ſi non poſsit viam impediendi delictum inuenire. licet aliàs regulariter contra.per text. vbi.Innoc.in c. omnis.col. 2.in fin.cum ſeq.de pœniten. & remiſsio.& ibi latè dixi repetendo, die Sabbati ante ramos palmarum Biturigibus anno 1531. cum multis poſtea diebus.

11 Amplia, etiam machinationibus obuiandum cum malitia.gloſſ.ſingul. in cap. Deus.2. q. 1. ſimilis. in cap. cupientes. in verbo, malignantium.de elect. lib.6.ſing.& not.ſecundum Alexand.in l.qui totam.ff. ad Trebel. & conſilio 135.in 1.volum.Barbat.in cap.1.colum.12.de iura.calum.clem.1.de re iudica.& conſi.12. col. 3.in 2.volum.Vital. de Camba.in tract.clauſularum, in clauſu.nil noui ſecuritate pendente. fol.39.col.14. Corſe.in tractat.de poteſta.regia. quæſt.86.Iaſ.in §.in bonæ fidei.nu.81. Inſtit. de actio. Deci.in l.ea eſt natura.ff. de reg.iur. Do. Ioan.*le Cirier*.in tracta.de iure primogenituræ, lib.3.q.8.facit text.in l.cùm pater. §.Titio.in fi. ff.de lega.2.

*Not.ſequẽtia.*

12 Ex his infertur, Quòd ſi mutuaſti mihi in ſecreto decem, quæ tibi clam reſtitui:ſi iterum petieris, & non poſsim probare ſolutionem, licitè potero negare, & dicere me nihil habuiſſe, quin tibi reſtituerim, etiam cum iuramento.Bald.in rubr.C.de fide inſtru. colum.9. verſi.incidenter etiam quæro. Quia non videtur dolum committere, qui dolum excludit. l.cùm pater. §.Titio,in fin.ff. de legat,2. & ibi gloſſ.citat iura concordantia.Alexand.in l.qui totam.ad Trebel.

*Not.bene.*

*Furari quã do liceat.*

13 Secundò infertur,Quòd ſi non poſſum rem meam à te recuperare: potero furari æquiualentem, aut propria authoritate eripere. gloſſ. ſing.in c.ius gentium. 1.dſtin. quam ſing. dicit & ordinariam Feli.in cap.quoniam. de Symo. in cap.2.nu,penult. de ſponſa. & in recollectis ad Decretum. Alexand.conſi.135.circa.num.3. in 1.volum.Do.Chaſſa.in conſue.Burgund.in rub. *des iuſtices*,in gloſſ.*s'il n'a grace*,num.32.& addi.ad Deci.in regu. ea eſt natura.ff.de regul. iur.Sequitur eam Innoc, in c.olim.in 1,nu.8,de reſtit.ſpolia.& in cap, quia plerique.de immu. eccle.Bal.in l.2.colum.12.nu,71.cum ſeq.C.de ſeruit. & aqua.l.1.col.2.de teſta. Floria.in l.itaque.quam legit cum l,ſi ſeruus.ff.ad l.Aquil.

14 Et hoc quatuor concurrentibus:de quibus per Angel. de Claua. in ſumma angelica. in verb,furtum. §.40. Conrad, in tractat.de contract.q.42.in 2.concluſio.

*Pro monitionibus de occultis.*

15 Imò ſi fiant monitiones generales de occultis, contra detinentes tales res Sempronij iniuſtè:non tenebitur qui ſic detinet, reuelare: nec erit excommunicatus:quia iniuſtè non detinet.Silueſt.de Prierio, in ſua ſumma.in verb. furtum.q.12.licet ſumma angelica eo.ver.aliud teneat,& dixi.in repe.l.Diuus.fo.24.verſi. imò fortius.ff.de Senatuſconſul.Syllania.

*Notent fures.*

16 Poſtremò, ſi paſſus furtum paciſcatur cum Titio, vt ſi indicaret furem, ab ipſo nihil peteretur:vel ſi fiat proclamatio per ciuitatẽ, quòd ab indicante nil petetur: tamen ſi fur indicauit ſeipſum, non iuuabitur pacto, nec proclamatione,ſi eſt de ſociis. text. in l.4.§. fin. ff.de condict. ob turp.cauſ. Et quidam fuerunt ſuſpenſi: vt Iaſo. ibi citat.in 3.not.& eſt nota. dictum Ioan.And.in addit.ad Spec. in tit.de fur. in rubr.quod ſequitur.Barbat.in c.ſedes. col.3. de reſcript. & Hippolyt. ſingul. 177.malitiis. quod eſt notandum ad intellectum multorum iurium.

*Decimum notabile.*

*Nullũ violẽtum perpetuum.*

1 Decimò nota:ibi, nedum in infinitum,&c. quòd nullum immenſum eſt durabile, nullúmque violentum perpetuum. Et ad hoc allegari poteſt hic textus, nouiter ponderando eum.

*Vndecimum notabile.*

*De ratione hîc multa.*

Vndecimò nota: ibi, Cùm ſcimus eſſe nanaturæ congruum,&c. iuncta gl.quòd lex poſitiua debet imitari legem naturæ, & ratione naturali muniri. l.cùm ratio.ff. de bonis damnat.l.ſecundum naturam. de regu.iur. & l.iure naturæ.illo titul.l.nam hoc natura.de condict. indeb.l.in rebus. §.poſſunt commoda. l.ſcire.§. ſufficit.ff.de excuſat.tuto.

2 Et tanquam lex poteſt ratio naturalis allegari.c.ratio (& ibi nota.& dixi)de præben.glo. in c.conſuetudo.1.diſtin.glo.in c.cum ex eo.in verſi.rationis.de electio.lib.6.Panor.& Deci.in cap.2. requiris. de appellat. intellige lege deficiente: quia dum habemus legem, non tenemur allegare rationem. Bald. conſi. 473.circa. col.2.in 5.vol.gl.in c.conſuetudo.1.diſt. Barba. in cle.1.de elect.l.ſcire.§.ſufficit. ibi, ex ipſa naturali iuſtitia.ff.de excuſ.tuto.

3 Et ratio ita debet mouere iudicem ad iudicandum. ſicut lex.Andre, de Iſernia. in procœmio feudor.col.vlt. Plus dicens,legẽ eſſe quod in ratione cõſiſtit;quia extirpandum eſt quod ratione caret, c. corepiſcopi. 68. diſtin. Iaſ.in l. illam.col.3.verſi,limita.C.de collatio.

Imò plus attenditur, quàm verba legis:quia ratio eſt legis anima, & verbum eſt ſicut corpus: & ideo magis debet attendi intellectus, quàm vocabulum. Bald.in l.ſi quis ſeruo. col. vltim.C.de furt.& in tract.ſtatuto.in verſic.ratio.in ſecunda quæſt.Barbat.conſi.9.vbi Chriſtus.colum.3. in 3.volum. Corne. conſil.15. ex quo dictus.colum.3.volum.1.& Curti.conſilio 45.ſtatuto.in num.22.& conſi.81. rectè.colum. 2.Deci.conſilio 227. in caſu.num.7. & conſil. 372.viſis.



372.viſis.nu.6.& Iaſ. in l.de quibus.ff. de legib. colum.1.& l.qui quadringenta.numero 2.ff.ad Trebel.

4 Et quærere rationem vbi habemus ſenſum, eſt infirmitas intellectus: vt teſtatur Auerrois. quem refert Bald. in conſilio 364. quia quæſtio.in 3.volum.& Barbat.conſil.7. colum.3.in 2. volum. Iaſo. in l.cum filiofamil. num,56. ff. de legat.1.

5 Et per rationem naturalem extenduntur leges,ſicut pellis. Barba.conſi.54.illud.colum,10. num.16. Item aliquando reſtringuntur eadem ratione. Iaſ.conſilio 23. octo dubia.in princ.in 3.volum.

6 Et quando eſt dubium de intellectu legis, recurrimus ad rationem naturalem. Barba. in additi.ad Bal.in §.porrò, col.1.quæ fuit prima cauſſa benefi.amitten.

7 Et per eam interpretamur ſcripturas.Barba. in l.cùm acutiſsimi.col.13.& col.71.C.de fideicommiſ.per tex.in l.1. §.veteres.ff.de acquirenda poſſeſ.

8 Et conſcientia remordet, quando aliquid fit contra rationem naturalem.glo.magna circa medium.in l.in hac.ff.de tritica. Dec.in cap. 2.requiris.in 3.nota.de appel. Bal.in cap.bonæ. primo.col.penult.de poſtula.prælat.ratio nunquam conſentit peccato, licet interdum non reſiſtat.Archid.in cap.ſed penſandum.6.diſtin. Bald.in procœmio Decretal, in verbo rex pacificus.nu.24.

*Not.de Barto.*

9 Ideo Bartol. quando volebat conſulere ſuper aliquo caſu, conſulebat mercatores, ruſticos, & alios viros naturales, ſecundum caſus exigentiam:& hoc fecit opinionibus ſuis multum honoris. Bal. in cap.1.colum.4.de ſucceſſ. feud.Iacobi.in l.vna.§. in primo. C. de caduc. tollen.Do.Boër.in §.14.de conſue.feud.& cenſua.in conſue.Bitur.

10 Item litera occidit, ſpiritus autem & ratio viuificat,Bal.in l.commiſſoriæ.C.de pact.inter empt.& vendit.

*Nota magnas rationis laudes.*

11 Et ratio eſt optimus legis clypeus.Bald.in l. 1.§.in primo.col.1.C.de cadu.tollen.& Cic.lib. 1.de legib.colum.3.inquit,Quid eſt autem,non dicam in homine, ſed in omni cælo, atque terra, ratione diuinius? & nihil eſt ratione melius: éſtque prima homini cum Deo rationis ſocietas.

*Homines intellectu vigentes alios regere debent.*

12 Et Ariſtotel. lib.1. Politic.ſic ait, Homines ratione & intellectu vigentes, naturaliter domini ſunt,& aliorum rectores.

*Princeps ligatur ratione, licet non legib.*

13 Et licet princeps ſit legibus ſolutus. l. princeps.ff.de legib.tamen ligatur dictamine rationis.ſecundum Bald.ibi,& ſupra dixi in 3. nota. Quia eſt animal rationale: & licet ſit dominus legum, non tamen rationum & morum, Dec.in cap.1.nu.15.col.6.verſic.2. quod dictum eſt de conſtitu.

*Francigenæ legũ rationes ſeruãt.*

14 Etſi Francigenæ leges non allegent, tamen rationes legum ſeruant: non quòd lex hoc dicat, vel quia Imperator hoc ſtatuit: ſed quia ratio ſic vult,à qua nemo poteſt ſubduci.Bald. in l.nemo.C.de ſenten. & interlocut.omnium iudic.Iaſo.in l.illam. colum.3. de collat.dixi in repetit. l. quod iuſsit. ff. de re iudic. in præfat. num.60.

*Laudes Pariſienſ.*

15 Et quò quiſque magis ratione vtitur,eò maioris authoritatis eius verba eſſe videntur. §.1. 20.diſt. In hoc maximè laudantur Pariſienſes, prout omnibus patet.

*Ratione nõ vtẽs eſt beſtia.*

16 Qui non vult vti ratione, dicitur temerarius, & boni viri arbitrio carere. Bald. in l.ſolam.in fin.C.de teſtib.imò ratione carens, beſtia,& non homo nuncupatur. glo.in authen. de monach. collat. prima.in verb.dicentem.in princip. & text. iuncta gloſſ.1.in cap.ſi homo. 27.quæſt.1.

17 Et lex irrationabilis,ſeu conſuetudo,& peccati nutritiua,perdit nomen ſuum,& peſtis dicitur. cap. ad noſtram. & ibi Felin. colum. 2. de probatio.

*Nota aduocate.*

18 Et ideo debet quilibet aduocatus allegare rationem naturalem: quia leges facilius ſoluuntur, quàm rationes viuæ, quas natura declinare non poteſt. Bald. in diſpu.incipien.accuſatus.de vi.colum.6. verſic.5. ſic & ſicut homo ex anima & corpore conſiſtit,ita lex ex ratione & verbis. Soci.conſi.35.circa prædictam. col.2.in 1.vol.

*Lege correcta,nõ corrigitur ratio.*

19 Notandum eſt, quòd correcta lege, non cenſetur correcta eius ratio. glo.in l. cùm tale. §.falſam cauſſam. ff. de condit. & demonſtra. l.1.in verſic.prouidentia.de legit.tuto.& glo.in cap.nouit.in verſi.quicunque. de iudic.Dec.in cap.1.col.5.verſi.3.concluſio.gloſſ.de conſtit.Et habetur ac ſi expreſſa verbis eſſet.l.ſi venditor. in verſicul.hoc videtur exceptum.ff.de relig.& ſumpti.funer. ſecus econtrà.glo.ſingul.in l.1.in verbo,prouidentia. ff. de legit.tuto. quam ſingul.dicit Iaſ.in l.quod dictum.in 1.notab. ff. de pact.& Geral.de Barberano. in repet. l.ſi pater. numero 145. & 298.C.de inſtitut. & ſubſtitut. ſub conditio.fac. hæc ratio dictare de ratione coëgit.

*Duodecimum notabile.*

Duodecimò nota, quòd pœnæ ſunt à iure taxatæ: & vſque ad quam ſummam, dicetur Deo auſpicante in glo.in verb. proferuntur.& de legalibus,& de conuentionalibus.

*Decimumtertium notabile.*

Decimotertiò nota: ibi,& hoc non ſolum quòd id quod intereſt conſiſtit tam in lucro, quàm in damno.& ſic & lucrum & damnum poteſt peti: de quo latè dicetur in glo. vlti.vbi trado regulam cum limitationibus.

*Decimumquartum notabile.*

*Lex omnibus imponitur.*

Decimoquartò ibi:& ſit omnibus,nota quòd lex imponitur omnibus,& omnes ligat.l.leges vt generales.C.de legib.intellige omnes ſubditos.gloſſ.in cap.1.de conſtit.Bar.in extrauag.ad repri.in verſicul.totius orbis.quomodo in læſæ maieſta.crimi.proced.

Notandum eſt, quòd quis dupliciter dicitur legi ſubditus:primò,ſicut regulatum regu-

læ : & hoc modo omnes qui ſubduntur poteſtati,ſubiiciuntur legi,quam facit poteſtas. Secundò dicitur ſubditus, ſicut coactus cogenti: & hoc modo virtutibus præditi homines non ſubiiciuntur legi:ſed ſoli mali. Feli.in d.c.1.nu. 25.col.8.de conſtitutio.& dixi latè in præfa. ad ordina.Regias.

*Fac bene & non timebis principem.*

Quia communiter dicitur: Fac bene, & non timebis iudicem. ad Rom.13. cap. l.2. de agen.in reb.lib.12.& ibi patruus meus. Roma. ſingula.671. quid aliud.& lex non eſt impoſita iuſto.dicit Pau.Comprehendit tamen ſubditos, etiam priuilegiatos.l.in fraudem.§.fina. & ibi Bald.ff. de teſtament.mili. Decius in regul.prima, num.9. ff. de regulis iuris.& conſilio quinto.in cauſſa dominæ. vide Felin.in dicto cap.primo, vbi ponit decem limitationes ad hanc regulam.

### *Vltimum notabile.*

*Leges ac regis ordinationes debēt recitari & publicari etiam diebus feſtis.*

1 Vltimo nota. ibi, recitatio. quòd poſt legem promulgatam, requiritur eius recitatio, ſiue publicatio : vt habetur in prima conſtitu. C.in fin.& in cap.cùm infirmitas.de pœniten. & remiſsioni. cap. primo. de loca. l.litibus. in fin.C.de agrico.& cenſi.lib.11.Probatur Gene. 41.cap.in Pharaone,qui publicari fecit Ioſeph, eſſe toti Aegypto præpoſitum. & Exod. 24. vbi Moſes populo narrauit leges Domini datas populo.

2 Et poteſt fieri hæc publicatio diebus etiam feſtis.§.fi.de Iuſtinia.C.confir.& ibi glo.

3 Et ante hanc recitationem lex non ligat, ſeu conſtitutio.in authen.vt factæ no. conſtit. colla.5.Ioan.And.in fi.Sexti.in glo.vlt.in data. licet non fiat.

4 Sed poſt duos menſes non admittitur allegatio ignorantiæ,facta publicatione:niſi fuerit infirmus,aut abſens tempore publicationis, is qui ignorantiam conſtitutionis deducit. Ang. in d.authen.vt fact.no. conſtit.docto. in d.c.2, & fi.de conſtit.

*Publicās ordinationes mandatum habere debet ſpeciale.*

5 Nota tamen quòd publicatio debet fieri authoritate conditoris : & is qui recitat & publicat, debet habere mandatum ſpeciale : de quo oportet conſtare : aliàs etiam poſt publicationem non ligaret:quia paria ſunt non eſſe, & non legitimè. l.quotiens. ff.qui ſatiſda.cog. Bal.in c.2.col.2.de conſtit.

*Declaratio ad concordata.*

6 Quæro quæ publicatio attendatur:ſi fuerit facta in curia Pariſienſi, Tholoſæ,& alibi?Reſpondeo, publicationem factam in curia eſſe attendendam:ſecundum Cardin. in proœ.cle. in fin. quod facit ad intellectum concordatorum.§.in primo menſe poſt præſentium acceptationem, & earundem publicationem. de colla. vbi beneficia vacantia in primo menſe, poſt publicationem debent conferri graduatis: ſed concordata fuerunt publicata in ſuprema Pariſienſi curia in menſe Martio, Tholoſæ & alibi in aliis menſibus : ideo attendetur publicatio prima in curia ſuprema:& ita fuit declaratum per regem:vt patet in quibuſdam literis in fine concorda.inſertis. rubri.de regia facultate primum menſem graduatis nominandi vbi abunde ſcripſi.

*Publicatio quando dicatur fieri.*

7 Quæro, ne procedamus per ignota, quando dicatur facta publicatio?glo.in clemen.prima,in verb.publicè de ſepult.quam ſingula.ibi dicunt Cardi.& Rauen.Panormit.& Barba.in cap.ſi quis contra.de foro compet.dicit publicatum,quando fit coram multitudine populi: vt in publica miſſa,vel ſermonibus,vel nundinis, vel alio actu per populum frequentato. gloſ. ſolennis in Clem. cauſſam. in verb. ſolemniter.de electi.vide tex. in.c. omnis vtriuſque ſexus. in verſic. in eccleſiis publicetur. de pœnit.& remiſsio.

*Elucidatur regula cancellariæ.*

8 Quod facit ad intellectum regulæ cancella. 34. quæ vult quòd ſi beneficia in curia reſignata non fuerint ibi publicata intra ſex menſes, vel extra curiam reſignata intra menſem, & in loco beneficij:quòd ſi poſſeſsio non fuerit per eum cui collatio facta fuerit petita, ſi reſignans moriatur,beneficium dicitur vacare per mortem : & ita collatio facta non tenet: ideo illi regulæ non erit ſatisfactum per adeptionem poſſeſsionis factam coram quatuor teſtibus & notario,prout conſuluit Panormit. conſil.99.illud in præſentiarum.in 1.volu.Geminia.conſil.75.in cauſſa.col.2. & ſeq.ſequitur Chaſſa.in conſuet.Burgun.in fi.in verb.*ſoyent publiez*. in concluſione, & approbatione concluſio.vide Do.Boërium, in conſuetu.Biturig. §.fi.de donat.

9 Tamen ex neceſsitate poterit publicatio fieri alibi quàm in loco beneficij, dummodo poſsit deuenire ad notitiam ordinarij:& valebit ac ſi fuiſſet facta in beneficio,Roma. conſi. 433. quò ad primum. Feli.in c.cùm dilecta.7. limita.de reſcript.citat Albert.Brun.in tractat. de for.& ſolennita. actus.rubric.de potentia & effectu.for.33.limita abundè ſcripſi in gloſſ. ad dictam reg.cancel.34.

*Vbi debeat fieri ordinat. publicatio.*

10 Notandum eſt etiam,quòd hæc publicatio debet fieri in locis conſuetis, & principalibus ciuitatis, & quadriuiis, & voce tubæ, de conſuetudine fit. Federic.de Senis:conſil.211.ſuper themate.verſic. ex præmiſsis. Feli.in cap.exceptionem.col.penult.de exceptio.quod facit ad intellectum ordinatio. Regiarum, quando dicentur publicatæ,&c.

11 Sic & notarius debet recitare teſtamentum, vel contractum partibus perfectum:alioquin non valebit.glo.ſing. in l.fideicommiſſa. §.primo.ff.de legat.1.ſequitur Guido Pap.conſilio 334.non valuit.Benedict.in repeti. c.Raynutius.in verſic.in extremis. num.40. de teſta. vbi hoc limitat in teſtamento ad pias cauſſas. per text.ſingul. in l.Lucius.ff.de teſta.milit.qui licet loquatur in milite, vt eius teſtamentum ſine recitatione valeat, idem tamen in teſtamento ad pias cauſſas:& illum tex.ad hoc dicit ſing.Rom.in repet. authen.ſimiliter.col.20. C.ad leg.Falcid.& Barbat.in conſi.42.col.4.in in 4.vol.Rauen.in c.2.de fide inſtr.ac Bauer.in §.1.col.27.& ſeq.de teſta.in Inſtitu.





12 Item iudex ſententiam recitare debet.l.1.C. de ſenten.ex libello recitan.

*Depoſitio teſtium legi debet.*

13 Item poſtquam teſtes depoſuerunt,debent iterum eis legi dicta eorum, vt per lectionem compleantur:& error,ſi quis ſit in ſcribendo. remoueatur.Bal.in l.fin.Cod. plus vale. quod agi.Felin.in cap.per tuas. in fin. de teſtib. dixi in repe. l.quod iuſsit. in ſecundo nota.7.differen. inter interlocutoriam & diffinitiuam.ff. de re iudi. & ſic eſt finis notabilium huiuſce legis.Tranſeo ad glo.

### *Gloſſa,prout.*

Octauò reſtant glo.declarandæ:& quia omnis inſtitutio debet à definitione proficiſci : vt dicit Cicero libro officiorum 1.& facit text.in l.1.ff.de iuſtit.& iur.Bald.in proœ.feudo. & dixi in arbo. except. in princip. & de intereſſe loquimur, eius tamen definitionem ignoramus. dicit glo. de notorio. in c.manifeſta.2.q. prima. Igitur cum glo. in verb. prout, ponat duas definitiones, eam declaro prius:& ea expedita primam explanabo. glo. ergo 3. in tres poteſt ſcindi partes.In prima remouet contrarium.In ſecunda reſpondet quæſtioni.In tertia duas definitiones tradit.Secunda ibi, nec meta. Tertia ibi,dicere tamen potes.

*Glo.prout poſsibile.*

1 Oppono:Imperatori ſunt omnia poſsibilia, vt 3.nota.dixi.ergo hîc malè dicitur,prout poſſibile. glo. reſpondet : quia plenè definiri non poteſt.l.omnis definitio.ff.de reg. iur. ideo ponit,prout poſsibile eſt. Sed iſta non fuit mens Imperatoris ſecundum Deci. Ideo dic vt dixi in 3.nota.ſuprà,non repeto.

*Multiplex impoſsibilitas.*

2 Nota tamen, quòd quædam ſunt impoſsibilia,quæ ſub certa forma vel doctrina comprehendi non poſſunt,propter hominum infidelitatem,vel perſonarum varietatem:vt quanta fides ſit teſtibus adhibenda:ideo lex arbitrio iudicantis reliquit.l.3.§.ideóque. verſic.tu magis ſcire potes.ff. de teſtib. Azo in ſumma. C. de verbo.ſignifi.colum.2.Bald.in l.teſtium. C. de teſtib.

3 Alia ſunt impoſsibilia, propter ſui infinitatem:vt in delictis extraordinariis,quæ infinita ſunt : in quibus non poteſt certa pœna ſtatui: ſed arbitrio iudicis relinquuntur.l.1. & per totum.ff.de extraor.crimi.l.1.de effracto. Bonifa. de Vital.in tract.de malefic.in rub. de extraordina.crimi.

4 Quædam eſt impoſsibilitas propter rei confuſionem : vt an mora facta intelligatur: vide l. mora. ff. de vſur. doct. in l. quod te.ff.ſi cert.peta.

5 Alia eſt impoſsibilitas propter facti examinationem : nam certa regula ſuper factis non poteſt dari, cùm pertiſsimos fallant. l. 2. ff. de iur.& fact.ignoran.& iuſta (in eis) cadit ignorantia.l.fi.ff. pro ſuo. cùm ſint incerta.l. vbi.§. qui id quod.ff.de verbo.oblig.ita & hîc:vt not. Soci.& impoſsibile eſt, cuius contrarium neceſſarium eſt.Baldus in l.1.ff.de conſtit. princi. Ideo in ſecunda parte dicit glo. quòd non poteſt certa in intereſſe meta ſtatui.l.quatenus.ff. de reg.iuris.

*Declaratur lex quatenus.*

6 Nam impoſsibile eſt taxare intereſſe cuiuſlibet:vt tantum pro ſuo intereſſe, & non plus in quolibet caſu poſsit petere:ſed in facto conſiſtit, ſcilicet ſecundum quod patietur, & inquantum:igitur in caſibus certis taxatur generaliter,vt non poſsit excedere duplum : vt hîc in incertis non taxatur.Et ideo ſcribit pulcher text.in l.ſi procurator.ff.rem ratã habe. ibi agi poteſt prout interſit agẽtis, in eo quod litigat, quod conſumit, quod aduocat, quod damnatus ſoluit, ecce igitur quod intereſſe non taxatur à lege, ſed petitur prout agentis intereſt.

*Prima glo. definitio.*

7 In tertia parte glo.ponit definitionem:videlicet,Intereſſe eſt ſingulare rei pretium.probatur in l.fin.ff.de prætor.ſtipula. & l. hæc verba, quanti. de verbo. ſignifi. hanc definitionem cõmuniter reprobant docto.tum primò, quia ſingula non comprehendit membra definiti: videlicet intereſſe conuentum, & commune: ergo non valet. l.1. §.dolum. ff. de dolo. licet quidam reſpondeant poſſe ſaluari, ſi hanc legem de vnico tantum intereſſe loqui intelligas:quod infrà diſcutietur,an ſit verum.

*Rei appellatio generalis eſt.*

8 Secundò,id quod intereſt, & in lucro conſiſtit:vt hac lege patet, in fine : quod hæc definitio non comprehendit. Reſpondet collega poſt alios,etiam lucrum hac definitione comprehendi : cùm rei appellatione & damnum, & lucrum,augmentúmque contineatur, cùm ſit generalis eius appellatio.l.1.in fin. ff. ſi cert. peta.l.ait Prætor.§.per hanc.quæ in fraud.credit.l.rei appellatione.de verb. ſignific. quia res non plenè reſtitui dicitur, niſi reſtituantur & fructus,& omnis rei conditio.l.videamus.in 2. §.in Fauiana.ff.de vſur.l.fin.in fin. de verbo.ſignific.l.etiam. de ſolut. & l. ſi de poſſeſsione. C.vnde vi. Et etiam facta, ſi ſint æſtimabilia, appellatione rei comprehenduntur.glo. in l.1. in fin. ff. ſi cert. peta. & glo. in verb. rei & ibi Bald.& Porcus.Inſtit.de obligat. quæ ſaluatio mihi non placet: & iura per eum allegata nil ad rem pertinent : loquuntur enim in fructibus,& aliis prouenientibus ex ipſa re,quę poſſunt rei appellatione venire. Secus in lucro, quod potui facere ſi tradidiſſes rem:vel damno,quod patior quia non tradidiſti rem quam mihi debes.Nam aliàs ſequeretur, quòd dando rem quis daret id quod intereſt : & ſic tam damnum quàm lucrum:quod non eſt verum. arg.l.4.C.depoſi.facit l.Iulia.in prima.§. fin. ff. de rei vendi.& l. cæterùm cum l. ſeq. illo.titu. Aufrer.q.50.fuit legatus.& q.51.vbi vide : nam bene facit.

*Diſcedit ab Alciato.*

Item lucrum ceſſans quod potui facere ceſſante impedimento, non eſt rei augmentum: ſed aliud à re:vt hac l.in fi.& argu.l.ſi idem.C. de codicil.

Item in d.l.prætor.§. per hanc veniunt fructus:quia à lege declaratur, hîc non.& d. §. in Fauiana. & l. fin. propter verbum reſtituas. quod plenam habet ſignificationem:vt ibi di-

citur.& l.cùm prætor.in prima.ff.de verb.ſign. vbi ſcripſi.

Item d. l. etiam loquitur de iure in re, hîc etiam extra rem: videlicet de lucro, & quod non veniat, probatur in l. prima. §. non ſolùm. ff. de vi & vi armata.vbi iuriſconſultus non expreſsiſſet vtilitatem venire, ſi rei appellatione veniret: & hoc ratione ſuperfluitatis.

*Definitio Alc. reprobatur.*

9 Item dum collega dicit, quòd intereſſe eſt ſingulare pretium rei non præſtitæ, cum ſuo augmento, acceſsionéque, hoc eſt lucri damníque non habita ratione; non valet definitio: quia intereſſe venit propter non factum, vel malè factum, aut malè datum, vt infrà dicam: & tamen in hac ſua definitione nihil. Item nõ comprehenditur intereſſe conuentum, & commune: niſi dicas eſſe deſcriptionem quibus veteres vtebantur.

Tertiò, id quod intereſt, interdum rei pretium excedit.l.prima.ff.de actio.empt. l. in interdicto.de vi & vi arma.Sed reſpondeo, quòd rei pretium non tãtum accipitur pro eo quòd deducitur in contractus principio: ſed & pro damno, & lucro, poſtea ſubſequutis: & ſic cum augmento, lucri & damni habita ratione. Nec placet hæc reſponſio: vt ſuprà dixi. Nam dum collega noſter dicit, æſtimationem rei iunctam damno & lucro, eſſe intereſſe: certum eſt quòd aliud eſt rei æſtimatio, & aliud damni, & aliud augmentum vt ſuprà probaui.

10 Quartò, aliud eſt rei pretium, aliud intereſſe. l. ſicut. ibi, quo non reſtituto, non pretij quantitatis: ſed quanti intereſt. &c. Cod. de actio.emp.

11 Quintò, Inæſtimabile intereſſe non habet pretium.l.libertas.ff. de reg.iur. Alia multa argumenta ponit hîc Soci. in rubri. & recentiores, quæ licet videre, ob id non tranſcribo. Ideo glo. diffinitionem ponit alteram, quæ talis eſt: Intereſſe eſt damnum emergens, & lucrum ceſſans, ex eo quòd aliquid fieri ceſſatur. Primò quòd ſit damnum, probatur hîc in text.& in c.2.de fideiuſſo.cùm multis aliis.

*Secunda glo. definitio.*

*Damnum inæſtimabile quid ſit.*

12 Nota tamen quòd aliud eſt damnum inæſtimabile: vt quando quis in re conducta tenet meretrices, vel vſuras exercet: de quo per Panor.in c.propter.de loca.& Conra.in tract. de contract.in q.87 conclu.4.in 3.caſu.l.ædem. C.loca.& ibi docto.

Item quòd ſit lucrum, probatur hîc. & in l. 3.§.fin.ff.de eo quod certo loco. l. ſi commiſſa. ff.rem rat.haber,& latius dico in glo.vlti.

Item emergens, probatur in l.de ætate. §.ex cauſſa.ff.de interroga.actio.l.fin. ibi aliæ dubitationes emergebant. C.de annal.excep.Poſtea dicitur ex eo quòd aliquid fieri ceſſatur: vt quia debuit tradere, & non tradidit.l. ſi ſterilis. §.cùm per venditorem.ff.de actio.empt. & infrà in mea noua diffinitione latius declaro.hãc glo. definitionem ſequuntur Bal. Sali.& Dec. hîc.& in hoc Accurſ.eſt creditum: ſecundum collegam, in cap.quod lex. & Ambroſ. de Vignate, in repet.cap. ſalubriter.num.246.verſic. quæro igitur in primis.de vſur.Petr. de Ferra. in ſua pract.in for.libel.in actio.real. in glo. & in florenis.Anchar.& Cardin.in c.ſacro.de ſenten.excommunic.Pirrus, in l.quatenus.ff.de regul.iur. Bald. conſil.169. locata. lib.3. Alexan. conſil. 168. requiſitus.in 3. vol. & conſil. 20.in 5.volum.

*Definitio gloſ. impugnatur.*

13 Contra hanc definitionem inſurrexit Iacob.de Arenis.Primò in eo quòd dicitur, damnum.quia ſi quis petat damnum: tantum damni, quantum voluerit, habebit.Nam ei dicetur, Damnum vis, damnum habe. ſicuti Craſſo Ro.dictum extitit: Aurum ſitiſti, aurum bibe. Ergo abſurdum eſt, quòd quis petat ſibi damnum: quod ſatis nobis contingit ſine petitione: & ſicuti fundi æſtimatio, non eſt fundus: ita nec damni æſtimatio, eſt damnum. ſi ita fideiuſſorem.ff.de fideiuſſo.ſicut aliud eſt factum, aliud eius æſtimatio.l.ſi quis ab alio.§.fin.ff.de re iudic. ita aliud eſt damnum, aliud damni æſtimatio.

Secundò, dum dicitur, lucrum.quia in certis tantum caſibus venit: ergo non debet fieri regula: nec in definitione poni.glo.in reg.1. ff. de reg.iur.glo.in rub.illo tit.lib.6.

Tertiò videtur damnum ceſſans, & lucrum emergens: vt ſi hoſtis, vel alius dat mihi damnum in fundo meo: intereſt mea damnum nõ eſſe datum: & ſic ceſſare: vt Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.§.fi.& l.2.ff.eo.tit.

Item legatum eſt tibi relictum, dicitur lucrum emergens: quia intereſt tua habere. l.ſi fideiuſſor.& l.ſi creditori.ff.de lega.1.& l. ſi cui fundus.de lega. 2. ergo definitio non eſt bona.

Quartò, quandoque quis petit damnum tantum, aut lucrum: & tamen in definitione ponitur copulatiua, &, de cuius natura requiritur vtrumque eſſe verum.l. ſi hæredi plures. ff. de conditio.inſtitu.glo.& ibi plenè docto.in c. 2.de reſcript.

Quintò ponitur in definitione, in eo quòd aliquid fieri ceſſatur. ſed non comprehendit id quod ex facto prouenit, quod fieri non debuit: vt ſi venditor rem vitioſam aut alienam tradiderit.l.tenetur.§.ſed ſi vas.ff.de actio.emp. & l.Iulianus. ibidem. vel ſi commiſerit quis vim vel furtum.l.in interdicto.ff.de vi & vi arma.l.inficiando.§.1.de furt.

Item non comprehendit iniuriam, in qua non petitur lucrum nec damnum: ſed bene quis petit id quod intereſt.§. pœna autem. Inſtit.de iniur.

Item non eſt deminutio patrimonij intereſſe, quia nunquam in patrimonio fuit.& tamen damnum à deminutione patrimonij, & ab ademptione dictum eſt; l. 3. ff. de damno.infec.

*Suſtinetur glo. 2. definitio, & fundamẽtis reſpondetur.*

14 Vltimò non comprehendit intereſſe ineſtimabile: ſecundum Bar.hîc.& ſic definitio.glo. impugnatur. Poſſet tamen ſuſtineri, reſpondendo ad contraria: Primò, quòd non ſit damnum: quia Accur.loquutus eſt ſecundum vſum communem loquendi: quo dicitur: Reſtituas mihi damnum.

15 Vel,



15 Vel, emendes damnum, quod intuliſti. & procederet petitio.Bal.in c.2.de ordin. cognit. no.in c.in noſtra.de iniur. qui communis vſus debet attendi.l.Labeo.ff.de ſupellect.leg. Alex. & alij in rub.ff.de no. ope. nuntia. Fel.in prooemio Decreta.

Vel intellige, intereſſe eſt damnum: id eſt, æſtimatio damni.l.ſi ſeruum.iuncta l.ait lex.ff. ad leg.Aquil.l.damni.in 3.§.cùm parietem. de damno infec.l.poſt venditionem.de aqua pluuia.& l.ſi tertius.§.1.illo tit. & hoc tex. & l. in hoc iudicio. ff. de ſeruo corru. nec petit quis damnum: ſed damni æſtimationem, ſeu reſtaurationem, vel reparationem. quod facit contra quoſdam dicentes intereſſe non eſſe æſtimationem damni. nempe hoc plenè probat. l. ſi ſeruum. ibi, damnum conſequimur. iuncta l. ait lex.ibi. æſtimationem habet damni. & per totum illum tit. ad legem Aquil. vbi patet damni æſtimationem vocari vtilitatem, ſeu id quod intereſt.vt ſuperius fuſius probaui.

16 Non obſtat ſecundum, quòd lucrum in quibuſdam caſibus tantum veniat, quia imò regulariter: ſecundum vnam opinionem, & potiorem, & communiorem: vt dicam in glo.vlti.& etiam fac eſſe; tamen non eſt inconueniens vt caſus etiam ſingulares comprehendat definitio: quia quæ dubitationis tollendæ cauſa inſeruntur, ius commune non lædunt.l.quæ dubitationis.ff.de reg.iur.

Non obſtat copulatiua, & lucrum ceſſans, quia ponitur pro diſiuncta.prout in l.ſæpe.vbi ſcripſi abundè.ff.de verb,ſigni.glo.in l.qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb.oblig.l. 2. C. de exhibend.reis. vel intereſſe petitur tam ratione damni, quàm lucri generaliter: licet non in vno caſu.

*Nõ factum continetur facti appellatione.*

Minúſque obſtat quòd quandoque fiat quod fieri non debet: quia appellatione facti, & non factum continetur.l.qui non facit.ff.de regul. iur. l.ſi mora.ſolut.matri.l. ſi quis ſepulchrum.§. funus. de religio. & ſump. fune.l. id quod noſtrum eſt.& ibi Dec.de reg.iur.Corn. conſil.99.Dominus.in primo vol. Bar. & alij in l.4.§.Cato.ff.de verb.oblig.

17 Præterea non obſtat, quòd iniuriam paſſus non petat damnum.nam fac eſſe: nec etiam petit intereſſe, ſed pœnam. Bar. in l.iniuriarum actio.ff.de iniu. nota. in §. pœna. & §.in ſumma.Inſti.de iniur.quæ ab eo quod intereſt differt, cùm certa ſit, aut de facili certificanda, arbitrio iudicis cui committitur.l.prima.ff.de effract.glo.in l.ſanctio legum.ff.de pœnis.glo. in l.nemo martyres.C. de ſacroſanct.eccle.Iaſ. in l.iubere cauere.col.6.ff.de iuriſdi. omnium iudic.& l.non dubium. col.2. C. de legib. Alex. conſil.111. ponderatis.in primo volum.probat. l.2.§.emancipatus.ff.de colla.bono. tex. & ibi. glo. & docto.in l.1.§.fin. ff. de eo per quem factum erit.

*De argumento conuerſorio.*

18 Non obſtat argu.conuerſorium: quia ex capitum inuerſione tollitur, ſecundum collegam hîc in c.quod lex habet.quia ſi hoſtis aut alius dedit mihi damnum, iam eſt damnum emergens: & ita in dicta l.2.ſic in legato mihi relicto quod non ſum conſequutus, ceſſat mihi lucrum: & ſic non obſtat.vide tex.in l. qui quadringenta. ff. ad leg. Falcid. vel conſidera reſpectu vnius & alterius, ſicut dicitur in cap. cùm renuntiatur improbitati, ſtatim aſciſcitur virtus &c. 32.quæſt.1.no.Floren. in 4. parte ſummæ.rubr.de effec. grat. operant. cap. 6. §.4.in fin.

*De dictione, quaſi.*

19 Item reſpondeo, quòd non ſit diminutio patrimonij: quia in dicta l. 3. ponitur dictio, quaſi, quæ improprietatem notat. l.ait prætor. §.1.ff.ex quibus cauſ.maior.l.in facto.ff.de conditio.& demonſtra.Feli.& alij in cap. gratum. col.vlti.de offi.delega.glo.in c.cùm eccleſia. in verb.quaſi.de cauſſa poſſeſſ. Deci. in cap. cùm dilecta.7. nota. de confir. vtil. etiam quandoque largè dicitur intereſſe eius, cuius patrimonium non fuit diminutum, ſi quam iniuriam acceperit.l.hi tamen.ff.de accuſa.l.1.cum ſeq.de liber. cauſſ. vel ſi alio modo negotium ad eum pertinet.

Non obſtat vltimum, quia hæc conſtitutio non loquitur de intereſſe inæſtimabili, cùm non comprehenditur quid ad nos. ſecundum Moder.hîc.

*Moder. reprehenduntur.*

20 Oppo. Moder. quia hæc lex taxat ad duplum, & ſic vltra damnum: ergo intereſſe non eſt damnum. Reſpon. quando quis priuatur cõmodo, dicitur ſecundum eos pati damnũ. l.2.§.damnum.ff.de dam.infec.ſicut qui implet volũtatem, dicitur lucrari.l.ſi.ff.de vſu & habi. l.non erit.§.1.de iureiuran. glo. vlti.in l.pen. de condict.cauſſa da.ita qui non implet, dicitur pati incommodum: & ſic damnum.Non placet mihi: quia (ſecundum eos) omne intereſſe conſiſteret in damno, & nullum in lucro: cùm omnis (ſecundum eos) qui non implet voluntatem, & ſic qui non lucratur, dicitur pati damnum: quod eſt contra iſtum textum, & in l.3. §.fin.ff.de eo quod cert.loco.Item longè aliud eſt pati damnum, & lucrum non facere.l.Proculus.ff.de damno infec.l.fin.C.de codicil. niſi iam lucrum ſit radicatum.Iaſ.in dicta l. fin. & dicto §. damnum. etiam loquitur in publico. ſecundum glo. in d.l. Proculus. ideo non obſtat: quia Imperator videns partium petitiones in infinitum produci, taxauit in caſibus certis ad duplum: nam etiam ſi vltra duplum damnum fuerit datum, vltrà non habebit, ſi tantum non fuit paſſus: intereſſe tantum habebit: vt dixi ſuprà in 6.nota.

Item hoc intereſſe, ſcilicet explendi voluntatem, nihil operatur.Barba. conſil. 74.col.5. in 3.vol.cuius eſt initium, omnia quęcumque. & ſic poteſt ſuſtineri glo.diffinitio.

*Iacobi ab Arenis definitio.*

21 Alia eſt Iacob.de Are.definitio, hîc per Bar. relata: quę talis eſt: Intereſſe eſt æſtimatio damni emergentis, & lucri ceſſantis: ex eo quòd non fit quod fieri debet: vel fit, quod non debet fieri: vel non datur, quod dari debet: vel datur, quod dari non debet: & ſic referunt Petrus, Cinus, Albericus hic. Petrus de Ferrariis, in forma libelli, in actione reali. in verb.

& in

& in florenis.& Moder.in ſuo trac.de eo quod intereſt.ca.3. fol.12. proſequere hanc definitionem:vt hîc per Bart. & alios dicentes eſſe magis verbalem,quàm effectualem.

*Innoce. definitio.*

Alia eſt Innoc.in c.ſacro.de ſenten.excom. quam ſequitur Specu.in tit.de fructib.& intereſſe.§. intereſſe.quæ eſt talis : Intereſſe eſt æſtimatio in pecunia numerata : quæ ſuccedit in locum cuiuſque rei,ſi non detur vt debet : vel facti,ſi non fit vt debet.ſequitur Do. & conciuis Do.Boër.in regul.mora.de regu.iur. lib.6. in additio. ad Dyn. non videtur tamen comprehendere ſingula membra definiti : vt infrà latius patebit. Item innuit quòd intereſſe conſiſtat in obligationibus dandi. quod regulariter non eſt verum.l.ſtipulationes non diuiduntur.& ibi no.ff.de verb.obliga. & dico infrà, in glo.in verb.in aliis.

*Bar. definitio.*

Alia eſt definitio Bar. quam videbimus in glo.prima, expediendo quotuplex ſit id quod intereſt,ſiue intereſſe. Alia eſt Bal. in conſi.343. examinanda.in fine.in primo vol.videlicet, eſt reſtauratio damni emergentis,& ſuppletio lucri ceſſantis.

*Concordia Decij.*

22 Sed pro concordia opinionum , dicit Dec. hîc , intereſſe duobus modis eſſe conſiderandum.Primò prout petitur:& nõ eſt damnum, ſed damni æſtimatio : & loquuntur iura allegata pro illa parte.

Aut conſideratur in quidditate,ſiue in eſſentia : & tunc eſt damnum : & ſic intelligi debet glo. & iura pro illa parte adducta. hanc opinio.ponit Ioan.And.in addit.ad Spec.in tit.de fructi.& intereſſe.§.ſequitur.in glo.magna,circa fin. per hanc tamen conſiderationem non eſt plenè ſatisfactum:vt infrà patebit. Ideo dicunt moder.in c.3.in fine.in tracta.de eo quod inter. quòd omnes hæ definitiones in verbis tantum differunt, eundem tamen ſenſum habent: quia omnes voluerunt definire id quod intereſt,quod æſtimari petique poteſt, propriè & ſtrictè ſumptum,Quid ego homuncio poſt tantos patres dicam? tacere longè melius fore reor,quàm in hoc vaſto pelago quicquam depromere. Sed quia Deus Opt. Max. quandoque reuelat paruulis nonnulla, quæ abſcondit ſapientibus.c.eſto.95.diſtinct. & vt dem materiam cogitandi aliis,nouiter ſic definio.

*Nouæ definitiones authoris.*

23 Intereſſe,eſt id quod legitimè petitur, propter damnum datum,aut lucrum impeditum. Ideo poſui legitimè:quia ſi petatur vltra quàm hæc lex vult, non erit condemnatio in certis: vt hac lege.& facit l. legitima. ff. de pact. Peti enim debet, quia iudex de facto non ſupplebit , & iudicium hoc non datur , niſi poſtulatum fuerit. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect.& ſufficit, quòd definitio conuertatur cum ſuo definito.l.prima.§.dolum.ff. de dolo. quomodocunque diuidatur. vt not. docto.in l.prima.ff. de teſta. per illum tex. vbi definitur teſtamẽtum prout res ad exercitium deducitur & in l.1.ff.de tutel.& nemo recte iudicans dicet dictionem,propter, hîc non fuiſſe rite appoſitam,nempe denotat ob cauſam , & tam cauſſam proximam, quàm remotã, quod iuriſconſ.ſignificat.in l.fideiuſſor. primo. §. in omnibus.& l.ita.§.primo.ff.mãda.& damnum datum intelligitur ſine facto , vel negligentia, vel qualitercumque datum fuerit.l. ſi familia. ff.de iuriſdict.omnium iud.iuncta l.1.§. proinde & §.ſed & in omnibus. Si quis teſta. liber eſſe iuſſus fuerit. Alia non obſtantia reiiciam alibi ſcripturus.

Vel , eſt æſtimatio vtilitatis ablatæ , & non ablatæ. & ſic comprehendit & damnum , & lucrum.

Vel , eſt æſtimatio in locum rei traditæ aliàs quàm debuit : vel non traditæ , quando debuit : datæ vel non , facti ſeu non facti, ſuccedens. primò probatur de æſtimatione ſuprà ſatis.

Secundò , in locum rei traditæ aliàs quàm debuit:quia vitioſa.l.1.§. fin.& l. Iulianus. ff.de actio.empt.

Tertiò,quando dicitur,non traditæ:probatur in l.ſi ſterilis.§. cùm per venditorem. ff. de actio.emp.

Item ponitur,ſi non detur : quia in obligationibus dandi , licèt non ſuccedat extinctiuè obligatio ad intereſſe.l.vbi.§.fi.ff.de ver. oblig. tamen officio iudicis intereſſe venit.l. vinum. ff.ſi cert.peta. vt infrà latius dicam. & etiam augmentatiuè,iure actionis:& in contractibus innominatis. l. naturalis. §. primò. ff. de præſcrip.ver.

Item dicitur facti, ſeu non facti.probatur in l.ſi ſeruum meum. ad leg. Aquil. l. ſi quis ab alio.ff.de re iudic.l.ſtipulationes non diuiduntur. verſi.Celſus.ff.de verb. oblig.& ibi Bar. & alij. & videtur comprehendere ſingula membra definiti.

Vel eſt æſtimatio damni emergentis , ſeu lucri ceſſantis,ratione ceſſationis, aut facti aliter quàm fieri debuit,legitimè prouenïens.Primò quòd ſit damni æſtimatio,ſeu lucri , ſuprà ſatis ſuperque probatum extitit. poſteà ponitur,ratione ceſſationis,vt comprehendat quando ceſſatur tradere.l.1.& l. ſi ſterilis. §.fin. ff. de actio.emp.

Item quando ceſſat reſtituere.l.qui reſtituere.ff.de rei vendic.

Tertiò,quando ceſſatur dare,ſaltem officio iudicis in contractibus nominatis.l. vinum.ff. ſi cer.pet.Secus in nominatis.l.naturalis.§.1. ff. de præſcrip.ver.Dec.in c.cùm venerabilis. col. 7.de exceptio.

Quartò,quando ceſſatur facere.l.ſi quis ab alio.§.fi.ff.de re iudic.

Item pono,facti,quando malè traditur,quia aliena res.l.ſeruus.§.fi.de actio.emp.vel vitioſa. in l.Iulianus. illo tit.vel ſeruitibus plena.l.1. in fin.illo tit.& ſic aliàs quàm fieri debuit, l. tenetur.§.ſed ſi vas.ff.de actio.empt.vel ſi fecit vim. l.in interdicto. §. 1.ff. de vi & vi arma.aut furtum.l.inficiando.§.1.ff. de furt.aut occidit. l. ſi ſeruum.ad leg.Aquil.

Item ponitur , legitimè. quia ſi vltra duplum , in caſibus certis : aut vltra damnum, in incertis : non poſſet peti , nec deberetur.



*Intereſſe duobus modis conſideratur.*

24 Vel poteſt conſiderari intereſſe dupliciter. Primò,ratione eius cui debetur:& tunc ſic definirem,Intereſſe eſt damni emergentis,vel lucri ceſſantis æſtimatio:culpa debitoris contingens creditori. Primò , quòd ſit damni aut lucri æſtimatio , ſatis probatum extitit ſuprà in aliis definitionibus.& vide tex.in l. ſi commiſſa.ff.rem rat.hab.

Dicas tamen æſtimabile , ad differentiam damni inæſtimabilis.de quo per Panor. in ca. propter.de loca.& doct.in l.ædem.C.illo tit. & ſuprà dictum extitit.

Item dico,culpa,quæ conſiſtit tam in omittendo.l.ſi mora.ff.ſolu.matrimo.& dixi latè, in l.Diuus.in vlt.quæſt. ff. de Senatuſcon. Syllania.quàm in faciendo.in l.quod Nerua. ff. depoſi. etiam comprehendit dolum : vt ibi per Bar.facit l.ſi traditio.ibi,ſi procacia venditoris. C.de actio.emp.l.1.§.fin.verſi.& generaliter. & l.emptorem.§.qui autem.& l.ſi ſeruus tuus. ff. illo tit.

Non obſtat l. ſi ſterilis. §. quamuis. ff. de actio.empt. vbi ignorans venditor tenetur , & ſic non erat in culpa:dico,accipiendo culpam largè , quòd licet eſſet ignorans, quia debebat inquirere, & certiorem emptorem reddere : ſi non fecit,eſt in culpa:ergo tenetur.& idem dicitur in l.1.§.fi.ff.illo tit. & dicit Alberi. in d.§. quamuis. quòd eſt ignorantia ſupina. & in l. quiſquis.C.de reſcin.vendi.& l. ſi in qualitate. & l.quæro.ff.de actio.emp.Alex.conſil.14. viſo proceſſu.in 5.vol.

Item quis non debet aſſerere quod ignorat: & aſſerendo eſt in culpa l.Iulianus.verſi.quod tamen.ff.de actio emp.l.quis ſit fugitiuus.§.fin. de ædilit.edict.

Item non debet ſe reddere certum, vbi non eſt.c.cum contingat.de reſcrip.

Secundò conſiderari poteſt ratione eius à quo petitur : & ſic poteſt definiri , Intereſſe eſt æſtimatio damni dati,ſeu lucri ceſſantis,culpa debitorum prouenientis , creditori à debitore ſarcienda.

Primò ponitur, æſtimatio : quia æſtimatio damni aut lucri reſtituitur. l. loci corpus. §. ſi fundus.ff.ſi ſerui.vendi.l. ait lex.l.ſi quis teſtamentum.l.proinde.l.ſi ſeruum.ad leg. Aquil.l. centum Capuæ.de eo quòd cer.loco.l. prætor ait.§.in eum.de bon.autho.iud.poſsid. l. ſi ſterilis.§.cùm per venditorem.de actio. empt. de damno & lucro pluſquam ſatis probatum ſuprà extitit:igitur non hic repetentur.

Culpa debitoris , ponitur propter textum. l.2.ff.de in lit.iurand. & ſuprà latius declaraui. Sarcienda appoſui,propter tex.in cap. 2. de fideiuſ.& l.1.§.præterea.ff.de contra.& vtil.actio. tutelæ.& l.3.C.ad leg.Aquil.l.1.ff.ad leg.Rhod. de iactu.l.in executione.§.quòd ſi ſtipulatus.in fin.ff.de verbo.oblig.l.ſi tertius.§.officium.ff.de aqua pluui.arcen.l.is qui. §. quod ait. quod vi aut clam.l.ſi liberti.C. de admi.tutor. Et in d. l.ſi commiſſa.ff.rem ratam haberi non definitur intereſſe,vt quidam putant , ſed magis declaratur ſtipulationem rem ratam haberi commiſſam,cõpetere in eo quod intereſt,& quantum dicitur intereſſe docet text. inquantum mihi abeſt,& quantum lucrari potui,licet Bal. ex illo tex. dixerit poſſe colligi definitionem: Cùm omnis definitio in iure ſit periculoſa : & rarum eſt quod non poſsit ſubuerti. l. omnis definitio. ff. de regul.iur. Elige ex his , cui dicas , tu mihi ſola places : vel meliorem inuenias. Laus Deo , virginique Mariæ , & omnibus cælicolis.

*Gloſſa prima.*

1 AGgredior glo.primam, quæ licèt ſecundum ordinem legis prius deberet expediri : tamen ſecundum ordinem materiæ , non. Ideo gloſſ. in verbo,prout, prius declaraui:nũc ſequitur iſta, quam in tres diuido partes:in prima, præmittit aliqua ad legis euidentiam. In ſecunda,ponit vbinam de hac materia tractetur. Tertia, caſum fingit:ſecunda ibi , & habes hoc. tertia ibi,dicit ergo hæc lex.

*Pretium rei , & intereſſe , an ſint idem.*

2 Ex glo.primò colligitur, quòd pretium rei & intereſſe idem ſunt,& licèt nil alleget.tamen facit tex.in l.pretia rerum.ff.ad leg.Falcid. tex. melior iuris.& ibi Alberi.in l.ſi tutor. de in litem iuran.idem tenuit Azo , in ſumma huius tit,glo.in l.1.ff.de actio.emp.& Hoſtien.in ſumma,de ſenten. §. quis ſit effectus. in vltimo effectu.Innoc.in c.ſacro.de ſenten. excom. Spec. in tit.de fructi.& intereſſe.§.intereſſe.& ibi Bal. in addit.ad eum , & hæc opinio eſt verior , & communis in practica:ſecundum Sali.hîc.col. 2.in fine.

Secundò facit:nam id quod intereſt , refertur ad æſtimationem rei.l.qui tabulas. in prin. ibi , eius quod interfuit , quod ad æſtimationem refertur &c. & l. ſi vendidero. §. 1. ibi tamen ad æſtimationem. &c. ff.de furt. ergo rei æſtimatio & intereſſe , ſunt idem : & ſic pretium.

Tertiò facit l.1.C. de his qui à non domino ma.ſunt. vbi manumittens ſeruum alienum, tenetur quanti domini intereſt : quod in pretio rei declaratur : vt ibi no.glo. & Bal. not.illum tex.contra proteruos doctores,qui dicunt pretium rei non eſſe intereſſe:qui parum facit, propter dictionem,vel,

*De dictione,vel.*

3 Quæ inter diuerſa ponitur.Bart. in l. ſupra iter.§.officium.ff.de aqua pluuia arcen.Cardi. in Cle.2.q.2.de æta & qualita.

Quartò facit,quia ſi peto tabulas teſtamenti mihi exhiberi , in quibus purè legatum relictum eſt, vel ſub conditione , aut ſum.inſtitutus:& non exhibentur ; in id quod intereſt fit condemnatio:quod eſt æſtimatio,ſeu pretium, ſiue hæreditatis , ſiue legati relicti.l. locum. §. condemnatio.ff. de tabul. exhiben. & idem ſi cautum non eſt.l. penul. §. 1. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.eat:& pretium & æſtimatio pro eodem ibi accipiuntur.l. in ſumma. §.in frumento. ff. de condit.indeb. & quot modis ſumatur. pretium,

tium,latè Lucas in l.3.col.6.C.de præd. curial. lib.10.Chaſſa.in §.1. glo. *le pris des retraictz.* in conſuet.Burgund.

Quintò facit,quia lex Aquilia datur ad id quod intereſt.l.ait lex,quanti.ff. ad leg. Aquil. & iſtud eſt communis rei æſtimatio : & ſic rei pretium.l.ſi ſeruum meum.ff.illo tit. ergo &c.

Vltimò,qui promiſit ſiſtere aliquem in iudicio,& non ſiſtit,tenetur quanti ea res eſt.l. 2. in fin.ff.qui ſatiſda.cogan.Sed hęc verba,quanti ea res eſt,ad æſtimationem communem referuntur.l.hæc verba,quanti.ff.de verb. ſignifi. & tamen lex in id quod intereſt dicit condemnari.l.fin.ff. ſi quis in ius voca. non ierit.l. quotiens.3.de verbo.obli.Ergo per hæc & alia, quæ breuitatis cauſa omitto,probatur rei pretium & intereſſe idem eſſe:& plenius doct.hic probant. & Dyn. in ſuo tract. de intereſſe. & Soci.in rub.huius tit.col.4.& ſeq.

*Arguit pretium rei,nõ eſſe intereſſe.*

4 Contrariam opinionem tenuit Dyn.in reg. mora.de regu. iur. lib.6. Alex. conſil. 67. viſo themate. in 2. volum. quam ſic probo : Interdictum vti poſsidetis, datur ad id quod intereſt turbati : tamen hoc non referiur ad æſtimationem,ſeu rei pretium.l.ſi duo.in fin. ff.vti poſside. ergo rei pretium , & intereſſe , ſunt diuerſa.

5 Secundò,à quo remouetur genus,remouentur eius ſpecies. l. fundi.§. fin. ff. de fundo inſtruct.Sed ſi venditor conueniat cum emptore,nolle teneri de euictione , ſeu garandio:non poterit re euicta agi ad id quod intereſt:ad pretium tamen agetur.l.emptorem.§.fi.ff.de actio. empt.quem ſing. & nota. clamant docto. primò Aufrer.in deciſi. Capell. Tholoſa. q. 360. item fuit quæſitum,vendidi.Barb.in conſil. 56. col.3.incip.ſapienter.in 2.vol.Albert.Brunus in conſil.96.in cauſa. Iacobi. in l. venditor. ff.de iudi.Soci.in tract.fallentia.reg. 437.Iaſ.in l. ſtipulatio iſta.in princ.col.4.& in l.qui Romæ.§. fin.nu.38.ff.de verbo. oblig. Cepol. cautel.97. tria ſunt.ergo pretium non eſt intereſſe.

Tertiò probatur,Diſponens & diſpoſitum non ſunt idem.l.fi.ff.de fund.inſtr.Sed pretium commune & conuentum limitat & diſponit ſingulare intereſſe,vt vltra duplum pretij non excedat : vt hac lege patet:ergo non eſt idem.

Item quandoque petitur res,ſine rei pretio, & intereſſe:vt no.Innoc.in c.ſacro.col.3.de ſenten.excom.& dico infrà , in intereſſe communi:ergo &c.

Quartò , Vna res non debet diuerſo iure cenſeri.l.eum qui ædes.ff.de vſucap. ſed diuerſum ſtatuitur in pretio & in intereſſe:ergo non ſunt idem. Quòd diuerſum ſtatuatur in vtroque,probatur.

6 In actione furti quadruplicatur rei pretium,ſed non id quod intereſt.l. in furti actione.ff.de fur.l. 2.§.in hac.vi bono.rapto.facit l. 1. §.conſiderandum. de tutel. & ratio. diſtrah.l. Titius. in prima : ibi non pretium rei tantum continet , ſed omne quod intereſt , &c. ff. de actio.empt.facit l.(quam non adducunt doct.) C.de actio. emp.ſicut.ibi, non pretij quantitatis, ſed quãti intereſt emptoris competit actio. l. euicta. ff. de euictio. & l.tantum.§. fin. ff. de ſer.corrup.l.4. §. in eum. ff. de damno infect.

Item quia ſunt diuerſa nomina : ergo non idem.l.ſi idem.C.de codicil.c.cleros. 21. diſtin. c.olim.& ibi glo.95.diſt.

7 Quintò vltra docto.probatur : nam remittens id quod intereſt , non videtur remittere rem ipſam,ſeu rei pretium.l.1.& ibi Bald.C.de ædilit.actio.& dixi ſuprà in præfatio.huius legis.q.2.facit l.1.in fi.ff.de in litem iuran.Item facit l.vna.§.hoc iudicium , non ad id quod intereſt , ſed quanti ea res eſt concluditur. ff. ſi quis ius dicen.non obtemper.

8 Vltimò probatur , quia aliquando id quod intereſt rei pretium excedit.l.1.ff.de actio.emp. l.Iulia.§. fin. ad exhiben. ibi , quæ vtilitas (inquit)interdum maioris erit,quàm res erit.ergo excedens & exceſſum non ſunt idem:aliquando plus eſt pretium,quàm id quod intereſt, vt ſi obligaui rem centum aureorum ( puta fundum)tua cauſa pro decem : & tu promiſiſti illam liberare:non facis:agam aduerſus te ad id quod intereſt:puta ad decem, non ad centum. facit l. liber homo. in 2. §.fin. ff.ad leg. Aquil. ergo ſe habent ſicut excedentia & exceſſa : vt in ſimili dicit glo.in l.certi condictio.ff. ſi cert. peta.alia multa iura & rationes adducũt doct. quas non tranſſcribo,quia licet per eos videre, & has puto ſufficere ad intellectum glo.& materiæ.

*Intereſſe, & pretium, habẽt ſe vt excedentia & exceſſa.*

*Defenditur glo. & declaratur quando intereſſe poſſit rei pretium dici.*

9 Tamen ſaluari poſſe gl.dicit hic Bar.nu.10. intelligendo intereſſe communiter æſtimatũ, eſſe pretium commune.l.1.ff.de act.emp.intereſſe ſingulare , eſſe pretium ſingulare. l. libertus qui ſoluendo.ff.de bonis libert.& conuentum , eſſe intereſſe conuentum.l.fin.ff.de prætor.ſtipula.l.procurator. in 2. §. fin.rem ratam habe.ſed intereſſe commune, non eſt ſingulare rei pretium , nec conuentum : vt notat veridicus interpres.Do. Boër. in addit.ad Dy.in reg.iur.lib.6.Et ſic ceſſabunt argumenta,intelligendo ſecundum ſubiectam materiam. teſte Dec. & aliis hic : nec reſpondere puto ad contraria eſſe neceſſarium.ſi tamen quis velit, videat moder.hic reſpondentes, & in voce ſigillatim reſpondi.

*Not.aduocate.*

10 Et per hoc conſuluit Bal.conſi.291. quæſtio talis.col. 3. in 1. volu. quòd procederet libellus , Peto decem mihi promiſſa pro meo intereſſe.

*Intereſſe largè & ſtrictè conſideratur.*

11 Item ſaluari poteſt glo. conſiderando duobus modis id quod intereſt:largè videlicet , & ſtrictè.Largè accipiendo & generaliter intereſſe,rei pretium comprehendit, ſicut genus ſpeciem:nam quicquid ad noſtram vtilitatem pertinet, dicitur noſtra intereſſe. Ideo ſi agam ad decem mihi debita , indubiè dicor agere ad id quod mea intereſt.Bar.hic colum.5.quod probat ex l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & §. ſi quis ergo. ff. de verbo. obliga. & hoc ſequuntur etiam modern.hic in tracta. de eo quod intereſt.c. quæro id quod intereſt. & ſic poteſt dici intereſſe,pretium eſſe rei,quæ abeſt , vel dam-





nificatæ , vt d.l.locum.§.condemnatio.ff.de tabul. exhibend. & iuribus ſuperius probatur, quia pro eo quod intereſt datur rei æſtimatio tantum , aliquando excedit rei æſtimationem, vt in ſingulari,& conuento.l.1.ff.de actio.empt. dicetur in glo.dupli.fuſius.

Secundò accipitur ſtrictè,& propriè,& tunc aliud eſt rei pretium , aliud id quod intereſt, quia vnum eſt rei æſtimatio , aliud damni ſeu lucri.l.ait lex.ff.ad legem Aquil.& hæc dicitur cum adiuncto, videlicet damni, ſeu lucri, æſtimatio alia rei.

*An vnũ ſit intereſſe. De Petro à bella Pertica.*

12 Secundò, elicitur ex glo.quod duplex ſit intereſſe : & quidam dicunt ( vt Petrus de bella Pertica Gallus , ſuo tempore nulli ſecundus, qui peregrinans Romam , hanc l.Bononiæ repetiit ) vnicum tantum eſſe intereſſe : ſcilicet ſingulare. quod probatur ſic : Partes integrales domus , non ſunt domus , ſed faciunt domum.l.rectè dicimus. & ibi no.ff.de verborum ſignifi. Nam poſtis non eſt domus,paries non eſt domus,ſed pars domus:ſic nec pretium cõuentum, vel commune,eſt intereſſe : cùm ſint partes integrales intereſſe ſingularis:quod non poteſt excedere duplum intereſſe communis, vel conuenti : & ſic conuentum & commune faciunt ſingulare:ergo &c.

Secundò , Lex iſta & aliæ leges ſemper loquuntur in ſingulari numero : ergo in vno verificantur.not.in l.pluralis.de regul.iur.lib.6. l. vbi numerus. ff. de teſtib. l.falſa.§.ſi quis ita.ff. de condit.& demonſt. l.1. §.item hoc edictum, quod falſ.tuto.autho.geſtum eſſe dicetur.

Tertiò,Intereſſe refertur ad perſonam actoris. l.1.ff.de action.empti.l.quatenus.de regulis iuris.l.liber homo.in 2.§.fin.ff.ad legem Aquil. ergo non eſt niſi vnicum:videlicet actoris perſonam reſpiciens:quia non eſt dicendum quòd actor habeat triplex intereſſe, ſed habet vnum tantum.

13 Quartò probant.Exceſſum & excedens ſunt diuerſa. l. 2. ff. de ſtipu. ſeruo. Sed quandoque ſingulare excedit commune, & conuentum.l. 1.ff.de action.empti.& hic , ergo commune & conuentum non ſunt intereſſe , ſed diuerſa. Nec approbo ſimilitudinem , quam faciunt doctor. de baptizato & baptizante. cap. debitum. de baptiſmo , nec de inſtituto & inſtituente.cap.fin.de inſtitu.de præſentato & præſentante. cap.per noſtras. de iure patro. Iaſo.in l.1. C.de ſer. fugit , quia licet ſit inter præfatos diuerſitas:non tamen probatur, quòd habeant ſe tanquam excedentia & exceſſa : & ideo allego text.pro hoc.in l.lumen.ff.de ſeruit.vrba. prædio. vbi vult quòd ſeruitus luminum , ſiue ne luminibus officiatur , excedit ſeruitutem proſpectus ; ſiue ne proſpectui officiatur in ſpecie acceptam:& ibi gloſ.declarat, & Cepol.in tractat.de ſeruit.vrban. prædio.cap.33.& ſequen. Item adduco text. & ibi gloſſ.not.in l. certi condictio,in glo.1.ff.ſi certum peta. vbi ſicut certi condictio generalis excedit condictionem triticariam , ſic & exceditur ab ea : & probatur per illa iura non adducta per docto. hactenus hîc , nec alibi quod viderim.

Item plus & minus non faciunt differre ſpecie.l.fi.ff. de fundo inſtruct. latius dico in repe. l.quod Nerua. (dum reſpondeo Zaſio tenenti contra communem.)ff.depoſi.

Quintò probatur per text.in l.1.ff. de actio. empt.ponderando dictionem,hoc, quæ eſt demonſttatiua ad oculum & intellectum. l. 1. & ibi Bar.& alij.ff.de noui.oper. nuntia.ſuprà dixi in 4.nota.declarando. l.Titius. ſed in d. l. 1. prius. agitur ad id quod communiter intereſt, ſi res non tradatur.hoc autem interdum egreditur pretium : & ſic eſt vnum & idem , quod aliquando fit ſecundum communem æſtimationem,aliquando vltrà.& eſt ſubtilis inductio, ſecundum Soci.hic in rub.col.15.

Pręterea nulla lege inuenitur cautum,quòd ſit multiplex:ergo non erit niſi vnicum.§.conſideremus.in authen.de trien.& ſemiſſe.collat. 3.& l.illam.C.de collat.

*Nõ eſſe dabile intereſſe conuentum.*

14 Vltimò , ſi promiſiſti mihi pro intereſſe decem : & poſtea petam , quia mea intereſt, ſuccumbam. Nam illud inſtrumentum promiſſorium de decem , non probat quòd mea interſit,ergo non eſt intereſſe,cum non ſit damnum emergens, vel lucrum ceſſans, nihilominus poſſum petere,non quòd mea interſit, ſed quia mihi promiſſa ſunt. l.ſtipulatio iſta. §. alteri.ff.de verb.obligat.vbi quando promittitur certa quantitas nomine pœnæ , non inſpicitur an interſit : ergo quantitas pro intereſſe promiſſa , & ſic intereſſe conuentum , (quod vocant ) non eſt intereſſe. Idem videntur tenere hic doct. Alex.conſil.27.viſo.in 4.vol.& Soci. in rub.huius tit.latè.vbi vide.

Itẽ facit l.Lucius.in 2.§.quiſquis.2.ff.de leg. 2.vbi ſi teſtator legauit mihi decem,quæ dicebat ſe debere ex cauſa mutui,propter hoc non poteſt legatarius agere ex mutuo, ſed ex fideicommiſ. ſeu legato. ſic ſi confiteor decem ex cauſa mutui,non poſſum ex mutuo conueniri,ſed ex confeſsione. Inſtit.de litera oblig.& l. generaliter. C. de non num.pecu. ſic nec legatum mulieri relictum pro dote,peti debet,quia in dotem datum eſt : ſed quia nomine dotis eſt ei relictum. l. ſi non deſignata. C. de falſa cauſ. adiect. & ſic id quod intereſt ſecundum conuentionem,non eſt intereſſe.alia multa citant doct.hic, quæ ſeriò omitto, vt ad vacationes ſit perfecta hæc lex.

Contrariam opinionem tenuit gl.hic.& in l.1.ff.de actio.empt. quam hic approbant communiter docto. & eſt communis & verior , & eam ſequuntur docto. tanquam euangelium, ſecundum Soci.hic in rub. col.14.& ſeq.totaq; ſynodus & legiſtarum , & canoniſtarum tenet hanc partem , excepto Petro hic & Pantaleo. Calder.in repe.l.2.col.54. C.de reſcind.vendit. & quibuſdam aliis , & hoc eſt vtile ſcire, propter probationem quam latè diſcutiam in glo. in verb.ſubtilitatem.

Primò ſic probatur , Singularis æſtimatio, dicitur ſingulare intereſſe,quod à cõmuni æſtimatione differt. l.& ſi æquo. ff.de legat.1.& l.ſi

cui fundus.de lega.2. ergo commune intereſſe eſt diuerſum & ſeparatum à ſingulari: & ſicut æſtimatio ſingularis, dicitur ſingulare intereſſe: ita communis æſtimatio, dicitur commune intereſſe. Et quòd communis æſtimatio ſit intereſſe, probatur. Nam actio legis Aquiliæ datur ad id quod intereſt. l.quidam tabularum. §.de lege. ff. de fur.l. ait lex.ad leg. Aquil. hoc autem intereſſe eſt communis æſtimatio rei: quia non æſtimatur affectio, ſed quanti omnibus valet.l.ſi ſeruum meum.ff.ad leg.Aquil.ergo eſt commune intereſſe. Secundò probatur in l.1.ff.de actio.emp.vbi dicitur, ſi res vendita nõ tradatur, ad id quod emptoris intereſt agitur, quod interdum pretium egreditur, ſi pluris intereſt, & ſic loquitur de ſingulari.ſubſequitur in tex.quàm res valeat, ſcilicet, communiter, & ſic loquitur de intereſſe cõmuni.vel empta eſt: ſcilicet, cõuentionaliter, & ſic loquitur de conuento: ergo erit triplex intereſſe.ſecundum glo. ibi, & communem doctorum opinionem. inſuper pluralitas vocabulorum, denotat pluralitatem negotiorum.l.natura.ff.de præſcri.verb.

Item certum eſt quòd aliud intereſſe reſpicit perſonam, & vtilitatem, & vocatur ſingulare. & loquitur l. videamus.§.pen.ff.de in litem iuran. & l.libertus qui ſoluendo. de bon.liber. aliud reſpicit valorem, & dicitur commune.l. ſi ſeruum. ad leg. Aquil. aliud conuentionem partium reſpicit, & dicitur conuentum.l.fin.de præto.ſtipu.ergo eſt triplex, & non vnum, & ita communiter tenetur.

*Authoritas maiorũ ſufficit.*

15 Præterea vbi non inuenitur caſus legis, ſufficit authoritas maiorum.caſus ſingularis.in l.ſi idem cum eodem.in princip.ff.de iuriſd.omn. iud.c.1.de deci.Barba.in repe.l.cùm acutiſsimi. col.94. C. de fideicom.dixi in præfatio.l.quod iuſsit.ff.de re iudic.ſed doctores & maiores tenuerunt eſſe triplex intereſſe: ergo &c.vltimo oſtendit.l.precia rerum.ff. ad leg. Falcid.aliáq; varia citant doct.maxime Sali.Alberi.& Soci. & ante eos Dyn.in dict.regula, mora.& in ſuo tracta.de intereſſe.& Moder.quæ extra iocum omitto, hæc ſufficere ratus.

*Conciliat opiniones quando ſit vnũ intereſſe vel multiplex.*

16 Arbitror opiniones concordari poſſe vt vnicum ſit intereſſe.quod multis conſideratur modis. Pantha.in repe.l.2.colum.54.C.de reſcind. vend. vel vnum eſt intereſſe in genere: & ſic intelligitur prima opinio Petri, & aliorum doct.& ita Bar. & communiter doct.videntur ſentire: ſed ſunt plures ſpecies, ſeu differentiæ, ſicut quando dico hoc animal, quandoque rationale eſt, quandoque irrationale, nam ſemper idem eſt animal: ita & intereſſe vnum eſt in genere ſumptum, & eſt idem ſiue æſtimetur communiter, ſiue ex conuentione, ſiue ſingulariter.hæc opinio probatur. per gloſ.in l.licet.C.de pact.

*Vna eſt vltima voluntas in genere, actio, & probatio.*

17 Vbi vna eſt vltima voluntas in genere: ſic vna eſt tantum actio in genere, licet plures ſint ſpecies.Bart. in l.ſi ſeruus communis Mæuij.§. cùm ſeruus. in princip.ff. de ſtipul.ſeruo. docto.in rub.inſtit. de act. in princip.item vna eſt probatio in genere. Dec. & alij, in rubri.de probat.extra, col.2.vide Bal.in l.ſi vnus.§.quod ſi in ſpecie.col.2.ff.de pact.item excuſatio (tanquam genus) vna eſt plures continens ſpecies excuſationum.tex.in l.fi.de excuſ.tut.Inſtit.illo tit.in prin.glo.in rub.C.de excuſ.mun.lib.10.

18 Sic vna eſt iuriſdictio in genere, plures in ſe ſpecies continens. no. in l. imperium. ff. de iuriſd.omnium iud. & adoptionis nomen generale eſt, quod in duas ſpecies diuiditur.l.prima.ff.de adoptio.

Item cùm genus ſit vnicum l. cùm poſt. §. gener. ff. de iure dot. & ibi Iacobi. ergo vnum erit intereſſe, quòd hic in genere generaliſsimo vocat.Bar.col.5.

*Cõtra Alciat.*

19 Non obſtat, quòd genus generaliſsimum ſit id quod non habet quid ſupra ſe, vt ens: quia hic Bart. legaliter loquitur, & non ſecundum dialecticos: à quibus ſæpius in hoc recedunt iuriſconſ. l.2.§.1. ff. ſi cert.peta.cùm quælibet ſcientia ſuos habeat terminos, & parum habeant commune legiſtæ cum logico, ſecundum Do. Igneum. in d.l.quatenus.col.2.gloſſ. in l.1.§.huius ſtudij.ff.de iuſtit. & iure. & idem dicit Bar.de officio iudicis.l.1.col.3.ff.de iuriſd. omnium iudic. vide text.in l.3. §. fin. ff. de acquirend. poſſeſsio.& ibi late docto. & per hæc concordantur iura: nec eſt opus ſigillatim reſpondere ad contraria: vt reſpon.moder.quos videre licet.

20 Non obſtat, quòd non dicantur ſpecies, ſed accidentia: quia licet ſecundum dialecticos fortè hoc admitteretur in aliquibus diuiſionibus, quas infrà ponam, tamen ſecundum iureconſultos ex modica differentia conſtituitur diuiſio: ideo eos inſequendo, vt dicit hìc Dec. colum. 6. ponam diuiſiones cauſſa clarioris doctrinæ, iuxta l.primam. ff. de doli exceptio.ſiue ſint accidentia ſiue ſpecies, non curo, cùm hoc inquirere ſit vtilitatis admodum perpaucæ.

*Quid ſit intereſſe in genere.*

21 Quid ſit intereſſe in genere. Bartolus hic. colum.5.ſic definit, videlicet, quòd eſt iuſta alicuius vtilitas.

Primo ponitur, iuſta. Nam vtilitas iniuſta non attenditur: ideo malæ fidei poſſeſſori non datur actio furti, licet interſit eius, rem non ſurripi, vtpote, quia eius periculo ſit.l.itaque fullo. ff. de fur. ne ex improbitate ſua actionem conſequatur, vt ibi dicitur.

Item probatur, Actio legis Aquiliæ datur ad id quod intereſt.l.ait lex.ff.ad leg.Aquil.Intellige, ſi damnum iniuria datum ſit.l.2.illo tit. Ideo ſi ſeruus meus te aggrediatur, & eum occîdas: pro illo intereſſe iniuſto non datur mihi actio.l.itaque.cum ſeq.ff.illo tit.

*Vtilitas pro intereſſe ponitur.*

22 Secundò in definitione ponitur, vtilitas. Nam plerumque ponitur vtilitas, pro intereſſe.l.penul.ff. ſi quis cautio. l. ſed loci. §. 1. finium regundo.& ibi Bald.l. videamus. verſic. nõ enim.de in lit.iuran.l.2.& 3.§.fi.de eo quod cer.loco.l.emptorem.§.fi.& l.ſi ſterilis.§.fin. de actio.empt.l.pretia rerum.ad leg.Falcid.l.cum qui emit.§.ſi epiſtola.verſ.quis ergo.& l.ſi vendidero. §. 1. ff. de furt. ſic vocat Petrus Iacob. in ſua practica de actio.ex empto. col.3.text.in l.Iulianus.§.fi.ff.ad exhib.



*Sententia Dec. aduerſatur. Intellectus ad l.itaq. ff.de furt.*

23 Nec placet expoſitio Dec.exponentis iuſta: id eſt, vera: per tex.Inſtit.de liberti.in prin. quaſi velit dicere, quòd verè furis nõ intereſt, & ideo loquitur contra text.in dict.l.itaque.ibi, quamuis interſit eius rem non ſurripi, dicerem, intereſſe furis, ſcilicet quia res furata eſt eius periculo, vt d.l.itaque.& quia domino tenetur.l. 1.§.prædo. ff.depoſi. tamen ad id quod intereſt non agit: quia iuſta non eſt vtilitas. id eſt legitima & à iure approbata.

Non obſtat l. non à iudice. ff. de iudic. vbi prædo habet actionem. intellige, ex contractu ſuo: quia depoſuit rem furtiuam, aut ab eo eſt ablata: ſed ex ſua improbitate non, videlicet ex furto.

Minúſque obſtat l. ſed eximendi. §. item ſi quis. ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt vi exi. vbi etiam per calumniam litiganti ex empto datur actio, intellige, ad pœnam, non ad intereſſe, vt ibi Paul.& alij tradunt. & Soci in tract. de dilatio.art.34.q.6.nec eam habet ex ſua improbitate, ſed ex malitia eximentis.

Nec obſtat, quòd ſi vicinus altius tollat domum ſuam, & obſcuret domus meæ lumina, quòd ibi eſt iuſta vtilitas, tamen non ago. l.altius. C. de ſeruitu. & aqua. eſto enim quòd non agatur, tamen dicetur mea intereſſe generaliter, alioqui ſequeretur quòd intereſſe non petibile, non eſſet intereſſe. quod eſt abſurdum, vt infrà dico.

*Contra Alciat.*

24 Item non obſtat, quòd in aliquo textu iuris ciuilis non reperitur intereſſe.nam id inueni in l.quod ſæpe.§.fin.ff.de contrah. empt. in libris antiquis. licet in nouiter impreſsis ſit deletum opera Alciat. etſi ipſe fateatur in lib. 4. de verborum ſignifica. reperiri. item in l. debitor. in princip.ff. de legat. 2. Sed de his diſputare ſpectat ad grammaticum & pertinacem. gloſſ. in rubric.ff.ſolut.matrimo.acumina enim verborum pertinacibus, ſenſus verò ſapientibus relinquitur.Bald.in c.ex parte.col.vlti.de appella. Item inuenitur in clem.1. de reſcript. & clem. conſtitutionem.de elect.& in cap.ſacro.de ſentent. excom. reperitur verbum, intereſſe.in §. ſi vaſſallus.in 2.§.& ſi facta.ſi de feud.defunct. conten.ſit inter do.& agna.vaſſal.c.1.& c.venerabilibus. in princ.de ſent. excom.lib.6. & cap. quoniam.in fin.de immuni.eccle.c.per tuas.de arbit.c.vno de plus petit.

25 Item cauſſa doctrinæ licitum eſt cõfingere noua vocabula. Bald.in l.ſi pupilli. §. quid ergo.ff. de negot.geſt.idem dicit ſummus orator Cice.in lib.3.de finibus bono. & malo.in prin. vbi excuſat ſe, cùm omnis ſua oratio in populari ratione verſetur: ideo populariter ſibi loqui neceſſe ſit.Moder.in §.ſic itaque. colum. 8. Inſtitut. de actio.ſic & neceſſe erit Iuriſconſultum etiam his terminis vti, facit dictum Perſij, Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.

Præterea nec obſtat, quòd damnum emergens in definitione non comprehendatur: quia conſiderando in genere intereſſe, non fit damni emergentis, aut luci ceſſantis differentia, ſed tum quando propriè agitur, & in ſpecie ad intereſſe, vt not.Deci.in rubric.colum.2.& in genere comprehendit rei pretium, & largè, vt ſuprà dixi. licet moder. contrarium dicant, ſibi contrarij, vt dico in diuiſione generaliter, & largè.

*Duplex intereſſe: inæſtimabile, & æſtimabile.*

26 Quotuplex eſt intereſſe? & ſequendo patrem legiſtarum Bartol.reſpon.duplex, quoddam videlicet inæſtimabile, alterum æſtimabile. Et hæc eſt prima diuiſio ſummariè cum aliis elucidata in arbore, quam ad iuuenum eruditionem nuperrimè (hanc materiam interpretando) formaui: & ante hãc legẽ ſitam eam facere impreſſores rati ſunt, quibus optimum factu reputans, diſſentire volui.& licet quidam non ſe, nec alios intelligentes, dicant multũ inſanitũ eſſe in abſurdis & ſuperuacuis diuiſionibus, quas ſi intellexiſſent, ſuperuacuas nõ dixiſſent, cum ad intellectum huiuſ materię aditum facilẽ præbeant. vt cuilibet ſapienti patet.

27 Inæſtimabile, eſt alicuius iuſta vtilitas inæſtimabilis. l.1. ff. ſolut.matri. l.non eſt ſingulis. §.1.ff.de regu.iur.l.libertas. illo tit.l.1.§. ſed cùm liber. de his qui deiecer. vel effuder. dicam infrà, in verſiculo publicum. in 6. diuiſione latius.vide Felin.in cap.paſtoralis.in princ.col.5. de reſcript.

*Concluſio contra communẽ, quòd non ſit dabile intereſſe inæſtimabile.*

28 Si tamen quis vellet tenere, non reperiri intereſſe inæſtimabile, poſſet reſpondere ad iura per Bartol. adducta, & primò text.in l.non eſt ſingulis. §. infinita eſt æſtimatio libertatis, & neceſsitudinis. probat quòd libertatis æſtimatio eſt, ſed eſt infinita, & non taxata, nec facilè taxanda, ſicut aliæ res: & ſic debet intelligi l.libertas inæſtimabilis res eſt. ſcilicet finitè ad duplum, vel triplum, ſed bene poteſt æſtimari, ſcilicet infinitè. per text.in l.procurator. ad exhibend. §.fin. ibi, æſtimatio libertatis ad infinitum extenderetur. ff. rem rat. habe. ita debet intelligi text.in l.fin.ff. de his qui deiec.vel vel effud.& §.non ſolum. Inſtitut. de legat.vbi ſi res cuius commercium non habetur, ſit legata, aut campus Martius, nec æſtimatio eorum debetur.l.idem Iulianus.§.fina.ff.de legat. 1.ibi, etiam ſi difficilis. & ibi, æſtimatio. ergo poſſunt æſtimari, ſed habent æſtimationem infinitam, & nullam habent finitam. l.1.§. ſed cùm liber. ff. de his qui deiec. vel effude. & l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ff. ad legem Aquiliam.

Item in d. l.1. fit condemnatio liberi hominis occiſi ad quinquaginta aureos, & idem in l.fin. illo tit. ergo æſtimatio fit, ſed non ad duplum, quò ad corpus liberum, cùm non recipiat æſtimationem, ſcilicet finitam, cum non ſit ſimplum, quod poſsit duplari.

Non obſtat l.1.ff.ſolut. matri. quia ibi nullum verbum, an id quod intereſt ſit æſtimabile, nécne: licet ibi gloſſ.contrarium teneat, & ſic non bene ſecundum iſtam opinionem. vel debet intelligi inæſtimabile intereſſe: ſcilicet, finitè, vt dixi.

29 Item dote non reſtituta, ſolui debent vſuræ,tāquam intereſſe.l.inſulam.§.vſuras.ff.ſolut. matri.l.vna.§.exactio. C. de rei vxor.actio.ergo & in dote cadit æſtimatio,& ſic non eſt inæſtimabilis,tamen damnum ex eo proueniens non poteſt æſtimari: vt not. Do. Igneus in l. quatenus.col.4.ff.de reg.iur.vbi dicit eſſe damnum iniuſtè emergens inæſtimabile, vel dic vt ſuprà.Ideo dicitur Sapien.9.c.Difficilè æſtimamus,quæ in terra ſunt.

30 Sed Bar.vocauit hîc inæſtimabile,cùm æſtimatio eſſet infinita. Nam paria ſunt non æſtimari,vel in infinitum.l.idem Iulia.§.fi.ff.de leg. 1.& melius in l.ſi domus. §. qui confitetur.illo tit.l.non dubium.§.fi.de lega.3.

31 Item non obſtat, quòd debitor (cui quoddam ſeruitium præſtiti)obligatur ad antidora. l.ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit.hæredit.l.ſi non ſortem. §. libertus. de condict. indeb. tamen non eſt æſtimabile: nec poteſt conſiderari.Iacob.in l.quod dictum.ff.de pact.dico poſſe æſtimari, vt ſuprà dixi, & ideo multos effectus illius obligationis ponit Iaſon in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur. Moder.in l.frater.de condict.indebi.

32 Item ſic poſſumus reſpondere ad id quod intereſt,quia voluntas non expletur:nam non æſtimatur.Barba.conſil.74.col.5.in 3.vol.& ſuprà dixi in definitione eius quod intereſt: vel fortè poteſt æſtimari,licet communiter non æſtimetur:nam poſſum æſtimare implementum meæ voluntatis ad centum mille, aut aliam ſummam infinitam,& maximam.

*Cautio de rato, in beneficiliabus non admittitur.*

33 Nec obſtat, quòd coniunctus pro coniuncto in beneficialibus non admittatur nec etiam in aliis ſpiritualibus, licet caueat de rato. Do. de Rota,deciſi.142.in cauſſa beneficiali.in no. Quia cautio quæ committeretur ad id quod intereſt, de nihilo ſeruiret. l.1. C. de procura. cap.coram de offic. deleg. Iacob.in l.exigendi. col.2. C. de procurat. Ideo non æſtimatur ratione commoditatis.Sed non obſtat quin poſſit æſtimari, vt ſuprà dixi. & ſic diſputatiuè, & in puncto iuris hoc poſſet ſuſtineri; Ideo poſui concluſionem, Non eſſe dabile intereſſe inæſtimabile contra communem,ſcilicet quin poſsit æſtimari infinitè,aut finitè: imò eſſe dabile docto.aſſerunt, ſcilicet quòd non æſtimatur finitè, & ad duplum. & ſic conciliantur opiniones.

*Concluſio.*

*Secunda diuiſio:non petibile, & petibile.*

34 Aeſtimabile ſubdiuiditur; quia quoddam eſt non petibile, aliud petibile. Intereſſe æſtimabile non petibile, eſt iuſta alicuius vtilitas, non petibilis, habita vel non habita, ſine alicuius facto iniuſto, vel ceſſatione iniuſta. Vel ego ſic definio, eſt illud quod æſtimari poteſt, ſed non peti. Quare ponitur,iuſta,proximè dixi. Item ponitur in definitione Bartol. æſtimabilis, ad differentiam inæſtimabilis, de quo ſuprà fuit dictum. Item non petibilis dicitur,vt differat ab eo quod poteſt peti:de quo ſtatim dicam.

Præterea ponitur in definitione, habita, vt cōprehendat omnes caſus in quibus quis habet quod ſua habere intereſt,& tamen non petit,vt ſi rem meā poſsideam, intereſt mea eam habere, & poteſt æſtimari, at peti per me non poteſt,cùm eam habeam.l.nemo rem ſuam. ff. de verb.obligat.l.ſuæ rei.ff.de contrahen.emp. l.fin.de legib.nam ſi peterem, exciperetur,Tute lepus es, & palpamentum quæris, & quod petis intus habes.argum.l.bona fides. ff. de regulis iuris.

35 Item ponitur,non habita,ſine alicuius facto iniuſto,propter l.Proculus.ff.de damno infect. l. binas.de ſerui. vrban. prædio. l.altius. C. de ſeruitu. & aqua. vbi ſi quis altius tollendo domum ſuam, obſcuret lumina domus meę: licet mea interſit, tamen non agam; quia iure ſuo facit, & ſic prouenit ſine facto iniuſto, niſi in caſibus poſitis per Cepol. in tract.de ſeruit. c.39.in rub.de ſolo ſeu area.fol.23. col.3. Socin. regul.101.Hippolyt.de Marſil.ſingul.154. Idem habetur in l.1.§.penul.de aqua pluuia arcen.& l.fluminum.§.fi.de damno infec.idem de aqua quæ ex puteo tuo ad meum venit,tua intereſt, tamen non agis.

*Nota artifex.*

36 Poteſt etiam poni,ſi quiſpiam de nouo veniat ad habitandum iuxta bibliopolam, vel alium artificem, & ibi officinam de nouo erigat:intereſt bibliopolæ antiqui, ſeu alterius artificis ſimilis, ne alia officina iuxta ſuam ſit:tamen actio non dabitur contra eum,qui de nouo venit ad habitandum:nec id quod intereſt petetur: quia iure ſuo facit,is qui venit,vt proximè inhabitet. l. libertus negotiatorius. ff. de oper.liber.l.quæro.de iure patron.

37 Niſi de nouo veniens vellet recipere ſignum alterius bibliopolæ,vel hoſpitis,ſeu alterius artificis. Nam poſſet prohiberi. Alberic. in dicta l.quæro.Bartol.in tract.de inſignibus & armis. Bald.in l.2. C.quæ res vendi non poſſ. Panor. & alij in cap.dilecta.de exceſsib.prælat. & Rebuffus in l.ſtemmata. C. de ſacricen.lib.11. Benedic.in repet.cap.Raynutius.in princip.fol.10. de teſta.D.Ioan.Sanxon.in conſuetud.Turon. in rubric.*des droicts de chaſtellanie*. artic.6.Do. Chaſſa.in catalog.glo.mundi. in prima parte, in 32.conclu.cum ſequentibus.

*De docto. Chaſſa.& Sanxō conſiliarijs.*

38 Vnde mortuo artifice, hæres ſignum ſeu inſignia retinebit, alij verò non habebunt, inſignia defuncti ſimplicia, ſed quicquam eis addetur, vt vidi in forenſi iudicio decidi. Et hoc non petibile, ſubdiuitur: quia quoddam eſt quo mediante nihil petimus: aliud, quo mediante petimus.

*Tertia diuiſio.*

Primum, quo mediante nihil petimus, eſt de quo proximè ſum loquutus, & poteſt poni in l.1.§. cùm arietes.ff. ſi quadru. paupe. feciſſ. dicatur. l.qua actione. §. ſi quis in colluctatione.& l.ſi ex plagis.§.fi. iuncta l.item Mela. & l. ſi putator.ff.ad l.Aquil.

39 Item intereſt mea non habere domum delectabilem, propter amicorum concurſum.gl. in l.1.in glo.3.de ſeruit.vrba.præd.

40 Intereſt etiā ſcholaris non habere pulchram hoſpitam,& meretricem, vel ancillam:propter numerum aliorum ſcholariū eum viſitātium: non ſua



non ſua cauſſa:ſed hoſpitæ,aut ancillæ. & hoc intereſſe æſtimari poteſt, non tamen peti. Cepol.in tractat. de ſerui.vrb.præd. cap.26.fol.14. col. 3. Interdum cauſſa hoſpitæ vulnerabitur, vel occidetur, vt vidi aliquos. Ideo tu ſcholaſtice fuge meretrices hoſpitas, ſi diu & ſecurè viuere cupis.

41 Item intereſt mea,quia factus ſum inimicus alicuius tua cauſſa.glo.ſingul.in l.ſi pecuniam. in verb.repetetur.ff.de condic.cauſſa dat.ſecundum Bald.in marg.in verſic.intereſſe.q.12.non tamen petetur.

42 Non petibile, quo mediante petimus, eſt ſi agat quis actione populari:quia ſua intereſt: non tamen id petit: ſed ad pœnam vel vindictam agit.gloſſ.in rubric.ff.de popula.actio. l.3. & per totum.illo tit.l.ſi verò.§. hæc autē de his qui deiecer.vel effude.Iaſ.in l.eum qui.§. in popularibus.ff.de iureiuran. idem in illo qui agit actione ſepulchri violati.l.3.& per totum. ff.de ſepulch.viol.

*Rub.de ſepul. viola. hodie abiit in deſuetudinem.*

43 Hodie verò ille titulus, quò ad hoc,abiit in deſuetudinem:cùm habeamus cœmeteria.Berber.in viato.iur.rub.de ſepulch.viola.vide doct. in c.fraternitatem.de ſepultur.de quo proſit ſepultura.& Cicero lib.1.Tuſcul. quæſt.in fi. Benedic.in repeti.C.Raynutius. in verb. mortuo. in 1.nu. 51.cum ſeq.de teſta.

Item quando quis proprium ſanguinem defendit:hoc facit, quia ſua intereſt: hoc tamen non petit: ſed eo mediante aliud petit. l. 2. & ſeq.ff.de lib.cauſſa.

44 Item non appellat is cuius non intereſt:ſed ille tantum cuius intereſt.ca.non ſolent.2.q.6. l.1. ff. de appel. recip. tamen hoc intereſſe non petit appellans:ſed eo mediante petit ſententiam reſcindi:& malè iudicatum pronuntiari: & ſententiæ annullationem proſequitur.l. eos. & ibi doct.C.de appel.ita. Bal. videtur ſentire, in rub. huius tit. dixi in repe. l. quod iuſsit. in præfa.ff.de re iudic.

*Quarta diuiſio de intereſſe petibili, largè ſic dicto.*

Aliud eſt intereſſe æſtimabile petibile: & ſubdiuiditur:quia quoddam generaliter & largè dicitur,aliud verò proprie.

45 Generaliter & large per Bart. ſic definitur, Eſt iuſta alicuius vtilitas æſtimabilis, petibilis, non habita,propter alicuius factum iniuſtum: vel caſſationem iniuſtam:vt ſi quiſpiam mihi donet,aut leget librum,ſeu ſtipuletur: peto illum,quia mea intereſt:id eſt, mihi eſt vtile: & ideo ſtipulationes inuentæ ſunt:vt quiſque ſtipuletur quod ſua intereſt.l.ſtipulatio iſta.§. alteri.ff.de verbo.oblig.§.alteri. Inſtitu. de inutili ſtipul.In hoc ergo dicitur large intereſſe,quando peto rem mihi debitam: ſecundum Bart. hîc,cum quo docto. communiter tranſeunt:& ſuprà latius dixi.

*Definitio intereſſe, quādo propriè accipitur.*

46 Aliud eſt intereſſe propriè & ſtrictè ſumptum, de quo hîc amplis (vt ita dicam) columnis loquuntur doctor. & ſic definitur per Bartol. Eſt æſtimatio alicuius vtilitatis non habitæ, propter factum iniuſtum, vel ceſſationem iniuſtam.

47 Primò ponitur, æſtimatio, ad differentiam inæſtimabilis: & hic terminus, æſtimatio, eſt generalis, comprehendens tam rei æſtimationem, quàm intereſſe:ſecundum Panthal. Calderic.in repet.d.l.2.col.54.de reſcin.vendi.

Item vt à præcedenti differat, quod rem ipſam reſpicit: ſeu factum debitum, ponitur æſtimatio.

Item dicitur, vtilitatis non habitæ, vt & lucrum & damnum comprehendat. ſecundum Bartol. hic:quia dum minuitur patrimonium, non dicitur habere quis vtilitatem. not. in l.ſi ſterilis.§.cùm per venditorem.ff.de actio.emp. & venditio.

Item dicitur, factum iniuſtum: quia ſi iuſtum,non peteretur: cùm licitum ſit:vt proximè dixi:& l.iuſtè.ff.de acquir.poſſeſ.

Ceſſationem declaraui ſuprà in noua mea definitione: ibi vide.& hanc definitionem inſequuntur communiter doct.dixi ſuprà in glo. prout.ibi videre licet.

*Quinta diuiſio:cōuentum cōmune ſingulare, & affectionis.*

48 Alia eſt diuiſio: quoddam eſt intereſſe conuentum,commune,ſingulare,& affectionis.

Cùm primò ſequamur quod actum eſt inter partes. l. ſemper in ſtipulationibus.ff.de regulis iuris. ideo videndum eſt in primis de conuento.

*De intereſſe conuēto. Bar. definitio reprobatur.*

49 Quid ſit conuentum glo.hîc dicit,quòd eſt pretium conuentum:ſed reprehenditur, prout dixi in prin.huius gloſſ. & ſaluari poteſt, accipiendo largè:vt ibi dixi:ſed Bart. hîc.colum.7. ſic definit. Intereſſe conuentum, eſt pretium conuentione partium æſtimatum. quæ definitio non placet:quia quodlibet pretium, æſtimatum partium conuentione pro aliqua re, in emptione, ſequeretur quod eſſet intereſſe conuentum:& tamen non eſt verum: vt ſuprà dixi. aliis multis rationibus docto. reprobant: vt dixi ſuprà in princip.huius gloſſ.ideo Deci. hîc ſic definit: Conuentum,eſt quantitas partium conuentione taxata. Poteſt etiam reprobari:quia verum pretium rei,eſt quantitas pretij, taxata partium conuentione: tamen non dicitur ſtrictè id quod intereſt, vt patet liquido,& ſuprà probatum extitit.

*Decij definitio reiicitur.*

*Noua definitio cōuenti intereſſe.*

50 Ideo ſic nouiter finio,Intereſſe conuentum, eſt pecunia conuentione partium promiſſa, in defectum primæ conuentionis,non completæ. Primò pono, pecunia,cuius appellatione omnes res continentur.l.penult. C.de conſti.pecu. l.litigatores. ff. de arbitr. l.pecuniæ. vbi ſcripſi. de verb.ſignific. probatur in l.ſi quis ab alio.in §.fin. ff. de re iudic. & quia communiter promittitur pecunia.

Item pono,conuentione partium. per l.fin. ff. de præto.ſtipula.l.procurator.2. §.fin.ff.rem rat.habe.

Item pono, in defectum primæ conuentionis non completæ.Si vendo tibi domum centum, & trado, non agitur ad id quod intereſt: quia iam completa eſt prima conuentio. Si verò vendo domum centum: & ſi non tradidero, quinquaginta pro eo quod intereſt promitto:ſi res non tradatur,& ſic prima conuentio non compleatur,agam ad id quod intereſt.

videlicet ad illam pecuniam promiſſam. Hoc probat.l.1.ibi,ſi res vendita non tradatur. ergo ſi tradatur, non agitur. probatur in d.§.alteri. & l.prædia.de actio.empt. poteritis cogitare de meliori definitione, cùm definire rem, ſi periculoſum,ac ſummè difficile: & veteres deſcriptionibus vſi ſunt.

Item conuentionis verbum pono, cùm ſit generale. l.1.§.conuentionis.ff. de pact. Iaſo.in rub.col.2.ff.de verb.oblig.

51 Nec obſtat, quòd illa pecunia promiſſa pro intereſſe, non eſt intereſſe: nec facit quod verè interſit. l.fideiuſſor.§.fi. ff.qui ſatiſda.cog.quia reſpon. Bar.quòd non eſt illud intereſſe:ſed æſtimatio illius: attamen intereſſe non æſtimatur,cùm ſit æſtimatio: argu.l.improbum.C.ex quibus cau.infa.irrog. ſecundum Dec, hîc, in rub.col.3.

Ideò non dicitur, quòd intereſſe ſit æſtimatio eius quod interſit:ſed æſtimatio damni,aut lucri ceſſantis, vel dic, quòd pecunia promiſſa pro intereſſe, eſt pecuniæ ſumma pro intereſſe promiſſa. Andega. in tract.eius quod intereſt, fol.35.& ſeq. quod nihil eſt dicere. ideo dicunt quidam, quòd ius fingit tanti mea intereſſe, quantum promiſſum eſt: vt in d.l.fi. de præto. ſtipu.melius probat. l.vlt. in fi.de eo per quem factum erit. Ibi tanto enim mea interfuiſſe videtur. quia id voluit exigi: & ideo licet quandoque verè non interſit tanti, tamen fictè ſecus: & partes videntur confiteri tantum fore intereſſe,quantum pœna.Barba.conſi.45.illud in medium.col.13.in 4. vol. & in hoc decipitur Dec.ſecundum eos,dum dicit,quòd ius preſumit: quia imò fingit, cùm ſit ſuper certo, præſumptio ſuper incerto.glo.in l.vnica. §.accedit. C. de rei vxor. act. & ideo non admitteretur probatio in contrarium,quod non tantum intereſſet, poſtquam promiſſum eſt, vide tamen Soci. in rubr. huius tit.col.pen.tenentem conuentum non eſſe intereſſe:& quia illa ſunt magis ſubtilia, quàm vtilia,& vtiliora appeto docere:ideo illa miſſa facio.

*Refellitur opinio Dec.*

*Intereſſe cōuentū quando debeatur.*

52 Notandæ ſunt in hac materia tres concluſiones,quarum prima eſt:Quòd intereſſe conuentum ſine pœna ſpeciei adiecta debetur:vt ſi vendas vaſa,aut equum:& ſi non tradideris certo tempore,promittis decem: illa pœna debetur,ſi non ſit partium conuentioni.text.ſing,in l.Lucius. ff. de actio. empt. ſecundum Roma. conſi.101,prӕpoſitæ.Ioan.Lupum,in repe.c.per veſtras.fol.109.verſi.ſextò infertur.de donatione inter virum & vxo.Iaſ. & alij per illum tex. in l.promiſſis. C. de tranſact. cap.dilecti. & ibi Panorm.& alij,de arbit.

53 Secunda concluſio,Intereſſe,ſeu pœna facto appoſita,debetur,vt ſi nō feceris domum, promittis centum.l.prædia.ff.de actio.emp.l.ſed & ſi quis.§.fi.ſi quis cautio.l.2.§.item ſi in facto.& l.4.§.Cato.& vbique nota.ff.de verbo, obligat. Alex.in conſi.148.viſo themate.in 7.vol.

*Intereſſe cōuentum debetur etiam*

54 Amplia etiam ſi nihil intereſſet. text. in l. ſtipulatio iſta. §.alteri. ff.de verb.oblig.§.alteri. Inſtit. de inutil. ſtipul.l.cùm pœna. ff. de arbit. Conrad.in tracta.de contrac.quæſt.85.quia videtur quodammodo trāſigere ſuper illa ſumma promiſſa,etiam ſi plus intereſſet,quia non peteretur,ſed ex ſtylo Neapolitano conſilium non ſolet condemnare, niſi quatenus cum intereſſe concurrit,vt habetur in deciſ.Neapol.q. 135.quidam Venetus,& iſtud eſt æquius.

*in foro conſcientiæ.*

55 Amplia, etiam deberi in foro conſcientiæ quatenùs intereſt. Petr. de Ancha. in reg.poſſeſſor.de regul.iur.lib.6.Felin,& alij in cap.1.de conſti.Domi.in cap.commiſſa.§.fin.de electio. lib.6. Corne.conſil.69.de duobus. in fin.2.vol. & conſi.2.circa.colum.7.verſi.dato. in 3.vol.& conſi.55.viſis.verſic.vnde litera n,in eo.volum. Barba.conſi.45.illud in medium.colum.9.in 4. volum. Et hæc opinio de conſuetudine obſeruatur. Alexand.conſi.39.ſtantibus. colum.2.in 6.volum. Laurent.de Rodol.in cap.conſuluit. q.67.de vſur.

56 Limita,quando debitor eſſet in tanta neceſſitate, & anguſtia poſitus,ita quod eſſet ei impoſsibile facere quod promiſit:vel ſpeciem dare:nam tunc non debetur. ſecundum Conrad. in tracta.de contract.q.85. Angel.de Clauaſ.in ſumma angel.in verb.pœna.§.13.

*Quādo intereſſe conuentū adiicitur dationi quātitatis, an debeatur.*

57 Tertia concluſio, Pœna adiecta dationi quantitatis, præſumitur in fraudem vſurarum appoſita: & ob id non debetur, vt ſi non dederis centum, quæ mutuaui,promittis decem in annos ſingulos.nam non valet.text. in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.de reb.cred.doct. in cap.dilecti. de arbit.& cap.ſuam.de pœnis.Angel. de Clauaſ.in ſumma angelic.in verb.pœna.q.12. Porcus,in §.non ſolùm.Inſtit. de verb.oblig. Petr. de Ancha.conſil.148.apud antiquos.Alexand. conſi,49.paucis. & ſequen.in 4.vol.& conſilio 135.circa. col. 4. in 6.vol. Deci. conſilio 183. in controuerſia. in fine. & hæc opinio eſt communis ſecundum Iacob. in dict.l.promiſſis.C. de tranſact.Alex.conſi.119. quæritur.col.3.in 2. vol.& conſil.43. quia ſubtiliter. in 6.volum.& 135.circa.col.3.eod.vol. ratio diuerſitatis eſt inter hunc caſum & præcedentes. quia in quantitatibus conſiſtit mutuum. l.2.§. mutui datio. ff.ſi cert.peta.§.1.Inſtit.quibus mod.re contrah. oblig. & ſic committi poſſunt vſuræ: ſed nec in facto, nec in datione ſpeciei committitur mutuum: nec ergo vſura regulariter. no.Ambroſ.de Vigna,in repet.c.ſalubriter.num.91.de vſur.Imol.& alij,in c.dilecti.de arbitr.Laurent. de Rodol.d.q.67.tract.de vſur.

*Papa ſuper futuris vſuris non diſpenſat.*

58 Amplia etiam prætextu diſpenſationis papalis. Cùm enim prohibitio vſurarum ſit de iure diuino:per illud mutuum dantes,non poteſt Papa ſuper futuris diſpenſare vſuris:prout conſuluit Alexand.conſi.1.in 2.volum. & conſilio 49.paucis.col.1.in 4.volum.per cap.ſuper eo.de vſur.

59 Secundò amplia, etiam ſi inimicus nobis promitteret illam pœnam. Conrad.in tract.de contract.q.42.vbi declarat text. in cap.fina. 14. quæſt.4.vide Roma.ſingul.265.an extra. Gaſpar.in repet. l.imperium.colum.8.ff. de iuriſdi. omnium iudi.





60 Tertiò amplia, ſiue creditor ſit ſolitus fœnerari,ſiue non.glo. in d.l. Iulia.§. idem Papinia.ff.de acti.emp. & d. l. cum allegas.Cod.de vſur.Alex.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.col.3.ff.de verbo.oblig.Ange.in §.omnes.col.3.& ſeq.Inſtit.de actio.ita conſuluit Ioan.de Zanis,conſi. 51.cùm dicatur, inter conſilia Alex. in 4. volu. & Alexan. conſil. 43. quia.in 6. vol. & iſta eſt communis opinio,tam legiſtarum, quàm canoniſtarum.ſecundum Ambro.in d.c.ſalubriter.nu.92.de vſur.

61 Quartò amplia, ſiue illa pœna excedat legitimum modum vſurarum,ſiue nō.d.§.Idem Papinia. quia hodie per ius diuinum nùllus eſt legitimus modus vſurarum:per illud,Mutuum dantes,nihil inde ſperantes.

*Luc.6.*

*De arbitro.*

62 Quintò amplia, etiam in arbitro: vt non poſsit diſponere,vt certa quantitas detur, donec ſors fuerit ſoluta,Bal.& alij in l.rogaſti.§. ſi tibi.ff.ſi cert.peta.Panor.& alij in ca.dilecti. de arbit.Iaſ.in l.promiſsis. C. de tranſactio. Deci. conſil.39. iuridicam. valebit tamen promiſsio pœnæ facta per partes:& poterit exigi, ſi non pareatur ſententiæ arbitri.l.5.§.fin.ff. de verbo. oblig.Bal.in d.l.promiſsis.docto. in ca. dilecti. per illum text.Innoc.& alij in c. ſuam de pœnis.Barb.conſi.45.illud.col.11.in 4.vol.& Alex. conſil.50.viſo inſtrumento.col.2.in 4.vol.Fulgo.conſil.160.Ioannes.col.3.

63 Sextò, extende etiam in contractu tranſactionis.l.promiſsis. & ibi Sali. & Iaſ. Cod. de tranſact.Alex. conſil. 49.paucis. & conſil.ſeq. viſo inſtrumento. lib. 4. Decius conſil. 183. in cauſſa. licet contrarium teneat idem Alexan. conſil.119.quæritur.in 2. vol. & Barba. conſil. 45.illud in medium.col.11.& ſeq.in 4.vol.

64 Septimò amplia, etiam in omni contractu, ſiue ſit bonæ fidei:vt l.Iulianus. §. idem Papinia.ff.de actio.empt.ſiue ſtricti iuris.l. pœnam. ff.de vſur.d.l.promiſsis.glo.& docto.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.obliga. & Ambro. vbi ſuprà.num.93.etiam ſi promitteretur loco pio.Ita fuit iudicatum in hoc ſenatu contra Cartuſienſes petentes pœnam duorum ſolidorum in ſingulos dies, quibus non fuerant ſoluti reditus vel reliqua redituum, quamuis ad hoc fuiſſet obligatus dux Brabantiæ,tamen fuit abſolutus ſiue eius hæredes. anno 1508. die 15.Martij.quod eſt notandum.quia ſufficit vt principale ſoluatur debitum.

*Areſtum.*

65 Octauò, amplia, non ſolum in contractu, ſed etiam in vltima voluntate:ideo non valet diſpoſitio teſtatoris, vt non ſolutis mille pro centenario in annos ſingulos centum ſoluantur.Bar.in l.3.§.fin. ff. de annuis lega. & l.2. de his quæ pœnæ nomi.& ibi plenè Soci. & Bar. in l.cùm ſtipulati.in fin.ff.de verbo.oblig. Angel.in §.fi.Inſti.de legat.Bal.in d.l.cùm allegas. Anchara.conſil.93. verba teſtamenti. Alex. in l.diuortio.in princ.col.7.num.24.ff.ſol.mat.& conſil.27. viſo themate. col. 2. in 4.vol. Areti. conſil.152.viſo.Soci.conſil.56. viſo teſtamento. in 3.vol.Iaſ.in l.1.C.de his quæ pœnæ nomi.& in l.cunctos populos.in prima lectura. nu. 59. C.de ſumma trinita.Moder.Hiſpa. in §. actionum.nu.17.Inſti.de actio.Moder.Taurinen.in repe.l.curabit.col.1.C.de actio. emp. Benedict. in repe.c.Raynutius.in verb.ſi abſque. in 2. de leg.nu.229.cum ſeq.de teſta.

66 Nonò amplia,ſiue pœna adiiciatur dationi quantitatis pro pœna, ſiue factum augmentatiuum quantitatis:quia etiam non valebit.not. glo.& Bar.in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff.de reb.cred. Alex.in d.§.alteri.col. 3. Barba. in conſil. 45.illud in medium.col.10.in 4.vol. Ambro.in d.c. ſalubriter.nu.97.

*Limitationes,quando pœna debeatur.*

67 Primò limita, niſi quantitas ſine pœna ex interuallo eſſet promiſſa.arg.l.Titius.ff. de pigno.actio. Bart.in l.pen. Cod. de pact. pigno. Bart.in l. cùm ſeruus.ff.de condit.& demonſt. & ibi.Imol. Angel.in §. omnes.col. 4.Inſti. de actio.Cornel.conſi.133.viſo.in 1.libr. & hoc ſecundum vnam opin.quam ibi latius vide.

68 Reſtringe, quando illa promiſsio fieret vſurario: nam etiam ex interuallo non valeret, propter ſiniſtram ſuſpitionem quam lex facit de eo.Barba.conſil.72.ſapienter.col.8.in 4.vol. & Angel.in d.§.omnes.

69 Secundò limita,in foro conſcientiæ:vt ſi debitor liberè,promitteret,vt ſolueret, non procurante creditore:ſed ſimpliciter reciperet,ſine intentione vſurariæ fraudis,& mallet tempore præſtituto ſolutionem ſortis ſibi fieri, quàm expectare pœnam:valeret.ita Scot.in 4.ſenten. diſt.15.q. 2.artic.2.col.5. verſic. primum tripliciter. ſumma Angel. & Silueſtrina. in verb. vſura.in 1.q. 31.ſequitur Purpura. in d.§.ſi tibi. num.91. cum ſeq. hoc tamen eſt intelligendum quatuor interuenientibus: de quibus per Conrad. in tracta. de contract. in quæſt. 31. conclu.1.

*De iuramento.*

70 Tertiò limita, quando iuramentum interueniret.c.debitores.de iureiur.Anchara.conſil. 148.ſecundum antiquos.Roma.conſi.510. quò ad primum dubium.in 2.q.Alex.conſil.158. in cauſſa.quod eſt repetitum conſil.207.in 2.vol. & conſil.106.magnifice prætor.in 3.vol.& in §. alteri.col.pen.d.l.ſtipulatio iſta.ff.de verb.obli. ſequitur D. meus de Petruc. in ſuo ſolenni tracta.de viribus iura.in 47.effectu.per tex.in l. ſi quis maior. C. de tranſactio. Poteſt tamen peti abſolutio à iuramento, ſi eſt in ſtatu petendi.Anto.de Prato veteri,in conſil.49. paucis.col.6.& Alex.conſil.ſeq.in 4.vol.

71 Quartò limita, vt per Angel. in §. omnes. col.7.Inſtit.de actio.

72 Quintò limita, quando eſſem ſtipulatus quantitatem alteri dari, mihi verò pœnam: hoc enim caſu valebit ſtipulatio. Alex. in d. §. alteri. col.3. Quæ tamen concluſio periclitatur, quia per eam fraudi via pateret. Igitur non eſt tenenda. l. in fundo.ff.de rei vendica. cap. ſedes. de reſcriptis. proſequitur Ancha. in regul. peccati venia. in 4. quæſt. de regul. iur.lib.6.

73 Sextò fallit,in contractu mixto, continente quantitatem & factum. Vide tamen Bar. & alios in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert. peta. Bal. &

Sali.in d.l.cùm proponas.Alex.in d.§.alteri.& conſil.51. cùm dicatur in 4. vol. Barba. conſil. 45.illud in medium.col.9.in 4. vol. Angel. in d.§.omnes.& in ſumma Ange.in verſic.pœna. in 12.q.& Silueſter in ſua ſumma.in ver.vſura. in 1.q.28.Ambro.de Vignate.in d.c. ſalubriter. nu.96.cum ſeq.docto.in d.c.dilecti.

74 Septimò fallit, quando ſtatuto caueretur, vel conſuetudine, quòd fingatur intereſſe creditoris in duobus ſolidis pro libra, ſoluendis à tempore moræ debitoris.tunc valet:quia ſicut intereſſe poteſt taxari per iudicem, ita per legem:quia non minoris eſt potentiæ lex, quàm legis miniſter: & ſtatutum poteſt inducere fictionem ex cauſſa,& ſufficit quòd ſit in mente ſtatuentium.glo.in verbo,ratus. in l.1.§.pueritiam.ff.de poſtu.ſic conſuluit Bal.conſi. 166. ſtatuto.in 1.vol.Cætera theologis relinquo.

*De intereſſe communi.*

75 Commune, eſt commune rei pretium. ſecundum glo.hic, quæ communiter reprobatur:quia aliud eſt intereſſe, aliud rei pretium: vt ſuprà in prin.huius glo.dixi:ideo non repeto.Specul.in eo. tit. de fruct. & intereſ.§.commune.aliter definit:quia prolixa eſt ſua definitio,eam miſſam facio, & transeo ad Bart. definitionem, quæ talis eſt, Intereſſe commune, eſt intereſſe communiter æſtimatum.Hæc definitio non placet D. Igneo.in d. l. quatenus. col. 9. quia per eam non declaratur quid veniat in æſtimationem: licèt Dec. in rub. cum iſta definitione transeat.Item vult dicere,quòd communis æſtimatio, ſit intereſſe commune: quæ non comprehendit niſi pretium commune,non intereſſe: ergo non valet:vt ſuprà fuit reprobatum: & quia definit idem per idem. Ideo idem D. Igneus aliam format definitionem:videlicet,Intereſſe commune,eſt æſtimatio(quæ communiter ab vnoquoque bono viro fieri poteſt)de damno emergente, vel lucro ceſſante: propter aliquod factum, vel non factum:datum,vel non datum.

76 Primò dicit, ab vnoquoque bono viro: vt excludat affectatum, qui ratione affectionis poſſet plus æſtimare, quàm communiter æſtimaretur.l.ſi ſeruum.ff.ad leg.Aquil. cum ſimilibus.mihi tamen non placet.

Primò,quia eſt prolixa: & prolixitas debet vitari: vt hac lege dixi.in no.2. Sed cum ſit ei perfamiliaris & propria filia,vt ex ſuis ſcriptis omnibus eſt obuium,ob id excuſari poteſt.Secundò, quia ſuperflua eſt: dum dicit,ab vnoquoque bono viro: nam ſi fiat communiter, ergo non ex affectione,d.l.ſi ſeruum.& l.pretia rerum.ff.ad leg.Falcid.

Item nullo iure cauetur, quòd hæc æſtimatio fieri debeat à bono viro:ideo erubeſcimus cùm ſine lege loquimur.l.diſſentientis.C.de re pud. §. conſideremus. in authen. de trien. & ſemiſſe. Imò videtur glo. in contrarium. in l. ſemper in contractibus.ff.de reg.iur.vbi alia eſt æſtimatio quæ fit communiter, alia quæ fit à bono viro.

Præterea ſequeretur, quòd æſtimatio per affectionem à bono viro fieri non poſſet:quod reprobatum eſt.in l.videamus.§.iurare.ff. de in lit.iuran.& l.1.§.ſed ſi in rem.ff.ſi quid in fraud. patro.Item quòd æſtimatio communiter facta à non bonis viris, non attenderetur: & ſic in probatione ſecundum eum requireretur articulus boni viri:quod non credo. Nec vult intelligere de bono viro, id eſt de iudice, quia tunc ſequeretur quòd à partibus æſtimari non poſſet, ſed tantum à iudice, & tamen prius à parte æſtimatur,& æſtimatio petitur. Igitur ſic definio:

*Noua definitio intereſſe communis.*

77 Intereſſe commune, eſt æſtimatio damni emergentis,aut lucri ceſſantis,communiter facienda ab omnibus rei notitiam habentibus, propter factum iniuſtum, vel ceſſationem iniuſtam.Primò poteſt poni exemplum:Mutuaui tibi vinum, quod debebas reddere kalendis Iulij(in quibus homines optimè bibunt) non reddis:poſtea vinum valuit decem aureis: iudex condemnabit te ad reddendum vinum: quod ſi non valeat tempore ſententiæ niſi quatuor, compellet te ad reddendum ſex aureos vltra vinum,pro eo quod intereſt: quia communiter homines tantum æſtimarent.l. vlt. in fi.ff.de eo per quem factum erit.l. vinum. ff. ſi cert.peta.vide l.ſi ſeruum.ad leg.Aquil.& l.qui tabulas.in prin. de fur. l. locum.§. condemnatio.de tab.exhi & ſic redditur res & intereſſe. vide exempla per Spec.eo.tit.§.commune.

*Vnde dicatur commune intereſſe.*

78 Ideo dicitur commune,ſecundum Innoc.in cap.ſacro.col.3.de ſente.excommu.quia æqualiter omnium communi ratione in eodem contractu vel facto,& tantũ intereſſet. ſequuntur moder. hic: ideo appoſui,rei notitiam habentibus, quia faber non poſſet, aut ruſticus, vel mercator,ſeu fatuus, librum æſtimare. per glo.in l.mortis cauſa capimus.§.fin.in glo.pen. ff.de donatio.cauſa mor.Nam debet ſcire conditionem,& rei qualitatem.

*Faber non æſtimat librum.*

Ideo non poſſet etiam doctor æſtimare librum,niſi haberet notitiam illius: quia fortè bibliopola debebat lauare illum:nam plus ſic debet æſtimari. arg. illorum quæ dicunt doct. in l.pretia rerum. ff.ad leg. Falcid. an hoc debeatur, vide in glo.in verb. dupli. Bal. conſil. 437. ſuper dubia.col. 2. in 3. volum. & an debeatur commune totum? dicam in glo.dupli. infra,eo.

*De intereſſe ſingulari. Bar. definitio non admittitur.*

79 Singulare intereſſe, ſecundum glo. hic eſt, vt ſi tua intereſt propter affectionem. Non eſt definitio,ſed deſcriptio.Bar.hic.col.6.verſi.nũc ad propoſitum. ſic definit, Eſt id quod ſingulariter æſtimari poteſt: vel intereſſe ſingulariter æſtimatum. non placet: quia definit idem per idem, ſicut in aliis duabus præceden. quod non admittunt Iuriſconſul.arg. l. fin. & ibi glo.ff.de offi.procur.Cæſar.glo.in l. Labeo. de vſuca. vbi non valet ratio quæ eſt eadem cum dicto.

*Specul. definitio damnatur.*

80 Sic nec definitio idem per idem definiens. Spec.ſic definit in §.viſo de communi.d.tit.de fruct. & inter. Eſt æſtimatio quæ venit ex ſpeciali affectu. Sed mihi non placet, quia ſingulare intereſſe eſt citra affectionem. l. 1. ff. de actio.



actio.empt. Item aliud eſt ſingulare, aliud affectionis:vt infrà dicam:& æſtimatio ex ſpeciali affectu, eſt intereſſe affectionis: ergo non conuenit ſingulari.Nec attenditur.l.ſi ſeruum. ff.ad leg.Aquil.& infrà dicam.Soci.aliter definit,videlicet:Singulare,eſt res quæ ſingularem vtilitatem affert vni, quam non affert alteri. Puto quòd non poſsit ſuſtineri:dum dicit, res: quia aliud eſt res,aliud intereſſe:vt probatur.in l.hæc verba,quanti.ff.de verbo.ſignific.& dicas verbum rei, generale eſſe.l.rei appellatione. ff. de verbo.ſignifi.l.1.ff.ſi cert.peta.tamen res quæ vni affert vtilitatem,non eſt intereſſe:ſed ratione illius rei venit. Item ſi res tibi donatur, & traditur:afferet tibi ſingularem vtilitatẽ,quam alteri non afferret: vt liquidò patet: & tamen non eſt ſingulare intereſſe ſtrictè ſumptum: ergo idem de qualibet re quam habeo, quæ mihi ſingularem & ſpecialem affert vtilitatem,alteri non:& tamen ſtrictè non dicitur intereſſe, de quo loquimur. Aliis etiam modis poteſt reprobari, quos etiam nunc omitto. Dec.aliter nixus eſt definire: ſic videlicet, Intereſſe ſingulare eſt, quando mihi plus valet, quàm valeat communiter omnibus, propter aliquam cauſam,vel qualitatem,quæ venit extrinſecus,& non eſt ſimpliciter in alium tranſmiſsibilis. Alia effundit verba: ſed adhuc non placet: quia liber meus mihi plus valet quàm communiter omnibus:& tamen nõ eſt intereſſe: quod innuit hic Dec. Item ſi pater meus moriatur, relictis libris, tranſmiſsibilis eſt illa vtilitas ſingularis in filium. In l. ſi in emptionem. ff. de minorib. vbi filius habet intereſſe ſingulare circa res maiorum: tamen ſi fuerit ignorans,non tantum valebit ei liber patris,ſicut communiter valeret omnibus doctoribus. ergo &c. Item conuenit hæc definitio aliis quàm definito, nec cum eo conuertitur. contra l.1.ff.de dolo.

*Soci. definitio non tenetur.*

*Decij definitio non probatur.*

*Noua definitio ſingularis intereſſe authoris.*

81 Arbitror ſic poſſe definiri nouiter:Intereſſe ſingulare,eſt æſtimatio vtilitatis ſingularis, ob factum alterius iniuſtum,vel ceſſationem prouenienes. Vt commodaui tibi librum meum, apoſtillis plenum,& remiſsionibus: non reddis:debes condemnari nõ tantum ad pretium commune libri, ſed ad vtilitatem ſingularem meam: tum propter memoriam localem, in qua conſiſtit ſingularis libri vtilitas, alteri non competens: tum propter remiſsiones in eodem libro deſcriptas, & ſigna ibidem facta cauſa facilioris inuentionis,& memoriæ localis:& quia eſt bene per me correctus: non tamen attenditur, ſi dicatur quod melius didiciſſet in illo libro: ſecundum Alber.in l.nummis.col.1.ff.de in lit.iuran.Alexan.conſi,69.ſuper eo.in fi.in 4.vol. alia exempla ponit Spec. in tit.eo, §. viſo. vide in l.ſi ſeruum. ff. ad leg. Aquil.l. precia rerum. ad leg.Falcid.& Dauid Pſal. 4. Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.l.1. §. ſed ſi rem.ff. ſi quid in fraud. patro.l. ſi cui fundus.ff. de lega. 2. & Moder. Andega. in tract. de eo quod intereſt.fol.33.

*In libris verſatur intereſſe.*

*Quare dicatur intereſſe ſingulare.*

82 Et dicitur ſingulare, ad differentiam communis.ſecundum Alber.& Bal.hic,ſicut de iure ſcribitur.in l.ius ſingulare.ff.de legib.vel ſingulare,id eſt,perſonale:ſecundum Moder. Andega.fol. 37.per l.per procuratorem.§.fi. ff. de acquiren.hæred.quæ parum probat. Vſque ad quam quantitatem aſcendat:& poſsit peti:ponetur regula cum limitationibus.in glo.dupli. infrà eodem.

*De intereſſe affectionis.*

83 Intereſſe affectionis eſt, quod ex affectu alicuius procedit: vt ſi amaſia tua dedit tibi zonam,annulum,burſam, aut aliam rem, quam alteri commodas:ſi non tibi reſtituat,eam æſtimas centum aureis:quos petis:non tamen ad id datur actio:vt aſſerit Ioan.And.in addit. ad Spec.in tit.de fruct.& intereſſe.§. viſo de communi. & poteſt poni in l.ſi ſeruum. ff. ad leg. Aquil.l.1.§.ſed ſi rem.verſi. & aliàs videamus. ſi quid in fraud. patro. quia pretia rerum non ex affectu,nec vtilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur. l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid.facit l.obligatione in fi.ff.de pigno.

84 Item quis habet affectionem ad rem, quæ fuit maiorum ſuorum. l. ſi in emptionem. ff. de mino. quapropter noluit Nabot vendere vineam,quia fuit maiorum ſuorum.3.Regum capite 21.

*Retractus an procedat ex affectione.*

85 Et ideo poterit minor ex illa affectione,rem retrahere:vt tenet D.Igneus, in repe.l.dudum. C. de contrah. emp.l. quatenus.col.10.de reg. iur. ſequitur Renal. in ſuo tract. de eo quod inter.cap.5.fol.50.& collega noſter in cap. hæc legis verba, licèt dicat non multum hanc opinionem iuuari. vide Chaſſa, in conſue. Burgund.in rub.*des retraictz*.§.1.

*Duplex affectio.*

86 Notandum eſt, quòd duplex eſt affectio: quædam æſtimabilis commodo pecuniario, quæ ab vtilitate cauſatur: & ſic habet vtilitatem iunctam affectioni.l.videamus.§.1.ff. de in litem iuran. vbi curator in cauſſa adulti non cogitur in litem iurare, licèt volens admittatur,ſi pupillo ſuo habuerit affectionem: non tamen ad ſuam, ſed ad pupilli vtilitatem iurabit. Ecce ergo quomodo vltra affectionem requiritur vtilitas. & ſequitur Dec. hic in rub. col.4. mihi tamen videtur, quòd non iuratur ex illa affectione, ſed ex vtilitate: cùm alia ſit pupilli affectio, alia tutoris: quod ſecus eſt in vtilitate.

Alia eſt affectio,quæ nummario pretio nequit æſtimari; vt eſt illa quæ vtilitatem non continet pecuniariam, ſed ſolam affectionem. & loquitur l.libertus qui ſoluendo.ff. de bonis liber.cum aliis multis,quæ infrà dicam. Et requiritur quòd affectio ſit iuſta.l.illud.ibi.Iuſtis affectionibus. ff. de manu. vindict.l. nec ei. ibi ſanctiſsima affectione. ff. de adoptio. & interdum accipitur pro voluntate. l. 1. §. adipiſciſcimur. ff. de acquir.poſſe. ibi, quia affectionem tenent, non habent, & hæc affectio interdum dicitur ratione oportunitatis, vicinitatis vel zeli:vel quòd illic ſit quis educatus vel parentes ſepulti.l.1.§.ſed ſi rem.ff.ſi quid in fraudem patron.

87 Ex

*Regula, de affectione quòd non conſideretur.*

87 Ex his facio regulam, quòd affectio non petitur: nec eius ratione condemnatio augetur.l.ſi ſeruum.ff.ad leg. Aquil.l. pretia rerum. & l.in Falcidia hoc eſſe.§.fin. ad leg. Falcid. & probatur hoc textu, damnum quod re vera, &c.non ex affectione. l. fin. ff. de oper. ſeruo. alioqui remaneret infinitas, quæ in eo quod intereſt videtur correcta hac conſtitutione: etiam quia in poteſtate actoris eſſet reum facere condemnari in quantum vellet: quod eſt abſurdum.Iaſ.in l.ex ea.§.1.ff. de verb.oblig.

88 Primò fallit, quando vtilitas eſt iuncta affectioni:vt in libro meo,in quo diu ſtudui: & ideo habeo memoriam localem:& quia multa ibi ſcripſi,vtilitatem iunctam cum affectione.d.l.videamus.Alber.in l.1.ff. de in litem iurand. ſecus ſi affectio ſit ſola: vt ſuprà dixi de zona data ab amaſia:& ſic infertur, quòd non poſsit iurari in litem ex ſola affectione: tum quia nullo iure cauetur, licèt contrà ſentiat Iaſ.in l.in actionibus.col.3.num.12. ff. de in lit. iurand.tum quia vtilitas non interuenit, quæ in hoc iuramento requiritur.d.l.videamus.ibi, non enim ad ſuam vtilitatem, nec obſtat l. nummis.illo tit.quia in nummis non cadit affectio,nec maior vtilitas in vno quàm in alio: ideo in his non iuratur in litem.

*Reprehenditur Iaſ.*

Et quando inuenitur affectionis cauſſa iuratum: intellige, iunctæ cum vtilitate. ſecundum Cy. Alberi. & communiter doctor. hìc. per d.l.1.§. ſed ſi rem. vbi de affectione opportunitatis vel vicinitatis loquitur, quæ continet vtilitatem.l.ſi cui fundus.ff.de lega. 2.

*Declaratio ad tit.de in litem iurando.*

89 Et ex hoc declaratur totus titulus, de in litem iurãdo:& limitatur,vt vltra duplum communis æſtimationis in caſibus certis non fiat condemnatio,etiamſi iuretur in litem:per hãc legem,ſecundum Bar.hìc. col.8. verſic. ſumus expediti.Ioan.Fab.col.4.& ſequuntur communiter docto.hìc.Alexand.& Iaſ.in l. videamus. §.deferre.col.2.ff.de in lit.iuran.Moder.Andega.in d. ſuo tract. fol. 44. quod ſic probatur: quia poſtquam non poteſt id quod intereſt duplum excedere, quando verè probatum eſt: à fortiori quando non eſt probatum,niſi per iuramentum.arg.l.eum qui.ff. de iureiur. quia ſi in certis taxatum ſit, ergo à fortiori in coniecturis.l.continuus.§.cùm ita.ff.de verb.oblig. Item fortius debet reſtringi iuramentum affectionis,quàm veritatis, quia affectionibus & laſciuiis hominum obuiandum eſt. arg. l. in fundo.ff.de rei vendica.l.ex damni. de damno infect.Alber. in d. §. iurare. Item quia hæc lex loquitur generaliter in omnibus caſibus:ergo &c.l.1.§.generaliter.ff.de lega.præſtan.

90 Nec obſtat d.l.videamus.§.iurare.vbi in infinitum licet iurare. fateor: ſed iudex taxare debet, vt duplum non excedat.per hanc l.Bar. hìc.& hæc opinio eſt illi text. conueniens. in verſic.& quidem. Et eſt communis, & in iudicando, & in conſulendo tenenda: & ſeruatur in curiis & praxi,ſecundum Pirrum,in d.l. quatenus.

*Differentia*

91 Sed replicatur,Iudex debet ſequi iuramentum,poſtquàm præſtitum eſt.§.oportet.in authen.de iudicib. colla. 6. & authen. nouo iure. C.de iudic.ſed ibi loquitur de iuramento veritatis,quod præſtatur pro expen.litis, hìc ſecus: & ratio eſt: quia ſi iudex taxaret poſt iuramentum expenſas, redargueret directò iurantem de falſo:quod eſſe non debet.l. non erit. §. dato.ff. de iureiur. quod non eſt in iuramento in litem: quia non reddit iurantem periurum, ſed affectionem iudex ad iuſtam æſtimationem reſtringit.l.de periurio.ff. de in litẽ iurãd. Alber. Iaſ. & alij in d. §. iurare. glo. in verbo docuerit.in cap.1.de electio.lib.6. nec me mouet,quod ſi ageretur de ſingulari vtilitate,non admitteretur moderatio, hoc eſt falſum per hanc legem, quia iudex moderare illud iuramentum poteſt, vt vſque ad duplum extendatur, & non vltra, nec detegitur periurium vt ſequitur.

*inter iuramentum in litem,& veritatis.*

92 Nec obſtat, quòd iudex non debet deferre iuramentum ei, quem ſcit deierare. l. 2. & ibi Bald.C.de indicta viduita. tollen. glo. in cap. clericos. de cohab. clerico. reſpon. quòd ille qui iurat ex affectione,non deierat: quia talis & tanta eſt affectio ſua: ſed non conſideratur, nec quæritur de periurio, ratione illius iuramenti.d.l.de periurio.vel exponit Moder.Andega.in infinitum:id eſt, de re non finita, nec taxata: quia lex non taxauit ad quam ſummam iuretur:ideo in infinitum dicitur iurari: id eſt,ſine finitione.allegat tex.in l.qui reſtituere.ibi, is inquantum aduerſarius in litem ſine vlla taxatione in infinitum iurauerit. ff. de rei vendi. & hoc poſtea declarat ibi iuriſcon. dic vt ſuprà dixi: hodie pars non debet vltra duplum iurare, per hanc legem: & ſi iurauerit, non attenditur:vt ſuprà dixi. quod tene menti: imò fortius cum hodie pœnę dupli & quadrupli ſint correctæ in conſcientia,& in curiis Regni Franciæ,glo.ſing.in cap. fraternitas.12. q.2. ob id non ſeruant iudices Franciæ, condemnationem ad duplum exacte, ſed quatenus probatum fuerit intereſſe, & veriſimile eis videtur,condemnant,& ſic regulariter vidi ſeruari tam in certis quàm in incertis.quod eſt in praxi notandum.

93 Item ſic debet iurare,Non expediebat mihi re illa carere, pro tanta pecuniæ quantitate. Vel,iuro vtilitatem meam tantam eſſe. & ſic ad vtilitatem debet referri, non ad affectionem, vt nollem re illa carere. ſecundum Bart. & communiter docto. hìc. & hoc refertur ad vtrumque videlicet & vtilitatẽ & affectionem.

*Forma iuramenti in litem.*

94 Item non obſtat quod adducit collega, Fulgoſ.opi. inſequens. in cap.hæc legis verba. in fine: videlicet, quòd ſi taxatum eſſet per legem,non debuiſſet dubitare Vlpia.in d.§. iurare.an taxare poſſet iudex,nécne:quia quę lege permittuntur, indubitatum eſt fieri poſſe. nil allegat. poteſtis adducere text.l. fin. C. de non numera. pecu. l. incerti iuris. famil. herciſcund.l. certi. C.de iudic.l.quæris.ff.de natali.reſtitu.

*Reſpon. ad ductis per Alciat.*

Reſpon.tempore Vlpiani nõ erat taxatum: ſed



ſed per hanc legem taxatur, in certis:ideo veriſimiliter poterat tũc dubitari.ſed hodie poſt hanc legem inter iuriſconſul. & iuris peritos non erit dubitatio.l.inter omnes. & ibi glo. ff. qui ſatiſda.cogan.

95 Minuſque refragatur quòd idem dicit: vt in d.l. videamus. relinquatur arbitrio iudicis: ergo non eſt taxatum: nam verum eſt de iure Digeſtorum. ſed hæc lex noua non eſt inconueniens quòd taxet hoc,& limitet.argu. l.non eſt nouum,& l.ſeq.ff.de legib.cap.1.& ibi plenè docto.de cõſtitutionibus.lib.6.cùm inducta ſit ad coarctãdum:vt in prin.huius legis patet:& cùm hìc non diſtinguatur inter contractus bonæ fidei, vel ſtricti iuris:hæc conſtitutio noua omnes caſus certos comprehendet: ſiue ſint bonæ fidei,ſiue ſint ſtricti iuris. vel intellige in incertis opinionem collegæ.

*Nota in praxi quid in intereſſe ſing.ſeruandum.*

96 Eodem modo reſpon. ad d. §. fin. l. videamus. vbi ex magna cauſſa à iureiurando diſcedere permittitur: non aliàs:quòd ſi taxatum eſſet,ſine cauſſa poſſet:dico, quòd non dicitur diſcedere ſine cauſſa,quando vltra duplum iuratum eſt: quia magna cauſſa eſt leges tranſgredi:quas tranſgreditur vltra duplum iurans in caſibus certis: ſecundum Renal. vbi ſuprà. vel dico ibi requiri magnam cauſſam antequàm poſsit à iuramento in totum diſcedere. alioqui contra glo.ibi.vel loquitur de iure Digeſtorum hìc de iure nouo: ex quo poteſt in caſibus certis etiam ſine cauſſa diſcedere,ſi iuratum ſit vltra duplum.

97 Nec me mouet quòd in infinitum permittatur iurare. in d.l.videamus. & l. qui reſtituere.ſed duplum non eſt infinitum:ergo &c.Reſpon.olim poterat in infinitum iurari,vt dictis iuribus:ſed illa infinitas refrænatur hìc: vt patet in proœ. huius conſtitutionis, quæ ad tollendum infinitatem inducta eſt.& ſic hìc videtur ſe referre ad illa iura:nec conturbari debes ſi replicetur quòd d.l.qui reſtituere.dicit in infinitum iurari,& ſine taxatione:ergo vltra duplum:cùm verba geminata de aliquo debeant operari.l.baliſta.ff.ad Trebel.reſpondeo, quòd vnum eſt expoſitiuum alterius: ibi infinitum exponitur:id eſt, ſine taxatione legis.ſecũdum Renal.ſed iudex taxabat.l.arbitrio. ff. de dolo. vel dic quòd de iure Digeſtorum non erat taxatum, ſed hac conſtitutione ſic, in caſibus certis:vt dixi.& ita intelligitur non à iudice.ff. de iudic.& licet Curt.dicat quòd ſingulare intereſſe non ſe extendit in infinitum, verum eſt per hanc legem, ſed ante eam diuerſum erat. vt patet in iſto text.

98 Nec aduerſatur l.tenetur.§.fin. ff. ſi quid in fraud. patro. quia procedit de iure Digeſtorum.vt dixi,nec procedit reſpon. quòd præſumatur verè iurantis intereſſe tantum, quantum iuratum eſt: idcirco præſtandum eſt,tanquàm ſi res eſſet iudicata. reſpon. licet præſumatur tantum intereſſe, adhuc tamen non poſſet exigi: quia ſi verè probetur id quod intereſt, vltra duplum non poteſt exigi in certis: ergo nec ex illa præſumptione:ne præſumptio plus operetur quàm veritas.l.regula.§.qui ignorauit.ff.de iur.& fact.igno.§. ſi quis rem ſuam. Inſtitut. de lega. dixi ſuprà, de intereſſe conuento. Poſſet tamen in incertis procedere, vt tantum intereſſe præſumatur quantum iuratum eſt:iudex tamen refrænare poteſt: vt d. §. iurare.

99 Et ſic practicatur:quòd iudex taxat, poſtea pars iurat non vltrà quàm taxatum ſit: alioqui fruſtra iuraret. Pirrus in l. quatenus. in 2. regula.ff.de reg.iur.vide Iaſ.in l. in actionibus. circa fi.ff.de in lit. iuran.& practicam illius tit. per Petr.de Ferra.in ſua pract. in forma libelli in actione reali.in glo.& in florenis.& in verb. iuriſiurandi.in forma reſpon. rei conuenti,vbi latius tradit.

*Practica no.iuramẽti in litem.*

100 Vltimo non obſtat, Poſt iuramentum nil quæritur,niſi an iuratum ſit.l.non erit.§. dato. ff.de iureiur.Reſpondeo, verum eſſe, quando voluntariè iuratum eſt,& delatum à parte parti:ſecus quando lex,ſtatutum, aut conſuetudo defert: quia tunc poteſt contrarium probari: etiam poſt iuramentum.Ioan.And.in cap.1.de tempo.ordinan.Alberi.in d.§.dato.Iaſ.in l. fin. C.vnde vi.Anto.Tremol.in additio. ad Vber. de Bonacurſo. in rubr. de perempt. except. in verb.iuriſiurandi.glo.in c.ſtatutum.§. cùm verò.de reſcript.lib.6.Idem quando iudex defert: quia tunc etiam poteſt retractari.l. admonendi.ff.de iureiuran. & l.in bonæ fidei.C. illo tit. ſicut in hoc iuramento in litem. ſecundum Alberi.in dicto §.iurare.col.2. & ibi Iaſ. quem legit cum §.deferre.vel dic rectius, vt proximè dixi in practica.Nec obeſt l.ſi quando. C. vnde vi.& c.fin.quod met. cau. quia ibi propter delictum, & probationis difficultatem, ſecundum Cardina.in c.ſacro.de ſenten.excom. Iudex tamen ex coniecturis refrenare poterit.ſecundum Iaſ. & alios in dicta l. ſi quando. vel loquitur in iuramento veritatis.ſecundum Iaſ. in dicto §.iurare.

*Declaratur §.dato. quòd poſt iuramentũ, nil quæritur.*

101 Idem ſi probo te debitorem meum:ſed non in qua ſumma:quia iuramento meo ſtabitur de ſumma, ex coniecturis & veriſimilitudinibus.quod eſt valde ſingulare, & notandum.l. fin.§.1.C.de bon.autho.iudic. poſsiden. & milies de facto occurrit.ſecundum Cepol.in cautel.208.aliquis mutuauit.& ita fuit iudicatum ſecundum eum: ideo hæc opinio tanquàm communis erit tenenda:licet alia ſit ſubtilis,& egregia,& à ſubtili collega ex rigore verborum extracta.

*Nota bene creditor.*

102 Secundò limita,per glo. in l.fin. ff. de oper. ſeruo.& per tex. & Alber. in l.competit.§.1. ff. quod vi aut clam. Tertiò non procedit in caſibus à iure expreſsis, & ſic videtur loqui text. in l.non tantum. ff. de appella. & ibi eſt vtile, quia vita prorogatur, ob id iſtud extenditur ad alios caſus ſimilem habentes rationem.

103 Quartò limita,quò ad inducendam actionem:quam affectionis ratio inducit in contractibus bonæ fidei.l.cum ſeruus.ff.manda.Intellige,ſi fuerit honeſta: ſecus ſi inhoneſta: vt de zona data per amaſiam,quæ non præbet actionem:

*An affectionis ratione inducatur actio.*

nem:

nem,nec auget condemnationem.Alberi. in l. 1.col.2.ff.de in litem iurand.ſecus in ſtricti iuris actionibus, in quibus affectio non inducit actionem,etiam ſi fuerit cauſſa honeſta.glo.in l.fideiuſſoris.ff.de pac.quæ eſt ordinaria,& approbata,ſecundum Iacobi.ibi.& Iaſo.in l. quidam cùm filium.nu.7.ff.de verb.oblig.& in l.1. col.2.de in lit.iuran.& conſil. 41. in duab. col. pen.in 3.vol.

104 Fallit in minore. l. ſi in emptionem. ff. de minorib.& hoc ſequuntur communiter doct. & iſta eſt communis, & in practica ſeruatur, teſte Pirro, in dicta l. quatenus. in 2. regul. in fine.

*Opinio Alciati citatur.*

105 Contra hanc communem opinionem inſurgit, more ſuo, ſubtiliter collega noſter Do. Alciat.in cap. hæc legis verba. ſic dicens: Cui conceditur maius,& minus debet concedi,nil allegat.facit regul.cui licet.de reg.iur.lib.6.pulchrè declarat D.Cantiuncula,in Topica iuris. fol.109.in arg.à comparatione.ſed conceditur vt actio de nouo producatur.ſecundum communem:quod eſt maius, ſecundum eum:ergo etiam condemnatio debet ob affectionem augeri,quod eſt minus.

106 Secundò probat: bonum eſt argumentum de augmento ad diminutionem: & econtrà. arg.l.fin.ff.de lega.3.eſt ignominioſum doctori perito adducere in arg.poſtquàm ſunt iura formalia,quæ allego:primo tex.formalem. in l.& ſi contra tabulas.ff.de vulga.l. in ratione. in 2. ad leg.Fal.l.pen.& ibi Bald.C.de ſolutio.l.1. de iure emphy.ſed per affectionem minuitur condemnatio:ne laribus ſepulchriſque auitis quis careat.l.in fundo. ff. de rei vend. ergo ob affectionem augeri debet.

107 Tertiò ſuadet: nam actio reſciſſoria teſtamenti, eſt ſtricti iuris.Bart.in l.ſi hæres.ff.de eo quod cer. loco. ſicut quælibet alia reſciſſoria. ſed hæc competit ob affectionem. l. libertus qui ſoluendo. ff. de bonis liber. ergo affectio producit actionem:etiam in actionibus ſtricti iuris.

108 Quartò probat ex l.pater.ff.de euictio. vbi ſi fundus dotalis euincatur conſtante matrimonio:actio ex ſtipulatu duplæ patri competit ob affectionem:& tamen actio ex ſtipulatu eſt ſtricti iuris.in d.§.actionum.& doct. in rub. ff.de verb.oblig.& in l. quicquid aſtringendæ. illo tit.

109 Item probat tam in contractibus ſtricti iuris,quàm bonæ fidei, actionem affectionis ratione oriri:per l.ſeruus ea lege.ff.de ſer. expor. vbi ſi tradiderim tibi ſeruum ea lege vt manumittas:vel ne proſtituatur: & non ſerues conuentionem, agam ad id quod intereſt ratione affectionis:ſiue contractus fuerit bonæ fidei,ſiue ſtricti iuris. hæc ſunt fundamenta collegæ D.Alciati ſubtilia.

*Communis eſt tenenda Reſpon. iuribus adductis per Alciat.*

110 Si quis tamẽ velit communem tenere(quæ non eſt in iudicando, nec in conſuluendo omittẽda.l.1.in ver.crebrior.ff. de offi.quæſt.l.1. in prin.ibi ita omnes opinantur.de his qui notan.infa.l.ita vulneratus.§.rurſus.ibi, authoritati veterum. ad leg. Aquil. cap. nouimus. de verb.ſignifi.ca.in canonicis.19.diſtin.quia præſumitur verior. Nam facilius veritas inuenitur, quando à pluribus quæritur. cap.fin. 20. diſtin.& ſapiens,Iudicium plurium nunquàm contempſeris vnus.Et præſumitur per imperitiam iudicare, qui inhæret ſingulari opinioni, relicta communi.Alex.conſil.95.viſis.col.2. in 2.vol.no.docto.in c.1.de conſtit.latè Neuiſa.in ſua ſilua nuptia.) poteſt ſic ad illa argumenta reſpondere:

111 Et primo, quòd non eſt maius actionem conſequi propter affectum,quàm augere:nam habenti poteſtatem ita facile eſt de nouo producere,ſicut augere,& extendere.l. 2. Cod. de pact.inter empt.& vendito.facit l.1.C. de Iuſtinia.C.confir.& ibi not.l.1.§.omnia.de veter.iure enuclean.& l.cùm mota.de tranſact. & illud Ouidij,Non minor eſt virtus &c. §. quorum. in proœ.Inſtitu.Sed conditor voluit actionem oriri ob affectionem in actionibus bonæ fidei, non augeri condemnationem:ergo huic deciſioni ſtabo.

112 Non obſtat ſecundum,quòd bonum eſt argumentum de augmento ad deminutionem. Reſpondeo,verum eſſe, quando eſt eadem ratio:alioqui non.Dec.in l. ſecundum naturam. ff.de reg.iur. ſed ibi eſt diuerſa ratio. nam fauorabilius eſt diminuere, quàm augere.l. Arrianus.ff.de actio.& oblig.iuncta l.quę de tota. ff.de rei vendica.facit l.diem proferre.§. ſi plures.ff. de recept. arbitr. l. fauorabiliores. & ibi Dec.de reg.iur.

113 Item quando eſt vna præſumptio accuſans, altera excuſans: recipitur illa quæ excuſat in totum,vel partem.l.vlti.§.videri.ff. de bon. eo. qui ante ſenten.mortem ſibi conſciuer. Guido Papæ ſing.204.Pirrus in dicta l.quatenus.in 2. regula.Nam inhumanum eſſet,quòd ex facto alterius quis re ſua carere deberet dicta l.in fundo.& l.Titius.de actio.empt.& quòd ad ſatisfaciendum pro expenſis ædificij per alium facti, quis cogatur vendere lares proprios, & bona auita.ideo ſtatuitur vt ibi.

*De actione reſciſſoria contra teſtamenta.*

114 Non refragatur etiam quòd actio reſciſſoria contra teſtamenta ſit ſtricti iuris: quia fac eſſe: tamen ſapit naturam bonæ fidei. ideo ſecundum naturam illius regetur. l. in minorum.C.ex quibus cauſ. in integ.reſtit. non eſt neceſſa. Pirrus in dicta l.quatenus. in 2. regula. Soci. conſil. 133. profectò.colum.3.in 2. volum.Moder.in §. actionum. colum. 4. Inſtitu. de actio.

*Nouus intellectus ad l.libertus.*

115 Item in dicta l. libertus qui ſoluendo. erat vtilitas cum affectione: cùm patronus debeat habere quartam ex bonis liberti. §. ſed noſtra. de ſucceſſ.libert.Inſtit. ſi alius ſit hæres inſtitutus:& adeat:eſt ſoluendo hæreditas,poſtquàm inuenit hæredem: vt dicit ibi text. quem clamat ſing.Bal.in margar.in verbo, hæres.quæſt. 46.ſic dicitur de hæreditate quæ inuenit emptorem. l. ſi hæres. ff. ad leg. Falcid. & ſi bene conſpicias illum text. ibi affectio non producit actionem: ſed præteritio facta de patrono inducit



inducit bonorum poſſeſsionem: vt ibi patet: dum dicit, non ergo ideo minus habere debet ius petendæ bonorum poſſeſsionis: quia animo potius, quàm aliorum computatione bona liberti æſtimat. & ille text. probat quòd affectio non tollit actionem, nec impedit: ſed non probat id ad quod eum inducit collega, vel alij moder.

*Declaratio ad l.pater.*

116 Nec obeſt. d.l.pater. quia ſtipulatio contractui bonæ fidei appoſita, aſſumit naturam bonæ fidei. l.1.§.ſi quis ſub conditione. ff. vt lega. vel fideicommiſ.l.ſi ſtipulatus.de vſur.§.fuerat. Inſtitut. de actio. Ideo tanquam bonæ fidei actio conſiſtit.

117 Item ibi erat vtilitas cum affectione: videlicet,vt filia eſſet dotata:vt probat ibi text.intereſt &c. ne pater teneatur iterum eam dotare: cùm ſit officium ſuum dotare filias.l.fin.C. de dot.promiſſ.& vt ea mortua fundum dotalem poſsit repetere:vt probat ibi tex.ſi recte intueatur.probat etiam text.ibi, quòd magis paterna affectio inducit:intelligendo dictionem,magis, comparatiuè poni:nam ſola affectio (licet glo. ibi dicat)non inducit actionem.

118 Præterea ſtipulatio iuncta contractui nominato,aſſumit eius naturam:& debet regi ſecundum naturam contractus, cui adhæret.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur.l.2.verſicul.parui.ff.de priuileg.cred.l.cùm mota.C.de tranſact. vide tex. ſingul.in l.ſi legati ſerui.ff. de legat.1. & §. fuerat. Inſtit.de actio. l.1. §.ſi quis ſub conditione. ff. vt legat. vel fideicommiſ. Bartol.in l.ſi quis cùm aliter. colum.2.ff.de verbo.obligat.& in l. 1.§. hæc actio. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ. fuerit. Socin.conſil.199.in cauſſa tacta.col.2. in 2.vol. Vincen.in l.2.§.item ſi in facto.colum.20. ff.de verbo.obligat.& Iaſo.in d.l.cùm mota.collega ſibi contrarius in rubric. de verbo.obligat. Sic conſuluit Bald.conſil.213.punctus talis eſt.in 1. volum. vbi probat per ſimilitudinem pacti incontinenti appoſiti. nam ſi iungatur contractui bonæ fidei,parit actionem præſcriptis verbis:quæ eſt bonæ fidei.l.2.C.de pact.inter emp. & vendi.§.actionem.Inſtit.de actio.ſi iungatur contractui ſtricti iuris,eſt ſtricti iuris.l.iuriſgentium.§.quin imò.& ibi not.ff.de pact.quia principale influit in acceſſorium ſuam qualitatem, quam in initio habebat: vt not.in l.certi condictio.in glo.ff.ſi cert.pet.

*Replicatio Alci.tollitur.*

119 Item dum replicat,ibi:Nec dixerit quiſquam ſtipulationem hanc, quoniam venditioni acceſſerit, bonæ fidei eſſe. argu.l.ſi ſtipulatus. ff. de vſur. melius facit textus in l. in bonæ fidei. & ibi tradunt per illum textum docto. ff.de eo quod cer.loco. Bart.in l.ſingularia. in 6.ſpeciali.ff.ſi cert.peta.Iaſ.in rubri.ff.de verbo.obligat. col.7.& l.miles.§.decem. & ibi Iaſ. col.penult. de re iudic.

Præterea,ſecundum eum,ſtipulatio eius contractus naturam cui accedit ita imitatur,vt firmiorem validiorémque conuentionem faciat: non vt qui non teneretur, idcirco teneatur: & qui agere non poterat, idcirco poſsit. allegat Alexand.in l.1.ff. de pact.inquantum dicit non teneri propter ſtipulationem, loquitur contra text.apertum in l.quamuis. C.de vſur. vbi ſtipulatio vſurarum facit vt teneatur, qui extra eam non teneretur. l. blanditus. de fideiuſſo. Item ſi nudo pacto promiſi decem: & ſtatim per ſtipulationem viginti, comprehenſis illis decem: is qui non tenebatur ex pacto nudo: nunc tenetur, & in plus,per ſtipulationem: vt notoriè patet: ergo non indiget probatione. not.in l.ſi pacto.C.de pact.

Item ſtipulatio de dupla, non facit vt pater agat fundo euicto: nam ſine ea ratio affectionis iuncta contractui empti & venditi (cùm ſit contractus bonæ fidei. §. actionum. Inſtitu. de actio.) facit vt producatur actio, quæ aliàs non produceretur. l. fideiuſſoris. ff. de pactis. Pirrus in dicta l.quatenus. not. tamen quæ ſuprà dixi. Et hic labyrinthi cuſtos adeo intra ſuum inundatus eſt labyrinthum,vt vix ſe vel videat, vel intelligat, quæ ſcribit,tam confusè, támque prolixè more ſuo loquitur, & ea confuſione qua alios notat, & maiore inuoluitur, adeò quòd ſibi minime conſtat vt quilibet intueri poterit & materiam euictionis alienam, & dupli,hic etiam extra oleas tradit, ex ſua, vt dicit, ἀναλγήσει extricare ſe cupiẽs,in σύγχυσιν deuolutus eſt,à qua vix egredietur.

120 Non obſtat d.l.ſeruus ea lege.quia in contractu bonæ fidei ſecundum gloſ.ibi loquitur. vel reſpondeo, ſecundum Pirrum, in dicta l. quatenus. quem ſequitur Renal. fol. 49. quòd ibi affectionis intereſſe, non præbet actionem: nec ille text. de hoc loquitur: ſed de eo quod intereſt generaliter: quia generaliter intereſt hominis hominem beneficio affici:cùm natura quandam cognationem inter nos conſtituerit.l.vt vim.ff.de iuſtit.& iure. Obſtat tamẽ text. ibi, affectionis ratione rectè agetur: quocirca ego dicerem, quòd illud eſt ratione expreſſæ conuentionis, quæ eſt appoſita iuxtà contractum bonæ fidei: videlicet venditionis, ideo ſecundum naturam illius regi debet. l. in bonæ fidei.& ibi not.docto.C. de pact.& ſuprà dixi, nec probat quòd in contractibus ſtricti iuris, (cùm ibi ſit pactum, iuxta bonæ fidei contractum)oriatur actio affectionis ratione tantum: imò ibi intererat, vel ratione pœnæ alij promiſſæ, vel libertatis cauſſa, vt ibidem patet:vide.

*Nouus intellectus ad l.ſeruus.*

*Cõtra Alciat. text. adducitur expreſſus.*

121 Et inquantum dicit, quòd tacitè videtur actum, vt ſeruus manumittatur, quando emitur, & in aliis contractibus bonæ fidei, loquitur contra tex.formalem, & expreſſum in l.4. §.ſi ab ignoto.ff.de manumiſ.qui ſic dicit,ſi ab ignoto emptus ſit, poſtea autem pretium obtulerit ſuum, dicendum erit non eſſe audiendum:ab initio enim hoc agi debet. & ibi dicit glo.in verb.debet.vt emptor eum libertum faciat. Ecce ergo quomodo debet fieri conuentio, vt ſeruus manumittatur: alioqui emptor non tenetur eum manumittere poſtea: etiam ſi ſeruus offerat pretium ſuæ emptionis emptori: vt ibidem dicitur.& not.ibi, plumbi. & glo.approbata in d.l.cũ ſeruus.in verb.nullum.

Ergo requiritur, quòd ſit expreſsè actum vt manumittatur, aliàs ſuperflua eſſet conuentio expreſſa, contra doctrinam gloſſ.in l.1.ff.quod met.cau.& Bal.in rubri.C.de contrahen.empt. quæſt.9.Item omnes ſerui empti,eſſent manumittendi,quod eſt abſurdum, nec propoſitum in mente retentum quicquam operabitur. l. ſi repetendi. C.de condictio. ob cauſſ. imò quis præſumitur ſeruum emere ſua cauſſa, videlicet vt eidem emptori ſeruiat: non vt eum manumittat,vel vt alteri ſeruiat:niſi ſit expreſſum. d.l.4.§. ſi ab ignoto. l.mancipia. & l.multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. aliàs præſumeretur iactare ſuum:quod eſt iuri contrarium.l.cùm indebito.ff.de probatio.nec præſumitur quis donare velle. l.filiusfamil. ff. de donatio.nec facit ratio affectionis, quam quis habet in alium, quia maiorem erga ſe habet.l.præſes.C.de ſeruitut.& aqua.& diuinare eſt,dicere dominum aliàs non venditurum, niſi vt manumitteretur, quia communiter homines ſua cauſſa res diſtrahunt, non alterius. l. 1. ff.de contrahend. emptio. nec placet reſpon. quam dat ad l. ſi in emptionem.& dict.l.cùm ſeruus.quòd ibi agatur de re recuperanda, in qua affectio producit actionem,ſecus in acquirenda. loquitur contra textum formalem & clarum in l. non eſt probabilis. C. de reſcind. vendi. ſic dicentem: Non eſt probabilis cauſſa, propter quam reſcindi conſenſu factam venditionem deſideras, quamuis enim duplum offeras pretium emptori, inuitus ad reſcindendam venditionem vrgeri non debet. Ecce ergo quòd licet habeas affectionem ad rem venditam recuperandam, tamen illius ratione non poterit recuperari, alioqui omnes res fermè recuperarentur,quod diſſuadet text.in l. 1. & ſeq. C. de venden. reb.ciui.lib. 11. & miror quòd non aduerterit collega ad iſta tam facilia, nec Bart.in l.videamus.ff.de vſur.hoc dicit.

*Alcia. contra tex. loquitur.*

Item inquantum dicit dari actionem ratione affectionis: quando agitur de iure conſeruando, vel quando res eſt perdita.text.eſt formalis in contrarium, in fi.ff.de oper.ſeruo.& l. ſi ſeruum.ad leg.Aquil. Nec refragatur dicta l. in fundo. quia ſuprà dixi quomodo intelligi debeat,in 4.nota.

Item dum dicit actionem oriri ex affectione, quando expreſſe conuentum eſt: tam in bonæ fidei quàm ſtricti iuris iudiciis.dico oriri ex conuentione, ſi fuerit veſtita, non ex affectione,ſed eius ratione ſic,vt patet in l.iuriſgentium.§.quinimò.ff.de pact.& d.l.cum ſeruus.& & aliis iuribus ſuprà allegatis: & ſic tutior videtur communis opinio.

122 Nota tamen,quòd iniuriam illatam, ratione affectionis: poteſt conſanguineus proſequi. l.1.& 2.& l.lex Cornelia. ff. de iniur.l.in perſonam. de pact. Alberic.in l.vt vim.col.pen.ff.de iuſtit. & iure. vide l.ſed & hæ.de procura. & l. exigendi.C.illo tit.& actio tunc ex iniuria oritur,non ex affectione.

*Sexta diuiſio,de intereſſe ex delicto.*

123 Alia eſt diuiſio:quoddam eſt intereſſe proueniens ex delicto, quoddam ex quaſi delicto, quoddã ex contractu.aliud ex quaſi contractu.

Ex delicto, eſt damnum ex delicto proueniens,vt ſi inſtrumẽta ſubtraxiſti mihi,per quæ poteram probare rem ad me pertinere,vel mihi deberi decem: quia non habeo, ſuccumbo: teneris ad id quod intereſt,quod ex tuo prouenit delicto: videlicet ex furto.c.ſi quis.12.q.2.l. qui tabulas.& l.quidam tabularum.ff.de fur.l.ſi quis teſtamentum.ad leg.Aquil.

*De intereſſe ex quaſi delicto.*

124 Ex quaſi delicto, vt ſi quis iniuſtè me excommunicauit: quamobrem amiſi actionem iniuriarum, aut aliam:quia id tẽporis non poteram agere. c.intelleximus.de iudic. agam ad id quod intereſt, ex quaſi delicto prouieniens. doct.in d.c.ſi quis.& l.ex maleficiis. ff.de actio. & oblig. Cardi.in c.ſacro.col.9.verſi.quæro an alio modo.de ſent.excom. §.1.de oblig.quæ ex quaſi delic.inſtit.l.1.ff. de his qui deiecer. vel effude.Spec.eo.tit.in §.fi.in fi. Aſten.in ſua ſumma.lib.7.tit.8.art.3.in 2.q.

*De intereſſe ex contractu.*

125 Ex contractu patet in l.1. & per totum.ff.de actio.empt.vel ſi petam plus loco, aut tempore:in caſibus à iure permiſsis, poteris commodum medij temporis vel loci petere. l.vna. C. de plus petitio. l.2. & l.ſeq.§. fin.ff.de eo quod certo loco.Specul.eo.titul.§.fin.verſic. & vt hic articulus.

126 Ex quaſi contractu,vt prælatus tenetur ſoluere expenſas in proſequutione electionis factas,ex quodam quaſi contractu. c.vt præteritæ.de electio.Specul.in titul.de fructibus & intereſſe.§.fin.verſicu.in ſumma.Cardina.vbi ſuprà. Item qui gerit negotia abſentis,vel pupilli. §.1.& ſeq.Inſtitu. de obliga. quæ ex quaſi contract. naſcun. l.1.§. de rationibus. ff. de tutel.& ratio.diſtrahen.

*Septima diuiſio de intereſſe publico, & priuato.*

127 Alia eſt diuiſio: quoddam eſt publicum, aliud priuatum. Publicum quoddam inæſtimabile, aliud æſtimabile. Publicum inæſtimabile ſic definitur per Do. Igneum, in dicta l. quatenus.colum.6.Eſt reparatio ſtatus publici læſi,propter aliquod iniuſtè factum,vel non factum: datum, vel non datum,quæ commodè æſtimari non poteſt. Non placet, quia poſtquam non poteſt æſtimari: ergo nec reparari. argu.l.decem.ff.de verb.oblig.Igitur ego ſic definirem: Intereſſe publicum inæſtimabile, eſt læſio ſtatus publici, propter factum iniuſtum, vel ceſſationem contingens, quæ æſtimari commodè non poteſt.

*Noua definitio intereſſe publici inæſtimabilis.*

*Non licet iuxta ciuitatis muros, aut caſtra, ædificare.*

128 Primò ponitur exemplum in ciuilibus, vt ſi ædificium fiat iuxta ædes ſacras, aut muros ciuitatis, vel caſtri: nam reipublicæ intereſt ne fiat. ff. ne quid in loco ſacro. & ne quid in loco publico.& ne quid in flumi.publi.per totum. Item ſi deformetur aſpectus publicus.d.l. 1.ne quid in loco ſacro. l.nam & reipublicæ.ff. de noui ope. nuncia. l. de pupillo. §. ſi quis riuos.illo titul. l.opus. ff.de oper.public.requiritur ſpacium quindecim pedum, à loco ſacro vel publico.l.ſi cui.& l.ſequen.C.de ædif.priua. l.2.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.hoc tamen eſt ſecundariò publicum, principaliter priuatum.gloſſ.in l.1.§.huius ſtudij. ff.de iuſti.& iur.





l.ſeruum.§.publicę.de procur.l.non tantum.de appel.l.1.ſolu.matri.& hoc in faciẽdo conſiſtit.

129 Aliud in non faciendo conſiſtit, quod fieri debuit:vt ſi via publica non ſit refecta. l.ædiles. ff.de via publica. nam reipublicæ intereſt,alioqui fundus proximus itineri erit. l.ſi locus.§.1. ff.quemadmodum ſerui.amit. gloſ.in c.omnes leges.1.diſtin.

Item in principio decreti habetur, non facias aliis,quod tibi fieri non vis.l.1.& l.vt vim. ff.de iuſti.& iur.d.l.de pupillo. §. ſi quis riuos. de no.oper.nunciat.

130 Item conſiſtit in non dando quod dari debet:vt ſi quis non ſoluat tributa, quæ reipublicæ intereſt ſolui. l.omnes. in 1. C. de anno. & tribu.lib.10. Item ſi debita fiſco non rependat. in authen.vt iudic.ſine quoquo ſuffrag.fiant.§. illud.verſi.oportet.colla.2. & §.publicorum.de manda.princip.colla.3. alia exempla citat Do. Igneus.col.7.d.l.quatenus.

131 Adde etiam,quòd in criminalibus conſiſtit: & primò in faciendo: vt ſi commiſſum fuerit delictum, quod reipublicæ expedit manifeſtari: vt coërceatur. l.licitatio.§. quod illicitè.ff.de public.l.ſi longius. §. 1. de iudic. l.ita vulneratus. §. quòd ſi quis.ad legem Aquil. cap.vt famæ.de ſenten. excommu. nec commodè æſtimari poteſt, quanti interſit reipub. liberam & purgatam eſſe prouinciam malis hominibus. l.congruit.ff.de offi.præd.ſatisfit tamen reipub. ſi pro modo delicti,& perſonæ conditione, ac qualitate, pœna reo ſtatuatur. l.1. ff. de iuſti.& iur.l.1.C.ad legem Iul. repetunda. l.aut facta.§. fi.ff.de pœnis.

*Notent iudices.*

132 Et in hoc oportet eſſe iudices ſtudioſos, vt congruis delinquentes pœnis afficiant.Bald.in d.l.ita vulneratus.in fin.quòd ſi deſides fuerint circa delictorum coërtionem,aut pœnam à iure ſtatutam ſine cauſſa diminuant, ſimilitudine ſupplicij puniri debent. text.ſingula.in l.fin. C.ne ſanctum baptiſma reiter. ſecundum Romanum ſingu.77.veni.qua. Cepol.cautel.234. ſi iudex.& Rauen.in alphabe.in verb.delicta.& infamia notantur. in l.ſeruos. C. ad legem Iuliam. de vi publica. quam ſingul.& vnicam in mundo clamat.Roma.dict.ſing.77.& Chaſſa. in conſuet. Burgund.in rubric. *des iuſtices*.§.5. in glo. *à l'arbitrage*.num.24.in conſuetud.Burgundiæ. & Hippoly.in practi. §.expedita.num. 87. vide textum in l.1.C.de deſertori. libro 12. & in ordinat. Regis Caroli quinti, articul. 2. vbi prohibet pœnas criminales in mulctas pecuniarias commutari. in l. 2. C. de commerciis & mercato. Conſiſtit etiam in non faciendo: vt ſi vaſſallus non defendat dominum ſuum. cap.1. quibus modis feud.amittatur.aut ſeruus. l.1.ff. ad ſenatuſconſcon. Syllanianum, & ibi dixi, in repeti.l.diuus. necnon in dando conſiſtit:vt ſi quis dat iudici pecuniam,vt eum corrumpat.Nam reipublicæ intereſt,ne id fiat. l.1.cum authen. ibi poſita.C.de pœna iudi. qui malè iudica.

*Cõtra emẽtes officia.*

133 Idem ſi dat pecuniam ratione officij habendi:quia in crimen ambitus incidit.l.vna. ad legem Iuliam. ambit. imò ſic per pecunias officium acquirens, dicitur ſymoniacè acquirere. glo.in l.2.C.de murilegu.lib.11.nec obtinens eo modo, debet gaudere priuilegiis ſui officij. l. vniuerſi.C. de legatio.libro 10.& puniri debet amiſsione dignitatis,cum viginti libris auri. l. vna.C.de piſtoribus.lib.11.licet hoc non obſeruetur:ſed Temporibus noſtris quicunque placere laborat:Det,capiat,quærat: plurima,pauca,nihil.gloſſ.in cap.cùm Marthæ. de celebrat. miſſa.& maledicta emptio officiorum,ac beneficiorum, hodie inualuit in magnum animarum & totius reipublicę detrimentum:ideo intereſt reipub. non eſſe datam pecuniam. authen.vt iudic.ſine quoquo ſuffrag.fiant.collat. 2.& in authent. ſcriptum exemplar. ibidem & hos ementes & vendentes reprobat Dominus. Matthæi 21.c. nullus. 1.q.1. Idem dando pecuniam publicam, vel conſumendo.in l.Iuliam. peculatus incidit. l.1. & ſequen.ff.ad legem Iul. pecula. vide in arbore breuem declarationem ac vtilem. & quæ dixi ſuprà in prima diuiſione,vbi tenui nouam opinionem videlicet non reperiri intereſſe inæſtimabile. vide etiam ſuprà in præfatio. quæ dicta ſunt. & per Baldum in l.1.nu.8.ff.ſoluto matri.col.4.

*De intereſſe publico æſtimabili.*

134 Publicum æſtimabile, eſt æſtimatio læſionis publici ſtatus, contingentis propter alicuius factum iniuſtum,vel ceſſationem iniuſtam. Pone in re eccleſiæ alienata contra legis prohibitionẽ:ob quam alienans tenetur illi eccleſiæ ad id quod intereſt,quod poteſt ęſtimari.§. quia verò. & §. ſicut damnoſas. in authen. de non alienan.reb. eccleſiæ. colla.2. l.iubemus.§. œconomus. C.de ſacroſan.eccleſ.c.2.& c.nulli. de reb.eccleſ.non alien. extrauag.1.illo titul.in communibus.l.qui autem.§.fi.ff.ſi quis cautio. ſcripſi in compendi.aliena. rerum eccleſ. Idem puto de alienante res pupilli.l.ſi.C.de magiſtr. conue. cõſequens eſt ſi quis alienet res reipub. argu.l.qui ſolidum. §.etiam.ff.de leg.2. & Do. Igneus.d.l.quatenus.col.8.Non abſimile eſt in officiali alienante ſuas res,reipub.obligatas.l.1. C.de præd.decurio.lib.10.

*Domus ædificata in loco publico an debeant deſtrui.*

135 Idem ſi domus eſt ædificata in loco publico: ſi non nocet vſui publico,non debet tolli: ne vrbs ruinis deformetur, ſed pro ſolo pecunias reipublicę dabit,ſi nemine prohibente primò ædificauerit.l.2.§.ſi quis nemine.ff.ne quid in loco publico. l.1. & ibi patruus meus Iacob. Rebuffus. C. de diuerſ. præd.lib.12. & per hoc patet quid ſit publicum, & etiam priuatum: quia cognito vno de contrariis,cognoſcitur & reliquum. l.1.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur. docto.in rub.ff.de acquiren.poſſeſſ.nam omne quod non eſt publicum,eſt priuatum.

*Octaua diuiſio de intereſſe vltionis, affectionis, & applicationis.*

136 Alia diuiſio: Quoddam eſt intereſſe vltionis, affectionis, & applicationis. Vltionis eſt, vt ſi vendam ſeruum, qui commiſcuit ſe cum filia, ea lege ne manumitteretur: vel ne remaneat in ciuitate, propter filiam: hoc enim pactum impediet libertatem,ratione vltionis, ſeu vindictæ.l.penul.C.ſi mancipia ita fuer.aliena. vt manumit. l. ſeruus ea lege. ff. de ſer.export.

facit l. penul. ff. de condict. cauſſa data. & l. moueor. & per totum. C. ſi ſerui. exportan. vene. idem conſului ruſtico, qui vendiderat bouem cornupetam ea lege, ne in ſua parrochia paſceret: & emptor omnia bona ſua, ne hoc fieret, obligauerat: promiſeratque pœnam, ſi contrauentum fuiſſet: quod poterit in curia ſigilli, ſi ibidem ſit obligatus, exponi clamor pro damnis, & intereſſe contra emptorem, ſi contrafactum fuerit conuentioni. l. 2. C. ſi ſer. exportan. vene.

*No. pro ruſtico obligato ad rigores parui ſigilli.*

Intereſſe affectionis ſuprà fuit declaratum: applicationis, vt quando damnum paſſo applicatur: & hæc lex in eo loquitur, ſecundum Bal. in d. l. pen. C. ſi mancip. ita fue. aliena.

*Nona diuiſio de intereſſe valoris, mœroris, & pudoris.*

137 Alia eſt diuiſio: Aliud eſt intereſſe valoris, mœroris, & pudoris.

Intereſſe valoris eſt, vt ſi non tradas rem, teneris ad id quod intereſt: id eſt, quantum valet res: & quandoque in plus. d. l. 1. ff. de actio. emp.

Aliud eſt intereſſe mœroris: quia ſi fœnum mihi venditum non tradidiſti, idcirco boues & equi mei mortui ſunt fame: paſſus ſum mœrorem, non tamen peto illum, ſed intereſſe intrinſecum ſic, vt infrà dicam. l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem. ff. de act. empt.

*No. qui facis conuiuia & emis perdices.*

138 Intereſſe pudoris: vt ſi volebam facere feſtum pro doctoratu, vel filia nuptui danda: vendidiſti mihi perdices, capones, & ſimilia, vel vinum, & non tradidiſti: quare feſtum ob vini defectum ludibrio fuit: & maximè mihi pudori: tamen non conſequar hoc intereſſe, ſed quantum cōmuniter valuit tempore conuiuij. Specul. in titul. de fructib. & intereſſe. §. ſi. verſi. ſed quid. tex. & ibi Bald. in l. cùm venditorem. C. de actio. emp. & ſic emens rem ſimilem cariori precio, eo quòd res debita non traditur, poteſt intereſſe petere, quando res empta eſſet ſimilis bonitatis. Bald. in l. ſi traditio. C. de actio. emp.

*X. diuiſio de intereſſe certo & incerto.*

139 Alia eſt diuiſio: quoddam eſt certum, aliud incertum. Certum: quando apparet quid, quale, quantúmve ſit. l. certum. ff. ſi certum petat. vt ſi domum promiſiſti fabricare: & ſi ad tempus vel diem non perfeceris, promiſiſti centum: hoc eſt certum. l. fin. ff. de præto. ſtipula. l. nummis, in fine. de in lit. iuran. l. ſi pœnam. de verbo. oblig.

Incertū, quod per ſe non eſt liquidum, quid, quale, quantúmve ſit. l. vbi. §. illud. ff. de verbo. obligat. docto. in l. 3. §. fin. de eo quod cer. loco. & à principio intereſſe dicitur incertum: tamen ratione ſpei infallibilis poteſt dici certum, & peti condictione certi. tex. & ibi glo. & docto. in l. certi condictio. in princip. ff. ſi cert. petat. & hoc poteſt fieri certum quandoq; officio iudicis taxantis de iure digeſtorum. declaratur in l. videamus. ff. de in lit. iuran. Item per teſtes, & iuramentum: vt dicam in glo. in verb. ſubtilitatem. Iacob. in l. ſi. ff. ſi quis in ius voca. non ier. vbi licet à principio ſit incertum, poſtea poteſt certificari. Itē poteſt dici certum per rerum naturam, licet contrahentes neſciant. Alber. in d. l. vbi. §. illud. Renal. in prin. ſui tract. de eo quod inter. quod parum placet, quia omne intereſſe diceretur certum.

*XI. diuiſio, de intereſſe ex cauſſa probabili & honeſta &c.*

140 Alia diuiſio: Intereſſe aliud eſt ex cauſſa probabili, & honeſta, aliud ex cauſſa probabili, ſed non honeſta: quoddam ex cauſſa honeſta, ſed non probabili. gloſſ. & docto. in l. manifeſtiſsimi. C. de fur.

Primum eſt: ſi res mea ſit mihi furto ſubtracta, intereſt mea ex cauſſa probabili atq; honeſta: idcirco furti agam. l. 1. & per totū. ff. de furt.

Secundum, ex cauſſa probabili, ſed non honeſta, vt in fure qui furatur rem ab alio: qui, licet ſua interſit, eo quòd tenetur ad reſtitutionem, tamen furti non aget, quia eſt inhoneſta cauſſa: & nemo ex improbitate ſua actionem conſequi debet. l. itaq;. & l. eum qui emit. §. is autem. ff. de furt. dixi ſuprà in definit. 1. Bar. ibi, iuſta vtilitas &c.

141 Limita, niſi à principio voluntatem domini habuerit, vt quia erat ei commodata, & ipſe etiam commodauit, & ſic commodando furtum commiſit. l. qui vas. §. ſi ego. ff. de fur. Poterit tamen fur condicere poſſeſsionem rei furatæ per condictionem triticariam. l. 1. & ſeq. ff. de condictio. tritica. Cin. & alij. in d. l. manifeſtiſsimi. C. de fur.

Ex cauſſa honeſta, ſed non probabili, vt ſi emi rem, & antequam ſit mihi tradita, vel quaſi, fur eam acceperit: licet mea interſit ex cauſſa honeſta, tamen furti non agam: quia cauſſa non eſt probabilis, id eſt, non habeo dominium, vel ius in illa ante traditionem. l. eum qui emit. in princip. & l. is cuius. in fin. ff. de fur. glo. in dict. l. manifeſtiſsimi. l. traditionibus. C. de pact.

*XII. diuiſio: de intereſſe lucri, & damni.*

142 Alia diuiſio: Intereſſe quoddam in damno conſiſtit, aliud in lucro, vt hac lege patet. verſi. & hoc non ſolum. Alber. & communiter doct. hic, & Pet. de Ferra. in ſua pract. in forma libel. in actio. reali. in glo. & in florenis.

*XIII. diuiſio: intereſſe quoddā legale, aliud iudiciale.*

143 Alia diuiſio: Aliud legale, aliud iudiciale.

Legale, quod à lege taxatur, vt hic in caſibus certis ad duplum. gloſſ. in verb. proferuntur. infrà.

Iudiciale, quod per iudicem æſtimatur, vt in caſibus incertis. D. Igne. in d. l. quatenus. col. 11. ſuprà dixi in ſummario huius legis.

*XIIII. diuiſio: de intereſſe intra rem, & extra rem.*

144 Alia eſt diuiſio: Intereſſe aliud eſt circa rem, quod vocant quidam intra rem, ſeu intrinſecum: aliud extra rem, quod vocant extrinſecum, ſeu remotum: & probatur hæc diuiſio. in l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem. ff. de actio. empt. l. & tantum. §. in hac. de ſer. corrup. Intereſſe circa rem, ſeu intra rem: quod dicunt: & pro eodem hic accipiunt quidam docto. qui hæc nomina intrinſecum & extrinſecum confinxerunt. ſecundum Moder. hic, ſcrutandum eſt quid ſit: & profundum pelagi ad hoc declarandum ingredimur, teſte Cyn. hic. col. 6. ideo Specul. in eod. tit. §. fin. verſic. in ſumma. declarat: Ego verò citabo principales opiniones, & primò Barto. recitat hic. col. 7. verſi. item quæro iuxta &c. opinionem Vltramonta. qui quò ad nos Citramontani ſunt, dicentium intereſſe



tereſſe circa rem eſſe, quod ſequitur rem quocumque vadat: ideo ſi ſeruus ſit hæres inſtitutus, tota hæreditas dicitur intereſſe intrinſecum. l. venditor. ff. de euictio. l. inde Neratius. in princ. ad legem Aquil. ſi non ſequitur rem penes quemcumque vadat, vt in tigno cuius vitio domus perit, dicetur intereſſe extrinſecum. l. Iulia. in princ. ff. de actio. empt. idem in lucro, quod aliquis tanquam mercator facere potuit. dict. §. cum per venditorem. Petr. tamen ſic dicit: Intereſſe circa rem eſt, ſiue in extrinſecis, ſiue in intrinſecis: dum tamen comitetur rem, quocumque vadat: ſed intereſſe extra rem, quod non comitatur rem. & hoc ſequitur Bar. in l. & tantum. §. in hac. ff. de ſer. corrup. & in d. l. venditor. & Alberi. hic. col. 4. reprobato exemplo, de hæreditate data ſeruo.

*De dictione, ex, & propter.*

145 Poſtea Bartol. præmittit, quòd habemus dictionem ex, & propter: dictio, ex, denotat cauſſam proximam: dictio, propter, & ob, cauſſam remotam. l. non dubium. ibi, ex eo, vel ob id. C. de legib. l. 1. ibi, ex ipſo mandato. vel propter, ſi ſeruus extero. l. eo tempore. in fin. ff. de pecul. Imo ego dicerem quod dictio, ex, denotat ſeparationem, non intrinſecitatem. l. à caligato, & ibi docto. C. de nupt. quod probat: excommunicatio idem eſt quod extra communionem poſitio. facit cap. accedens. 50. diſtin. & ibi no. Archidia. ſequitur Corne. conſil. 338. videtur. col. 3. vol. 1. & ſic aliquando ſumitur. quo præſuppoſito, ponit quid ſit intrinſecum: videlicet idem quod ipſa res, ſeu eius æſtimatio: & illud quod immediatè ex re prouenit, vt fructus, partus & ſimilia. tex. in extra. vna. in §. in ſoluendo. de decimis. in extrauag. communibus.

Extrinſecum eſt, quod occaſione rei prouenit, non ex re ipſa: vt pœna, hæreditas, familia fame necata: & cætera id genus. text. de rei occaſione. in l. manifeſtiſsimi. §. ſed cùm in ſecundam. C. de fur.

*Seruitutes an ſint in bonis, vel extra.*

146 Præterea reprobat Pet. opinio, in intrinſeco, dum dicit ſequi rem, quia ſeruitutes prædiales ſequuntur rem. l. cum fundus. ff. commun. prædio. & tamen non ſunt intrinſecæ, nec in bonis noſtris dicuntur. l. 1. ff. de vſufruc. lega. ergo id non dicitur intrinſecum, licet ſequatur rem. D. Igne. in d. l. quatenus. col. 6. defendit opinionem Petri, dicens, licet non ſint in bonis, nec etiam dicuntur extra bona. d. l. 1. de vſufruct. lega. imò quò ad aliquos effectus dicuntur in bonis noſtris. l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. domi. vbi res dicitur in bonis, quando & actio & exceptio datur. l. loci. §. 1. ff. ſi ſeruit. vendic. §. æquè. Inſtit. de actio. ergo quò ad hoc dicuntur in bonis. facit text. in l. in venditione. in princip. ff. de bon. autho. iudic. poſsid. vbi in venditione bonorum venit vſuſfructus, qui eſt ſeruitus. l. 1. §. ſi vſuſfructus. ff. ad leg. Falcid. facit l. bonorum. §. in bonis. de verb. ſignifi. Item licet res non ſint in bonis principaliter, ſed acceſſoriè, tamen veniunt in æſtimatione & petitione. l. creditor. in 1. ff. de pignor. actio.

Nec obſtat d. l. 1. ideo ſeruitutes non dicuntur in bonis: quia ſine prædio alienari non poſſunt. l. ſi aliena. §. 1. ff. de vſucap. nec per ſe eſſe poſſunt, niſi cum re vel perſona. l. 1. & ibi not. ff. de ſeruitu. l. 1. commu. prædio. item dicuntur quædam qualitas. l. ſeruitutes. ff. de ſeruit. vrba. prædio. quæ non poteſt eſſe ſine ſubiecto. l. eius. & ibi nota. doct. ff. ſi cer. pet. ſequitur amicus meus & conterraneus Do. Iacob. Bonaud. in addit. ad Ioan. de terra rub. in princ. primi artic. in tracta. contra rebelles regum. Aduerte tamen, quod dicta l. 1. non dicit quod docto. aſſerunt, ſed tantum dicit ſeruitutes non eſſe ex bonis, nec extra, ergo non dicit in bonis. vt ſcripſi abunde in l. rei prima. ff. de verb. ſign. vbi abunde elucidaui.

Item quia accedunt prædio, cui debentur. dicta l. cum fundus. ergo d. ſeruitutes acceſſæ non erunt in bonis, ſed potius ipſe fundus dominans. Panormita. & moder. in cap. cum eccleſia. circa finem. de cauſſa poſſeſſ. & proprie. ſicut dicitur de eo quod accedit veſtimento. §. ſi tamen. Inſtitu. de rer. diuiſio. & de tigno ædibus iniuncto. in l. rerum mixtura. ff. de vſucap. Plus dicit hic Bart. hæreditatem dici extrinſecum intereſſe, & non intrinſecum: quia non ex re venit, & ita reſidet, & collega in ſententiam Bart. pedibus vadit. Iacob. de Aren. prout, refert hic Alberic. colum. 4. dicit aliud eſſe intereſſe rei, aliud ex re, aliud extra rem. Bald. in effectu idem probat in addit. ad Specul. in eo. titul. colum. 4. verſic. item no. ponens intereſſe rei, circa rem, & extra rem, quod Salic. nouis tamen verbis, non reprobauit, dicens aliud intrinſecum, aliud extrinſecum: & iſtud aliud proximum, aliud remotum. Socin. in rubric. col. 11. ſequitur: ponens intereſſe rei, circa rem, & extra rem.

*Intereſſe rei, ex re, & extra rem, quid.*

Intra rem, eſt æſtimatio damni reſpicientis bonitatem intrinſecam rei, prout eſt in tempore quo agitur: vt ſi res vendita non traditur, vel ſi res mea deſtruitur: illud eſt intereſſe commune ſuccedens loco rei deductæ, in contractu vel maleficio. l. 1. ff. de actio. empt. l. 2. ad legem Aquil.

Intereſſe circa rem, eſt quod rei accedit, vt hæreditas ſeruo delata, & venit illud tanquam cohærens & connexum. l. proinde. in prima. verſi. Item cauſſę corpori cohęrentes æſtimantur. ff. ad leg. Aquil. d. l. venditor.

*De dictione, circa.*

147 Nam dictio, circa, rebus cōiuncta, non principalitatem, ſed acceſsionem notat. l. Rutilia Polla. ff. de contrah. empt. l. qui duo de ſeruitu. ruſti. prædio. & hoc differt ab eo quod eſt intra rem, quia magis latè patet, circa, quàm intra, ſecundum eum. col. 11. & intra rem, non excedit pretium commune intrinſecæ bonitatis: ſecus in hoc. in d. l. proinde.

Intereſſe extra rem, eſt æſtimatio damni, non reſpicientis intrinſecam bonitatem rei, nec aliquid quod rei cohæreat, ſed ex toto eſt ſeparatum, vt patet in intereſſe pœnę, in quam incidit propter moram debitoris. l. liber homo. 2. in fin. & l. ſi pœnam. ff. de verbo. obligat. attamen quia fruſtra ſit per plura, quod poteſt

fieri per pauciora, & idem iudicatur de intereſſe circa rem:ſicut de intra rem.vt in d.§.cùm per venditorem.

Item dictio, circa, aliquando ponitur, pro intra.l.vltim.ff.de iure fiſci.& ibi glo.l.fi.C.de poſthu.hære.inſtit.ideo opinio Bart. tanquam communis erit tenenda:quam hic communiter ſequuntur doctor. & eam communem dicit Dec.in rub. col.penul.licet fortè in puncto iuris opinio Socin.ſit verior, quia intra,& circa, differunt, & d.§.cum per venditorem.non loquitur planè de intereſſe extra rem, etſi ad hoc communiter allegetur,& inductio doctorum(ſi ſit intereſſe circa rem: ergo extra rem: cùm poſito vno ex correlatiuis, reliquum ponatur.l.fi.C.de indict.viduit.tol.) non eſt ſufficiens, nec video eſſe correlatiua, attamen ne ſingularis videar,cogitet doctus.

*Declaratio ad §. cùm per venditorem.*

148 Non tamen aliqua requiſita in illo §. primum, quòd res non ſit tradita, & ſic requiritur mora:ibi dum dicit,ſteterit quominus rem tradat. Secundò, quòd ſtet per debitorem: ſecus ſi per creditorem in textu,ibi,per venditorem. Tertiò,quòd ſit vtilitas circa rem:ergo ſi extra: non attenderetur: ibi, quæ modo circa rem conſiſtit. Quartò, quòd non ſit rei æſtimatio: quia illa ſi augetur, bene attenditur, vt ibi, quamuis æſtimatio creſcat. Socin. conſilio 156. pro fundamento. colum.3.in 2.volum. Quintò, vt illud lucrum quod petit, habuiſſet creditor, ſi ei res ad diem fuiſſet tradita:ibi, hoc haberet emptor. & ſuper his cogita, quia ſunt periculoſa.dicam in glo.dupli.aliqua.

*Noua definitio intereſſe circa rem,& extra rem.*

149 Ideo nouiter ſic definio: Intereſſe intrinſecum, eſt æſtimatio vtilitatis non habitæ culpa alterius, circa rem conſiſtentis,vt fructus & partus.declarat text.in l.denique. §.fina.ibi, ſic tamen vt incrementum ex rebus peculiaribus ad eum perueniant: vt puta partus ancillarum, vel fœtus pecorum. ff. de pecul. lega. & hæc definitio fundatur in d. §. cùm per venditorem. ſequitur. Ambroſ.de Vignate.in repet. cap.ſalubriter.num.247.de vſur. Corne.conſi. 306.licet.in 1.volum. Alexand.& Iaſ.in l.nummis.ff. de in litem iuran. Poteſt poni etiam, ſi auctum fuit pretium monetæ: nam debitor, à tempore quo debebat reddere, tenetur. l. cùm quid.ff.ſi cert. petat. Albert.Brunus in tract.de augmento monetæ. Idem ſi venditor recipiat fructus poſt ſolutum pretium, citra conuentionem & conſenſum emptoris, eos tenebitur reſtituere.l.curabit. C.de actio.empt. & ibi no. vide l.cùm per venditorem. illo tit. & pone de l.3.§.ſi reddita.ff.commod. & l.1.§.ſi res depoſita.ff.depoſit.

Extrinſecum, eſt æſtimatio vtilitatis non habitæ culpa alterius, extra rem proueniens. dicto §.cùm per venditorem. Poteſt poni in ſeruo hærede inſtituto,occiſo.dict.l.inde Neratius. & familia fame necata, ob frumentum non traditum: & in libro non tradito ſcholari:quòd ſi fuiſſet ei traditus,alter Bartol.effectus fuiſſet, vt eis aſſerit. Item poteſt poni in l. proinde.in prima.ff.ad leg.Aquil.vel quia non ædificaſti mihi ouile, oues demortuæ ſunt frigore in hyeme,vt quidam allegabat in hac ciuitate:& hoc non attenditur.Multa alia exempla poteris per te inuenire: & recentiores ponunt,ad quos te remitto.

*Intrinſecū, & extrinſecum,multis modis dicitur.*

150 Notandum eſt tamen, quòd multis modis poteſt dici intrinſecū,aut extrinſecum. Primò dicitur extrinſecum, quod extra numerationem aliquorum caſuum euenit:& ſic id quod eſt extra ſpecificata.l.1.C.loca.& ibi gl.& doct. l.5.§.nunc videamus.ff.iudica.ſol.

Item extrinſecus dicitur accedere hæreditati, quod ex ipſa hæreditate non prouenit. l. item veniunt.§.item non ſolum. & ibi gloſſ.ff. de petitio. hæredi. Item bona filiis extrinſecus dicuntur venire, quando extra ſubſtantiã teſtatoris proueniunt.l.cùm oportet.§.ſub hac. C.de bon.quæ liber.licet in contrarium videatur tex.in l.qui proprio.§.procurator.ff.de procur.vbi res quas ob litem conſequitur procurator,vt fructus rei petitæ, vel aliquid obueniẽs ex ſtipulatione ob rem non defenſam,dicitur extrinſecus obuenire: eò quia principaliter ipſius litis ſeu rei nomine non venit. Item extrinſecus, quæ extra bona delinquentis veniunt.l.defenſionis.C.de iure fiſci. lib. 10. Aliquando extrinſecus dicitur quod ad præſentem actum nil pertinet,ſed eſt ſuperuacaneũ.l. quæ extrinſecus.ff.de verb.oblig. Quandoque quod eſt extra cauſſam, perſonam, vel rem. l. quid ergo.§.quantum.ff.de his qui not.infa.& l.ſi ſpõſus.§.ſi maritus.ff. de donatio. inter vir. & vxor. Liuius lib. 5. belli Punici, paulò poſt principium:ibi,cauſſa fortè extrinſecus maturandæ eius interuenit.Aliquando extra perſonam.l.bona fides.verſ.incurrit.ff.depoſit. interdum extrinſecus, extra dotem.l.quod dicitur. ff. de impenſ.

Item dicitur extrinſecum, ratione alicuius modi adhibiti circa cauſſam efficientem: vt ſi dolo induxero te ad contrahendum. Bal. in l. non dubium.in 7. oppoſit. C.de legib.vbi dicit tunc ineſſe vitium in parte non intrinſeca. Aliquando id quod occurrit non ex re,ſed extra naturam rei. l.fluminum. §. vicinum. & l. damni.in 3. ff. de dam. infect. Ponitur etiam extrinſecus, extra hanc actionem.l.fin.ff.de tigno iniunct. Item extra actum. l. quæritur. §. puerperam.ff. de ædili.edict. Et extrinſecus,extra pecuniam, quam pro publico faciunt.tex. in l.ſacrilegij. §. qui cum in moneta. ff. ad leg. Iul. pecul. Item extrinſecus, dicitur extra filij poteſtatem. text. cum gloſſ. in l. iam dubitari. ff. de hæred. inſtit. Et extrinſecus habitus debet portari per religioſos, non coopertus. clement.2. & ibi gloſſa de vita & honeſta. cleric. Item extrinſecus, extra verba ſcripta. l.1. §.1.ff. de his quæ in teſta. delen. Aliquando extrinſecus extra deponentem authent. ſed iam cautum. C.depoſit.& ibi gl.& in authen. de depoſito.collatio.5.vide tex.in authen.vt iudic. ſine quoquo ſuffra. §. an certè. colum. 2. Item extrinſecus extra contractum. l.donationes quas diuus.C.de donatio.inter vir.& vxor.vide alia iura



iura loquentia de extrinſeco: & ibidem quomodo accipiatur.cap.Petrus.39.diſt. l. qui domum.ff.loca.l.vna.C.ſi rector prouinc.l.vlti.de nouat.l.cùm nemo.de acquir.poſſeſſ.l. proponebatur.§.fin.ff.de iudic.& l.ex libero.§.1. ff.de quæſtio.l. cùm quis. in fin. de dote præleg. & Matthæi 7.cap. Intrinſecus ſunt lupi rapaces.

*Nota de qualitate intrinſeca & extrinſeca,& quando præſumatur.*

151 Item qualitas intrinſeca dicitur, cum qua quis naſcitur:vt pacificus, ſobrius, caſtus, bonus,ignarus:& iſta præſumitur.l.ſi verò.§.1. ff. qui ſatiſd.cog.& ibi glo.

Alia eſt qualitas extrinſeca,quæ ex accidenti nobis & extrà euenit:vt ſcientia,doctoratus, mercatura, canonicatus: & cætera id genus. glo.ſing.in cap.ſi fortè.de elect.lib.6. quam ibi ſing. dicunt docto. & Alex. conſil. 28. viſo & præhabito.col.2.in 2.vol.& conſil.79. viſis. in 4.vol.& conſil.219.ponderatis.col.4. in 6. vol. Barba.conſil.33.ſcripſit.col.1.in 2.vol. Do. Geminia.conſil.87.apparet.& Barba.in cap. quia. V.col.4.de iudic.cap.in præſentia.& cap. quoniam.de proba.& in rub. de fide inſtru. colla. 124.in paruo vol.& in c.1.col.penul. de pecul. cleric.ſequitur Fel.in c.ſi.col.1.de præſumptio. Iaſ.& alij, in l. ſciendum. ff. de verbo. obliga. Albert. Brunus in tracta. de forma & ſolenni. actus, rub. de probatio. & præſumptione formæ &c.

*Quis non præſumitur familiaris papæ.*

152 Item quòd quis ſit familiaris papæ,eſt qualitas extrinſeca: ideo non præſumitur, ſi non probetur.Barba.conſil.82.clementiſsimi.col.2. in 4.vol.quod facit ad intellectum multarum regularum cancellariæ.

Idem ſi quis dicat ſe ad ordines promotum. D. de Rota.deciſio.84.not.quòd vbi. in antiq.

Quod limitant docto. præſumi, quando non fuit per partem oppoſitum. c.ea noſcitur. de his quæ fiunt à præla.Matheſila.no.12. nota quòd illa.

*De bonitate intrinſeca, & extrinſeca.*

153 Item quædam eſt bonitas intrinſeca, quæ à natura rei prouenit:& ex rei qualitate ſubſtantiam capit:vt in vino color, & ſapor, ſeu guſtus.& hæc attenditur.l.cùm quid.& l. vinum. ff.ſi cer.peta. & Geneſ.1.ca. Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona:ſcilicet bonitate intrinſeca.

Bonitas extrinſeca,eſt valor rei,augmentũ, & ſimilia:& non attenditur niſi à tempore moræ.l.ratio.§.ſi per venditorem.ff.de actio. emp. & d.l.vinum.& l.cum quid.

154 Extrinſeca declarant intrinſeca.cap.ex ſtudiis.de præſump.§.pauonum.Inſti.de rer. diuiſio.l.his qui.§.diuus. ff.de tutor.& curat.dat.ab his. de perſecutione intrinſeca & extrinſeca tradit Bal.in c.niſi.col.vlti.de renuntiat.

*Solennitas intrinſeca, & extrinſeca.*

155 Poſtremò, quædam eſt ſolennitas intrinſeca:quædam extrinſeca. Intrinſeca dicitur illa, ſine qua actus non poteſt conſiſtere iuxta intentionem principalem agentis, ſeu quam natura rei prolatæ comprehendit: vel eſt apta comprehendere:vt ſi dico fideiuſſorem: ergo & ſtipulationem, cùm ſine ea fideiuſſor eſſe non poſsit.l.blanditus.C.de fideiuſſo.§.ſi.Inſti. illo titulo. Igitur ſtipulatio dicetur intrinſeca ſolennitas fideiuſsionis.

Idem de interrogatione,& reſponſione, verbis & non re facta, inter præſentes, & ſine interuallo,in ſtipulatione.l.1.& ibi not. docto. & l.ſciendum.ff.de verb.oblig.Bal.in l.ſolam.col. 4.C.de teſtib. Item qui dicit teſtamentum, & hæredis inſtitutionem, ſine qua teſtamentum non ſubſiſtit. §. ante hæredis. Inſtit. de lega. l. eam quam.C.de fideicom.

Nec obſtat illud dici extrinſecum, quod tacitè ineſt. l.conditiones, quæ extrinſecus. ff. de condi. & demonſtrat.quia ibi ideo eſt:nam conditiones à iure extra,ſeu præter,factum teſtatoris diſponentis inducuntur:& quò ad illud factum dicuntur extrinſecæ, licèt quò ad ius dicantur intrinſecæ.Alber.Brunus.in tract. de forma & ſolennita.actus.rub.quotuplex eſt forma.verſic.aliam etiam.fol.12. col.1. Extrinſecum etiam dicitur, ſine qua actus verificari poteſt: vt ſi quis dicat, venditionem à pupillo factam: non eò dicit authoritatem interueniſſe(quæ extrinſeca dicitur ſolennitas) quia ſine illa contrahit.§.præterea.Inſtit.quib.mod.tolli. obliga.l.2.ff.de nouat.

Vel extrinſeca eſt, quæ per ſe requirit formam: Intrinſeca, quæ de ſe non requirit formam,ſed ineſt.Bal.in d.l.ſciendum.& ibi doct. ponũt quòd extrinſeca non præſumatur altera. ſic Soci. in tracta. fallentia. reg.376. & ſeq. ſolennitas &c. duobus ferè verbis perſtringo in arbore quam feci, de eo quod intereſt. & an hoc intereſſe debeatur: vide in glo. in ver. dupli. vbi trado regulam cum limitationibus.

156 Alia eſt diuiſio:aliud commune, aliud ſpeciale.

*XV. diuiſio: de intereſſe communi,& ſpeciali.*

Commune eſt, quod omnes canonicos eccleſiæ tangit: nam ſi præbendæ omnium minuantur, omnium intereſt:ideo quilibet poteſt agere, vel excipere, ne hoc fiat: ac ſe opponere,cap.cum omnes. & ibi doct.de conſtit. doct.in rub.de his quæ fiũt à maio.par.capitu.

Speciale, quando præbenda alicuius minuitur: vt in d.c.cum omnes.Innoc.in c. cum eccleſiaſticæ.col. 2.de exceptio.D.Boër. in additi.ad Dyn.in reg.mora.de reg.iur. lib.6.

157 Alia diuiſio: aliud eſt totale, aliud particulare.

*XVI. diuiſio:intereſſe totale, & particulare.*

Totale eſt,ſi emptor rem non tradat.l. 1. ff. de actio. emp. in totum id quod intereſt, tenetur:vt ibi, & Salic. in l. ſi minor. C. de actio. empt. etiam totale poteſt dici in caſibus incertis.

Particulare,ſi tradiderit,& non cauerit, tenetur ad particulare intereſſe: puta ſi emptor alteri vendat, & non tanti poteſt vendere, quanti vendidiſſet ſi fuiſſet cautum:agetur ad illud intereſſe particulare.l.ex empto. §.fin. ff. de actio. empt. & ibi Bar. & alij. & no. quòd ſtipulatio ad intereſſe totale non committititur, niſi ſemel.l. cùm quærebatur. ff. iudica. ſol.ſed ad particulare ſic.l.ſi procurator.ff.rem ratam haberi. Vincen.in l. ſi kalendis.col.2.ff. de re iudic.

*XVI. di-*

158 Alia eſt diuiſio:quoddam eſt intereſſe mu-

*niſio: de intereſſe mutationis, perſonæ, fori, & iuris interitus*

tationis perſonæ, mutationis fori, & interitus iuris intentati.

*De alienatione facta in potentiorem, ratione officij ſeu diuitiarum.*

*Differentia inter rub. ne liceat potentio. & de alie. iudi.*

Intereſſe mutationis perſonæ eſt, vt ſi volebam à te petere rem: tu alienas in potentiorẽ dolo, vt duriorem mihi conſtituas aduerſarium: in eum caſum actione in factum agam contra te, quanti mea intereſt, propter perſonæ mutationem, citra iacturam cauſſæ, quam facis: & ceſsio non habet effectum: atque potentior recipiens cauſſam, punitur extraordinariè. l.1. §.pen. & l.non ſolum. §.hæc actio. ff. de aliena. iudic. mutan. cauſſa fact. Spec. plenè in tit. de ceſsio. actio. §. 1. per totũ. facit l.1. & 2. C. ne lice. potentior. quę habet locũ, quando alienatio fit in potentiorem ratione officij. Titulus de aliena. iudic. habet locum, quando alienatur in potentiorem ratione diuitiarum: vt no. docto. in d.l.1. C. ne lice. potentio. & Mathe. de afflict. in tracta. de iure protomiſeos. §. prohibemus. in primo not. vide caſum mirabilem. in §. ex eadem. & ibi Bal. in tit. de lege Conra. Soci. in tract. fallen. regul. 48. & vide Rofre. in tracta. libel. in 3. parte. in tit. de aliena. iud. mutan. cauſſa facta. fol. 45. & l.1. C. de nauib. non excuſa. lib. 11. vbi nauis, cui eſt adſcriptum nomen regis, vel principis, fiſco ſociatur.

159 Intereſſe mutationis fori: quando quis cedit ius ſuum priuilegiato, clerico, ſcholari, aut militi: non valet: & ad id quod intereſt agitur ratione fori mutati. cap. 2. de aliena. iud. mutan. cauſſa fact. not. in l. fideiuſſor. ff. qui ſatiſda. cogan. l. per diuerſas. & l. ſeq. C. manda.

*Ceſsio in ſcholares quando ſit per ordina. regi prohibita.*

160 Hodie poteſt fieri iſta ceſsio in clericum, vel ſcholarem: de patre in filium: etiam de iure. glo. & ibi docto. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. ſequitur Benedi. in repe. cap. Rainutius. in verb. mortuo. in 2. num. 5. de teſta. D. de Rota. deciſio. 177. ceſsio. in nouis. & à fratre fratri, & ab auunculo vel patruo in nepotem: vt patet in ordina. reg. Caro. 5. artic. 4. & in ſtylo parlamen. in 7. parte. rubri. de alien. iudic. mutan. cauſſa facta. requiritur tamen quòd iurent ceſsionem eſſe veram, non ſimulatam, & ad vtilitatem ſcholarium factam, & de tota ſumma: vt pleniſsime ſcripſi in ſcholaſtico. priuileg. 177. vbi & ampliationes & limitationes ad illam ordina. dictaui, & duodecim requiſita quæ ſunt in forenſi iudicio notanda.

161 Intereſſe interitus iuris intentati eſt, ſi volebas contra me agere: quidam te detinuit, & ſic amiſſa eſt actio, & interiit ius: ages ad id quod intereſt. l.1. & ibi Bald. col. 1. ff. ſi ex noxal. cauſſa agatur.

*Decima octaua diuiſio actionis amiſſæ, intereſſe, & circa damna, & expenſas.*

162 Alia eſt diuiſio: aliud eſt id quod intereſt actionis amiſſæ: aliud circa damna & expenſas actionis amiſſæ, ſi facto alterius actio ſit amiſſa: vt quia non potui intra annum iniuriarum experiri. l. ſi non conuitij. C. de iniur. agam ad id quod intereſt non fuiſſe amiſſam. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. & ibi docto. ff. ſi quis cautio. & proximè dixi.

Aliud circa expenſas: de quo in l. ſancimus. C. de iudic. aliud circa damna: vt hic, quando tua cauſſa paſſus ſum damnum. l. & ſi poſt tres. & ibi Alberic. col. 2. ff. ſi quis cautio. l. ſi ſi ne. §. cùm autem. iuncta l. in ſtipulatione. ff. rem rat. habe. de Intereſſe moleſtationis. vide text. in cle. 1. de reſcript. & glo. in l. Pompon. §. ſi ſtipuletur. ff. de procurato.

*Decimanona diuiſio: de intereſſe ex commiſſo, ex promiſſo, & ex diſpoſitione legali.*

163 Alia diuiſio: quoddam intereſſe venit ex commiſſo, aliud ex promiſſo, aliud ex depoſitione legali. Intereſſe ex commiſſo debetur: vt ſi quis interfecit ſeruum meum. & de hoc ſuprà dixi in diuiſione ex delicto.

Aliud ex promiſſo, vt in conuento: de quo etiam ſuprà dixi.

Aliud ex diſpoſitione legali, quando lex vult vt debeatur. Bald. conſil. 341. ſecundum ea. in 3. vol. & hæc in idem reincidunt.

*Vigeſima diuiſio: de intereſſe honoris, & cõmodi.*

164 Poſtremò aliud eſt intereſſe honoris, aliud commodi.

Intereſſe honoris eſt, quando de honore (qui eſt præferendus commodo pecuniario) agitur. l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſa cauſſa teſta. l. ſi in duabus. & ibi Alber. ff. de reg. iur. Imò & honor publicus præfertur publico commodo. Lucas de Penna in l. fin. C. de loca. prædio. ciuili. lib. 11. col. 8. & ſeq. Et cauſſa honoris, & vitę, æquiparantur. l. iuſta. ff. de manumiſſ. vindic. Ideo ſicut licitum eſt pro defenſione perſonæ hominem occidere: ita pro defenſione honoris. d. l. iuſta. & docto. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. vbi latius. & crudelis eſt qui illum negligit. ca. nolo. 11. q. 1. melius eſt alicui perdere oculum, quàm famam & honorem. l. infamia. & ibi patruus meus. C. de decurio. lib. 10. Et quando agitur de honore tum cauſſa dicitur ardua. l. ſi inimicitiæ. in fi. ff. de his quib. vt indig. Petrus Gerard. in ſing. 82. Chaſſa. in catalo. glo. mundi. conſidera. 2. 1. partis.

*Omnes appetunt honorem.*

*Quando poſsit pro honoribus agi actione iniuriarum vel officium iudicis implorari.*

*Nouus intellectus ad §. ſi quis de honoribus.*

165 Et poſſet agi actione iniuriarum. Bal. in l. obſeruare. §. antequàm. ff. de offi. procõſ. licet contrarium teneat Ioan. Fab. in §. aliam. Inſtit. de bono. poſſeſ. dicẽs poſſe implorari officium iudicis. Ego verò puto ſic opiniones poſſe concordari, etſi hactenus promiſcuè intellectũ fuerit. quia aut ille qui impedit honorem, aliquid vltrà facit in iniuriam alterius, & tunc agi poteſt iniuriarum: & ita intelligatur opinio Bald. per tex. in l. iniuriarum actio. §. ſi quis de honoribus. Ibi etenim multum intereſt (inquit) contumeliæ cauſſa quid faciat: an verò fieri quid in honorem alicuius quis non patiatur. ff. de iniur. aut nil facit: ſed tantum impedit quòd ille non prius in eccleſia offerat, vel in tali loco non ſedeat: & tunc poſſet implorari officium iudicis: nec poſſet iniuriarum agi. & ſic intelligatur opinio Ioa. Fab. in dicto §. aliam. licet communiter. docto. pertranſeant recitando. Primo Dominus meus in conſuet. Biturig. in §. 6. de conſuetud. iur. ſta. perſon. & Chaſſa. in conſuetudini. Burgund. in rubr. *des enfans de pluſieurs licts*. §. 4. in fin. principij Do. Ioan. *le Cirier*, in tracta. de iure primogenitur. quæſt. 3. lib. 2. & Petrus Gerard. ſing. 33. nobiles. Competerent etiam remedia poſſeſſoria: videlicet interdictum vti poſsidetis, aut vnde vi: ſi eſſet in quaſi poſſeſsione honoris. Ioan. Fab. in

dicto



dicto §. aliam. ſequitur Benedict. in repeti. cap. Raynutius. in ver. duas habens. nu. 21. de teſta. per text. & ibi Bal. in c. licet cauſſam. in princ. de probatio. Et poſſet manu armata reſiſtere is cuius impeditur honor. l. vt vim. & ibi docto. ff. de iuſti. & iure. Gerard. vbi ſuprà, ſingul. 33. nobiles.

*Not. bene.*

Intereſſe commodi tractatur hîc, quando agitur de commodo. alias diuiſiones miſſas facio: ſed potes videre per Moder. Andegauen. in ſuo tracta. de eo quod intereſt. fol. 149. cum ſequen. & nota quòd in conuentum commune & ſingulare, ferè aliæ diuiſiones ſunt reducibiles. Et per hoc habes intellectam arborem nouiſsimam, quam edidi ad intellectum huius difficillimæ materiæ: vt auditores, qui non poſſunt videre repetitionem hanc, ſaltem videant arborem breuiculam, & paruo negotio materiam reliquam intelligant.

*An lucrum poſsit peti in incertis.*

166 Vltimò ex glo. habemus, quòd etiam in caſibus incertis debet haberi ratio lucri: & hoc ponderando dictionem, &, in verſi. & hoc non ſolum. quæ eſt coniunctiua. l. ea tamen adiectio. ff. de lega. 3. l. ſi quis ita. de verbo. oblig. l. ſi hæredi plures. de conditio. inſtit. glo. in ca. 2. de reſcript.

Item ſuadetur ex illa dictione, hoc, quæ ad proxima refertur, & ea demonſtrat. l.1. ff. de no. ope. nuntia. & ibi Bart. & docto. ſed proximè Imperator loquutus fuerat de incertis: ergo & in illis locum habebit. Præterea non eſt dare rationem cur in vno potius procedat, quàm in alio: ergo nec diuerſum ius ſtatuetur. l. illud. ff. ad legem Aquil.

Item textus generaliter loquitur: ergo generaliter intelligi debet, tam in caſibus certis, quàm in incertis. l.1. §. generaliter. ff. de legatis præſtand. l. de pretio. de Publicia. in rem act.

*De verbo, reddatur.*

Nec obſtat, quòd tex. dicat, reddatur: quia dicitur etiam reddit, quod nunquam datum eſt l. cùm etiam. C. de reb. credit. l. plures apochis. de fide inſtrumen. l.1. ff. de Saluia. interdic. Idem de verbo, reſtitui. l.1. ff. quorum bono. & l.2. C. illo tit. l. ſi pater. C. de actio. empt. in fin. tex. expreſſus. in l. verbum reddendi. ff. de verb. ſignifi. vbi abunde ſcripſi.

Item non refragatur text. dum dicit, damnum, quia non negat de lucro: imò poſtea conſtitutio in verſi. & hoc. non ſolum venit ad declarandum & addendum, quòd non ſolum in damno, ſed etiam in lucro procedat. & hoc videtur tenere Bar. in l. ſi procurator. in fin. ff. rem rat. habe.

167 Item probatur in obligationibus facti, & ſic in caſibus incertis ſuccedit obligatio ad intereſſe. l. ſi quis ab alio. §. fin. ff. de re iudic. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. oblig. quod intereſſe conſiſtit tam in damno, quàm in lucro: vt hîc. ergo & in factis, & ſic in incertis.

Item ſi Imperator tantum voluiſſet lucrum poſſe peti in caſibus certis, hoc diſpoſuiſſet: vt in ſimili dicit text. in l. vna. §. ſinautem ad deficientis. C. de caduc. tollen. l. tribunus. §. fi. ff. de teſta. milit. l. denique. §. interdum. de pecul. leg. cap. ad audientiam. de decimis. Barba. conſil. 16. circa. col. 4. in 1. vol. Deci. conſil. 205. in cauſſa. num. 4. in fi. col. 2. ideo conſului mulionem teneri, qui promiſerat mercatori tempore nundinarum deferre merces Lugdunum: & poſtea extra excuſationem noluit deferre: ob id mercator non potuit vendere ſuas merces: & ſic non potuit lucrari. dixi lucrum poſſe etiam peti hoc in caſu: & multi ſequuti fuerunt opinionem meam. Intellige tamen vt dico in glo. vltima.

*Nota bene mercator.*

## *Gloſſa ſecunda.*

Secunda glo. poteſt per contrarium declarari. Hic tex. videtur ſibi contradictionem implicare; dicens dubitari pro eo quod intereſt. Si eſt, ergo eſt certum: quare non erat dubitandum. l. ornamentorũ: ff. de auro & argen. lega. glo. exponit pro eo quod intereſt: id eſt, ſuper intereſſe Hæc tamen expoſitio, ſecundũ Deci. & moder. non eſt neceſſaria: quia text. poteſt planè procedere ſine expoſitione: nec implicat contrarietatem, ſi rectè intelligatur: & huic ſententiæ me ſubſcribo.

*De dictione pro, multa.*

1 Nota tamen ex glo. quòd dictio, pro, exponitur pro ſuper: vt mutuo tibi decem pro tali fundo. & tunc ille qui habet fundum ſibi obligatum, tenetur computare fructus in ſortem. l.1. & 2. C. de pigno. actio. l. Titia. ff. de ſolutio. Bar. in l. codicillis. §. inſtituto. de lega. 2. & l. fundus. de annu. lega. Bal. per illum text. in l. ſi is qui. §. 1. ff. de pignori. conſuluit Alexan. conſil. 141. viſo themate. quæſt. 2. in 5. volum. & conſil. 156. l.1. & 2. C. de pignora. actio. Chaſſa. in conſuetudi. Burgun. in rubri. *des cenſes*. §. 4. glo. 1.

2 Aliquando exponitur, pro eo: id eſt, ad eius vtilitatem, vel fauorem. l. plures apochis. C. de fide inſtru. l. 3. de repud.

*Teſtis pro vtraque parte deponit.*

3 Aliquando pro aliquo dicitur fieri, licet fiat in eius damnum: vt teſtis debet pro vtraque parte deponere. glo. in l. 2. C. de eden. c. fraternitatis. & ibi glo. vlt. de teſtib. & tamen debet dicere veritatem, quæ tendit contra alteram. l. presbyteri. 1. C. de epiſco. & cleric.

4 Quandoque oſtendit improprietatem. l. 1. ff. de eo qui pro tuto. l. 1. ibi, ſed hos quoque pro inteſtatis accipere debemus. ff. de ſuis & legiti. l. patris. de vulgari.

*Declarantur multæ rub. ff. noui. & veteris.*

5 Aliquando ſimilitudinem, non veritatem notat: vt l. cogi. C. de pet. hæredi. & ſic intelliguntur illæ rub. ff. noui. pro emptore, pro ſuo, pro dote, pro donato, pro legato, pro derelicto. Item proprætor, prodictator, proconſul: id eſt, loco conſulis. l. 1. ff. de offi. proconſul.

6 Item denotat perſonarum ordinem, ſeu diſtinctionem: vt auus, proauus; nepos, pronepos. l. iuriſconſultus. ff. de gradib. & l. cui eorũ. §. item Pompo. illo tit. & Inſti. de gradib. per totum. Bart. & Iaſ. in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de lib. & poſthu.

7 Etiam ponitur pro cum. l. ſi pro fure. ff. de condictio. furti.

8 Ali

8 Aliquando exponitur pro nomine: vt, agit pro ſe & ſociis: id eſt nomine ſuo, & ſociorum. cap. cum M. de conſtitutio. cap. ſua nobis.de appel.l. fideicommiſſa. §. interdum. de lega.3.

*Pro Titio agere, quomodo intelligitur.*

9 Et hæc verba, pro Titio agit, triplicem habent ſenſum. Primo pro tali agit; id eſt, ad vtilitatem: & ſic nomine & re.l.fœminas.ff. de procura.l.exigendi.Cod. illo tit.Interdum dicitur quis agere pro alio: id eſt, nomine alieno videlicet: ſi ei ceſſæ ſunt actiones. nam directas nomine cedentis intentat, ad vtilitatem tamen propriam agentis.l.qui ſtipendia.C.de procur. glo. in l. non ſolum. ff. illo tit. Tertio dicitur quis pro alio agere: licet nomine proprio agat, ad vtilitatem tamen alterius: vt tutor agit pro pupillo.l.Polla.C.de his quibus, vt indig. glo. & Sali.in l. 2. qui accuſa.non poſſ.l.1. §.1.ff. de adminiſtra.tuto.

10 Tamen quando quis promiſit ſoluere pro tali: debet intelligi nomine talis.not.docto. in l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.& ſeque.ff. de verb. oblig. Corne. conſil. 177. in hac re.col.3.in 2. vol.verſi.& etiam quia.

*De recipiẽte libros pro tali, an eidẽ acquiratur actio.*

11 Et quid ſi quis recipiat libros pro Titio, an eidem actio oriatur ex tali receptione? Corne. conſil.169.licet in hac.in 1. vol. quòd non. per nota.in l.ſingularia.ff.de reb.credit.& quia per liberam perſonam alteri non quæritur actio. l.1. C.per quas perſonas nob.acquir.

12 Aliquando importat modum: vt lego decem pro alimentis: id eſt, cauſſa alimentorum. l.pen.§.fi.ff.de alimen.& ciba.lega.l.procurator qui.de procurato.

*Not. quando dictio pro, denotet cauſſam finalem.*

13 Et ſic denotat cauſſam immediatam & finalem: videlicet quòd aliàs non eram facturus. Bal.in c.1.in princ.de teſtib, per l.dominus Sticho.ff.de pecul.leg.Barba.conſil.54.clementiſſimi.& c.in cauſſa. col.1. in 2.vol. Soci. conſil. 227.præſens conſultatio. col. 9. verſic. confirmantur.in 2.vol.& vide Bal.conſil.234. decretum magnifici.col.2.& conſil. ſeq. in 1. vol. & non ſolum denotat cauſſam finalem, ſed cauſſam excitatiuam.Bald.conſil.264 qui feruore. in 3. vol.& vide eum conſil.340. & præmitto. in 3.vol.

Intellige denotare cauſſam finalem: quando adiungitur cauſſæ de futuro: ſecus ſi cauſſæ de præterito.Bar.in l.quibus.§.fi.col.2. ff. de condit.& demon.

*A Corneo diſceditur.*

14 Ex quo infertur Corne. malè conſuluiſſe. conſil.187.circa hanc.col.pen.lib. 2. dum dicit vxorem poſſe alienare, ſi teſtator dedit ei poteſtatẽ alienandi pro neceſsitatibus ſuis: etiam ſine neceſsitate. Nam dum dicit teſtator, pro neceſsitatibus ſuis: id eſt, ex cauſſa neceſsitatis: non aliàs: quia ſequeretur quòd ſimpliciter fuiſſet ei data facultas alienandi. quod non videtur verum.& not.in cap. cùm M. de conſtitutio.Bal.conſil.440.ſecundum ea in 5.vol.

*Not. quomodo debẽt intelligi verba.*

15 Nota tamen quòd hæc dictio, pro, cum aliis dictionibus, quando ponitur in legibus, debet intelligi ſecundum ſubiectam materiam. glo. ſing.in l.cas.ff.de conditio.& demonſtra.ſecundum Barba.conſil.20.col.17.in 2.vol. & Iaſ. in l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit.ff.de verbo.obliga. ſequitur Alex.in l.ſi ab hoſtibus.col.2..ff. ſolu. matrim.

*Nota perpetuò.*

16 Et eſt in arbitrio iudicis, & non partis: vt vna dictio ponatur pro alia.Ioa.Bapt. in additio.ad Alber.in verb.pro, & propter. vide Archid.in c.Agathoſa.63.diſtin.& Lucam de Penna, in l.fi. C. de bon. vacanti. lib.10. vbi ponit verſum:

*Cum, dat formalem: ſed per, dabit efficientem.*
*Materialem de, formal. m tibi dat pro.* Vide eum in l.1. C.de diuerſ.præd.lib.11.Bar.in l. Lucius.§.1. ff. de lega.2. in l. quibus.§. Termilius. de conditio. & demonſtrat. vide quæ amplè ſcripſi in l. rectè dicimus.ff.de verb.ſignifi.

*Gloſſa 3.verbi, productæ.*

1 Gloſſa in verb.productæ ſunt. non diuiditur: tantum reſpondet tacitæ quæſtioni, quæ poteſt fieri: videlicet, quæ ſint illæ (de quibus loquitur textus) dubitationes? & glo. reſpondet; An circa rem, vel extra rem, conſideretur intereſſe: & an in damno tantum, an in lucro conſiſtat: tamen illas dubitationes non habemus. Hanc opinionem gloſ. reprobant communiter docto. quia textus nil declarat de intereſſe extra rem: imò in illo tot & tantæ dubitationes oriuntur, quot vnquam fuerunt: ergo non ſatisfeciſſet interrogationi Imperator, contra §.præterea.inſtit. de inutilib. ſtipulat.l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff. de interroga.actio.c.inter dilectos. circa finem. de fide inſtrumen.Item de lucro & damno. Idem dicit quod & veteres: in verſic. & hoc non ſolum. ergo non de nouo ſtatuit: nec erat ſuper hoc dubitatum.Puto ergo, ſecundum Petrum hîc.colum. 1. quem ſequitur Soci. quòd dubitationes erant circa quantitatem petendi intereſſe: quia in infinitum de iure Digeſtorum tam in certis, quàm in incertis petebatur. Igitur ad tollendum illas dubitationes, tam circa quantitatem, quàm infinitatem, hîc ſtatuit Imperator in certis duplum tantum poſſe peti: in incertis damnum re vera datum per ſubtilitatem iudicis inquirendum.& ſic coniungendo opinionem Petri & Decij, habes verum (vt puto) intellectum: nec valde eſt de his diſputandum, cùm nil inde emolumenti nobis eueniat: curioſis, & commodum non quærentibus, relinquo: cùm in quæſtionibus non afferentibus vtilitatem non debeamus inſiſtere. glo.ſing.& ibi Card.in clem.1.in verſic.cooperante.de magiſtr.

*De quibus dubitationibus loquitur textus.*

*Gloſſa 4.verb.Melius.*

1 Gloſſa in verbo melius, ſoluit contrarium, quod fortè poſſet formari cõtra textum, quòd eſſet bonum, ſi in infinitum peteretur: cùm comparatiuum præſuppõnat poſitiuum.l.vbi. ff.de verborum obliga. reſpondet glo. melius: id eſt, bonum: ſed non eſt neceſſaria expoſitio Olim fortè non erat malum petere etiam in infinitum:

*Melius, an cõparatiuè ponatur: & de natura comparatiui, multa.*



infinitum: ſed iudex taxabat, in l. videamus. §. iurare.ff.de in lit.iuran.ideo poteſt exponi etiã comparatiuè: videlicet melius eſſe coarctare, quàm ſi in infinitum producerentur dubitationes, ideo ſancimus &c.dicit tex.

2 Nota ex glo. quòd comparatiuum pro poſitiuo exponitur: & id quidem elegantius.l.benignius.ff.de legibus.& l.1.in fi.de his qui ſunt ſui vel alie. iur.l. hæres. de nego. geſt. l. quod Nerua.& ibi Zaſius.depoſiti.l.2.C.de fur. & l. 1.de dolo. Inſtitu. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.in princi.§.præterea.de rerum diuiſio. §. 1. de vſucap. cum aliis hîc allegatis per Dec. & alios.l.1.de oper.public.

*In ſtatutis comparatiuũ propriè poni debet. fallit: vt hîc.*

3 Habet tamen quòd tunc non ſtat propriè: & ſic in ſtatutis, vel conſuetudinibus, non ita exponitur.ſecundum Do.& Philip.Peru.in c. auaritiæ.in glo.latius.de electio.lib.6.& ſic aliàs regulariter & propriè implicat cõparatiuum. dicta l.vbi autem.

4 Item tunc debet exponi pro poſitiuo, quando non habet terminum ad quem referatur, ſecundum Do.in dicto.c.auaritiæ.

5 Item quando aliquod abſonum, vel abſurdum, reſultaret.l.inciuilem.C. de furt.Iaſ. in §. plus.Inſtit.de actio.

6 Item quando adiicitur vni ſubiecto non habenti diuerſos gradus: vt hîc Sali.in 3. oppo. & ſequuntur docto.in l.vinum.ff.ſi cert.peta.& l. cum furti.de in litem iuran.

7 Et idem quando gradus eſſent ſibi contrarij: quia tunc poneretur electiuè. l. iubere cauere. ff.de iuriſdi. omn. iudi.l. exigendi. C.de procura.

8 Quod facit ad quæſtionem, de eo qui non vult currere: vt teneatur, poſt conuentionem factam de minus currenti: quæ deciditur per l. minus.vbi ſcripſi.ff.de verbo.ſignifi. Paulus in l.illud.§.ſi cuius.verſic.minus.de tributo.actio. Bald. in l. fin. col. 2. ff. ſi certum pet. Ad alia tranſco.

*Gloſſa in verbo, In omnibus caſibus.*

1 Gloſſa in verbo, In omnibus caſibus, in duas ſcinditur partes. In prima quærit. In ſecunda tacitæ reſpondet quæſtioni. ſecunda ibi, ſed nec in obligationibus. Primò quæro, cur tex.in omnibus caſibus dicit: non, in omnibus contractibus? glo. reſpon. vt declararet intereſſe etiam venire in maleficiis, & quaſi. Secundò quæro, cur non dicit in omnibus obligationibus? Reſpon. quia intereſſe venit, non ſolum quãdo eſt in obligatione: ſed etiam quando non eſt in obligatione, ſed venit officio iudicis: vt in arbitrariis, per totum tit.de eo quod cer. loco. & officium iudicis non cauſatur ab obligatione.l.qui per colluſionem.ff. de actio.empt.l.deducta.in prin.ad Trebel.Quintus.de annuis leg.Iaſ.& alij in §.omnium.circa fi.Inſtit.de actio.

2 Item contractus & delicta æquiparantur. l. omnem.ff. de iudi. l. abſentem. §. aduerſus. de pœnis.Ergo ſicut in contractibus eſt taxatum in certis ad duplum: ita erit in maleficiis.ca.de mulcta. de præben. Præterea lex corrigens eatenus corrigit, quatenus repugnantiam reperit.tex.ſing. & ibi no. Bal.in l.1.in fin.C.de Latina liber.tollend. ſed hæc lex reperit leges repugnantes in maleficiis: vt infrà legabo. ergo &c.

*In maleficijs an excedat duplum intereſſe.*

Ex glo. elicitur, quòd intereſſe non excedit duplum in omnibus caſibus certis: & ſic etiam in maleficiis: & hoc probatur per generalitatẽ huius tex.Item qui totum dicit, nihil excludit. l.Iulianus.ff.de leg.3.l.à procuratore. C. manda.Item facit dictio, in omnibus caſibus, quam ſuprà ponderaui in 4.nota. in intellectu l. Titius.cum ſeq. Item quia exempla non arctant regulam.l.nam quod liquidè.in fin.ff. de penu lega.l.damni.in 2.in fi. de dam.infec. Ideo ponitur hæc dictio, veluti, quæ tradit exemplum. l.veluti.ff.de eden.l.infamem.in fi.de publi. iudic.Item tex. dicit, in omnibus caſibus certis. Caſus, dicitur euentus inopinatus ex confluentibus cauſsis: & dicitur quaſi cadens.Alber.in dictio.in verb.caſus. per l.quia in eum.ff. ad l. Aquiliam.Lucas de Penna, in l.vna.col.vlti.C. de anno. & tribu. lib. 10. ſed ita poteſt cadere intereſſe in maleficiis, & delictis, ſicut in contractibus: vt eſt notorium: ergo hac lege etiam intereſſe in maleficiis, & quaſi taxabitur in caſibus certis. quia tex. non ponit niſi duos caſus, videlicet certos & incertos, ſi maleficia ſint de caſibus certis, hîc comprehenduntur, ſi de incertis, in ſecundo caſu continentur. Item etiam in maleficiis poſſet in infinitum peti: quæ infinitas hîc reprobatur: ergo & in maleficiis incertis vltra duplum non petetur. Nec mihi placet aliquorum dictum, quòd hîc ponatur exemplum, cauſſa dubitationis tollendę. l.quæ dubitationis.ff.de reg.iur.cùm magis dubitaretur de contractibus, quàm de maleficiis: ideo poſuit de contractibus. nam magis videbatur dubitatum in maleficiis, quàm in contractibus: tum primò quia in his erat expreſſum ſaltem in contractu emptionis & venditionis.in l.Titius.ff.de actio. empti. tum etiam quia in contractibus maximè partes conueniũt ſuper intereſſe.glo.in l.1.ff.de actio.empti.Item quia pœna in delictis eſt ſtatuta.l. 1. & per totum.ff.de pœnis.& Cod. ergo videbatur quòd non veniret intereſſe: & ſic maior in hoc videbatur dubitatio.

*Reprehendũtur Moder.quò ad text.declarationem.*

3 Quocirca puto hîc expreſſum in contractibus potius quàm in maleficiis: ratione frequentioris vſus: iuxta glo.in cle.1.in verb. præſidentes.de reſcript.alia eſt in cap. 2. in verb. reus.de confeſſ.lib. 6.l.2. in verb. filio. & ibi Iaſ. ff. de vulga. l.3. de Publicia.Corſet. in ſing. in verb. frequentia.authen.caſſa.C. de ſacroſan. eccle. alia multa addidi in glo. in verb. præſidentes. dictæ cle.1.

*Noua declaratio ad text.*

Non obſtat l.1.ff.de fur. quam allegat Bart. hîc, num.26. quæ parum facit: ſed facit Exodi 22.cap. & §.conceptum.Inſtitu.de obliga. quæ ex delict. Sed reſpondeo, loqui in pœna, quæ eſt ſicut intereſſe: & duplicatur extra rem: id eſt, com

eſt, communem rei æſtimationem: intereſſe verò non. l. in furti actione. §. 1. ff. de furt.

4 Item nec obſtat, quòd grauior ſit culpa in faciendo: & ſic in delictis: quàm in negligendo. l. ſi mora. ff. ſolu. matri. dixi latè in repeti. l. diuus (quam apud Pictones edidi) circa finem. ff. de Seuatuſcon. Syllania. & ſic grauius debet puniri. Reſpon. fateor, etiam plus punitur delinquens: videlicet in duplo, vel in quadruplo; vt d. §. conceptum. & hoc quò ad pœnam: ſed quò ad partis intereſſe, non plus in maleficiis tenetur, quàm in contractibus: ſecundum Barto. & Dec. hîc. & ideo ſi diceretur in conſuetudine, quòd interficiēs equum alienum, teneatur ad id quod intereſt: non tenebitur vltra duplum: per hunc text. qui ponit, in omnibus caſibus. poſtea tex. reſtringit per illud relatiuū, qui, in caſibus certis: vt not. doct. in l. omnes populi. ff. de inſtit. & iure. l. 1. C. de ſumma trinita.

*Diſcedit ab Alciato, ſuadétque communem tenendam.*

5 Et licet iſta ſit communis, tamen collega tenet contra. non conſiderans id quod dicitur, Non egrediamini terminos quos ſtatuerunt patres veſtri: & alibi, Ne vicies muſicam. & alibi, Quærite de ſemitis antiquorum, & ambulate per eas. l. decurio fortunam. C. de decurio. lib. 10. l. 1. de murilegul. lib. 11. l. ſi cohortalibus. & ibi patruus meus Iacobus Rebuf. de cohortal. lib. 12. & alibi dicitur in l. quidam ignauiæ ſectatores, relicta communi, captant ſolitudines. Cod. de decurio. lib. 10. & Perſius, Nec te quęſiueris extrà. & alibi, Difficile ac durum eſt vnum compeſcere multos. & (vt adagio dicitur) Vnus vir, nullus vir. & dicit Auguſt. in ca. hæreticus. 24. q. 3. hæreticus eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maximè vanæ gloriæ principatúſque ſui gratia, falſas ac nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur. quod probat:

6 Primò per legem Iulianus. ff. de actio. empt. quæ loquitur in contractu venditionis, & non in maleficiis: quia ibi ſciens vendiderat pecus morboſum, vel vicioſum: quo caſu ad omne id quod intereſt tenetur: & loquitur in communi intereſſe: hîc loquitur in intereſſe ſingulari: quod duplum non excedit. Bart. hîc col. 3. & docto. vel etiam poteſt dici illud de iure Digeſtorum, ſecundum quod poterat peti in infinitum: ſed hodie hac l. taxatur. & ſic poteſt reſponderi ad argumenta ſequentia, quòd omnes leges antiquæ determinantur per iſtam: & ita tenuit Alber. hîc col. 10. & mirandum eſt cur collega leges Digeſtorum adducat: cùm ſciat hac l. limitari in caſibus certis: aut ſcire debeat: iuxta l. quod te. in fin. ff. ſi cer. peta. & ſi auferamus eas, quas tanquam Palladium retinet: nil ſibi præſidij erit.

*L. inficiando reſpon.*

7 Secundò adducit collega l. inficiando. §. fi. ff. de fur. eſt tamen §. 1. qui aliquantulum ſecum facit. nam §. finalis nil ad rem. Igitur in §. 1. dicitur, quòd ſurripiens rem, quam ſub pœna tenebar dare ad diem, tenetur ad illam pœnam, quæ excedit duplum: poteſt dici de iure Digeſtorum, poſſe duplum excedere: ſed non per hanc legem, in certis. Item etiam ille §. 1. loquitur in intereſſe conuento, & ſic in pœna conuenta, quæ in totum debetur: nec limitatur hoc intereſſe per hanc l. vt dico in glo. in verb. dupli. Igitur nil ſecum facit, ſaltem parum.

*Difficultas, an excuſet à mora.*

8 Præterea, in ſuo caſu, qui promiſit commodare ſub pœna: ſi per furtum non liceat eidem commodare, illa difficultas excuſabit promittentem à mora: & ſic à pœna. l. fi. §. idem iuris. ff. ad legem Rhodiam de iactu. l. datio. §. fin. de actio. empti. l. 2. ſi quis cautio. l. ſancimus. C. de fideiuſſor. glo. in verb. in poteſtate. l. quod te. ff. ſi certum peta. no. Matheſſal. not. vlt. & ſic non tenebitur promiſſor ad ſoluendum pœnam. Bar. & docto. in d. l. quod te. & conſil. 236. Martinus & Federic. conſil. 122. Martinus. Socin. conſil. 288. circa primam. in 5. dubio. in 2. vol. & iſta eſt communis opinio, ſecundum Dec. conſil. 313. promiſit. col. 2. malè ergo præſupponit eundem promiſſorem facti, eſſe coactum ſoluere pœnam: & ſi reſpexiſſet. tex. in d. §. 1. hoc non dixiſſet: nam loquitur in eo qui promiſit ſub pœna dare, qui prætextu difficultatis non excuſatur. l. continuus. §. illud. ff. de verb. oblig. exemplum verò ſuum loquitur in promittente commodare, & ſic facere. Inter quos caſus eſt diuerſitas, vt dixi: & ſic nō obſtat, nec etiam refragatur. l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. quòd vi aut clàm. nam arbitror loqui de intereſſe communi, quod hac lege non limitatur, ſecundum vnam opinio. vel loquitur de iure Digeſtorum.

*Delicta ratione doli, an ſint incerta: contra Alcia.*

9 Nec placet dici, delicta incerta ratione doli: quia id quod principaliter agitur, attenditur. l. ſi quis nec cauſſam. ff. ſi cert. pet. ideo in d. l. Iulianus. dicitur agi ex empto, non ex maleficio: alioquin ſequeretur quòd ſi dolus incideret, vel daret contractui certo cauſſam, quòd contractus eſſet incertus: quod eſt iuri contrarium. Præterea mora eſt delictum. l. omne. §. 1. ff. de re milit. Corne. conſil. 165. ad euidentiam. col. 2. in 1. volum. quæ ſi interueniat in emptione, vel aliis caſibus certis, ſecundum eum, faciet illum caſum certum, dici incertum: & ſic venditionem inter incertos caſus connumerari: quod eſt contra hunc textum. Item ſi quiſpiam ſurripiat mihi librum, caſus certus eſt: ſed ratione doli & furti, diceretur incertus: vt ipſe collega præſupponit: & ſic eſſet caſus certus & incertus ſimul, quod non poteſt ſuſtineri, cùm repugnantia duo in vno non ſint ſubiecto. l. ſi is qui. §. vtrum & ibi Barto. ff. de reb. dub. l. vbi repugnantia. de reg. iur. & ideo ſi furto ſubtrahas bouem: caſus certus eſt, non incertus. Nec Signor. Homodęus negat, in cōſ. 71. in 1. vol. inter cōſ. Bal. in maleficiis loqui: ſed ponit quando habeatur ratio lucri: de quo nihil ad nos: quo ad gl. hâc: cuius verba inſero, vt quilibet videre poſsit nil ad rem facere. Dicit ſic, nā loquitur quādo quis in contractu bonæ fidei fidem promiſſam non adimpleret: at in caſu noſtro de fide rupta non tenentur. Ecce ergo quòd de ſtricti iuris iudiciis, aut de maleficiis non negat loqui: alioqui malè diceret. & per hoc patet communem opinionem, videlicet in



maleficiis eſſe etiam taxatum intereſſe, eſſe veriorem, & ſic in iudicando & conſulendo tenendam, licet opinio collegæ poſſet procedere de iure Digeſt. & illam ſequitur Andeg. fol. 189. in ſuo tract. de eo quod intereſt.

*Gloſſa verbi, quantitatem.*

1 Gloſſ. in verbo, quantitatem, expeditur cum ſeq. & tres habet partes. Prima exponit text. ſecunda ſenſum elicit, tertia aliam expoſitionem ponit. Secunda ibi, eſt ergo ſenſus. tertia ibi, vel dic. & declarabitur principium. gloſſ. in verb. in aliis. cum hac: cùm ſit eadem materia.

Pro declaratione glo. quæro, an tex. ſit ſuperfluus, dum dicit in omnibus caſibus qui certam habent quantitatem, vel naturam, & gloſſ. reſpon. quòd non. Nam certa dicitur quantitas, vt ſi quiſpiam debeat decem cados olei. natura certa dicitur, ſi mihi debeas certam ſpeciem, vt Stichum, ex venditione, vel alio contractu, adde ad gl. certo. In ſecunda parte habes ſenſum legis, id dici certum, quoties id quod debetur certum eſt quantitate, vel ſpecie. l. certum. ff. ſi cer. pet. Tertia pars glo. dicit quantitatem vtrunque comprehendere, ſcilicet & quantitatem, & ſpeciem. l. quiſquis. ff. de legat. 3. & l. cùm ſtipulamur. de ver. ſignifi. tex. non allegatus per docto. & melius ad rem pertinens. in l. qui bonis. ff. de ceſsio. bono. Ideo exponit quantitatem, ſiue in ſpecie conſiſtat, ſiue in quantitate: natura, vt ſi debeam equum vel hominem in genere: homo nanque habet certos fines à natura ſibi tributos. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. verſic. homo liber. ff. de verbo. obligat. & not. in l. legato generaliter. ff. de legat 1. ſequitur Socin. hîc. col. 1. Dec. hîc. col. vlti. hanc gloſ. expediens oppo. dicens non eſſe à verborum proprietate recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3. ſed nuſquam inuenitur quòd quantitatis appellatione veniat ſpecies, ergo gloſſ. malè dicit: imò tanquam diuerſa ponuntur. in l. certum. ff. ſi cer. pet. l. talis. §. fin, quæ nil ſecum facit. l. planè. §. ſed ſi non corpus. de lega. 1. allego. tex. vltra eum. l. cum quæritur. cum ſeq. de exceptio rei iud. authen. æqualitas. C. de pact. conuent. l. 1. ff. de lega. 2.

*No. de verbo, quantū.*

2 Nec obſtat l. quiſquis. quia loquitur de verb. quantas, quod magnitudinem propriè denotat. text. in l. quantæ. ff. de publica. & collega hîc adducit poëtarum & hiſtoriographorum authoritates, vt hic per eum. Item ibi eſt ſumma, quæ bene comprehendit ſpeciem. l. 2. §. cùm in eadem. ff. ad leg Rhod. de iact. ibi iacturæ ſummam, pro rerum pretio diſtribui oportet. l. cùm clericis. verſic. quòd ſi lis. in verb. memoratam ſummam. & ibi glo. C. de epiſc. & cler.

Nec refragatur d. l. cùm ſtipulamur. quia loquitur de verb. quanta pecunia. quod pecuniæ verbum generale eſt, ideo & quantitatem & ſpeciem comprehendet. l. pecuniæ. ff. de verbo. ſigni. l. ſi verò. §. fi. ſolu. matrimo.

Nec obſtat l. qui bonis. nam ibi magnitudinem denotat, & hanc opinionem pulchrè defendit collega noſter. in c. quod ſubſequitur.

*Quantita-*

3 Sed aduertendum eſt, licet doct. non dicant, quia ſi appellatione quantitatis, propriè veniret ſpecies, ſequeretur quòd obligatus ad quantitatem, liberaretur ſoluendo ſpeciem, & eam poſſet ſoluere, quod eſt contra tex. in l. 2. §. 1. in fin. ff. ſi cer. petat. & fortè poſſet gl. ſuſtineri largè, videlicet appellatione quantitatis ſpeciem venire, & ſecundum ſubiectam materiam.

*tis appellatione an veniat ſpecies.*

Item ratione adiuncti, vt quantitatem bonorum aut hæreditatis, alioqui nō video quod veniat, quia diuerſitas nominum, rerum diuerſitatem inducit. l. ſi idem. C. de codicil.

4 No. tamen quòd verbum, quantus, non ſemper ad magnitudinem refertur, ſed quandoque ad numerū. l. ſi ita legatum. ibi, in tantos quanti inueniātur. ff. de lega. 1. l. penult. §. fi. de iuriſd. omn. iud. l. ex morte. C. de pact. conuen. authen. hodie. de repud. l. quemadmodū. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. l. in ſumma. in princ. ff. de re iudica. in authen. vt factæ nouæ conſtitutio. in princip. ibi, ex quātis vnciis, ſiue ex tribus, ſiue ex quatuor. colla. 5. & in §. quòd autē à nobis. colla. 8. de aliena. & emphiteu. Item ad menſuram, teſte Moder. Andega. poteſt referri.

*Qui dicantur caſus certi, hîc pulchrè declaratur.*

5 Quæro ergo, pro textus elucidatione, qui dicantur caſus certi, & incerti: & qui dicantur habere certam quantitatem, vel naturam? Hæc quæſtio perobſcura eſt: de qua tam variæ ſunt doctiſsimorum hominum tamque diſcrepantes ſententiæ, vt ſuam quilibet inueniat opinionem: opúſque in ea eſſet Delio natatore: nam opus grande & latum eſt, dicitur 2. Eſdræ cap. 4. eſtque difficillima: vt in ſimili dicit tex. in cap. hoc videtur. 22. q. 5. & obſcuriſsimè tradit hæc lex, ſecundum Alberi. hic. col. 7. & malè fecit legiſlator, quòd eos non expreſſit: ſecundum Cinum hic. col. 8. & pendent hic leges & prophetæ: teſte D. Igneo, in repeti. l. quatenus. colum. 11. In hac quæſtione valde ſudarunt ſcriptores noſtri, & ferè ſinguli diuerſas habuerunt ſententias: vt Moder. Andega. ait. fol. 153. cum ſeq. in ſuo tracta. de eo quod intereſt. vbi ponit 12. opiniones: ego principales adducam, & audeo dicere hanç quæſtionem declaratione Imperatoris, vel in hoc regno regis noſtri indigere: vt labores doctorum ſubleuaret: facta illa declaratione, tex. ſatis eſſet facilis: ideo ibi latet anguis: quia de quibuſdam impoſsibile eſt exponere legem: quare ſententia regis indigemus: indeterminati enim indeterminata eſt regula, vt dicit Philoſophus 5. Ethico. citat Lucas in l. fin. col. 2. C. de conditis in publi. horreis. lib. 10. Dicam tamen quod ſentio, poſt tantorum dicta patrum: & quò ad potero, ad verbum citabo doctrinam. glo. & Barto. & hoc vtar adagio, Res ad triarios redit.

*Opinio glo. qui ſint caſus certi.*

6 Prima fuit opinio glo. hîc, citat tamē duas. Prima ſuprà fuit declarata: ſecunda eſt opinio glo. vt illi caſus dicantur continere certam quantitatem, vbi eſt certa quantitas, vel ſpecies: certam naturam, vbi aliquid in genere debetur: vt homo, bos, equus. Si verò in obligatione factum venit, dicitur caſus incertus. l. vbi. §. qui id quod. ff. de verbo. oblig. &

comprehenditur etiam non factum.l. qui non factum.l.qui non facit.ff. de reg.iur. hanc opinionem ſequutus eſt Innoc.in cap. ſacro. col. 3. de ſenten. excom. & ibi communiter alij. Hoſtienſis, in ſumma de ſenten. §. quis ſit effectus. verſic. aliud ſingulare.Specul. in tit. de fructi. & intereſſe. §. viſo. verſic. hoc autem. col. 3.Ioan. Fab. hic colum. 3. Monald. in ſua ſumma. rub. de intereſſe. & Alber. hic. col. 8. dicit, ita communiter per doct. & aduocatos concludi: & ab ea tanquam communi nec in iudicando, nec in conſulendo recederet. Moder. Ande.vt aſſerit, in tract. de eo quod inter. fol.158.

*Legendum in vniuerſitatibus.*

7 Franciſ. Accurſ. gloſſatoris filius, dum ad regem Angliæ legationis munere fungeretur, per Tholoſam tranſiens, ibidem hanc l. repetiit,& opinionem ſui patris ſequutus fuit: nobis oſtendens,quòd dum ſumus in aliqua vniuerſitate, etiam inter tranſeundum debemus ibidem legere, niſi principale negotium dimitteretur.

*De Iacobo de Rauenna, doctore Tholoſano.*

8 Iacob. Rauen. doctor Tholoſanus, homo ſuo tempore dignior, atque de mundo ſubtilior.Cin. & Alber.hic teſtātibus:nam id quod ſimplici ſenſu maiores noſtri tradiderunt, ad dialecticum arguendi modum deduxit,ſi Catelliano Cottæ credamus.in 2.parte memoral. in verb. iuriſperitus. & erat omnis philoſophiæ magnus magiſter,ſecundum Cin.in l. 2. in fi.C. de patr. qui filios diſtrax.omniúmque ſuo tempore peritiſsimus fuit, cùm in diuinis literis, tum ſecularibus, vt inquit Tritenhemius,in lib.de ſcriptorib.Eccleſiaſt. & Chaſſa. in catalogo glo.mundi.in l.vlt. parte cōſidera. 17.& credo Bar. velle de hoc intelligere, non de Iacob.de Are. qui erat Italus & Parmenſis, licet corruptè communiter habeatur.Iacob.de Are.ille ergo de Rauen.in forma diſcipu.

*Doctores audiunt lectorē exterum de nouo venientem.*

9 Non quòd eſſet alterius diſcipulus:ſed doctores ſunt ſoliti audire doctorem exterum de nouo venientem, vt mihi contigit Pictauis & hìc, & propter famam patris;videlicet Accur. fuit eius auditor hic Gallus doctiſsimus: & in Accur.filium ſic inſurrexit poſt lectionem: id dicitur incertum, quod in faciendo conſiſtit. d.l.vbi.§.qui id quod.ff.de verb.obli.ſed in contractu venditionis venit factum, puta tradere rem,quod eſt facti.l.ſtipulationes non diuidūtur.& ibi no.ff.de verb obli.l. ſi rem tradi. illo tit. ad quam tradendam tenetur emptor. l. ex empto.in prin.ff.de actio. empt.l. ſi ſtipulatus. de vſur. ergo contractus emptionis & vēditionis non eſt certus contra textū hic:vel falſum eſt dicere quòd obligatio facti dicatur incerta: & ſic Iunonem inſequendo incides in Venerem. Obſtupuit Italus,Accurſij filius,videlicet propter argumētum Iacobi à Rauen.nec congruum dedit reſponſum;igitur fortius ſic oppoſuit Gallus.Itē hęc lex loquitur de ſingulari intereſſe, quod non poteſt eſſe in homine debito in genere, cùm in eum non poſsit cadere affectio:nā nil amatur,nec affectatur, niſi præcognitum: vt extat adagium:& ſic nec intereſſe ſingulare, cùm non ſit res in qua cadat, ſed poteſt defendi,quòd in eum caſum debeatur mediocris l.ſciendum.1. §. illud. ff.de ædili. edict.l.legato. & ibi no.de lega.1. Nam ibi aliquod eſt mediocre cogitatum, in quo cadere affectio poteſt. vel dic, vt dico infrà,in mea opinione vltima.

10 Item ſingulare intereſſe non poteſt eſſe ſolius affectionis, ſed vtilitatis:vt ſuprà dixi:ideo poteſt vtilitas ſingularis cadere in hominem debitum in genere,non ſolutum, licet ibidem non ſit affectio.

*De Pet. de bella Pertica.*

Ita retulit Pet. de Bella Perti. doctor Aurelianen.excellens ( cui ſua memoria nemo erat præponendus)in ciuitate Bononiæ hanc l. repetens, dum Romam peregrinus iter haberet, tempore Iubilæi.Igitur videns Iaco.de Rauen. Franc.Accurſ.non potuiſſe illa contraria euadere, à glo.opinione receſsit:& ſuam ſecūdam inuentionem poſuit. licet poſſet reſponderi, quia in venditione non venit merum factum, ſed mixtum:ſcilicet datio,ſi venditor ſit dominus.l.in conuentionalibus.§.fi.ff.de verb. obli. & iſta eſt communis, & tenenda ſecundum doct.hic. licet collega noſter D. Alciatus in d. c.quod ſubſequitur. col. 3. contrarium teneat: cuius doctrinam latè examinat.

*De D. Renal. Ande.*

11 Doctiſsimus Gallus Do.Renal.Andega. in in ſuo tract. de eo quod intereſt. non tranſpono eius dicta elegantia, quia per eum licet videre:nec oportet conterere tēpus in iſtis diſputationibus,an ſolum teneatur tradere:quia parui momenti eſt.

12 Cùm venditor rei dominus,tradēdo,dominium transferat:ergo ſi tenetur tradere:& dominium trāsferre,cùm ſit dominus.l. traditionibus.C.de pact.& tex.in §.pretium.in verſ. & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur.Inſt. de emptio. non perduceretur ad effectum,ſi dominiū non transferretur, ſi eſſet dominus.tex.in l.ſi ſterilis.§. cum per vēditorem. ibi, quoniam ſaltem hodie dandum eſt.ff.de actio.emp. ponderatur tex. in §.item ſi quis in fraudē.Inſt.de actio.nouiſsimè per Moder. ibi. Si verò non eſt dominus, transfert vſucapiēdi conditionem.l.clauibus.ff.de contrahen. emp.

13 Nec etiam obſtat quòd in locatione veniat factum:videlicet,vti frui.l.ex conducto.ff. loca. Nam merū factum non venit,ſed mixtū:principaliter enim venit patientia locatoris:& cōſequenter dominij tranſlatio,nō rei cōductæ,ſed fructuum perceptorum per conductorem ex re locata.l.ſi apes.in fi.ff.de furt.& iſta eſt communis,ſecundum moder.vnde ſenatus iudicauit contra de bizi quod pateretur vti frui Henricum De boufiment intra feſtum viſitationis virginis Mariæ, aliàs curia adiudicauit, petitoriū etiam ſuper aliis terris petitis anno 1411.Limita,vt hic per collegā.d.c. quod ſubſequitur. in fi.in mimis & hiſtrionibus,nihil facientibus ad dationē,referēdo Plutarch. in Apophtheg. vide per eum.aliter reſpon.Salice.Itē dicit Iac. de Rauen,illos caſus dici certos,qui habent intereſſe commune:vt ſcribere mihi librū,facere mihi domum,& ſimilia:nam apud quemcumque ſit liber,tantum valebit penes vnum,quantum penes alium. Igitur ſi non fiat, intererit communiter. Item ſi promiſiſti pingere tabulam,vel ſchacherium: tantum cuiuſlibet intererit,ſicut mea.Ideo erit caſus certus,ſecundum eum.hoc tamen non poteſt ſuſtineri:quia facta ſunt incerta.l.vbi.§.qui id quod.ff.de verb.obli. ſed pingere tabulas, vel ſcribere librum, eſt facti: ergo erit caſus incertus, quando pecunia non data conuenit. Illi verò dicentur incerti, qui non habent communem æſtimationem,vt ire pro me Romam. nam tantum mea poteſt intereſſe in hoc facto, non alterius, cum illic habeam negotia,tu verò non,erit igitur incertus caſus, ſecundum eum. Vel etiam certam quantitatem intelligebat, ſcilicet, quando habet certos fines limitatos facto hominis,vt domus, & ſimilia.l.quod in rerum.§. ſi quis.ff.de lega.1.Certa natura(ſecundum eum)erat,quando debetur aliqua ſpecies,quæ habet certitudinem à natura, vt homo,equus,&c. Nam poſtquam in eis inuenitur communis æſtimatio,& ſic ſimplum: ergo inuenitur duplum, per l.in teſtamento.in 1.ff.de condit. & demonſt. & ſuprà dixi: & latius referunt moder. Hanc opinionem reprobauit Petr. à bella Pertica, tum quia nulla lege probatur: ergo erubeſcimus.l. diſſentientis.C.de repu.l.illam.& ibi amplè Iaſ. de colla. dixi in repeti. l.quod iuſsit. in præfatio. in interlocutoria habente vim definitiuæ. ff.de re iudica. tum quia poſsibile eſt, quòd ex parte conducentis non reperitur communis æſtimatio, & tamen erit certus caſus, vt ſi pecunia data ( puta centum ) promittas ire pro me Romam,ex parte tua non eſt certum,quia eſt factum:ergo (ſecundum eum)eſſet caſus & certus & incertus:quod eſt contra iura:videlicet duo in vno contraria ſubiecto non poſſe eſſe ſimul.l.ſi is qui ducenta.§. vtrū. & ibi Bar. ff.de reb.dub.l.vbi repugnantia.de regu. iur.Poſtremò vltra doct. probo alia ratione non procedere poſſe hanc opinionem:quia, ſecundum eam, intereſſe commune non poſſet duplum excedere: cùm hæc lex in caſibus certis hoc prohibeat:quod eſt contra.l.ratio.§.ſi per venditorem.ff.de actio.emp.& infrà latius dicā, & docto.inſiſtunt.Tranſeo ad aliam opinionem.

*Arestum.*

*Secunda opinio Iacob.de Rauennæ.*

*Reprobatur opinio Iacobi de Rauen.*



*Opinio Petri, qui dicātur caſus certi.*

14 Quare Petr.ab hac opinione diſcedens,poſuit ſuam inuentionem tertiam: vt illi dicantur caſus certi, in quibus hincinde oritur obligatio,& contrahentes obligantur,propter mutuam relationem:vt in emptione, venditione, & ſimilibus contractibus reciprocis. Nam ſi vendas domum,aut aliam rem:habes precium pro compenſatione,& ego rem: & ſic eſt mutua compenſatio. Vel aliqui intelligunt, & referunt Petr. contractum dici certum, quando hinc inde oritur obligatio: & tunc propriè dicitur contractus: vt emptio & locatio, & cæteri ſimiles. Incerti verò, in quibus contrahentes non obligantur mutua relatione: vt in ſtipulatione ire Romam: hic propriè non dicitur contractus. l.Labeo.ff.de verborum ſignificatio. ideo Imperator in verſicul. in aliis. non repetit contractibus:ſed in aliis caſibus. & ſic referunt Bartolus, Albericus, & communiter docto.

*Reprobatur opinio Petri.*

15 Ab hac tamen opinione diſcedit Barto. hac ratione: Si mutuò promittantur facta hincinde, oritur obligatio, & tamen caſus eſt incertus, vt ſi promittam pro te ire Romam, & tu pro me Pariſios.l.prima.ff.de rerum permutat. ergo non eſt vera opinio Petri. Eam excuſat Salicet. colum. 4. oppo.6. quando ſunt diuerſi contractus, & non vnus habens relationem, vt intellexit Petr. Alio modo defendit Do. Igneus,in dicta l.quatenus.& refert Renald.folio 166.

*Opinio Nicol. Mutinen. qui dicantur caſus certi.*

16 Quarta fuit opinio Nico. de Matar. ſecundum Bartol. hic, & credo quòd voluit citare Nicol.Mutinenſem,qui (ſi Tritenhe.credatur, libro de ſcripto.eccleſiaſtic.)fuit vir in vtroque iure, & in legibus præcipuè nobiliter doctus: ingenio ſubtilis,ſcientia & conſilio cautus.Ad rem ergo rediens (ſecundum eum) caſus certi ſunt, quando intereſſe non venit in initio in obligatione, ſed poſtea propter moram, vel aliam cauſſam, vt in contractibus patet hac in lege. Incertos verò eſſe dicit, quando ab initio debetur id quod intereſt,vt ſi iniuriam mihi intuleris, aut damnum, ſtatim ad id quod intereſt teneris. & ſic dicitur incertus caſus,ſecundum Barto.hic, licet moder.aliter referant, non curo, cum ſuprà dixerim, pœnam deberi ratione iniuriæ, non intereſſe. Igitur non admitteretur hæc opinio. alia latè Moder. Andega.citat,ad eum recurrito. Præterea Bar.antequam veniat ad ſuam opinionem, reprobat ſic:Vbi non reperitur ſimplum,non poteſt dici duplum,argu. d.l.in teſtamento.ff.de condit.& demonſt. ſed quando illud factum debetur, ſimplum non eſt certum.d.l.vbi.§.qui id quod. ergo nec duplum erit certum.

*Lectura Bar.corruptiſsima.*

17 Sic debet habere Bartol.licet ſit corruptiſsimus in hac l. incuria impreſſorum, qui cum non intelligunt.hæc reprobatio Bar.parum facit contra Nicola.quia non negat quòd quando aliquid non inuenitur certum per ſe, vel per relationem ad aliud, quin dicatur incertum. Poſtea dicit Barto.quòd ſecundum hanc opinionem facta eſſent inter caſus certos, cùm pòſt ſuccedat obligatio ad intereſſe. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff.de verb.obliga.quod iure non admittitur, & hic Bartol.inordinatè procedit. Alia ratione reprobat Do. Igneus opinio. Nico. vide. Et quia in iſtis reprobationibus non eſt magna vtilitas, licet poſſem multa fundamenta adducere, tamen ſeriò ea omitto.

*Opinio Bar.de caſibus certis, & incertis.*

18 Quinta ſuccedit opinio Bar. coniuncta opinioni Petri,vt illi dicantur caſus certi,ſiue contractus, qui habent certam quantitatem reſpectu ſui,vel adiuncti.

Primò dicitur,reſpectu ſui.vt ſi certā quantitatem (puta decem dolia vini) promittas, vel ſpeciem,vt Stichum, ſiue in genere,vt equum: quia cum debeatur mediocris, adhuc dicere-

tur caſus certus. l. legato generaliter. ff. de legat.1. Secundò, reſpectu adiuncti, vt in contractibus correlatiuis, videlicet emptione locatione, & ſimilibus: in quibus licet factum traditionis interuenerit, ſeu vti frui, & ſic incertum, reſpectu ſui erunt incerti, tamen merces adiuncta eſt certa, igitur ratione adiuncti dicetur certum, & partes tanti factum, vel non factum, videntur æſtimare, quanti mercedem, ſeu pretium, quare intereſſe non poterit excedere duplum illius pretij. In his forſitan poſſet dici, quòd imò & reſpectu ſui & adiuncti dicatur certum, vt ſi vendo domum centum nummis, reſpectu ſui eſt certum, ſcilicet domus: & reſpectu adiuncti pretium, videlicet centum, nec ratione illius facti, videlicet traditionis, debet dici incertum. Item non ſatisfacit hæc declaratio, quia declarat idem per idem, contra l.fina.ff. de offic.procurat. Cæſa. vt ſuprà dixi, cùm text. dicat, in caſibus qui habent certam quantitatem, vel naturam, non poteſt id quod intereſt duplum excedere. Qui dicantur illi caſus, reſpond.Barto.quòd hi qui habent certam quantitatem, reſpectu ſui vel adiuncti. Sed non bene declarat, qui habent certam quantitatem. Præterea in id venit quod ſuprà fuit reprobatũ, quòd appellatione quantitatis veniat ſpecies, cùm non dicat niſi quantitatem. Item ſua declaratio eſt obſcura: & exponit ignotum per ignotius, vt ſolitus erat facere Ioan. de Deo: & nunc quidam moder. quærentes fucum verborum, & non medullam: grammaticos imitantes, non Iureconſultos, vt quiſque doctus videre poteſt. Nec declarat caſus habentes certam naturam. Aliis etiam modis reprobat D. Igneus in d.l.quatenus.ſed iſta reor ſufficere.

*Diſceditur ab opinio. Bar.*

Incerti verò dicuntur, qui non habent certam quantitatem, vel naturam, reſpectu ſui, vel adiuncti, vt ſi promiſiſti pro me ire Romam, reſpectu ſui eſt incertum, cum omnia facta incerta ſint. l.vbi.§.qui id quod.ff.de verborum obliga.Item nullum eſt adiunctum certum: igitur dicetur caſus incertus, ſecundum Barto. Et hoc intelligo, quando nulla pecunia promiſſa erat pro tali facto, alioqui in locationem caderet. l.naturalis.§.at cùm do.ff.de præſcrip. verbis. & eſſet caſus certus. Vel ſi ſimpliciter promittatur ex vtraque parte factum: ibi nullum eſt adiunctum, cuius reſpectu certificetur: ideo dicuntur caſus incerti. Sed Do. Igneus cõtrà colum.13. quòd imo dicatur continere certum. nam vno facto impleto, ſtatim acquiritur actio contra non implentem, ad id quod promiſſum eſt implendum, aut ſaltem, quod in illo facto impendi, refundas, quod eſt certum, in dicta l.naturalis. §.ſed ſi facio.ff.de præſcrip. verb. iuncta doctrina Bald. in l.contractus. C. de fide inſtru. hoc tamen non facit rem certam, nam pro facto ſuccedit obligatio ad intereſſe. l.ſi quis ab alio. §.fina. ff. de re iudicata. quod eſt certum, vel per iudicem certificandum.§.curare.Inſtitu.de actio.& tamen factum non ob id dicitur certum: ergo nec hic.poſſet tamen defendi, prout moder.dicunt, ad quos te remitto.

19 Sexta eſt opinio Bald. hic.col.3. qui vtiliter quantitatem duplicem eſſe dicit, diſcretam videlicet, & continuam. Diſcreta, ſiue materialis, eſt aggregatio vnitatum, quæ terminantur ad vnum terminum, vt decem. nam ſi ad diuerſos numeros determinantur, ſunt diuerſi numeri, & diuerſæ quantitates, vt quinque, & quinque.no.in l.vt fideiuſſor. ff.de fideiuſſo. Continua eſt, quando ſunt plures partes formaliter tendẽtes ad vnum eundem numerum, vt glebæ ad fundum, membra ad hominem.l. ſi ſeruus.§.boue. ff. de condict.fur.& vtrobique poteſt hic accipi, ſecundum eundem Bald.ſed ſic intelligendo, appellatione quantitatis comprehenderetur & ſpecies, & natura: & ſic text. eſſet ſuperfluus, in eo quòd ponit naturam: quod non eſt dicendum, vt dicam infrà.

*Declaratio Bal. circa caſus certos, & incertos.*

*Quantitas dicitur dupliciter diſcreta & cõtinua.*

20 Natura etiam tripliciter accipitur. Primò pro proprietate, ſeu rei poteſtate, vt ſi dicatur hominem ſua natura ridere. ex natura contractus omnia in iudicium veniunt, id eſt, ex proprietate contractus. vt in contractibus bonæ fidei, bona fides exuberare debet. §.actionum.Inſtit.de actio. in contract. ſtricti iuris, id venit de quo nominatim actum eſt. l. quicquid. ff. de verb.oblig.ſic non capitur hic.

*Natura tripliciter accipitur.*

Secundò dicitur natura, pro re alteri commenſurabili, ſeu compenſabili, vt in emptione & venditione res eſt pretio commenſurabilis ſeu compenſabilis, quia contrahenti tanti videtur res, quanti pretium. arg.l.1.ff.de reb.dub. l.ſi ita ſtipulatio.§.fin.ff.de oper.liber.Ideo omnis res quæ poteſt vendi, vel locari, vel ad certam menſuram redigi (ſecundum eum) poteſt dici certa, vel quantitate, vel natura. Sed hæc expoſitio videtur extranea, quare non placet. l.ſi quis in fundi vocabulo. & ibi no.ff.de leg.1. l.non aliter.de leg.3.

Tertio accipitur natura, ſecundum eum, pro natura naturata, id eſt, pro quolibet indiuiduo: vt homo, equus, mulus. gloſ.in l.reſpiciendum.ff.ſi cert.petat. & ita hic accipitur, ſecundum eum.dicam infrà.

Item accipitur natura, id eſt, Deus.§.1.Inſtit. de iure natur. & l.1.ff. de iuſtit.& iur.gloſ.in §. conditiones.Inſtit.de verb.obliga. l.ſed & ſi reſtituatur.§.ſi.ff.de iudic.l.2. C.de indict.viduit. tollen. vide quot modis ſumatur per gloſſ. in c.ius naturale.1.diſtin. Alber.in dictiona.ſuo, in verb.natura.Bald.in l.vna.§.libertatibus. C. de cadu.tollen. Ioan.Montolo.in ſuo iuris promptuar.in verb.natura.in 2.& melius quàm alibi per Arbert. Brunum Aſten.in ſuo tract.de for. & ſolenni.actus. rub.1.col.2. Eandem ferè cantilenam ſuprà adductæ opiniones canunt.

21 Collega noſter Do.Alciat.in aliam, quæ eſt ſeptima, deſcendit ſententiam: dicens illud dici certum, quando illico poteſt probari. Incertũ quando ſtatim non poteſt probari. Nam id quod intereſt, non in iure, ſed in facto conſiſtere Iuriſconſ. dicunt. l.quatenus. ff.de regul. iur. Solent autem ea facti appellare, quorum vis eſt

*Opinio Alciat.de caſibus certis reiicitur.*



vis eſt dubia, & onus à probationibus pendet. argu. l.Arethuſa.ff.de ſtat. homi. l.eum quem. de iudic. Hanc opinionem confirmauit idem collega, in l.certum.ff.ſi cert.peta.Igitur in hoc tractatu certitudo, vel dubietas, non eſt (ſecundum eum) accipienda ratione obligationis, vt ſit in obligationibus dandi & faciendi: & in hoc eſt Accurſ. deceptus: nec eſt accipienda ab eo, quòd ab initio in obligationem deducatur id quod intereſt, vel non deducatur, vt dicebat Nicola. ſed id eſt quærendum, an poſsit protinus probari, vel non poſsit. Igitur in venditione, & locatione, cùm de pretio conueniatur: clarum eſt, ſi conuenta non ſeruantur, minus intereſſe nequaquam poſſe, quàm ſit pretium: & idcirco cùm hic contractus reſpectu probationis euidens ſit, dicitur certus. Idem in pacto eundi Romam, ſi viciſsim promiſſa ſit pecunia, & ſic reſidet. Hæc opinio licet ſit ſubtilis admodum, tamen nunquam mihi placuit.

22 Primò præſupponit, quòd non poteſt illico probari factum. quod eſt contra hunc text.loquentem generaliter, quòd iudices in caſibus incertis per ſuam ſubtilitatem debent inquirere, vt damnum re vera datum reddatur, ergo factum habita conuentione poterit probari, ſi habeam teſtes in promptu, tamen facta ob hoc non dicuntur certa, quò ad materiam huius legis.l.in lege Aquilia ſi deletum. ff.ad leg. Aquil.& ibi dicitur, quòd ſi conuentum ſit de faciendo domum, & teſtes ſunt valetudinarij: protinus probabo. tamen factum illud non erit certum, quò ad hanc materiam, & probatur in c.quoniam. & per totum. vt lite non conteſta. Item quandoque id quod certum eſt, non poteſt probari.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutel. Ergo erit caſus incertus, quò ad hanc legem, quod nullam rationem habet, dicit. l.non diſtinguemus.§.fin.ff.de arbit. Nam licet ſint incerta, quò ad probationem, non tamen quò ad hanc legem. Item pone, quòd deficientibus probationibus confitetur debitor ſe debere decem, cauſſa mutui, certum eſt, tamen non probatur.no.Felin.& Dec.in rubric.de probatio. & ſic quò ad hanc materiam non poteſt dici incertum, quando non poteſt illico probari.Item quando iuratur in caſibus certis, non probatur. l.ſed & ſi poſſeſſori.§.fin.ibi, perinde haberi quod iuratum eſt, atque ſi probatum eſſet.ff.de iureiuran. Ergo non eſt caſus certus. Præterea ſi hodie contraxi coram teſtibus, vt puta vendendo domum, conuenta non ſeruantur: teſtes abſunt, non poſſum illico probare conuentionem, ergo non erit certum. Vel teſtes ſunt mortui: non poſſum omnino probare venditionem, & ſic erit caſus incertus (ſecundum eum) quod eſt contra hunc text. loquentem de venditione. & contra ſuam opinio. facit text.in c.vt circa (ſi rectè ponderetur) de electio.libro 6.& licet poſſet dici certum, non tamen quò ad hanc materiam. Item dum dicit, minus intereſſe non poſſe, quàm pretium. eſt text.in contrarium, in l.Iulianus.in 1.principio. ff.de actio.empt. l.ſi minor.C.illo tit. vt ſi obligo rem meam valentem centum, pro decem, tua cauſſa, & promittis redimere, non redimis, minus intereſt quàm ſit pretium rei, vt ſuprà dixi in 1.glo.Item dicit Do. Alciat.id quod intereſt in iure non conſiſtere. loquitur contra hunc text. & omnes ll. loquentes de eo quod intereſt, alioquin fruſtra eſſent editæ, ſi in iure non conſiſteret. nam ad quæſtionem facti non reſpondet Iuriſconſultus. l.eum quem temerè. §.1. ff.de iudic. Nec obſtat l.quatenus. per Alciat.adducta, quia dicit intereſſe in facto conſiſtere, videlicet quatenus cuiuſque intereſt, ſed id quod intereſt, iuris eſt, & in iure conſiſtit, vt hic: non in facto, ad quod non reſpondet Iuriſconſultus, vt dixi. & miror quòd collega non ponderauit dictionem, quatenus in dict.l.poſitam. hoc plenè probat Paulhacus hîc contra quoſdam contrarium tenentes.

*Intereſſe an in iure conſiſtat: contra Alciat.*

23 Item dicit tunc caſus habere certam naturam, quando habent ea quæ tacitè intelliguntur deducta: licet non exprimantur, vel ex conſuetudine, vel ex alia cauſſa: vt in emptione venit de natura contractus euictio, etſi non fuerit promiſſa. probatur in l. pacta. in gloſ. ff. de contrah.empt. allego text. licet non alleget, in l.non dubitatur. C.de euict. (quamuis Bar.in l. prolatam.C.de ſenten. & interlocu. omni. iudicum. dicat eſſe de ſubſtantia.) Item ſi relinquatur mihi vſusfructus, oportet quod ego caueam de vtendo arbitrio boni viri, & illud eſt de natura contractus, vt dicunt docto. in l.1.C. de vſufruct. Et iſtud, ſecundum Alciat.fuit introductum, quoniam aſsidua conſuetudo fuit, vt præſtaretur.

*Alciati opinio, de natura certa.*

Item dicitur de natura, quod rei accidit regulariter in l. cùm quid. ff.ſi cert.petat.& ideo ſi domum vendo centenis aureis, contractus hîc certæ quantitatis eſt.ſi trado Stichum, certæ ſpeciei eſt, quæ facilè æſtimationem capit. ſi mutuo tibi dolium vini, & negas æquè bonum reddere: hic contractus dicitur certam habere naturam, quæ eſt vt æquè bonum reddatur: ideo iudex ex hac conſtitutione æſtimabit.

24 Etiam hæc opinio non placet, quia text. eſſet ſuperfluus, contra primam conſtitutionem C.Nam omnis contractus (etiam incertus) habet ſuam naturam, & tacitè ineſt aliquid: ergo erit certus, ſecundum eum. & Albert.Brunus no. in tractat. de forma & ſolennit. actus. rubric.1. colum.3.citat. Bald.in l.ſi vnus. §. pactus.ff.de pact.per illum text.vt in factis, ſi non fiat, venit tacitè intereſſe. dicta l.ſi quis ab alio. Item ſi promiſit quis facere domum, tacitè quædam ex natura contractus veniunt. l.continuus. §. item qui inſulam. & §. cùm ita.ff.de verbo.obliga.ergo facta erunt certa natura, ſecundum eum. Præterea omnis contractus eſſet certus natura, ſecundum eum: & ſic non fieret differentia (vt in text. dicitur) de contractibus certis, & incertis. Item contractus omnis certus quantitate, erit certus natura: ergo non erit certitudo alternatiua, ſcilicet quantitate

*Refellit Odo. & Alciat. inuentum.*

vel natura, ſecundum eum, tamen dicit contrarium text.ergo &c.

Item intereſſe non poteſt excedere duplum in certis, vt hîc in verſic.ſancimus.ſed id quod eſt de natura contractus, poteſt duplum excedere.l.ratio.aliàs, datio. §. ſi per venditorem.ff. de actio. empt. ergo hîc de illa natura, de qua idem loquitur, non poteſt intelligi. Nam ſi mutuo tibi vinum, mihi reddendum in feſto paſchatis, quo tempore valebat decem, non reddis, te conueni, poſt valuit centum, & ſic vltra duplum, teneris ad illa centum, & quanti plurimi valuit, in l.vinum. ff. ſi cert.petat. l.in hac.de tritica.l.3.§.in hac commoda. & tamen hæc lex taxat non excedere duplum poſſe, in habentibus certam naturam, vt eſt hîc caſus ſecundum eundem. ergo ſua opinio periclitatur aliis etiam modis, quos relinquo, vt ſi quiſpiam velit eam defendere, illi reſpondeã prompta manu, ſi expediat. Item dum dicit introductum propter aſsiduam conſuetudinem, vt euictio præſtetur. nil allegat. arbitror voluiſſe adducere tex.in l.quòd ſi nolit. §.quia aſsidua.ff. de ædil.edict.quæ loquitur de ſtipulatione dupli. non de euictione: igitur cùm ſine lege loquatur, ei non credam.

*Homo in genere an habeat certã naturam.*

25 Item non obſtat dum dicit idem collega, quòd homo in genere promiſſus, licet mediocris debeatur, tamen non dicitur habere certam naturam: quia vnus mediocris, alio æquè mediocri plus poteſt æſtimari, quandoquidem hæc mediocritas certos fines non habet. dic tamen, quòd bene habet certam naturam inditam à Deo, videlicet, quòd eſt vir, non mulier: vir, non equus, aut iumentum. Nec poteſt dici certa natura ratione æſtimationis, vt ipſe vult innuere, & dicam infrà latius. Plus dicit, quia hæc electio de mediocri, eſt ambigua, & difficilis: ideo non videtur certam habere naturam; ergo ratione electionis facilis, res dicitur certa, natura (ſecundum eum) quod nullo iure cautum reperio: imò ſi quiſpiam ire pro me Romam, vel domum fabricare promiſerit: quia ſtatim alterum poſſum eligere, vt patet, ergo dicetur ſecundum eum certam habere naturam, quod non credo. Alia multa ſunt quæ faciunt contra hanc opinio.quæ extra iocum relinquo, vt poſsim breui finem imponere, non obſtantibus iuris canonici lectionibus, quibus nunc premor.

*Nec ſtat cũ moder. Andega.*

26 Nec placet nouiſsima opinio moder. Andega.quæ eſt 8. quòd non intelligatur de continua quantitate, ſed diſcreta, quia cùm hæc lex ſit declaratiua, habebit locum in omnibus illis caſibus, in quibus aliæ leges declaratæ.glo. & ibi Iaſo. in l.ſciendum. ff. qui ſatiſda.cogan. gloſ.in clemen.ſtatutum.de electio. Item quia appellatione quantitatis vtraque venit, cùm vtraque ſit quantitas. Etiam diſplicet quòd intelligamus cyphum, & fundum habere certam naturam, quia quantitatem habent continuam, non naturam, quò ad hunc tex.nam natura non indidit eis certitudinem, ſed hominis facto conſtituuntur. l.Caius.§. fina.cum ſimilib.ff.de lega.2.melius facit text. in l.quod in rerum.§.ſi quis.ibi, cum noſtra deſtinatione fundorum nomina, & domus non natura conſtituerentur. de legat.1. ecce ibi caſum formalem contra hanc opinio.

27 Quid ergo inter tot & tantos patres dicam? crede mihi multo melius eſſet ſilere, quàm propalam aliquid diſſerere: attamen quandoque Deus reuelat paruulis, quæ abſcondit ſapientibus.cap.eſto ſubiectus.95.diſtinct.quamobrem explicabo, vt potero, nec tamen (quaſi Pythius Apollo) diuina vt ſint, & cœleſtia, quæ dixero, ſed vt homunculus vnus è multis, probabilia. Poſſet enim fieri, vt ſi ſinguli diligenter ſuper hac quæſtione interrogarentur, tot diuerſitates opinionum inuenirentur, quot homines numerarentur: vt in ſimili dicit tex. in cap.ſicut.§.item ſi poſſet.de conſecra.diſtin. 4. Igitur receptum eſt, quantitatem poſſe accipi, quicquid conſiſtit in pondere, numero, vel menſura, cùm illud propriè dicatur certum. l. certum.ff.ſi cert.peta.& declaratur in §.1.Inſtit. quib. mod.re contrah. oblig. ſiue quantitas ſit continua, vt fundus decem arpentorum, ſiue diſcreta, vt decem: prout latius ſuprà dictum extitit, & ita largè ſic erit accipiendum: & communiter in hoc doctor. conueniunt, dempto Andegauen. facit l. arbitrio. ibi non adiicitur certa quantitas.ff.de dolo.l.ambitioſa.de decre. ab ord. faciend.l.profectitia.§. ſi filiusfa.ibi, certam quantitatem de iure dotium.

*Noua inuẽtio authoris de caſibus certis.*

Per naturam puto intelligendum res animatas, quibus Deus indidit naturam certam, vt cognoſcerentur: nam viro certam naturã à muliere diſtinctam indidit: mulieri certam naturam, videlicet fœmininam, dedit. Item equo certam naturam indidit, per quam eum dignoſcimus à iumento. Item boui (per quam à mulo differt) certam naturam indidit: & ſic de aliis. & hoc probatur per Ariſtot. lib. de natura animal. & communi vſu loquendi, qui attendi debet. l.Labeo. ff.de ſupellect. lega.docto.in rubr.de noui oper.nuncia.& in prooe.Decreta. & Auguſti.de morib. Manichæorum ait, Natura nihil aliud eſt, quàm quod intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe. & Sapien.7.cap. Deus dedit mihi horum quæ ſunt, ſcientiam veram, naturas animalium &c.

Nec obſtat quòd res inanimatæ puta ſeruitutes, & aliæ res habeant naturam. l. ſi ædes. 1.in fin.ff.de ſeruitu. vrb.præd. quia fateor, ſed non certam: à Deo inditam. de qua hîc credo Imperatorem loqui: nam Priſcia. & alij grammatici dicunt genus non oportere demonſtrare in maſculo, nec in fœmina, cum certam habeant naturam. dicit Nebriſſenſis, fœmina máſque genus nullo monſtrante reponunt, vel per naturam poſſumus intelligere certitudinem ipſam quæ ineſt rei naturali quadam vi ſeu origine propria, non facto hominis. vt probatur in l.quod in rerum.§.penul.ibi, cum noſtra deſtinatione fundorum nomina & domus, non natura conſtituerentur.ff.de lega.1.& Imperator hic iſta duo poſuit verba, vt omnẽ

compre



comprehenderent certitudinem, tam à natura prouenientem quàm ex diſpoſitione hominis, & ſic quo ad effectum omnes prædictæ opiniones conueniunt.

*Certũ, vnde dicatur.*

28 Et dicitur certum, à cerno cernis: quia certum & decretum eſt ita eſſe. ſecundum Bald. in l.filium.col.fin.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur. vel certum poteſt dici quod probabili ratione creditur.l.ſi filius. ff.de ritu nuptia.l.1.§.ſi quis vltro.de quæſtio.vel certum dicitur quod per communem hominum intelligentiam certo modo interpretatur.c.intelligentia.de verb. ſignifi.c.ex literis.de ſponſalib.Bald.in c. cauſſam.2.col.2.de teſtib.

Item multis modis dicitur aliquid certum: vt declarat Alberi.hic.col.9.& ideo ſi quis vendiderit decem dolia vini, & non tradiderit: vel quinque libros, aut fundum: tenetur ad id quod intereſt: quod non poteſt duplum excedere: quia eſt caſus habens certam quantitatem.

Item ſi quis vendat bouem, & non tradat: ſeu equum, aut decem oues, vel aliam rem animatam: tenetur ad id quod intereſt: quod duplum non excedit: quia eſt caſus habens certam naturam: & de natura probatur in l.imperialis.C.de nup.l.vna.§.ſed ne ex conſenſu. de rei vxor.actio.l.res.de donat.inter vir. & vxor. c.damnamus. de ſumma trini. l. ſi mater. ff.de fideicom.liber.l.interdum.de verb.oblig. Et ſic ſi promittatur bos in genere, dicitur caſus habens certam naturam, à iumento, & ab aliis animalibus: ideo non poſſet duplum excedere: & ſic procedit opinio Bart.quicquid dicant moder. hîc. & quantum ad effectum videntur huic docto.opinioni aſſentire, licet non ita declarent: vt dixi ſuprà.

Nec obſtabit quòd nulla certa ſpecies ſit in obligatione: quia fac eſſe, tamen certa natura eſt, quæ ſufficit: vt in hoc patet text.alternatiuè loquente: ibi, certam quantitatem vel naturam. cuius natura eſt vt alterum ſufficiat. l. ſi hæredi plures.ff.de condi.Inſti.c.2.& ca. inter. de reſcrip.& ſic ſufficit, dum tamen vnum ſit certum quantitate, vel natura. facit l. vbi.§.illud.ff.de verbo.oblig. Dicebat tamen quidam, quòd poteſt aliquid eſſe certum quantitate, & natura ſimul: vt, promitto decem equos: & illa dicitur maior certitudo. no. in d.l. certum. & per hoc erit hic caſus difficilis elucidatus: laus Deo: quia hactenus non inuenies alibi hunc articulum ita diſcuſſum: & planè fateor, quòd indigeret declaratione principis, ſeu parlamentorum.

## *Gloſſa verb. contractibus.*

Gloſſa in verb. contractibus. diuiditur in quinque partes: in prima, timore cuiuſdam contrarij, ſupplet ad tex.in ſecunda, quærit: in tertia, opponit: in quarta, ampliat in maleficiis: in quinta, loquitur quid de obligatione rem dari. Secunda ibi, ſed qui ſint hi. Tertia ibi, ſed certè imò. Quarta ibi, item in maleficiis. Quinta ibi, ſecus ſi diceret dari.

1 Prima pars videtur innuere ſuperfluitatem: quia ſufficiebat dicere, in omnibus caſibus. & tamen hic tex.dicit, in omnibus contractibus. & ſic erit ſuperfluus: contra primam conſtitutionem.C.§.quibus.glo. reſpondet: hoc verbũ, in omnibus cõtractibus. intelligi de ſimilibus: alioqui eſſet contra verſi. in aliis. vbi in incertis non eſt taxatum, ſed ſolum in certis: & pro expoſitione facit glo.in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugiti.tex.in c.ſedes.de reſcript. & ibi latè Feli. col.2.poſt alios. & ſic facit pro Petr. quòd intelligatur de contractibus, vltrò citroque obligatoriis: prout ponderauit Do. Igneus in d.l. quatenus.& in reſpon.arg.Decij.

Secunda pars quærit, de quibus ſimilibus loquatur? & reſpon. duobus modis. Primo, quòd ſunt hi in quibus lex dicit ſingulare intereſſe venire. Secundo, illi qui continent certitudinem, ſecundum quoſdam. Prima non tenetur: quia in omnibus non venit ſingulare intereſſe: ergo hic text. non procederet ſecundum Sali.& alios: & glo.in 3. parte etiam hoc reprobat, dicens quòd licet ſingulare intereſſe non veniat, dummodo certitudinem cõtineat ille contractus, hac lege complectitur: vt ſunt omnes contractus bonæ fidei: de quibus in §. actionum.Inſti.de actio.& glo.in cap.cùm venerabilis.de exceptio. & etiam quidam ſtricti iuris: vt in arbitrariis, in quibus in litem iuratur.l. in actionibus.ff. de in lit. iuran. & in his non eſt dubium ſingulare intereſſe venire.l.1. 2.& per totum.ff.de in lit.iuran.

Item procedit hîc tex.in quibuſdam maleficiis, & interdictis.l. in interdicto. prima. ff. de vi & vi arma.l.ſi duo.in fine.vti poſſid.

Item in omnibus contractibus, in quibus lex dicit certam rem debere tradi ex contractu, vel delicto: ſecus ſi dari: tunc præcisè tenetur.l.ſi ſeruum.§.1.ff.de verb.oblig.& l.vbi. §. ſi. illo tit. & in glo.dupli. latius dicetur: habet etiam locum in contractibus innominatis: etiam ſi lex dicat certam rem debere dari.l. rebus.C. de rer. permuta. quia ſicut ſunt debiles in obligatione contrahenda: ita eſſe debent in diſſoluenda: ſecundum Salice.hîc melius facit. l.naturalis.§.1.ff.de præſcript.verb.

*Declaratur textus, in verb. ſancimus.*

2 Ex glo.habes, reiectis opinio.moder. hîc declarationem ad tex.in ver. ſancimus. in omnibus caſibus hoc quod intereſt dupli quantitatem non excedere: poſtea tex. reſtringit, qui habent certam quantitatem vel naturam. ſucceſsiuè Imperator ponit exemplum in venditione, & locatione: & quia poterat quis dubitare, an in illis tantum duobus contractibus procedat, cùm etſi exempla non arctent regulam. l. nam quod liquidè. ff. de penu lega. l. damni. in 2. ff. de damno infec. attamen duo exempla ſaltem declarãt in eadem ſpecie procedere: ſecundum collegam hîc.c.quod in primis.per text.in l.nunquàm.& ibi glo.ff. de priua.delict.no. Moder. in §. ſed iſte.col.7. Inſtit. de actio. Item lex correctoria tantum procedit in exemplis in ea poſitis, ne amplius corrigat. Pau. Picus. in repe. l. in quartam.col.38.ff. ad

leg.Falcid.Sed Imperator ad tollendum illam dubitationem, ſtatuit id quod intereſt non debere duplum excedere in his duobus caſibus:nec etiam in omnibus contractibus ſimilibus:intellige videlicet vltro citróque obligatoriis:& aliis habentibus certam quantitatem, vel naturam : & hanc puto fuiſſe intentionem Imperatoris. Et ſic excludit, ſecundum collegam, contractus ſtricti iuris.per d.l.nunquàm. quæ dicit exempla tex. iſtum declarare : vt in caſibus eiſdem,vel ſimilibus procedat, non diuerſis.quod non admitto:imò hîc text.intelligetur etiam de contractibus ſtricti iuris, propter verbum omnibus generale, quod omnia comprehendit, & nil excludit, niſi lege excipiatur.l.à procuratore.C. manda. cum ſimilib. & non obſtat aliud, quia duo exempla non declarant tantum in illis duobus procedere:vt eſt tex.in l.1.ff.de præſcrip.verb.l.ſi tibi areæ illo tit.cap.inter cæteras.in fin.de reſcript. & ſic etiam in ſtricti iuris iudiciis procedet.l.3.§. fin. ff.de eo quod cert. loco. cum ſimilib. nec illa l.nunquàm.ſecum facit,ſecundum aliquorum opinionem.

*Alci.opinio reiicitur.*

3 Infertur ex hoc intellectu primo,quòd non comprehenduntur contractus hincinde non obligatorij : de quibus in l.Labeo.ff. de verbo. ſignifi.licet.in verb.caſibus.comprehendantur: vt no.moder.hîc.

Secundò excluditur factum reciprocum: cum non ſit vltro citróque obligatórium, ſed ſunt duæ ſtipulationes:& ſic non dicitur caſus certus,ſed incertus:vt ſuprà dixi.

Tertiò, facio vt facias : non eſt contractus reciprocus,nec certus:quia non oritur obligatio vtrique, ſed ei qui impleuit contractum ex parte ſua.l.iuriſgentium.§.ſed & ſi in alium. ff. de pact.l.1.de rer.permut.not.in l. naturalis. de præſcip.verb.

*Not. cōclu ſiones ſequentes.*

4 Ex glo. eliciuntur concluſiones ſequentes: quarum prima eſt, quòd hac lege limitatur titulus de in litem iurando:vt vltra duplum nō poſsit quis iurare,nec iudex condemnare:cum hæc ſit lex noua, & generaliter loquatur. latè dixi ſuprà in 1.glo.in intereſſe affectionis,igitur non repeto : ibi reſpondi ad opinionem contrariam collegæ.

*In obligatione, rem tradi,intereſſe duplum an excedat.*

5 Secunda concluſio : Vbicumque lex dicit certam rem debere tradi,intereſſe duplum nō excedit:quia caſus certus eſt, ſecundum iſtam glo.Hanc concluſionem reprobāt communiter doct. quia ſtipulatio rem tradi certi fundi vacuam, dicitur incerta. l. ſi rem tradi. & ibi Bar.& in l.ſi fundum certa die,& no.in l.ſtipulationes nō diuiduntur. ff. de verb.obliga. l. 4. de vſur.ideo non taxatur hac lege. vt dicetur in gloſ.in verb.in aliis.

*In interdictis an intereſſe duplum excedat.*

6 Tertia concluſio:intereſſe non excedit duplum in interdictis.l.j. §. non ſolum. & l.in interdicto. ff. de vi & vi arma.l.ſi duo. §. fin. vti poſsidetis.etiam non tenetur : quia in eis agitur ad reſtitutionem poſſeſsionis, vel alio modo ad poſſeſsionem,quæ eſt facti.l.1.§.ſed ſi vir. ff. de acquir.poſſeſſ.cum ſimilib. dixi latè in rub. de cauſſa poſſeſ. & propriet. ideo dicitur incertum, tum propter fructus incertos perceptos : tum percipiendos, qui in rerum natura non ſunt,licet quidam moder.hîc velint ſuſtinere glo. dicentes haberi rationem ad rem ipſam.ergo cum res ſit certa:& caſus erit certus: alioqui etiam procederet in contractibus, & delictis, in quibus eſt res certa tradenda. Falluntur:quia in contractibus & delictis traditur res,vel agitur ad rem tradendam.l.1.ff.de actio. empt. ſed in interdictis agitur ad poſſeſsionē, quæ facti eſt:vt ſuprà dixi:ergo erit caſus incertus. Reliqua ad intellectum huius gloſ.pertinentia dicentur infrà in gloſ.in ver.in aliis.

*Taxantur moder.*

*Gloſſa in verb.dupli.*

Glo.in verb.dupli.ſex continet partes. Prima declarat tex.Secunda,no. Tertia, de communi intereſſe ponit. Quarta, format contrarium forte.Quinta,aliud.Sexta,Aliud. Secunda ibi,& no.quòd tertia ibi, in quo communi. quarta ibi, item in eo quod dicit. quinta ibi, nec obſtat.ſexta ibi,item nec obſtat.

*Quid debet duplari.*

1 Primò quæro, quod eſt illud, quod poteſt duplari? & glo.reſpondet, quòd intereſſe ſingulare non poteſt excedere duplum intereſſe conuenti : & ſic conuentum duplatur, ſecundum Placent. Bulga. intelligit de communi. Glo. verò intelligit in verſic. tu dic. nec commune,nec conuentum, poſſe duplum excedere:ſed duplatur id quod eſt maius ſiue ſit conuentum,ſiue commune:quia quandoque vnū eſt altero maius : aliquando intereſſe conuentum eſt nullum,quia non eſt taxatum ex contractu facto, aut aliàs : & tunc commune duplabitur:quia quod non eſt,non poteſt duplari.l.in teſtamento.in 1. ff. de condi. & demon. Et ſic opinio Placenti.reprobatur per docto.in eo quòd intelligit de conuento : quia multi ſunt caſus in quibus ſingulare intereſſe debetur : & tamen non eſt conuentum : ergo non reperitur duplum : vt dixi ſuprà. Sed poteſt ſaluari : quia vult conuentum duplari : tamen non negat quin commune etiam dupletur : & quia iſtud conuentum eſt magis certum quàm aliud : quia variantibus temporibus,variantur rerum pretia.l.pretia rerum. §. fin.ff.ad leg. Falcid. ideo hoc magis inſpicietur per hunc tex.ibi,certam quantitatem. nam fit certa per conuentionem. §. pretium. Inſtit. de empt. Item ſuper hoc non oportebit inquiſitionem facere,ſicut in communi:vt no. doct. hîc:attamen conuentum in totum debebitur: vt infrà dicam.& D.Igne.in d.l.quatenus. col. 18. quia ſtari debet conuentioni:ergo non duplatur.

*Reſolutio authoris, quid debeat duplari : in qua cōciliat opiniones.*

2 Reſoluendo tamen puto nec intereſſe conuentum, nec commune poſſe duplari : ſed rei pretium.l.prætor.in 2.§.hæc autem actio.ff. vi bono.rapto. & l. in furti. de fur.l.1. §. conſiderandum. de tutel. & ratio. diſtra. ſed tam pretium conuentum, quàm commune poterit duplari:& ſic vtraque opinio conciliabitur:& hoc probatur in l. 1. ff. de actio. empt. vbi in



venditione venit pretium conuentum : & tamen ſingulare intereſſe in ea cadit:vt hoc tex. patet : ergo illud pretium conuentum etiam duplatur. hoc ſentit Bar. & Soci. hîc in rubri. col.5. verſic. tamen duplici via.& faciunt quæ dixi in glo.1.ſupra,vbi dixi, largè intereſſe vocari pretium.Et ſic pretium commune rei attendi debet, maximè quando conuentio eſt erronea,& non vera, quia veritas & non error inſpici debet.per §.ſi quis rem.de lega.in Inſtit. Ideo ſi quis rem valentem viginti vendiderit nouem,duplabuntur viginti, quæ ſunt rei verum pretium.& non nouem.probat D.Igneus in d.l.quatenus. licet quidam eum non intelligentes & iudicio lapſi,reprehendant, & poſtea in idem conueniant in effectu poſt verborum iactationem inanium.

Item hic tex. loquitur de caſibus habentibus certam quantitatem:ſed quando conuentum eſt pretium, ibi eſt certa quantitas : ergo habebit locum hæc lex.

Præterea intereſſe non debetur ex intereſſe: nec æſtimatio æſtimationis ſicut nec vſurarū vſuræ,vel vſurę pœnæ.l.improbum.C.ex quib. cauſ.infa.irroga.l.fi.de vſur.l.j.C.de fiſcal. vſur. lib.x.l.fi. ff. de magiſtrat. conuenien. ergo nec intereſſe debebitur ex intereſſe:& ſic intereſſe non duplicabitur : ſed rei pretium. Item bona fides non patitur : vt his idem exigatur regu. bona fides.ff.de reg.iur.ſed ſi intereſſe conuentum,vel commune duplaretur, bis exigeretur intereſſe. quod fieri non poteſt. & facit l. emptorem.§.Caſsius.ff.de actio.emp.

Nec obſtat, quòd expreſſum facit ceſſare tacitum.l.cum filio. §. ſi ex filio. ff. de vulg. & prouiſio hominibus facit ceſſare prouiſionem legis.l.fin.C. de pact. conuen. & ſic ſi loquatur de conuento. ergo non poteſt loqui de ſingulari. Reſpondeo, nec loqui de vno, nec de altero : ſed de pretio communi & conuento, quod poteſt duplari in intereſſe ſingulari: vt hîc.

Nec obeſt, quòd antiqui non dubitarunt de intereſſe conuento : ergo hic text. non loquitur de eo, quia fateor non dubitari ſi erat iam taxatum:ſed quando pretium ſolum erat conuentum, bene dubitabitur vſque ad quam ſummam aſcendere poſſet id quod intereſt,& hîc ſtatuit vſque ad duplum : quia etiam non dubitabatur de pretio communi, ſed bene de intereſſe communi.

Nec refragatur quòd duæ cauſſæ lucratiuæ, in idem non poſſunt concurrere.§. ſi res aliena.Inſtit.de lega. nam etiam hîc non concurrunt : quia poſtquam id quod intereſt eſt taxatum:id inſpicitur:cùm pacta ſeruabo,dicat prætor.l.iuriſgen.§.prætor ait.ff.de pact. ſi non ſit taxatum:ſed pretium id ſiue fuerit conuentum,ſiue commune,poterit duplari:& illa mecum faciunt, quòd intereſſe commune non poſsit duplari : ne ſint duæ cauſſæ lucratiuæ. Concludo ergo,in caſibus certis intereſſe non poſſe excedere duplum pretij communis, vel conuenti:quod eſt notandum ad huiuſce legis elucidationem : & vt omnia intelligantur,nota ſequentia.

*Reg. quòd totū intereſſe conuentum peti poteſt.*

3 Regula ergo eſt,quòd intereſſe conuentum in totum eſt debitum : etiam ſi duplum excederet.l.ſtipulatio iſta.§.alteri. ff. de verb. oblig. §.alteri.Inſtit.de inuti.ſtipula.l.2.§. fi.ff.qui ſatiſda.cogan.& l. procurator.ad exhibendum. §.fin.ff.rem rat.habe.& in l.ſi dictum.in princ. de euictio.l. fin. de præto.ſtipu.Bart.& alij hic. col.9. Innocen.& Cardina.in d.c.ſacro. de ſenten.excommu.Specula. eo. titu. §. nunc dicamus.Do.Igneus,in d.l.quatenus col. 3. l. idem iuris eſt.& ibi Vicen.Hercula.no.vlti.ff.de verbo.oblig.& dicam in glo. in verb.proferuntur. Alioqui interdiceretur partibus libera rerum ſuarum diſpoſitio,quæ eſt tamen eis permiſſa. l.in re mandata.C. manda. etiam abutendo. l. ſed etſi lege.§.conſuluit.ff.de petitio.hæred. & pacta ac conuentiones partium non ſeruarentur,quas tamen mandat lex ſeruari. l.iuriſgentium.§.prætor ait.ff.de pact.& parti daretur materia delinquendi cōtra l.conuenire.ff. de pact. dotalib. Nam pars poſtquam conueniſſet tradere rem,& ſi non traderet promiſiſſet cētum, ſi nollet tradere, non teneretur ad id quod promiſit,ſed duplum pendere poſſet,quod nō eſt ei liberum. l. non eſt. C. de reſcind. vend. etiam quia de hoc non erat antiquitus dubitatum,quia ſemper ſolitum eſt exigi totum. d.§. alteri.ob id iſta lex ad illud non refertur. Item dicit lex,partibus vt promiſſa reſtituant.l. vna. C.de ſuffragi.& quia iſtud in certis caſibus limitatur,ergo in contrarium eſt ius commune l.1.ff.ad municipales.& probat tex.in l. ſi plus. ff.de euictio.ibi placitum cuſtodiendum eſt.& iuriſconſ.conſilium poſitum in l.fi.ff.de præto. ſtipula.dicentis, commodius eſſe certam ſummam comprehendere,quod non prodeſſet, ſi non poſſet exigi conuentum,licet quidam cōtra teneant per rationes in aëre fundatas, & in momentaneo eorum cerebro, vt quiſque ſani iudicij videre poteſt.

4 Primò limita,quando eſſet dationi quantitatis adiectum:quia in eum caſum nil debetur, cùm in fraudem vſurarum præſumatur appoſitum.Bal.in l.rogaſti.& ibi Moder.ff.ſi cert. pet. & ſuprà dixi in 1. glo.& in intereſſe conuento.igitur hîc non repeto.

5 Secundò,non procedit, quando conuentio dolo facta eſſet : quia quæ dolo fiunt, non valent:ſaltem ope exceptionis.l.1.ff. de dolo.& l. pacta quæ contra leges.C.de pact.Azo in ſumma de dolo.Innocen.in c.ſacro.col.3. de ſente. excommuni.Spec.eodem tit.§. nunc dicamus. & Andega.in fol.53.verſic.nonò incidenter. in ſuo tract.de eo quod intereſt.

6 Tertiò, idem intelligo ſi conuentio eſſet facta metu : licet non inueniam tactum. quæ enim metus cauſſa geſta ſunt, rata non habet prætor.l.1.& per totum. ff. & Cod. quod met. cauſſa.tam de iure ciuili,quàm canonico. rub. de his quæ vi metúſve cauſa geſta ſunt. in decretalibus.

7 Quartò limita, ſi per errorem facti ſit promiſſum

miſſum vltra duplum.glo. hîc, in fine.l. ſed ſi quis.§.ſi.ff.ſi quis cautio. l. ſi diuortio.de verb. oblig.Bald.hîc.col.4.verſic. quæro an intereſſe conuentum.

*Nouus intellectus ad c.ſuam. de pœnis.*

8 Quintò reſtringe de iure canonico, per ca. ſuam.de pœnis.docto.in ca.dilecti. de arbit. & in l.4.§.Cato.ff.de verb.oblig.Cogita ſi poſsit dici,quod ille tex. non probat: quia ibi ſoluta erat ſors,ſeptem exceptis.Igitur non erat æquũ ſoluere totam pœnam: ac ſi nil ſolutum eſſet; & ſic etiam de iure canonico debetur intereſſe conuentum.Innocen.& Cardina.in c.ſacro. de ſenten.excommu.

9 Sextò fallit quando facta eſſet conuentio à perſona, quæ aliàs non poſſet obligari: vt in prodigo,furioſo,& pupillo,ac aliis ſimilibus. l. is cui bonis.ff.de verborum oblig. & ibi docto. plenè.

10 Septimò limita, quando principale eſſet nullum vel impoſsibile:nam & intereſſe conuentum ſuper his non debebitur, tanquam acceſſorium.l.cùm principalis.ff. de reg. iur. l. non dubium. C. de legi.latè addidi in dicta l. cùm principalis. pro hoc eſt tex.in l. ſi homo mortuus.ff. de verbo. obliga. & ibi Bar. & Iaſ. vide eos in l.ſtipulatio iſta.§. alteri. illo tit. & Alexan.in l.2.§.Item ſi in facto.col. 2. de verb. obliga. intellige quando ſtipulatio intereſſe conuenti eſſet acceſſoria, aliàs contrà per ſupradicta.

11 Vltimò limita,quando conuentio illa eſſet facta ob turpem cauſſam.l.1.& per totum.ff.& C.de condictio.ob turpem cauſſam.

*Bar, corruptè loquitur.*

Aduertendum eſt etiam,quòd Bart.hîc nu. 6. verſic. quæro cuius eſt iſtud. eſt corruptus vitio impreſſorum: ibi,dum dicit, vbi non reperitur intereſſe commune, ſed conuentum. debet dicere, vbi non reperitur intereſſe conuentum,ſed commune:tunc non poteſt excedere duplum intereſſe conuenti. aliàs falſum diceret.

*Moder, reprehenſio.*

12 Item inquantum moder. hîc dicunt intereſſe ſingulare introductum ad differentiam conuenti,& communis:ergo vbi ſit ſingulare, ibi eſt & commune. non eſt verum: ex diuerſis enim non eſt bona illatio.l.Papinia.exuli.ff. de minori.l.fin. de calumniato. niſi accipias largè intereſſe,pro pretio.

Item dum plus dicunt,non poſſe imaginari caſum in quo ſingulare ſit ſine communi, vel conuento.certè dico quòd ſemper ſingulare eſt ſine conuento,& communi: nam bona fides non patitur, vt bis ab eodem exigatur.l. bona fides.ff.de reg. iur.vt dixi: ſed poteſt excuſari, quòd intereſſe ſingulare non poteſt eſſe ſine pretio communi, vel conuento. & ſic poteſt intelligi opinio moder. in hoc multum titubantium, & noctu (vt dicitur) nauigantium.

*Intereſſe cõmune totũ debetur.*

13 Ex ſecunda parte glo.notatur,quòd intereſſe commune,quantumcunque ſit,debetur; & poteſt peti. l. ratio. §. ſi per venditorem. ff. de actio.emp.tex,& ibi not.Sali.in l.3.§. fin. de eo quod certo loco. & ſequuntur communiter docto. & eſt communis ſecundum moder. etiam ſi ſit extra rem: & an debeatur, dicetur infrà.

*Singulare an tantum taxetur.*

14 Sed an hæc lex loquatur tantum de ſingulari? quod ſic videtur facere: quia ſuper communi non dubitabatur, cùm quilibet ita æſtimaret: ergo &c. Item lex minus quàm poſsit debet corrigere.l.vna.C.de inoffi.doti.Præterea hoc non producebatur in infinitum: nec in circuitus inextricabiles redigebatur: ſed quod communiter intererat petebatur:& iſtud communius receptum eſt.Et in forenſi iudicio ſeruatur, vt eſt ſtatutum in ordina.reg.no.ar.94. quicquid in contrarium iuniores ſcribant.

15 Secundò amplia,etiam in maleficiis. l.ſi ſeruum meũ.& l.ſeq.ff.ad leg.Aquil.l.inficiando. de furt.ſequitur gloſ.hic dicens.quòd ſingulare intereſſe in maleficiis vltra duplum nõ debetur:vt ſuprà dixi in glo. in verbo caſibus,reprobando opinionem collegæ, & aliorum contrarium tenentium.

Tertiò,ſiue agatur propter non factum,vel malè factum:d. §. ſi per venditorem.& d. l. Iulian.Innocen.& alij in c.ſacr.de ſenten. excommuni. Specu,eo.tit. §. commune. Andega.fo. 53.verſ.nono incidenter. & fo. 185. verſ. quintò principaliter.Fallit in caſu ſingulari. l. Titius. & ſeq.ff.de actio.em.teſte Bar. quem communiter tanquam aurigam ſequitur Deci. licet do.Igneus in d.l.quatenus.col.30. & ſeq. aliud tenuerit.de illius l.Titius.intellectu,dixi ſuprà in 4.no,

*Singulare intereſſe vſque ad duplum debetur.*

16 Singulare verò non excedit duplum: vt in ſecunda parte;& hoc in certis caſibus: ſecus in incertis:vbi damnum quod re vera datum eſt, peti poteſt:vt in verſicu. in aliis. ſequitur Petr. de Ferra.in pract.in forma libel.in actio. reali. in verb.& in florenis. col. 2. alios caſus per te inuentos poteris hic addere:intellige, ſiue creſcat poſt contractum,ſiue non: vt infrà dicam nume.20. Hodie in hoc regno pœnæ dupli, tripli,& quadrupli non ſolent exigi, ob id petitur id quod reuera intereſt, & non duplum, & ita ſolet in curiis Franciæ fieri condemnatio ſecũdum quod probatum fuerit intereſſe, & quod veriſimile videtur iudici intereſſe poſſe. Quæ praxis probatur per gloſ.in ca.fraternitas.12. q. 2. Ideo multa de induſtria nunc omittam quæ quibuſdam ἀλάζουσι iunioribus me reprehendentibus paraueram ad aliud tempus reiiciens, vt ſuperius dixi.

*Praxis regni.*

17 Ex tertia parte glo.infertur, quòd in intereſſe communi venit tantùm damnum & non lucrum;hoc tamen diſcutietur in glo. vlti. habes tamen ex gloſ. quòd intereſſe commune eſt fauorabilius quàm ſingulare:& hoc probat gloſ.dum arguit,ſi lucrum veniat in ſingulari; ergo & in communi.

*Quartæ partis glo. diuiſio.*

18 Gloſſæ quarta pars in decem ſcinditur partes. Prima opponit de l.datio.aliàs incipit, ratio.§.ſi per venditorem.Secunda reſpondet,ſecundum Bulga.ibi,reſpon.Bulga.Tertia aliam format oppo.ibi, item eidem contra. Quarta ponit reſpon.Bulga.& Mar. ibi, cui reſpondebant.



bant. Quinta opinio Mar.& Bulga. reprobat: ibi,quod non placet. Sexta ſuam ponit ſolutionem diſtinguendo: ibi, tu dic. Septima remouet contrarium:ibi, nec obſtat,infrà, eo.tit. l.cum fundus. Octaua aliud: ibi,item nec obſtat. Nona ponit diſtinctionem doctorum antiquorum,ſoluentium contrarium de §. ſi per venditorem.quam reprobat:ibi,alij diſtinguũt. In vltima parte aliorum ſolutionem refert: quam non reprobat, nec improbat expreſſe: ibi,alij dicunt. Et ſi vellem omittere glo. elucidationem breuius perſtringerem, ſed ad doctorem regentem ſpectat elucidare omnia,quę in lege & glo.ſcripta ſunt.l.prima.vbi docto.ff. Si cert. petat. Sed his qui iura domi ſcripto profitentur,illa, quæ ex animi ſententia ſcribere cupiunt,liberum eſt,niſi vxor refragetur, & ideo diuerſus eſt mos ſcribendi doctorum interpretantium, & eorum qui triduo iuriſconſ. nomen propria temeritatę ſuſceperunt. contra §.reſponſa. de iure natu.in inſtitu. Nam hi amplis maxime iactationibus chartas replent. alij auditoribus planam & facilem prout deus concedit elucidationem præbent, vt quilibet intueri poteſt. Nam hi arrogantes, ſi publicè profiterentur, cum ſua ſtoliditate reiicerentur, quia odibilis eſt coram Deo & hominibus ſuperbia,vt ſcribitur Eccleſiaſti c.10.

*Declaratur §.ſi per vẽditorem. l.datio.*

19 Declarando hanc partem. Primò oppono de l.datio.§.ſi per venditorem.ff.de actio.emp. vbi intereſſe vltra duplum egreditur:hic ſecus. glo.reſpon.referendo Bulga.illum tex. intelligentem quanti plurimi petendum: videlicet vſque ad duplum,& non vltrà. hæc ſolutio eſt contra tex.dicentem, quò pluris &c.& ſic non ſe reſtringit ad duplum:ideo glo.opponit contra hanc ſolutionem de l.Iulian.§.ſi verò ſciẽs. illo tit.& dicunt Cinus & Alber.hic iſtam oppo.eſſe difficilem & cornutam.Bulga. & Mar. vt refert glo.dicunt d.l.Iulian.loqui in intereſſe extra rem,hic circa rem.Sed hoc non placet Accurſ. quia intereſſe circa rem magis debet excedere duplum, quàm extra rem. Ideo glo. ponit ſuam ſolutionem, quòd loquantur illa duo iura de intereſſe communi. quod quantumcumque ſit peti poteſt:cum totum ſit ſimplum:vt ſuprà dixi in eadem glo.hic de ſingulari,quod duplum non poteſt excedere:& hęc ſolutio eſt communis & approbata hic per docto. alias ſolutiones quamplurimas citant hic docto.& in tracta.de eo quod intereſt moder. quas non tranſcribo. Aliqui materiam l. vinum. hic tranſportant, extra tamen oleas: hæc lex eſt ſatis onerata, igitur reſeruo ad d. l. vinum.

20 Poſtea glo.diſtinguit, quando intereſſe circa rem vel extra rem poſsit peti:aut loquimur in intereſſe,eo quia res non eſt tradita:& tunc non conſideratur extra rem.l.ſi ſterilis. §. cum per venditorem.ff. de actio. emp. aut quia res malè traditur, vel quia venditor poſtea eam euincit,vel alius;aut poſtea in ea delinquit, & tunc totum petitur etiam extra rem.l. tenetur. §.ſed ſi vas.ff.de actio.emp.& d.§.ſi verò ſciens. cum aliis hic per glo. adductis. Subſequitur penultima pars glo.quæ diſtinguit:Aut ſingulare intereſſe ex certa ſcientia promittatur: & tunc quantumcumque ſit, peti poteſt. d. §.ſi per venditorem. ſed non tenetur: quia de indubitabili, & nil ad rem: ſecundum glo. nam hic tractamus quãdo debetur ſine ſpeciali pacto:alioqui tranſiret in conuentũ.Aut nõ promittitur ex certa ſcientia,& tunc nõ poteſt duplum excedere,arg.l.ſed & ſi quis.§.ſi.ff.ſi quis cautio.Alij dicunt,quòd non poteſt duplũ excedere ante contractũ:ſed ſi poſt contractũ res cœperit eſſe pluris, & eius æſtimatio creſcere, tũc vltra duplũ poterit peti.d.l. datio. etiã non tenetur: quia hic textus ſimpliciter dicit ſingulare non excedere duplum:quod debet intelligi, ſiue creſcat vltra duplum poſt contractum,ſiue non:alioqui non taxaſſet Imperator generaliter,ſi voluiſſet attendi quando excreſcit.Subſequẽter opponit glo.de l.cùm fundus. ff.de euictio.& ſoluit, ſecundum Placen. quòd loquatur quando emptoris minus duplo pretij conuenti intererat:hic quando plus.hæc ſolutio diuinat.Ideo non admittitur.glo.in l.nõ iuſtam.C.ad Trebellia. cap. gratia. de reſcrip. lib.6.l.ſi putator.in fin.ff.ad leg.Aquil.hoc glo. ſentiens. ponit alteram ſolutionem: videlicet, quòd ibi loquitur de actione ex ſtipulatu duplæ, quæ habet rationem ad pretium conuentum,quod duplatur iuxta promiſſum:hic nõ. Item oppo.de l.Titius.& dicit corrigi per hãc l.dixi in 4. no. vbi illius legis intellectum pinguiore minerua examinaui.

*An intereſſe extra rẽ debeatur.*

21 Quæro,an intereſſe extra rem,quod vocant extrinſecum, debeatur? & glo.ponit duo verba:aut agitur propter non factum,aut propter malè factum:ſed iſtud non ſufficit:& quia hic articulus eſt difficilis, & per docto. malè examinatus,teſte Bar.hic col.7.num. 14. ideo ipſe ſic diſtinguit: quoddam eſt intereſſe intrinſecum,id eſt ipſius rei æſtimatio: & iſta ſemper venit in condemnationem. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem.ff.de actio.emp.l.vinum.ſi certum peta.cum aliis ſimilibus.Federi.conſi.vlt. col.antepenul.

*Diſtinctio Bar.ſuper intereſſe extra rem, & circa rẽ.*

Quoddam eſt intereſſe ex ipſa re proueniens:vt fructus,partus,& ſimilia:& de hoc dic vt in l.ſi ſtipulatus.& l.videamus.2.ff.de vſur.l. ſi filiusfa.§.1.& l.ſi fundum.de verb. oblig. Petrus de Bel.Pert.q.476. cum ſeq.Spec.in tit.de fructib.poſt glo.in l.& ex diuerſo.ff.de rei vind. Bald.in l.1.C.de fructi. & liti. expen.Petrus de Ferra.in ſua pract.in forma libel.in actio.reali. in glo.ſimul cum fructibus.

Quoddam eſt intereſſe extrinſecum: & in hoc pendent leges & prophetæ. & dic, quòd aut agitur propter non factum: aut ob malè factum. quando agitur propter non factum: vt quia res non eſt tradita, quæ tradi debebatur; & tunc ſi ſequatur rem quocumque vadat, & illius habetur ratio; vt ſi ſeruum hæredem inſtitutum non tradideris, quare perdidi hæreditatem, quæ ſequitur ſeruum.l.2.alij habent.l.pen.ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l.

vendItor.

venditor. de euictio. l. inde Neratius. ad leg. Aquil. Iſti tex. pro Bar. nil faciunt, ſecundum Renal. cui aſſentio quò ad l.2. vel penul. de his qui ſunt ſui. arbitror Barto. voluiſſe adducere tex. in l.pen. C. de his quibus vt indig. Sed aliæ duæ bene reſpondent ad rogatum: licet l. inde Neratius. loquatur de ſeruo hærede inſtituto, qui eſt occiſus: quapropter perdita eſt hæreditas, quæ ſequitur ſeruum: & loquitur propter malè factum: & ſic vult Bar. hoc intereſſe venire, ſiue agatur propter non factum, ſiue malè factum. facit tex. in l. 3. ff. de condictio. furti. & tex. melior iuris, ad hoc in l. ſi ſolus. §. fi. ibi, ſed ipſum comitari &c. ff. de acquir. hæredita. & ibi etiam dicitur haberi rationem hæreditatis, ſicut hic: & hæc eſt ſententia Bar. quam docto. ſequũtur: & eſt communis. & pro ea facit l. Iulian. §. ſi quid ſeruo. & l. ſi quis ſeruum. ff. de actio. emp. l. cùm autem. §. cum etſi. ff. de ædil. edic. latius dicam, ponendo regulam cum limitationibus infra.

*Alcia. inuentum de intereſſe extrinſeco.*

22 Subtilis collega noſter D. Alcia. huic communi ſententiæ (ſuo more) aduerſatur, contra torrentem nitens, in cap. 3. quæſtio. Primò, quia ſeruus hæres inſtitutus non reddit dominum ditiorem, nec locupletiorem, antequam adeat. l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid. quia ſeruus poteſt non adire, etiam ſi minis & terroribus inducatur. l. cum proponas. C. de hæredi. inſtituen. & ibi gloſ. dicit, quòd potius permitteret ſe excoriare quàm adiret: ergo non habetur ratio iſtius hæreditatis.

Præterea dicit idem collega, aliud genus remi adducens: quòd ſi hæreditas eſt mihi delata, cùm eam poſsim adire: & ius adeundi ſit in bonis noſtris, dicor locupletior. l. delata. ff. de verbo. ſignific. Bart. in l. poſt emancipationem. §. fin. ff. de libera. lega. Si verò delata ſit ſeruo: quia non poſſum eam adire: non eò dicor locupletior: dicta l. pretia rerum. quia propriè non dicitur mihi delata, quam non poſſum conſequi: dicta l. delata. & iſte eſt intellectus quem dedit glo. in dicta l. pretia rerum. ad legem Falcidiam. quem reprobat Alex. & Vincen. col. 4. licèt collega noſter (ſuo more) ſibi adſcribat illum intellectum gloſſæ.

*Intellectus Alcia. vltra Herculis columnas reiicitur. Ius adeundi, an ſit in bonis noſtris.*

23 Inquantũ tenet dominus collega, ius adeundi eſſe in bonis noſtris antequam adeamus, quando hæreditas eſt nobis delata: & nos eſſe locupletiores: loquitur contra tex. in l. rem in bonis. ff. de acquiren. rerum domi. vbi res dicitur in bonis noſtris eſſe, quando pro ea habeo & actionem, & exceptionem: ſed ad adeũdum non habeo actionem contra aliquem, ſed facultatem: quia poſſum adire, vel non adire hæreditatem: ergo non dicitur in bonis ius adeũdi, antequam adeamus. eam tenet Bald. conſil. 119. quia vxoratus. colum. 2. in 5. vol. (& huius ſententiæ fuit Bart. & Soci. in l. qui duos. col. pen. ff. de reb. dub.) & Bald. in l. deo nobis. in fi. C. de epiſc. & cleri. & l. 2. in fin. de iur. & fact. ignoran. & in l. quoniam. & l. ſi infanti. queſtione 3. C. de iure deliberan. Bald. in §. iniuria. col. 2. de pace iura. firman. ſequitur Alex. conſil. 113. pro deciſione. in 3. vol. & conſil. 132. pro deciſione. num. 5. in 6. vol. & Guillel. Benedict. in repet. cap. Raynutius. in ſubſtitutione fideicommiſſaria. in verb. ſi abſque. in 2. nume. 65. & in verb. mortuo. in 1. num. 337. de teſta. Iaſ. & Dec. in l. emancipata. C. qui admitti. l. cum filiofa. col. 18. ff. de lega. 1. & tot ſunt eius ſequaces, vt temerarium videatur ab ea diſcedere vno vel pluribus futilibus fundamentis.

*Hæres inſtitutus antequam adeat, an ſit locupletior.*

24 Plus dum dicit, hæredem inſtitutum locupletiorem antequam adeat: loquitur contra textum formalem, quem pro ſe adducit: & interpretatur in d. l. pretia rerum. ff. ad legem Falci. ibi dum text. dicit, abſurdum eſt fieri locupletiorem antequam adeat: vbi generaliter loquitur tex. & in verſic. eſt autem præpoſterum ante nos dici locupletes, quàm acquiſierimus. Ecce quomodo loquitur in hominibus liberis, quibus erat delata hæreditas: quando dicit, nos &c. & ſic ſuo ſe iugulat gladio. Item facit tex. contra eum in l. 1. §. vtrum. cum ſequen. ff. ſi quid in fraud. patro. & in l. ſi mihi & tibi. & ibi not. de lega. 1. melius l. qui autem. quæ in fraud. credi. l. in lege Falcid. placuit ad leg. Falcid. & l. non eſt pupillus. de verb. ſignifi. l. ſi quis prioris. §. fi. C. de ſecũ. nu. Item loquitur contra textum clarum, ſumendo à contrario, & miror quòd non aduerterit in l. 1. §. fi. ibi, adeundo hæreditatem inſtitutus, hæredi ſuo locupletiorem hæreditatẽ ſuam relinqueret. ff. ſi mulier ven. no. & tex. in l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. heredi. in fin. ibi, dicendum eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt &c. ergo ſi non acceperunt non ſunt facti locupletiores.

*De alluſione contra Alci.*

25 Item facit contra eum alluſio vocabuli, Locuples dicitur à lata humo: quaſi locorum plenus: qui pleraque loca, & poſſeſsiones habet. Sed qui eſt hæres, antequam adeat non habet loca: ſed habere poteſt: ergo non eſt locupletior. nam longè aliud eſt habere: aliud habere velle, vel poſſe. c. 1. de eo qui mit. in poſſeſ. cau. rei ſeruan. Cle. gratiæ, & ibi Barb. vlt. not. de reſcri. & l. aliud eſt vendere. ff. de reg. iur. l. ſi quis ante. & ibi docto. de acquir. poſſeſ. Alex. conſil. 73. viſo. in 2. vol.

Item facit text. contra eum, in l. euicta. §. 1. ibi, at ſi in bonis meis factus non ſit: nihil ob id quod fugitiuus ſit, pauperior ſum. ff. de euictio. Præterea facit contra eum, quòd ſi creditor meus moriatur, ille cui eſt delata hæreditas, non dicetur creditor antequam adeat. Fulgo. conſil. 123. Ser. p. ciues. ſequitur Iacobi in l. 1. in fin. ff. de reb. cred. nec Bart. quem adducit in l. poſt emancipationem. §. fin. id dicit, ad quod eum allegat: imò contrarium: dum notat, quòd non debet haberi æſtimatio illius ſpei, quòd quis poteſt ſuccedere alteri: ergo non dicitur locupletior antequam adeat: nam poteſt non adire morte, vel alio caſu præuentus. facit l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. 2. ff. de dona. inter virum & vxo. licet pupillus dicatur locupletior, qui non eſt pauperior. l. in pupillo. ff. de ſolutio. & res hereditariæ antequam aliquis heres exiſtat, in nullius bonis ſunt l. 1. in prin. ff. de rerũ diui.

Nec



Nec obſtat doctrina Bart. in l. fi. in fin. C. de pact. vbi dicit, quòd homo poteſt diſponere de eo quod ſibi competit ſpe, ſicut de eo quod competit re. l. ſpem. C. de donat. attamen non dicit quod ex illa ſpe antequam eam habeat in effectu, dicatur locupletior, & ſic nil obeſt. Idem tenuit is ipſe Alciat. in lib. 4. Paradoxo. cap. 5. & ibi aliis rationibus per eum adductis reſpon. adducendo Riminald. in l. emancipata. C. qui admit. à quo collega ſuam habuit nouam rationem, vt ibi licet videre, quem etiam citat amicus meus & conterraneus D. Arnal. Contadis. I. V. doctor Narbonen. in ſuo tam eleganti tractat. de bono. poſſeſ. in cellula, bonorum poſſeſsio contra tabulas. fol. 32. Præterea quis verè acquirit à die. hæreditatis aditæ, antè non. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. ff. de lega. 1. l. nec is. & l. cùm hæres. de acquir. hæred. ergo antè non dicitur acquiſita, & ſic nec locupletior, alioquin ſequeretur, quòd tranſmitteretur antequam eſſet adita. contra l. vnicam. §. in nouiſsimo. C. de cadu. tollend. quare concludo quem (antequam adeat) non dici locupletiorem. cum multa ſoleant cadere inter calicem ſupremáque labra, vt extat commune adagium: & poterit non adire, vt dixi.

Item dum vult euitare contraria. l. venditor. dicit ibi hæreditatem iam fuiſſe acquiſitam: ideo illius erat habenda ratio, ſecus ſi non erat acquiſita. mirandum eſt quòd loquitur contra illum text. formalem. ibi dum dicit, quæ per eum acquiri potuerunt, ergo non erant acquiſita. vide tamen text. & fortè vtrunque inuenies. Item ſi fuiſſet acquiſita, iam non poſſet euelli ſine facto noſtro. l. id quod noſtrum eſt. ff. de regul. iur. Præterea non eſſet intereſſe extrinſecum, ſi iam eſſet acquiſita, ſed ipſa res petenda. & ideo in hoc non placet, nec admitto reſponſum ad d. l. inde Neratius. dum dicit loqui in delictis, in quibus (ſecundum eum) id quod intereſt duplum excedit, quia in gloſſ. in verb. caſibus, hoc fuit reprobatum. Minusq; placet ſua reſponſio ad l. ſed ſi hæreditas. dum dicit loqui in arbitrariis, in quibus in litem iuratur, quod duplum poteſt excedere, etiam hoc fuit reprobatum in 1. gloſſ. in intereſſe affectionis, quare non repeto. Nec ratione ſolius affectionis augetur condemnatio, vt ibi dixi.

Item dum dicit in d. l. pretia rerum. iuſſum cadere in commodum legatariorum, non domini, dico etiam cedere in vtilitatem domini, etſi hæreditas ſit legatis onerata, quia hæres habebit quartam Falcidiæ, per totum titulum ad leg. Falci. Ergo etiam in ſuum commodum cedet, & ſic licet ei ſint apertæ Muſarum ianuæ, tamen ab opinio. Bart. non eſt declinandum frequentius in iure.

*Quãdo tractetur de lucro.*

26 Poſtremò dum incidit in ſententiam Bart. quando ageret actor de damno vitando, ſecus ſi de lucro. mirandum eſt cur non conſiderauit, quòd quando agitur de hæreditate relicta, ſemper tractatur de lucro. text. formalis in l. vna. verſi. lucratiuas. C. de lucrat. deſcrip. lib. 10. & ſecundum eum non haberetur ratio lucri, licet contrarium fateatur in c. fi. quare opinio Bar. remanet vera, & tenenda.

*Bar. diſtinctio, de intereſſe extrinſeco.*

27 Subſequitur poſtea per Barto. quòd aut intereſſe non ſequitur rem penes quemcumque vadat, & tunc ſic petatur talis res, in qua non poteſt cadere affectio, ſeu intereſſe intrinſecum, vt in pecunia, in qua non cadit affectio. l. nummis. ff. de in lit. iuran. & tunc venit extrinſecum. dicta l. nummis. l. 3. §. fin. cum ſequent. ff. de eo quod cer. loco. l. ſi pœnam. & ibi expreſsè Iaſo. in fin. de verborum oblig. & l. liber homo 2. §. fin. de verb. oblig. Lauren. de Rodol. in tractat. de vſur. in 1. parte. quæſtione 2. verſic. ad octauum. in præfatio. & quæſt. 65. in repet. cap. conſuluit. Si verò cadit intereſſe intrinſecum, & tunc non debetur extrinſecum. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empt. ſecundum quod dicetur in gloſ. vlti. Et ideo ſi debes vinum aut triticum in feſto paſchatis tradere, aut dare, & ceſſas, teneris quanti plurimi fuit à tempore moræ. l. vinum. ff. ſi cert. petat. l. in hac. de tritica. l. datio. §. cum per venditorem. de actio. emp. & cum hoc dicatur intrinſecum & debeatur, non debebitur extrinſecum, videlicet, ſi familia fuerit fame necata. arg. l. bona fides. ff. de reg. iur. & hoc approbant communiter docto. hic, & in l. nummis. ff. de in lit. iuran. & hæc opinio eſt valde æqua.

*Not. bene de emphyteuſi.*

28 Ideo Iaſ. in dict. l. nummis. infert. quòd ſi depoſuerim decem ſextaria frumenti apud te, cum repeterem, vt ſoluerem canonem ſiue cenſum, noluiſti reddere, perdidi rem emphyteuticariam, tamen eam à depoſitario non petam, cùm veniat intereſſe intrinſecum, ſcilicet quantum creuit æſtimatio à tempore moræ, & per hoc conſuluit Bald. in conſil. 291. quæſtio talis. in primo volu. quòd ſi non ſoluatur pecunia debita, poteſt peti pœna incurſa propter ceſſationem ſolutionis, & etiam damna, & expenſæ, tam carceris (ſi ob hoc, quia non fuit ei ſolutum, fuit incarceratus) quàm aliæ expenſæ. & idẽ conſuluit conſil. 493. in primis. eo. vol. cui conſilio multi docto. percelebres ſe ſubſcripſerunt. per d. l. nummis.

*De pignore perdito.*

29 Item ſi debeas mihi centum ad diem, & quia non ſoluis illa die, perdo pignus, vel in pœnam incido, vel me oportet pecuniam accipere ad vſuras, teneberis ad eas, & ad alia. ſecundum Innoc. in cap. plures. de vſur. Petr. de Ancha. conſi. 376. ſecundò dubitatur. verſic. ad materiam. Alexan. conſi. 221. ſuper titulo. lib. 2. Iaſon & alij in l. nummis. ff. de in litem iuran. & hanc opinionem ſequitur Specul. eo. titu. §. fin. verſicul. in ſumma. & ibi Bald. in addit. ad eum. Alber. in d. §. cum per venditorem. Pet. de Ferra. in ſua pract. in forma libel. in acti. reali. in verbo. & in florenis. verſic. videndum. Paul. in l. liber homo. in 2. §. fi. de verb. oblig. Floria. in l. vulgò. ff. de vſur. & Imol. in l. 1. colum. pen. ſolut. matri. & Corne. conſi. 306. licet præſens. colum. vlti. in 1. vol. Iaſ. in l. ſi pœnam. in fin. ff. de verb. oblig. etſi iſta ſit veritas, Græci tamen ſcientiam quærunt, Hebræi, ſigna. Bal. conſi. 70. apparent. col. 1. vol. 1.

R

*Opinio Alciat. à communi abeſt, & refellitur.*

30 Collega noſter D. Alcia. Fulgo opinionem inſequens, in d.cap.tertia quæſtio.verſic.ſecundum axioma. ab hac opinione nimium abeſt: tenens intereſſe extra rem venire, ſiue æſtimatio augeatur, ſiue non: ſiue intrinſecum debeatur, ſiue non. probat in primis, quòd regula, ſiue axioma, quod vocat, nulla ratione fundatur: ideo non valet. nil allegat. allego tex. in cap. ratio nulla. de præbend. l. non diſtinguemus. in fin. ibi, quod nullam rationem habet. ff. de arbitr. dixi ſuprà multa in vndecimo notabili. Secundò probat, per l. videamus. in 1. §. præterea. ff. de vſur. vbi Gallus Aelius ſcribit: Si veſtimenta, aut cyphus petita ſint, & ea non præſtes, non ſolum te condemnari in eorum æſtimationem, quæ quidem augeri poteſt, ſed etiam in id pretium quod mercedis nomine capi potuiſſet, ſi ea locaſſem. Hoc enim extrinſecus intereſt, vt aſſerit. vlterius probat ratione valida, ſecundum eum. Nam in his rebus quæ pretium intrinſecus accipiunt, lucri ceſſantis ratio habetur dicta l. videamus. §. præterea, à fortiori & damni, & ſic intereſſe extrinſeci, quatenus damnum reſpicit, nam multo æquius eſt ſuccurri, ne aliquod detrimentum patiamur, quàm ne lucrum perdamus. l. fin. C. de codicil. Præterea reſpon. ad dict. l. nummis. quod ibi ob id non fit condemnatio in alio quàm quod intrinſecus intereſt: quia pecunia certam habet æſtimationem: igitur in vtroque damnaretur, & ad æſtimationem, & intereſſe intrinſecum, niſi alterū, videlicet nummorum æſtimatio, locū haberet in hoc caſu. Alia multa argumenta tradit, quæ ſunt Fulgo. & illa citat Alex. in l. nummis. ff. de in lit. iur.

*Tenet communē. Reſpon. fundamentis Alciat.*

31 Si tamen quis velit tenere Bartol. opinio. & communem (à qua, bone lector, ne te quæſiueris extra, teſte Perſio: & bona pars doctorum eam ſequitur, cum contra duos ne Hercules quidem dicatur ſuffeciſſe) ſic poterit ad argumenta per collegam adducta reſpondere. Et primò, quòd nulla ratione fundatur, certè ſi cogitaſſet, rationem inueniſſet in l. ſi ſeruus. in §. boue. ff. de condict. fur. l. ſi quis cum totum. de except. rei iudi. facit l. bona fides. de regul. iur. cap. at ſi clerici. in fi. de iudi. & alias quas ſeriò omitto. Item ſufficit quòd lege fundetur, ſicut Bar. eam corroborat.

Secundò, non refragatur dict. §. præterea. per eum allegatus, quia loquitur in veſtimento, cuius æſtimatio non poteſt augeri communiter: ſed diminui potius. l. 3. §. ſi res. ff. commoda. & ideo venit intereſſe extrinſecum, cùm non ſit intrinſecum. Item loquitur in cypho: cuius etiam æſtimatio non creſcit, inſtar pecuniæ numeratæ, vt d. l. nummis. ideo petito cypho, petetur id quod poterat locari nomine fructuum, licet raro fiat locatio, ſecundum glo. in dicto §. præterea. & ſic parum ſecum facit: nec ibi venit vtrumque intereſſe, ſcilicet intrinſecum, & extrinſecum. Non me mouet ſua valida ratio, dum dicit in intereſſe intrinſeco venit lucrum. nil allegat. adduco text. in l. 3. §. fin. & ibi Paul. & Iaſo. ff. de eo quod cer. loc. l. venditor. de euict. & infrà dico in glo. vlt. ergo & intereſſe extrinſecum, quatenus conſiſtit in damno. inficior in terminis noſtris.

Nec obeſt, quòd multò æquius ſit vt in damno nobis ſuccurratur, quàm in lucro. fateor: & in damno nobis ſuccurritur, & in lucro: ſed non ſimul quis poteſt petere lucrum, & damnum: & ſic intereſſe intrinſecum & extrinſecum, ſed altero debet eſſe contentus, vt ſuprà dixi. Igitur illa æſtimatio rei, quæ creuit poſt moram, dicitur lucrum, & attenditur, ſed non aliud extrinſecum. Paul. in d. l. 3. §. fi. in fi.

*Reſpon. Alciat. confutatur.*

Minúſque placet reſpon. ad dict. l. nummis. quia in eo quòd dicit condemnari ad intereſſe extrinſecum, non ad aliud, & ſic non ad ſummam principalem, loquitur contra illum text. vbi ſi debes nummos, & tempore præſtituto non tradis, incidis in pœnam, quam petam, & nummos, vt ibi in fine patet. Alioqui ſequeretur, quòd ſi pœna minor eſſet principali debito, quòd ex mora debitor lucraretur, quod nullam habet rationem, vt dicit l. non diſtinguemus. §. fin. ff. de arbit. & ad ſolam pœnam teneretur, & non ad pecuniam debitam. Nec placet dicere, ſpeciale in contractu emptionis. prout d. collega aſſerit, cum ratio ſpecialitatis valida non aſsignetur, iuxta glo. in l. filium quem. C. famil. erciſc. ſtabo communi opinioni, tanquam tutiori. & dict. l. fin. corrigitur per hanc l. ſecundum Pau in l. 3. §. fina. ff. de eo quod cer. loco. vel ibi vſuræ habentur loco vnius intereſſe, & ideo aliud non poteſt peti, & ſic mecum facit.

Item inquantum negat lucrum in contractu emptionis conſiderari, loquitur contra hunc tex. & contra tex. in l. venditor. ff. de euict. pulchrè Soci. conſi. 156. pro fundamento. col. 3. in 2. vol. & dicam in gloſſ. vlt. infrà latè, alioqui ſequeretur quòd ſingulare intereſſe in hoc contractu non veniret, quod eſt abſonum dicere, ſecundum Moder. hic. nam intereſſe extrinſecum non venit in hunc contractum emptionis, quando habet locum intrinſecum, vt dict. §. ſi per venditorem. Nec l. oleo. probat. C. de vſur. quòd intereſſe extrinſecum ſit maius vſuris, quia quandoque eſt minus, & aliquando maius. l. eos. C. de vſur. & ibi not. vel reſpon. vt per Moder. Andega. fol. 66. cum ſequen. vbi latè & eleganter more ſuo reſpondet, tu illum videto. Præterea eſt text. formalis contra ſuam opinionem, in qua tenet æſtimationem poſſe augeri, & intereſſe extra rem conſiderari. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de actione empt. vel intellige opinionem collegæ, quando debitor tenebatur frumentum tradere alteri tertio: quia ſi non tradit, vel dat, tenetur & ad intrinſecum & extrinſecum, ſecus ſi mihi teneretur dare aut tradere, & non tradidit: & ita procedit communis: ſecundum Cuma. & Paul. in l. liber homo. in 2. §. fin. ff. de verborum obligat. vide Albert. Brunum. in tracta. de augmento monetæ. concluſ. vlti. & ſic vtraque opinio poterit ſuſtineri. quod nota, quia doctores non tangunt hic.





*Quando agitur ob malè factum.*

32 Plus dicit Bart. quòd ſi agatur propter male factum ſcienter, venit intereſſe extrinſecum. l. Iulianus. in princip. & l. idémque. verſi. in omnibus. ff. de actio. empt. Si verò malè factum ſit ignoranter, & agitur contra aliquem: quia res eſt empta, & tunc veniet intereſſe extrinſecum vſque ad duplum pretij conuenti tantum. l. Titius. & eſt ibi caſus ſingul. ff. de actio. empt. de cuius intellectu latè ſuprà dixi in 4. not. Si agatur propter aliud damnum, emergens ex re ipſa, & in contractibus ex quorum natura conſueuit transferri dominium, vel vſucapiendi conditio, & tunc non venit intereſſe extrinſecum contra ignorantem, ſed agitur quanto minoris. d. l. Iulian. in prin.

Fallit in vaſe vitioſo vendito, in quo tenetur venditor ad omne id quod intereſt, ſiue fuerit ſciens, ſiue ignorans. l. tenetur. §. ſed ſi vas. ff. de act. empt. & ratio aſsignatur per gloſſ. in l. ſed addes. §. 1. ff. loca. quia in doliis non debuit ignorare quis quod faciliter ſciri potuit. quæ ratio parum concludit, cum ita faciliter potuerit ſcire venditor, & emptor, ſicut econtrà, & ſic culpa cum culpa compenſari deberet. l. ſi duo. ff. de dolo. & in hanc opinionem omnis propè turba docto. inclinat.

*Aduerſatur, Alcia. reſpondet q; per eū adductis.*

Collega noſter huic ſententiæ reclamat in d. cap. tertia quæſtio. dicens iura à cæteris malè intellecta. oſtendi tamen in not. 4. fuiſſe intellectum. gloſſ. in d. l. Titius. cum ſeq. licet ipſe ſibi adſcribat. quod eſt mirandum.

*Contra doctores glorioſos.*

33 Nam ſi fabuloſè loqui liceat, Hemus & Rhodope, cùm ſibi deorum nomina adſcripſiſſent, mutati ſunt in montes: ſic qui aliorum ſcripta, & famam ſibi adſcribunt, in montes conuertuntur, quia doctores inflati & ſuperbi volunt videri. Ezechiel. 18. c. Eleuatum eſt cor tuum: & dixiſti, Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi, in corde maris, cùm ſis homo & non Deus, & dediſti cor tuum, quaſi cor Dei. & 1. Reg. cap. 2. Nolite putare loqui ſublimia, gloriantes, quia Deus ſcientiarum dominus: ideo concludit, quòd ſiue ſciens, ſiue ignorans fuerit venditor, ad duplum tantum tenetur, & non vltra. Et hoc probat: Qui rem alienam vendit, non male facit, quia ius permittit. l. rem alienam. ff. de contrahen. emptio. adde, & qui authoritate legis non malè facit, nec peccat. l. Gracchus. C. ad leg. Iuliam. de adulter. cap. qui peccat. 23. q. 4.

*Vendens rē alienam, an malè faciat.*

34 Aduertendum eſt tamen, quòd loquitur contra text. in §. furtiuæ. Inſtit. de vſucap. vbi ſi quis ſciens vendit rem alienam, furtum committit: ergo malè facit: quia contra legem diuinam, furtum prohibentem, cui aſtipulatur lex canonica atque ciuilis, vt licet videre per totum tit. de fur.

Item facit l. qui duobus. ff. ad leg. Corne. de fal. vbi vendens rem duobus, incidit in crimen falſi, cum vendendo & tradendo primo, feciſſet eum dominum. l. ex empto. ff. de actio. emp. l. traditionibus. C. de pact. ergo malè facit vendendo poſtea rem non ſuam.

35 Non obſtat, quòd venditio rei alienæ valet, quia verum eſt quò ad venditorē, vt de euictione teneatur: tamen non valet, vt res remaneat penes emptorem, ſed ab eo poteſt per dominum auferri, tanquam venditio fuerit illicita, quia ſine domini conſenſu. Nam cum conſenſu, valeret. §. contra. Inſtit. quib. aliena. licet. ibi, ſed hoc forſitan ideo videtur fieri, quòd voluntate debitoris intelligitur pignus alienari. & l. voluntate. in fin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſolui. ſi valuiſſet venditio, res non poſſet auferri ab emptore. Igitur in dict. l. rem. non dicitur venditionem valere, ſed emptio & venditio eſt, quaſi velit dicere, de facto, & quòd non valeat, tenet glo. in l. vltim. in l. ſi is qui pro empt. ff. de vſucap. citat Alex. conſi. 69. ſuper eo. in 4. vol. imò qui ſciens vendit rem alienam, & tradit, peccat. Conrad. in tracta. de contractib. quæſt. 70. conclu. 8. tum quia contractant rem alienam, eam alteri tradendo ſine domini conſenſu, tum quia illudit emptorem, non tradendo rem ſuam: ideo in foro conſcientiæ venditor, qui non eſt dominus, non tenetur ad tradendum, cùm illa traditio eſſet illicita ratione contrectationis, vt patet dict. quæſt. 70. & ſic extat limitatio ſolennis. ad l. ex empto. ff. de actio. empt. & §. pretium. Inſtitut. de emptio. quòd venditor rei alienæ in foro cōſcientiæ non debet eam tradere, & ſic poteſt teneri concluſio: Venditorem non teneri ad tradendum, aſſerimus. imò teneri iuriſconſulti autumant.

*Declaratur l. rem alienam.*

*Noua concluſio.*

Nec placet ratio collegæ, quòd ſi ſciret emptor eſſe alienam, non emeret eam: quia loquitur contra text. in l. ſi in emptione. §. Item ſi emptor. & per totam l. ff. de contrahen. emptio. l. ſuæ rei. illo titul. cum aliis multis ſimilibus. Item dum dicit, duplum ſingularis pretij petendum, per d. l. Titius. quæ loquitur de pretio communi duplando, non ſingulari, prout ipſe intelligit: & dixi ſuprà.

*Quòd venditio non ſit certa & incerta ſimul: cōtra Alci.*

36 Præterea dum collega in dicto cap. tertia quæſtio. dicit in venditione eſſe duplicem obligationem, ſcilicet rem tradi, & hæc eſt certa, & alteram, non vitioſam tradi: & hæc eſt incerta ratione doli: miror vbi adinuenerit iſtam opinionem, quæ nullo iure fundatur, imò eſt contra iura expreſſa, & primo contra hunc text. dicentem venditionem eſſe de caſibus certis, tamen ſecundum eum eſſet de incertis ratione doli. Item vna res non debet diuerſo iure cenſeri. l. eum qui ædes. ff. de vſucapio. quod ſecundum eum eſſet ſecus, quia venditio eſſet certa & incerta, quod eſt abſurdum.

Præterea duo contraria non poſſunt in vno eſſe ſubiecto: in l. vbi repugnantia. ff. de regulis iuris. Bartol. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. de reb. dub. quod ſecus eſſet, ſecundum ſuam opinionem.

Item in caſibus certis debetur id quod intereſt, vſque ad duplum, in incertis, in totum, & ſic in venditione vtrūque eſſet, ſecundum illam ſubtilem opinionem collegæ, cui non aſſentio, per prædicta. Similiter in incertis, id quod intereſt debetur officio iudicis, & non

iure actionis,vt in gloſ.ſeq. dicitur,ſed in certis communiter iure actionis : ergo in vnum non concurrunt, alioqui ſequeretur quòd contra non tradentem dolosè,ageretur ſemper ad omne id quod intereſt, tanquam ſit caſus incertus, ratione doli, & tamen fatetur illud intereſſe eſſe limitatum per hanc legem, & ſic ſibi contrarius.vnde poteſt adduci, Ne vities muſicam, & dictum Bal.Corrigens corrigitur, & ad priſtinum ſtatum ius reducitur. in l. quoniam.per illum tex.C.de ſecund.nup.Nec obſtat d.l.ſed addes. quam Barto.in ſequenti caſu inducit, videlicet quando non transfertur dominium,nec vſucapiendi conditio : nam tunc non agitur quanto minoris.d. l. ſed addes. §.1. nec hoc dicit Bart.

Item dum dicit, quòd facilitas dignoſcendi vitium, vel id minus, eſt facti. l.quatenus.ff.de reg.iur.quæ ſecum non facit,ſed facit l.1.§.fi.ff. de actio.empt.not.in l.1.de ædilit.edict.

*Solutio Alciat.reprobata in intereſſe extrinſeco.*

37 Reſolutiuè ergo collega diſtinguit, aut loquimur in venditione, & in contractu ex quo transfertur dominium, vel vſucapiendi conditio,& tunc aut res vendita & tradita eſt omnino vitioſa,& inutilis,vt in vaſe vendito contingit,& tunc agitur ad omne id quod intereſt,ſiue circa rem,ſiue extra rem fuerit,etſi venditor ignarus fuerit. l.tenetur. §.ſed ſi vas.ff.de actio. emp.& ſequitur Moder.Andega.in tract.de eo quod intereſt.fol.101.pag.2. Contra ſuam opinionem videtur text. in l.domū.ff.de contrah. empt. vbi quando venditur domus combuſta, eſt penitus inutilis,tamen non agitur ad omne id quod intereſt,ſi vēditor ignarus fuerit.Item videtur quòd agatur tunc redhibitoria,non ad intereſſe.l.bouem. §.aliquando.l.etiam in fundo.& l.quis ſit fugitiuus.§.Iulia.ff.de ædil.edict. nec ſecundum eum fieret differentia inter malè factum,& non factum,quod ſuprà eſt reprobatum. Item contra eum eſt tex.in d.l.idémq;. verſic.in omnibus.de actio.empt.vt ſuprà dixi, & tradit Franciſ.Cremen.ſing.159.egi quanto minoris &c. non placet tamen de vaſe, quod vinum effundit,vt ſit omnino inutile (vt dicit) quia licet vinum fluat, poteſt ibi apponi frumentum, farina quandoque appoſui libros apud Bituriges, vt iſtuc deferri poſſent, aliáque in doliis vidi apponi, & ſic non eſt omnino inutile.Item ſi eſſet omnino inutile,emptor in culpa eſſet ignorare vitium patens. l. domum. & l.ea.in fin.ff.de contrahend.empt.l.1.de ædil. edict.tene quod dixi ſuprà,& infrà trado regulam cum limitationibus. Aliquando non eſt penitus inutilis res ob vitium, ſed ſolum depreciatur, & tunc agendum eſt quanto minoris, vt de equo, qui non poteſt currere, non enim erit inutilis ad laborandum, vel ad molendinum, aut ad rotam viridarij trahendum, & ad alia.nil allegat.facit text. in l.ædiles. in 2. §.ſi fortè iugum.ff.de ædil.edict.l.Iulianus.ff.de actio.empt.loquitur contra text. in dicta l.domum & l. Labeo.in 2.de contrah.empt.& l.1. in fin.de actio.empti. Cogitet doctus, & inueniet doctrinam Bar.tutiorem.

Idem in locatione cenſet, licet non transferatur dominium. l. ſed addes. ff.loca.quæ non probat.Et cogita,an actio quanto minoris. habeat locum extra cōtractum emptionis & venditionis, & de actione quanto pluris, vide per Rofred.in tracta.libello. in 5.parte.rub. de act. ex empt.quanto pluris.

38 Idem fortè diſtinguendum eſſet in re data in ſolutum,vt ſciens ad totum intereſſe teneatur, in ignorante ſecus l.eleganter.ff.de pign.actio. cùm ex ea transferatur dominium, vel vſucapiendi conditio. Iaſ.in rub.ff.de re iudi.& not. in l.à diuo Pio. §.in venditione. & §.ſequen.& Bolog.conſi.21.ſtat ſtatutum. Cuma.conſi.29. quidam.Aretin.conſil.161.longa eſt.col.7.in 4. dubio.Item vicem venditionis obtinet.l.ſi prędium.C.de euictio.

*In re data in ſolutum, an habeat locum retractus : & laudimium debeatur.*

39 Item habet in ea locum tetractus, quando fit pro pecunia,& ex voluntate, etiam debetur laudimiū domino directo. Spec.in tit.de emp. §.nunc dicendum.ver.pone ſtatutū peti.& Alber.in d.l.ſi prędium.D.Boër.in conſuet.Bitur. in §.3.de conſuet.retract.D.Chaſſa. in conſuet. Burg. in rub.*des retraictz*. §.9.nu.5.& vide tex. ſing.in l.libera.C.de ſent.& interloc. Bologni. cōſi.25.in ampliſsimo.col.3.licet propriè & ſtrictè non dicatur venditio,& ſic ſtatutū loquens in venditione, non habet locum in datione in ſolutum.Dec.conſilio 18.viſo puncto. col. 2.Si verò parte inuita res diſtraheretur, & ea ignorante rem alienam, tunc ad debitum ageretur cum vſuris,re euicta.l.ſi plus.§.1.ff.de euictio.

40 Executor verò non tenetur, licet vitioſam tradat.l.ſi pignora.ff.de euictio.Quia ex neceſſitate officij hoc facit,ideo excuſatur.l.monente.C.de delato.lib.10.

*In permutatione an Bar.diſtinctio procedat. Appellatione venditionis, an veniat permutatio.*

41 Poſſet etiam hæc diſtinctio procedere in permutatione.l.prima,& ſecunda. C.de rerum permuta.l.ſciendum. §.deinde. ff.de ædil.edict. not.ſingulariter.ſecundum Franciſ.de Crema. ſingul. 158.ſi res.licet propriè appellatione venditionis non veniat permutatio. cap.1. vbi Panormit.de his quæ fiunt à prælat.Iaſon in l.fin. not.3. ff. de condictio. cauſa data. Secus in fauorabilibus. Iaſo. in l. fina.nota.4.C. de ſacroſanct. eccleſ. Decius in conſilio 312. licet hactenus. columna ſecunda.vbi conſulit ſicut in contractu venditionis, non fieri remiſsionem propter ſterilitatem ; ita nec in permutatione, quamuis contrarium ſit in locatione. l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. cap. propter ſterilitatem. illo titulo.Quia rei animatæ vitium poteſt probabiliter ignorari, magis quàm alterius rei.

*Iupiter in tribus arguebatur.*

42 Et propterea Deus maledicentię Momus(vt poëticè loquar) arguere Iouē in tribus ſolebat, primo quòd capris cornua inutiliter feciſſet, vtpote reflexa, nec quibus ſe tueri poſſent. Item quòd tauris eadem non in armis poſuiſſet, ſic enim futurum vt valentius impeterent. & quòd homini in pectore feneſtras non aperuiſſet,vt inde mens cognoſceretur,ne deciperent. Plerumque enim accidere, vt quos exterius pulcherrimos cenſeas,animo ſint fœdiſsimo,vt

mo : vt apud Bituriges expertus ſum.Sic vellem vt ſummus Deus mihi concederet gratiā, quam cuidam epiſcopo conceſsiſſe legimus, vt malos nigros viderem, & bonos albos & candidos:vt citat Hiero.in vitis Patrum, in 2. parte de eo.§.156.Apollonius Tyaneus à Diis poſcebat vt bonos cognoſceret, malos vitaret. Sic legi de Theophraſto,Deum reprehendente,eo quòd ceruis & cornicibus vitam præſtet diuturniorem, quàm hominibus : quorum ſi ætas eſſet longior, omnibus perfectis artibus eorum vita erudiretur:vt licet videre per Cicero.lib.3.Tuſcula.quæſtio. ſed iudicia dei abyſſus multa.Theologis relinquo.

*De Theophraſto Deū reprehendente.*

*Commodās an ad omne intereſſe teneatur.*

43 Poſtremò dicit Bar.quòd ſi contractus gratia recipientis tantum celebretur, vt in commodato, & tunc in rebus animatis : tenetur ſciens,videlicet commodans rem vitioſam,ad omne intereſſe etiam extrinſecum.l. in rebus. §.item qui ſciens.ff.commoda. Si commodans ignorat equum commodatum vitioſum : ad damnum tenetur quod equus dedit, vel pro noxa dando liberatur.l.pen.ff.commoda.

Limita,niſi ille cui fit commodatum, ſciret vitium : vt d.l.pen.quia ſcienti non fit iniuria, nec dolus.l.1.in fin. ff.de actio.emp.l.1.in fin.de iniur.l.nemo videtur. de reg. iur. in rebus verò inanimatis nō tenetur, niſi fuerit ſciens.d.l.in rebus.§.item qui ſciens.& ratio diuerſitatis eſt inter hunc contractum & venditionis, & locationis:quia hic fit gratia recipientis,alius verò gratia vtriuſque : ideò in minus hîc debet teneri.l.ſi vt certo.§. nunc videndum. ff. commoda.§.is cui.Inſtit.quibus modis re contrah. oblig.Ideo quia officium ſuum non debet eſſe ſibi damnoſum.l.diuus.ff.de reg.iur.l. ſi quis. ſi quis omiſſa cauſa teſta.l. ſi ſeruus communis. §.idque euidentius.de furt.

44 Item ſi quæratur, cur in rebus animatis res perditur ignorante domino non in inanimatis:Reſpondeo,quia res animata peccat : ideo pro illo peccato datur pro noxa,ad id puniendum:& ei,qui id damnum paſſus eſt, ſarciendum:per tex.hîc in verb.reddatur. quod ſecus eſt in rebus inanimatis. Si verò contrahitur tantum gratia dantis : vt in depoſito, & mandato : & tunc ſiue fuerit ſciens deponens, ſiue ignorans,tenetur ad intereſſe extrinſecum.l. ſi ſeruus communis.§.quod verò.verſic.idque.ff. de furt. & hoc ſequuntur communiter docto. quibus non diſſentio.

*De mandate.*

45 Si verò loquimur in mandato,fit diſtinctio: aut equum certum in ſpecie mihi mandauit emendum, & tunc ſiue fuerit mandans ſciens, ſiue ignorans,ad omne id quod intereſt,etiam extrinſecum,tenetur.d. §. idque euidentius. & ibi glo.ne officium ſuum ſit ei nocumento. d. l. ſi quis. ff. ſi quis omiſſa cauſſa teſta. & quia diligētior debebat eſſe ad monendum dictum mandatarium:vt ibi.Aut mandauit in genere: vt emas mihi ſeruum, aut equum : & tunc ſi ignorans eſt mandans,nō tenetur niſi vt ſeruū pro noxa dimittat : ſi ſciens, tenetur ad omne intereſſe.l.inter cauſſas.§.ſi cùm ſeruus.ff.manda. Dicet aliquis, quo modo poteſt mandans equum emi in genere,vitium ſcire?glo.in d.§.ſi cùm ſeruus.multa effundit:ſed tenerem quòd ſi mandans audiuit à fide dignis ( quibus credendum eſt:glo.in l.Titio. ff. de condit.& demonſtr.& in ver.notitia.in c. cupientes.de electio.lib. 6.) quòd ſeruus emptus per mandatarium, habet tale vitium:& ſtatim non monuit eum,quòd ſibi caueret: tunc tenetur ob id : & ita intelligunt morder.hîc.

Primò limita,niſi culpa poſsit imputari depoſitario,aut mandatario:vt quia poſuit equū in viridario, aut in alio loco, in quo potuit nocere : nam tunc deponens non tenetur, nec mandans etiam certum. regula, damnum. de reg.iur.lib.6.

Secundò limita, quando depoſitum fieret gratia deponentis tantū.l. ſi quis nec cauſſam. ff.ſi cer.peta.l.1.§.ſi quis ſeruum. depoſit. & ſequuntur communiter docto.hîc.

46 Nota tamen,quòd mādatarius tenetur probare ſe adimpleuiſſe mandatum : vel ſoluiſſe: & quantum ſoluerit:vt fuit deciſum Neapoli, in deciſi.22.in cauſſa.allegat Bar.in l. fin. ff. de præto.ſtipul.ei qui dicit, incumbit probatio.l. 2.ff.de prob.

*Regula de intereſſe intrinſeco.*

47 Ex his ergo facio regulam : quòd intereſſe circa rem, ſiue intrinſecum totum debetur. l. vinum.& l.cum quid.ff.ſi cert.peta.l. in hac.de tritica.l.ſi ſterilis.§. cùm per venditorem. ff. de actio.emp.l.ſi quis ſeruum.illo.tit.l.fi. in princ. & §.planè.ff.de eo per quem fact.erit.Innoc. & Card.in cap.ſacro. de ſenten. excommu. Specula.eodem tit,§.commune. & §.ſeq.Petr.Iac. in ſua pract.in rub.de actio.in factū, ex edicto de eo per quem fact. erit. fol.45.col.4.Alex.in l.numis.ff.de in litem iuran. Petr. de Ferra. in ſua pract.in forma libel.in acti. real. verſic. videndum itaque. Bar. & communiter doct.hîc.

48 Amplia,etiam procedere in his quæ immediatè ex re obueniunt:vt fructus,partus,fœtus: & etiam in his quæ fructuum vice ſunt:vt domorum penſiones,vecturæ nauium, & ſimilia. Innocen.& alij.in d.c.ſacro.& doct.hîc. & vide latius in l. ſi filiusfami. §. cùm fundum. ff. de verbo. obliga.l. videamus. 2.§. ſi actionem. de vſur.Mathe. nota. 91. & latè Moder. Andega. in tracta. de eo quod intereſt. fol. 104. cum ſequent.

49 Secundò procedit non ſolùm in contractu emptionis, ſed etiam in aliis contractibus bonæ fidei : vt not.communiter docto.hîc, & in d.l.filiusfamil.§.cùm fundum. & d.§. cùm per venditorem.

50 Tertiò extende, etiam in contractibus ſtricti iuris:vt dicta l.vinum.& l.in hac.& l.in hoc interdicto.ff.de vi & vi arma.

51 Quartò procedit etiam in rei æſtimatione, vt tota debeatur.l.cùm quid.ff.ſi cer.peta. eiúſque augmento.l.datio.§. ſi per venditorem. ff. de actio. emp.Iaſ.in l.2.§.fin.ff.de eo quod certo loco.

*De mora creditoris in accipiendo.*

52 Quintò amplia,etiam procedere in debitore:nam ſi creditor fecerit moram in accipien-

do,ſpectabitur quanti minimi fuerit res à tempore moræ creditoris:quia nulli debet ſua mora eſſe commodo.l.2.de eo quod certo loco.& ibi docto.l.hominem.ff.mand. Petr. & Cin. in l.in minorum.C.in quibus cau. in integ.reſtit. non eſt neceſſ.doct.in l.datio.§.ſi per venditorem.ff.de act.emp.Bald.in l. acceptam.Cod.de vſur.Alex.in l.ſemel mora.ff. ſolu. matri. vide tex.egregium in l.nulli.C. de eroga.milit. anno.lib.12.Franc.Cremen.ſing.94.vidiſti.Benedic.in repe.c.Rainutius.in verb.& vxorem.nu. 985.de teſta.

53 Sextò etiam in delictis.l.3.& l. in re furtiua. ff. de condictio. furti. intelligendo vt ſuprà dixi.

54 Septimò & vltimò amplia etiam procedere in foro conſcientiæ : non ſolum in ciuili, & canonico:vt not.in c.conqueſtus.& ca.ſalubriter.de vſur.Geminia.in c.fraternitas.12.q.2.col. vlt. vbi in conſcientia totum id quod intereſt intrinſecus,deberi dicit.

55 Primò limita, quando conuentum eſſet vt non peteretur : quia conuentioni ſtarem.l. iuriſgen.§.prætor ait.ff. de pact. nam contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. 1. §.ſi conueniat.ff.depoſit.l.contractus. de regul. iur.idem in conuentione, ſi non dares vinum tempore paſchatis, quòd dares centum : nam pœna debetur, non id quòd intereſt intrinſecum:cùm in primis conuentio ſeruari debeat. l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iur.& conuentio hominis facit ceſſare legis diſpoſitionem.l.fi.C.de dot.promiſsio. l. cùm ex filio.§. filio.ff.de vulga.

*Peti an debeat intereſſe.*

56 Secundò limita, quando intereſſe intrinſecum non peteretur : ſecundum Innoc.in d.ca. ſacro.not.in d. l. vinum.per l. 4. §. hoc autem iudicium.ff. de damno infect. Nam præſumitur quòd actor velit eſſe contentus re, poſtquam non aliud petit:ideo ſententia debet eſſe conformis petitioni.l.vt fundus.ff.commun. diuidun.Iaſ.in d.l.vinum.Fel.in c.licet Heli.de Simo.

57 Intellige, ſi intereſſe erat debitum ante litem conteſtatam:nam ſi poſt debeatur, etiam non petente parte fit condemnatio. l. ædiles. §. item ſciendum. ff. de ædilit. edict. cap. abbate ſanè. §. pro parte, & §. ſequent. de re iudic.lib. 6. Ideo conſulit Innoc.in d. cap.ſacro. quòd petatur intereſſe.nam ſi non ſit petitum: & vinum id temporis quo debebat ſolui, valebat centum : & tempore petitionis quadraginta:non fiet condemnatio ad centum, niſi petitio talis facta ſit.Spec.eo.tit.§.commune, verſi. & ad hoc intereſſe,quia fatuus eſſet iudex condemnare in non petitis.l.fi.C.de fideicō.libert.

58 Tertiò limita,quando ex natura rei non poteſt venire:vt in pecunia.l.numis.ff.de in litem iurā.l.3.§.fi.de eo quod cer.loco.Petr. de Ferra. in ſua pract.in forma libel.in actio.reali,in ver. & in florenis.verſic.videndū itaque.latius dico in reg.ſeq.in 3.limita,& ſuprà dixi, proſequendo diſtinctionem Bar.

*De præcepto iudicis.*

59 Quartò limita non procedere, quando ex iuſta cauſſa ſuperior,iudex, vel alius præciperet creditori ne ſolueret : tunc enim non teneretur,nec ad vſuras, nec ad intereſſe, propter ſuperioris authoritatem : ſecundum Fel. alios adducentem,in c.conſtitutus.col.7.limita.2. & cap.cùm contingat.col.vlt.de reſcrip.facit tex. in l.fin.ff.de in diem addictio. quia iuſſus iudicis,& ſuperioris,excuſat à mora.Iaſ. in l. ſi quis maior.nu.20.C.de tranſact.vide eum in l. non ſolum.§.morte.nu.28.ff.de no.oper.nūtia.Dec. conſil.98.Iuridican.de Ferra.in verbo, audiat. in forma ſequeſtri.

*Regula de intereſſe extrinſeco.*

60 Secunda regula eſt, quòd intereſſe extra rem,ſiue extrinſecum,non debetur.l. ſi ſterilis. §.cùm per venditorem.ff.de actio.empt. Suprà dixi in gloſ. 1. de intellectu illius §. vide ibi : & Bal.per illum tex. in l.1. §. conſiderandum. de tutel.& ratio. diſtrah. Bart.hìc,& communiter docto. in d.l.Iulianus.Alex.in l.nummis. de in lit. iuran. hanc format regulam Specul. in eo tit. §. commune. in fin. & in §. viſo. verſic. in ſumma.

61 Amplia procedere,tam in contractibus bonæ fidei,de quibus loquitur d.§. cùm per venditorem.quàm in contractibus ſtricti iuris. Iaſ. in l.ſi pœnam.in fin,ff.de verb.oblig.docto.in l. liber homo,in 2.§,fi.illo tit.

62 Secundò amplia, ſiue conſiſtat in damno, ſiue in lucro, per hanc legem.& not.hìc doct. & moder.de eo quod intereſt.fol.107.pag.2.& not.in l 3.§.fin.ff.de eo quod certo loco.

63 Tertiò amplia, etiam quò ad inducendum actionem.Nam actiones quæ ex legis poteſtate & diſpoſitione inducuntur, non dantur ad id quod extra rem intereſt : vt ſi tutus temporali exceptione, ante diem ſoluat ( errore lapſus)non repetit,propter commoditatem medij temporis : quia illud commodum eſt extra rem:& in diem debitor, adeo eſt debitor, vt ſi antè ſoluat, non repetat. l.in diem.ff. de condictio. indeb.& iſta eſt communis, ſecundum Alexan. & Soci.in l.1.col. vlti. ff. de condictio. indebiti. licet Iaſ. contrarium teneat in d. l. diem.

64 Amplia, ſiue agatur propter non factum:vt d. §. cùm per venditorem. ſiue propter factum ignoranter.l. Iulianus. ff.de act. emp. quod intellige, vt ſuprà dixi, diſtinctionem Bart. proſequens.

65 Primò limitatur hæc regula in foro conſcientiæ:in quo ſi quis promiſit tradere fœnum mihi,& quamuis potuiſſet tempore præſtituto tradere,tamen non tradidit : ob hoc animalia mea fame perierunt, quia non potui tunc mihi aliunde prouidere, confiſus in promiſsione illius, qui me decepit, & quia de omni damno ex dolo vel culpa lata dato, tenetur quis in conſcientia, licet ex legibus compelli non poſsit.& ſic elicui concluſionem:Intereſſe extra rem deberi,certi iuris eſt:imò non deberi,iuriſconſulti affirmant. Hoc probat validis rationibus Hadrian. de Traiect. in 4. ſenten. diſtin.15.de reſtitu.verſic. quia tactum eſt,idem Angel.de Clauaſ.in ſumma Angel.in ver.vſura.in

*Concluſio, quòd intereſſe extra rem debeatur.*



ra. in 1. §. 30. Sequitur Silueſter de Prierio in ſumma ſua, in ver. reſtitutio.in 3. quæſt.9. Et quamuis lex ciuilis reſiſtat,conſcientia tamen dictat, vt damnum tua culpa datum ſarcias, vt ſuperius dixi.& probat.cap.1.14.q.vlt.& hoc eſt ſtatutum etiam in ſpecie,& non in genere, vt quidam putant.& text.in cap.fraternitas.12. q.2.non vult vt eccleſia cum augmento recipiat, ſed ſi damni æſtimationem tantum capiat,non dicetur augmentum ſecus. ſi duplū, vel triplum.vt ibi glo.ſcribit & docto.

66 Secundò limitatur,quādo comitaretur rem ad quencunque iret:ſiue non ſit factum quod fieri debuit, ſiue ſit factum quod fieri non debuit. l.Iulia. §.ſi quid ſeruo.& l.ſi quis ſeruū.ff. de actio.empt.l.venditor.de euictio.l.inde Neratius.ad l.Aquil. & ſuprà latè fuit diſcuſſum: ſiue nominetur intereſſe circa rem, ſiue extra rem : vt ſuprà fuit concluſum, ſecundum opinionem communem:& tenuit Alex. in d. l.numis.de in litem iurand.

67 Tertiò limita, quando intereſſe circa rem non deberetur:quia tunc extra rem veniet.d.l. numis.l.datio. §. ſi per venditorem.ff.de actio. emp.l.3.§.fin.de eo quod certo loco. Iaſ. in l. ſi pœnam. in vlt. col. de verbo.oblig.l. liber homo.in 2.in fi.illo tit.Bar. & communiter doct. hìc,& Roma.in l.qui pecuniam.ſi cer.pet. Bal. in l.ſi voluntate.C.de dot.promiſsio.Imo.in l. 1.ff.ſolut.matri.Floria.in l.vulgò. de vſur.Barb. in cap.P.& G.de offic.delega. Alioquin mora debitoris non puniretur:quod eſſet contra iura,volētia moram puniri,& delicta:in l. ſi longius.§.fi.ff.de iudi.conſuluit Corne.conſil.166. videtur.col.vlt.in 4.vol.ſuprà latius dixi, proſequēdo diſtinctionem Bar.& procedit etiam ex lucro,cùm illis qualitatibus, quas dicam in glo. vlt. & generaliter procedit tam iure poli, quàm fori:vt in ſimili dicit glo.in l. vt vim. ff. de iuſti.& iure.l.celebrandis.C.de nup.c.quę in eccleſiarum.de conſtit.Silueſter Prier.in d.ver. reſtitutio.in 3.q.9.

68 Quartò limita, in caſibus incertis : quia in his damnum re vera datum reddi debet,etiam extra rem:vt hìc verſi.in aliis,& l. liber homo. §.fin.ff.de verb.oblig.Ratio eſt, quia ſi ad hoc intereſſe in incertis actio non daretur, nulla ad aliud intrinſecum poſſet dari actio : contra tex.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb. oblig. Ergo dabitur ad iſtud intereſſe extrinſecum: vt not.Pau.& Aret.in d.l. liber homo.§. fin. & Paul.in d.§.cùm per venditorem.ſequitur Moder. Andega.in ſuo tract. de eo quod intereſt. fol.114.

Quintò limita,in caſu ſingulari.l.Titius. ff. de actio. emp. de cuius legis intellectu ſuprà dixi plenè.in 4.no.ponēdo verum intellectum & nouum.

69 Sextò fallit, quando ageretur ex contractu, de cuius natura conſueuit dominium,vel vſucapiendi conditio transferri : & ageretur ob rem vitioſam traditam, quæ propter vitium eſt inutilis penitus : & tunc ſiue ſciens, ſiue ignorans fuerit tradens, ad id quod intereſt (etiam extrinſecum)tenetur.l.tenetur. §. ſed ſi vas.ff.de actio.empt. Bar. in l. in rebus.§. item qui ſciens.ff.commoda.Panor.in ca.vno.col.3. illo tit.ſecus quando res non eſſet penitus inutilis : quia tunc quanto minoris ageretur.l. ſi minor.C.de actio.empt.d.l.Iulianus.dic, vt latè ſuprà dixi,doctrinam Bar.proſequens.

*In conſcientia an locās rem vitioſam,teneatur.*

70 In conſcientia tamen nō teneretur locans, quando erat ignorans,& exhibuiſſet illa dolia videnda per conductorem : cùm in nulla ſit culpa.Angel.de Clauaſ.in ſua ſumma,in verb. locatio.§.24.

71 Septimò limitatur,in contractu in quo non transfertur dominium, nec vſucapiendi conditio, ſed gratia vtriuſque fit, & res eſt inanimata & penitus inutilis:vt in vaſe vitioſo:nam ad intereſſe extrinſecum agetur.l. ſed addes. §. 1.ff.loca.Alber.Paul.& alij in l.in rebus.§. item qui ſciens.ff. cōmoda. intellige vt proximè dixi. ſecus ſi res animata : quia tunc niſi fuerit ſciens, non tenetur. d. l. in rebus.§. item qui ſciens.& Panor.in d. ca. vno.dic,vt ſuprà dixi, diſtinctionem Bart.& collegæ proſequens.

72 Octauò fallit, quando conuentio eſſet de præſtando omnia damna, & quodlibet intereſſe : nam tunc etiam extra rem veniet. arg. l. iuriſgen.§.prætor.ff.de pact. & l. contractus.ff. de reg.iur.Item de præſtando quodlibet,generalis eſt promiſsio : ergo generaliter intelligetur,& de intrinſeco,& extrinſeco.arg.l. de pretio.ff.de Publicia.in rem actio. ſi tamen fuerit conſequutus vnum, alterum non conſequeretur.arg.l.bona fides.ff.de reg.iur.

73 Nonò fallit, quando ageretur ex contractu facto cauſſa dantis tantum,ex quo dominium vel vſucapiendi conditio non transfertur : & eò agitur,quia res vitioſa eſt tradita.l.ſi ſeruus. §.quod verò.ff. de furt.Barto. & communiter docto.hìc.& in d.§.item qui ſciens. tunc tenetur ſiue ſciens,ſiue ignorans:vt ſi deponis equū penes me, qui mihi nocumento fuit : teneris, quia non me præmonuiſti, vt cauerem à vitio equi : ne officium ſit mihi damnoſum. l.ſi quis. ff.ſi quis omiſſa cauſſa teſta.& d. §. quòd verò.

74 Decimò fallit,in contractibus mandati : licèt fiat gratia mandantis:& hoc quando mandatario nulla culpa poteſt imputari. dicta l. ſi ſeruus.§. quòd verò. glo.in l.inter cauſſas.§. ſi cùm ſeruus.ff.manda.Bar.in d.§.itē qui ſciens. ne officium ſuum ſit ſibi damnoſum : vt ſuprà dixi.

75 Vndecimò limita,in his quæ vicem fructuū obtinent : vt penſiones, & obuentiones aliæ.l. vſuræ.& l. videamus. 1. §. præterea.ff. de vſur. Ratio eſt,quia cùm vicem fructuum obtineāt, eorum iure vti debent.arg.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff. ſi quis cautio. ſed cùm hodie vſuræ non debeantur,vt ſuprà dixi,de hoc queri non iuuat.Idem in penſionibus, quæ ex locationibus capiuntur : cùm in fructu habeantur : debentur.d.§.præterea. l. ſocium qui in eo.ff. pro ſocio.facit quod not.Soci.conſi.174.pro facto. in 2.vol.

76 Duodecimò fallit,quando emptor ſub vſuris accepit pecuniam, vt ex parte ſua adimpleret contractum:& venditor poſt traditam ſibi pecuniam non tradit rem, etiam ex qua naturaliter non percipiuntur fructus,vt trabes,& tigna:nã ad illas vſuras tenebitur venditor.l.Lucius.ff.de act.empt.ſing. ſecundum Rom.conſ. 101.propoſitæ.& Ioan.Lupum,in repe.c.per veſtras.verſ.ſextò infertur.§.6.fol.109.de donatio. inter virum & vxo. ſequitur Bal.in l.vſuras.C. de vſur.Ioan.de Ana.in ca.conqueſtus. illo tit. Laurent. de Rodolp. in ſuo tracta. de vſur. quæſt.119.

77 Vltimò fallit,vt intereſſe extra rem poſſit cũ fructibus pignoris compenſari : & pro eo poſſint licitè fructus retineri:vt ſi pro dote promiſſa ſit datus fundus in dotem,loco pignoris fructus ejus non extenuant ſortem:ſed licet marito pro eo quòd intereſt eos retinere, ob onera matrimonij.tex.in ca.ſalubriter de vſur.l.curabit.C.de act.emp.& tex.in l. ſi ſeruus communis.§.idem dicendũ.ff.de furt.dicit, quod ſi ſciens quis ignoranti furem pignori dederit, omnimodo damnum præſtare cogẽdus eſt. Alias limitationes poterit quilibet ſolicitus addere. Notanda ſunt quæ proximè dixi , in quibus credo me rem acu(vt dicitur)tetigiſſe.

*Intereſſe circa rẽ vel extra, an ſit cõmune, ſingulare, vel conuentum.*

78 Quærit inſuper Bar. an intereſſe circa rẽ,vel extra re,ſit conuentũ,cõmune aut ſingulare:& ſe remittit ad ea quę ſuprà dicit in 3.oppo. Tu dic ex mente eius,& docto.quòd intereſſe circa rem poteſt:& ex conuentione,& communiter, ac ſingulariter æſtimari. Conuentum , ſiue ex conuentione:vt ſi conueniat de præſtanda certa quantitate , nomine eius quod intereſt circa rem.l.ſi.ff.de præto.ſtipu.

Communiter , ſi res quam petit communiter æſtimetur.l.ſi ſeruum meum. ff. ad leg. Aquil. Idem dicendum eſt in fructibus,& aliis in quibus conſtituitur intereſſe intrinſecum.

79 Singulariter, quando res petita ſingulariter æſtimatur:vt in claudo qui emit equum retrogradum, & ante quamlibet domum quieſcentem:venditor non tradit:claudus æſtimabit illum equum ſingulariter,licet alius nollet illum equum:ſed hîc propter eleemoſynas expectandas, multum æſtimat:ſicut vidi de aſino hoſpitalis pauperum Tholoſæ,qui ante domum in qua ſoliti erant dare ſiſtebat,quouſque eleemoſynam recepiſſet queſtor:& ſic intereſſe ſingulare poteſt eſſe,& intra rem, & extra rem.ſimile dicas in intereſſe exrra rem : vt ſuprà dixi:& not.hic.Moder.

*No.quæſt. de quo intereſſe, intrinſeco an extrinſeco loquatur hæc lex.*

80 Vltimò dubitatur,de quo intereſſe loquatur hæc lex:an de intrinſeco,vel extrinſeco?Mar.& Bulg.de intrinſeco intelligunt.Sal.hic.col.8.oppo.17.& Bal.in l.j.§.conſiderandum, per illum tex.ff.de tutel.& ratio. diſtrahen. idem Accurſius,quem communiter doct.hîc ſequuntur,tenet loqui de vtroque.primò,per hãc l.in fi.quæ dicit velle perimere dubitationes antiquas: quod non faceret, ſi non taxaret tam intereſſe circa rem,quàm extra rem.

Secundò,hæc lex loquitur generaliter in omnibus caſibus:& ſic de vtroque intereſſe , tam intrinſeco,quàm extrinſeco debet intelligi.arg. l.1.§.generaliter.ff.de lega.præſtan.

Tertiò , probat glo.arg.à maiori ad minus: quod validum eſt arg.authen.multo magis.C. de ſacro.ſan. eccle. Nam ſi intereſſe ſingulare, quod eſt circa rem , non poteſt excedere duplum : vt hîc,à fortiori id quod eſt extra rem: cùm illud ſit magis proximum & immediatum , quàm iſtud : nam de hoc contrahentes facillimè non cogitarunt.arg. l. cùm quid. ff.ſi cert.peta. tradunt recent. in tract. de eo quod intereſt.tamen intrinſecum totum debetur : vt ſuprà dixi.

*Gloſſa in verbo,in aliis.*

Gloſſam in verb.in aliis.diuido in quinque partes. In prima , declarat caſus incertos. Secunda,quæ eſt ibi,in quibus agitur. ponit practicam petendi id quod intereſt. Tertia, quæ eſt ibi, & eſt actoris electio. ponit an ſit in electione actoris,vel rei. Quarta,quæ eſt ibi,ſi autem tradi. ponit quid in obligatione rem tradi. Vltima, ibi , item vbi eſt dandum. declarat quid in obligatione dandi.

Prima pars glo.fuit elucidata in glo.in ver. quantitatem.quamobrem non repetam.

Secunda pars eſt vtilis , & tradit practicam petendi intereſſe in iudicio. Vt ſit nota , facio concluſiones ſequentes:

*Practica petendi intereſſe in iudicio.*

1 Prima concluſio eſt:In obligationibus facti, intereſſe iure actionis petitur : cùm ſit in obligatione poſt moram. l. 1. in verſic.agitur.ff.de actio.emp.& l.ſi.iuncta glo. ſi quis in ius voca. non ier.l.2.§.item ſi in facto. & l. ſtipulationes non diuiduntur.de verbo.obliga. cum aliis hîc adductis.per Bar.num.28.col.pen.& ſequuntur doct.in d.l.1.& Sali in l. ſi traditio. C. de actio. emp.col. 2. Angel. in §. actionum in materia emptionis.de actio. inſtit.Do.Igneus,in repet. l.quatenus.col.24.ff.de reg.iur. Corne. conſil. 113.circa primum.col.vlt.1.vol. Vincen.Hercula.in l.ſi kalendis.col.2.ff.de re iudic.

2 Suprà adducta intellige in his caſibus , in quibus non poteſt compelli ad factum:vt frequentius receptum eſt.Bar.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.ſi ad illud poſſet compelli : vt in multis caſibus notatis in d.l.ſtipulationes.& per Hercula.in l.in executione.ff.de verb.obli. in illis intereſſe veniet ſolum in condemnationem:& ita intelligitur glo.in d.l.ſi quis ab alio. Angel. & Iacob.l.fin. ſi quis in ius vocat. non ierit.

*De intereſſe promiſſo in inſtrumẽto.*

3 Idem quando promitteretur in inſtrumento : vt communiter notarij ſolent apponere, Promiſit ſummam debitam ſoluere , cum expenſis,damnis,& intereſſe. nam tunc ex ſtipulatione agetur,ratione promiſsionis.l.1.de ver. obligat.

*Elucidatur ordinatio regia.*

4 Et niſi peteretur , non fieret condemnatio: alioquin iudex ſuppleret in facto.Bald.conſil. 119.ſtatuto.in 2.volum.per glo. iuncto text. in l.ſi quis miſſum.§.fin.ff. de damno infect.ſing. ſecundum Iaſo.in §.omnium.num.146. Inſtit. de actio. vide glo. in l. & eleganter. §. non ſolum.ff. de dolo. & glo. in l. non ſolum. de rei vendic.Bart.in l.qui ſibi.§.1.de ſolutio.Iaſ. in l. fin. de eo quod cer.loc. Etiam in curia parlamenti,niſi poſt litem conteſtatam accidat per l.ædiles.§.item ſciendum.ff.de ædil.edict.etiam ſi rem reddi, iuſtitiam miniſtrari petatur. licet Guido Papæ, & alij contrarium teneãt, tamen in hoc parlamento iſta vidi ſeruari à quindecim annis citra,niſi vt inferius elucidabitur, & hodie extat ordinat.regia ex publica 1539. art. 88.ibi,*Pourueu toutesfoys que leſdicts dommages & intereſts ayent eſté demandez par la partie qui aura obtenu* &c.& ſic peti debet.



*Mora, an poſſit purgari.*

5 Si tamen actor eligeret ad factum agere:eſſet in facultate rei ſoluere intereſſe,vſque dum conuenitur iudicati. Et ſi elegerit agere ad intereſſe:factum eſt in facultate ſoluendi , vſque ad litem conteſtatam:& ſic qui tenetur facere. poterit moram purgare vſque ad litis cõteſtationem.l.ſi inſulam.ff.de verb.oblig.Bar.& alij in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.q. 7. & 9. Paul. & Vincen.in l.ſi kalendis. & l. ſi quis ab alio. §.fi.ff.de re iudic. & hoc ſecundum communem,licet multi contradicant.

*De obligationibus rẽ dari.*

6 Secunda concluſio:In obligationibus rem dari , res debet peti ; & ſi non detur , intereſſe venit officio iudicis , in contractibus nominatis.l.vbi.§.fin. & l.ſi ſeruum. in fin.ff. de verbo. oblig. l. vinum. & ibi nota. ſi cert.peta.Feder. conſil.vltim.Panorm.& Dec. in cap. cùm venerabilis.de except.Vincen.in dicta l.ſi kalendis.col.2.

*Practica notabilis.*

7 Notandum eſt tamen in practica,quòd bonus aduocatus & cautus, in libello debet officium iudicis ſimpliciter implorare:non exprimendo nobile, vel mercenarium : & tunc interpretabitur iuxta mentem proferentis:ſecundum.l.ſi quis intentione.ff.de iudic.no.Petr.de Ferra.in ſua practica.in forma libelli, in actione reali.in glo.in verb.& in florenis.verſ.tertio autem caſu &c.

*De contractibus innominatis in obligationibus dandi.*

8 Tertia concluſio : In contractibus innominatis,in obligationibus dandi, intereſſe petitur iure actionis. l.naturalis.§.1.ff.de præſcrip.verb. licet Bar.hîc alleget corruptè , vitio impreſſorum.l.naturaliter.ff.de rer.permutat.& d.§.1.eſt ſing.ſecundum Paul.& Iaſo.ibi.& in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.in 10.oppo. & in l. fi. de condict.cauſa dat.Pirrus ſequitur.& alij, in d.l.quatenus.in 4.reg.ff.de reg.iur.& ipſe quoque huic ſententiæ accedo:vt in ſimili dicit iuriſcõſultus.in l.nec ſemel.§.nouiſsimè.ff.quando dies lega.ced.

*§.1.l.naturalis. declaratur, & Iaſo. opi. cõfutatur.*

9 Etſi contrarium teneat glo.in ca.P.& G.de offi.deleg. & Iaſ. in d.§. 1. dicens illum §. non obſtare : quia loquitur in verbo accipere, non in verb.dare. Item ibi intereſſe venit in condemnationem : & hoc probatur ; ibi , in qua actione id venit , non vt reddas id quod acceperis : ſed vt damneris mihi quanti intereſt mea.ergo non eras obligatus:quia quando intereſſe venit in condemnationem , tunc venit officio iudicis deſeruienti actioni intentatæ. l. qui reſtituere.ff.de rei.vend.glo.in d.§.fin.d.l.ſi quis ab alio. Do. Igneus. in d.l. quatenus col. 26. Si tamen velis tenere communem ( cum parœmia dicatur , Extra publicam viam ne deflectas) reſpon.ad ſuprà adducta : eſto quòd ille §.primus.d.l. naturalis. loquatur de verbo accipere,cùm declaret naturam contractus do vt des:de illo debet intelligi.arg.l. Titia.§.idem reſpon.ff.de verbo.obliga.l.item quia.§.fin. de pact. Item ſi do rem , vt rem accipiam : debet intelligi,ſcilicet à te dando,ſicut & ego do.arg. l.1.§.ſi iuſſerim.ff.de acquir.poſſeſſ.moder.in §. actionum.Inſtit.de actio.nota. in l. cum mota. C.de tranſact.

*Defendit cõmunem.*

10 Nam ſiue des,ſiue commodes,ego accipio: aliter tamen intelligitur in commodato,aliter in do vt des:quia ſecundũ ſubiectam materiã verbũ debet intelligi:vt not.Pano.de ver.decernimus.in c.decernimus.de iudic. dixi ſuprà in 4.not.Moder.in rub.ff.de vulg.de verb.ſuſtituo. nam aliter accipitur ibi:& aliter in l.pen.iudic. ſolui:& docto.in rub.C.de collat.vbi aliter accipiunt doctores canonum quàm legum : & hoc ſecundum ſubiectam materiam verbum collatio. Item propter naturam contractus, qui requirit ex vtraque dationem. d.§.1.Iaſon conſil.92.vol.3.

Nec obſtat quòd ibi veniat in condemnationem,per illud verbum , damneris.nam debet intelligi damneris , videlicet iure actionis, & non officio iudicis : & retorqueo contra D. Moder.tex.ibi dum dicit, in qua actione. ergo iure actionis petitur. Item in tex.ibi , ciuilem obligationem. ergo iure obligationis , & non officio iudicis : prout aſſerunt moder. & hæc opinio eſt communis : in quam maior turba & potior docto.inclinat. Item quando intereſſe eſt in obligatione:attenditur tempus morę, & vlterius non creſcit,nec diminuitur.l.hominem.ff. manda.l. fundum Cornelianum. ff. de nouat. quia ſtipulatio ſemel commiſſa ad totale intereſſe,amplius committi non poteſt. l. cùm quærebatur. ff. iudic.ſolui. ſecus quando intereſſe venit officio iudicis : quia tunc habetur ratio quanti plurimi à tempore moræ vſque ad litem conteſtatam, ac ſententiam. l. vinum.ff.ſi cer.peta.l.in hac.de tritica.docto.in l. ſi kalendis.ff.de re iudic.declara, vt per Aufre. quæſt.367.in deciſio.Tholo.licet collega nouũ conatus ſit dare intellectum ad d.l.vinũ.quem alibi liquido demonſtraui eſſe contra & iuris, & æquitatis,veritatiſque deciſionem.

*Quænã ſit vtilitas, quòd iure actionis intereſſe petatur.*

11 Et quæ vtilitas reſultet, quando petitur iure actionis:reſpon.quòd extincto debito principali,adhuc petetur:ſecus quando officio iudicis.l.4.Cod. depoſit.glo.ſing. in §.actionum. Inſtit.de actio.traditur per Matthe.not.91.not. glo.ſing.& Ioa.Baptiſta,in addit.ad eum, multa adducit:quæ ibi licet videre.

12 Ratio eſt,quia in contractibus innominatis eſt licita pœnitentia.l. ſi pecuniam. ff. de condict. cauſa data.meritò ad intereſſe deducitur: quia non eſt tanta ratio cogendi præciſe aduerſa

uerſarium,vt det:ſecundum Angel.Imol. Roma.& Iaſ.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur. in 10.oppo.Bar.Vel dicit hic Cinus,quem Bar. citat,eſſe rationem : quia ſicut non ſunt faciliores in obligatione contrahenda : nam requiritur quòd impleantur ab altera parte , nec ſolo conſenſu perficiuntur : & ſicut de facili non contrahitur obligatio,ita nec de facili ſuſtinetur.

13 Limitatur hæc concluſio, quando ageretur actione præſcriptis verbis:vt ille qui promiſerit dare, impleat : nam tunc obligatio non eſt præciſa,ſed ſuccedit intereſſe:vt d.§.1.l.naturalis.Alias limitationes tradunt docto.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.in 11. oppo. & ſeq. quas poteſt quis per ocium videre : Sed quando ageretur condictione ob cauſam , ad rem repetendam:tunc obligatio dandi eſſet præciſa:& non ageretur ad intereſſe,ſicut in contractibus nominatis.l.1.in fin.ff.de rer.permuta.& l.1.de condictio.ob cauſam.Iaſ.& alij in d.l. ſtipulationes.& ſic poſſunt conciliari opiniones. Ratio eſt,quia alioquin ſequeretur abſurdum: quòd ille qui pro parte ſua non impleuit contractum innominatum, ſoluendo intereſſe haberet rem illam me inuito : quod non eſt dicendum:vt not.Bar.in l.ſi filio.in 1.ff.de donat. cauſa mor.

14 Poſtea Bart. opponit de l.liber homo. in 2. §.fin.de verbo.obliga.& ſoluit , quòd quando quis ſtipulatur dari alteri , ſuccedat obligatio ad intereſſe:vt d.§.fin. ſecus ſi ſibi. Nec placet quòd in d. §. fin. cenſeatur ſtipulatus factum, videlicet dare alteri:vt not.Iaſ.& alij,in d.l.ſtipulationes. vbi tradit ſex limitationes , & ſeptem Vincent.in l. in executione. in 8. quæſt. Bart.de verbo.oblig. quia longè aliud eſt promittere factum : aliud dare , & promittendo dare : quod quis promittat factum, nullo iure cauetur.l.illam.C.de collatio.

*Reprehēditur Iaſon.*

*Quare quis non compellitur ad factum.*

15 Inſuper Bar. aſsignat rationem , quare in obligationibus facti non compellitur quis præciſe, ſicut in obligationibus dandi:quia ſtipulationes ſunt inuentæ vt quiſque ſibi ſtipuletur quod ſua intereſt.l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff.de verb.oblig.d.§.alteri.Inſti.de inutil. ſtipula . & in obligationibus dandi ſemper noſtra intereſt promiſſum dari : vt ſi promitto equũ, intereſt tua ſimpliciter habere equum,vel quãtum valet:& ideo eſt in obligatione.d.l.vbi. §. fi.Salice.in l.ſi traditio.C.de actio.emp.Iaſ.in l. cum mota.col.2.C.de tranſact. Sed in obligationibus facti , non ſemper noſtra intereſt , vt opus promiſſum fiat:nec quanti illud factum valet:& ideo non poteſt compelli promittens factum, quia compelleretur vltra quàm intereſſet : ideo ſuccedit obligatio ad intereſſe.d.l. ſtipulationes non diuiduntur.ſequitur Corne. conſil.256.primus.in 4.vol.col.2.

16 Vel ſi quis præciſe compelleretur in obligationibus facti : eſſet inducere quandam ſpeciem ſeruitutis , cum factum in labore perſonali conſiſtat. ſecundum Sali. in l. ſi traditio. col.1.C.de act.emp.docto.hic.& in d.l. ſtipulationes.glo.in l.hæ operæ. ff. de ope. libe. quòd non contingit in datione:vt patet. Aliæ rationes aſsignantur in d.l. ſtipulationes. quæ omnes periclitantur.Ideo Bar.ibi in 10.oppo.dicit, rationes concludentes non poſſe dari,ſed perſuaſiones ſatis apparentes:igitur tanquam minus periculoſa prima,ſuprà relata, quæ eſt Petri(& frequentior)erit ſequenda.

17 Niſi diceres, quòd ad faciendum nõ poteſt homo compelli : etiam ſi minis induceretur, potius permitteret ſe excoriari. glo. in l. cum proponas. C. de hæred. inſtit. ſed dare poteſt compelli , per venditionem bonorum , captis pignoribus,& aliis modis in iure deſcriptis. & hoc probatur in l. qui reſtituere.ff. de rei vendic.Cogita.

18 Limitat nunc Bar. quando in obligationibus dandi eſſet eadem ratio,ſicut in obligationibus faciendi:nam tunc ſuccederet obligatio ad intereſſe , ſicut in obligationibus facti : vt ſi ſtipulatus mihi es,quòd alij dares centum,cui quinquaginta debebam:non intereſt mea niſi in quinquaginta. Ideo ad illa intereſſe ſuccedet.l.liber homo.§.fin.ff.de verbo.obliga.Item ſi ſtipulatus ſum pecuniam mutuare , & non mutuem:licet actio ex mutuo non detur:quia mutuum eſt,quod de meo tuum fit. l.2. §.appellata. ff. ſi cer. pet. non tamen intereſt mea ſimpliciter, & in totum : igitur ſuccedet obligatio ad id quod intereſt.l.ſi pœnam.ff.de ver. oblig.dixi ſupra.non repeto. Corne. in conſil. 166.videtur.in fi.in 4.vol.

19 Item de iure canonico in obligationibus facti non ſuccedit obligatio ad intereſſe:ſecundum Roma. in dicta l. ſtipulationes. ſequitur Anton. de Burgos. in rub.de empt.& Corne. dicto conſil.256.primus.col.2.in.4.volum. etſi Feli.in c.1.de pact. contra teneat. Alias limitationes ponunt docto. in d. l. ſtipulationes. & Vincen.in l.in executione,de verb. oblig. non transſcribo.licet ibi videre, & ibi dicam. ſi per ocium licebit.

*De iure canonico non ſuccedit obligatio ad intereſſe,in factis.*

20 Bar.hic quærit : An iſta obligatio ſuccedat cumulatiuè, ſeu alternatiuè , an verò extinctiuè.& glo. hic videtur dicere , quod extinctiuè veniat:dum dicit, eſſe in electione actoris agere ad factum , vel ad intereſſe : ergo eligendo vnum,aliud extinguitur. arg. l. quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribut.actio. l. ſtipulatio. §. opus.verſi.ſiue autem. ibi , ſi hoc debitori placuit.ff.de noui ope.nuntia.

*An obligatio ad intereſſe ſuccedat extinctiuè , ſiue cumulatiuè.*

Tenendum eſt, quòd imò ſuccedat alternatiuè : videlicet,vt actor poſsit agere ad factum, vel ad intereſſe : non ad vtrumque ſimul. l. apud.§.Labeo.in 1.ff.de doli excep. Bar. in l.1. col.2.ff.de actio.emp. nam bona fides non patitur,vt ſemel exactum iterum exigatur.l.bona fides.ff.de reg.iur.& hoc latè probat Bar. & alij poſt eum,in dicta l.ſtipulationes.in 7. q. eſt tamen in facultate conuenti , aut facere quod promiſit , aut ſoluere intereſſe vſque ad litem conteſtatam. l.ſi inſulam. de verbo. obligatio. Moder. in l.4. §. Cato. in 7. nota. ff.de verbo. obligat. vide Roma. conſil. 517. in caſu. col. tertia.



tertia.& quod infrà dicemus.

*De obligatione , rem tradi.*

21 Alia concluſio : In obligationibus rem tradi,ſi debitor rem non tradat , intereſſe iure actionis petetur.l.ſi quis ab alio.§. fin. ff. de re iudic.nam tradere eſt facti.l.ſi rem tradi. & ibi Bar.ff.de verbo.obliga. Barto. & alij in dicta l. ſtipulationes.in 8.q.docto. declarant plenè. ibi vide.Intellige, ſi ſimpliciter tenebatur tradere, vel & dominium transferre,tamen non habebat facultatem rei tradendæ. tanquam ſit ſubrogatum loco rei , legis vigore:alioqui ſecus. l.ſi ſterilis. §. cùm per venditorem. ff. de actio. emp.l.1. illo tit. Petr.de Ferra , in ſua practi.in forma libel.in actio.real. in verbo. & in florenis Vincen.in l.in executione.in 8.q.Bart.ff. de verb.obliga.

*No.bene.*

22 Quid ſi emptor , nomine & mandato venditoris , ſoluerit emptionis pretium creditori venditoris:an poſsit compelli vẽditor,vt chartam & inſtrumentum venditionis ſibi faciat, vel teneatur ad intereſſe ? vide Bal.conſil. 458. quidam emit. in 1. vol. dicentem venditorem teneri,poſtquam de ſuo conſenſu hoc fuit factum,& quia emptio erat perfecta , & hoc ſecundum opinio.Mart.deſcriptam in glo.l.primæ.ff.de actio.empt.

*De obligationibus, rẽ reſtitui.*

23 Vltima concluſio : In obligationibus rem reſtitui , ipſa res primò petenda eſt , ſi facultatem rei habeat reus reſtituendæ.l. qui reſtituere.ff.de rei vendi.Si verò non haberet rei reſtituendæ facultatem culpa ſua:tunc iure actionis intereſſe petetur , re perempta.l. in re furtiua.ff.de condict.furti. Bar. & alij in dicta l. ſtipulationes.q.6.vbi fuſius vide.

24 Fallit ſi poſt contumaciam condemnatus facultatem rei reſtituendæ non haberet : quia tunc iuraretur in litem.d.l.qui reſtituere.

*Inſtrumentum regio ſigillatum ſigillo, habet vim ſententiæ.*

25 Et idem ſi ex inſtrumento garentigiato, vel regio ſigillo ſigillato,res debeatur:cùm habeat vim ſententiæ. Bal. in d. l. qui reſtituere. Soci.conſil.199.in cauſſa tracta. colum.2.in 2. vol.& Pirrus.in d.l.regul.quatenus.Alia multa dicunt docto.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.quæ hîc non transſcribo:ſed illa non omitto , quæ tendunt ad huiuſce legis & materiæ declarationem.

*Libellus quo formetur modo in petendo intereſſe.*

26 Subſequenter Bart.multas format quæſtiones:& de omnibus ſe remittit : & ego cum eo: dempta illa,qualiter formetur libellus.& reperio quòd tripliciter,prout declarat glo.in l.1.ff. de actio.emp.Bart.in dicta.l.ſtipulationes.q. 9. de verb.oblig.

*Prima practica petendi intereſſe.*

27 Primo ſic formatur : videlicet,vt ipſum factum petatur in libello:& reus tempore ferendæ ſententiæ interrogetur per iudicem, an velit domum facere, vel tradere:& ſi reſpondeat quòd non : tunc iudex ad intereſſe eum condemnabit.glo.in l.1.ff.de actio.emp.& ibi doct. l.ſi traditio.C.illo tit.& Petr.de Ferra. in dicta practica,in forma libel.in actio.real.in verb. & in florenis.

28 Et hæc interrogatio eſt introducta cauſſa minuendarum litium.l.vbicunque.ff. de interrog.actio.l.quidam.ſi cer.peta.docto.in ca.1. de iudi.& cap.cùm Ioannes.de fide inſtrumen. & ſi reus interrogatus nollet reſpondere : poteſt cogi per iudicem.l. ſi quando. §.1.ff. de lega. 1. Bald.in l.1.ff.de actio.emp. Et hodie in hoc regno ſolemus cogere hoſce artifices qui promiſerunt cõſtruere domum vel aliud artificium, ad illud perficiendum , etiam per captionem perſonæ, quia regulariter non ſunt ſoluendo, & ideo non eſſent pares ad intereſſe ſoluendum , vnde merito ſolent ad factum promiſſum cogi , & ſic vidi ſeruari per ea quæ Bart. & alij not. in dict. l. ſtipulationes non diuiduntur.

*Artifices ſolent ad opus faciẽdum cogi.*

29 Secundò ſic poteſt peti : primo factum : tamen ante litem conteſtatam,& libellum oblatum,debet interrogari reus , an velit facere id ad quod eſt obligatus : & ſi negatiuè reſpondeat , offeretur libellus , & petetur ſolum intereſſe.& hunc modum veriſsimum approbat glo.in dicta l.1.quamuis non firmet allegãdo. l.ſi ſeruum.§.fi.ff.de verb.oblig.qui loquitur in obligatione dandi.Rofred.in ſuo tract.libello. in 4.parte.rub.de actio. ex empto. fol. 71. cum ſeq.& de Ferra.vbi ſuprà.

30 Poterit etiam reus purgare moram vſque ad litem conteſtatam : vt ſuprà dixi.per l.ſi inſulam.ff.de verbo.oblig.ſecundum Barto.in d. l.ſtipulationes. quod non videtur hîc verum: quia dicendo ſe nolle facere ante litem conteſtatam, purgationi moræ videtur renuntiaſſe:vt not. in dicta l.ſi inſulam. vbi licet videre. & Salice.in d.l.ſi traditio.col.2.Nunc non aliter diſcutio:ſed vide in locis ſuprà adductis veritatem huius dicti.

*Practica notabilis petendi intereſſe.*

31 Tertius modus communis eſt : vt in libello dicatur , Peto Titium condemnari ad tradendum rem , vel exhibendum , aut faciendum domum : & ſi recuſat,peto eundem condemnari ad centum pro meo intereſſe, vel plus vel minus,prout liquidabitur in proceſſu , & per vos dominum iudicem taxabitur. & iſta practica cæteris eſt melior,& tutior,& eam ſequitur Specula.pater practicæ, in titul.de empt.§. prius.& de locato.§.poſtquàm.verſi.verum. & ſeq. Vincen. in l.in executione.in fin.de verbo. oblig.glo.Cinus,ac alij in dicta l.ſi traditio. & eſt magis plana & breuis,teſte Bar.in l.1.§.condemnatio.ff.de tabul.exhiben.& Rofre. in tracta.libello.rub.de actio.ex empt.in 4.parte.col. 3.& rub. de actio. ex conducto. in fin. & vide eum in 3.parte.rub.de actio. in factum.ex illo edicto , de eo per quem factum eſt quominus in iudicio ſiſtait & in rubri.de actio. in factum ex edicto de edendo.col.2.Iacobi.verò in l.certi condictio. ff. ſi cer. peta. dicit ſic poſſe peti: Peto librum mihi ex cauſſa venditionis tradi: & ſi non tradideris , peto intereſſe. & in idem reincidit.& hanc formã poſuit glo.nota.quam ibi magni faciunt doct.in l.2.§.item ſi ex facto. ff.de verb.oblig.Bal.in conſi.290.allegationes, in 4.vol.

32 Et ibi plus dicit:quòd procedit libellus.Promiſiſti vendere domum : peto vt vendas , aut intereſſe,mihi præſtes.

*Libellus incertus quãdo valeat.*

33 Nec obſtat, ſecundum eum, quòd libellus videatur alternatiuus: & ſic incertus: quare non admittendus. Nam imò eſt certus, habens in ſe ordinem ex natura contractus: & licet euentus ſit incertus, quò ad ſolutionem, illud contingit ex facto rei non ſoluentis: ideo non poteſt d- tali incertitudine opponere. l. 1. §. quia autem. ff. quor. bono. & Bald. dicto conſil. 290. allegationes. vide docto. in l. 1. ff. de edend.

*Vtilitas ad petendũ intereſſe.*

34 Vtilitas magna reſultat ſic petendo: quia ſic mortuo promiſſore poſt moram, pluribus heredibus relictis: ago contra vnum ad factum conditionaliter cum intereſſe: potero inſolidum conſequi intereſſe ab vno: quod ſecus eſſet ſi agerem præciſè ad id quod intereſt: quod eſt diuiduum. ſecus in facto. & hoc eſt ſingul. notandum in practi. ſecundum Paul. Alex. & alios in l. 2. §. ex his. ff. de verbo. oblig. ſequitur Iaſ. in d. l. ſtipulationes. in fi.

35 Vel aliqui ſic petunt poſt moram, Et quia non feciſti tempore præſtituto: ideo peto intereſſe. Rofred. in d. rub. de actio. ex emp. & doct. in d. l. 1.

*Quantitas certa, an ſit petẽda pro intereſſe.*

36 Notandum eſt etiam in practica, quòd non eſt neceſſe quantitatem intereſſe in libello exprimere: vt euitetur pœna l. vnicę. Cod. de plus petitio. & §. plus. Inſtit. de actio. glo. in l. certi condictio. & ibi not. moder. ff. ſi cert. peta. Petr. de Ferra in ſua practi. in for. libel. in actio. real. in verb. tot & tantos. Barto. in l. prætor edixit. §. 1. ff. de iniur. Sed ſufficit in proceſſu liquidare: & iſtud ſemper practicatur, teſte Aufrer. in deciſio. capel. Tholo. quæſt. 367. quod tempus &c.

37 Tamen bonum eſt, ſi exprimatur quantitas cum adiuncto: videlicet, Peto decem pro intereſſe, vel plus vel minus, ſecundum quod ex probationibus conſtabit: vt ſuprà dixi. & hoc ſequitur Imol. in d. l. ſtipulationes. Salice. in l. 1. colum. 1. ff. de actio. empt. & ſic formant libellum practici, in patria iuris ſcripti: vt ſæpius vidi.

*In genere poteſt peti intereſſe.*

38 Amplia etiam, quòd in genere poteſt intereſſe peti: vt, Domum fabricari mihi per te peto, vel intereſſe. glo. & docto. in d. l. certi condictio. ff. ſi cert. peta. & glo. hîc. Iaſ. & alij in d. §. actionum. & d. §. curare. & iſta eſt communis, ſecundum Soci. in ca. ſignificantibus. in 3. membro. verſic. ſextò infertur. fol. 71. de libel. oblatio.

39 Item ſufficit oblatio in genere: vt, offero rem cum intereſſe. conſuluit Soci. conſil. 199. in cauſſa tacta. in 2. vol.

Intellige, ſiue petatur principaliter, ſiue ſub conditione. Alex. & alij, in d. l. certi condictio. & Alexand. conſil. 90. in cauſſa col. vlt. in 2. vol. & plenius in dicta l. certi condictio. & ibi Purpura.

*Petens in genere, tenetur poſtea probare quantitatẽ.*

40 Notandum eſt perpetuo in praxi: quòd actor qui in genere petit intereſſe, tenetur poſtea in proceſſu probare ipſius quantitatem & certitudinem. glo. ſing. in l. 1. §. ſi quis argentum. ff. depo. Rofrer. in tracta. libello. rub. de eo per quem fact. erit. verſic. in hoc autem. docto. in d. l. ſtipulationes. Innoc. in cap. cum dilectus. col. 1. de ordi. cogni. Ange. in tracta. de malefic. in glo. & ad hoc colloquium. verſic. quid autem ſi accuſator. Alexan. in rubri. col. pen. ff. ſolu. matr. Iaſ. in §. ſed iſte. nu. 73. Inſtit. de actio. dicam infrà in glo. ſeq. quomodo intereſſe probetur.

*Not. bene, quòd iudex ex officio examinat teſtes.*

41 Adde, quòd ſi non probaretur quanti intereſſet, per teſtes productos: poſſet iudex ex officio alios examinare ſuper quantitate intereſſe: vel duobus committere, vt certum reddatur: vel ipſe poſſet ex officio æſtimare. hoc eſt not. dictum Bart. in l. ſi quod ex Pamphila. ff. de lega. 2. & in l. ſemper. §. in hoc interdicto, quod vi aut clam. Bal. in l. ſi traditio. Cod. de actio. emp. Vincen. Hercula. in l. pretia rerum. col. 9. ff. ad leg. Falci. & infrà dicetur.

42 Imò malè faceret iudex, ſi abſolueret reum; eo quia non eſt probata quantitas eius quod intereſt; ſecundum Soci. in ca. dilecti. col. 2. de foro competen. dicens eſſe perpetuò notandum, quia quotidie vſu venit: & idem pluries conſuluit, & obtinuit. & Alex. in addit. ad Bar. in dicta l. ſi quod ex Pamphila. quod perpetuò eſt figendum menti.

43 Nota tamen quòd ſi non poſſet ſumere aliam declarationem: forſitan propter periculum inſtantiæ, poſſet condemnare partem ſimpliciter ad intereſſe; & poſtea in executione liquidare. cap. auditis. de procurato. Bart. Bald. & alij. in l. 2. C. de reſcin. vendit. Bart. in l. 1. col. vlti. ff. iudicat. ſolui. Item damna & intereſſe prius liquidari debent, quàm exequi, & hæc cognitio erit ſummaria ſine libello, ſed ſolum fiet petitio, ſuper qua fiet litis conteſtatio, & ita ſe habet praxis curiarum Franciæ: nempe actor dat per declarationem damna & intereſſe, & reus ſuas diminutiones. de quo Ioan. Fab. in §. curare. col. 1. de actio. in Inſtit. refert. Boër. in deciſ. Burdegal. q. 52. latum fuit.

44 Intellige in intereſſe præterito ſecus ſi contingeret poſt litem conteſtatam, ad illud ſine partis petitione poterit iudex condemnare reum. l. ædiles. §. item ſciendum. ff. de ædil. edic. Innoc. & alij in ca. grauis. de reſtit. ſpolia. Bart. in l. vbi autem. ff. de rei vendic. Petrus Ferra. in pract. in verb. & in florenis. verſi. vbi autem. & ſuprà dixi.

*Not. bene aduocate cautelam.*

45 Tamen bonum eſt in libello, quòd actor petat rem cum fructibus perceptis & percipiẽdis: & cum omni intereſſe, etiam quod ſibi cõtinget lite pendente. Angel. in §. 1. col. pen. Inſti. de actio. quod notes aduocate.

*Vbi peti debet intereſſe.*

46 Vltimo intellige, quòd intereſſe ibi peti debet, vbi eſt res principalis. & coram illo iudice. l. in bonæ fidei. §. fin. ff. de eo quod cer. loco. vide. Bald. in addit. ad Spec. in tit. de fructib. & intereſſe. in fin. ne cauſſæ continentia diuidatur. l. nulli. C. de iudic. & quia acceſſorium ſequitur naturam principalis. l. cùm principalis. ff. de regul. iur. Deci. in cap. præterea. de offi. deleg. & ſic remanet practica petendi intereſſe, vtiliter expedita. Hæc nota bene, quia

matiçu



maticularia ſunt. & quomodo iudex ſuper hoc intereſſe iudicare debeat? vide in gl. vlt. inferius.

*Gloſſa in verb. ſubtilitatem.*

Gloſſa in verb. ſubtilitatem. diuiditur in quinque partes. In prima, prætextu taciti contrarij text. declarat. Secunda, amplia. Tertia ponit duas limitationes. Quarta, quærit. Vltima idem facit. Secunda ibi, & hoc in contractibus. tertia ibi, ſed hoc fallit. quarta ibi, ſed qualiter. quinta ibi, item nec eſt commune.

1 Exordiendo glo. opponitur contra text. Iudices non debent ſupplere de facto. rubric. vt quæ deſunt aduoc. C. hic text. innuit contrarium. gloſſ. reſpond. quòd iudex non ſupplet de facto: ſed per probationes teſtium, & inſtrumentorum hoc intereſſe requirit, & hoc tam in contractibus, quàm in delictis. l. 2. ſuprà de in litem iuran. cum aliis hîc per gloſſ. adductis. hoc fallit ratione delicti aduerſarij. l. ſi quando. C. vnde vi.

Item ratione contumaciæ, vbi in litem iuratur, & iudex tunc non requirit probationes teſtium, vel inſtrumentorum, qualiter deponent teſtes? gloſſ. reſpondet quòd ſuper ſingulari deponent, quòd tantum intereſt cuiuſlibet ſingulariter habentis rem notam, in communi, quòd tantum intereſſet omnium, & ſic ad verbum gloſſ. eſt expedita, quam ſequitur Specul. in eo. titul. §. fi. verſic. illud autem ſciendum. quia eſt principalis articulus huius materiæ, de quo rogatus fui tum à Germanis hominibus, auditoribus noſtris, tum etiam à Gallis: ideo vt illis morem geram, vltra docto. hîc intendo hunc articulum plenis (vt ita dicam) buccis examinare. Primo, quomodo probetur intereſſe. Secundo, teſtes ſub quali forma debeant deponere.

*Not. quomodo probetur intereſſe.*

2 Verum enimuero quia probatio eſt difficilis. l. fin. ff. de prætor. ſtipula. Bartol. in l. 2. circa fin. C. de reſcind. vend. Iaſon in l. qui Romæ. colum. 2. ff. de verborum oblig. Do. Igneus in d. l. quatenus. de regu. iur. Ideo totis (vt dicunt) neruis eſt inſiſtendum, quamuis quidam ſtolidi & inepti dicant hunc articulum ſuperflue hic poſitum, tamen ſapientes multum vtilitatis ex hoc emanare ſciunt, aliàs materia huius legis completa non eſſet, ſi probatio eius quod intereſt, hic ſcripta non eſſet.

3 Præmittendum eſt, quòd eiſdem ferè regulis docto. dicunt probandum valorem rei, & intereſſe, vt licet videre per eos, in dicta l. 2. allegata. & in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. & ita etiam hîc Barto. & alij poſt eum, quod eſt notandum ad intellectum ſequen.

*Magnũ eſt commodũ habere probationes.*

4 Et quia noſtra intereſt, & eſt magnum commodum noſtrum probationes habere paratas, & præcludere viam aduerſario excogitandi probationes falſas. gloſ. no. & ibi Angel. & Alexand. in l. ita tamen. §. ſi pater. ff. ad Trebellia. ideo videamus de probatione eius quod intereſt.

*De intereſſe conuento probando.*

5 Et primo de conuento dicendum cenſeo: quomodo probetur. & Bart. hîc. colum. penult. verſicu. modo reſtat. per teſtes, vel inſtrumenta eſſe probandum exiſtimat. per l. fin. ff. de prætor. ſtipul. & ſequuntur docto. hîc. declara, vt infrà dicam.

6 Item probatur per iuramentum, delatum à parte parti. Iaſo. in l. qui Romæ. in princ. col. 6. num. 16. ff. de verb. oblig.

*De probatione mixta, quæ fit per teſtes cũ inſtrumentis.*

7 Probari etiam poteſt per teſtes cum inſtrumentis. gloſſ. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cert. petat. & ibi Bartol. & docto. dicunt facere ad ſtatutum, quo prohibetur damnum vltra viginti libras non poſſe probari per teſtes, nam ſi producam inſtrumentum, in quo te apparet promiſiſſe ſarcire mihi damnum, & intereſſe, quod illa ex cauſſa ſuccedet: quamuis per illud inſtrumentum non probem de certa quantitate damni paſſi, tamen poſſum probare per teſtes de certo damno & probatio erit, valida: quia per teſtes & inſtrumenta, vt aſſerit Ioan. And. in addi. ad Specu. eo. tit. §. fin. verſic. illud autem. Bald. in l. ſi ex cautione. col. vlt. C. de non num. pecu. & c. paſtoralis. §. quia verò. colum. penult. de offic. delegat. Felin. in cap. 2. col. 6. de proba. Bald. conſi. 270. ad euidentiam. colum. vlt. in 1. vol. & conſi. 279. viſa petitione. in 4. volu. Angel. conſil. 200. in ciuitate. colum. vlti. Alexand. conſi. 68. viſo proceſſu. in 3. volu. Barba. conſi. 19. ſcripſit propheta. col. 5. in 1. vol. Dec. conſi. 11. & pro tenui. col. 2. vbi limitat. & conſi. 137. & diligenter. col. 3. Hippol. de Marſil. in rubri. C. de probat. fol. 8. colum. 2. verſicul. ſeptimo limitat.

8 Primò intellige, quod intereſſe conuentum conuentione partium formatur, & illa conuentio poterit probari tam per teſtes, quàm per inſtrumenta, iuramentum, vel confeſsionem, vt infrà dicam, & ſic debet intelligi glo. hîc. & doctrina doctorum, licet communiter malè declaretur.

9 Secundò intellige, quòd hoc intereſſe vel pœna non poteſt peti ante rei condemnationem, vel antequam ſit res euicta à reo. l. fideiuſſor. & ibi not. ff. de doli exceptio. l. habere licere. & l. euicta. de euictio. Alexand. conſilio 4. viſo proceſſu. in 3. volum. Socin. conſilio 199. in cauſſa. col. penul. in 2. vol. Cepol. cautel. 71. regulariter.

*Cautela notanda.*

10 Vbi dicit nos debere eſſe cautos, quando volumus agere ad pœnam in contractu appoſitam, vt primo patiamur ſententiam ferri contra nos, & quòd tranſeat in rem iudicatam: & poſtea quòd res à nobis auferatur: nam poſtea rectè agemus. Pirrus dicta l. quatenus. in quinta regul.

*Vnde dicatur cõuentum.*

11 Tertiò intellige, etiam probari per confeſſionem rei, & aliis multis modis, quibus aliæ conuentiones probantur: cùm hæc non ſit niſi conuentio, & ab ea ſumit nomen conuentum. d. l. fi. Ambroſ. de Vigna. in repe. cap. ſalubriter. nu. 253. de vſur.

12 Quartò intellige, hoc poſſe duplum excedere communis æſtimationis. l. fi. C. de ſponſa. Do. Igneus in dict. l. quatenus. colum. 3. & dixi

S

ſuprà in gloſſ. dupli. ponendo regulam cum limitatio. & infrà etiam dicam de pœna conuentionali.

*Delictum non probatur per inſtrumentũ.*

13 Quintò intellige probari per inſtrumentum, non tamen delictum.l.3.§.idem diuus.ff. de teſtibus.Bartol. in l.in ſenatuſconſultum.ff. ad ſenatuſconſ. Turpilia. Felin.in cap.cùm in eccleſiis. vbi ponit regulam cum octo limitationibus. de maiorit.& obedien.Iacobi.in l.eadem oratione.ff.de fer.& l.prætor.§.1.in fin. de eden. & hæ probationes conueniunt conuento.alia vide per iurium interpretes.in l.2.C.de reſcind.vend.

*Vide quomodo commune intereſſe probetur. Practice nota.*

14 Secundò eſt videndum de communi intereſſe,quo pacto probetur.Et nota primo in practica, quòd iudex, ſi agatur de re mobili, poteſt præcipere quòd ea res ad ſe deferatur, vt videat damnum eius rei, vtpote veſtis, aut alterius rei mobilis. Si verò ſit immobilis, poteſt iudex cùm duobus expertis accedere ad illam rem præſentem, expenſis partium:argu. l.ſi irruptione.§.fin.ff.finium regundo. & illam conſpiciet ocularitet,& ab experientibus ſe de damno informabit, & poſtea ſecundum dictum illorum intereſſe æſtimabit. l. fina. §. vltimo.C.de iure dominij impetran.l.& tantum. §. his conſequenter. verſicul. æſtimatio autem habetur.ibi, quod officio iudicis expedietur.ff. de ſeruo corrupt. text. in l.ſi traditio. C. de actione empt. gloſſ.& doctor. in l.rem maioris. circa finem.C.de reſcinden.vendit.Facit quod dicit.Bartol.in l.ſi quod ex Pamphila.in fin.ff. de legat.2.

15 Quòd vbi rei æſtimatio non eſt in iudicio probata, tunc iudex ex officio debet illam facere, inſpectis qualitatibus rei, & aliis inſpiciendis. Bartol.in l.& ſi æquo. ff. de legat. 1. & l. ſemper. §. in hoc interdicto, quod vi aut clam. per hunc textum in verſicul. in aliis. & Alexand. in l.pretia rerum. colum.2. ff. ad legem Falcidiam.

*Nota,in practica.*

16 Erit ergo bona practica, vt pars intereſſe paſſa,imploret iudicis officium, vt ſe informet ſuper damnis, & intereſſe, & poſtea ſecundum illam informationem & inquiſitionem ſuam,faciat æſtimationem.Et hæc practica eſt communis & bona,vt not.Bart.& Moder.in l. 2.circa finem. C.de reſcin.vendit.dixi in gloſſ. præcedenti,verſic.adde.

17 Et ſic vidi primo procedi ad inſtantiam petentis intereſſe, vt pars aduerſa citetur, ad allegandum & opponendum cur æſtimatio per iudicem fieri non debeat, & quare intereſſe non debeat declarari. not.in l.creditores.C.de pigno. poſtea ſi pars aduerſa comparens nihil boni & iuſti proponat in oppoſitum, quin æſtimatio fieri debeat.

*Quis debet eligere expertos: & an debeant iurare.*

18 Tunc iudex coget partes,ad eligendos duos homines experientes, iuxta l. hac edictali. §. his. illud. C. de ſecundis nupt. vel ipſe iudex eliget, ſi videat partes eſſe diſcordes, vel negligentes, aut eligere velle imperitos. §. quòd autem. in authent. de non aliena.rebus eccleſ. collat.2.Alberic.in prima conſtitut. C.colla.4. Bartol. in dicta l.creditores. in fin. hanc nota. practicam tradit: & ſi æſtimatores diſcordes ſint in æſtimatione, poterit tertius eligi per partes, & per iudicem approbari, aut per iudicem eligi.Salicet.in dicta l. 2. C. de reſcinden. vendit.colum.penul.Angel.in §. ſi quis agens. Inſtitut.de actionib. & Vincent. in dicta l.pretia rerum.

*Areſtum.*

19 Inſuper eos electos coget iurare de æſtimatione iure & iuſtè facienda,vt dicto §.his illud. & §.quòd autem.not.in l.comparationes.C.de fide inſtrum.text.melior,qui communiter non ſolet allegari.in authen.de vſur.nautic.in prin. collat.9.& debet conſtare quod iurauerint,antequam referant, aliàs non creditur relationi illorum vt fuit dictum in hoc Senatu anno 1534.die 16.Iulij.

20 Intellige tamen, debere æſtimatores iurare de credulitate, vtpote dicent ſe credere damnum datum poſſe eſſe ad decem aureos, & ita intelligitur. l.1. ff. de vent. inſpici. & gloſſ. in l. iuriſiurandi. C.de teſtib.docto.in cap.fraternitatis. de frig.& malefic. Alberic. in l.vna. C.de nouo. Codi. componen. colum.4.verſicul.ſed nunquid medico.Barto.in proœ.Digeſtorum. in princ. Aret.& alij in cap.propoſuiſti. col. 3. in fin. de probatio. Nam cùm hæc iudicio intellectus percipiantur, non cogetur regulariter de veritate iurare, ne detur via periurandi: ſecundum eos.

*Docto. an iurẽt hodie examinatũ idoneum.*

21 Et ſic faciunt docto.cùm in conſpectu cancellarij iurant licentiandum, aut doctorandum eſſe idoneum, & ſufficientem, & ſic credunt eum eſſe: per textum in l. nemini. C. de aduoca.diuerſo.iudicio.gloſſa in pragmatica ſanctio. §. item vt de cætero. in verb. benemeritis.de colla.Ioan.de Platea.in l.fin.colum. 2.C.de bon.vacan.lib.10.& Panor.in cap.propoſuiſti.colum.pen.de probat.tradit iuramenti formam.

*Doctores Caturcen. excellentes.*

22 Hodie de conſuetudine non iurant doctores, ſed ſimplici verbo tantum aſſerunt cancellario, videri idoneum: prout vidi tam Caturci, dum ibi eram regens, inter omnis doctrinæ principes Do. de Haramburo, de Petrucia, de Cruce, & Foreau, & quidem certè dignos, quibus perpetui decernantur honores, & ſtatuæ erigantur, minimus, quàm etiam apud Bituriges,& hic, nec iuramentum etiam recipitur à docto. Paduæ,Piſis, Senis, & Florentiæ.teſte Dec.in cap.propoſuiſti.colum. vlt.de probatio.debent tamen doctores regentes facta examinatione, receptóque ab examinato iuramento, illum idoneum pronunciare ad gradum licentiæ ſumendum, quod probatur in l.tutores. ibi idoneis pronunciatis. ff. de confirman. tutor. & hoc vidi ſeruari in omnibus vniuerſitatibus, in quibus regens fui. ad quod debent regentes aduertere poſt factam examinationem, ne examinatum cancellario præſentent ante iſtam pronunciationem, quæ interdum eſt ſicut iudicis ſententia, quæ de non ente facit ens.vt dicit glo.in l.non ſortem. §.hæredi.ff.de condit.indebit.

*Pronunciari idoneus ad licẽtiam præſentãd. debet.*

23 Poſtre



23 Poſtremò, facta relatione per expertos iudici, de damno & intereſſe iudex declarationem faciet,ſecundum illorum æſtimationem, vt nota.in d.l.2.de reſcind. vendit.& Bartol.in d.l.creditores.in fin.C.de pign.

*Iudex declarat intereſſe, ad relationem expertorũ.*

24 Nota tamen quòd hæc ſententia, per iudicem poſtea lata, non tranſibit in rem iudicatam. Ioan. Andr.in addit.ad Specul.in titul.de homicid.§.penult.verſicu.ſed pone.& in tit.de confeſ.& in l.ſi ab hoſtibus.§.fina. ſolut.matrimonio. & l.ſi quis teſtibus. C. de teſtib. Iaſon & alij in l.admonendi. ff.de iureiurand. dixi in repet. l.quod iuſsit.not.2.ff.de re iudi.hodie in hoc regno hæc ſententia non infirmaretur.nec eam vidi tolli in practica.

*Per teſtes, iuramentũ, & expertos probatur.*

25 Probatur ergo hoc intereſſe per teſtes, de communi æſtimatione, & pretio deponentes. d.l.2.& l.ſi ſeruum.ff.ad leg.Aquil. Angel.in §. non ſolum.Inſtit.de verb.oblig.

26 Inſuper & per iuramentum,in odium delinquentis, probata prius per teſtes violentia. l.ſi quando. & ibi plenè Iaſ.C.vnde vi.l.ſemper.§. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. c.ſuper eo.de his quæ vi metúſve cauſ.fiunt.

27 Tertiò probatur per æſtimatores electos, etiam poſt didicita teſtificata.Floria.in dict.l.ſi ſeruum.ff.ad leg.Aquil.doct.in l.2.C.de reſcin. vendit.vnde Cepol.cautel.165.regulariter.

*Duo experti eligi debent. fallit, vt hic.*

28 Intellige,quòd ad minimum eligantur duo, ſi in loco reperiantur, alioquin ſufficiet vnus excellens. Angel.in dict.§.quòd autem. per illum. text.loquentem in plurali.& dict.§.his illud.l.hac edictali.& l.2.§.fin. ff. quis ord.in bono poſſeſ. ſerue. l.ſi auia. C. de inge. & manu. Bart.in l.continuus.§.item qui inſulam. in fin. ff.de verbo.oblig.Bald.in l.iuris ignorantia. C. qui admit.vbi Riminal.facit quatuor caſus.vide eum,ſi libet.Areti.& alios,& in cap.propoſuiſti.col.3.de probat.

*Electi debẽt eſſe experti in re, quam æſtimare debẽt.*

29 Item intellige,vt electi debeant eſſe experti in illa arte, ad quam electi ſunt, alioqui cæcus iudicare non poſſet de coloribus, & ita iura ſuprà allegata loquuntur de expertis.Ideo non poſſet ruſtico committi,vt æſtimaret damnum datum in libro.not.in dict.l.pretia. & gloſ.in l. mortis cauſſa capimus.ff.de dona. cauſſa mortis.text.in l.2.& fin. C.de præd.& aliis reb. nauicula.lib.11.

*In relatione expertorũ, an pars ſit citanda.*

30 Tertiò, declara partes eſſe citandas in relatione facienda per æſtimatores, & hoc quando ſunt electi à iudice,ſecus ſi à partibus.l.2.C. de vſur.& fruct.lega. & ibi.Bald.& Bartol.in l. Theopompus.ff.de dote preleg.& in d.l.creditores.Bal.in d.§.his illud.& Pantha.Calderi.in d.l.2.col.72.de reſcind.vend.

*Aeſtimatio præſentis temporis an conſideretur.*

31 Quartò requiritur,quòd æſtimationem temporis præſentis conſiderent,non præteriti,nam & tempore valor rei mutatur. dict.l.pretia rerum. §.fin. & l.2.& l.ſi voluntate.C.de reſcinden.vendit.& ibi plenè Moder.diſtinguunt.vide eos.

*Quãdo plures æſtimationes factæ ſunt tam in prima, quã in ſecunda inſtantia: cui ſtari debeat.*

32 Præterea, ſi diuerſæ ſint æſtimationes factæ, puta vna in prima inſtantia, altera in ſecunda, tunc eſſet eligenda media via, text.in l.ita vt omnes.ff.manda.& ibi hoc not.Salic.& Bal.in l.vna.col.pen.verſi.ſextò quæro.C.ſi ſer. exter.Imol.in l.inter pares.ff.de re iudic.Fel.in c.cùm cauſſam.in 2.col.pen.de teſtib.

33 Si verò deponerent rem valere viginti, alij duo triginta,ſtari debebit (ſecundum aliquos) deponentibus valere triginta, quia alij videntur dicere quod valeat viginti, & non vltrà,ergo deponunt de negatiua, & ſic aliis affirmatiuam probantibus plus crederetur. l.diem. §. ſi plures.ff.de recep.arbit.& ibi Barto.& Sali.in dict.l.2.colum.8.Corſet.ſingul.incip.teſtis &c. & Feli.in cap.in noſtra.col.2.de teſtib. Moder. in cap. cùm eccleſia. de cauſ. poſſeſſ. Socin.in tracta. fallentia. reg.426. teſtis. quod reprobat Imol.in c.pen.colum.penult.de empt.& vendi. dicens debere ſtari deponentibus de minori ſumma. d.l.diem proferre. §. ſi plures. vide ibi latius & per alios.

*Tota res debet æſtimari.*

34 Item quando eſt præſtanda æſtimatio partis à debitore,qui alteram partem conſumpſit, debet æſtimari quantum valet tota res, quia pretiũ dimidiæ rei minus æſtimaretur, ſecundum text.in l.Mæuius.§.fina.ff.famil.erciſcun. glo.not.& ibi doct.in l.1.C.commu.diuid.Sali. in l.fin.C.de iure dot.facit quod not. Bart. in l. vxorem.§.agri plagam.ff.de leg.3.Felin.in d.c. cùm cauſſam.col.vlt.

35 Intellige hoc intereſſe probari ſic poſſe, vt dixi, ſiue debeatur ex contractu, ſiue ex delicto. per gloſſ. hîc licet delicta teſtibus probari debeant, non inſtrumentis.cap.tua. de cohabi. cleric. & ſuprà proximè dixi, tamen intereſſe ex delicto proueniens, poterit inſtrumentis probari,vt ſi promiſi tibi dare ſeruum,ſub pœna centum, & illum Titius interficiat, quamobrem non poſſum dare, ſed me oportet ſoluere intereſſe, ſeu pœnam, potero eam petere ab eo, qui interfecit, & probabo intereſſe per inſtrumentum promiſsionis. l.inficiando. §. 1. ff.de furt.quod eſt notandum.Idem in alio intereſſe, ſi æſtimatio fuiſſet de recenti facta per æſtimatores publicos, & in inſtrumentum redacta: nam non præſumeretur mutata, & ſic inſtrumento probaretur.ſecundum Salic.in d. l.2.col.7.C.de reſcin.vend. Alexan.in l.in lege Falcidia.§.corpora.ff.ad l.Falcid.

*Super intereſſe communi, quõmodo teſtes debeãt deponere.*

36 Secundò quæro, quomodo debeant deponere ſuper hoc intereſſe teſtes? & Bart.hîc.col. vlt.reſpondet,quòd deponent res tantum valere communiter,& quod communiter tantum cuiuſlibet intereſſet dictam rem habere. l.2.C. de reſcin.vendi.& ibi.not.doct.Alex.conſi.64. viſa conſultatione. col.2. in 2.lib. & conſil.118. viſo proceſſu.col.1.in 4.vol.Bal.conſi.103. quæritur.in 1.vol.

Item quòd tanti fuiſſet vendita, & empta communiter. Floria. in l. ſi ſeruum. ff. ad leg. Aquil. vel quòd res tali loco & tempore ſolet tanti communiter vendi, & communiter reputatur quòd valeat tantum, & quòd tanti vendita fuiſſet tali loco & tempore. Anto. de Burgos,in cap.1.col.3.num.7.de empt.& vend. Anto. de Butrio, conſilio 52.tota ergo. Hodie

*Aeſtimatio quanti plurimi nõ ſit, ſed communis.*

*Areſtum.*

per ordina. Reg.ex publica. anno 1539. art.94. in tit.de fructib. art.1. fit æſtimatio communis regulariter,vt patet ibi, *Selon toutesfois l'eſtimation commune, qui ſe prendra ſur l'extraict des regiſtres des greffes, des iuriſdictions ordinaires.* Et iudicem qui condemnauerat quanti plurimi perperam iudicaſſe cenſuit ſenatus, anno 1520.die 4.Decemb.in magna camera, pro Iacobo Tremblay appellãte à Bailliuo Melden. contra magiſtrum Ioannem Payen. & idem iudicauit anno 1534.die 19.Februarij.

*Articulus ſuper valore rei, an ſufficiat ad probandum intereſſe.*

37 Aduertendum eſt, ſecundum Bartol. quòd ſi quis faciat articulum ſuper valore rei, ſufficit ad probandum indirectè intereſſe commune, quia ſi res debita communiter tantum valet: ergo tanti communiter intererit, non tamen directè:quia pretium rei, & intereſſe propriè ſunt diuerſa, ſed largè idem, vt ſuprà dixi in prima gloſ.& Angel.idem tenet in §.non ſolum. inſtitut. de verborum obligat. Intellige quando actor non peteret aliquid vltra valorem rei: alioqui contra, vt not.Moder.hîc, vt ſi vinum debeas tradere, non tradidiſti, aliud longè cariori pretio emi,poſſum petere vinum: & à tempore moræ quanti plurimi valuit.l.vinum. ff. ſi certum petat. quia debebas tradere, & tempore præſtituto. l. cùm venditorem. C. de actio.emp.

*Intereſſe domus deſtructæ quomodo probetur.*

38 Item ſi vis petere intereſſe domus deſtructæ, debes probare, quantum valebat domus tempore deſtructionis,& quãtum valeat nunc area, & cæmenta quæ remanſerunt, & tunc apparebit quanti intereſt,ſecundum Bartol. in l.cùm emptor.§.fin. ff.de damno infect. dicens ſe vidiſſe errare magnum aduocatum, qui ſolum probauit valorem domus, & deſtructionem factam, tamen non debet probari ſecundum eum quantum conſtitit,ſed quantum valet.l.ex damni.in princi.ff.illo tit.l.2.§.ſi nauis. verſicul. Sed in his rebus. ff.ad l.Rhod.de iact. Angel.in §.ſi quis agens.Inſti.de actio.& in hoc eſt frequentius itum.

*Quæ ratio ſit per teſtes reddenda.*

39 Quam rationem teneatur teſtis aſsignare? Barto.hîc colum.vlt.dicit teſtem debere dicere, quòd communiter tanti æſtimantur, & venduntur res in foro publico, & in hac ciuitate, & tali tempore,&c.

40 Nec valeret ſi diceret, quia ego tantum darem etiam ſi diceret pro communi æſtimatione.Imol.& alij in dicta l.pretia rerum.ff.ad leg. Falcid. Nam dictum teſtis debet concludere neceſſariò. l.ad probationem. & l.neque natales. C. de probat.cap.in præſentia.illo titul. ſed hîc non concludit, cùm hæc depoſitio, & ad ſingulare & ad commune poſſet referri, ergo non valebit per ſupradicta. & per text. in cap. cùm Ioannes. verſic. cùm igitur. in fin. de fide inſtru.vbi etiam Felin. ponderat.Poſſet tamen quandoque dictum teſtis præſumptiuè concludere,Bar.& alij in l.1.ff.ſi cer.petat.

41 In duobus tamen caſibus poſſet dictum teſtis deponentis, ego tantum darem, ſuſtineri. Primus eſt, quando certum eſt, quòd teſtis hoc non dicit ex particulari affectione, quam habet ad rem,ratione propinquitatis, vel alterius commoditatis ſingularis, iuxta tex.in l.1. §.ſed ſi rem.ff.ſi quid in fraud.patro.l.ſi cui fundus.de lega.2.

42 Secundus caſus eſt, quando non conſtaret quòd hoc diceret ex affectu, nec ex aliquo intereſſe particulari, quia in dubio videtur ſe referre ad intereſſe commune. l.ſi pactum.in fin. ff.de probat.l.fin.cum ibi not. C. de fideiuſ. & ſic præſumptiuè deponeret de communi pretio. Aretin.& Feli.in cap.cùm cauſſam.in 2.de teſtib.Si verò conſtaret teſtem habere aliquam affectionem ex aliqua cauſſa, tunc non valeret,ſi diceret,ego tantum darem.doct.in l.2.C. de reſcin.vend.& ibi Salic.q.20.

*No.tu iudex.*

43 Dicit eſſe bonum, iudicem interrogare teſtem, an aliquam affectionem ad rem habeat, & ſi negatiuè reſpondet, valebit, quia ratio eius debet intelligi, ego tantum darem, cùm vnuſquiſque ſic faceret. Poteſt etiam pro ratione dicere, Scio quia quilibet ſciens conditionem illius rei, onera & qualitates, emeret eam tanti. docto.in dict.l.2. Vincen.in l.pretia rerum. ff. ad legem Falcid. Tertiò ſi decem teſtes dicerent ſe tantum dediſſe, probant commune pretium, & rei valorem. Guido ſingul. 684.teſtis qui depoſuit.

*Communis æſtimatio quomodo debeat probari.*

44 Vel melius eſſet pro cauſſa dicere: Ita vidi practicari, & aliàs audiui per eos qui ſimilia tractant emi, & vendi, quia teſtes qui habent communem probare opinionem, ſic habent (vt ſuprà dictum eſt) aſsignare rationem. Bart. in l.Labeo.ff.de ſupel.lega.ſed æſtimatio communis nil aliud eſt, quàm communis opinio de pretio, vel valore rei, ergo ſic erit probanda.Areti.in cap.cùm cauſſam.in 2.colum.4. de teſtib. vide Alexand.conſi.101. ſuper 1.in 4.dubio.in 7.volum.& Barbat.conſi.72. ſapienter. in princip.in 4.volum. Anto.de Burgos.in c.1. colum.4. de empt. & vend. & ſic deponet per ſenſum corporis, ſicut teſtis debet deponere. l. qui teſtamento.in fi.ff. de teſta.l.ſolam. & l.teſtium.C.de teſtib.

*Quãdo teſtes ſunt periti, quomodo deponãt.*

45 Item procedere poteſt communis opinio, quando teſtes eſſent periti, nam tunc ſufficeret ratio, quòd ita communiter venditur, & emitur ſecũdum Areti.vbi ſuprà.Argu.l.ſi mater.C.ne de ſtat.defuncto.Anton.de Burgos.in dict.cap.1.de probat.Bartol.in l.nemo. in fin.ff. de duobus reis.

*Teſtis, dicens, ego volui tantum dare, an probet.*

46 Nec etiam ſufficeret dicere,quòd vnus tanti emere voluit.gloſſ.in d.l.2.Cone.conſil.347. viſa copia. colum.3.in 1. volu. nec valet ſi omnes dicerent, ego volui tantum dare, vel tantum dediſſem, niſi dicerent, pro communi æſtimatione. Vincen. in dict.l.pretia rerum.col. 13.Socin.conſil.8.viſis & diligenter. col.2.in 1. vol.Intellige,vt ſuprà dixi.

*Probatur valor rei mobilis.*

47 Item eſt aduertendum, quòd ſi quis velit probare intereſſe rei mobilis, non debet ſe referre ad vnam diem, vel duos, ſed ad quamplures, ſecundum Bartol. hîc, quem alij ſequuntur. Ideo ſi faceres articulum, quòd frumẽtum valuit hoc anno,die prima Ianuarij tantum

tantum:puta decem: licet probares, non eſſet tua intentio probata: quia precia rerum non conſtituuntur ex momento temporis. in d. l. precia rerum.§.fi.igitur debet poni in articulis quòd res tali anno,& tempore,& antè & poſt: per plures dies valuit decem.



*No.in practica.*

48 Nec erit neceſſe apponere,tali anno,& pluribus:quia licet anno præterito res tanti eſſet, non tamen concludit quòd hoc anno tantum valeat.Barto.in l.ſi ſeruus.2.ff.de condict.furti. & dict.l.2.

49 Fallit ſi eſſet talis res mobilis, cuius pretium ſingulis non variatur annis, vt Codex, aut Digeſtum.nam plus hoc anno non venduntur vel parum, quàm præterito,vt oculata fide patet.§.fin.Inſtit.de gradib.

*Locus publicus an ſit exprimendus,& probandus.*

50 Præterea locus publicus ciuitatis, videlicet mercatum, eſt apponendum in articulis, vt, hoc anno,tali die,& antè,& poſt.& in ciuitate Pariſienſi, quia ſcimus quàm varia ſint rerum pretia, per ſingulas ciuitates, regionéſque. l. ideo. ff. de eo quod certo loco. ac in foro publico frumentum valuit communi æſtimatione decem,& ita vidi emi & vendi à pluribus,& diuerſis perſonis. Nec ſufficeret locum apponere priuatum, vt domi tanti fuit venditum.l. ſeptem. C. de eroga. milita. anno lib.12. & ibi Bartol.& patruus meus Iacobus Rebuff. l.ſpeciebus. C. de cohort.1.eod.lib. ſequitur Corſet. in ſing.incip.venditio. in 2. & eſt tex.formalis in c.1.de empt. & vend.& Cepol.in tract.de ſimulatio. contract. in 2. præſumptio. vbi dicit, quòd aliàs poſſet fieri fraus, quia poſſet ſupponi vnus emptor, qui longe pluris emeret, quàm valeret. Imò ſi res debeat certis loco & die ſolui,non cenſetur in mora reus, niſi actor probet ſeparatum fuiſſe recipere ſolutionem eo loci & temporis. Bartol. in l.item illa. ff. de conſti.pecu.deciſ.Neapol.316.Galiotus.

*Qualitas rei ac cõditio inſeratur.*

51 Item debet inſeri qualitas rei, ac conditio. glo.in l.mortis cauſſa capimus.ff.de dona. cau. mor.Aret.& alij in dicto c.cùm cauſſam. nam licet precium harum rerum mobilium certũ ſit:per glo.in d.l.2.cùm quoudie talia vendantur,& emantur: tamen non eſt certum apud iudicem: ergo debet probari: ſicut dicitur de notorio,in ca.ad noſtram.in 3.de iureiur.in ca. veſtra.de cohab.cler.& mulier.

*Depoſitio teſtis ſuper intereſſe plena.*

*Praxis probandi communẽ æſtimationem.*

52 Poterit ergo ſic deponere:Vidi hoc anno,tali die prima Iulij, & antè & pòſt per plures dies,in ciuitate Pariſien. & in publico foro ipſius, quòd frumentum valuit decem libris: & ita per communiter volentes emere & vendere, fuit emptum & venditum. Vel poſſunt dicere,eſſe certum & notorium in ciuitate Pariſien.& apud homines ipſius,quòd tali die &c. tanti fuit venditum & emptum,per omnes volentes emere & vendere.ca.penul.de purga.cano.docto.in d.l.precia rerum. Angel. in §. non ſolum.col.2.de ver.oblig. Inſt. & ſic tanti mea intererit.hodie verò per ordinatio. regias probatur æſtimatio per librum in quo per ſingulas hebdomadas deſcribitur æſtimatio omniũ fructuum,& quanti fuerunt venditi in illa hebdomada communiter, & hoc referre debent mercatores,quilibet in ſua negotiatione, vt eſt in nouiſsimis ordina.reg.artic.94. & 102. ideo illa communis æſtimatio attendetur,& ad hãc fiet condemnatio,quantacumque illo tempore fuerit,quod eſt bene notandum.

*Depoſitio teſtis ſuper re immobili, afferẽte reditus.*

53 Item ſi eſt res immobilis,afferens reditus, teſtis ſic debet deponere:quòd vinea, de qua agitur,eſt tanti reditus:& res tanti reditus in ciuitate Pariſien. conſueuerunt vendi communiter & emi tali precio,videlicet decem:vel alio: à volentibus vendere & emere,tali tempore,& antè, & poſt.Ideo partis tanti intereſt:vt concludit Bar.& docto.in d.l. pretia rerum. Poterunt aſsignare rationem:quia viderũt fructus. Item viderunt volentes vendere & emere pro tali precio. Item ſi non viderunt, pro cauſſa poſſunt dicere:quòd audiuerunt à communiter volentibus emere & vendere in tali loco, quòd tali pretio vendebatur communiter res tanti reditus. Reddet inſuper rationem quare ſcit:quia vicinus:qui facilius ſcit facta vicinorum,quàm exterus.ca.quoſdam de præſum.l.1. §.1.ibi,aut æſtimationem circumcolentium. ff. de flumi.l.3.§.diui.ff.de iure fiſci.Bar.& alij, in l.1.de reb.cred.

*Loci circũuicini nõ debẽt apponi.*

54 Vidi etiam in articulis apponi, quòd in ciuitate Pariſien.& in aliis locis circumuicinis,licèt non ſit neceſſarium,imò nocet quò ad probationem:niſi in libello ſit adiecta clauſula,nõ aſtringens ſe ad probandum non neceſſaria. Bal.in marga in ver.libellus.Feli.in ca.licèt.co. pen.de probat.Iaſ.in l.fin.§ in eum.col. 2. ff.ne quis eum qui in ius voca.eſt.vel citra onus ſuperfluæ probationis.Guido Papa in ſuis deciſio.quæſt.365.Felin.in cap.2.num.41.de reſcrip. Conſulo quòd non apponas, & in locis circumuicinis, ne tibi ſit nocumento, quò ad probationem.

*Iuſtũ pretium rei immobilis.*

55 Nota perpetuò, quòd iuſtum pretium rei eſt illud, quod per viginti annos potuit haberi, ex reditibus rei. tex. in authen.de non alie. §.ſi verò alicuius.colla.2.no. Iaſ.in l.ſi fundum per fideicom.col.2.ff.de lega.1.gloſſ. in authen. perpetua.in fin.C.de ſacroſanct. eccle. gloſſ.in verſi.diſtrictè. in cap.ea enim. §.hoc ius.10.q.2. quod non ſeruatur.

*Aeſtimatio determinati temporis, debet probari.*

56 Item aduertendum eſt, quòd ſi non poteſt probari æſtimatio determinati temporis, ſufficeret probare æſtimationem factam antè per annum in rebus immobilibus,quia in eis præſumitur æſtimatio durare, & ſic eſſet præſumptiua probatio. Relinquendum eſt tamen arbitrio iudicis,an durauerit necne,niſi pars mutationem pretij vellet probare,ob bellum, ſterilitatem,vel aliam cauſſam. Cinus in authen. ſed quamuis.C.de rei vxo.actio.Alexan.in l.in lege Falcidia hoc ſeruandum.§.fin.ff.ad legem Falcid.doct.in c.1.de emp.& vend.

*Teſtis non interrogatus, an rationem reddere teneatur.*

57 Notandum eſt etiam, quòd licet teſtis non interrogatus non teneatur rationem ſui dicti dicere.gloſ.& ibi docto.in l.ſolam.C.de teſtib. tamen quando deponit de valore rei, vel de intereſſe:tenetur. gloſſ.& doctores in §.& licet.

in authen. de teſti.colla.7.gloſſ.in l.teſtium.in verb.præſto.C.illo titul.& ibi Bald.& hic.& in l.fin.de iure domi.impetr. Panor.& alij.in d.c. cum cauſam.de teſtib. Alex. in l.precia rerum. in fi.ff.ad leg.Falcid.& l.1.in fine princ.de noui oper.nuncia. Dec.& Pirrus in dict.l.quatenus. Corne.conſil.347.viſa copia.col.3.in 1.volu.& Dec.conſi.322.viſis conſiliis.col.vlti.

85 Intellige,ſi requiratur diligens inquiſitio,vt in æſtimatione rei immobilis, ſecus rei mobilis.Bald.in d.l.ſolam.col.2.& idem tenet Anto. de Burgos.in cap.1.col.3.verſic.ſtat modò pulchra.de empt.Areti.in d.c.cum cauſſam.col.4. ſcripſi in tracta. re reproba.teſtium. in verb.rationem dicti ſui.

*Iuramentũ an deferatur ſi ſemiplenè probatum ſit intereſſe.*

59 Item licet in pœnis iuramentum deferatur, in ſupplementum probationis minimè. glo.in cap. tam literis.verſi.probata. de teſtib.Bald.in l.1.in 3.oppo.C.de his quæ pœnæ nom.Iaſo.& alij in repe. l.admonendi. colum.90. cum ſeq. de iureiur.Cattelia.Cotta.in 2.parte.memo.in verſi.pœnam petens.Hippoly.in pract.in verſi. poſtquam.in princ.tamen probanti ſemiplenè intereſſe,defertur iuramentum per iudicẽ:cum poſsit imperfectam probationem ſupplere. Bart.& alij hic,licet Salic. dubitet.Bald.conſil. 345.proponitur.in 2.volum. Iaſ.& Moder.in l. admonendi.ff.de iureiur.per tex. in l.ſemper.§. in interdicto.& ibi gl.ff. quod vi aut clã.Pirrus in l.quatenus in 5.reg.ff.de reg.iur. Nam poſtquã poteſt intereſſe iuramento probari, quando nil probatum eſt, vt infrà dicam, per l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. ergo & quando ſemiplenè. Item per coniecturas poteſt probari, vt ſuprà dixi. Ergo & per iuramentum, in ſupplementum probationum, licet cõtrarium teneant Dec.in dict.l.quatenus. & Aret.in d.c. cum cauſam.& in l.nemo.ff.de duob.reis.Dec. in conſil.322.viſis conſiliis.col.2.& Iaſ.in §.curare.col.vlt.Inſt.de actio.

Nec obſtat(ſecundum eos)quòd vnus teſtis cum deponat de peritia artis, non ſemiplenè probat,quia fac eſſe,tamen eſt in arbitrio iudicis ei credere,nécne. Præterea ſi aſsignaret rationem decentem, non video cur non probet ſemiplenè, ad hoc vt poſsit iuramentum deferri, quod paſsim defertur, quando non eſt prohibitum.l.in bonæ fidei.C.de rebus credit. quod hoc in caſu non inuenitur prohibitum, ergo permiſſum.

*De ſingulari intereſſe probando.*
*Nota quando probetur per iuramentum.*

60 Reſtat nunc videre de ſingulati intereſſe, quomodo probetur, & facio concluſiones ſequentes,quarum prima eſt:In actionibus bonę fidei,in quibus iuratur in litem, & in ſtricti iuris arbitrariis, contra doloſum intereſſe iuramento probatur. l.in actionibus.ff.de in lit.iurand.Bart.& communiter docto.hic,& Bart.in l.1.§.condemnatio.ff.de tabu.exhib.& Rofred. in illo tit.verſi.penul.2.partis.& in 4.parte rub. de actio.ex emp.in fi.Corne.conſi. 256.primus conſultationis.in fin.in 4.vol. Petr.de Ferra.in ſua pract.in forma libel.in actio.reali.in ver.& in florenis.verſi.dixi vlterius.Angel.conſi.308. portio.in fin.

61 Secunda concluſio : Si contempta fuerit maieſtas prætoris (de qua in l. penult. ff. de in lit.iuran.& l.ſi familia.ff.de iuriſd.omn.iudic.) etiam in aliis actionibus quàm bonæ fidei, iuratur in litem, etſi non ſint arbitrariæ, & tunc intereſſe iuramento probatur. l. qui reſtituere. ff.de rei vendic. l.pen.§.in eum.ff.ne quis eum qui in ius voca.eſt,vi exi.& ibi Iaſ.not.

62 Tertia cõcluſio:Obligatus ad factum,ſi dolo ceſſet facere,aut faciat quod non debet, ad id quod intereſt tenetur,quod iuramento probatur.l.ſemper.§.officio.& ibi gl.ff.quod vi aut clam.l.ſi quando. C.vnde vi.l.non à iudice.ff. de iudic.Bart.in d.l.in actionibus.gloſ. & doct. in c.dilecti.de foro compet.

Quod intellige, ſi faciendo, vel non, intereſſe contingat:ſecus ſi in omittendo,ſeu negligendo. l.argentarius. §.cum autem.ff.de edendo.& ibi communiter docto.Roma. ſingulari 401.intereſſe. Alexand.in l.qui accuſare.in fin. C.de eden.licet Iaſ.in l.vbi.& d.§. cum autem. teneat contrar.

*Per iuramẽtum contra delinquentẽ probatur intereſſe ſingulare.*

63 Quarta concluſio : Contra delinquentem, intereſſe iuramento probatur.d.l.ſi quando. & dict.§.in hoc interdicto.gloſſ.in cap.in primis. in verſic.expendiſſe.2.quæſt.1.& in cap.fin.3.q. 3.in vlti.glo.Barto.in l.quidam.ff.de furt.Bald. conſil.80.principis.in 3.volu.Iacobi.in d.l.non à iudice.

64 Intellige(ſecundum eos)quando plenè probatum fuiſſet delictum,alioquin contra.glo.& docto. in cap. fin. de his quæ vi met. ve. cau. fiunt.Io.Fab. hic.colum.penult. Siue procedatur contra violentum,ſiue contra furem.Alex. in l. 2. ff. de damno infect. & contra omnem delinquentem. Alexan.conſi.103. videtur.col.3. in 1.volum.per gloſ.in dict.cap.fin.& ibi plenè Imol. & iſtud iuramentum tendit ad veram damni æſtimationem, non ad affectionem. l. cùm furti. ff.de in lit.iuran.Ioan. Fab.hic, col. pen.& ſuprà dixi.

65 Quinta concluſio : Quando agitur contra non delinquentem, ſed contra contumacem & moroſum, per teſtes probari debet hoc intereſſe.Barto.& alij hic.col.vlt.& docto.in cap. fin. quod met. cauſſa. & in cap.dilecti.de foro compet.gloſ.& Bar.in l.qui concubinam.§.fin. ff.de legat.3. Ambroſ.de Vignate, in repe.cap. ſalubriter.num.258.cum ſequen.de vſur.Felin. in cap. ſacro. col. vlt.de ſent.excom. vide longam diſtinctionem Henr.Boic.in c.fina. quod met.cau.Petr.de Ferra.in ſua pract.in for.libel. in actione real.ver.& in florenis.col. pe. Iaſ. in addit.ad Porcum.in §.fin.Inſti.de ver.oblig.

*Quando pars vult ſtare ſacramento partis, ſuper eo quod intereſt.*

66 Vltima concluſio : etiam, ſi non agatur de delicto,tamen ſi pars velit ſtare iuramento aduerſarij,intereſſe iuramento probatur.Bar. l.ſi. col.2.ff.de præto.ſtipul.Angel.in l.vacantia.C. de bo. vacan. Poterit tamen pars, ſubſiſtente cauſſa,vt quia ille cui delatum eſt ſacramentũ, effectus eſt periurus,id iuramentum reuocare, antequam ſit iuratum:poſt minus.Bar.& Iaſ.in l.ſi arbitro.col.2. ff. qui ſatiſdare cogan. & Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. nu. 6. ff.



6.ff.de iureiur. argu. l.ſi quis iuſiurandum. C. illo tit.

*Teſtes quomodo deponere debẽt ſuper ſingulari intereſſe.*

67 Quomodo debeat teſtis in hoc intereſſe deponere? & glo.hic reſpon. quod debet dicere, Tantum actoris intereſt,puta centum habere dictum librum : quia tanti cuiuſlibet habentis rem notam ſingulariter intereſſet. Non autem valeret,ſi diceret, tanti mea intereſſet: quia deponeret de ſuo ſingulari & proprio intereſſe:& ideo ſic deponentes eſſent teſtes ſingulares:ob id non probarent.cap.in præſentia. de probatio.l.teſtium.C.de teſtib.Ant.de Burgos.in d.c.1.col.3.de emp.& vend.licet Rofred. teneat contra.in tracta. libello. in 4. parte rub. de actio.ex emp.in fine.

68 Item poteſt deponere,quòd tanti cuiuſlibet intereſſet,qui eſſet eiuſdem conditionis,qualitatis, vel peritiæ, qualis eſt actor.arg.l. continuus.§.cum ita.ff.de ver.oblig.l.nemo.de duo. reis.& ibi Bar.

69 Nec ſufficeret, ſi dicerent, tanti cuiuſlibet intereſſet:quia de communi tales deponerent: & hanc glo.ſequitur Bar.hic,col. vlti. & communiter docto.poſt eum, & Bar.in d. l. nemo. Spec.in eo tit.§.fin.verſic. ſed qualiter.Felin.in cap.ſacro.& ibi Cardin. de ſenten.excom.

*Teſtis qualitatem rei ignorans non deponit ſuper ea.*

70 Poſſet etiam dicere,quòd homines eiuſdem cõditionis & qualitatis habebant ſic rem charam in decem : & quòd ipſi viderunt eos. Bar. in d.l.nemo. in fin. nam teſtis qui rei cognitionem non habet, non poteſt de ea deponere,quomodo faber lignarius de libro deponet? arg.l.mortis cauſſa capimus.ff.de donat.cauſſa mor.Sali.in d.l.2.col.vlt.

*Ratio aſsignãda per teſtes in ſingulari intereſſe.*

71 Quæro, quam rationem aſsignabunt ? Reſpon.ſi iudex eos interroget,quomodo ſciunt? reſpondere debent : quia nos ſumus eiuſdem profeſsionis & peritiæ,cuius eſt actor & noſtra tanti intereſſet, ſi dictam rem haberemus : vt no.hic & in d. l. pretia rerum. ſufficeret etiam (ſecundum Iacob. de Are.) ſi teſtes dicerent: Ego tantum darem. quia propter identitatem peritiæ, dicitur deponere de eodem:& ſic non ſunt ſingulares : ſed conteſtes.arg.d.l.nemo.

72 Quod ego intelligerem, quando ſe referrent ad peritiam artis:ſic,& ego talis peritię ſic æſtimarem : nam tunc non eſſent ſingulares: quia concluſio vnius dicit idem quod alius, licet per alia verba : quod ſufficit, ſecundum Salice.& Moder. hic. Iſtud reprobat Bar. quia identitas peritiæ facit videri idem factũ,quando ſic eſt actum inter contrahentes:alioqui factum vnius non poteſt eſſe alterius. l. ſi non ſortem.§.libertus.ff.de condic.indebi.ſed intellige,vt dixi ſuprà,in intereſſe communi. Poſtea Bar.dicit,aduertendum ad duo.

73 Primò,quòd ponamus in libello : Vtile eſt plus mihi habere librum, quàm centum. non verò dicet, ſe nolle carere libro pro centum: quia tunc concluderet ad affectionem:quæ nõ auget condemnationem, quando eſt ſine vtilitate.l.videamus. §.1. ff. de in lit. iuran.dixi in glo. 1. refellendo opinio. collegæ contrarium tenentis. Contrarium tenuit Iacobi.in l. non à iudice.in princ.ff. de iudic. Item debet apponi pretium commune, ad hoc v ſingulare non excedat duplum communis : & vt iudex hoc ſciat.

*Practica ſolennis, ſuper probatione intereſſe ſingularis.*

74 Vt practicam habeas notã ſic ponas:Commodaui tibi librum, Codicem nuncupatum. quem quinquaginta emeram ſolidis : verùm quia ibi ſcripſeram, ſtudueram longo tempore, aliaque multa vtilia ibidem appoſueram:& ſic vtilis eſt mihi in quinquaginta, vltra commune pretium,ob reſtitutionem mihi non factam : & tantum deberet vnuſquiſque æſtimare mea intereſſe:& cuiuſlibet alterius,qui prædictorum cognitionem haberet : Ideo peto illum in eiſdem quinquaginta mihi condemnari,vltra dictum commune pretium.

*Cõtra practicantes.*

75 Alia multa vidi appoſita, quæ ſeriò omitto : quia plerumque practicantes verbis vtuntur ſuperfluis : vt longæ ſcripturæ plus æſtimentur:vt dicam in ordinat.reg.Item bonum eſſet inſerere in articulis qualitatem, & conditionem actoris ſingularem:videlicet,quod ille qui petit librum,eſt ſtudio intentus. & ſic melius vtetur libro,quàm alius.

*Contra diſcolos ſcholares.*

76 Et ideo plus ſua intereſt,quàm diſcolorum, qui nunquam aut raro viſitant libros ſuos:ſed habent eos pro ethnicis & publicanis:vt in ſimili dicit tex.in c.nouit.de iudic.vide l.pen. ff. ad exhib. vbi dicit ſtudioſum alicuius doctrinæ, poſſe dicere ſua intereſſe illos libros ſibi exhiberi:quia ſi eſſent exhibiti, cum eos legiſſet,doctior & melior futurus eſſet.

*Cõtra theologaſtrũ Bituricẽſem.*

77 Et hoc facit contra quẽdam theologaſtrum Bituricen.maledicum : qui erecta in concione ad clerum ceruice, non erubuit dicere : quod quanto quis eſt doctior,tanto reipublicæ peſtilentior, & peior : à ſua perſona ſumens argumẽtum:ſed cum zelo inuidiæ loqueretur,eum relinquo, aliis ſuis inſtructum vitiis teterrimis. & maxime cum poſtea apoſtatauerit, & Geneuam malorum hominum colluuiem & receptaculum,ſe contulerit, & ibi inter miſeros miſer langueat, caponis ſterilitatem quo ad fidem & bona opera gerens.

78 Alij apponunt,quòd mercator petens intereſſe,eſt diligens,induſtrius, & vltra alios communiter lucrans.ſed quia hoc eſt difficile probare,in articulis non inſererem.

79 Poſtremò dicit Bart. hic, quòd ſi directo probatum non eſſet, probari poteſt per coniecturas, & præſumptiones:& iudex ex officio ſuo poteſt æſtimare. Angel. in §. non ſolum. colum.2.Inſti.de verb.oblig.l.ſi quod ex Pamphila.& ibi docto.ff.de lega.2.Ambroſ.de Vignate,in repe. capit. ſalubriter.nu.260.de vſu. Corne.conſil.26.in hac conſultatione. in fine, in 1.volumi.Hippol.conſil.5.in cauſſa.num.23. & Salice. in l.2. quæſt.20.C.de reſcinden.venditio.

*Per coniecturas & familiares quãdo poſſit probari*

80 Et ſic fortè poſſet teneri:quòd deficientibus probationibus, per familiares & domeſticos poſſet intereſſe probari.arg.l.cõſenſu.§. ſuper. C.de repud.c.3.de teſtib. Et ideo cõſuluit Bal. conſil.270.ad euidentiam.in 1.vol.

81 Quòd ſi probaui te geſsiſſe negotia mea ſuper oleo, & quòd ad manus tuas peruenerunt centum cadi olei mei:licet non probem quod tu vendidiſti eos mille:& in articulis poſuerim: tamen iudex debet conſiderare quantum valuit, & potuiſſet vendi:& ad id te condemnare, quamuis alio non probetur modo: quia cum res mea ad te peruenit, æquum & bonum eſt te eam reddere. l. ſi me & Titium. ff.ſi cer.peta. Ideo tutores ſolent & alij bonorum adminiſtratores ſingulis annis æſtimationem frumenti, vini & aliorum fructuum per æſtimatores facere, & poſtea non tenebuntur ad aliud, quã ad illam æſtimationem factam. Quod eſt bene notandum.

*Cautela pro tutoribus & aliis adminiſtratoribus.*

82 Intelligendum eſt,quando ſufficiẽter eſſent probatæ coniecturæ:ſecus ſi ex leuibus coniecturis,& quibuſdam appareat:nam tunc iudex poſſet denegare condemnationem. Corne. conſi.261.viſo.col.2.lib.3.& conſil.256.primus. col.vlti.& conſil.318.pro vectuali.colu. 2. in 4. volum.

83 Nota tamen, quòd intereſſe lucri ceſſantis (cum ſit non ens,& non entium propriæ non ſunt cauſſæ)probatur per coniecturas.glo. no. & ibi docto.in l.3.§.fin. ff.de eo quod cer.loco.

84 Et hoc caſu poſſet iudex deferre iuramentum in ſupplementum:ſicut in vſuratio.Corne.conſil.23.viſis.col.3. in 3. volu. vt ſuprà dixi: imò tenetur iudex,alioqui poſſet ab eo appellari,cùm ex cauſſa ſuo abitrio relinquatur: videlicet probationibus deficientibus, non ſimpliciter.l.non quicquid.ff.de iudic. & per Feli. in cap.exceptionem.col. 2. & ſeq.de exceptio. &c.ſuper his.col.5. de accuſatio. Iaſ.in l.1. in 3. no.ff.ſi quis ius dicen.non obtemper.licet contrarium teneat Corne.conſil.261. colu. 2. in 3. volum.per d.l. non quicquid quæ non obſtat: vt proximè dixi. Super hoc ſingulari intereſſe probando finem dicendi facio, quia in Francia raro petitur,& rarius petitum adiudicatur, ſed conuentum & commune in forenſis iudicij aulis reſident ab illisque non diſcedũt,ideo de illis ſuperius dixi quid obſeruetur in curiis & praxi.

85 Poſtremò notandum eſt, quòd iudex in materia intereſſe, debet æquitatem præ oculis habere: iuxta l. quòd ſi Epheſi.ff. de eo quod cer. loco. vt quandoque iudicet ex coniecturis,vt ſuprà dixi: & Bald. in d. conſil. 270.ad euidentiam.in 1. volu. & cum his poterit quis probare intereſſe:& quotusquiſque eſt,qui hactenus hunc tam frequentem articulum ita plenè tradiderit? Laus Deo, & virgini Mariæ, omnibusque ſanctis.

*Gloſſa in verbo,damnum.*

1 Glo.in ver.damnum.bifariam partitur. Primò reſpon.contrario.Secundò quærit. Secunda ibi,ſed quare in incertis.oppo. contra text, qui in verſic.in aliis.dicit,damnum re vera datum, debere reddi: in verſi. & non.negat.Eſt ergo Imperator ſibi cõtrarius.glo.reſpon.quòd verſic.in aliis. debet intelligi, quòd damnum debet reſtitui ſine diminutione,etiam vltra duplum communis æſtimationis. Verſic. & non ex quibuſdam.limitat, quando quis vana allegaret:vt ſi miles dicat,quòd viciſſet Hiſpanos, ſi habuiſſet equum:vel ſcholaris dicit, quòd ſi habuiſſet librum, ſapiens effectus fuiſſet & rexiſſet, ac fuiſſet multa lucratus. Iſta non ſunt attendenda.& cum hac prima parte tranſeunt communiter docto.

Moder.reprehendunt glo.dicentes,exempla non conuenire textui:tum primò quia hic loquimur de incertis, & exempla ſunt in certis; tum etiam, quia iudex debet in incertis aliqualem rationem habere: vt dicit hic text.per ſuam ſubtilitatem.Puto tamen glo. rectè procedere: quia in verſic.in aliis.totum damnum re vera datum petitur:& in verſic.ſeq.non poteſt peti vanum & friuolum intereſſe, non re vera datum. Ideo ſi quis allegaret quòd ſi habuiſſet domum,quam aliquis promiſerat ædificare, fuiſſet hoſpitatus regem, & rex feciſſet eum cancellarium ſuum,aut aliud officium habuiſſet: non habetur ratio huius vanæ allegationis.

2 Notandum eſt tamen ex glo. quòd per libros quis efficitur ſapiens,melior,& doctior:& pro hoc eſt tex.in l.pen. ff. ad exhiben. & facit contra fatuos, dicentes ſtudium generare fatuitatem: licet quandoque ex nimio ſtudio ægritudines inſurgant:vt quandoque ſum expertus;& aliquando mentis alienationes. Cle. exiui de paradiſo.§.licet. de verbo. ſignifi.Ideo temperatus ſcholaris debet ſe conformare tẽperato ſtomacho: qui ſicut non caput plus quàm requirat virtus digeſtiua, ita ſcholaſtic. non plus vno tempore ſtudeat, quàm patiantur vires ingenij: alioqui ſequitur indigeſta confuſio:ſecundum Feli.in c.1.col.1.de magiſt. vt dico in ſcholaſt.priuileg.lib.2.& in lib. primo centum octoginta ſcholaſticorum priuileg.quibus ſcholaſtici dotentur.

*Per libros quis ſapiẽs & non ſtultus efficitur: contra quoſdam.*

3 Item ex glo.habetur, quòd docti alios regere debent:tex.in proœ.ff.orum. §. fin.melius in §.fin.in proœ.inſti. & Philoſo. Homines ingenio pollentes,aliorum ſunt domini & rectores. & Dauid:Conſtitue domine legiſlatorem ſuper eos:ſciant gẽtes quoniam homines ſunt: & ſic ratione vtentes. in cap. ſi homo. & ibi glo.27.q.1.vide glo. in authen. de monach. in princ. in ver. dicentem. colla. 1. alioqui pauci inuenirentur, qui operam literis nauare vellẽt.

*Docti alios regere debent.*

Glo.in 2. parte quærit, quare in certis duplum:in incertis damnum re vera datum petitur? & reſpon. quòd in certis facilius poteſt apparere commune intereſſe: & ſic duplum communis poterit dari: in incertis non ſic facilè. hanc rationem ſequitur Bar. col.2. & docto.poſt eum. vide tamen quod dixi ſuprà, in 7.nota.

4 Secundam rationem reprehendunt docto. cum non procedat niſi in auaris:& ſic non eſt generalis: cum per naturam ſit facilius dare, quàm facere; quia labor eſt maior datione. argum.

*Facilius an ſit dare, quàm facere.*



argum.l.in ſeruorum. ff.de pœnis.

5 Puto etiam glo. poſſe procedere in artificibus & laboratoribus: nam apud illos eſt facilius facere,quàm dare: ſecus in aliis, qui non laborant propriis manibus:ſed pro facto dant pecunias: quia illis par eſt facere aut dare,cum pro facto etiam dent: ſed ſi cogerentur ſuis manibus facere,difficilius multum eſſet eis facere,quàm dare:& ita qualitas perſonarum eſt inſpicienda:iuxta l.plenum.§.equitij. ff. de vſu & habita.

6 Non obſtat, quòd quis non facilè iactat ſuum.l.cum de indebito.ff.de proba.etiam prohibet Imperator,ne quis iactet aut ſpargat pecunias:in rub.C. de conſulib. & non ſpargen. pecu.lib. 12. reſpon. hic loquitnr in ſolutione eius quod debetur,quę nõ dicitur iactura:imò facilius fit, quàm iactare ſuum, apud ſapientes.Salice.in l.1.C.de condict.indeb.

*Gloſſa in ver.& non ex quibuſdam.*

1 Glo. in verb. & non ex quibuſdam. citat quoſdam referre hunc verſic. ad primum caſum: ipſa vero ad ſecundum. Moder. referunt ad vtrumque.per l.talis ſcriptura.ff.de lega.1.l. 1.C.de libe.& poſthu.cap. ſecundò requiris.& cap.inquiſitionis.de appel.Panor.in cap. extirpandæ.in §.qui verò.in repet.col.6.verſic.quoad primum de præbend. Item ſicut machinatio non debet allegari in ſecundo caſu:ita nec in primo.

2 Cõuenientius tamẽ arbitror referri ad proximum:quia cum in primo caſu ſit de iure taxatum, non poteſt dici machinatio.argum.l. Gracchus.C.ad leg.Iuli.de adulter.Item hic limitatur intereſſe ex machinationibus allegatum,& reiicitur:at in certis eſt limitatum:ergo non debet iterum limitari. arg. l.1.in fin. ff. de dot.prælega.

Præterea non dubitatur de intereſſe in caſibus certis, an redigatur ad extricabiles circuitus,cùm iam ad duplum ſit taxatum: ergo ad illum verſic.non eſt referendum,ſed ad proximum:ſaltem conuentius.

Hoc etiam vult dictio, & non. quæ coniungit proxima.glo.in cap. 2. de reſcrip. & ibi dixi.

3 Et ſi velis hanc tenere opinionem, non obſtat l.talis ſcriptura.quia debet intelligi ad omnia referri,niſi eſſet dare vitium abſurdum,aut abſonus intellectus:quia tunc ad proxima tantum fiet relatio.tex.ſingu. ſecundum Panorm. ibi,in c.eccleſia.in 2.de electio.ca. cum dilecti. de donatio. & ibi nota.Barba.conſil.15.clementiſsimi.col.3.in 1.volum.& Alex. conſil.17. circumſpectis.col.pen.in 7.volum.Roma.conſil. 112.viſa præmiſſa.in fine.vel quando diſpoſitio redderetur inutilis, Iaſ. conſil. 84. col.vlt.in 3. vol. aut quando poneretur in beneficiis principum,tunc ſi hæc clauſula ad omnia referretur principis beneficium reſtringeretur, tunc non referretur, ne beneficium reſtringatur, quod eſt latiſsime interpretandum.l.vlti.ff. de conſtitu.princip.vbi Iaſ.col.6.num.32.

*Clauſula in fine poſita, an ad omnia referatur.*

4 Vel non refertur ad omnia,quando reſultaret contrarietas ſeu correctio:per glo.in c.cum ſingula. in verb. prioratibus. de præben. lib.6. Corſet.in ſingu. incipien.clauſula.in fin.Alex. conſil.95.repetitus.col.2.in 7.vol. Bald. conſil. 358.clauſula.in 4.vol.Corne.conſil. 76. licet in hac.col.3.vol.1.Iaſ.conſil.143.Iſta quæſtio. in fi. volum.2.

5 Vel quando eſſet dare diuerſam rationem, non refertur ad omnia, ſed ad præcedentia tantum.l.1.§.deinde adiecit prætor.ff.de poſtulan.l.ſi idem.§.fin.de iuriſd.omni.iud.l.1. C. de liber.præter.& in cap.ſtatutum.in prin. in ver. locis.de reſcrip.lib.6.Barba.conſil. 35. clementiſsimi.col.1.& conſil.57.præclarè.colum. 2. in 1.vol.& Alexan.conſi.66.viſo. col.2.in 2.vol.& conſil.226.ponderatis.col.2.in 6.vol.text. ſing. & alibi,in cenſura canonica non repertus.in c. eccleſia.in 2.ibi,non debet ad contemptum.& alia quæ non ſunt de forma referri. de electio. ſecundum Abba.ibi vide.Corſet.in ſing. incipiente,clauſula.in fine.dixi in 4.nota.in fin.ſuprà.Boer.quæſt.147. nobilis.in deciſione Burdega.

6 Vel intellige,in dubio:ſecus ſi ex diſpoſitione legis aliter apparet:nam illa erit ſeruanda.l. non aliter.ff.de lega.3.Corne.conſi.305.in hac. col.2.vol.1.vel non refertur ad omnia, quando eſſet diuiſio facta per paragraphos.glo.in cap. vno.de poſtula. præla. in 6. & in clem.1. & ibi ſcripſi de ſepul.

7 Vel ad omnia refertur quando poteſt rectè & congruè ad omnia referri, aut ea determinare:alioquin non.Barba.conſil.15.clementiſsi. col.3.in 1.vol.& conſil.74. omnia.colu. 9. in 3. vol.Soci.conſil.156.pro fundamento.col.5.ver. quibus tamen.in 1.vol.

8 Vtpote quando mens patitur,aliàs non.Barba.conſil.34.clementiſsimi.col.2.in 1.vol.Albe. in l.fi.C.de in ius vocan.

9 Aut intellige,quando inter connexa ponitur:ſecus inter diuerſa.cap. inquiſitioni de appella.Præpoſi.in cap.ſecundò requiris. colum. 2.illo tit.Barba.conſil.54.angelus.& conſil. 34. breuiter.col.2.& conſil.ſeq. col.1. ac conſil. 57. col.2.in 1. vol.Alexand.conſi.95.diligenter.nu. 4.in 5.volu.& eſt repetitum conſil. 63.diligenter.num.8.& conſil.226.ponderatis.in 6.vol.

10 Vel quando clauſula eſt poſita ad qualificandum vnum capitulum, tunc non refertur niſi ad illud.l.filium.in prin.ff.quando dies lega.ced.Bar.in l.fin.de rebus dubiis.Alex.conſil. 48.viſis,& opportunè.col.pen.in 1.vol.& conſil.158.abundè.col.2. & conſil. 226.ponderatis. in 6.vol.Bologni.conſil.26.Ludouicus.col.1.& conſil.69.Cornelius.in §.circa. deciſ. Neapol. 248.fuit diu.in conſil.in fin.vide Soci.in l.plures.col.2.ff.de reb.dub.Iaſ.conſil.12. in capitulis.col.1.in 3.vol.& conſil.132.ſtatuto.colum. 2. volum.4.

11 Vel quando reperiuntur multa diſpoſita, & habentia in ſe perfectam orationem, & diſpoſitionem; tunc non refertur, niſi ad proximè præceden.

præceden. & carentia perfecta diſpoſitione, tex.eſt ſolennis.in l.ſed ſi per prætorem.§.deinde.ff.ex quib.cauſ.maior.l.cohæredi.§. qui patrem. de vulga.l.alimenta.§.penul. de alimen. & ciba.lega.Bar.& alij in l.ſi idem.§.fi.ff. de iuriſ.omn.iudic.Panor.in cap.cauſſam. col.2. de reſcrip.Bolog.conſil.40.reuerendus. colu. 2.& in aliis multis caſibus non refertur ad omnia, quos licet videre per Iaſ.in d.l.talis. & l.1.C.de liber.præter.non me extendo latius:vide Bald. conſil.358.clauſula.in 4.vol.Notá tamen quòd facilius præcedens clauſula determinat ſequentia, quàm ſequens determinet præcedentia.l. quiſquis.ff.de lega.1.& ibi glo.l.filium.quando dies lega.cedit.Roma.conſi.503.diligenter.col. 1.vel quando clauſula in principio poſita habet ſpecialem determinationem, & poſtea in fine legis, vel ſtatuti adeſt alia clauſula, quæ habet etiam ſuam propriam, & ſpecialem determinationem, tunc clauſula in fine poſita non habet relationem ad primam clauſulam, nec prima ad vltimam, nec vna declarat, vel ampliat aliam. Bald. in l.1. C. de legit. hæred. Card.& Imol.per illum text.in ca.cum dilecti. de donatio. refert Iaſ.conſ.51. Tota dubitatio. colum.3.vol.1. & conſil. 108. abſolui. & conſil. 142.col.6.Ibidem.& conſi.173.filię.col.4.vol.2.

*Gloſſa in verbo, impoſsibilitate.*

Gloſſa, in verb. impoſsibilitate.tres habet partes. In prima, declarat tex.In ſecunda ibi,& ſic nota.ponit no.In tertia ibi, vel dic, caderet. ponit alteram declarationem ad tex. ab abſurdo probando.

1 Inquantum moder.referunt hunc verſi. ad proximum. quando machinatio proponitur & allegatur:non debet attendi:nam ſi attenderetur,in immenſum creſceret: & nullum immenſum eſt bonum.ſecundum eos,allegantes tex.in authen.vt deter.ſit. nume. cleric.§.1. ibi, quia enim penè nihil immenſum bonum eſt. colla.1.

2 Aduertendum eſt, quòd errant in duobus, dum referunt hunc verſic. tantum ad proximum:quia etiam poteſt referri ad verſic.ſancimus.vt ſic dicamus,ideo taxauit Imperator id quod intereſt in caſibus certis ad duplum: ne dum in infinitum fieret computatio, caderet pro ſua impoſsibilitate:nam intereſſe in incertis,poteſt in immenſum peti:& id quod paſſus eſt actor,re vera reddi debet:vt hoc tex.

3 Secundò acriter ſunt moder. reprehendendi, dum dicunt nullum immenſum bonum eſſe:nam Deus eſt immenſus.cap.1.de ſumma trini.& ſummè bonus:vt etiam lippis,cæcis, & tonſoribus patet.dicit glo.in l.quidam cùm filium.ff.de verbo.obliga. & qui contrarium aſſereret, hæreticus eſſet iudicandus, Luthero peior.

4 Præterea text.in d.§.1.quem allegant, non dicit, nullum immenſum bonum, ſed plenè nullum immenſum bonum: & ſic multos caſus excipit, ſicut dicitur in l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iure. §. item ius gentium. Inſtitu. de iur. natu.

*Gloſſa in verbo, cum ſcimus.*

Glo.in verb.cùm ſcimus. refert text. ad caſum verſic.ſancimus. dicit etiam poſſe referri ad proximum. Moder.dicunt eſſe verum, intelligendo de pœna conuentionali tantum, quæ ſicut intereſſe mitigatur: ego puto etiam & de conuentionali, & legali poſſe intelligi: ponderando text.ibi, vel a legibus certo fine concluſæ.& ſic de legali, vel competenti moderatione:& ſic de conuentionali: & ita intelligit glo. ſeq. quod etiam probatur in verſic. cùm ſcimus. Nam Imperator cum habeat leges in ſcrinio pectoris.l.omnium. C. de teſta. hoc ſcit:ergo potius de legali intelligitur,quàm de conuentionali:cùm ſint facti conuẽtiones, & in facto cõſiſtant.c.1.de conſti.lib.6.ideo poteſt probabiliter eas ignorare:vt ibi.Itẽ legales pœnæ ita exiguntur, ſicut conuentionales: §.tripli.& §.quadrupli.Inſtitu.de actio.ergo de his debet etiam intelligi, quando text. dicit exigi.

Nec obſtat quòd certæ ſint:& ſic non poterunt mitigari. Non enim vult dicere hic legiſlator, quod velit mitigare pœnas, quæ iam certæ ſunt:ſed ſicut pœnę legales,(vt furti non manifeſti, ad duplum, aut manifeſti ad quadruplum. §. pœnę. Inſtitu. de obligat. quæ ex delict. naſcun. & §. primo. Inſtitu. de perpet.& tempo.actio.)ſunt taxatæ, & moderatæ per leges: & ſic certæ: ita & intereſſe poterit moderari per hanc legem & taxari. Et iſte eſt verus,vt arbitror,intellectus ad hunc tex.quicquid alij dicant.

*Gloſſa in verbo, proferuntur.*

Gloſſa,in verbo,proferuntur.in tres diuiditur partes.Prima,declarat tex. Secunda, quærit. Tertia, infert: ſecunda eſt ibi,ſed vſque ad quam ſummam.tertia ibi,& ſic eſt competens.

1 Si opponatur contra text. de ſuperfluitate verborum,ſtatuuntur,& proferuntur.glo. ſoluit,declarando verbum proferuntur, ad conuentionem partium referri: ſtatuuntur,ad leges.Moder. hìc tenent debere intelligi de pœnis legalibus tantum, quæ à iudice taxantur: quando pœna non eſt taxata à iure: vt in extraordinariis criminibus.l. 1.& per totum.ff.de extraordi.crimi. & l.1. de effracto. tunc iudex moderat.

*De verb. proferũtur.*

2 Et hoc vult verbum,profertur. quod ad iudicem tantum refertur. l. prolatam.ſuprà de ſenten. & in rubr.ſuprà tit.proximo:& in rubr. huius tit.ſed verſic.ſequens intelligitur de pœnis legalibus taxatis:& ſic tenet.

Ego verò arbitror glo.eſſe verã. & hoc probatur per §.alteri.Inſtit.de inuti. ſtipu. & l. ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verbo.oblig.vbi pœna conuentionalis poteſt exigi, quæ ſecundum intellectum moder.non poſſet exigi: cùm hic text.



tex.dicat eas tantummodo pœnas exigi, quæ taxatæ ſunt à legibus: quod non eſt, in pœna conuentionali, & hoc ſecundum intellectum illorum vellet dicere text.arg.l.cùm prætor. ff. de iudic.c.qualis.25.diſtin.cap. nónne. de præſumptio.

*De dictione, vel.*

3 Secundò probatur per illam dictionem, vel à legibus ſtatuuntur. quæ alternatiuè, & inter diuerſa ponitur, ac diſiunctiuè.l. is qui ſuis.§. nihil.ff.de manumiſsio.l.ſi ita fuerit. de manu teſta.Barto. in l.ſupra iter. §. officium.de aqua pluuia. arcen. Cardi. & alij in Clem. ſæpe. de verb.ſignifi.ergo vult dicere,quòd pœnæ quædam taxantur à partibus, vel à legibus alioquin ſi hìc intelligeremus de pœnis à legibus tantum:illa dictio,vel,malè poneretur:& in ſimili hoc modo arguit Dom.& Philip. in cap. cùm ſingula.in princ.de præben.lib.6. Item ita congruum eſt naturæ,vt exigãtur pœnæ conuentionales,ſicut aliæ:ergo & de his poteſt intelligi arg.l.1.ff.de pact.

Præterea hìc exigi mandat tantummodo pœnas, quæ competenti moderatione proferuntur:certum eſt quòd ſi proferantur à iudice, etiam vltra competentem moderationem exiguntur: ſi non ſit appellatum.l.1. & ibi not.ff. de re iudic.l. 1. quæ ſenten. ſine appella.reſcindan.ca.cùm inter.de re iudic.

4 Nec obſtat verbum, proferuntur. quia poteſt etiam ad partem referri: vt in Euang. ſimilis eſt patrifami.qui profert de theſauro ſuo noua & vetera.l.vna.C.de manda. princi. Teren.in Hecy.Ita me dij ament,haud propterea te rogo,vt hoc proferam. l. diem proferre.& l. quo caſu.ff.de recep.arbit. auth. ſi quis in aliquo.C.de eden.l.atrocem. C. de iniur.l.fin.ibi, longo prolixoque tempore protulerint.de decurio.lib.10.l.imputari.de fide inſtru.l.1. ſuprà, tit.proximo.

5 Probat etiam verbum,moderatione. quod etiam ad partem poteſt referri. l. 1. C.vnde vi. not.in cap.fin.de verbo.ſignific.Georg.Natam in repe.Clem.ſæpe.col.15.de verb.ſignifi.

*Intellectus ad text. lucidus datur.*

6 Et ſic in ſumma habes intellectum huius verſic. quòd videlicet intereſſe petitur ſecundum veritatem, non ex machinationibus: ne ſi in infinitum fieret computatio, caderet:cùm ſcimus eas tantummodo pœnas exigi, quæ competenti moderatione proferuntur: & ſic conuentionales:vel à legibus ſtatuuntur, certo & competenti fine, & non vltrà:ergo non mirum ſi intereſſe coarctatur. Vel poteſt referri ad verſic.ſancimus.ſingulare intereſſe:ideo ad duplum taxatur: quia etiam pœnæ, tam conuentionales quàm etiam legales taxatæ ſunt, tum à partibus,tum à iudice: & exiguntur ſecundum illam taxationem,& non vltrà: & ſic poteſt intelligi textus. Non tamen nego quin poſsit etiam intelligi, ſicut dicunt moder. ſed dum negant quòd non intelligatur de pœna conuentionali,in hoc ab illis diſſentio.

Glo.in ſecunda parte,poteſt ſcindi in quinque particulas. Prima, quærit. Secunda, vno modo reſpon,ibi,reſpon. Tertia, citat opinio. aliorum:ibi vſque ad quadruplum.Quarta,recitat aliam opinio.docto.diſtinguentium: ibi, tertij diſtinguunt. Quinta, ponit ſuam opinionem:ibi,quarta eſt ſententia noſtra.

*Pœna legalis & conuentionalis, quæ dicatur.*

7 Primo quæro, quæ dicantur pœnæ legales, & conuentionales? & puto legales eſſe, quæ à lege impoſitæ ſunt: vt duplum, triplum, quadruplum. Inſtit. de perpetuis & tempo. actio. per totum.

8 Conuentionales, quæ ex conuentione partium proficiſcuntur.§.conuentionales.Inſti.de præto.ſtipul.& l.5.ff.de verb.oblig. Conrad. in tract.de contract.q.31.Angel.de Clauaſ.in ſumma Angel.in ver.pœna.§.12.

*Vſque ad quam ſummam poſsit exigi.*

9 Quæro ergo, vſque ad quam ſummam poſsit pœna peti? de legali non eſt dubium, quia tex.in §.omnes. Inſtit. de actio. dicit non poſſe excedere quadruplum.Sed quid de conuentionali?hæc quæſtio eſt ſummè difficilis,& inuoluta & difficilia (vt commune extat adagium)pulchra.In hac quęſtione plures reperio opiniones:quarum prima eſt quorundam antiquorum;quam glo.hìc primò citat:videlicet, quòd vſque ad duplum poſsit pœna conuentionalis peti.l. Iulianus. §. idem Papinia. ff.de actio.emp.facit hæc lex in verſi.ſancimus.Hęc opinio non admittitur,cùm ſit contra iura, videlicet contra.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de ver. obli.§.alteri.inſtit.de inuti.ſtipulat.

*Secunda opinio, de pœna conuentionali.*

10 Secunda eſt opinio,quam etiam glo.hìc citat,quòd petatur vſque ad quadruplum. arg.l. mulier.Cod.de ſponſa.& arris.§.pen.Quidam eam reprobant:quia quædam pœnæ ſunt quæ nec aſcendunt quadruplum,nec duplum.Item quædam vltra quadruplum aſcendunt.d.§. alteri.ergo &c.

Nec obſtat d.l.mulier.quia ibi ideo non excedit quadruplum, ne per indirectum tollatur libera facultas matrimonij contrahendi. contra l.Titia.ff.de verb.oblig.& ca. Gemma. de ſponſa.& hoc exprimit text.ibi in fine:cùm in contrahendis nuptiis, libera poteſtas eſſe debeat.&c.& ſic ſpeciale eſt in illo caſu.

*Tertia opinio.*

11 Tertia eſt opinio, An ſcienter ſit promiſſa pœna:& tunc vſque ad quadruplum: ſi ignoranter debetur, vſque ad duplum. l.ſed & ſi quis cautio. quia dolus ſcienti non infertur, nec iniuria. l.1. in fin.ff. de iniur.docto.in d. §. fin.latè examinant:ibi vide, & quidam reprobant: quia cenſetur promiſſa ſcienter, cùm in proprio facto non cadat ignorantia. l. fin. ff. pro ſuo.

*Quarta opinio glo. ſuper pœna conuentionali.*

12 Quarta eſt opinio glo. videlicet, an pœna conuentionalis apponatur per nomina multiplicatiua:videlicet duplum, vel quintuplum, decuplum: & tunc non excedit quadruplum, ſicut pœna legalis.d. §. omnes. Inſtit.de actio. Spec.in tit.de empt.& vendi.§.1.verſi. nota igitur.& iſta eſt verior de rigore iuris ciuilis. Bal. conſil. 51. conſiderandum. in 4. volum. aut promittitur per nomina ſimplicia, ſeu numeralia:vt ſi non feceris domum, promittis centum,mille, aut aliam ſummam:& tunc poteſt excedere quadruplum,ad volũtatem partium. d.§.

d.§.alteri. hanc tenet Bart. in l. ſi dictum.ff. de euictio.Angel.conſil.90.pro deciſione.col.vlt. & quidam moder. dicunt eam communem. per tex.in l.ſi quis ſeruum.& ibi glo. ſuprà. de ſer.fugit.Lucas de Penna,in l.nemo.in fi.C. de curſu publico.lib.12.

13 Refellitur tamen, quia lex eſſet impoſita verbis.contra l.fin.C.de vſur.l.2. commun. de lega.c.commiſſa.de elect.lib. 6. Item eſſet contra caſum huius tex.in verſi.cùm ſcimus. vbi dicit illas pœnas poſſe exigi,quæ ſunt competenti moderatione prolatæ:& ſic non ad liberam partium voluntatem. ſequitur Roma. in conſil.510.quò ad primum.

*Alci.gl.reprobat, cui reſpondetur eiúſque opinio cõfutatur.*

Collega noſter D.Alciat.hîc,in c.proſequitur.hanc reprehenſionem facilè poſſe reiici arbitratur, cùm has differentias in iure plerumque fieri videamus. quod ſic probat: Nam ſi teſtator leget centum Titio, poterit idem eſſe teſtis in teſtamento:ſi tamen relinqueret Caio certam bonorum partem: licet minus commodum conſequeretur:non poterit eſſe teſtis. §.legatariis.Inſtit.de lega.

14 Poteſt & ſecundò vltra eum probari: quia quando pœna eſt impoſita per nomina multiplicatiua, duplum, triplum: in dubio ineſt ſimplum:id eſt rei perſequutio, quando actio eſt prodita ei, cui aliquid abeſt.l. ſi quis. & ibi glo.ff.de calumnia.l.hoc edicto.§.fin.& l.licitatio.§.quod illicite.ff.de publica. & vectigal. in l.is prędam.ad leg.Iul.pecul.Si verò per nomina ſimplicia:puta decem,vel centum: tunc eſt mera pœna,& non rei perſequutio.l.agraria.ff. de termi.amoto.Bart.per illum tex.in l.ſi cum exceptione. §. quatenus. ff. quod met. cauſſa. Bal.in l.in hæredem.§.ſed etiam. de calumnia. & ſic in verbis fit etiam differentia,& iſtud eſt melius & conuenientius, quàm illud per collegam adductum.

*Differentia quandoque verbalis fit.*

15 Potes tamen reſpondere ad primum argumentum, quòd quãdo relinquitur certa pars, vel quota bonorum: ideo non poteſt eſſe teſtis:quia eſt hæres,qui principaliter non poſſet teſtificari ad ſuum commodum.l.omnibus.C. de teſtib. ſecus quando eſt legatarius:quia tũc principaliter deponit ad commodum hęredis: & ſic non eſt ſola differentia verbalis:ſed effectualis & realis:vt ſuprà probaui.

16 Nec obſtat ſecundum, quando quis condemnatur ad triplum, non eſt triplum niſi ſit ſimplum:& ſic rei perſequutio:ſecus in nominibus ſimplicibus decem,vel aliis.not.Areti.in rubr. de iudic. in decreta. igitur hæc ſolutio communiter refellitur.

*Quinta opinio de pœna conuentionali.*

17 Quinta eſt opinio,quia aut eſt appoſita loco intereſſe,& non debetur, niſi quatenus interſit.l.prædia,& ibi not.ff.de actio.emp.aut loco contumaciæ,& debetur in totum. glo. in c. quæcunque.§. fin. 25.q.2.ſequitur dominus de Petrucia,iuris maximus interpres,in ſuo tract. de virib.iura.in 47. effectu. Sed hæc reiicitur, quia poteſtas libera auferretur partibus,de rebus ſuis diſponendi.contra l.in re mandata.C. manda.

*Sexta opinio Petri, & Citramon.*

18 Sexta eſt opinio Petri,& Citramõta. prout referunt hîc docto. quòd pœna conuentionalis non poteſt excedere quadruplum.§.omnes. Inſtit.de actio.Imol.in d. §. alteri. & tanquam vltimam videtur approbare Do. de Ripa, in lib.2. Reſpon. de reſcript.cap. 9. princeps.tum quia bonum eſt argum. de legali ad conuentionalem. l. fin.C. de rebus alie. non alienan. tum quia pœna conuentionalis obtinet vicem pœnæ legalis.arg. l. ſi donatæ. §.fin.ff. de donat.inter vir. & vxo. ſequitur Paris Puteus, in tract.ſyndicatus. verſi. an facta compoſitione.fol.99.in paruo vol.Poſtremò ne in infinitum extendatur,quod hîc prohibetur:attamen hæc opinio eſt contra §. alteri. & aliis multis modis reprobant docto. cum quibus pertranſeo.

*Septima opinio.Bar.*

19 Septima eſt opinio Barto.hîc.col.8.verſi.venio ad quartam &c. diſtinguentis: aut pœna refertur ad certam quantitatem: vt, promitto pratum, vel domum talem: & ſi non dem, promitto mille, aut decuplum: & tunc pœna poterit aſcendere quantum partes voluerint, ſiue per nomina numeralia, ſiue per nomina ſimplicia apponatur: cùm eadem ſit ratio in vtroque:ergo eadem iuris deciſio.l.illud.ff. ad leg. Aquil.ſic debet intelligi. d. §. alteri.ſecundùm eum:aut pœna refertur: ad quantitatem incertam: vt,promitto duplum eius quod tua intererit, vel quod plus hæc res valuerit, vel venundata fuerit in nundinis:& tunc non poterit quadruplum excedere:imò fortè nec duplum.arg.huius legis, in verſi. ſancimus. tum quia multoplus aſcenderet,quàm fuerit à partibus cogitatum. arg.l. cum Aquiliana.& l.qui cum tutoribus.§.1. ff. de tranſact. tum ratione infinitatis contra hanc legem. & ſic pertranſit Bar.hîc.col.8. & idem tenuit in dicto §. alteri. ſequitur Ange. & Iaſ. in §. omnes.col.5.num. 14.Inſtit.de actio.Bal.& Sali.in l.rogaſti.§. ſi tibi.ff.ſi cert.pet.& l.cum allegas. C. de vſur. & eſt æqua. ſecundum Cardin. in cap. ſacro. de ſenten. excommu. & vera eſt & communior, ſecundum Por.in §.alteri. Inſtit. de inutil. ſtipul.& videtur elici ex hac glo. ibi,aliàs ſi certa ſumma.

*Alci.fragilis reprehẽſio.*

20 Collega noſter in dicto cap.proſequitur.dicit rationem Bar.eſſe fragilem,quia promiſſor potuit ſimplum (licet incertum) æſtimare: & ſibi imputare debet qui voluit quadruplum egredi.Hæc ratio eſt ſine iure,& ratione: ideo eſt fragilior quàm Bar.nec ad eam reſpon.opis eſt noſtræ, niſi ex ſuperabundanti: ideo dico, quòd licet promiſſor potuerit ſimplum æſtimare in genere, quamuis incertum:tamẽ quia non æſtimauit,res eſt incerta: & ideo non eſt veriſimile quod voluerit in infinitum obligari.& hoc probatur.

21 Nam quis præſumitur velle & cogitare, id quod lex ſtatuit.textus ſing.in l.ſi duo.ff.de acquir.hæred.ſecundum Barb.in repeti.cap.Rainaldus.col.4.de teſtam.& conſil.29. illud. col. 12.& conſil.42.illud.col.4.in 1.vol.& conſil. 13. ſapienter.in fi.& conſil.55.præclarè.in princ. &

cõnſil.



conſilio 63.præclarè.colum.4.in 2.volum.& in rubr.C.qui admitti.colum.71. Socin.conſi.63. viſis.colum.14. in 3.volum. Albert. Brunus, in tractat.de ſtatu.excluden.fœmi.q.12.artic.5. ſed lex taxat ad duplum hîc, ergo mens partis ea videtur fuiſſe, & ſic in infinitum non videtur cogitatum, cùm lex eam reprobet. Item talis voluntas præſumitur eſſe partis, qualis de iure eſſe debet. Bald.in l.1. C. de ſacroſanct. eccleſ. Præterea rationabile eſt, quòd verba referantur ad cogitatum. l.ſi quis ita. ff.de teſta. tutel. & in tali cogitatu habet locum ſtatutum legis.l.codicillis.§.fin.ff.de lega.2. etiam quando aliquis facit, vel tenetur facere quicquam, intelligitur quòd validum ſit de iure. Bald. per glo.ibi, in l.huiuſmodi.in princip. ff.de legat.1. not. Dec.conſi.77.viſo puncto.col.2. ergo vltra cogitatum non extendetur. hanc reſpuunt docto. per d.§.alteri. vbi non fit differentia de pœna certa,vel incerta.

*Octaua opinio de pœna conuentionali.*

22 Octaua fuit opinio quorundam moder. quòd aut pœna adiicitur dationi quantitatis, & tunc non debet excedere modum legitimum vſurarum, qui eſt duplum, dicta l.cùm allegas.C.de vſur.& dict.l.Iulianus.§.idem Papinian.hanc ſequitur Ambroſ. de Vignate, in repe.c.ſalubriter.num.90.cum ſequen. de vſur. & Alber.hîc.col.14.

23 Fallit in foro conſcientiæ, in quo ſi liberè promittatur à debitore creditori, & ab eo recipiatur ſine intentione vſuræ, imò magis affectet creditor pecuniam ſibi exolui,quàm pœnam recipere,non peccat,ſed eſt permiſſum recipere vltra ſortem. Angel. de Clauaſ.in ſumma Angel. in verb.vſura. §.31. verſic.ſextus caſus.& ſic poteſt fieri concluſio,quòd pœna adiecta dationi quantitatis, debetur. Purpura. in dicto § ſi tibi.num.91.ff.ſi cert.peta.& ſuprà dixi in intereſſe conuento, aut pœna adiicitur dationi ſpeciei,ſeu facto,& tunc non debet excedere quadruplum, per textum in dicto §.alteri. in verbo quæ ſit quantitas ſtipulationis. nam non eſt veriſimile.Iuriſcon.voluiſſe dictionem, quæ, referri ad ſubſtantiam,ſed ad ipſius pœnæ quantitatem, ſcilicet, vt ſi quadruplum excedat, illegitima cenſeatur, nam dictio, ſed, ibi poſita ſine copula aduerſatur præcedentibus,& in iure, & in facto.l.2.§.ſed & fortius.ff. ne quis eum,qui in ius voca.&c.l.qui vſusfruc. de verb.oblig.gloſ.& ibi Paulus in l.ſi pupilli. §.ſed ſi homines.ff.de nego.geſt.glo.in l.patris. de vulga.& ibi Bart.

*Concluſio.*

*Declaratur §.alteri.*

24 Ideo cùm iuriſconſ.in dict.§.alteri.dicat non inſpiciendum eſſe, an interſit ſtipulatoris, ſed inſpicitur quæ ſit quantitas, id eſt quanta: ſic vult intelligere: quia ſi excedat quadruplum, non valet, alioqui non aduerſaretur præcedentibus in iure, quia ſicut in primo caſu non inſpicitur, an interſit: ſic nec quæ ſit quantitas:& ſic in vtroque caſu eſſet idem.quod non eſt dicendum & hanc opinionem citat Roma. in conſilio 510. quò ad primum. Angel.conſil. 219.punctus.

*Nona opinio de pœna conuentionali.*

25 Nona eſt opinio Roma. in dicto conſi. 510. diſtinguentis: aut pœna ratione contemptus punitur, & tunc cùm non reperiatur quanta eſſe debeat, arbitrio iudicis relinquam, quando ergo dubitatur, an pœna contrahentibus adiecta legitima cenſeatur,cùm text.dicat illas exigi quæ competenti moderatione proferuntur, cùm non reperiatur competens moderatio à iure determinata, relinquetur arbitrio iudicis.l.1.in fi.ff.de iure deliber.l.1.§.expilatores. de effractori.c.de cauſis.de offic.delegat. Præterea text.in dicto §. alteri. dicit eſſe inſpiciendum quæ ſit ſtipulationis quantitas:ergo à iudice inſpicitur, non à parte. argum. l.extat. ff. quod met.cauſ. ſi tamen ipſa pœna non excederet duplum, tunc ſemper erit exigibilis. l. ſi dictum.ff.de euictio. Alia multa citat,quæ collega ſibi adſcribit, vt infrà dicam. Hæc opinio periclitatur, quia ſecundum eam ſequeretur, quòd conuentiones partium eſſent in pendenti, donec iudex approbaret vſque ad quam ſummam vult valere. Item quòd voluntates & taxationes partium in manibus iudicis eſſent, quod non eſt verum, vt notoriè intuenti patet.

*Decima opinio.*

26 Decima opinio fuit, quòd pœna conuentionalis non poſsit vltrà quàm interſit peti. l. prædia. ff. de actio. empt. & hoc à clericis, ſecus in laicis.Angel.de Claua.in ſumma Ange. in verb.pœna.§.12. & ibidem Syluest.§.25. nu. 7.& Monald. in rubric. quæ pœna peti poſsit. Corne.conſilio 153.eleganter litera S.& conſilio 188. poſt conſili. in 1. volum. & conſil. 28. viſa petitione.in fin.in 2. volum. & conſil.69. de duobus. colum.penul.eo.vol.Angel. conſil. 156.domina.& conſilio 219.punctus. & Socin. conſil.253.in cauſſa domini. in fin.in 2.volum. Et quę requirantur antequam dicta pœna poſſit exigi,vide per Corne.conſilio 343.in cauſſa. in 1.volum.

*Vndecima opinio.*

*Alciati nouum, vt aſſerit, inuentum.*

27 Vndecima fuit opinio Dini, quam hîc referunt doct.& in dict.§.idem Papinianus, eam tamen ſibi hîc adſcripſit collega D. Alciat. & Roma.ponit ad verbum, in d.conſil.510. videlicet, quòd pœna conuentionalis non poteſt excedere legitimum modum vſurarum: ſiue id quod cum legitimis vſuris verè intereſt.hoc probat tribus rationibus,quas habuit à Roma. d.conſil.510.

28 Quarum prima eſt,quòd pœnæ conuentionales ſubrogantur loco intereſſe. l. fina. ff. de præto.ſtipu.ergo naturam eius imitari debent, videlicet, ne illud excedant. nil adducit. ego allego tex.in l.ſi eum. §.qui iniuriarũ. ff.ſi quis caut.§.fuerat.Inſtit.de actio. & ibi not. Moder. c.eccleſia.in primo.vt lite penden. Bal.cõſi.112. quæritur quid.col.vltim.in 1.vol.Dec.conſi.50. quia verba teſtamenti. col. 2. Docto. in l. certi condictio.in 2.glo.ff.ſi cert.pet.

Secundò probat hæc lex quatenus taxationem eius quod intereſt coërcet. Argumentatur à pœnis. Igitur vltra legis reſtrictionem pœnæ non debent extendi: alioqui argumentum non valeret. (& ſemper ferè ſine lege loquitur.) Nec dicat aliquis conſtitutionem lo-

T

qui in pœnis legalibus: quia probabilius eſt, quòd & in conuentionalibus loquatur, quæ loco eius quod intereſt ſubrogantur. Tertia ratio elicitur ex d.l. Iulianus. §. idem Papinianus.ff.de actio.empt.vbi elicitur dupli pœnam fruſtra promiſsionibus adiici.En ergo pœnam excedere non poſſe id quod vſurarum ratione habita intereſt. Nec ille textus eſt intelligẽdus in eo qui fœnerari ſolitus eſt;nec itẽ in obligationibus tantum dandi, ſed etiam in factis: ſi ſubſit ſimilis ſuſpitio.Illud non negauerim,dũ ſuſpitio fraudis nulla ſit,in Bar.ſententiam me accedere: at cùm ſimplum eſt incertum, tunc dubio procul duplum excedi nequit:idq; omnes probant.hæc ſunt collegæ dicta.

*Alcia.opinio refellitur.*

29 Si vis, poteris reſpondere ſicut reſpon. gloſ. & doct. in dicta l.certi condictio. vel poteſt negari quòd loco intereſſe ſuccedat pœna conuentionalis: ſed bene legalis. & ille textus in dicta l.fin.hoc non probat: alioqui ſequeretur quòd nulla pœna excederet duplum, ſicut intereſſe in caſibus certis, poſtquã in locum eius ſubrogatur: quod eſt contra dictum §.omnes. & etiam quòd omnis pœna conuentionalis aſcenderet ad duplum: & tamen quandoque partes non in tantum conueniunt: ergo hæc opinio non poteſt ſuſtineri.

Item collega videtur ſibi contrarius; quia in §.Cato.l.4.num.84.ff.de verbo. obliga.dicit intereſſe eſſe pœnam legalem.& differre à conuentionali: ergo ex ſeparatis & differentibus non licet ei arguere,cùm ſeparatorum ſit ratio ſeparata.l.fi.ff.de calumnia.l.vna.§.is ita. C. de cadu. tollend. & diuerſitas nominum &c. l. ſi idem.C.de codicil.

30 Item opinio quæ deducit rem ad magnam difficultatem,debet reſpui: vt hac lege probatur,& Soci.conſi.104.quoniam in. num.5.in 3. vol.ſicut iſta facit.

Præterea hæc opinio non ſeruiret nobis niſi de vento, cùm hodie nullus ſit legitimus vſurarum modus, imò in vno nummo committitur vſura.Lucæ 6.c.mutuum dantes,nihil inde ſperantes.ca.conſuluit.de vſur.latè Ambroſ. de Vigna. in repeti.c.ſalubriter.nu.92. de vſur. l.1.& ibi not.C.de ſumma trinit. Iaſ.in §.actionum.& §. omnes.Inſtit. de actio.& hæreticum eſt dicere vſuram non damnari à iure diuino, niſi dolo proxima ſit, quia dolum non in hoc requirit ius diuinum,quamuis in tract. de vſuris quidam hoc teneat. ergo ſecundum eum nulla pœna conuentionalis dabitur. quod eſt contra iuris determinationem.

31 Non obſtat ſua ſecunda ratio, dum lex arguit de taxatione pœnarum ad intereſſe:quia verum eſt quòd textus arguit:quod eò fuit taxatum intereſſe, cùm pœnæ etiam ſint taxatæ: & illæ tantummodo exiguntur:ſed non arguit ad eam taxationem, alioqui ſequeretur quòd nulla pœna vltra duplum poſſet extendi,quod ſuprà fuit reprobatum. Nec valet hæc illatio, hoc intereſſe taxatur ſicut pœna:ergo ad illam eandem ſummam,vt in ſimili facit text.in §.fi. in auth.de inſtr.cautel.& fide,

Item ſicut pœna furti non manifeſti taxatur: ita & manifeſti: ergo ad eandem ſummam non eſt verum. §.conceptum. Inſtitu. de obliga. quæ ex delict. naſcun, & neſcio vnde hanc habuit illationem, cùm ſit ſine lege, & & contra eas. Nec refragatur. dict.§. idem Papinianus. quia loquitur ſecundum communem opinionem. (à qua ſine iure temerarium eſt diſcedere.l.3.ff.ad ſenatuſc.Maced.)quando pœna adiicitur dationi quantitatis:ſecus ſi facto: nam tunc non eſt reprobata adiectio pœnæ,vt ſuprà latè dixi.

Item dum dicit, quando eſt ſuſpitio fraudis, approbatur opinio Bart.quando ſimplum eſt incertum,non poteſt excedere duplum: videtur loqui contra hunc text.in verſic.in aliis. vbi quod re vera datum eſt, debet reddi,etiam vltra duplum, quando ſimplum eſt incertum. Præterea eſt ſibi contrarius: nam in fine, quando non eſt ſuſpitio fraudis, vadit ſententiam Bartol. cùm ſemper ferè ſit ſuſpitio fraudis, quando dationi pœna adiicitur: ideo non placet ſua opinio, quare viam qui neſcit ad mare:eum oportet(vt parœmia dicitur)amnem quærere comitem ſibi.

*Duodecima opinio, de pœna cõuentionali.*

32 Duodecima eſt opinio Innoc. in c.ſacro. de ſenten.excommu. quòd pœna conuentionalis etiam vltra quadruplum poteſt exigi, & quod à partibus conuentum eſt, poteſt peti,per text. in d.§.alteri. & huic quoque ſententiæ accedo, quam ſequitur etiam Lauren. de Rodolph. in c.conſuluit.q.65.de vſur.& Ioan.Franc.in tract. de præſcrip.In ſecunda parte 3.principalis.q.13. col.48.& iſta eſt magis communis. ſecundum Alexan.conſi.157.viſo.colum.2.vol.6.Iaſ. in l.2. nu.141.C.de iure emphyt.

*Not. quomodo intelligatur quòd quis ſua re abuti poſſit.*

33 Hæc ſententia probatur primò, quilibet eſt moderator rei ſuæ.l.in re.C.manda.etiam abutendo.l.ſed ſi lege.§.conſuluit. ff.de pet.hæred. & hoc quando ex illo abuſu acquiritur alteri commodum, tunc ex ipſo abuſu reſpublica non læditur,ſi vnus fiat pauper,alter ditior: ſecus ſi nullus fieret locupletior.l.2.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. Moder. in l.nemo. in 4.oppo. Barto.ff.de leg.1.vide tamen.dicto §.conſuluit. an conueniat. Secundò facit text. in l. ſi quis maior.ibi, reſtituta pœna quæ pactis probatur inſerta. C. de tranſact. vbi indefinitè dicit pœnam eſſe ſoluendam; & ſic omnem pœnam etiam vltra quadruplum,cùm indefinita æquipolleat vniuerſali.l.ſi pluribus.ff.de leg.2.gloſſ. in c.vt circa de electio.lib.6.

Tertiò probatur, Quod à principio eſt voluntarium,poſt factum eſt neceſſarium.l.ſicut. C. de actio.& obli. & imputari debet,qui pœnam vltra quadruplum, aut aliam promiſit. l. diem proferre.§.ſtari.ff.de recept.arbitr.

Quartò, Nil tam naturale eſt, quàm quod inter partes conuentum eſt, ſeruetur. l.1. ff. de pact. & cap.1. de probat. ac promiſſa impleantur.l.vna.C.de ſuffrag.

Quintò, Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.l.1.§.ſi conueniat. ff. depoſit,l.contractus.de regul.iur,

Sextò,



Sextò, Intereſſe conuentum totum debetur,vt dixi in 1.gloſſ. ergo & pœna conuentionalis,quod idem eſt, teſte Pirro,in dicta l.quatenus.in 1.regu.ff.de regul.iur.Laurent.Rodol. vbi ſuprà q.65.

Septimò, Nullo iure reperitur prohibitum: ergo permiſſum.l.ſi quæramus.ff.de teſta.nota. in rub.de teſtibus.ff.

Octauò, Si Imperator noluiſſet quòd vltra duplum excederent,taxaſſet,vel vſque ad quadruplum.l.vna.§.penul.C.de caduc.tollen.c.ad audientiam.de decimis.

Nonò, Volenti non fit iniuria, nec dolus. nec debet conqueri de eo quod is ipſe promiſit, etiam ſi vltra quadruplum.l.1.in fin. ff.de iniur.

Decimò poteſt teſtator præcipere hæredi, vt faciat ei monumentum, & ſi non fecerit, quòd priuat eum hæreditate: vel poteſt eum grauare ad dandum mille, & ſic vltra quadruplum monumenti. text. ſingul.in l.prima. in fin. ff.de penu. lega. ſecundum Romanum. ſingul.244.lego Titio.refert Benedict.in repe. cap. Rainutius. in verb.ſi abſque. in 2.de legat. num.228.de teſtament. facit l.prima. C.de his quæ pœnæ nomine. ergo & in contractu hoc poterit fieri, argumen. l. quæ delegato. ff. de legat.1.

Vndecimò poteſt quis promittere ſiſtere reum, ſub pœna mille marcharum auri, & ſic vltra quadruplum,& valebit. Bald.in l.qui crimen.q.9.C.qui accu.non poſ.

Duodecimò, in rebus nouis conſtituendis euidens eſſe vtilitas debet, vt recedatur ab eo iure,quod diu æquum viſum eſt.l.2.ff.de conſtitu.princ.ſed nulla eſt vtilitas euidens, quòd pœna non poſsit vltra quadruplum aſcendere, ergo poterit.

Non obſtat, quòd non videtur à partibus cogitatum vltra quadruplum, nam patet de contrario, poſtquam promiſerunt, & in certis non eſt locus coniecturis. l.continuus.§.1.ff.de verborum obliga.

Non refragatur dict. §. omnes. quia loquitur in pœna legali,vt patet,multa exempla ponendo. Nec conturbat, eſſe bonum argumentum de pœna legali ad conuentionalem, verum eſt, in caſibus à iure expreſsis,vel quando eſt eadem ratio, vel bonum eſt argumentum,vt vtraque debeatur:non vt tantum aſcendat vna ſicut altera, vt ſuprà probaui contra opinionem collegæ.

Minúſque obeſt, quòd pœna conuentionalis obtinet vicem pœnæ legalis, quia fac eſſe, non tamen ſequitur, quòd ſicut legalis non poteſt aſcendere quadruplum, ergo & conuentionalis, quia in dicto §.alteri.dicitur contrarium.

*Regula, q̃ pœna cõuentionalis vltra quadruplum poteſt extendi.*

34 Vltimò non obſtat ratio, ne in infinitum extendatur, quia licet excedat quadruplum, tamen non ob hoc extendetur vſque ad infinitum, vt dixi ſuprà nota. 5. & ſic pœna conuentionalis vltra quadruplum poteſt exigi, & hæc erit regula.

35 Primò amplia procedere, quando eſſet adiecta facto, vt ſi non feceris domum, promittis centum. l. 2. §. item ſi in facto. ff.de verbo. obliga.l.4.§.Cato.& dict.§.alteri. illo tit. & ſuprà latius dixi.

36 Secundò procedit, ſiue ſit factum affirmatiuum,ſiue negatiuum, vt ſi non pareatur ſententiæ arbitri (in qua erat condemnatus ad dandum quantitatem)promiſit cẽtum.Panor. in cap.dilecti.de arbitr.Alex.in l.ſtipulationum aliæ.§.fin.ff.de verbo.obligat.l.promiſsis. C.de tranſactio.Purpur.in l.rogaſti.§.ſi tibi.num.82. ff.ſi cer.petat.

37 Tertiò extende, etiam ſi adiiceretur facto, quod erat in obligatione propter quantitatem.l.Titiæ textores. ff.de legat.1.vt ſi conuentum ſit, Si non ſolueris decem,promittis facere domum: ſi non feceris, promittis centum. & docto.in d.§.ſi tibi.& d.l.ſtipulationum.§.fi. vide ibi,an procebat indiſtinctè.

38 Quartò,etiam de iure canonico. cap.ſuam. de pœnis.ſecundum vnum intellectum. glo.& ibi docto.& in c.quanquam.23.diſt.Iaſo. & alij in l.4.§.Cato.ff.de verb.obli.Corne.conſi.220. miror ſatis.col.vlt.in 1.vol.

39 Limita in eccleſia, quæ ſolum quatenus intereſt petere poteſt de æquitate. Angelic. conſilio 43.fratres. in fin.Conrad.in tractat.de contract. in quæſt. 31. archiepiſcopus Florenti. in 2.parte ſummæ, titul.1.cap.7. §.22. ſecus de rigore, vt ibi. Ioan.Baptiſta. in addit. ad Matheſſul.not.47.

*In foro conſcientiæ, an debeatur pœna conuentionalis.*

40 Quintò amplia, etiam in foro conſcientiæ, cùm ex libero arbitrio procedat, & ex propria promiſsione.Corn.conſi.69. de duobus.in fin. in 2.volum.& conſi.55.viſis.litera,N.in 3.vol.& Ange.dict.conſi.43.Dec.conſi.298.viſo inſtrumento.col.2.allegat.Anch.in regu.poſſeſſor.de reg.iur.lib.6.Barba.in repe.cap.Rainaldus.col. 112.de teſta.dixi ſuprà, declara ex his quæ tradit Conrad.in tractat.de contract. q.31. implorans Titanas,iuxta adagium.

41 Intelligo,ſi petatur:alioquin ſecus,Corne.d. conſi.69.de duobus.in fi.in 2.vol.& d.conſi.55. in 3.volum.licet contrarium teneat.conſi.43.in hac conſultatione.col.3. in 2.vol.nam debitor, antequam ab eo exigatur, non eſt in mala fide,quia poteſt credere creditorem nolle exigere eam,ergo debitor eſt tutus,quamuis contrarium teneat Dec.in c.1.col.10. de conſtit.ratione correlationis, quæ non procedit quando non eſt eadem ratio. Iaſ.in l.fi. C. de indic.vidui.tollen.no.in c.debitores.de iureiur.

*Pœna conuentionalis, an poſsit præſcribi.*

42 Et ſic infertur debitorem pœnæ conuentionalis poſſe præſcribere dictam pœnam,cùm ſit in bona fide & hoc ſpatio 30. annorum: ita quòd actio ad pœnam illo tempore tolletur.l. omnes.C.de præſcript.30.vel 40.anno.Purpu. in d.§.ſi tibi.nu.88.licet non firmet faciunt quę ſuprà not.1.circa finem ſcripſi.

43 Sextò procedit, etiam ſi non interſit, nam in compromiſſo venit intereſſe, quando pœna non eſt appoſita. l.diem proferre. §. fina.ff. de arbitr. ſi pœna ſit appoſita, non inſpicitur,

an interſit. l.cùm pœna. ff.de arbitr. Vincen.& alij in l.2.§. item ſi in facto.vltim.not.ff.de verborum oblig.Conrad.in tracta. de contracti.q. 31.conclu.3.

44 Septimò amplia, ſiue ſit appoſita ratione contumaciæ, ſiue contemptus, poterit etiam quadruplum excedere. Roma. dict.conſil.510. colum.3.Bald.conſi.18.notiſsimum.in fin.vol.1. Si dubitetur, præſumitur impoſita ratione intereſſe. Ioan.Andr.in regu.bona fides.de regu. iur.lib.6.in Mercurial.ſequitur Petrus Ancha. conſi.148.apud antiquos.

45 Octauò extende, ſiue cum iuramento pœna promittatur ſucceſsiuè. text. ſingul. in l. ſi quis maior. C. de tranſactio. & ibi Iacobi.col. penult. Petrus de Ancha. conſil.148. apud antiquos. vbi dicit vſque ad quadruplum, & vltrà non poſſe extendi, cùm ſit pœna legalis approbatione.ſequitur Roma.conſilio 510.ego dicerem quòd etiam vltra quadruplum, tum quia iuramentum poteſt ſeruari ſine detrimento ſalutis æternæ. argu.cap. cùm contingat. de iureiur.cap. quamuis de pact.lib.6. tum etiam, quia ſcienter promiſſa videtur, & ſic tota debetur. l.ſed & ſi quis.§.vltimo.ff.ſi quis cautio. Alexa.conſi.32.opportunè.in fin.& conſi.118.in cauſſa.in 2.vol.

Nonò etiam procedit, ſiue promittatur pœna per nomina numeralia, ſeu ſimplicia, ſiue per nomina multiplicatiua, cùm diuerſa non poſsit aſsignari ratio, idem ius ſtatuetur.l.illud. ff.ad leg.Aquil.& quia rationes ſuprà adductæ habent locum in vtroque.

Decimò poterit pœna conuentionalis excedere quadruplum, ſiue ad certam quantitatem referatur, ſiue ad incertam: quia paria ſunt promittere certum, vel ſe referre ad certum.l. ait prætor.§.1.ff.de re iudic.etiam quia rationes prædictæ habent locum.

46 Primò fallit, quando adiungeretur certæ quantitati, vt dict.§.alteri.& Barto.ibi, & iſtam omnes probant: teſte collega hîc.& ſuprà latè dixi in glo.1.in verſic.conuentum. cùm cenſeatur adiecta illa quantitas in fraudem vſurarum.d.l.cùm allegas.

47 Secundò non procedit, quando ſtipulator eſſet ſolitus fœnerari. gloſſ. in l. pœnam. ff. de vſur.l.cùm allegas. C.illo titul.Intellige vt ibi, & per docto. & in cap.ad noſtram.de emptio. Alexand.conſil.76. viſis dubitationibus.in fin. in 5.volum. Barbat. conſilio 15. clementiſsimi. colum.6. in 1.volum. Dec. conſil.441. præſens conſultatio in fi.

48 Tertiò fallit, quando quis promitteret pœnam à iure permiſſam: nam intelligetur quòd non debebit excedere quadruplum, ſicut nec pœnæ legales. dicto §. omnes. Inſtitut. de actio. quod qualiter intelligatur, vide ibi per moder.

49 Quartò fallit, quando eſſet multum exceſſiua, & debitor erat impotens, ad ſoluendum ſine ſua culpa, tunc non debetur: alioqui ſecus. Lauren. de Rodol.in cap.conſuluit. quæſt.65. de vſur. Conrad.vbi ſuprà, quæſt.31, vide ibi latius. Et vidi in ſenatu iſtam pœnam conuentionalem coartari, quando ſapit iniuſtitiam, auſteritatem & iniquitatem.

*Clerici an poſsint pœnã petere.*

50 Quintò limitatur in clericis, qui vltrà quàm interſit non poſſunt petere. docto.in cap.dilecti, de arbitr. & cap. ſuam. de pœnis. Ioan. de Ana. conſilio 31. præſuppoſito. Angel. in ſua ſumma in verb.pœna.§.12.Socin.conſilio 254. in cauſſa domini.in fin. in 2. volum. Intellige ſi ſcandalum oriatur, alioqui etiam clerici exigere hanc poterunt pœnam.vt docet Silueſter in verb. pœna. in 25. quæſt. verſicul. ſeptimum. nam poſtquam non inuenitur à iure expreſsè prohibitum, nec declaratum; ergo permiſſum. l.1.ff.de teſtib.& ne ſint deterioris conditionis quàm laici.

*Impleat cõtractũ, qui pœnã petit.*

51 Notandum eſt tamen, quòd antequam quis poſsit petere pœnam, oportet quòd probet adimpleuiſſe contractum ex parte ſua, alioqui ſuccumbet lex Iulia.§.offerri.ff.de actionibus empti. l. cùm proponas. Cod. de pact. Bartolus in l.quæro.§.inter locatorem.ff. loca. Baldus in cap.primo.in fin.quali.do.à proprie. feud. priue. Corne. conſilio 343. in cauſſa. columna ſecunda, in primo volumine. Angel. conſi.219. punctus.in fine.Barba. conſi.15. clementiſsimi.col.4.in 1.lib.

*Pœna contrahentibus applicatur.*

52 Et hæc pœna conuentionalis regulariter contrahentibus applicatur. dicta l. ſi quis maior. contrahentes enim ſibi & non aliis cenſentur paciſci, cùm in contractibus non intelligatur extrinſeca perſona. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verborum obligat. Corne.conſilio 322.in præſenti.in fin.in quarto volumine. vide Bartolum in l.agraria.ff. de termi.amoto.doctores in rubric.de iudic. gloſ. in pragmat.ſanctio. in titul.de friuol. appel. in verb.appellatæ. Socin.conſi.36. in cauſſa.col.4. in 4.lib.

*Quando promiſsio quantitatis cẽſeatur loco pœnæ, vel intereſſe.*

53 Item notandum eſt, quòd promiſsio certæ quantitatis facta, ſi aliquid fiat, cenſetur appoſita loco pœnæ, & non reſpectu intereſſe. Ioannes Andreas, in cap. bona fides. depoſit.Imol.& alij in l.ſtipulatio iſta. §.alteri. ff.de verborum obligat. Bartolus in l.fin. ff. de præto.ſtipula.

Hoc intellige, quando promiſsio fit à debitore principali, ſed ſi eſſet facta à fideiuſſore, intelligeretur loco intereſſe appoſita. Iaſon & alij per illum textum in l. finali. §. vltimo. ff. de eo per quem fact. erit. ſecundum vnum intellectum. Alias limitationes vide per te.

*De relatiuo quis, quid denotet.*

54 Poſtremò notanda eſt glo.quòd relatiuum, quis, vel qui, denotat ſubſtantiam, non qualitatem, vel quantitatem, idem tenet gloſ. in dicto §.alteri.Inſtit.de inutil.ſtipulat. Bald.conſilio 190. caſus talis ad partem negatiuam. in primo volum.

55 Ex infertur, quòd ſi vendo libros, quos habeo Aureliæ, ſi nullos habeam, non valet venditio, cùm ſine ſubſtantia non valeat. l.nec emptio. & l. pacta. ff. de contrahenda emptione.





*Nota quæſtionem.*

56 Etiam infertur, quòd ſi pars deferat poſt venditionem, non vitiatur emptio. Idem ſi quis vendat fundum talem, qui eſt decem iugerum, ſiue minus, ſiue plus contineat, debetur, niſi vendiderit decem arpenta talis fundi, ſi non ſunt ibi decem, detrahi debet de pretio, ſi plus ſit, pretium addi.text.in l.ſi ſeruum. §.1.& ibi Paul.& l.Iulia. §.ſi Titius. ff.de actio. emp.Iaſ.in l.ſi fundum ſub conditione. §.ſi libertus, col.2.ff.de legat.1. & Iaſ.in l.1.col.2.in 5. limita. C. de ſumma trinit. Ioan.Crotus, in l. omnes.col.1.6.conclu.ff.de iuſtit.& iure. Felin. in c.ſignificante.col.3.verſic.& dum Alexan.de reſcrip.Benedict.in repe.c.Rainutius.in verb.& ortum.de teſta.Alex.conſi.73.videtur.col.1.in 3. vol.& conſi.8.videtur.in princ.in 4.vol.& conſilio 107.quamuis.in prin.in 6.vol. & conſi.82. in cauſſa.in 7.vol.Soci.conſi.128.duo videbantur.in 3.volum.& conſi.32.placet.in 4.lib.Dec. conſi.347. prima facie. Alia, de pœna conuentionali, vide per doct.in d.§.omnes.hæc tamen non ſunt contemnenda, quia alibi non inuenies ita cumulata, nec elucidata. Laus Deo, & Virgini, & magno patrono meo, diuo Petro: omnibúſque cœlicolis.

### *Gloſſa vltima.*

Gloſſa vltima tres habet partes, quæ patent. Secunda eſt ibi, ſed regulariter. Tertia eſt ibi, ſed hæc lex vult.

1 Quæro ergo, pro declaratione huius gloſſ. an lucri ceſſantis ſit habenda ratio. Bartol. hîc latè diſtinguit, collega breuiter, ſed non complectitur omnia membra. Moder.Andega.ponit regu. negatiuam, ego verò facio regulam affirmatiuam, quòd in intereſſe lucri habetur ratio. Hæc regula fundatur. in l.3. §. fi.ff.de eo quod cer. loco.l.ſi mulier. §.rerum amotarum. ff. rerum amot. l.hæredes. §.ſi incerti. ff. famil. erciſ.& per tex.hîc.in fi.nam niſi apponeret regulam, quid adderet ad iura antiqua? cùm aliàs fuiſſet deciſum, vt etiam teſtatur hîc Imperator.

*Regula affirmatiua quòd lucri ceſſantis ſit ratio habẽda.*

Item Imperator hîc ponit regulam in damno, ergo & in lucro videtur velle ponere, cùm velit antiquæ prolixitati finem imponere, vt in fine huius legis patet.

Item in verſicul.& hoc non ſolum in damno, ſed etiam in lucro noſtra complectitur conſtitutio generaliter dicit conſiderandum intereſſe, tam in damno, quàm in lucro, ergo generaliter debet intelligi. l.1.§.generaliter. ff. de lega.præſtan.

*Dictio, etiã, eſt ampliatiua.*

2 Ponderanda eſt dictio, etiam, quæ eſt ampliatiua.l.2.C.de teſtib.& includit idem eſſe in diuerſis caſibus.tex.in l.3.§.fi.ff.de eo quod cer. loco .Bald.in marga.in verb.etiam.& ſic quòd non ſolum in damno ſit intereſſe conſiderabile: ſed & in lucro, alioquin ſi Imperator noluiſſet lucrũ regulariter deberi, hoc dixiſſet, vt habetur in l.vna.in fin. C. de cadu.tollend.Ad hæc ſub hoc nomine intereſſe, ſiue eius quod intereſt venit & lucrum, text.in l.ſi commiſſa. ff.rem ratam haberi, ibi inquantum mea interfuit, id eſt quantum mihi abeſt, quantumcunque lucrari potui. vbi ſtipulatio committitur rem ratam haberi, quando ratum non habetur, inquantum mea interfuit dominum ratum habuiſſe, & poſtea elucidat quantum mea dicatur intereſſe, & reſpon.in id, quantum mihi abeſt, & ſic in damno, & quantum lucrari potui, & ſic in lucro.

3 Poſtremò, ſtare debemus deciſioni magiſtrorum.cap.1.de decimis.l.pater.ff.de priuileg. credit. & dixi latè in præfatione. l.quod iuſsit. ff.de re iudic. & ſuprà, ſed pauciores & plures docto. dicunt, lucrum conſiderandum in eo quod intereſt, ergo conſiderabitur. & primò glo.hîc formauit regulam, & in l.3.§.fi.ff. de eo quod cer.loco. cuius authoritas eſt cæteris anteponenda.Iaſ.& Moder.in l.vt vim.ff.de iuſti. & iure. & iſta opinio eſt veritati conſona, ſecundum Inno.in c.ſacro.col.3.de ſenten.excõ. ſequitur Spec.in tit.de fructi.& intereſſe.§.commune.idem tenuit hîc Petrus. & communiter docto.Bartol.in l.numis.in fin.ff.de in lit.iuran. Petr.Iacob. in pract.ſua, tit.de actio.ex empto. col.3. ibi, hodie autem venit lucrum in omni actione &c. Bal.in l.3.§.portió. ff.ad leg.Rhod. de iact. Petrus de Ferra. in ſua practi.in forma libel.in actione reali.in glo. & in florenis.verſi. deinde quæritur.dicit, quòd olim & hodie ſemper habenda fuit regula, quòd intereſſe lucri ceſſantis debeatur. Paul.in d.l.3.§.fin.Pirrus.& D.Igneus.in l.quatenus. ff.de regul. iur. Deci. conſilio 39. iuridicam. columna ſecunda, & conſilio 183. in controuerſia.colum.1. & conſilio 322. viſis conſiliis. colum. vlt. Petr. de Ancha.conſil. 148. apud antiquos. colum.2. Aret. conſil.9. eleganter. circa finem. Cuma. conſil. 139.colum.fin.& alij, quos infrà citabo.in amplia.& limita.

*Regula.*

Regula ergo eſt, quòd intereſſe lucri ceſſantis debetur.l.hæredes.§.ſi incerto. ff.familiæ erciſcun.& ſupradictis iuribus.& l.3.§. qui de ſepulchri.ff.de ſepulch.violat.vbi ſic dicitur, Qui de ſepulchri violati actione iudicant, æſtimabunt quatenus interſit, ſcilicet ex iniuria, quæ facta eſt, item ex lucro eius, qui violauerit, vel ex damno quod contigerit, vel ex temeritate eius qui fecit.

4 Primò amplia procedere, tam de iure ciuili, quàm etiam de iure canonico, vt not. docto. in cap. P.& G. de offic. deleg. cap.1.de plus petitio. Petrus Anchara. in Clemen.1. §. ſanè.de vſur.Panormit. & alij, in cap.dilecti.de foro comper.cap.conqueſtus.& cap.fi.de vſur. & cap. cum venerabilis. de exceptio. Aretin.in l.diuortio. §.item ſi meſſes. ff.ſoluto matrimo. Pirrus in d.l.quatenus.in 3.regul. Roma.conſi. 517. in caſu.col.2.Soci.conſi.2. ſequendo ordinem. in fin.vol.1. Areti.conſi.9. eleganter.circa finem. & eſt communis ſententia canoniſtarum, teſte Aretin.conſi.152.viſo themate.col.2. & conſi.157.viſis diligenter.in vlti.dubio.

5 Secundò etiam procedit, ſiue ſit intereſſe circa rem, ſiue extra rem, in caſibus in quibus

de iure debetur. l.3.ff.de condic. furti. l. venditor.ff.de euictio.l.3. §.fin. de eo quod cer. loco. & ibi Paul.& Iaſo. poſt eum. in l.ſi ſterilis. §.ſi per venditorem. de actione empti.dic vt infrà in 3.limita.

*Etiã in foro conſcientiæ lucrum attenditur.*

6 Tertiò amplia, etiam in foro conſcientiæ. Thom.in 2.2.quæſt.62. archiepiſc. Florenti.in 2.parte ſummæ.titul.1.cap.7.§.19.Gabriel Biel. in 4.ſentent.quæſt.11.f.& Conrad. in tracta. de contract. quæſt.30.conclu.4. Aluar.de planctu eccleſiæ.lib.2.artic.46.litera Q.concurrentibus illis quæ ibi tradunt prædicti.

7 Quartò, extende etiam procedere in tutore.l.pupillorum.C.de admini.tuto.l.quicquid. arbitr.tutel. Socin.conſilio 2. ſequendo.in fin. in 1.volum.

Intellige, quando impediretur lucrum ex re pupilli proueniens, vel occaſione pupilli: alioqui ſecus. D.Igneus, in l.quatenus. col.23. limita 4.vbi etiam ampliat in negotiorum geſtore.per dict.l. quicquid.& l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de nego geſt. Idem & in procuratore. l. ſi commiſſa.ff.rem rat.habe. Ideo ſi falſus procurator à meo debitore exegerit pecuniam, promittens rem ratam dominum habiturum: ſi dominus nolit habere ratum, agetur contra procuratorem,quanti intererit ſoluentis,etiam ratione lucri. dicta l.ſi commiſſa. & l.procurator.in 1.illo tit.

8 Quintò amplia, etiam in lucro, quod quis perdit, eò quia à ſuis negotiis euocatur. Nam etiam petitur.Bart.in l.ſi procurator.per illum tex.ff.rem rat.habe.

9 Sextò procedit,etiam ſi ageretur ex maleficio.l.1.§.non ſolum.ff.de vi & vi arma.l.ſi mulier.§.rerũ.ff.rer.amota.l.inde Neratius. §.idem Iulia. ad leg.Aquil.l.inficiando.§.1.de furt.dixi ſuprà.in 1.gloſ.in diuiſione intereſſe ex delicto prouenientis.

10 Septimò amplia etiam in contractibus,duobus tamen interuenientibus:primò, quòd non poſsit intrinſecus intereſſe.d.l.nummis. ſecundò, quòd habitus ſit reſpectus ad futurum lucrum,contrahendo,vel delinquendo expreſsè, vt quia eſt promiſſum, vel tacitè, vt ex natura contractus.l.ſocium qui in eo.ff.pro ſoc.

*Intellectus ad l.fin.de peric.& cõmo.rei ven.*

11 Vel quia locus eſt ſolutioni adiectus. l. 3. §. fin. de eo quod cer. loco & ſic debet intelligi text.in l.fin. ff.de peric. & commo.rei vend.videlicet quòd ibi contrahendo non fuit habitus reſpectus ad futurum lucrum expreſsè, nec tacitè : quia contrahendo emptionem, non habetur ratio lucri ; ſecundum Andega.in tractat.de eo quod inter.folio 135.cum ſequen. attamen ille intellectus parum conuenit.Cogita tamen ſuper intellectu illius legis : Nam ratio ibi videtur eſſe, vt non petat venditor lucrum, etiam ſi maius ſit vſuris: quia etiam ſi nullum lucrum feciſſet, vſuras habebit pro modo fructuum,& ſic(vt bona ſit ratio & diminutionis, & augmenti) nil vltra vſuras conſequetur. arg.l.eum qui.ff.de iureiur.Item hoc ibi ſtatuitur : nam partes legis determinatione debent eſſe contentæ. Et quia vſuræ debentur in locum vnius intereſſe:ergo non debet quis aliud intereſſe conſequi:iuxta l.bona fides.ff.de regu. iur.& not.in d.l.nummis.de in lit.iuran.docto. in l.curabit.per illum tex.C. de actione empti. quia cum vnum intereſſe debetur, aliud non venit : poſtquam ergo vſuræ ibi veniebant,non veniet aliud intereſſe,vt ſuprà dixi in gloſſ. dupli.no.bene.

Octauò amplia, ſiue id lucri potuiſſet conſequi venditor, ſiue non,ſi ſeruum non vendidiſſet. text.no.in l. cum autem. §. item ſi legatum.ff.de ædil.edict.

12 Nonò amplia tam in contractibus bonæ fidei,quàm ſtricti iuris.Ioan.And.in c.nauiganti. de vſur.Aret.in conſi.9.eleganter.in fin.d.l.3.§. fi.de eo quod cert.loco.

Decimò extende procedere, tam in certis, quàm in incertis, cum hic text. generaliter loquatur , generaliter intelligetur. l.prima. §.generaliter.ff.de lega.præſtan.dixi plenè in glo.1. in fin.ſuprà.

*Quæ requirantur antequam lucrum poſsit peti.*

13 Primò fallit, quòd licet lucrum attendi debeat,non tamen totum,ſed quod potuiſſet lucrari veriſimiliter, habita quali quali recompenſatione , attenta natura negotij, & perſonæ , non integra reſtitutio , vt ſi veriſimiliter lucratus fuiſſet vltra omnes expenſas quinque florenos , tamen cum veriſimilitudo non ſit certitudo , illi quinque non ſunt ita validi, ſicut quatuor certi,vel pauciores,ſecundum rei exigentiam , ſecundum Conrad. in tracta. de contract.q.30.conclu.4.Refert,& ſequitur Moder.Ioan.Lupus,in repeti.cap.per veſtras.col.2. de dona.inter vir. & vxo. fol.108. Quia minus eſt (ſecundum eos) aliquid in virtute ſiue habitu habere,quàm in actu, ideo relinquitur arbitrio boni viri , conſideratis circunſtantiis quantum fuiſſet veriſimiliter lucratus , deductis impenſis,& laboribus.Io.de Ana.in c.conqueſtus.de vſur.& Fel.in c.cùm venerabilis.de exceptio. Ideo conſideret iudex qualitatem agentis,patientis,& loci,ſecundum Maria.Soci. in c.fi.de iniur.quem refert D.Lupus vbi ſuprà. & ſequitur Adria. de Traiect. in 4. ſentent.de intereſſe.verſi.quia tractum eſt.Conrad.d.q.30. conclu.4.& q.35.concluſio 6.

*Minus eſt in ſpe,quã in re.*

*Lucrum in conſcientia quinq; concurrentibus debetur.*

14 Et in foro conſcientiæ quinque concurrentibus licitè petitur lucrum, primò, quòd computet pericula,& expenſas,quia lucrum intelligitur deductis expenſis, laboribus, & periculis.l.1. C. de fruct.& lit.expen.l. fructus.ff.ſolut. matrimonio.

Secundò, quòd non ſit intentionis lucrandi per hanc viam , ſed per mercantiam , vel emptionem. Angel. de Clauaſ. in ſua ſumma. in ver.vſura.in 1.§.16.

Tertiò,quòd non contrahat pactum ad ſemper,ſed ad aliquod tẽpus,quia aliter,quò ad iudicium humanum , videretur quòd vellet potius lucrari hoc modo, quàm per aliam viam.

Quartò,quòd ille cui mutuatur, non ſit in tam arcta neceſsitate , & creditor in tali opulentia,quòd ei gratis mutuare teneatur:vt in c. paſce fame morientem. 86. diſtinct. declarat Panor.



Panor.in c.nouit.col.11.de iudic. doct. in l. necare.ff.de liber.agnoſcend.Theolo.in 4. ſente. diſtinctio.15. & Angel. de Clauaſ. in ver.eleemoſyna.

Quintò,quòd id quod accipit,verè ſit ſuum intereſſe:& tanti interſit : ac pro intereſſe accipiat:teſte Angel.vbi ſuprà:& ibi Silueſter.Alia vide per ſupradictos docto.theologos. quibus me ſubmitto.

*De ædifi. ante molendinum iuxta aliud.*

15 Secundò fallit in lucro pendente ex alterius arbitrio.l.inde Neratius.§.1.ff.ad leg. Aquil. vt ſi habeam molendinum,ad quod ſolent venire homines vicini:aliquis ædificat alterum:vicini non veniunt ad meum : ego peto lucrum ceſſans.non poſſum,prout conſuluit Bal.conſi. 71.caſus talis eſt,Commune.in primo.volum. quia iure ſuo facit : vt dixi ſuprà.de eo qui venit ad habitandum iuxta officinam.in 1.glo.in intereſſe æſtimabili,non petibili.

*Lucrũ cum iniuria alterius, attenditur minimè.*

16 Tertiò reſtringe, in intereſſe extra rem, quod venit cum iniuria alterius:quia eius non habetur ratio.l.ſi is cui.§.fi.ff.de fur. vbi ſi quis poſſederit longo tempore rem,& cœperit præſcribere, & ſic eam poterat lucrari : tamen ſi quiſpiam eam furetur à poſſeſſore , & ſic lucrum ceſſat:ad illud lucrum ceſſans non aget, cum iniuria & damno veri Domini. glo. ſing. in l.ſi quis vxori.in fine , in verb. idem conſequitur.ff. de fur.text.in l.ſed & ſi conſtante. ff. de donatio.inter vir. & vxo.Signor.Homode. cõſi.90.factum ſic ſe habet.col.4.verſi.pręterea lucri &c. & Io.Crot.in repet.l.ſi is qui pro emptore.col.11.ff.de vſucapio.ſequitur hic Bart.& alij.Bald.in Marga.in ver.lucrum.in 2.queſtione.Floria.in l.ſi ſeruum.in fin.ff.ad leg. Aquil. Angel.in §.1.Inſtit.illo tit.Ioan.de Platea, in l. vna. Cod.de col. Illiricia.lib. 11. & ibi patruus meus magnus,Iacobus.Rebuff.vide tex.in arg. in l.ſciendum.ff.ex quib.cauſ.maior. & iſta eſt communis. Et hoc eſt introductum , ne inde iniuriæ naſcantur , vnde ius.l.meminerint. C. vnde vi.facit tex.in l.denique.ff. ex quib. cauſ. maior.

17 Nec obſtat, quòd vſuræ iure fforum. erant permiſſæ.per totum tit.de vſur.& vſucapio.l.1. ff.de vſucapio. & ſic non cenſetur venire cum iniuria alterius,l.nam hoc natura.& ibi glo. ff. de condictio.indeb. reſpon. quòd ibi regulariter non cenſentur venire cum iniuria alterius: ſed hic ſic:quia quòd alius à Domino reciperet lucrum rei non ſuæ,etiam iure fforum. improbabatur:vt ibi.facit l.ſi fundum.ff. de fund. dotal.non alienan.

*Moder.reprehenduntur.*

18 Item inquantum moder. hic intelligunt illum tex.in d.l.ſi is cui.§.fin.quòd ibi actio furti non detur poſſeſſori bonæ fidei , ex cauſſa lucratiua:loquitur contra tex.in l.cum qui.§.is qui precario.ff.de furt.& cõtra tex.in d.l.cum. §.non ſolum. ibi, commodatario datur actio furti. & d. l. ſi is cui. etiam quandoque contra Dominum.l.itaque.ff.illo tit.& d.l. cum qui.§. ſi epiſtola.& l.creditoris.§.fi.cum ſimilibus iuribus illo tit.

*Nouus intellectus ad §.fi. l.ſi is cui. ff. de furt.*

19 Non obſtat tex.in d.§.fin.l.ſi is cui. quia ibi bonæ fidei poſſeſſor non poteſt furti agere: quia Dominus agere volebat. & hoc probat tex.ibi,quia furti agere poteſt is cuius intereſt. quando non concurrebat cum domino. ſi ergo dominus velit agere,præfertur.Et ita nouiter intelligo illum tex.licèt moder.aliter intelligant,& multum titubent.

20 Prædictam limitationem reſtringo,quando ad complendum illud lucrum,modicum temporis ſupereſſet : quia & talis intereſſe habebitur ratio,licet cum iniuria Domini rei.Bar. in l.ſi is qui pro emptore. col. 5. verſic. venio ad verſic.quòd ſi ſeruus.ff. de vſucap. & ibi ponderant moder.maximè Ioan.Crot. glo.in l.1.§. qui autem vi.ff.de vi & vi arma. facit tex. in l. rerum mixtura.§.Labeo.ff.de vſucap.pag. 2.& Ioan. Lupus, in repe.ca. per veſtras.in verſic. ſextò cùm dicit tex.in 6.illatione,in fi. fol.109. col.4.de dona.inter vir.& vxor.facit quod tradit Iaſ.in l.3.§.Labeo.col.2.in 3.limita.ff. de acquir.poſſeſſ.

*De eo qui alibi eſt lucratus, an lucrum petat ceſſans.*

21 Quartò fallit,quando tantum alibi eſſet lucratus : vel per eum ſtetiſſet.l. diem functo. & ibi doct.ff.de offi.aſſeſſo.

Idem puto in lucro ſpreto : quod actor remiſit,vel ad alium venire paſſus fuit.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.in 2.& §.ſeq.& ſi quis rogatus. ff.de donatio.inter vir.& vxor.Nam remittentibus actiones ſuas , non eſt amplius dandus regreſſus.l.quæritur.ff.de ædil.edict.

*De homine non ſolito lucrari.*

22 Quintò fallit,in lucro proueniente ex induſtria hominis non ſoliti lucrari : nam ad id lucrum attenditur minimè.l.ſi ſterilis.§.cùm per vẽditorem.ff.de actio.emp.licet alij intellectus dentur ad illum text. tamen iſte eſt communis,& eum ſequitur Innocen. Car. & alij in c. ſacro.de ſenten. excom. Bart. & communiter docto.hic Vital.de Camba.in tracta.clauſul.§. ſed an iuri alimentorum.fol.332. in paruo vol. col.3.Soci.conſil.156.pro fundamento.col.3. in 1.vol.vbi dicit eſſe communem. & Iaſ. in d.l.3. §.fi.de eo quod certo loco.

*Quando dicatur vſura.*

23 Imò eſt vſura ex ſola ſpe lucri primaria,qui alioqui non mutuaret niſi lucrum ſpectaret: ſecus ſi illa ſpes eſſet ſecundaria : vt pote, quia etiam ſi illud lucrum non ſpectaret, mutuaret. Richard.in 4.ſententiarum diſt.15.glo.& doct. in c.conſuluit.de vſur.Guiller.Bont.in queſtio. quodlibetica.Ioan.Bapti.in repet.l.1.col.36. C. de ſumma trinit.Angel.& Silueſter, in eorum ſummis.in ver.vſura.in primo. q. 1. Si verò ſit ſolitus lucrari,illud lucrum ceſſans petetur. d. l.3.§.fin.& l.ſocium,qui in eo.ff.pro ſocio.Cardina.in cle.1.§.ſanè.quæſt.8.de vſur.Bar.& communiter docto.hic.Iacob.in l.diem functo.col. 3.num.10.ff.de offic.aſſeſſo.Do.Boër.in conſil. vlt.poſito poſt conſuet.Biturig.Albert.in tract. de augmento.conclu.vlti. limita.1. & Curtius in tracta.de moneta.fol.33.col.2.Do.Chaſſa.in conſuetud.Burgun.in rub.*des droictz*.§.23.Bal. nouuellus in tractat. de dote. in 7. parte. in 3. ſpeciali.colum.4.& Ioan. Campeſ.in eo tracta. in 2.parte.quæſtio.6.Roma.conſilio 517.in caſu.colum.2.

24 Igitur ſi mercatori debebam centum ſoluere, in proximis nundinis omnium ſanctorum Lugduni:non ſoluo:mercator aget, & ad centum,& ad id quod ex illis centū lucratus fuiſſet,ſi eos habuiſſet:cùm ſit lucrari ſolitus.

*Practicano tabilis.*

25 Et notandum eſt in practica : quòd in articulis debet poni,& libello , quòd ille qui petit lucrum,erat ſolitus lucari,& negotiari : & debet probari:alioqui quis non obtineret. Alex. in l.diuortio.in princi.col.7.& l.inſulam. §.vſuras.col.2.ff.ſolu.matri.& conſi.141.viſo themate.col.2.in 5.vol.Soci.conſil.179.circa.in 2.vol. Dec.conſil.116.in cauſſa.in princ.& conſil.322. viſis conſiliis.in fine.D.Igneus,& Pirrus,in d.l. quatenus.ſic fuit deciſum Neapol. vt patet in eorum deciſ.deciſ.20.quidam nobilis.

*Lucrū ceſſans qualiter debeat probari.*

26 Et hoc probatur, probando quòd homines eiuſdem conditionis,cuius eſt creditor, tātum lucrari fuiſſent:vel tantum lucrati ſunt in proximis nundinis.Et ita dicit Angel.ſe practicaſſe Florentię,in l.continuus.§.cùm ita.& ſequitur ibi Paul.ff.de ver.oblig.

27 Secus ergo ſi doctor mutuaret centum , & ad diem non fuerint ſoluta : non petet quicquam lucri ; quia doctores communiter non lucrantur ex pecunia,ſicut mercatores.Vidi tamen quoſdam merces exercentes Auenione.

28 Amplia, non ſolum in debito ex contractu ſtricti iuris,vel arbitrariis:prout loquitur d. l.3. §.fin.l.ſi commiſſa.§.fin.ff.rem rat.habe. ſed & multo fortius in contractibus bonæ fidei:cùm magis ſint priuilegiati. §. actionum. Inſtit. de actio. Paul.& Iaſ.in d.l. 3. §. fin. ſed in iudiciis tantum ſtricti iuris fuiſſe ſancitum Neapol.refert Anto.Capit.in deciſ.Neapol.q.18. in cauſa Franciſ.Viualdi.

*Incertum lucrum non attenditur.*

29 Limita, quando lucrum erat incertum , & in ſpe.l.quemadmodum.§.item. Labeo. ff. ad leg.Aquil.l.naturalem.§.1.de acquir.rer. domi. l.ſi in lege. §.colonus. & l. ſi fundus.in fin. ff. loca.Paul.in l.3. §. fin. ff. de eo quod cer.loco. Alex.& Iaſ.in l.nummis.col.vlti.ff.de in lit iuran.& iſta eſt communis, ſecundum Pirrum, in d. l. quatenus.in 3. reg. & habet plurimum æquitatis,ſecundum Moder. Andegauen. fol. 134.pag.2.Secus ergo ſi erat certum, & probabile:& quaſi in actu. Et iſta eſt communis reſolutio theologorum , relata per Silueſtrum de Prierio , in ſua ſumma , in ver. vſura.in 1. quæſt.19.

*Quando dicatur incertum.*

30 Et dicitur incertum, quando creditor mercari non conſueuit : licet dicat ſe velle incipere,tempore ſolutionis : ſecundum Bar.hic , & Salice.in d.§.cùm per venditorem.

*Solitus quādo dicatur.*

31 Item propter vnum actum , non diceretur quis ſolitus lucrari & negotiari.l.3. C. de epiſco.aud.glo.in c.ita nos.25.q.2. Bar. in l. legatis ſeruis.ff.de lega.3.Angel.& alij, per illum text. §.cumque hoc Deo. in proœ. Inſtit. Lucas de Penna,in l.1.col.2.C.de deſerto.lib.12.Paris de Puteo,in tracta.de ſyndicatu.in ver. contrahere.verſic.officiales.Iaſ.in l.de pupillo. §. ſi quis ipſi.colum. 6. in 6. quæſt.Bart. ff. de no. oper. nunciat. Moder. in cap. 1. in fin. de iudic. Do. Igneus,in d.l quatenus.colum.23.

*Egeſtate laborans, an teneatur ad lucrum ceſſans.*

32 Secundò limita, quando debitor in penuria vel egeſtate conſtitutus , nequiuerit ad terminum præſtitutum ſoluere:ſecundum Roſa. de Buſtis, in ſermone quadrage.vt eum allegant moder.

33 Quod intellige , quando inciderit in eam neceſsitatem,ob quam iure diuino creditor teneretur ſibi gratis mutuare:vt quia fame peribat.ita Conrad. in tracta. de contract. quæſt. 29.Sed in pari conditione neceſsitatis, tenebitur debitor,licet iuſta cauſſa interuenerit:quia potius debet ſuccurri facienti gratiam. Nam debet debitor potius damna pati, quàm creditor,qui bona fide mutuat. Hadria.de Traiect. in 4.ſenten.diſt.15.de reſtit. verſic. quia tactum eſt.& Conra.vbi ſuprà.q.30.conclu.1.quia charitas bene ordinata à ſeipſo incipit. l. præſes. cum ſimilib.C.de ſeruitu.& aqua.

*Certa quantitas p. o intereſſe non poteſt promitti.*

34 Intellige intereſſe poſſe peti, ſi probaretur: ſed taxatio vel certa quantitas pro intereſſe promiſſa non valet.Io. And. in cap.ſalubriter. & ibi Ambro.nu 49.de vſur.Lauren. Rodolp. in cap.conſuluit.quæſt.53.illo tit.Bal. & alij in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cer.peta.& l.1. C. de ſumma trinita. Alex.conſil.61 viſo.col. penul. in 2. vol.& conſil. 221. ſupe titulo. col. 1. eo.vol.& conſil.80.circa primum.in 3.vol. & conſil. 27. viſo themate.col.vlt.in 4.lib.& conſil.74. viſo. in 5.vol.Soci.conſil.179.circa præſentem. col. 2.in 2.vol.Dec.in conſil.39. iuridican. col.2. & conſil.322.viſis.col. vltim. licet quidam frater Menaldus tenuerit contra.in repe. cap. omnis vtriuſque ſexus. lib. 3. cap. 27. de pœniten. & remiſſio.

*No. rationem.*

35 Ratio eſt, quia non debet vendere id quod non habet, & poteſt impediri multipliciter in habendo : Soci.d.conſil.179.circa præſentem. col.2.in 2.vol.de Vtino.in ſermo. de legib. ſermo.17.in lege euangel.in 3.caſu.D. Chaſſa. in conſuet.Burg.§.23.Rub.*des droictz.*

Item quia in fraudem vſurarum fieri videtur,ſecundum eos.Arg.l. qui teſtamentum. ff. de probatio.& docto.in d. c.ſalubriter. & cap. fin. de vſur. Præterea quia non eſt in mora in principio contractus:nec ſua intereſt : nec fortè intererit:aut multo minus. no.in l. quod te. ff.ſi cert.peta.Igitur cùm non poſsit ſciri intereſſe, quod nondum eſt:ergo non poterit taxari.Ambroſ.de Vignate.in d.ca.ſalubriter.num. 88.& 253.Bernar.de Buſtis, in defenſor. montis pietat.tract.primo,in 1.parte,litera B. & in 2.& 3.parte,litera.T.& litera.D.in 2.Ancha.conſil. 148.apud antiquos.& cōſi.150.in quæſtione.& Purpura.& alij in l. vinum. num.60. ff.ſi cert. pet.Do.Hiero.Cagnolis,in repeti.l.curabit.nu. 53.cum ſeq.C.de actio. empt.& ita pronunciauit ſenatus anno 1517.die 19.Auguſti.pro Pontuille,qui appoſuerat pœnam quindecim ſolidorum pro quolibet die,quo non ſolueret, & curia illam pœnam reiecit, condemnans eum ſimpliciter ad ſoluendum intra menſem cum expenſis,intra quem ſi non ſoluerit, condemnauit ad centum aureos vltra debitum.

*Areſtum.*

36 Primò



36 Primò amplia, quòd certa quantitas non poteſt promitti : etiam ſi debitor confiteretur tempore promiſsionis ſe ſcire, quòd intereſſe aſcendet ad ſummam taxatam. Bald. in d. §.ſi tibi. Petr. Ancha. conſil. 150. in quæſtione. & Alex.conſil.221.ſuper tit. col.1.in 2. volum. & conſil.27.viſo themate.col.vlti.in 4. vol. Dec. conſil.322.viſis.col.vlti.

37 Secundò amplia non valere taxationem, etiam ſi apponeretur:Promittis decem,vel aliā ſummam , ad diſcretionem creditoris. Roma. conſil. 520. circa propoſitam, col. 2. Alexan. conſil.61.viſo.col.penulti.in 2.vol. Feli.in cap. cum venerabilis.col.3.de exceptio. vbi limitat: vide ibi.

38 Tertiò amplia, etiam ſi creditor vellet ſubire periculum pecuniæ mutuatæ, licèt non teneatur.l. incendium. C. ſi cer.peta.& in compenſationem ſuſcepti periculi paciſci, vt quid vltra ſortem detur : quia hoc non licet, ſecundum Roma.vbi ſuprà. d. conſil. 520.colum. 2. vide ibi rationem, ne ſim prolixus,vltra quàm deceat.

39 Quartò amplia,etiam ſi iuramentum interueniſſet:quod ad impoſsibile non extenditur. regul. nemo poteſt, de reg. iur.lib.6.& ſumma Angel.ver. iuramentum.in 5.§. 30. no. in cap, debitores.de iureiur.Purpu.in l.roſtagi. §. ſi tibi.num.35.ff.ſi cer.peta.no.Petr.Anchar. conſi, 148.apud.col.2.

40 Quintò amplia , non valere taxationem, nec ad quantitatem conuentam & taxatam, nec quò ad intereſſe quod verè prætenditur: quia vtile per inutile vitiabitur. no. Moder. in d.§.ſi tibi.& faciunt ea quæ no.in reg. vtile. de reg.iur.lib.6.vide tamen in d.§.ſi tibi.

41 Sextò amplia, etiam ſi promitteretur pro dote non reſtituta ad diem. Petr. de Ancha. conſil.150.in quæſtione quæ vertitur. & Alex, conſil.61.viſo proceſſu. col. pen. & conſil.74. viſo titulo.in 5.vol. Soci.conſil.179. circa præſentem.col.2.in 2.vol.verum intereſſe peteretur: ſed non taxatum,c.ſalubriter.de vſur.

*De teſtatore grauante heredem dare decem in ſingulos annos, quibus non ſoluerit ſortē.*

42 Septimò amplia , non ſolum in contractibus,ſed etiam in vltimis voluntatibus. Ideo ſi teſtator legauerit in ſingulos annos centum: & ſi hæres non ſoluerit intra annum,voluit vt daret decem in ſingulos annos , quibus non ſolueret d. centum. non valet talis diſpoſitio: quia eſſet vſura.l.3.& ibi Bar. ff. de annu.lega. dixi in glo.1.nu.65.

43 Imò ratio probitionis magis videtur comprehendere teſtatorem in diſcrimine vitę conſtitutum,quàm alium : cùm non præſumatur immemor ſuæ ſalutis l.fin..C. ad leg.Iul.repetun.dixi latè in repet. l. diuus. quam edidi Pictauis.ff.de ſenatuſcon.Syllania: inter pœnam, & vſuram,quid ſit diſcriminis. Bar.& alij in d. l. cùm ſtipulati. ff. de verbo. obliga. tradunt. Ibi vide.

44 Vltimò amplia, etiam ſi promitteretur pro alimentis , vel pro alendis pauperibus:nam licèt cauſſa ſit fauorabilis , non ob hoc valebit illa taxatio : tanquam vſura ſit. Petr. Ancha. conſil.150.in quæſtione.col.3. verſic.concludo ergo.Alexan.conſil.27.viſo themata.col. 3. in 4.volum.

45 Primò limita, niſi à principio conſtare poſſet de intereſſe futuro:quia tunc valeret taxatio iuſta:ſecundum Io.Bapti.in repeti.l.cunctos populos.col.44.verſic.inſuper vltra dicta.C.de ſumma trinita.vt in venditore, qui ad ſoluendum dedit terminum:quia cum emptor interim lucretur fructus,valeret cōuentio in compenſationem illorū:iuxta l.curabit.C.de actio. emp.vel poſtea poterit teſtibus,aut aliàs probare intereſſe cōuentum eſſe verum:& tunc poterit peti.Bal.& alij,in d.§.ſi tibi.quia præſumptio cedit in eum caſum veritati.l.diuus. ff.de in integ.reſtit. nec per hoc detegitur cupiditas lucrandi illicite:vt dicunt doct.hic.Moder.per l.expreſſa.de reg.iur.quæ ſecum non facit.

46 Secundò fallit , quando creditor ad tollendum moram debitoris,& ad ſe ipſum conſeruandum indemnem,hanc taxationem faceret. Archiep.Floren.in 2.parte ſuæ ſummæ, in tit. 1.cap.7.§.16.in fine. Conrad. in tracta. de contract.q.40.& 45.& Gabriel Biel ſuper 4. ſente. q.11.& Ioan.de Turre cremata,in ſumma.14.q.3. Durandus de ſancto Portiano.in 4.ſenten.lib. 3.q.2.diſtin. 37. Secus ſi bene ſcirem , quòd in termino non poteras ſoluere ; ideo vt lucrum haberem , ſtipulor quòd ſi non reddideris tali tempore, quòd dares decem pro centum:nam tum eſſet vſura:nec peti poſſet. arg.c. plerique. 14.q.3.& c.certum eſt.de reg.iur.lib.6.Ioan. Lupus,in repe.c.per veſtras,no.6.fol.108.col. 1. de donat.inter vir.& vxor.

Nec obſtat text.in l.fin.ff.de prætor.ſtipula. nam loquitur de intereſſe rei principalis , non de acceſſorio : ſecundum Ambro.de Vignate, in repet.c.ſalubriter.nu.52.de vſur.

47 Tertiò fallit, quando taxatio fieret poſt contractum,no.in cap.conſuluit. de vſur. cap. tua.de ſimo.ca.1.14.q.3.facit quod no.Bar.poſt Ci.in l.1.C.de pact.pignor.& not.in cap.ſignificante.de pigno.ſequitur Panor.cōſil.64. viſis.col.3. in 1. volum. Alia dixi ſuprà in intereſſe conuēto,in 1.glo. & in ver.dupli. vbi vide.

48 Quartò limitatur regula ſuprà poſita,in lucro, quòd debitor cautiſsimus negotiator lucratus eſſet vltra creditorem :nam illud non venit:ſed quātum eſſet lucratus creditor, cùm tantum induſtria creditoris conſideretur. Feli. in c.cùm venerabilis.verſi. intellige.3.de excep. Ioan.Lupus,vbi ſuprà col.2.

49 Quintò fallit , quando ageretur ex facto quod adſcriberetur culpæ,non dolo eius, contra quem agitur:& non venit.tex.in l. ſciendū. ff.ex quib.cauſ.maio.l.2.§.portio.ad leg.Rhod. de iact.& ibi Bal.

50 Sextò fallit , in contractibus innominatis: quando quis vult recedere à contractu,& pœnitere:nam in eum caſum venit tantum damnum , non lucrum. text.in l.ſi pecuniam.ff.de condic. cauſſa data. ſic conſuluit Bald. conſil. 182.locata fuit.col.2.in 1.vol.

51 Septimò fallit , quando lex taxaret aliquid, vel con

vel conſuetudo : tunc aliud lucrum incertum non poſſet peti.l.ſi.ff. de peric. & commod.rei vẽd.& ſuprà dedi intellectum ad illam legem.

52 Octauò reſtringe,quando quis promitteret ſarcire tantum damnum,quod quis pateretur: nam tunc non petetur lucrum : quia finibus verborum debemus eſſe contenti.l. Gallus.§. quidam rectè.ff.de liber. & poſthu. contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. 1. §.ſi pecuniam.ff.depoſiti.l. contractus. de reg. iur.Item expreſſum, facit ceſſare tacitum. l. cùm filio.ff.de vulga. Item limitata diſpoſitio, limitatum debet habere effectũm.l.in agris. ff. de acquir. rerum dominio. Præterea limitato non poteſt quicquam accreſcere. l. Lucius. §. quæ habebat.ff.ad Trebellia. & pars cui damnum promittitur : videtur eſſe contenta de damno, & lucro renuntiare:quod poſtea non petet.

53 Nonò tempera, in lucro quod quis ex re mea petere vellet:vt quia ſolebat quis tranſire per fundum meum:ego clauſi illum:ideo ceſſat ei illud lucrum. Vel feci in domo mea puteum:tuus ob id deſiccatus eſt:quare ceſſat lucrum:tamen id non petes:cùm iure id faciam in meo.l.fluminum.§.fin.cum l.ſeq.ff.de damno infect.l.1.§.idem ait.de aqua pluuia.arcen.l. quæro.de iur.patrona. l.fin.de obſeq. Barto. & Iaſ.in l. quominus. q. 11. de fluminib. Bald. d. conſil.128.

54 Vltimò fallit,quãdo agitur contra aliquem non ex contractu, nec ex ſua culpa.l. 2.§.portio.& ibi Bal.ff.ad leg.Rho.de Iact.ſecus quando agitur ex contractu, vel ex culpa ipſius : vt hìc Moder.Andega.multa elegantia ſcribit, in tracta. de eo quod intereſt, ponens tres regulas. fol. 131. cum multis ſequen. vnam negatiuam : tamen mihi conuenientius viſum fuit poſuiſſe regulam affirmatiuam. Ideo in tam vaſto pelago eum vide, vbi plenis (vt ita dicam)columnis proſequitur:& Bartolus hìc latè diſtinguit. Ex ſupradictis erit expedita ſua diſtinctio,& aliorum poſt eum.

*Sententia ſuper intereſſe quomodo ferri debeat.*

55 Ad vltimum veniens, quæro quomodo iudex ſuper intereſſe debeat ſuam proferre ſententiam?& fac duos caſus:

Primus eſt,quando in proceſſu certa quantitas eius quod intereſt, petita eſt & probata: iudex ad illam certam quantitatem debet condemnare:teſte Specul.in tit.de fruct.& intereſſe.§.ſi.verſic.ſed qualiter & ibi Ioa.And.in additio.ad eum. Alber.in l. 1. col. pen.ff.de actio. emp.& vendi.Purpura.in l.certi condictio. nu. 98.cum ſequen. ff. ſi cert. peta. & hic caſus eſt facilis.

56 Secundus caſus eſt,ſi in proceſſu fuit intereſſe petitum, & non fuit aliter declaratum:iudex tunc ad illud poterit condemnare:& poſtea in executione liquidare:Cardin.in c. ſacro. col.vlt.de ſenten.excom.Soci.in c.ſignificantibus.in 3.membr.verſic.6.infertur. fol. 71. de libel.oblat.pro hoc eſt tex.in clem. prima.& ibi no.Bonifa.col. 2. de reſcrip. vide quod dixi in glo.in ver.in aliis.circa finem,ſupra eodem, in forma petendi intereſſe.Roma.conſi.270. pro deciſione.Aufrer.in deciſi.capel. Tholo.q.367. quod tempus.

57 Item poteſt condemnare ad intereſſe, taxatione & liquidatione ſibi impoſterum reſeruata:Bart.in l.ſi tertius.§.officium.ff.de aqua pluuia arcen.Anto.de Butr.in c.grauis. de reſtitutio.ſpolia.Guido Papæ,in deciſi. Delphina. q.405.vbi dicit,de ſtilo parlamenti ſeruari.per glo.in l.item ff.famil.herciſcun.l.1. ad leg. Falci.& illam glo.ſingul.dicit Corſet.in ſing.incipien.ſaluo.dixi plenè in repeti.l.quod iuſsit. ff. de re iudi. & ſuprà in præfatio. iſtius legis. in continuat.glo. rub. ſolent tamen cauti iudices condemnare non ſimpliciter ad intereſſe, ſed exprimere ad intereſſe procedens ex materia executionis realis, ſi aliqua ſit, aliàs vidi pronuntiari male iudicatum à iudicibus, qui ſimpliciter condemnauerant ad intereſſe anno 1532.die 14.Maij.& ſuper hoc vide ordina.reg. public.anno 1539.artic. 88.& ſeq.& quomodo iudices debeant æſtimare quatenus interſit,elucidat plenius text. quàm quiuis alius. in l. 3.§. qui de ſepulchri.ff. de ſepulch.violat.licet non allegetur à doctoribus communiter. *Areſtum.*

58 An poſsit declarari in executione. Bart. declarat in l.1.ff.iudicat. ſolui. vt ſi quis petat ſibi exhiberi inſtrumentum, ſeu tabulas teſtamenti,iudex condemnabit ad exhibendum : & ſi non exhibuerit, iudex alteram proferet ſententiam ſuper eo quod intereſt,eundem recuſantem condemnando. l.1.§. condemnatio. ff. de tabul.exhib.l.qui reſtituere.de rei vendi. facit.l.ſi cum exceptione.§.hæc autẽ actio, quod met. cauſſa. Rofre. in tracta.libello. in 2.parte rub.de tabu.exhiben.verſi. ſed quid ſi petitum non ſit.Iaſ.in §.curare.Inſti.de actio.Hęc apud Bituriges auditoribus,cum ſummis laboribus, inter magnum aurium vſum dictaui,cùm collega D. Alcia. titulum C. de pact. id temporis in eodem ſtudio interpretaretur : qui grauatè, dum in opinionem ſuam non deſcenderem, tulit : ſed veritatem ſemper (quod commodo meo fiat) eſſe præponendam ratus. Agam deo gratias, qui in trinitate perfecta viuit in ſæcula. Amen.

*Spes mea Chriſtus.*



IOANNES ALESMIVS CONSILIArius Burdegalenſis candidolectori S.

*SI quid eſt, candidiſsime lector,quod magnoperè extollendum ſit, ac prædicandum : id eſt interpretum munus:qui labore improbo ac pertinaci,maximam Reipub.literariæ frugem afferunt. Recondita enim ſic explicant,vt vel mediocriter doctis liceat nullonegotio,de re alioqui obſcura,diſſerere:ne interea dicã,quàm multis aliis nominibus ſtudioſo cuique vtiles ſint:qui quot adoleſcentes docet,tot Reipub.fœtus nouos quotidie parturiunt.Hoc autem nomine,laude digniſsimus eſt D.Petrus Rebuffus, iuris vtriuſque doctor meritiſsimus, qui bonam ætatis partem enarrandis tum Cæſarei,tum pontificij iuris ſanctionibus attriuit.Cuius rei locupletiſsimus teſtis ipſe ſum. Octo etenim abhinc plus minus annis(rectè memini,)audiſſe me Rebuffum noſtrum Tholoſæ,Pandectarum libros diſertè,ſubtiliter,ac copioſè,multa omnium admiratione interpretantem.Cui id debet iuuẽtus iuris ſtudioſa,quòd præter quotidianas legum interpretationes(in quibus ferè conſenuit)pleraque & fœliciter & eleganter,quantum iuris materia patitur,ac deſiderat,in aliquot iuris noſtri locos euulgauit,in gratiam vnius iuuentutis legum cupidæ, quam vnicè amat,fouet,amplectitur. Quanquàm quæ ſcripſit vir doctiſsimus,non ſolum tyronibus, ſed his quoque qui multum promouerũt,iure optimo ſcripta videri poſſunt.De re enim difficili ſemper tractauit,hoc præſertim loco,in quo doctiſsimi plerumq; allucinãtur. Adeò non vulgaris eſt. Res nimirum de eo quod intereſt,peritorum omnium iudicio,per ſe obſcura eſt,ac vepribus obducta.Cæterùm opera ac diligentia Rebuffi noſtri,ſic repurgata eſt & complanata:vt iam cuilibet peruia eſſe poſsit.Multos legas,qui in id quod intereſt plæraq; ediderunt:ſed tanta interim obſcuritate,vt bonis ingeniis monſtrum pluſquam Lernæum, renaſcentibus nouis quotidie difficultatibus,tradiderint:interim tam profuſa verborũ luxurie,vt eorum ſcripta, aliud nihil,quàm ſtomachum lectoribus mouere ſoleant.Quod diligenter cauit Rebuffus,qui & breuiter,& apertè,de eo quod intereſt,(ſi quis alius)tractauit.Cuius lucubrationes,lector humaniſsime,non dubito,quin & tibi gratiſsimæ futuræ ſint,& vendibiles apud doctos : tum ſuo fructu non aſpernando,tum authoris celebritate,qui apud Tholoſanos, Pictauos, Caturcenſes, atque adeo Bituriges,multo fuit in pretio,propter variam & incredibilem iuris eruditionem, qua præditus eſt. Qua futurum ſperamus : vt apud Pariſienſes quoque, ante multos menſes clariſsimus habeatur. Apud quos nuper cauſſarum patrocinio animum addixit:tametſi digniſsimus ſit,qui ad Reipub.munia vocetur,quoniam non vulgari iuris ſcientia inſignitus eſt: qua vna,& æquales longo interuallo ſuperat,& cum antiquioribus,qui tantopore euehũtur, pedem conferre poteſt.Non aliud optarem(ita me ament ſuperi)quàm vt Rebuffus magiſtratu aliquo non contemnendo honeſtaretur:aut qui magiſtratus gerunt per vniuerſam Galliam, tam anxiè iuri nauarent operam,ac Rebuffus noſter.Qui totus ſemper eſt in legendis,ac relegendis Iureconſultorum libris.Et quibus ſic pendet:vt vnoquoque verbo, è Pãdectarum libris proferre aliquid poſsit.Pergerem hominem pluribus extollere(vt certè digniſsimus eſt)niſi vererer immodicam laudem ei parituram multorum inuidiam.Quibus ſæpe numero nihil perinde moleſtum eſt,atque cùm vel audiunt,vel legunt,docti cuiuſpiam encomium.Quamobrem epiſtolam contraham:ſi id tantum te monuero,Rebuffum digniſsimum eſſe,quem ames:tum quoniam rara eſt eruditione, tum quoniam ſingulari humanitate ſtudioſum quemque excipit.Cuius labores, quos tua cauſſa ſuſcepit,ſi æqui boníque conſulueris, alia non pauca huiuſcemodi farinæ expecta.*

*Vale. Pariſiis, Octauo Idus Martias.*

*REVERENDO*

# REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, DO. GVLIELMO A PRATO, Claromontenſi Epiſcopo digniſsimo, Petrus Rebuffus I. V. Doctor S. D.

VS V non infrequenter venit vir ampliſsime, vt viri ſplendidi ac inſignes, liberos parum ſui ſimiles relinquant. Contingit enim ſæpenumero, vt patrum diligentia, eruditio, eloquentia, fama, ſplendor, atque authoritas, in filiis de ſuo gradu decidant, & tanquàm elangueſcant. Exempla huc pertinentia, quoniam multò plura ſunt quàm vt paucis recenſeri poſsint, notiora quàm vt debeant, non eſt in animo attexere. Quamobrem è veteribus plerique vxorem ducere detrectarunt: vtpote Epaminondas Thebanorum dux noluit compedibus vxoriis irretiri, ne forte parum ſui ſimilem filium gigneret: Pelopidæ exemplo deterritus, qui tametſi clarus eſſet, infamem tamen filium ex vxore ſuſtulit. Eam quoque ob cauſſam Auguſtus in cœlibatu agere, ac ſine liberis mori optauit: ratus nihil perinde parentes diſcruciare, atque cùm filios relinquūt nihil minus quàm ſui ſimiles. Cæterùm licet liberi paternam gloriam minuant, tu tamen famam reuerendiſsimi patris tui ſuo in gradu retines, & taquàm ſartam tectamque cuſtodis: vt in ſe patrem (quem iure optimo ſuſpiciunt omnes, ſeu rarum quoddam naturæ miraculum) & intueamur, & admiremur. Pater nempe numeris omnibus, abſolutus eſt, grauitatis, conſtantiæ, ſeueritatis, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ, atque integritatis: quæ omnia in te clarius collucent, quàm vt à ſene quidem præſule deſiderare poſsimus. Fortaſſe mira viderentur, niſi te ex clariſsimo patre, ſimúlque iuſtiſsimo natum eſſe meminiſſemus, qui quemadmodum maior eſſe non poteſt, ita nec tu fœlicior. Quamobrem nihil mirum videri debet, ſi Pontifex maximus hoc in regno hæreticorum cauſſas fidei tuæ crediderit, quòd ſatis exploratam haberet vitæ tuæ integritatem. Porrò licet quę attigimus te patrem referre abundè teſtentur, ſingularis tamen illa humanitas, qua ſingulos ſupra hominum fidem excipis ac foues, te patris ſimilem proximè reddit. Si quos enim audis virtute commendabiles, ac eruditione claros, obſequiis inuitas quàm primum, verbo commendas, præmiis retines, munificentia concilias: atque ita, vt præſulem obliuiſcaris, quò amicum præſtare poſsis. Prudens omitto cæteras animi tui dotes, ne forſitā videar tibi palpum obtrudere. Quod cùm ſtatuiſſem materiam in id quod intereſt (difficilem ſanè, recepto, omnium iudicio) in ſchematiſmi formam conſignare, ac velut depingere, quò viris ſtudioſis explanatior eſſet: atque identidem animo circunſpicerem, cui eam nuncuparem, tu vnus occurriſti cui viſum eſt eam dicare: vt nominis tui authoritate, ceu Aiacis clypeo circumſepta, tutius in manus hominum perueniret. Quam ſperamus futuram non inutilem iuris candidatis. Nam rem alioqui bene obſcuram, apertè (quantum fieri potuit) ac breuiter declarauimus. Quicquid autem eſt quod ſcripſimus, pro tua ſingulari humanitate excipias, nō aliter quàm ſoles cætera omnia: id quod ſi feceris, erit cur te & obſeruare ſemper, & amare debeam. Vale. Pariſiis, VI. Idus Martias.

*Vide Plutar. in vita Pelopid.*

## INTERESSE DIVISIO.

1 Interesse.
2 Inæſtimabile.
3 Non petibile.
4 Petibile.
5 Publicū
6 Priuatū
7 In ciuilibus conſiſtens.
8 In criminalibus.
9 Vltionis.
10 Applicationis.
11 Aeſtimabile.
12 Petibile
13 Propriè.
Largè.
14 Legale.
15 Iudiciale
16 Cōmune.
25 Intra rem.
26 Actionis amiſſæ.
27 Circa damna & expenſas.
28 Intereſſe iuris interitus.
29 Mutationis perſonæ.
30 Mutationis fori.
31 Ex delicto uel quaſi.
32 Ex contractu uel quaſi.
33 Extra rem.
34 Honoris.
35 Commodi.
In lucro.
In damno.
17 Singulare.
18 Affectionis.
19 Affectionis cum utilitate.
Solius affectionis.
20 Cōuentū.
21 Certum.
22 Incertum.
23 Totale.
24 Particulare.
36 Nō petibile.
37 Quo mediante nil petimus.
38 Ex cauſſa probabili, ſed non honeſta.
39 Ex cauſſa honeſta, ſed non probabili.
40 Quo mediante petimus ex cauſſa honeſta & probabili.
41 Mœroris.
42 Pudoris.
43 Valoris.



# SCHEMATISMI SVPER INTERESSE, breuis Petri Rebuffi declaratio.

AD formandum typum, videndum eſt primò, quo iure ſit intereſſe inuentum. Secūdò, quid ſit. Tertiò, quotuplex. Ad primum reſpōdeo, eſſe de iure diuino: vt Exod. 22. Si læſerit quiſpiam agrum alterius, vel vineam: & dimiſerit iumentum vt depaſcatur aliena: quicquid optimum habuerit in agro ſuo, vel vinea, pro damni æſtimatione reſtituet: & c. ſi læſerit. de iniu. & damno dato. & ibidem damnum reddet: ſed intereſſe eſt damnum: vt hoc tex. damnum reddatur. & c. 2. de fideiuſſ. ergo eſt de iure diuino: ſed dicitur eſſe à gentibus poſtea receptum, & à iure canonico approbatum. d.c. 2. de fideiuſſo. glo. in c. conqueſtus. cum ſimilib. de vſur. ſed quò ad formam, eſt iuris ciuilis: vt hîc: & ſic princeps non poteſt id remittere. l. venia. C. de in ius vocan. fallit in tribus caſibus poſitis in repe. huius. l. quam nouiſsimè conſcripſi, anno 1530. vbi latius deducitur in præfa. quæſt. 1. & quot modis accipiatur: ibi. quæſt. 3. & quid veniat appellatione intereſſe, ibidem.

Secundò quæro, quid ſit? & glo. in verbo prout. dicit eſſe damnum emergens, & lucrum ceſſans: ex eo quòd aliquid fieri ceſſatur. & communiter approbatur per doct. Vel eſt æſtimatio damni emergentis, aut lucri ceſſantis: ratione ceſſationis, aut facti (aliter quàm fieri debuit) legitimè proueniens. Vel conſideratur intereſſe dupliciter, Primò ratione eius cui debetur: & tunc ſic definirem: Eſt æſtimatio damni emergentis, vel lucri ceſſantis, culpa debitoris creditori contingens. Secundò conſideratur ratione eius à quo petitur: & eſt æſtimatio damni dati, ſeu lucri ceſſantis, culpa debitoris prouenientis, per debitorem creditori ſarcienda. Latius declaratur in repetit. in glo. prout. vbi pono alias definitiones & declarationes, vltra docto. licet videre ibi. His contentus erit ſcholaris, pro declaratione terminorum. videat prouectus repetitionem.

Tertiò quæro, quotuplex ſit intereſſe? Reſpon. in genere vnum eſſe, quod pono pro ſtipite: & ſic intelligitur opinio Petri & aliorum tenentium intereſſe vnum eſſe. & hoc per Bar. ſic definitur: Intereſſe eſt iuſta alicuius vtilitas. infrà declarabitur; & hoc diuiditur in multas ſpecies, ſiue accidentia: vt quidam dicunt: & plenè declaro in mea ad hanc l. repetitione, in gloſſ. 1.

2 Intereſſe, Barto. inſequens, quoddam eſt inæſtimabile, aliud æſtimabile. Inæſtimabile, eſt iuſta alicuius vtilitas inæſtimabilis. gloſſ. in l. 1. ff. ſolu. matrimo. l. libertas. ff. de reg. iur. teneo tamen in dicta mea repetitione, non eſſe dabile intereſſe inæſtimabile: quin ſaltem infinitè æſtimari poſsit. & hoc in glo. 1. vide ibi ſi lubet.

3 Inæſtimabile diuiditur: quia aliud eſt non petibile, aliud petibile: non petibile eſt iuſta alicuius vtilitas inæſtimabilis, non petibilis: vt ſi voluntatem explere non poſsim. Barba. conſil. 74. col. 5. in 3. volu: & infrà declarabitur plenius.

4 Petibile eſt, quod peti poteſt: vt ſi filius meus per te detineatur, intereſt mea inæſtimabiliter: ob id petam filium mihi exhiberi. l. 1. & per totum. ff. de liber. homi. exhiben. & idem in viro, cuius vxor ab aliquo retinetur, intereſt mariti, quod non poteſt æſtimari ſi, os inferius fuerit maculatum id temporis: ideo petetur vxor exhiberi. rubr. ff. de liber. exhib. l. 1. in fin. & l. 2.

5 Intereſſe aliud eſt publicum, aliud priuatum. Publicum, eſt reparatio publici ſtatus læſi: propter aliquod iniuſtè factum, vel non factum: datum, vel non datum: quæ commodè æſtimari non poteſt. D. Igneus in repet. l. quatenus. col. 6. ff. de regul. iur. Ego verò ſic definio: eſt læſio ſtatus publici. propter ceſſationem, vel factum iniuſtum contingens, quæ æſtimari commodè non poteſt. Primò pono, læſio, quia Reſpublica læditur: vt infrà dicetur. & l. ſi quis ingenuam. §. fin. ff. de captiuis. Alia declarantur in repetitione extenſè. vbi licet videre.

6 Priuatum, eſt omne quod non eſt publicum. ideo vno cognito, alterum intelligetur. arg. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. doctor. in rub. de acquir. poſſeſ.

7 In ciuilibus quoddam publicum intereſſe conſiſtit: vtpote, quia publicè intereſt cloacas purgari. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de noui operis nuntia. & ſi publica via ſit deſtructa, publicè intereſt refici. l. ædiles. ff. de via publica. multa alia licet videre exempla in repet. in præfatio. & in glo. 1.

8 Item in criminalibus: vt intereſt publicè crimina nō remanere impunita. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & publicè intereſt prouinciā malis purgari hominibus. l. cōguit. ff. de off. pręſid.

9 Vltionis eſt, vt ſi ſeruus cognouerit dominam ſuam: & poſtea dominus eum vendiderit ea lege, ne Pariſiis habitet: & ne manumittatur: propter vltionem intereſt domini. l. pen. C. ſi mancip. ita fue. alien. ne manu. l. ſeruus ea lege. ff. de ſer. expor. & hoc inæſtimabile eſt, ratione affectionis. quam habet, & ratione timoris ne iterum domina cognoſcatur.

10 Applicationis eſt, quando damnum paſſo applicatur: vt hoc tex. not. Bal. in l. pe. C. de con dict. ob cauſ. dato. & hoc eſt æſtimabile.

11 Aeſtimabile, quod æſtimari poteſt. Et hoc diuiditur: quoddam enim eſt æſtimabile petibile, aliud non petibile. Aeſtimabile petibile eſt, quod æſtimari, petique poteſt: vt in caſibus in quibus petitur: vt habetur hîc, & in l. 1. ff. de act. emp.

12 Petibile quoddam dicitur generaliter & largè, ſiue impropriè, quod ſic per Bart. hic diffi-

nitur:Eſt iuſta alicuius vtilitas æſtimabilis, petibilis:non habita propter alicuius factum iniuſtum, vel ceſſationem iniuſtam. Vt ſi peto rem mihi debitam, dicor meum intereſſe largè petere:id eſt,quod mihi vtile eſt:& ſic ſtipulationes inuentæ fuere, vt quiſque ſtipuletur quod ſua intereſt.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff. de verb.obli.& an pretium, & intereſſe,ſint idem: dicitur in repe.plenè,in glo.prout.

13 Aliud dicitur propriè, de quo hic amplè loquimur:quod ſic per Bar. definitur:Eſt æſtimatio alicuius vtilitatis non habitæ: propter factum iniuſtum, vel ceſſationem iniuſtam. Primò ponitur æſtimatio,ad differentiam inæſtimabilis:& ad differentiam præcedētis,quod rem ipſam reſpicit,ſeu factum debitum. Poſtea dicitur in definitione,non habitæ, vt lucrū & damnum comprehendat. Nam dum minuitur patrimonium, quis non habet vtilitatem:ob id dicitur pati damnum. l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorē.ff.de actio.emp. Dico propter factum iniuſtum.quia ſi eſſet iuſtum,non ageretur ad id quod intereſt.l.fluminum.§.fin. ff.de dam.infect.dico latius in mea repe. in gl. 1.Et hoc diuiditur:quoddam eſt legale, aliud iudiciale.

14 Legale eſt,quod à lege introductum ſeu approbatum eſt.no.in l.legitima.ff.de pact.& hoc modo intereſſe omne poteſt dici legale,quia à lege approbatum:vt ſuprà in præfa. dixi. Vel dicitur legale, quod à lege taxatur: vt in caſibus certis ad duplum:vt hac l.verſi. ſancimus. Et an de iure nouo taxatum ſit, vide quæ dixi in repe.in 4.not.collegæ, D. Alciati opinionē reprobans:& hoc legale producit quatuor ſpecies,vt patet:& infrà declarabo.

15 Iudiciale eſt, quod per iudicem per ſuam ſubtilitatem æſtimatur,ac taxatur:vt in caſibus incertis:& patet hac lege.in verſic.in aliis. Dico fuſius in repe. quam ſuper hac lege conſcripſi:hîc tantum trado terminos, vt iuuenes his intellectis paruo negotio materiam amplecti poſsint.

19 Commune intereſſe ſecundum glo.eſt commune rei pretium.Bar.non admittit, ſed ſic finit:Intereſſe commune, eſt intereſſe communiter æſtimatum.l.ſi ſeruum.ff.ad leg.Aquil.at non placet:quia idem per idem definit, quod non admittitur.arg.l.fin.ff.de offi.procura.Cæſa.Ego verò ſic definio: Intereſſe commune eſt æſtimatio damni emergentis, aut lucri ceſſantis,ab omnibus rei notitiam habentibus facienda, propter factum iniuſtum,vel ceſſationem iniuſtam: vt debebas tradere mercatori equum tempore nundinarum: ceſſas;oportet quòd ipſe emat cariori pretio: teneris ad id quod intereſt, quod communiter homines æſtimarent ad valorem equi, quem emit. Alia exempla vide in repe,in glo.1.& hoc in totum poteſt exigi,etiam vltra duplum,l.ratio.§.ſi per venditorem.& l.Iulia.ff.de actio.emp. Fallit in caſibus traditis in repe. in glo. dupli. vbi inuenies regulam cum limitationibus, Vel commune dicitur, quod omnes communiter tangit, vt ſi omnium præbendæ canonicorum minuantur, eorum communiter intereſt: ſi præbenda vnius,ſpecialiter.c.cùm omnes.& c. cùm acceſsiſſent.de conſti.Inn.in c.cùm eccleſiaſticæ.in fi.pen.col.de excep.

17 Singulare intereſſe eſt,ſecundum glo. ſi tua interſit propter affectum. verūenimuero quia aliud eſt intereſſe affectionis ſolius, aliud eſt intereſſe ſingulare: vt latè declaro in repet. Ideo Bar.ſic finit,Eſt ſingulariter æſtimatum. quod non admitto: vt dico in repe. Igitur ego ſic definio:Intereſſe ſingulare: eſt æſtimatio vtilitatis ſingularis:propter factū iniuſtum, vel ceſſationem iniuſtam proueniens:vt commodaui codicem meum,quem habeo, & apoſtillis & remiſsionibus, & ſcriptis refertum:ſi non reddas, non ſolum ad pretium commune teneris, videlicet ad tres libras Turon. ſed etiam ad meam ſingularem vtilitatem. Alia exempla tradit Specul.in tit.de intereſſe.§. viſo.& ego ipſe in glo.1.

Quæret aliquis, vſque ad quam ſummam poſsit peti?& tex.hîc dicit, vſque ad duplum, in caſibus habentibus certam quantitatem, aut naturam:vt hîc. Fallit in caſibus poſitis in repe. in glo.dupli.in incertis damnum re vera datum reddi debet: vt hîc, verſic. in aliis. Qui ſunt illi caſus certi,& incerti?Bar.hîc dicit eos qui habent certam quantitatem, vel naturam, reſpectu ſui, vel adiuncti: vt ſi promittis mihi decem, reſpectu ſui eſt certum. l. certum.ff. ſi cer.peta. vel ratione adiuncti: vt vendis mihi domum pro centum: reſpectu illius adiuncti pretij,dicitur contractus certus,ſecūdum Bar. Fateor tamē, quòd indigeret declaratione regia in hoc regno,vel parlamentorum: vt dico in repe.Ego,ſalua correctione melius ſentientis,intelligo caſus habere certam quantitatem, ſiue ſit in numero, ſiue pondere & menſura: de quibus in §.1.Inſtit.quib. mod.re contrahit. obliga. Siue ſit quantitas continua: vt fundus decem arpentorum: ſiue diſcreta, vt decem: quia certum eſt. Naturam verò intelligo certam, in rebus animatis, quibus à Deo indita eſt certa natura, per quam animal dignoſcitur:& nobis eſt certa ſua natura: vt bos, mulus, & cætera hoc genus animalia.Nam Deus indidit boui certam naturam, per quam à iumento differt: & certa eſt nobis ſua natura, videlicet quòd eſt bos, non equus, vel aliud animal: vt etiam licet videre per Ariſtotel. in lib. de natura animalium. Ideo ſi promitto decem, caſus certus eſt quantitate: ſi hominem,equum,bouémue debeas: & non tradas tempore præſtituto, caſus certus eſt natura: ſi promittas facere domum,caſus eſt incertus: cùm facta ſint incerta.l.vbi.§.qui id quod.ff.de verb.oblig.fuſius deduco,in repet.in gl. quantitatem.

18 Intereſſe affectionis eſt,quod ex ſpeciali affectu procedit: vt ſi ſeruum meum filium naturalem quis occiderit:ego ex affectione æſtimo multo. Hæc affectio non auget condemnationem:ſed quāti omnibus valet, inſpicitur.

l.ſi



l.ſi ſeruum.ff.ad legē.Aqui.l.fi.de operis ſeruo.

19 Notandū eſt,quòd duplex eſt affectio:vna, quæ eſt iuncta cum vtilitate:& hæc eſt æſtimabilis commodo pecuniario: & iſta bene conſideratur,& auget condemnationem. l.videamus. §. 1. ff. in lit. iuran. vt in libro cui multa ſcripſi: ſi aliquis eum retineat,nolens reſtituere: ex illa affectione iuncta cum vtilitate,iurabitur in litem:& duplum conſequi potero per hanc legem: vt dixi in gloſ.1. an in iuramento in litem procedat hæc lex? quòd ſic:licet collega contrà,cuius fundamētis ibidem reſpond. Alia eſt affectio ſola, quæ pecunia non æſtimatur: & hæc non auget condemnationem. l. libertus qui ſoluendo.ff.de bonis liberto.l.cùm ſeruus. manda. Bal. in addi. ad Spec.in tit.de fructi.& intereſſe.col.pe.l.1.§.ſed ſi rē. ff.ſi quid in fraud.patro.alia vide in.d. glo.1.tam in contractibus bonæ fidei,quàm ſtricti iuris.

20 Conuentum, eſt pretium conuentum: ſecundum gloſ.hîc:quæ reprehenditur per doct. vt plenè dico in repe. in gloſſ. 1. ego igitur ſic definio: Intereſſe conuentum, eſt pecunia, conuentione partium promiſſa, in defectum primæ conuentionis non completæ. Vnde ſi vendas mihi domum centum aureis,& ſi non tradas, promittis decem: ſi tradas,non poteſt agi ad decem promiſſa: quia conuentio eſt completa: ſecus ſi non tradideris. l. 1. ſumendo argu.à contrario. ff.de actio.emp.& hoc intereſſe debetur totum, etiam vltra duplum.§. alteri. Inſtit.de inutili ſtipula. Bar. & communiter docto. hîc, quod fallit in octo caſibus, quos pono in repe.in glo.dupli.vbi figo regulam cum ampliationibus & limitationibus. Item quando intereſſe conuentum, ſeu pœna, adiicitur ſpeciei: debetur.l.Lucius. ff.de actio. emp. Idem ſi facto.l.2. §. item ſi in facto. ff. de ver. oblig. ſecus ſi adiiciatur dationi quantitatis:quia tunc in fraudem vſurarum præſumitur appoſita.l.rogaſti. §.ſi tibi.ff.ſi cer. peta. ca. dilecti.de arbit. quod ampliatur in nouem caſibus:& limitatur in ſeptem traditis in repe. in gloſ.1.& an pœna conuentionalis poſsit excedere quadruplum: vide in gloſſ. proferuntur. vbi trado regulam, quòd ſic:cum limitationibus:ibi licet videre.

21 Diuiditur hoc conuentum:in certum,& incertum. Certum eſt, quando apparet, quid, quale, quantúmve ſit: vt quando promiſſum eſt, Si non tradideris rem venditam, promittis decem. l.fi.ff.de præto.ſtipul.l.certum.ſi certum petat.

22 Incertum eſt, quod per ſe nō eſt liquidum, quid,quale quātúmve ſit.l.vbi.ff.de ver. oblig. l.3.§. fi. de eo quod cer.loco.& quomodo poſſit certum fieri?reſpondeo, officio iudicis, taxantis in caſibus incertis. Iacobi. in l. fin.ff. ſi quis in ius voc.non ier.& in aliis caſibus quos pono in repe. in gloſſ. ſubtilitatem. vbi fuſius trado practicam probandi intereſſe, vltra docto.hactenus,vide ſi lubet.

23 Certum producit totale, & particulare. Totale intereſſe eſt, quod in totum debetur: vt ſi rem venditam non tradideris, ad totum id quod intereſt teneris. l. 1. ff. de actio. empt. & ibi Sali. & l. 2. §. fin. qui ſatiſdat. cog. vel totale debetur in caſibus incertis: nam iudex in eis ſine diminutione per ſuam ſubtilitatem reddi iubebit:vt hîc in verſic.in aliis.

24 Particulare intereſſe debetur, ſi quis tradiderit rem, & non cauerit de euictione, & emptor alteri velit vendere: ſed non poteſt tanti, quanti ſi fuiſſet cautum: emptor aget non ad totum:ſed ad particulare intereſſe, quod patitur.l.ex empto.§.fi.ff.de actio. emp. & ibi Bart. & alij,l.ſi fundus.loca.

25 Intra rem, ſeu circa rem, vel intrinſecum intereſſe, oritur ex communi: extra rem, ſeu extrinſecum, ex ſingulari regulariter: & ſic ſignaui. Et intrinſecum eſt illud quod ex ipſa re prouenit: vt fructus, partus, & ſimilia.Nouiter ego ſic definio: Intereſſe circa rem, eſt æſtimatio vtilitatis non habitæ culpa alterius, circa rem conſiſtentis. Sic ferè definit text. in l.ſi ſterilis.§.cùm per venditorem. ff. de actio. empt.& in hoc comprehenditur valor aureorum vel augmentum, ſiue diminutio. l. cum quid. & l. vinum. ff. ſi cert. peta. & hoc totum debetur, etiam vltra duplum: vt ſi mutuaueris mihi vinum reddendum in feſto paſchatis: quod non reddis: valuit in menſe Iulio, vel Auguſto decem libras: teneris quanti plurimi valuit à tempore moræ. d. l.vinum.& d.§.cùm per venditorem. vide in gl. dupli. vbi formo regulam cum limitationibus, inſequēs doctrinam Bart. & communem:reſpondénſq; fundamentis volentium ſingularem proſequi opinionem, & præcipuè collegæ D. Alcia.& iſtud producit generationem. Nam quoddam eſt

26 Actionis amiſſæ, quod competit quando actio eſt amiſſa: nam tunc agam contra illum, ſi ſuo facto amiſſa ſit, ad id quod intereſt actionem non eſſe amiſſam. l. ſi eum. §. qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.

27 Aliud eſt circa damna, & expenſas: vt ſi damna vel expenſas tua cauſſa paſſus ſim:contra te ad id agam.l.ſancimus. C.de iudic. Cle. prima de reſcript. Alber.in l.& ſi poſt tres.col. 2.ff.ſi quis cautio.

28 Intereſſe iuris interitus: vt ſi dum iniuriarum contra te agerem,quidam me detinuit & impediuit ne actionem illam proſequerer: & ſic anno fuit amiſſa. l. ſi non conuicij.ff.de iniur.agam ad id quod intereſt, ratione iuris interitus.l.1.& ibi Bal. col. 1. ff. ſi ex noxal. cauſa agatur.

29 Mutationis perſonæ eſt: vt ſi alienaſti in potentiorē,rē quam à te petere volebam:potero contra te experiri actione in factum,quanti mea intereſt,ob perſonæ mutationem.l.1.ff. de aliena.iudic.mutan.cauſa. plenius dico in rep. in gloſſ.prima.

30 Mutationis fori intereſſe petitur, quando alienatur in clericum vel ſcholarem,res,quam petere volebam:& ſic mutatur forus:agam ad id quod intereſt ratione mutationis fori. l. ſi

fideiuſſor.ff.qui ſatiſda. cogan. & an ceſsiones ſcholaribus, vel clericis factæ valeant: dico in repe.in gl. 1.tam per regis ordinationes, quàm per iura. & pleniſsime in ſcholaſtico. priuileg. 177.

31 Ex delicto aliud intereſſe prouenit, ſi furto inſtrumenta mea, per quæ debitum poteram probare, ſubtraxeris, propter quod debitum probare non poſſum: teneris ad intereſſe ex tuo delicto proueniens.l.Iulia. ff. de acti. emp. c.ſi quis.11. q.3. & in delictis intereſſe etiã non excedit duplum: vt hoc text. in ver. in omnibus. & dixi ibi in glo. licèt collega teneat contra cui reſpondeo in gl. caſibus. communem ſuſtinendo.

31 Ex quaſi delicto intereſſe, dicitur damnum ex quaſi delicto alterius culpa proueniens: vt ſi officialis, ſeu alius, ſine cauſſa me excommunicauerit: ideo durante excommunicatione non potui agere, iure prohibente. c.intelleximus. de iudic. quamobrem perdidi actionem: agam contra excommunicantem ad id quod intereſt, ex ſuo proueniens quaſi delicto.l.ex maleficiis.ff.de actio.& obliga. Cardi. in c.ſacro.col.ix.verſi.quæro, an alio modo.de ſenten.excom.

32 Ex contractu, dicitur damnum emergens, ſeu lucrum ceſſans, ratione contractus proueniens, patet in l.1.ff.de actio. emp. dico plenius in repet.

32 Ex quaſi contractu: vt ſi quidam ſit electus prælatus, tenebitur ſoluere expenſas in proſecutione electionis factas: ex quodã quaſi contractu.c.vt præteritæ.de electio.Specul.in titu. de fructi. & intereſſe. §. fina. verſicu. in ſumma.& verſic. ex prædictis. & fuſius dico in repetit. hic tantum declaro terminos obſcuros, propter iuuenes.

33 Extrinſecum, ſiue extra rem, eſt, quod rei occaſione prouenit: ſecundũ Bar.hic.Vel eſt æſtimatio damni emergentis, ſeu lucri ceſſantis, extra rem prouenientis: vt quia non tradidiſti fœnum tempore præſtituto, quamobrem equi mei fame perempti ſunt: extra rem eſt: & ſic non debetur regulariter.l.ſi ſterilis. §. cum per venditorẽ.ff.de actio.emp.Fallit in caſibus traditis in repetit.in glo.dupli.& hoc gignit.

34 Honoris intereſſe, quod competit quando de honore agitur: qui eſt lucro pecuniario præferendus.l. Iulia. ff. ſi quis omiſ. cauſſa teſta. & poteſt agi. non ſolum iniuriarum pro honore, Bal.in l. obſeruare. §. antequam. ff.de offic.proconſul.ſed & officium iudicis implorari.Ioan. Fabr. ſn §. aliam. Inſt.de bono. poſſeſsio. cum diſtinctione tamen, quam feci in repet.vbi licet plenius videre in glo. 1. & intellectum nouum ad l. iniuriarum. §. ſi quis. de honoribus.ff.de iniur.

35 Intereſſe commodi eſt, quando de commodo agitur: vt hic. & hoc quandoque intra rem eſt: aliquando extra: vt potes cogitare.

36 Commodi intereſſe, aut conſiſtit in lucro, aut in damno. In lucro, quando debitor non ſoluit mercatori in nundinis Lugduni: ob id mercator ceſſauit lucrari: aget ad id intereſſe, quod in lucro conſiſtit. Et regulariter hoc lucrum ceſſans petitur. Fallit in multis caſibus traditis in repe. ad hanc l. gloſſ.vlt. & Petr. de Ferra.in forma libel. in actio. real. in gloſ. & in florenis. In damno conſiſtit: quando aliquis paſſus eſt damnum. no. in l. cum. venditorem. C. de act. emp.

36 Aeſtimabile non petibile, eſt iuſta alicuius vtilitas æſtimabilis, non petibilis: habita, vel non habita: ſine alicuius facto iniuſto, vel ceſſatione iniuſta. Bar. hic. Primò dicitur, iuſta quia iniuſta non attenditur.l.itaque.ff.de fur. Item dicitur æſtimabilis, ad differentiam inæſtimabilis: non petibilis, ad differentiam petibilis: poſtea dicitur, habita: vt omnes caſus comprehendat, in quibus quis habet quod ſua habere intereſt, & tamen non agit: vt ſi rem meam poſsideam, intereſt mea habere: tamen illud intereſſe non poſſum petere: licet poſsit æſtimari valor rei. l. nemo rem ſuam. ff. de verborum obligatio. l. ſuæ rei. de contrah. emptio. non habita, vt ſi ſartor vel alius artifex veniat ad habitandum in proxima officina ſimilis artificis, illius intereſt: quia non tantum lucrabitur: tamen illud intereſſe non petet. l. libertus negociatorius. ff. de oper. libert. vel ſic. poteſt breuius definiri: Eſt vtilitas quæ æſtimari, ſed peti non poteſt. Plenius dico in repet.in glo.1.

37 Hoc non petibile diuiditur: quia quoddam eſt, quo mediante nil petimus: aliud, quo mediante petimus. Primum eſt, quia mea intereſt non habere domum delectabilem, vel pulchram hoſpitam, omnibus propitiam, propter magnum numerum eam viſitantium, & amicorum concurſum. Id tamen intereſſe non peto, licèt poſſet æſtimari. glo. in l.1. ff. de ſerui. vrba. prædior. Alia exempla licet videre per text. in l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. vide alia in d. gloſſ.1.

38 Et iſtud aliquando eſt ex cauſſa probabili, ſed non honeſta: vt in fure, à quo ſubtrahitur res furtiua: nam licet ſua interſit, quia ad reſtitutionem tenetur: tamen non agit: quia cauſſa eſt inhoneſta, & iniuſta: quia ex improbitate ſua actionem conſequi non debet. l. itaque.ff.de furt, l.eum qui.§. is autem. illo tit. Limita, vt in repet.

39 Ex cauſſa honeſta, ſed nõ probabili eſt: vt ſi emi librum, & antequã ſit mihi traditus, fur eũ accipit: licet mea interſit, & ex cauſſa honeſta: tamen furti non agã, quia cauſſa nõ eſt probabilis: id eſt, à iure approbata: vt ante traditionẽ dominium habeam.l.traditionibus.C. de pact. glo.in l.manifeſtiſsimi, de fur.per d. l. eum qui. in prin.

40 Quo mediante petimus, eſt: vt ſi quis agat actione populari, quia ſua intereſt: illud tamen non petit, ſed eo mediante ad pœnam, ſeu vindictam agit. glo. in rub. ff. de popula. actio.per totum. l. ſi verò. §. hæc autem. ff. de his qui deiec. Iaſ. in l. eum qui. §. in popula- tibus.



ribus. de iureiuran. Idem ſi appello, quia mea intereſt, id tamen non peto, ſed eo mediante ſententiam reſcindi, & malè iudicatum pronunciari.l.eos. C.de appella.l.in ratione.in 1.§. Imperator.ff.ad leg.Falci.& iſtud eſt ex cauſſa honeſta, & probabili, vt ſi res mea ſit à me furata, mea intereſt, & cauſſa eſt tum honeſta, tum probabilis. Ideo furti agam. l. 1. & l. ſi is cui.ff. de fur.cuius intellectum in repetit. trado nouum, vide ibi.

41 Item eſt intereſſe mœroris, quia non tradidiſti fœnum tempore præſtituto, equi mei mortui ſunt, magnum habui mœrorem. Illud tamen non peto, ſed quantum tunc valuit.Bal.in l.cùm venditorem.C.de actio.emp.

42 Pudoris intereſſe eſt, ſi ruſticus, vel alius, vendiderit mihi vinum optimum Montiſpeſſulani, vel perdices tradendas tempore conuiuij: & non tradidit, magno affectus ſum pudore, cum parum valeat conuiuium ſine bono vino, tamen non petam illum pudorem, ſed quantum valuit vinum id temporis, videlicet conuiuij.doctor.in l.ſi ſterilis.§.cum per venditorem.ff.de actio.empt.

43 Valoris eſt, vt ſi non tradas rem venditam, teneris ad id quod intereſt, id eſt, quantum valet, & quandoque in plus.l.1.ff.de actio.empt. Alia multa tetigi. in repet. quæ hîc non tranſſcribo, ſed volens plenè hanc materiam attingere, perlegat eam, bonique conſulat, ad Deum oret, qui in trinitate perfecta viuit & regnat in ſæcula. Amen.

# PRAEFATIO REPETITIONIS
## TITVLI DE CAVSA POSSESSIO. ET PROPRIETAT.

*Authore D. Petro Rebuffo, de Montepeſſulano, Iurium Doctore, & Equite, ſacrorum canonum Pariſ. publico profeſſore.*

LICET ſcribentes hîc, excepto Bald. ſimpliciter tranſeant cum continuatione rubric. more tamen ſolito, antequam ad rubrũ veniamus, tria faciemus. Primò declarando tres terminos in rubrica poſitos. Secundò formando quæſtiones neceſſarias ad intellectũ & declarationem huius materiæ. Tertiò continuabitur.

*Quot modis accipiatur cauſa.*

Quantum ad primum terminum: cauſa in iure diuerſimodè accipitur. Primò, vt hîc, pro conflictu iudiciali, & eſt res in ſe habens controuerſiam in dicendo poſitam, cum interpoſitione perſonarum. gloſ.ordinaria.in l.cauſas. C.de tranſact.text. in cap. forus. verſic. cauſa. de verbo.ſignific. in cap. cum cauſa ſecund.de offic.deleg. Et quamuis dicta glo.legis cauſas. voluerit cauſam eſſe poſt litis cõteſtationem, & non ante, tamen dicitur ab initio citationis, vt probat tex.in l.2.§.ſiue autem.C.de iureiur. prop. calum.in cap. ſuper quæſtionum. §. nos autem.ſuprà, de offic.deleg.Ita Iaſ.in dict.l.cauſas.col.fin.

*Cauſa dicitur etiam ante litem conteſtatã.*

*Cauſa dicitur etiam quidam impulſus ad aliquid agendum.*

Secundò cauſa accipitur pro impulſu animi ad aliquid faciendum, vel diſponendum.& hæc eſt propria cauſa.l.1.§. ſexum. ff. de poſtuland. & dicitur quid præteritum, vel inſtans, quo animus impellitur ad aliquid diſponendum, vel faciendum. ita Bartol.not.& ibi Soci. in l.demonſtratio.§.1.ff. de condit.& demonſt. Bald.in rub.C.de inſt.& ſubſt.

Aduerte tamen quod impulſus quandoque eſt finalis, & tunc propriè dicitur cauſa: quandoque eſt impulſiua, & tunc appellatur occaſio. Differentia enim eſt inter cauſam, & occaſionem. Nam cauſa propriè, & ſtrictè dicitur propinqua & finalis, iuſta & rationabilis: occaſio verò remota, impulſiua, iniuſta & irrationabilis.ita Abb.antiq. per illum text. & ibi Hoſt.& Abb.Sicul.in cap.ſolitæ. ſuprà de maior.& obed.Et iſtud eſt notandum pro ſtatutis, vel diſpoſitionibus, in quibus fit mentio de cauſa ſimpliciter. Vt, ſi dicatur qui cauſam dederit damno, intelligatur de cauſa propinqua: ſi verò poneretur verbum occaſio, vt, qui occaſionem dederit, intelligatur & de remota, vt probat bonus text. in cap. Petrus. de homicid.in l.apertiſsimi.§.ſed cum in ſecunda. C.de furt.ita in ſpecie per illum text. Ang.conſil.63. Nobilis miles.col.fin.not. Ioan. Andr.in additionibus ad Specul.in titul.de iniur.§.ſequitur. verſic.ſed pone, in additione incipiente. cum quis in cauſa. conſi.156.pro fundamento.col.fi. in 2.volum.

*Cauſa in diſpoſitione in dubio, pro cauſa finali accipitur.*

Et circa iſtud notetis vnum, quod cauſa in diſpoſitione, in dubio accipitur pro cauſa finali, & propinqua, vt per Bart.poſt tex.& gloſſ.in l.2.§.fin.ff. de donat. quod intellige in diſpoſitione legis, ſtatuti, vel conſuetudin. gloſſ.in l. cum tale. §. falſam cauſam legato. ff. de conditio. & demonſtra. Secùs ſi cauſa ipſa eruatur ab homine, tunc impulſiua, & non finalis dicitur Peruſ. in d.c.cum ceſſante.& dict. l. 2.Ioan.Andr.in c.poſt tranſlationem.col. fi.ſuprà de renunci. dixit terminum cauſa, in propria ſignificatione, accipi pro impulſu animi, & hæc Innoc. quia propriam ſignificationem vocabuli alicuius, ex altero de tribus modis, aut definitione, vel ab annotatione vel ab alluſione vocabuli cognoſcimus. Doctrina eſt Barto.notabilis.in l. omnes populi. & in ſexta quæſtione principali. verſicul. iuxta præmiſſa

*Quot modis cognoſcitur propria verbi ſignificatio.*

quæro. ff.de iuſt.& iure. cauſa autem ab alluſ. vocabuli, eſt quaſi cahos, hoc eſt principium omnium.Ita Card.in clem.dudum.verſicul.ab olim,in tertia oppoſitione de ſepul.Cahos autem ſecundum philoſophum 1.Phyſic. dicitur fuiſſe prima materia ex qua cœlum, terra, & res naturales,factæ ſunt. Sic in propoſito,quia impulſus animi eſt prima materia ad aliquid faciendum, meritò appellatur cauſa, vel dicitur à caſu à quo venit.c.forus, §.cauſa.de verb. ſignificat.

*Vnde dicitur cauſa.*

Tertiò modo cauſa dicitur illud,ex quo aliquid ſequitur, vel componitur. & dicuntur quatuor cauſæ: duæ fiendi, vt ſunt cauſa efficiens, & cauſa finalis. & duæ eſſendi, vt ſunt cauſa materialis & cauſa formalis. ita Ioan. Monach. quem ſequitur Ioan. Andr. in proœ. 6.Decretal.& dicit Philoſophus 2. Phyſic.cap. 1.ſecundi tractatus, neceſſe eſſe cognoſcere tales caſus ad hoc, vt rem aliquam cognoſcamus,quod autem iſtæ quatuor cauſæ neceſſariæ ſint declarat Ioan.And.in dict.proœ.6. Et exemplificando. Si aliquis vult ædificare domum, primò habet intentionem faciendi, & ſic cauſa efficiens domum,preparat materiam: ſic cauſa materialis,quæ ordinatur,& inuicem coniungitur,& ſic cauſa formalis, & fit vt protegat à pluuia, vento, & tempeſtatibus, & ſic cauſa finalis.in cap.quatuor neceſſariæ ſunt,vt inquit Philoſophus 2.Phyſic.quia ad quæſtiones, quæ fiunt propter quid reſpondetur per alteram de iſtis quatuor cauſis.

Quartò accipitur pro vtilitate, vt iſta res cauſa illius fuit comparata. l. Item veniunt.in princ.ff.de petit.hæred. l.cum *in* teſta. l. ſi quis ita legauerit.ff.de au.& argen.lega.

Quintò accipitur pro onere. vt, cum dicimus,vendo tibi rem cum ſua cauſa.l.ſi debitor. C.quibus mod.pig.vel hip.ſol.l.alienatio. ff.de contra.empt.& vendit.

Sextò accipitur pro titulo. vt, ſi dicatur,habeo cauſam in illo prædio. l. nec vllam. in princip.ff.de petit.hær.

Septimò accipitur pro fructu,vt, dono tibi prædium cum ſua cauſa in eo exiſtente. l. ſi mater.C.de inſtit.& ſubſti.

Octauò accipitur pro ſpecie,vt,iſte tenetur mihi re cauſa pannorum, ex cauſa bladi.l.qui cum tutoribus.§. ei qui nōdum.ff.de tranſact.

Nonò,accipitur pro actione vt probat rub. ff.ſi ex nox.cauſ.agat.& l.fi.ff.qui ſatiſd.cogan.

Decimò accipitur pro contractu. §. 1. inſt. quib.mo.toll.oblig.

Vndecimò accipitur pro modo, vt probat rubric. ff. de condit. ob cauſam. de condit. ob tur.cauſam.de condit.ſine cauſa. Bartol.in l.2. §.fin.col.1.ff.de donat.

Duodecimò, & vltimò accipitur pro conditione. Et ideò dicimus quòd cauſa quandoque exprimitur caſualiter, quandoque conditionaliter. l.demonſtrat.§.1.& ibi Barto.ff.de condit.& demon.Bart.in d.l.2.§.fi.ff. de donat. Et ad cognoſcendum quando accipiatur pro modo, conditione vel pro cauſa, recurrimus ad dictiones per quas exprimuntur.gloſſ.ordinaria,in§.longè.inſt.de lega. Bart.in locis proximè allegatis. Et ad hoc quod terminus cauſa,habeat plures ſignificationes, Hoſtien.multas ponit in cap. cum dilecti. colum. 3. de accuſat.Card.Abb.in dict.clem.dudum.verſicul. olim.de ſepul.

Et ſi fortè iuuenis quæreret, poſtquam plures habet ſignificationes, ſi reperiatur in diſpoſitione, pro qua debeat accipi.reſpondendum eſt pro illa, quæ congruit diſpoſitioni melior. tex.de iure.in l.quotiens.idem ſermo.ff.de reg. iur.in l.1.§.ſi is qui nummum. ff. de exercitor. actio.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff. de lega.1. Matheſillanus in notabili 95. Non mirabilem regulã.Aliàs verò,ſi diſpoſitio eſſet talis,cui plures ſignificationes poſſent conuenire, debet accipi in ſtricta ſignificatione & propriè.l.non aliàs.ff.de leg.3.Bar.(quem alij ſequuntur) in d. l.omnes.in ſexta quæſt.princ.ff.de iuſtit.& iur. hactenus de cauſa.

*Poſſeſsio varijs in iure accipitur modis.*

POſſeſsio autem diuerſas reperitur habere ſignificationes.

*Poſſeſsio quot modis accipiatur.*

Primò quando ponitur poſt verbum bonorum,dum dicimus bonorum poſſeſsio. & hoc caſu dicitur ius competens alicui ad ſuccedendum, de iure Prætorio. l.3. §.bonorum. ff.de bono.poſſ.traditur in rub.C.de bono.poſſ.

Secundò accipitur pro ipſa re poſſeſſa, vt quando aliquis habet prædium, poteſt dicere habere poſſeſsionem. c. poſſeſsiones. ibi Ioan. de Imol.notat. de reb.eccleſ. non alienan.cap. cum aliquibus. & ibi Innoc. de re iudic. cap. officij. ibi Abb.1. notabili. de pœnit. & remiſſ. cap.cum ad ſedem.d.tit.cap. quoniam. §.quòd ſi ſuper.§.vt lit.non conteſt.bonus tex. in l.interdum.ff.de verb.ſignific. Bartol.in l.prima.in princ.in 3.colum. & in §.ſi vir.ff. de acq.poſſeſ. idem Bart. in l.cum antiquitas.C.de vſuf.text. etiam *in* l.3. C. ne.vx. pro mariti. Et ibi Bald. dicit. quod ſi aliquis aſsignauit poſſeſsiones, videtur aſsignaſſe ipſas res,tex.in l.1. C.ſi pign. dat. ſit.& ibi Bald. indicat. quod ſi aliquis pignorauit poſſeſsiones, dicatur pignoraſſe res ipſas.Et ideo Barto.in dict.l.1.de acquir.poſſeſ. Alex. col.6.& Iaſ.col.10.inferunt, quod ſi quis legauit, vel alienauit omnes poſſeſsiones,dicitur legaſſe, vel alienaſſe ipſas res. imò plus dicatis,& iſtud menti teneatis,quia appellatione rei veniant omnia cohærentia. Si aliquis alienauit poſſeſsiones ſuas, & in illis cohærebat, videtur iuriſdictionem alienaſſe.Deciſ.eſt notabilis Bald.in cap.1.ad fin. de Capit. qui curi. vend.in vſi.feu. de qua Iaſ.in l.1.col.fi.ff.de iuriſ. omn. iudic. Dico notabiliter ſi cohæreat prædio. quia ſi cohæreat perſonæ vendito caſtro, territorio, vel diſtricto, non venit iuriſdictio. Barto.in l.2.ff.de verb.ſignifi.Alex.c.2.Iaſ.in d. l.1.ff.de iuriſd.omn.iudic. Felin. in cap.Rodulphus.col.10.ſuprà de reſcrip.Circa iſtud oritur difficultas, an appellatione poſſeſsionis comprehen-



prehendantur res mobiles?Barto.in l.vxorem. §.legauerat.ff.de leg.3.dicit, quia de communi vſu loquendi, poſſeſsiones appellamus tantummodo res immobiles, ſi in diſpoſitione fiat mentio de poſſeſsione, vt quia teſtator legauit omnes poſſeſsiones, propter communem vſum loquendi,non veniunt res mobiles. Et in hoc videntur inclinare Alexan. in dict. l.1.in princ. col.6.& Iaſ.col. 10.ff.de acq.poſſeſ. de quo per Bald.in l.fin.ad fin.C. de compenſ. Ioan.de Imo.in c.poſſeſsiones.colum.1.de reb. eccleſ.non alic.

*Appellatione poſſeſsionis an veniat res mobilis.*

Vos autem aduertatis quia non quærimus, ſi de cōmuni loquendi vſu appellatione poſſeſsionis,veniat res mobilis. Nam iſtud, quod ita ſit communis loquendi vſus, dicitur eſſe facti, & eſt dificilis probationis.ita Petrus de Ana.in cap.vnic.col.pen.de ſagitta.alleg Bart. in l.Labeo. vbi docet qualiter probetur communis vſus loquendi.ff.de ſupellec.lega. idem voluit Paul.de Monte picco in repet.l.Titia.§. Titia.col.10. ff. de legat.2. Nos autem quærimus quid de iure. Prætereà, & iſtud teneatis menti,ſi verbum poſſeſsio reperiretur in teſtamento, vel in contractu redacto in ſcriptis per notarium, niſi notarius diceret quod verba quæ ſcripſit ſunt verba propria diſponentis, non habemus reſpectum ad communē vſum loquēdi. Notarius enim quæ dicũtur à diſponente redigit in ſcriptis ſecundum interpretationem iuris communis.Deciſio notabilis eſt Bart.in l.ſi quis filiabus. ff.de teſtam. tutel.in l. ſciendum.col.pen.ff.de verbo. obliga. in l.liberorum.col.fin.ff.de verb.ſigni.in l.1.C. de vſur. vbique mouetur per illam l. 1. quam refert & ſequitur Alex.in conſil.2. Viſis codicillis, col. 10.& conſilio 9. Viſis verbis teſta.col.2. in prima parte conſil. 26. Videretur fortaſſe. col. 4. in tertia parte.

Stat quæſtio quid de iure communi, in quo articulo concludatis quod etiam mobilia comprehenduntur appellatione poſſeſsionis,ea ratione, qua immobilia. Nam quemadmodum poſſeſsio cadit in immobilibus,ita etiam & in rebus mobilibus.l.rē quę nobis.l.ſi rem mobilem.ff.de acq.poſſ.Et ad hoc eſt tex.in l.1.C.de commu. rer.alien. vbi loquendo de poſſeſsionibus dicit,ſiue vſucapiantur.& ſic refertur ad res mobiles, ſiuè præſcribantur, & ſic ad immobilia.illud in ſpecie voluit Bart.in l. magis puto.§.Item ſi Prætor.ff.de reb.eorum. & iſtud videntur ſentire Bar.& alij ſuprà allegati dum ſe referunt ad communē vſum loquendi. ſentientes de eo iure communi venire & mobilia.& ideo ſi reperiatur diſpoſitio faciens mentionem de poſſeſsione,intelligatis etiam de re mobili. & ſi quis vellet dicere communem vſum loquendi contrarium,tenetur iſtud probare. Imò quod plus,(& hoc non cadat à memoria,) qualiter tempore quo fuit facta illa conſtitutio talis erat vſus loquendi.ita Alex.in d.conſilio.26.ſi autem de vſu loquendi conſtaret verum,illi omnino ſtandum.l.librorum.§. quod tamen Caſsius. ff. de leg.3.l. Labeo. vbi latiſsimè Bart.ff.de ſupellect.lega.l. cum de lanionis. §. aſinam.ff. de fun. inſt. & inſtr. legat. cap. ex literis. de ſponſa l. ad ſaturitatem. Felinus ſuprà de prob. colum. 1. & 2. intelligatis tamen per eà quę ſupra diximus,niſi vellemus interpretari per notarium in ſcriptis reducta. tunc non recurremus ad communem vſum loquendi hominum, ſed ad ſtylum & vſum ipſius notarij. aliàs ad ius commune id quod ſupra diximus, poſſeſsionem comprehendere rem ipſam, intelligatis etiã ſi adiungeretur genitiuus.licet Claud. de Aquis voluerit contrarium.in l.1.ff. de acq. poſſ. & de hoc Bart. tex. eſt in l.initio.Cod. de pact.inter.emp.& vend. dum ibi dicitur poſſeſsionem prædij.

*Appellatione poſſeſsionis quid veniat.*

Tertiò accipitur non ſolum pro ipſa re, ſed pro dominio ipſius rei.l.ſi de vi. ff.de iudi. l.quotiens.C. de rei vendic.l.2. C. de probat.l. cum res, ad fin. Cod.eo.c.volumus.iunct. glo. 16.quæſt.4.ita Alex.conſil.95.diligenter. col. 2. 5.parte.

Quartò accipitur pro detentatione rei poſſeſſæ, ita quod colonus poſſet dicere, habeo vnam poſſeſsionem, licet non habeat dominium, ſed ſolam detentationem. ita Ioan. de Imo.in cap.poſſeſsiones.col.1.de reb.eccle.non alie.Et iſtud eſt notandũ pro ſtatuto,in quo ſi diceretur, quod damnum illatum in aliqua re per animalia ſoluatur habenti poſſeſsionem & ſtetur iuramento ſuo, cōprehenderetur etiam colonus. de hoc eſt bona gloſſ.in l.ſecunda.in principio in verbo, non quia Papirius. ff. de orig.iur.Bart. quem alij omnes ſequuntur, vbi latè in rub.col.2.ff.de noui operis nuntia.

Quintò accipitur prout in iſta rubri. pro quodam iure ſeparato à dominio & proprietate, ſeu ab ipſa re, & iſtud demonſtrat copulatiua, &, poſita inter terminum poſſeſsio & proprietas. Nam & ponitur inter diuerſa. glo.rub.ff. de iur. & facti ignoran. de cuius ſignificatione latè Bart.in l.1.ff.de iuſt. & iur. & ad cognoſcendum quid ſit poſſeſsio, hoc modo accepta, præmittatis quod habetur inſtit. de reb. corpo. & incorpor. quia propriè loquendo res corporales ſunt illæ, quæ propriè poſsidentur,& in illis cadit poſſeſsio. Res verò incorporales, ſiue iura, dicuntur, quaſi poſsideri,& in illis cadit quaſi poſſeſsio.l.3. in prin. & ibi omnes. ff.de acq.poſſ.l.ſcimus. §. incorporales.ff.de acqui.rer.domi. hæc latius declarabimus tractando de quaſi poſſeſsione iurium corporalium. & hoc modo accipiendo poſſeſsionem, ſeparatam à dominio dicitur eſſe quoddam ius, prætextu cuius rem aliquam tenemus.Ita glo.& omnes in l.1.in prin. ff.de acq.poſſeſſ.Bald. in l.cum res.col.2.C. de proba. Et licet aliqui facere voluerint poſſeſsionem eſſe quid facti, quia factũ in ea acquirenda requiritur, ſcilicet apprehenſio rei, & non poſsidendi.l.3.in prin.ff.de acquir. poſſeſſ. conſiderando tamen eſſentiam & quidditatē poſſeſsionis,dicitur eſſe ius.l.1.l.poſſ. l.peregrè.d.tit.de acquir.poſſ.l.nemo. C.eo.l.non eo minùs.C.de liber.cauſa.Verum eſt quod in ac-

*Poſſeſsio an ſit iuris vide p Clau. in l.1. col.1. ff.de acqui. poſſeſ. & in §. 1.colu.2. eiuſdem legis & tituli.*

quirenda poſſeſsione, requiritur factum & apprehenſio, & animus, non tamen ſequitur quod poſſeſsio dicatur quid facti, conſequens admodum ad cauſandā obligationem, requiritur contractus, quoniam dicuntur facti.l.conſilio.in fin.ff. de curat. furio. non tamen ſequitur quod obligatio ſit facti, imò etiam iuris viuentium. Inſtit. de obligat. in princip. Et ad conſiderandum rem aliquam, non habemus reſpectum ad naturam, ſeu ad formam, ſed ad ſuum, & factum. Ita voluit Philoſophus 2. poſteriorum in c.3.ſecundi tractatus. Natura autem & forma poſſeſsionis, benè conſiſtunt in facto. Quando acquiratur poſſeſsio vera vel ficta, tam per ſe quàm per alium, in rebus corporalibus, vel iuribus, dicemus ſtatim poſt declarationem termini proprietas.

*Proprietas Varias & multiplices habet ſignificationes.*

*Quot modis capiatur proprietas.*

PRoprietas vero habet plures ſignificationes. Primò accipitur pro qualitate quæ hæret alicui ſpeciei, & omni indiuiduo illius, non tamen alteri rei, vt dicimus, iſte lapis habet hanc proprietatem, ita quòd alij non habent & omnes illius ſpeciei habēt ſimilem, vt probat tex.in l.1.§.1.ff.de iuſt.& iur.in l.2. ff. de adop.in l.1.§.qui mandatam.ff.de offi.eius cui.mand.eſt iuriſ.& per philoſophū.in libro prędicab.Porphirij c.5.primi libri.vbi ponit quod iſto modo proprietatē accipiendo dicitur quadrupliciter.

Primò quando omni indiuiduo, & ſoli indiuiduo, competit, ita quod non alteri ſpeciei. & competit ſemper, vt in homine quod ſit riſibilis.

Secundò quando omni indiuiduo, & ſoli ſpeciei non tamen ſemper, vt canities quæ eſt proprietas hominis in ſenectute.

Tertiò quando ſoli & non omni vt eſſe doctorem eſt proprium hominis, non tamen cuiuſlibet.

Quartò quando omni, ſed non ſoli, vt eſſe bipedem, eſt proprium hominis, & non ſolius quia etiam eſt commune auibus. & hoc modo primo accipiendo proprietatem, dicunt Theologi in 1. ſenten. diſti.33. quòd quamuis proprietas rerum creatarum, non ſit eadem cum ſubſtantia & eſſentia in Deo, tamen omnes proprietates dicuntur eſſe idem quod eſſentia diuina. quia quicquid eſt in Deo, eſt ipſe Deus, vt philoſophaliter & per rationes demonſtrat beatus Thomas, in ſumma contra Gentiles nume. 23.& 24. capitulis primi libri.

Secundò accipitur proprietas latiſsimè nō ſolum pro dominio, ſed etiam pro poſſeſsione vt eſt tex.in l.iubemus nulli.§.fin.C.de ſac. ſanc.eccle.l. interdum, & ibi. glo.ff. de verbo, ſignifi.in cap.volumus.iuncta glo.16.q.4.

Tertiò accipitur latè, & hoc modo in rub. noſtra, pro ipſo dominio. & idem eſt dicere proprietas quod dominium.l.proprietatis. C. de proba.vbi Bal.& Paul.de Caſt.dicunt quod proprietas quando accipitur pro dominio ſeparato à poſſeſsione, differt ab ipſo dominio. quia dominium quoddam eſt directum, quoddam vtile, quod competit emphyteotæ, feudatario, ſuperficiario, & ſimilibus. vt latiſsimè probatur in l. ſi quis vi. §. differentia.ff. de acquir. poſſeſſ. Proprietas autem quamuis importet dominium, non tamen diuiditur in directam & vtilem. Nam emphyteota vel vaſſalus, & alij ſimiles, habentes dominium vtile, quamuis dicantur domini, non tamen poſſunt appellari proprietarij, nec dicuntur habere proprietatem. Iſtud idem voluit Bald. in l. cum res.colum.2.eo.tit.de probat.in l.pen.col. 2.C.ſi à non compet. iud. idem Bal. in l.2. in princ.ff.de condit.inſt.vbi dicit vnum notabile verbum, quòd ſi emphyteota, vel alij habentes vtile dominium, pro repetenda re darent libellum contra poſſeſſorem, in quo facerent mentionem quod habent proprietatem illius rei, deberent ſuccumbere, quia proprietas non comprehendit vtile dominium. de quo per Alex.in l.ſi quis vi.§.differētia.col.fi.ff. de acq. poſſ.Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil.col.4. d. tit.vbi ipſe per duas bonas col. declarat qualiter proprietas, idem importet quod dominium. vnde eſt quod adducit in contrarium vnum text.& non ſoluit, de l. ſi procurator. ff. de acquir.rer. domi.vbi text. dicit: Proprietas & dominium. ſed copulatiua &, ponitur inter diuerſa. vt per glo.in rub.de iur. & fac.ignor. ff. facilis eſt ad hoc reſponſio, quia vt diximus, dominiū importat dominium directum, & vtile: proprietas ſolum directum: & ſic terminus dominium dicitur eſſe tanquam genus, proprietas velut ſpecies: ſed copulatiua ponitur inter genus & ſpeciem. & reſoluitur in expoſitiuā.l.1.in princip.ibi placitum & conſenſus.ff.de pact.in rub. Cod. de ſeruit. & aqua. & in ſimili habetur in Euangelio, diſcipulis, & Petro. doctrina Bart. ab omnibus approbata.in l.1.in prin.ff. de iuſt. & iur. Quòd autem terminus proprietas, non importet niſi directum dominium, declaratur ex alluſione vocabuli, quaſi propriè tuum. à quo ſumit propriam ſignificationem. hæc inquit Bart. in l. omnes populi. in 6. quæſtione principali, verſic.iuxta præmiſſa. ff. de iuſti.& iur. Sed proprium dicitur illud quod eſt per prius, & non per poſterius. l. ſi quis ita. ff.de leg.2.l. hoc legatum. ff. de leg.3.l. fin.C.de his qui. Item etiam infert latè Iaſ. poſt Alex.in l.1. colum.3.C. de ſuceſſ.edict.quòd appellatione fratris non comprehenduntur fratres patrules, propriè loquendo, cum dicantur per poſterius hæc in conſil. 1. in cauſa.col. 2. & ideò dominium, quod eſt prius ſcilicet directum venire debet appellatione proprietatis. Adnotatur tamen ad vnum, quod habemus quaſi proprietatem & etiam dominium rerum incorporalium, prout proprietatem & dominium rerum corporalium. Iſtud probat text. melior de iure in cap. fin. & ibi not. Ioan. de Imo. ſuprà de iudic. glo. in l. 2. §. quidem. ff. de interd.

Quartò



Quartò modo (& ſic propriè, & ſtrictè.) proprietas dicitur eſſe ius ſeparatum ab vſufructu. duplex enim eſt vſusfructus, formalis, qui eſt ſeparatus à proprietate nuda, & de per ſe formatur, & vocatur caſualis, qui eſt iunctus cum proprietate.glo. & ibi Alex.declarat in l.ſi ita ſtipulatus fuero, vltima.§.1.ff. de verb.obligat. gloſſ.& ibi Bald.in l.vſufructu.ff.ſolut.matrim. gloſ.in l.ſi fundi.ff.de condict.indeb. Bart.in l.1. col. 2. ff.de condit. & demon. vbi dicit, quòd vſusfructus formalis eſt ius, vſusfructus cauſalis non eſt ius, ſed quædam facultas quæ in re propriè eſt, quæ non habet ſeruitutem ſeu ius ſeruitutis.l.vti frui. ff.ſi vſufruct. & proprietas, ab vſufructu formali ſeparata, dicitur propriè proprietas.l.ſi tibi proprietas. l.ſi proprietas.ff. de vſufruct.accreſc. l.ſi domino. ff.de vſufru. & quaſi per totas leges illius titul.& hoc quod in ſtricta ſignificatione accipiatur pro mera proprietate. Feli.in cap.Rodulphus.colum.10. ſuprà de reſcript. & quando volumus in diſpoſitione in qua verba accipiuntur ſtrictè, facere mētionem de dominio vſusfructus, & mediæ proprietatis, debemus loqui altero de duobus modis, vel dicere plenam proprietatem.l.ſi extraneo.ff.de vſufr. vel loqui per illa importantia ipſam rem, vt fundus, prædium vel ſimilia. l.ſi alienum ſeruum.§.1.ff.de hæredib. inſtitue. l.ſi alij fundum.de vſuf.leg.ff.

Nota vnum, quamuis proprietas accipiatur pro nuda, ſeparata ab vſufr.dicitur adhuc duplex.vna appellatur merè nuda, vt eſt quando aliquis non poteſt, diſponere de illa proprietate, prout dicimus in muliere quæ cōuolauit ad ſecunda vota, exiſtentibus liberis primi matrimonij, licet habeat proprietatem rerum quæ ad eam peruenerunt ex primo viro, vel liberis primi matrimonij: dicitur tamen nuda, cum de illa non poſsit diſponere, ſed reuocatur ad ipſos liberos: Alia dicitur mera proprietas de qua quis poteſt liberè diſponere, vtrunque probatur in l.fœminæ.§.fin. & ibi Bald.not.C.de ſecund.nupt. Quod autem mulier, quamuis ad ſecunda vota conuolauerit, dicatur nihilominus habere illam proprietatem nudam, & non ſit ſimpliciter vſufructuaria, per quatuor motiua demonſtrat Dec. conſilio 34. proſequendo ordinem.col.4.

*Vide Ioan. Minſolon in iuris promptuario, in ver. poſſeſſio.in fi.*

Quantum ad ſecundum ſuprà poſitum videbimus, primò qualiter acquiritur poſſeſsio in rebus corporalibus, deinde qualiter in iuribus & rebus incorporalibus. Poſteà videbimus de ſtatuto diſponente, quòd ſine apprehenſione continuetur poſſeſsio. Et circa primum priùs dicemus de acquiſitione quæ fit per actus veros, deinde quæ fit per actus fictos, vt ex aſpectu, per conſtitutum, per precarium, traditionem clauium, traditionem inſtrumenti, retentionem vſusfructus, & ſimilium. Et in primo duas formabimus quæſtiones. Vna erit quando per nos ipſos, alia quando per alios, vt per filiū, monachum, ſeruum, procuratorē, notariū, & ſimiles. Et iſta quæ declarabimus ſunt multum neceſſaria, & vtilia: quoniam ex ſolo titulo, quo transfertur regulariter dominium ſine poſſeſsione. l. traditionibus. C. de pact. etiam per contractum donationis, vt dicit Raphael Fulgo. conſilio 93. ad id de quo quæritur.colum.fin. Poſito, quod eſſet donatio omnium bonorum, vel alius titulus vniuerſalis, glo.notabilis.in l.1.in princip.verb.vniuerſæ. ff.de vſucap.l.qui tibi.& ibi Bal.per illum text. C.ſi quis alt.vel ſib.idem Barto.in l.qui tibi.C. de his qui à non dom. manu. Dicimus etiam quòd in donatione quæ fit inter patrem & filium, matrem & vxorem, ſi perſeuerauerit in illa vſque ad mortem, quamuis morte confirmetur.l.donationes quas parentes.C.de dona. inter vir.& vxorem. requiritur tamen tranſlatio poſſeſsionis, gl.ordin.in l.Papinianus. ff.de donat.inter vir.& vxor. Ludo.Roma. conſilio 277. Non eſt dubium. colum.1. Paul.de Caſt. conſi.105.circa bona.colum.9. ſecundum antiquam impreſsionem. Videmus etiam quod in hæredem ius ex aditione transferat dominium, non tamen poſſeſsio, ſi non fuerit apprehenſa. l. cum hæredes. in princip. ff. de acquir.poſſeſ.etiam ſi hæres fuerit filius, vt volunt, omnes poſt glo. in l.filius.ff.de liberis & poſthum. idem in eccleſia, licet re titul. tranſferatur dominium, non tamen poſſeſsio.gloſſ. not.in l.fin. verſicul.in rem. C. de ſacroſanct. eccleſiis.

*Commoda poſſ.*

Et multa commoda dicitur habere poſſeſſio. Nam ſi vertatur quæſtio ſuper poſſeſsione, & proprietate, & altera pars velit, quod poſſeſſorium prius diffiniatur, ſuper eo ſolo procedetur. cap. ſecundo, hoc titulo. Et ſi aliquis rem poſsideat, etiam ſine titulo, & conueniatur ab aliquo, ſi actor non probet ius ſuum, debet abſolui ipſe reus. l. fin. C. de rei vend. Et pluribus habentibus titulos pares in eadem re præfertur primus poſsidens. l. quoties. C. de rei vend.cap.ſi à ſede.de præb.in 6. cap. duobus de reſcript.notat.Bald. in cap.capitulum.colum.1.ſuprà de reſcrip. Et ſic videtis quantas commoditates habeat poſſeſsio. Et, (vt dicit text.in §.commodum, inſt.de interd.) debemus, in quantum eſt poſsibile, verſari circa poſſeſsionem. & iſta volui ego dicere, vt intelligatis, quod reſultabit ex ſequentibus quæſtionibus.

*Poſſeſsionē quomodo per nos acquiramus.*

Primò igitur quæro, qualiter per nos ipſos acquiramus poſſeſsionem vnam in rebus corporalibus, non facio differentiam, quantum ad acquiſitionem inter mobilia & immobilia, licet quo ad amittendam poſſeſsionem, ſit differentia, quoniam in mobilibus ſtatim quod corporaliter deſinimus poſsidere perdimus poſſeſsionem.l.3. §. Nerua filius.l. Pomponius.in princip. l.rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſſ. Et iſtud ideò eſt, quia poſſeſsio rerum mobilium eſt vilis & abiecta. l.ſi rem mobilem.ff.de acquir.poſſeſ. gloſ.in §.1.inſt.de vſuc.in immobilibus verò licet corporalem poſſeſsionem non habeamus, adhuc tamen retinemus ciuilem. l.clam poſsidere.§.qui ad nundinas. ff.de acqui. poſſeſſ. Et ideo quærendo de acquiſitione,

ſitione,faciatis concluſionem, quinque interuenientibus, acquiri poſſe poſſeſsionem rei corporalis.

Primùm quod requiritur actus corporeus, hoc eſt apprehenſio rei quã volumus poſsidere,& inter alia;duo ſunt mẽbra,ſcilicet manus ad capiendum res mobiles, & pedes ad ingrediendum in re immobili. viſus autem non operatur niſi fictam acquiſitionem, vt dicemus in vna quæſtione: ita declarat Paul. de Caſt. poſt alios in l.1.in princip. colum.2. ff. de acq. poſſeſ. Et taliter requiritur actus corporeus, quòd etiam ſi alia interueniant, non dicitur quæſita poſſeſsio. Et ex hoc dicimus, quod poſſeſsio habet magis facti quàm iuris.l. 1. in princip. ff. de acquir.poſſeſ. vbi plenè per omnes.l.1.§.ſanè. ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti. c.cum nominis.vbi Petr.de Anch.Card.Ioan. de Imo. & alij.ↄ. de conceſſ. præben. & in cap. olim.titulo proximo.And.Barb.ſic in c.ex literis.colum.3. ſuprà de conſuet. Bald.conſil.282. ſtatuto cauetur. colum.2. in 3.parte. ideò dicit notab.tex.quem Alexan. & Iaſ. benè declarant in dict.l.3.§.Neratius. ff.de acquir.poſſeſ. quod ſi ego poſsideo fundum,& per agricolas reperiatur theſaurus, quamuis dicatur meus, ex quo fuit repertus in fundo meo. §. theſauros. Inſt.de rer.diuiſ.l.vnic.C.de theſau. lib.11. non tamen acquiro poſſeſsionem, etiam ſi fuiſſem præſens, & videns theſaurum,donec corporaliter apprehendam & moueam illum. Videmus etiam quòd licet quis acquiſiuerit poſſeſsionem alicuius domus, tamen lapidum, & cæmentorum, ſeparatorum à parietibus, ex quibus conſtruuntur, ſine apprehenſione corporali non acquirit poſſeſsionem. l. quæ vniuerſis.in prin.ff.de acq.poſſeſ.

Secundum requiſitum,quod cum actu corporeo interueniat animus, & intentio poſsiſidendi: ita quòd millies tangendo rem,vel in prędium ingrediendo,ſi non habeam animum poſsidendi, non quæram poſſeſsionem.l.3.& in princip. l.quemadmodum. l.ſi quis vi. §.1.ff.de acquirend. poſſeſ. & habetur in locis proximè alleg.idem probat tex.in l.quod meo.in princ. in l.quamuis.in l.quarundam.eo.titul. Et ideo dicimus quod furioſus, infans, ebrius, dormiens & alij ſimiles, non habentes animum, quamuis actus corporeos & apprehenſiuos exerceant in re corporali, non tamen dicuntur acquirere poſſeſsionem. l.1.§.1. l.poſſeſsio.l. ſi is qui in poſſeſsionem. in princip. ff. de acq. poſſeſ.Socin. conſi.131.in præſenti conſultatione. colu. 4. Et iſtud notetur. quod ſi probari poteſt contra aliquem, qui innititur poſſeſsioni, quòd non habuerit animum, vt, quia non cogitauit, vel non fuit informatus, aut eſt de perſonis carentibus animo, non eſt acquiſita poſſeſsio.

Tertium requiſitum quod non apprehendatur iure familiaritatis, ſed animo ſibi quærendi poſſeſsionem. l.qui iure familiaritatis.ff. de acquir.poſſeſ.l.generaliter.eod.tit.l.ſi mulieri.ff.quib.mo.vſufr.amit. Soci.conſi.131.in præſenti conſultatione. colum. 1. & ibi declarat quomodo dicatur fieri iure familiaritatis in dubio, videlicet ſi appareat iſtum non habere aliquod ius in re poſſeſſa, & cum hoc militet aliqua præſumptio, vt quia erat conſanguineus, vel amicus. Et ideo inferunt in dictis locis doct. quod quamuis filius longo tempore ſteterit cum matre in domo matris:aut aliquis per multos annos ſolitus eſt hoſpitari in domo amici, non tamen dicetur acquiſiuiſſe poſſeſsionem.de quo per Inno.Abb.& alios in c.cum eccleſia.in hoc tit.

Quartũ requiſitum quòd non ſit error in re in qua acquiritur poſſeſsio.vt,quia aliquis credebat eſſe pratum, & erat vinea, vel credebat accipere equum,& accepit aſinum:error in corpore impedit acquiſitionem poſſeſsionis. l. ſi me in vacuam.ff.de acq.poſſeſ.& ideo eſt:quia error impedit conſenſum, & animum.l. ſi per errorem.ff.de iuriſdictione omn.iud.Dixi not. error in corpore, quia ſi eſſet error in nomine, vel qualitate,dum tamen conſtet de re,vt, quia credebat quod ille fundus eſſet Titianus, & appellabatur Seianus non vitiabit talis error.l. ſi quis in fundi vocabulo,& ibi latiſsimè traditur.ff.de leg.1.

Quintum requiſitum, quod non ſit incertitudo ratione rei, & loci, vt ſi aliquis diceret remitto iura quæ habeo in vna domo Lugduni, ad hoc vt poſſet acquiri poſſeſsio,requiritur quod certificetur, in quo loco eſt illa domus,& quę iura habeat iſte.l.3.§.incertam.l.locus.§.1.ff.de acquir.poſſ.l.ſi fur. §.fin. ff.de vſucap. quod teneatis menti. Nam quandoque quis donauit alteri iura, quæ habet extra ciuitatem, non deſignando in quo loco, nec deſignando,quæ ſint illa iura,quantumcunque interueniat conſtitutum, vel precarium, aut alius actus transferens poſſeſsionem propter incertitudinem impedietur tranſlatio,& non dicit Barto.in d.l.3.§.incertum.quod ſi quis vendiderit mihi ſex ſeſtariatas terræ, de quadam ſua terra in qua elegerit, ex quo non apparet locus in quo ſit illa terra, nec apparet portio quæ fuit mihi data, vel à parte ortus,vel occaſus,non poteſt acquiri,nec transferri poſſeſsio. & de his Philip.Dec.conſi.226.magiſter Ioannes. colum. 2. Iſtis quinque interuenientibus dicitur per nos quæſita poſſeſsio.nec eſt curandum, ſiue cauſa fuerit iuſta, ſiue iniuſta, ſiue ſine cauſa ſcripta.Bar. & alij in l.prima.§.ſi vir vxori.& l.quod vxor.l.rem quę nobis. & l.ſi re ſtipulatione. ff.de acquir.poſſeſ. Bart.in l.quod meo.in princip.eo.tit.probat tex.& ibi ſcribentes.in cap. in literis.de reſtit. ſpoliat.in quibus locis ex contractu inutili transfertur poſſeſsio, & ex cauſſa vitioſa. (vt per furem) acquiritur poſſeſsio. Benè verum eſt,quòd ad hoc vt poſſeſsio habeat effectum vſucapiendi,vel pręſcribendi aut lucrandi fructus, requiritur quòd fuerit quæſita re iuſta cauſa.glo.& ibi traditur in c. ſiue poſſeſsione.de reg.iur.in 6. Et quãuis poſſeſsio ſine iuſta cauſa quæſita nõ pariat dictos effectus,operatur tamen,vt dẽtur remedia poſſeſſo



poſſeſſoria.Bonus tex.in l.1. §.deiecitur.ff.de vi & vi arma.

Inquantum in principio diximus neceſſarium actum corporeum, & apprehenſionem, dicatis hoc etiam procedere in rebus vniuerſalibus, vt puta, ſi alicui fuerit deuoluta hæred. in qua ſunt plura prædia, & plures domus,vel aliquis emit vnum caſtrum, in quo ſunt plura prædia,ingrediendo in vno prædio, vel in vna domo, non dicitur quæſita poſſeſsio in aliis, ſed requiritur apprehẽſio omnium.l.3.in prin. vbi Bart.& alij. ff.de acquir. poſſ.traditur. in l. reſtituta. in princip. ff.ad Trebel. Benè verum eſt,quod non requiritur ad acquirendã poſſeſsionẽ partium alicuius rei,quod apprehendantur omnes partes, ſufficit acquirere in aliqua parte: vtputà. Aliquis habet plures cameras ſufficit ingredi vnam cameram, cum animo poſsidendi totam domũ vel vnum prædium. Habet centum ſextariatas terræ, ſufficit ingredi per quatuor vel quinque paſſus, cum animo poſsidendi totum,vt habetur in dict.l.3.de acquiren. poſſeſ. Alex.conſil.54.viſo proceſſu. colum.2. & conſil. 88. in caſu & litibus. col.4. in 5.parte.Petrus de Anch.notat poſt Dynum. in cap.1.colum.penult.verſic.10.quæro. de reg. iur. in 6.

Aduertatur tamen ad vnum, quòd acquirendo poſſeſsionem alicuius domus, cum intentione poſsidendi mobilia quæ ſunt in domo, dato quod non tangam mobilia, nec apprehenſionem aliquam faciam, quæro poſſeſsionem rerum. l. ſi ego Seiæ. §.dotis. ff. de iur. dot. l.vulgaris.ff.de furt. l. clauibus. ff. de contrahen.empt.Socin.in d.conſi.121.colum.4. intelligatis primò de mobilibus, quæ non quæruntur ſine intentione, vt eſt theſaurus,in quo inuentio ſola operatur tranſlationem dominij: quia in eo requiritur apprehenſio. d.l.3. §.Neratius. ff.de acquir.poſſeſ. Intelligatis & ſecundò de rebus mobilibus ſeparatis,& per ſe ſtantibus (ſecus in his quæ eſſent correctæ in aliquo toto, vt lapides & cæmenta, & alia exiſtentia in parietibus) apprehendendo poſſeſsionem domus, non acquiritur poſſeſsio illorum niſi fuerint apprehenſæ.l. qui vniuerſa. in princ.ff.de acq.poſſ.

*Per alios quot modis quæratur poſſeſsio.*

Secundò quæro, qualiter acquiramus poſſeſsionem per perſonam aliam,vt per ſeruum, filium, monachum, procuratorem, tutorem, curatorẽ,œconomum, negotiorum geſtorem, notarium, coniunctam perſonam, aut alios ſimiles. Vt perfectam huius rei habeamus cognitionem: faciemus duas partes, in priori de perſonis nobis ſubiectis, in poſteriori autem de aliis quas non poſsidemus, nec ſunt in noſtra poteſtate.

*Ex re peculiari quomodo quæratur.*

Quantum ad primum erunt duo membra, primò quando acquirunt ex re peculiari. Secundò quando extra rem peculiarem. Circa primum concluſio eſt, quod poſſeſsio quæſita per ſeruum,filium, vel monachum, ex cauſa peculiari ſtatim quæritur, patri vel Abbati. Et iſta acquiſitio habet etiam effectum quantum ad vſucapionem,ignorantibus patre, domino, vel abbate.l.1.§. Item acquirimus. cum §. ſeq.l. quicquid. l.quod ſeruus.l.peregrè. §.quæſitum. l.poſſeſsio.in princip. & §.1.ff.de acquir.poſſeſ. cap.bonæ.vbi de monacho.& ibi Philip. Deci. poſt.Abb.infrà de appella.De hoc etiam habetur in principio tituli.de acquir.poſſ.& ibi glo. Aduertatur tamen, quòd quemadmodum diximus ſupra in poſſeſsione per nos quærenda,quod requiritur corpus,& animus:ita etiam hîc requiritur corpus & animus, & quod tales apprehendant poſſeſsionem illius rei, & habeant animum poſsidendi,vt habetur in dictis locis,& in l.quemadmodum.eo.tit.eſt & aliud requiſitum, quòd habeant animum acquirendi patri, domino, vel abbati. Nam ſi haberent animũ acquirendi alteri, non acquireretur patri, domino vel abbati.dicta l.1. & dict.l.quod ſeruus. Requiritur & aliud (& in hoc differt à poſſeſsione quam per nos ipſos quærimus) quod ex cauſa iuſta acquirant, ad hoc, vt ſtatim domino ignorante tranſeat.l.quod ſeruus. ff.de acquir. poſſeſ. & rationem in locis prædictis aſsignant doct. quòd tales perſonæ acquirant domino, patri, vel Abb.iſtud procedit ex tacito mandato,quod videntur à iure habere, in re peculiari,ſibi conceſſa, ne dominus, pater,vel abbas in quolibet momento præcipere teneãtur.l.peregrè.§.quæſitum.ff.de acquirend. poſſ. ſed procur. habens mandatum generale, non poteſt delinquere in præiudicium domini.l.ſi procurator.(& ita habetur.)ff.de condict. indeb. dixi notanter ad hoc,vt ſtatim tranſeat, in dominum. Nam ſi dominus informatus, ſi ex cauſa iniuſta fuit quęſita,approbauerit,poſteà benè acquiretur ſibi poſſeſsio.nos loquimur ad hoc,vt in ipſum ignorantem tranſeat.& ita in dictis locis declaratur.

*Extra rem nõ peculiarem.*

Circa ſecundum quando per perſonã nobis ſubiectam,extra rem peculiarem quęritur poſſeſsio ad hoc vt in nos ſtatim transferatur, requiritur quod nomine noſtro acquirat. l. 1. §. hoc quod de ſeruis.ff.de acq.poſſ.bonus tex.in l.ſi ſeruus.ff.de preca.

Secundò quod acquirat ex iuſta cauſa. l. quod ſeruus. ff. de acquir. poſſ. Et his concurrentibus ſtatim,etiam nobis ignorãtibus, quæritur poſſeſsio.Ita tradunt omnes in l.1.§.item acquirimus. ff.de acquir.poſſeſ. Differt tamen iſte modus à præcedenti, quia ſi ex re peculiari vltra hoc quod nobis ignorantibus acquiritur, acquiritur etiam vſucapiendi, vel præſcribendi conditio, quando extra rem pecul.ſola poſſeſsio acquiritur, non autem vſucapiendi vel præſcribendi conditio, niſi nobis ſcientibus & volentibus.glo.in l.1.ff.de acq.poſſ.& in l.1.C.eo.tit.vbi plenius.

*Per liberam perſonã quomodo poſſeſsio nobis acquiratur.*

Quantum ad ſecundam partem quando per liberam perſonam, nobis non ſubditam acquiratur,duo ſunt membra:primum quando talis habebat poteſtatem prius,vt procurator, tutor, curator, vel ſimiles. & iſto caſu,ſtatim quod nomine noſtro acquiſiuit poſſeſsionem, ſiue alio actu, in nos transfertur.l.1.§.per procura.

procura.ibi plenè ſcriben. l.quod meo.in prin. primi reſponſi. ff. de acquiren.poſſeſ. Notetur tamen quod quamuis aliquis habeat poteſtatem à me, vt aliquid faciat,non ſufficit ſi faceret illum actum,ſed requiritur quod faciat nomine meo,& iſtud reprimat,aliàs diceretur facere nomine ſuo. l.2. §.quòd de tutore.verſic. idem ſi tutor. ff. de iudic.ſolui.l. & magis.cum glo.ff.de ſolut.gloſſ.in l.quacumque.ff.de procur. Barto. vbi notabilem ponit theoricam in l.1.§.nuntiatio. col. 2. ff. de no. operis nuntiat. Idem Bart.in l.qui donatum.col.1.ff.de donat. vnde dicit Barto.in illis locis,quod ſi ille actus erat talis, qui non poterat fieri niſi nomine meo,dato quod nõ dixerit nomine meo,dumtamen alius ſcribat eum habere poteſtatem, cenſebitur nomine meo ille actus factus.l.poſt mortem. §.1. ff. quando re fac. tut. l.fina.ff.de inſtit.act.

Circa ſecundum, quando alius nobis non ſubditus, non habens ad hoc poteſtatem nomine meo acquirit poſſeſsionem. vt notarius, qui ſtipulatur pro me abſente, vel alia etiam perſona non publica, quia in hoc poſſeſsio habet vnum priuilegium, vbi obligatio alteri per alterum non acquiritur. l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.oblig.ſecus in poſſeſsione.quia alteri per alterum etiam ſine poteſtate, acquiri poteſt.l.ſolutum.§.per liberam.ff.de pigno.act. l.ſi procur.ff.de acq.re.domi.Raph.Fulg.conſi. 232.in propoſita quæſtione. col.1. ſi hoc caſu. Ad hoc vt per aliam perſonam nobis acquiratur poſſeſsio, requiritur quod ſubſequatur ratificatio per nos, & ante ratificationem nulla transfertur poſſeſsio.l.communis ſeruus.§.1. l.ſi me in vacuam. ff.de acquiren. poſſeſsio.l.ſi ego. in princip. ff.de negot.geſt.Alexand.conſilio 116.viſis acutiſsimis.columna 1.in ſecunda parte.& conſilio 88.in cauſis.& litibus.colum. ſecunda,in 5.parte. Bartolus in l.1.§. is cuius.ff. de itin. actúque priua. Raph. Cuma. conſilio 77.viſo libello.col.2. Ioan.de Imo.in c.bonæ. col.1.infrà de appel.in c.cum accedens.colum. 2.infrà de præb.Et dicit Alex.in dict.conſi.110. ſi ſeruus nomine domini acquiſiuit poſſeſsionem, & non apparet de ratificatione domini, eo mortuo hæredes non poſſunt dici poſſeſſores. Et iſtud notetis in actu practico, quia quotidie in executionem iudicati mittuntur ſeruitores, vel nuntij, ad adipiſcendam poſſeſsionem. Et de his latè Dominus Philip. Dec. conſi.226. magiſter Ioannes. col. 2. vbi loquitur de donatione facta alicui abſenti, pro quo donans conſtituit ſe poſsidere rem donatam, notario pro abſente ſtipulante: deinde donauit alteri præſenti,& tradidit: quia poſt donatarius,ante ſecundam donationem non ratificauit,non fuit ſibi quæſita poſſeſsio, & ſecundus qui fuit poſſeſſor, erit præferendus, per l. quotiens. C. de rei vend. ibi alia plura adducit, qualiter ante ratificationem poſſeſsio non transfertur, ex quo ſequuntur multæ vtilitates quæ elicientur ex deciſionibus per eum allegatæ.

Requiritur & ſecundò, & iſtud notetur, quod nomine noſtro fuerit quæſita poſſeſsio, quia ratificatio non operatur niſi actus nomine noſtro fuerit geſtus. l.ſi pupil. §.ſi ego.ff.de nego.geſt.l.ſi ſeruus.ff.de precar.glo.bona.in l. 1.§.ſed & ſi ratum. ff.de vi, & vi arma.Iaſ.in l. Prætor.§.hoc interdictum.col.1.ff. de no.oper. nuntiat. Angel.in tract. malefi.in glo.Sempronium mandatorem.q.5.col.fi.in c.mulieres.infrà de ſent.excom.

*Duplex eſt poſſeſsio.*

Tertiò quæritur, (quia ſtatim ingrediendo modos fictos, loquimur de poſſeſsione naturali, ſiue corporali, & de poſſeſsione ciuili:) quot dicantur ſpecies poſſeſsionum breuiter, licet doctor. varij fuerint, dicatis eſſe duas ſecundum communem opinionem:vna quæ dicitur corporalis, & dicitur illa quæ acquiritur ſtatim,cum animo poſsidendi,& etiam appellatur naturalis:alia dicitur ciuilis,quæ acquiritur poſtquam aliquis rem fuit apprehenſus,& re qua ſumit corporalem ſeu naturalem poſſeſsionem,redeũdo ad domum, vel eundo alibi, habet animum poſsidendi illam rem, iſta poſſeſsio quæ poſteà acquiritur, & in animo retinetur, dicitur poſſeſsio ciuilis, quæ habet effectus ciuiles, ſcilicet eandem vſucapionem, vel præſcriptionem,lucrandi fructus. Alia corporalis ſola habet tantummodo effectus, vt dentur remedia poſſeſſorię: iſta omnia Alex. Paul.de Caſt.Iaſ.(reprobato Bartol.) plenè tradunt in l.1.in princip. ff.de acquir.poſſ. in l.3.in princip. eod. titul. Neceſſe enim habemus dicere, duas ſpecies poſſeſsionum, per text. in l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. poſſeſſ. vbi voluit text. quod ſi poſſeſſor vadat ad nundinas, & interim alius ingrediatur fundum, acquirit poſſeſsionẽ, & dominus reuerſus, ratione poſſeſsionis, quam retinuit, poteſt expellere illum ingreſſum, & ſic erant duo poſſeſſores, non tamen poſſunt eadem poſsidere duo in ſolidum ſimul. l. 3. §. ex contrario. ff.de acquir.poſſeſ.ſequitur quod duæ ſint ſpecies poſſeſsionis: & de hoc etiam in l.naturaliter.§.nihil commune.eo.tit.& dicit Bald.in cap.cæterum.colum.4. ſuprà de iudic. quãdo ſedeo ſuper equum, habeo corporalem poſſeſsionem, poſtquam equus eſt in ſtabulo habeo ciuilem,quam retineo animo, & ſic ille qui apprehendit rem cum intentione poſsidendi habet corporalem, ſeu naturalem, & ſi alius non poſsideat vocatur ciuilis, & retinetur in animo,& ſi eſſem abſens à re:ſi verò alius poſsideret,acquiro tantummodo corporalem: & ille primus, qui corporaliter, & ciuiliter tenebat, per apprehenſionem meam perdidit corporalem, ciuilis verò ſemper remanſit in ſuo animo, & illa nunquam perditur, niſi habeat animum non poſsidendi:& ideo dicit gl. not. & menti tenenda, quam commendat ibi Iaſ.poſt alios in l.1.in glo.mag.ad fin.C.de ſer. fugit.quòd ſi rem per alium poſſeſſam incipio poſsidere, etiam ex titulo, ex eo quod ciuilis remanet penes poſſeſſorem primum,non poſſum vſucapere, nec præſcribere donec ille perdiderit



diderit ciuilem, quia corporalis ſola non præſtat conditionem vſucapiendi, vel præſcribendi requiritur, quod ille animo deſinat poſsidere, & de hoc appareat, vel quod fuerint lapſi decem anni,quibus non poſſedit corporaliter, quia per lapſum decem annorum pręſumitur quod non habeat amplius animum poſsidendi.l.peregrè.ff.de acquir.poſſ.de quo glo.quam multum commendat Iaſ. in l.1. in princip.col. 14. & in §. per ſeruum qui. col. 1. & in l.3.§.ex contrario.colum.15.& 16.ff.de acquirend. poſſ. Et iſtud notetis in actu practico, vt repellatis eum qui fundat ſe ſuper præſcriptionem, probando de poſſeſsione priori alterius, ita quod præſcriptio non incipiat niſi probare quod ille alius non vult poſsidere, vel quod ſunt lapſi decem anni, quibus non poſſedit, & non incipiat præſcriptio in tempore, quo iſte incepit poſsidere.

*Per actus ciuiles & fictos quomodo poſſeſsio quæratur.*

Quartò quæro, quia iam vidimus de actibus corporalibus & naturalibus,quibus poſſeſſio acquiritur, quomodo acquiratur per actus fictos & ciuiles.gl.in l.3.in princip.ff. de acquir. poſſ.gl.in l.1.in verbo iuſſerim.gloſ.in c.2.verb. ſignum. ſuprà de conſue. glo.in c.1.verb.fundi, de conſue.rer.feud.in vſi.feud.& vbique ſcribere poſſem multos modos,& quia quotidie contingunt de vnoquoque videbimus, alios addendo. Primò tamen aduertatis,quòd licet illi modi dicantur ficti, poſſeſsio quæ per eos acquiritur dicitur vera poſſeſsio. l.& certè.§.1.vbi bonus text.ff.de preca.probat tex.(quem ibi ad hoc ponderat Aret.) in l.quod meo.§.ſi venditorem.ff.de acq.poſſ.Bart.in l.ſingularia.ad fin. ff.ſi cert.peta.Aret.Soc.& ibi Iaſ.in l.1.§.ſi iuſſerim.d.tit.de acq.poſſ.

Primus modus per quem fictè, & ciuiliter acquiritur poſſeſsio, eſt per aſpectum rei, vt quando donatur vel venditur mihi res, & illam video, dato quod non apprehendam corporalem poſſeſsionem ſolius aſpectus, cum intentione acquirendi, & voluntas poſſeſſoris, qui vult in me transferre, operatur acquiſitionem poſſeſsionis. l.1.§.ſi iuſſerim. l.quod meo. §.ſi venditorem. ff. de acq.poſſ.glo.& docto.in prin.huius quæſtionis alleg.Ludo.Rom.conſi. 482.ſuper permiſſo.col.2. Raph.Cuma.conſil. 77.conſultum. col.1. Tria tamen requiruntur, vt ex aſpectũ transferatur, primò quòd videatur res,& ideo inueſtitura facta in abſentia rei, vt quotidie videmus quando confertur beneficium fit inueſtitura per traditionem breuiarij vel annuli, illa non operatur poſſeſsionis tranſlationem. bonus tex.in c.per tuas.ibi glo. verb.in poſſeſsione.infrà, de donat.gloſ.in c.ex re.in verbo, mandatum infrà de iis quæ fiunt à maio. parte cap.glo. in c.auctoritatis.in verbo inſtituat,infrà de inſtit.glo.in cap.pro illorum. verb.inueſt.infrà de præb.Alex.latè,& ibi Aret. in l.3.in princip.in 4.col.ff. de acq.poſſ.Ioan.de Imo. & Abba.in cap.2. ſuprà de conſuet.& ibi And.Barb.Soci.Iaſon in l.traditionibus. col.2. C.de pact.

Secundò requiritur,quod tradens poſſeſsionem,vel mittens in poſſeſsionem, ſit poſſeſſor in dictis iuribus. & ideò infert Specul.in titul. 1.& 2. Decret.§.iam de effectu.in princip.quod ſi nuncius deputatus à iudice, vt me mitteret in poſſeſsionem, oſtendit tantummodo mihi rem, non faciendo apprehenſionem corporalem per ingreſſum, nõ transfert poſſeſsionem, quod notandum pro acquirenda poſſeſsione beneficij.Nam ſi executor oſtẽderet mihi pinnaculum non faciendo alium actum apprehenſiuũ, non diceretur me mittere in poſſeſsionem,& illam deciſionem Speculator.ſequitur Bart.& alij,poſt eum, in l.1.in prin.col.pen. ff.de acquiren. poſſ. Ioan.de Imo.& Abb.in d. c.2.ſuprà de conſuet.Felin.reprobato qui contrarium tenebat in c. cum aliquibus.col. 2. infrà de re iudic. Notetis tamen quod ſi propter aduerſarium,qui erat in beneficio cum armis, non poſſum realem apprehenſionem facere, executor per aſpectum poterit transferre poſſeſsionem.bonus tex. & ibi Bart.in l.quamuis. in l.cum vnus.§.fin.ff.ex quib. cau. in poſſ.eat. c.1.& c.contingat.infrà de dol. & contu. Et dicit Ioan.de Imo.in dict.cap.1.quòd ſi caſu fortuito, vt propter peſtem, vel inundationem aquarum non poſſum corporalem apprehenſionem facere, habeant locum illa iura, & per aſpectum ſufficiat,ſi verò aliquis eſſet impeditus, non ab aduerſario, nec caſu fortuito, ſed per aliquem tertium. glo.in dict.cap.1.infrà de dol.& contuma.(quem ſequuntur omnes) diſtinguit: aut ille erat ſoluendo, & non ſufficit apprehenſio per aſpectum,agatur ad intereſſe, contra ipſum:ſi verò non erat ſoluendo, ex æquitate ſuccurritur, vt poſſet per aſpectum apprehendi.arg.l.fin.in princip.ff.de eo per quem fac.erit.Aduertatur ad vnum,(ne decipiamini) dum dicimus eſſe neceſſe, vt tradens ſit poſſeſſor, quia Innoc.(quem alij ſequuntur) in d. cap.2.ſuprà de conſue.& in c. tranſmiſſam.vbi Compoſtel.& Ioan.And.ſuprà de elect.voluit, quòd ſi ille qui habet poteſtatem conferendi beneficium inueſtiat clericum,per breuiarium, vel annulum, vel alio modo,ſi ſit in præſentia beneficij, ex ipſo aſpectu transfertur poſſeſsio, ſine alia apprehenſione: & ita etiam voluit Bal.& ibi Andr. de Iſer. & Iacob. de Aruaret. in c.1.in titul.quid ſit inueſtitura,in vſib. feud. Dicatis quod iſtud procedit ex eo,quòd collator beneficij, vacante beneficio,dicitur habere cuſtodiam illius, & quodammodo poſſeſſor. gloſ. notab.in cap.cum vos. in verbo œconomo ad fi.ſuprà de offi.ord.Et iſtud notetis pro adipiſcenda poſſeſsione beneficiorum.

Tertiò requiritur, quòd interuenerit animus tradentis poſſeſsionem, quòd fit per traditionem calami, vel alterius rei, aut verbo, dicendo, quòd transfert poſſeſsionem illius rei, quam demonſtrat. Et ſic quòd animus declaratur, qualiter vult transferre poſſeſsionem,aliàs, ſi ſimpliciter diceretur vendo, vel dono tibi illam rem, & res erat in conſpectu, ſi non declarauit animum re vel verbo, quòd vult transferre poſſeſsionem, talis aſpectus

non ſufficeret, & ita notanter voluerunt Aret. Alexand. Socin. & Iaſon in l.prima. §.ſi iuſſerim.ff.de acquirenda poſſeſsio. Areti.in l.quod meo. §. ſi venditorem. ff. eodem titul.Paul.de Caſt.in l.quarundam.eod.tit.

*Traditio clauiũ trãſfert poſſeſſionem.*

Secundus modus eſt per traditionem clauium, vt ſi aliquis donauit vel vendidit frumentum, quod habebat in horreo, vel vinum quod erat in penore, & tradidit mihi claues, ſtatim poſt traditionem ſine alia apprehenſione acquiſiui poſſeſsionem. l. clauibus. de contrahend. empt. & vendit. Decius, & gloſſa in locis ſuprà in principio allegat. Oldradr. conſilio 208. in verbo hoſpitalitatis. Notetis tamen duo eſſe requiſita.

Primò quòd traditio clauium fiat in præſentia rei, vt probat text. in dict. l.clauibus.in verbo, apud horrea.& ibi glo.1.Aretin.& Soc. in l.tertia.in principio.colum.2.ff.de acquirenda poſſeſsio. Ioan.de Imo. in c.2.ſuprà de conſuetu. Iacob. de Aruarot. in cap.1. quid ſit inueſt.in vſi.feud.licet Alexand.voluerit contrarium in l.prima.colum.18.& in l.tertia.in principio, columna tertia. ff. de acquirenda poſſeſsione.

Secundò requiritur, quòd traditio fiat ex aliqua cauſa præcedente, vt quia vendit, vel donat. ſecus ſi fieret ſimpliciter, nam tunc videtur fieri cauſa cuſtodiæ tantum. l.cum pater. §. pater pluribus. & ibi Bartolus & alij. ff. de legat. 2. quod dictum commemorat Iaſon in Authent. ex teſtamento. colum.3. & in l. ſi donationi. colum.1. C. de collationibus.quòd ſi pater aliquis bona tradat filio, & non præceſsit cauſa, videtur tradidiſſe in cuſtodiam: de quo Bartol. in l.prima.§. nec caſtrenſe. col. pen. ff. de collat.bono. Et ratio ad iſtam tranſlationem opus eſt clauibus, quia claues dicuntur eſſe pars rei, l. fundi.in princip.ff.de actio. empti. & qui apprehendit poſſeſsionem partis, dicitur acquirere in toto. l.vulgaris. ff. de fur. l.tertia.in princip. ff.de acquirenda poſſeſ. hanc rationem ſentiunt Domini de Rota, in deciſione 153. Nota, pone quòd aliquis, in anti 1.Soc.conſi.131.in præſenti.col.4.

*Per retentione vſuſfructus.*

Tertius modus eſt, per retentionem vſuſfructus: ita quòd ſi aliquis donauit mihi bona ſua retinendo vſumfructum ſine alia traditione, vel apprehenſione, tranſlata eſt mihi poſſeſsio. l.quiſquis. l.ſi quis argentum. §.ſed & ſi quidem. C.de donat.glo.& docto. in l.tertia.in princip.ff.de acquirenda poſſeſsio. gloſ.in cap, 21.ſuprà de conſuet. gloſſ. in cap.1. de ſucc.rer. feu.in vſi.feud. Bald.in conſilio 168.colum.3.in prima parte Alexand. conſilio 157.viſo inſtrumento. colum.1. in ſecun.parte.rationem aſsignat idem Alexan.poſt Raph. Cuma.in l.Naturaliter. in princip. colum.1.ff. de acquirenda poſſeſsio. quia ſi retinet vſumfructum, & vult eſſe tantummodo vſufructuarius, ſequitur ergo quòd nomine proprietarij ipſe dicatur poſſidere. Et ad hoc facit tex.notabilis in l.1.§.fin. cum l.ſeq.ff. vſufructus quemadm. caueat. qui ſingulariter probat, quod vſufructuarius à lege dicitur habere tacitum mandatum, vt nomine domini poſsideat proprietatem, & dicitur tanquam cuſtos. quem textum ad hoc ponderauit Bald. ſuprà de procur. in princip.Ludouic. Rom. Alexand.& Iaſ.in l.1.§.fi.ff.de no. operis nuntiat.vbi concludunt, quòd vſuſfructuarius nomine domini poſsideat, ſicut ergo per verum conſtitutum, transfertur poſſeſsio. l.quod meo. ff. de acq. poſſ.de quo ſtatim plenè dicemus, ita etiam debemus dicere retentionem vſuſfruct. per quam tacitè à lege, conſtituit ſe nomine domini poſsidere, operari tranſlationem poſſeſsionis, arg.l.cum quis.ff.ſi cer.pet.

*Per traditionẽ inſtrumenti.*

Quartus eſt modus, per traditionem inſtrumenti, vt ſi quis vendidit mihi domum, & inſtrumentum ſuæ acquiſitionis mihi tradidit, dicitur tranſlata mihi poſſeſsio: text.not.in l.1. C.de dona.gloſſ.vbi latè Alex.poſt Aret.in l.3. in prin.ff.de acq.poſſ.Bald.And.de Iſer.& ideo de alia.in cap.1.quid ſit inueſt.in vſib.feud.glo. & ibi And. Barba.col.2. in c.2.ſuprà de cenſur. bona glo.in cap.ſanè, verbo, reddens. ſuprà de renunc. intelligatis de inſtrumento rei, ſupra quam factus eſt contractus, non autem de ipſo inſtrumento contractus, vt putà Titius mihi vendidit domum, tradendo inſtrumentum venditionis mihi factæ, non transferet poſſeſsionem: loquimur de inſtrumento ipſius rei, hoc eſt ſuæ acquiſitionis, & ita originaliter Guliel.de Cuma.in l.licet.C.de acq.poſſ.Alex. & alij in locis proximè allegatis. Et ratio eſt, quia per traditionem inſtrumenti etiam ſi nihil aliud tradatur, videtur transferri etiam ius, quod competit ex ipſo inſtrumento, & rerum in inſtrumento mentionatarum. l. qui chirographum. ff. de leg.3.l.2. C.quæ res pig.oblig. poſſ.l.creditori.C.de remiſ.pig.Dicimus etiam inſtrumenta eſſe partem fundi. l.fundi.in prin. ff.de act.emp.ſed tradita parte cenſetur totum traditum.l.3.in prin.ff.de acq.poſſ. Non tamen requiritur, quod traditio fiat in preſentia rei.ita ſentit glo.in dict.l.1.quam Bal.Ang.& Salic.ſequuntur. C. de dona.licet de Iſer.in d.l.1.quid ſit inueſt.voluerit contrarium.

*Per ſignationem rei.*

Quintus modus per ſigillationem, vel ſignationem rei, vt quando aliquis vendidit mercatori ballas lanæ, alteriúſve mercantiæ, & emptor ſigillari fecit, vel ſuo ſigno ſignari, ſine alia apprehenſione transfertur poſſeſsio. text. eſt not.in l.quod ſi neq;.§.1.ff.de peric.& cõmo. rei vend. quem ad hoc ponderauit Bald. col.1. rub.C.de peric.& commo.rei vend.Ludo.Ro. conſil.482.ſuper præmiſ. col.2.Iaco.de Arnab. in c.1.col.5.quid ſit inueſt.in vſib.feu. Barba.ſic in c.3. col.3. infrà de proba. Et ad iſtud faciunt quæ dicemus in ſeptimo modo.

*Per tactum vectis hoſtij.*

Sextus modus eſt per tactum vectis, vel alterius rei affixæ.ita quod ille, cui eſt facta prouiſio beneficij, ſi nõ poteſt ingredi eccleſiam, tangendo vectem oſtij acquirit poſſeſsionem: ita D.de Rota deciſ. 153. Nota.pone quod aliquis in antiq.alleg.d.l.fundi.ff.de act.emp.Et ex hoc inferatur generaliter, quod tangẽdo vel apprehendendo aliquã rem quæ eſt pars alterius, dicimus



cimus acquiſiuiſſe poſſeſsionem totius per ea quę traduntur in l.tertia. in principio.ff. de acquirenda poſſeſsio.

*Per cuſtodis appoſitionem.*

Septimus eſt per appoſitionem cuſtodis, vt, ſi vendidit mihi aliquis aceruum lignorum, & mitto famulum ad cuſtodiendum, ſtatim quod cuſtodit acquiſita eſt mihi poſſeſsio. l.quarundam. vbi Paul.de Caſt.& Alexand.ff. de acquirend. poſſeſ.item Alex. poſt Aretin.& ibi.Soci.in l.3.colum.3. ff. de acquir. poſſeſ.facit in argumentum.l.3.§.Nerua.l.rem quæ nobis.eo.titul.de acquir.poſſeſ.Alexand.conſi.88. in cauſis.& litibus. colum.3. in 5.parte. Et hoc caſu non requiritur quod res ſit in præſentia, aliàs nihil ſeruiret nobis. dicta l. quorundam. poſtquam ſupra in primo modo diximus, ex aſpectu transferri poſſeſsionem. Nec pariter requiritur, quod cuſtos habeat animum poſsidendi, nomine ſuo ſufficit ſola cuſtodia, aliàs nihil nobis noui adiret, dicta l. quarundam. cum dixerimus, ſupra in ſecunda quæſtione, quod ſi alius nomine meo vult poſsidere facta ratificatione, acquiritur mihi poſſeſsio.

*Per conſtitutum.*

Octauus modus eſt, (& quia iſte, & ſequens ſunt frequentes, & multũ vtiles, plenius quàm de aliis aliquid dicemus.) quando apponitur conſtitutum, vt, quia aliquis donando, vel vendendo, aut aliàs diſponendo de re ſua conſtituit nomine meo ſe poſsidere, in me transfertur poſſeſsio, ſine reali apprehenſione. l.quod meo.in principio.& l.ſi quid ante. in princip.l. qui bona.in princip.l.rem pignoris.ff.de acquirenda poſſeſsio. l. cum & ſortis. in princip. l.ſi pignus.ff.de pign.actio.l.quædam mulier. ff.de rei vend. Bartolus & omnes, in dicta l. quod meo.vbi latè tradunt etiam Docto.in cap.conueniſſent. infrà titul.proximo, & in locis in declarationibus ſtatim allegandis. Ratio autem ad iſtud eſt, quia qui nomine alterius vult poſſidere, habet animum amplius pro ſe non poſſidendi, cùm duo in ſolidum ſimul poſsidere non poſſunt.l.3.§.ex contrario.ff.de acquirenda poſſeſ. eligendo ergo alterum ex contrariis, ſcilicet nomine illius poſsidere, videtur repellere aliud, ſcilicet nomine ſuo.l.1.C.de furt.& qui de vno dicit, de alio videtur negare. l.cum Prætor. ff. de iudic. cap. nonne. infrà de præſumpt. Sed non ſemper quis poteſt amittere poſſeſsionem ſuam. l.ſi quis vi.§.differentia.ff. de acquirenda poſſeſsio.& ſic definit, vtendo pro alio, poſsidere, ſed quia poſſeſsionem per alium poſſumus quærere, quando nomine noſtro acquiſiuit quis, nobis acquirit.l.1.§.per procuratorem. ff.de acquirend.poſſeſ. & latè diximus ſuprà in primo modo, quòd qui nomine alterius vult poſsidere, in ipſum transfert poſſeſsionem.Et iſte modus transferendi per conſtitutum poteſt fieri non ſolùm in actibus puris, ſed conditionalibus, ita quòd eueniente conditione, ſtatim transferatur poſſeſsio.l.qui abſente.§. 1. ff. de acquirenda poſſeſ. Oldra.(vbi latè in conſil.159. ad habendam.circa 3.colum. Deci.conſilio 247.in cauſa maleficij.col.2.poteſt etiam.) dicit transferri per procurat.habentem ad hoc ſpeciale mandatum, ita Soc.conſilio 239. præſentis conſultationis.colum.pen. volum.2. Auertatis tamen multa requiſita ad hoc, vt per conſtitutum transferatur, & ex quolibet habetis limitationem, ſeu declarationem, ad dict.l.quòd meo.ff.de acq.poſſ.

*Requiſita ad conſtitutum.*

Primò, quòd res ſuper quas apponitur conſtitutum, fuerint certo loco, & portione deſignatæ. Nam ſi diceret quis, conſtituo me poſſidere domum, quam habeo Lugduni nõ fuit conſignata domus, nec deſignata ſtrata, in qua ſituatur, poſſeſsio non transfertur.l.3.§. incertam.ff.de acquirend.poſſeſ.& ibi Barto.Philip. Deci.conſi.226.magiſter Ioannes.col.2.

Secundò, quod conſtituens poſsideat tempore conſtituti, vt voluit glo.in l.quamuis.verſicul.1. vbi Ang.Alexan.& Iaſ.ff.de acquirend. poſſeſ.gloſ.in l.2.in verbo tradita.ibi Bald.col. 2.C.eod.tit.Alexand.conſi.10. viſo proceſſu.in 4.parte.col.2.Socin.conſi.187.controuerſi.col. 5.Dec.conſi.247. in cauſa magnifici. colum.2. Et ideo inferunt Oldrad. in dicto conſil.139.& Dec. in d.conſi.247. quod ſi conſtitutum fuerit ſub conditione requiritur, quod tempore exiſtentis conditionis conſtituens reperiatur poſſeſſor. Et ex iis inferatis vnum aliud quod ſi conſtitutum conferatur poſt mortem conſtituentis, vt puta teſtator legauit mihi fundum, & conſtituit ſe nomine meo tenere & poſsidere, quia legatum non habet effectum niſi poſt mortem.c.cum Marte.extra de celeb. Miſſa.& illo tempore teſtator qui eſt mortuus non dicatur poſsidere. l 1.§. Scæuola. ff.ſi quis teſta. liber eſſe iuſſus fuerit, non transferetur poſſeſsio per conſtitutum. Et ita quòd non poſsit conferri poſt mortem voluit in ſpecie Alexand.conſil.82.perſpect.colum.3.& 83. viſa facti narratione.colum.7.in 2.parte: vbi alleg. Ang. in d.l.quamuis. §.1.ff.de acq.poſſ.Iſta tamen limitetis duobus modis.

Primò, quando dicimus in antiquis & reperiretur conſtitutum in inſtrumento, non erit neceſſe probare quod conſtituens illo tempore poſsideret.ita Abb.Specul.in c.cum à nobis. col.2.infrà de præſcrip.Soc.d.conſi.187.

Secundò fallit niſi ageretur contra conſtituentem, quia confitendo ſic poſsidere ſibi præiudicat, vt non poſsit opponere quod non poſsidebat, ita Bald. in l.fin.in 8.quæſt. C. de edict.Diui Adria.tollend.& eſt de mente Abb. poſt Ioan. Andr.in d.c.cum à nobis. quem ſequitur Soci.conſilio proximè alleg.

Tertiò requiritur, quod ſi ille cuius nomine fit conſtitutum nõ erat præſens ratificet, anteà tamen non transfertur poſſeſsio.l.cõmunis.ſeruus.§.1.ff.de acquir.poſſ.l.ſi ego.in princip.ff.de negot.geſt.Anto.de Butr.in c.cum veniſſet.infrà tit.proximo. Paul.de Caſt.conſil.197.viſis, ſecundum antiquã impreſsionem. Alex.conſ. 100.viſis acutiſsimis.col.2.in 1.parte.& Deci.d. conſi.247.in quibus locis inferunt(& iſtud eſt notandum) quòd ſi tempore ratificationis res non erat in ſtatu, in quo poſſet transferri poſſeſsio, vt quia iam erat penes alium, aut aliud

X 2

ſuperuenit impediens conſtituentem, non habebit effectum, arg. l.bonorum.ff.rem rat.hab. & ideo infert Alex.in conſi. allega.(& iſtud eſt quotidianum) quòd ſi nuntius nomine alicuius adeptus fuit poſſeſsionem, vel ſi fuit ſibi factum conſtitutum, & dominus, hoc pendente moriatur, ratificatio hæredis nihil operabitur, & in illum non transferetur poſſeſsio.

Quartò requiritur, quod ille qui per conſtitutum acquirit poſſeſsionem, impleuerit contractum pro parte ſua, vt, ſi vendita fuerit alicui domus, & venditor conſtituit poſsidere nomine emptoris, donec emptor ſoluerit pretium, poſſeſsio non erit tranſlata: ita Bald.in l. 2.q.22.C.quand.lic.ab.emp.diſced. Et ſequitur Iaſ.in l.quotiens, in 5.limitatione.C.de rei vendic. & faciunt, quæ dicemus in ſimili in vndecimo modo.

Quintò requiritur, quòd tempore conſtituentis poſsideat, & per illud comprehendantur res præſentes, ita quòd non ſe extendit ad futura. Bal.per glo.ibi.in c.1.2.reſpo.vbi ex contractu ſocietatis dominium, & poſſeſsio transfertur, quantum ad præſentia, ſed non reſpectu futurorum, & iſtud in ſimili voluit Petr. de Vbaldis in tract. de duobus fratribus. in 5.parte principali.col.1. Et facti eſt ratio, quia diſpoſitio in dubio comprehendit tantum præſentia.l.ſi ita, vbi plenè.Bart.ff.de aur. & argen.leg. Verum eſt quod ſi fieret mentio futurorum, dicendo ſic, conſtituo me poſsidere præſentia & futura, ad ea ſe extenderit conſtitutum. Ita latè Alex.in l.3.§.incertam.col.2.ff.de acq.poſſ. per tex.in l.quamuis.ff.de preca. Et iſta omnia noteris, quia conſtitutum operatur, vt poſsim auocare poſſeſsionem à tertio poſſeſſore non diſcuſſo principali intentando condictionem ex l.fin.C.de acq.poſſ.& ita Ang.ibi per illum tex.& Iaſo.vbi plura cumulat in §. item ſi quis in fraudem.col.16. Inſt.de actio.Socin.in tract. regal.in regula.234.

*De precario.*

Nonus eſt modus per precarium, l. interdum. ff. de acquirenda poſſeſsio. l. qui pignorum.eod.titul. l.eum qui pro hærede. in principio. ff. de empt. Bartol. latè (quem alij omnes ſequuntur) in dicta l.interdum. Et omnia quæ proximè diximus in conſtituto habent etiam locum in precario. Niſi in vno, quia per conſtitutum omnis poſſeſsio & naturalis, & ciuilis transfertur, per precarium ciuilis tantum. Et ille qui precario poſsidet habet naturalem poſſeſsionem. l.& habet. §.1.& ibi gloſſ. ff.de precar.Bartol.in dicta l.interdum glo.bona in §.hodie. verb. nec vi.inſt.de interdi. Iaſo. in l.ſi quis ante.colum.2.ff.de acquirenda poſſ. Et ſi ſimul conſtitutum, & precarium ponantur (prout quotidie notarij ignorantes) effectum eundem habent, qui dicunt conſtituit ſe nomine precario Titio poſsidere, illo caſu omnis poſſeſsio transfertur. l.non ſolum. §. fin. vbi text. not. ff. de vſucap.Bartol.in dicta l.interdum, & Iaſo, vbi alios allegat. Et iſtud ideò eſt, quia quando plura ſimul iunguntur, & vnum habet plures effectus, diſpoſitioni attribuemus omnes illos effectus.argu. l. 1. & quæ ibi traduntur. ff.de legat.1. l.vnicæ.§.1.C.de rei vx.actio.

*In beneficijs.*

Decimus caſus in beneficiis penes quem transferunt poſſeſsiones rerum benefic. dato quòd non fuerit apprehenſum, vt puta poſtquam fuit collatus titulus beneficij, alicui, dato quod non ingreſſus fuerit prata & vineas beneficij, dummodo aliàs in eccleſia poſſeſsionem ſui tituli acceperit: ratione rerum beneficij poterit intentare remedia poſſeſſoria, quod ſecus eſſet in alio, vt in hærede, dato quòd adiuerit hæreditatem, & ingreſſus fuerit domum hæreditariam, & alias res ſine apprehenſione non efficitur poſſeſſor, vt dicit Bart. per text.poſt glo.ibi in l.tertia. in princip. ff.de acquirenda poſſeſsio. ſecus eſt in beneficiato. ita Innoc.in cap.in literis.infrà titul. proximo. Bartol.in l.cum hæredes.in principio. ff.de acquirenda poſſeſsio.Domini de Rota, in antiq. quæſtione 227. Nota quòd prælatus: & in nouis deciſione 4. poſſeſſore beneficij. Aduertatur tamen circa modum agendi, nam ratione iuris beneficij, vt quia eſt curatus, vel canonicus, & dicit ſe poſſeſſorem curæ, vel canoniæ, poteſt dicere & agere nomine ſuo, ſed reſpectu rerum beneficij, vt quòd ſit poſſeſſor domus, prati, vel vniuerſal. aut in poſſeſſione percipiendi decimas, vel penſionem, debet dicere nomine beneficij, quia talia non poſsidet nomine ſuo proprio, nec dicuntur ſua. Ita docet Bartolus in l.prima. §. fin. vltimis verbis.ff.de no.operis.nuntiat.Roma.conſilio 337.& conſil.482. Guido Papæ conſil. 71. de Rota, deciſ.8. de reſtitu. ſpolia. & deciſ. 153. in antiq.

*Per detentionem & titulum ſubſequen.*

Vndecimus modus, quando aliquis detinet rem vt conductor, commodatarius, depoſitarius, & qui miſſus fuit ex decreto in poſſeſsionem, qui non dicuntur poſsidere, ſed detinere.l.non ſolum.§.quod vulgò.ff.de vſucap. l.3.ad fin. ff.de acquir. poſſeſ. ſi tales in aliquo titulo acquirant illam rem, vt quia donatur, vel venditur ſine noua apprehenſione, dicuntur acquirere veram poſſeſsionem, & non ſunt amplius detentatores. §.interdum.Inſt.de rerum diuiſ. l. quædam. ff. de rei vendic. l. ſi rem quæ apud. ff. de euict. l. qui ſaxum. ff. de dona. l.qua ratione. §. interdum. ff. de acquirendo rerum domi.l.ſi ſeruus.eod.titu. l.tertia. §.illud, & l.qui bona.§.primo.ff.de acquirenda poſſeſsio. Bartolus per illum tex.& ibi alij, in l. certi condictio. §. fin.ff.ſi certum petat.gloſſ. & docto, in l. traditionibus. Cod. de pact. Intelligatis tamen tribus concurrentibus, primò quòd ille talis, qui præſtat mihi cauſam & titulum, ſciat me poſſeſſorem. Ita probat text. in l.ſecunda. & ibi gloſſ. Cod. de acquirenda poſſeſsio. gloſſ. in l. quædam mulier. ff. de rei vend.gloſ.in l.hæc res.eod.tit.Aret.dict.l.traditionibus.2.colum.2.Iaſo.dicta l.certi condictio. §.fin.col.2.

Secundò requiritur, quod cauſam habuerint à vero domino, vt probat text.in l.fina.

C.de



C.de acquir. poſſ.ita Barto. per illum text.in l. alienum.C.de furt. Aret. in d. l. traditionibus. colum.1.

Tertiò requiritur quòd ex parte mea adimpleam neceſſaria ad contractum.ita Bal. in l.ſuper longi.colum.pen. C. de præſcrip. longi tempo.text.in §.vendit. Inſtit.de rer. diuiſ. in l. Iulianus. §. offerri. ff.de actio.empt. & de hoc glo.expreſſa.in dict.§.interdum. verbo, tuam. Inſtit.de rerum diuiſ.facit quod diximus ſuprà in 8.modo.

*Per conductionẽ traſfertur poſſeſsio.*

Decimus ſecundus caſus, aliquis rem ſuam propriam quam poſsidet, vel etiam alienam ſi poſsideat conduxit ab alieno aliquo, videtur tranſferre in locatorem poſſeſsionem.l.qui bona.in princip. ff.de acquir. poſſ.l.quædam mulier.ff.de rei vend.l.in rebus. ff.de preca.l.certè. §.1.& l.fin.in prin.eo.tit. notatur in l.quamuis. §.1.ff. de acquir. poſſeſ. & in l. qui nummis. ff. depoſ.in l.ſi in emptione.§. rei ſuæ. ff. de contrahen.empt. Et ratio eſt: quia conductor non poteſt nomine ſuo poſsidere. l. non ſolum. §. quod vulgò.ff.de vſura.Vnde videtur nomine locatoris poſsidere, & ſic tacitè conſtituit ſe poſſeſſorem nomine illius, ex quo poſſeſsio dicitur tranſire arg.l.quod meo.ff.de acquiren. poſſeſ. intelligatur tamen quando iſte conductor ſciret ſe poſsidere, aliàs ſi ignoraret, vt puta, poſsidet per ſeruum, filium, vel Abbas per monachum (ex quorum perſona nobis ignorantibus quæritur poſſeſsio, vt diximus in 2. quæſt. 5.) hoc caſu non transfertur poſſeſsio. Nam quemadmodum in acquirenda poſſeſsione requiritur animus.l.3.in princ. ff. de acq. poſſeſ. ita & in perdenda, ſeu transferenda. l. quemadmodum.eod.tit. Et poſſeſsio non dicitur acquiri vel transferri, quando aliquis errat vel ignorat.l.ſi me in vacuam.ff.de acquirenda poſſeſ.ita docto. declarant in l.ſi rem aliquam. eod.titul.

Intelligitur & ſecũdò quando ſciebat quod erat dominus illius rei, vt quia ſcit alium à quo locat eſſe dominum, tamen ex aliqua cauſa iſte poſsidet, vel ſcit ſe eſſe dominum, vult nihilominus rem ſuam ab illo conducere, his caſibus transfertur in alium poſſeſsio, ſi verò ignoraret quod ſit dominus, non transfert poſſeſsionem in locatorem. Benè verum eſt, quod perdit illam: quia ſola voluntas ſufficit ad perdendum poſſeſsionem. l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poſſ. ad locatorem nihilominus non transferetur. iſte eſt caſus notab.ſecundum magis communẽ intellectum in l. cum à quo.ibi.Bart.Ludouicus Rom.& cæteri.ff.de vſucap. latiſsimè Alexander per tres bonas. columnas in l. ſi rem aliquam. columna tertia, & ſequent. ff. de acquirenda poſſeſsio. Et ſi aliquis diceret, contractus locationis, venditionis, aut alius ſimilis non poteſt fieri in re propria. l. qui rem. C. loca. l.ſi quis rem. ff.de acquirenda poſſeſsio. l. neque. & ibi gloſſ. alleg.concor. ff. de regulis iuris. ſi ergo ex principali, ſcilicet contractu, non transferatur dominium, idem erit dicendum in poſſeſsionis poſſeſsione tanquã acceſſoriè. ca. acceſſorium. de regul.iur.in 6. Reſpond. quòd licet dominium non tranſeat niſi ex contractu valido, ſecus eſt tamen in poſſeſsione: quia ſine cauſa, vel ex cauſa iniuſta benè tranſit. l. 1. §. ſi vir.ff. de acquirenda poſſeſsio. cap.in literis. infrà de reſtit. ſpolia. vbi prædo acquirit poſſeſsionem. Bartolus in l.quod meo. ff. de acquirenda poſſeſsio. Nec poſſ.eſt acceſſorium ad dominiũ, imò nihil habent commune. l. Naturaliter.§. nihil commune. ff. de acquirenda poſſeſsio.& oſtendemus deciſionibus quas ponemus in fine huius quæſtionis. Vel ſic: quamuis contractus locationis rei propriæ non valeat, transfertur tamen poſſeſſ. Ex quo habetis inferre vnum, quod eſt notab. in actu practico, quod ſi locator rei alienæ, contra conductorem, cui dominus vellet intentare actionem, recurrat ad poſſeſſorium, petendo quod vacuet ſibi poſſeſsionem (& tunc non poterit opponere quid dominus) non autem intentet actionem ex locato, petendo pretium, aut aliud quod de natura locationis, quia conductor ſit dominus & contractus non valuit, poterit retorquere quæſtionem dominij, & ita intelligatur text. in l.ſi quis conductionis. C. loca. hoc modo intelligit illum text. gloſſ. & Bartol. in dicta l. cum à quo. ff. de vſuca. Baldus, & Salicetus, in dicta l. ſi quis conductionis. Paul. de Caſt. in l.ſi rem aliquam, in vltimis verbis.ff.de acquirenda poſſeſ.

Decimus tertius modus, quando quis rem ſuam propriam accepit pignori ab alio cum quo contraxit.gloſ.notabilis. in l.1.§.fin.verb.ſi minor.ff.de reb.eo. Iaſ.in l.traditionibus. col.2. C. de pact. & iſte modus infertur ex his quæ diximus in præcedenti modo.

*De inueſtitura.*

Decimus quartus, qui ſequitur ex præcedentibus, quando quis acciperet inueſtituram rei propriæ. Ita Bald. in l.prima.in vltimis verbis.C.de re.permuta.quod notab.pro recognitionibus, quæ fiunt hodiernis temporibus, de quo articulo latè in dict.l.ſi rem aliquam. ff.de acquir. poſſeſ.& ex hoc inferatur vnum generale in omnibus contractibus, in quibus aliquis non habet niſi detentationẽ, ſi faciat titulum ex quo dominium acquiritur, transferatur poſſeſsio.

*Per ingreſſum religionis.*

Decimus quintus, quando aliquis poſsidens multa bona ingreditur religionem, & ſe & bona ſua dedicat religioni, Abbas acquirit poſſeſsionem in omnibus illis rebus, ſine apprehenſione. Item vide alium modum per Barbat. conſilio 61. illud adducam. colum. 4. in 4.volum. & per Chaſſa. in conſuetud.Burgund.in rubric. *des fiefs.* articul. 6. gloſſa reale. Idem in illo, qui ſe dedit in adoptionem. Idem in illo, qui effectus eſt ſub poteſtate alterius. textus eſt, (qui in locis variis ad hoc allegat.) in l.ſi adoptauero. & ibi Bartolus ff. de preca. Idem Bartolus in l. cum hæredes. §. Item quæro. in l.qui vniuerſas. §. aut ſi tibi. ff. de acquirenda poſſeſsio, in authent.ſi qua mulier.columna fina. C. de ſacroſanctis eccleſiis.

Alexand. in l.tertia colum.4. (vbi alios alleg.) ff.de acquirenda poſſeſ. Innoc. in cap. in præſentia.columna ſecunda, de proba. infrà.intelligatur tamen quando dedicata eſſet perſona cum bonis, ſecus ſi ſola bona dedicantur monaſterio, ex illo titulo vniuerſali non transfertur poſſeſsio in eccleſiam: quia titulus vniuerſalis requirit traditionem prout & particularis, gloſ.nota.in l.prima. verb. vniuersè, & ibi Bartolus ff. de vſuc. pro dot. Baldus in l.qui tibi. C.de hære. vel act.vend.in l. qui tibi. C. de his qui à non do.manu. Dominus Dec. conſilio 226.magiſter.columna ſecunda. Nec eccleſia priuilegiatur, vt poſſeſsio tranſeat ex titul. gloſſ in l.fin.verb.in rem. C.de ſac.ſanct.eccleſ. & limitat Aret.in d.c.in præſentia. ad fin.

*In ſocietate.*

Decimus ſextus caſus eſt in contractu ſocietatis, in quo ſolo titulo transfertur poſſeſſio.l.prima. verſicul.in ſocietate. vbi gloſſ.Bartoli, & Baldi. ff. pro ſocio, gloſſ.in l.prima.in princip. verb.vniuerſæ.ff.de vſuc. pro dot. Baldus in l. qui tibi. C. de hæred. vel actio. vend. Alexand.. in l.3.in princip. colum.quarta. ff.de acquirend.poſſeſ.

*Quãdo impeditur apprehẽdere.*

Decimus ſeptimus modus eſt, quando quis impeditur ab aduerſario apprehendere poſſeſsionem ædium illius, lex fingit quod fuerit apprehenſa. l.quamuis. ff. ex quib.cau.in poſſ. ea.cap.1. cap.contingit. infrà de dol. & contumac. Et de hoc diximus aliquid ſuprà, in primo modo.

*Quãdo aduerſarius nõ defendit.*

Decimus octauus, eſt quando quis peteret ſe mitti in poſſeſsionem alicuius rei, & aduerſarius diceret, quòd non vult defendere, ſtatim transfertur poſſeſsio. ita Bart. in l. non ſolum. ff.de noxa.actio, de quo articulo, per Alexand. in l.ſi finita.§. Iulianus.columna quinta, ff.de damno infect.

*Quãdo eccleſiæ donatur.*

Decimus nonus modus, quando res aliqua dedicaretur eccleſiæ, & interueniret aliquod opus factum: vt ſi donaretur prædium & ſuper altari poneretur vna pugnata terræ, dicetur tranſlata poſſeſsio. ita Baldus, in l.ſi nondum. C.de fur. allegat cap. 2. vbi declaratur, ſuprà de conſue.

*Tradendo inſtrumentum.*

Viceſimus caſus, eſt per inciſionem inſtrumenti, vt ſi aliquis vendiderat domum, & tradiderat mihi demum, volo ſibi remittere, & remitto ei inſtrumentum venditionis, ex hoc ſolo ſine apprehenſione aliqua transfertur in illum poſſeſsio.glo.not.quam Bartol. & cæteri omnes ſequuntur, in l.ab emptione.ff.de pact. Bald. in prælud.feud.col. 8.& in c.1.col.2. quid ſit inueſt.

*Subrogatur in poſſeſsionẽ per principem.*

Viceſimus primus, quando à principe vel à Rom.Pont.(qui habent poteſtatem legis condendæ,) fuerit aliquis ſubrogatus in ius & poſſeſsionem alterius. Ita domini de Rota, deciſione 64. ſubrogatus in nouis, & ad hoc faciunt quæ dicemus, in quæſtione de ſtatuto diſponente quod poſſeſsio continuetur ſine apprehenſione.

*Ex ſtatuto vel conſuetudine.*

Viceſimus ſecundus & vltimus, quando ita diſponeretur per ſtatutum in Regno Franciæ, vbi habetur, quòd mortuus ſayſit viuum, ſine apprehenſione, & probatur. in cap.2.ſuprà de conſuet. ſed quia ſtatutum, vt dixi, in Regno Franciæ illud diſponit, & materia eſt practicabilis. de hoc plenè examinabimus, infra formando vnam quæſtionem, ibi reſeruo dicendum iſtos omnes caſus ſupradictos. Noteur quoniam poſſeſsio non acquiritur niſi in caſibus ſupradictis. Et quamuis dominium in multis caſibus acquiratur, ſine traditione, nunquam tamen poſſeſsio acquiritur ſine apprehenſione vera vel ficta. videmus enim quòd ex ſolo titulo, in eccleſiam transfertur dominium. l.fina.C. de ſac. ſanct. eccleſ. non tamen poſſeſsio, vt dicit ibi gloſ.verbo in rem.ſimiliter ex ſententia transfertur ius, nõ tamen poſſeſsio, etiam ſi fuerit aſsignata per ſententiam, cap. cum aliquibus, & ibi traditur de re iudic. ſimiliter licet ex confiſcatione tranſeat dominium in fiſcum, non tamen poſſeſsio ſine apprehenſione.gloſ.in l.cum duobus. §. idem reſpondit. ff. pro ſoc.ſimiliter licet ſoluto matrimonio dominium dotis tranſeat in mulierem, non tamen poſſeſsio. l. dotis. C. de iure dot. Similiter licet ex collatione beneficij acquiratur ius, cap. ſi tibi abſenti. de præb. in 6. cap. ex ore.infrà, de iis quæ fiunt à maio. part. cap. non tamen poſſeſsio, etiam per inueſtituram, vel traditionem breuiarij. gloſ.in cap.auctoritatem.infrà, de Inſtitut.diximus, ſuprà in 1. modo.ſimiliter licet per aditionẽ hæred.acquiratur dominium, non tamen poſſeſsio. l. cum hæredes. in princip. ff.de acquirend. poſſeſsio. Similiter licet per reſtitutionem fideicommiſsi tranſeant iura.l.reſtituta.in princip. ff. ad Trebellia.ſecus de poſſ.l.1.§.de illo.eo.tit. Similiter quamuis in legatarium recta via tranſeat dominium. l.à Titio. ff. de fur.ſecus in poſſeſsionem.gloſſ. in dicta l. cum duobus. §. Idem reſpondit. ff. pro ſocio. Similiter quamuis notarij conſueuerint in inſtrumentis ponere iſta verba tradidit, ceſsit, remiſit, ſe deueſtiuit, & inueſtiuit per traditionem calami, non transfertur poſſeſsio. l. prædia. vbi Bartolus, & omnes ſequuntur. ff. de acquirenda poſſeſsio. Et ideo teneatur menti quando quis ſe dixit poſſeſſorem, qualiter probet poſſeſsionem acquiſitam.

*In rebus incorporalibus qualiter poſſeſsio acquiratur.*

Quintò quæritur, poſtquam plenè declarauimus qualiter poſſeſsio acquiratur in rebus corporalibus, videndum eſt qualiter quaſi poſſeſsio acquiratur, in iuribus ſeu rebus incorporalibus: quia propriè loquendo incorporalia non poſsidentur, ſed quaſi poſsidentur. l. ſeruus, §.incorporales, ff. de acquirend.rer.domi. gl.in l.3.in princip. ff. de acquirenda poſſeſsio. & de hoc articulo tradidit Innoc. in cap. bonæ 2.colum.1.ſuprà de poſtul. prælat. in cap.2. de in integ.reſtit.& vbique Abbas, idem Inno. in cap.in literis.titul. proximo.in cap.dilectus. infrà de cap.monach.in cap.conſultationibus. infrà de iur. patro. Abb. in dicto cap.in literis. colum.5.in c.cum in eccleſia. infrà hoc tit.col. 6.& in c.vigilanti.colum. pen. infrà de præſcri. Bart.



Bart.in l.1.§.hoc autem interdicto. ff. de itinere, actuque priua.in l.2.vbi Bal.col.3.& ſequentibus latiſsime.C.de ſeruit.& aqua. Petrus de Ancha.in cap.ſine poſſeſsione. col. 10. de reg. iur.in 6.Ioan. Fabr. & ibi alij poſt eum, in §. æquè.inſt.de actio. Et circa hoc dicatur reſolutorie tria eſſe requiſita, vt quaſi poſſeſsio alicuius iuris incorporalis acquiratur.

Primò requiritur, quòd interueniat exercitium alicuius actus. vt puta, quòd illud ius (in quo volo quaſi poſſeſsionem acquirere) ſemel exercuerim vel pluries, prout id diceretur. quia ex ſolo titulo non quæritur quaſi poſſeſsio.l.ratio. §.ſi iter. ff.de actio.emp.l.3. §. dare. ff.de vſufruct. prout in corporalibus videmus, quod ex ſolo tit.non quæritur poſſeſſio, ſine apprehenſione prout in fine præcedentis quæſtionis diximus: & ideo ſi aliquis conſtitueret mihi ſeruitutem in ſuo fundo, niſi faciam aliquos actus ſeruitutis, non ſum in quaſi poſſeſsione. Et ſi Rex daret alicui merum & mixtum imperium in ſuo caſtro, niſi exercuerit aliquos actus, non diceretur in quaſi poſſeſsione.

*Iure ſeruitutis actus debet exerceri.*

Secundò requiritur, quòd illi actus exerceantur iure ſeruitutis, aut alio iure quod volo quærere. & non ſufficeret tranſire per fundum vicini niſi faciam cum intentione acquirendi ſeruitutem. Nec ſufficeret ſemel cognouiſſe de cauſa, & exercuiſſe iuriſditionem, & ſi fieret cum intentione acquirendi iuriſditionem l.quotiens.& l. fin. ff.de ſeruit.tit. generali. l.fin. vbi bonus text. ff. quemadmod.ſeruit. amit.l.fin. ff.de itinere, actuque priua.l.1.§.Iulianus recte. eo. titul.l.1.§. ſufficit eum. §.illud quæritur.§.Ariſto.ff.de aqua quotid. & æſtiua. Quomodo autem quis dicatur exercere actus iure ſuo, declarabimus ſtatim, & ſi non ſufficeret pluries iuiſſe per fundum vicini, vt diceretur eſſe in quaſi poſſeſsione eundi, niſi faciam iure ſeruitutis, cum quandoque quadam facultate iſtud permittatur. l. vt primum. ff. de ſeruit.l.1.ff. de ſeruit. vrb. prædio.l.per agrum. C.de ſeruit.& iſtud ideò requiritur, quia, (vt in re corporali diximus) poſſeſsio nõ queritur ſola apprehenſione, ſed debet concurrere animus. l.3.in principio.ff.de acq.poſſeſ. l.quemadmodum eo. tit. ita in incorporalibus ſolum exercitium non ſufficit, requiritur animus, & ſic quòd iure ſuo exercuerit tales actus.

*Scientia & patientia requiritur.*

Tertiò requiritur ſcientia & patientia illius contra quem volo acquirere illud incorporale. Nam in iſtis incorporalibus patientia habet vim traditionis.l.quotiens. §.1. ff.de ſeruit. l.ſi ego.§.1.ff.de publ.in rem actio.l.3.§.dare. ff. vſufruct.l.1.in fin.ff.de ſeruit.ruſt.præd.Bart. in l.quod iure. ad fi. principij, & l. naturaliter. in princip.ff. de acq. poſſeſſ. in l. præſcriptione.ſi contra ius, vel vtil.publ. C. in l.1.§.hoc autem interdictum.ff. de itiner. actuque pri.in l. 1. ad fin.C. de ſeruit. & aqua. In quibus locis dicit mente tenendũ in actu practico, vt ſemper deducatur ſcientia & patientia aduerſarij. Et de hoc habetur in locis ſuprà in principio huius queſtionis alleg. Et ſi quis diceret, quare, in querenda poſſeſsione rei corporalis non requiritur ſcientia aduerſarij.l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas.ff.de acquir.poſſeſ.& in ea ſufficit apprehenſio, & animus.l.3.in princip.eo.tit. tamen in iſtis incorporalibus non ſufficit apprehenſio quæ fit per exercitium actiuũ, nec animus quando intendit ſuo iuri, ſed requiritur patientia aduerſarij. Reſpon.hoc ideo eſſe quia corporalia habent rem ſuper quam cadit poſſeſsio, quæ poteſt apprehendi corporaliter tangendo ipſam, ſi ſit mobilis, vel ingrediendo ſi ſit immobilis. Incorporalia vero non ſunt adhuc in rerum natura, vt quando acquiro quaſi poſſeſsionem ſeruitutis, eundi per fundum vicini, illa ſeruitus non eſt, non quidem penes dominum, cum res propria nemini ſeruiat, l. vti frui.in princip.ff.ſi vſusfruct.pet.l.cum fundo.& ibi gloſ. ff. de iure. dot. nec etiam penes me cum incipiam modo acquirere. & iſtud ius incorporale, ad hoc vt poſsit communicari, requirit ſcientiam, & patientiam aduerſarij, quæ habet vim traditionis. l.quotiens.ff.de ſeruit.& quia ad cauſandũ iſtud ius debet ſcientia, & patientia alterius interuenire, quaſi poſſeſsio, vt reperiat aliquis ſuper quo ſe fundet, requirit illam ſcientiam & patientiam. & iſta ratio elicitur, licet non ita aperte in locis ſupra allegatis.

*Quomodo cognoſcatur quod iure ſeruitutis.*

Circa præmiſſa quæreret aliquis, quia in quærenda quaſi poſſeſsione requiritur quod intendat iure ſuo ſeruitutis exercere actum, quomodo conſtabit, illud quod iure ſuo exerceat, maximè ſi non appareat expreſsè quod ita ſe declarauerit, ſed tantummodo apparet exercitium actiuum? Reſpon.quia facto declaratur voluntas.l.reprehendenda. C. de inſt. & ſubſti.l.Procula.ff.de probat. §. ſeruus. Inſt. de rer.diuiſ.& debemus attendere qualitatem factorum.l.plenum.§.equitij.ff.de vſu. & habit.l. cum pater.§.pater pluribus.ff.de leg.2.

*Tres ſunt actus qualitates.*

Sunt conſiderandæ tres qualitates actuum. quidam ſunt actus qui non ſolent concedi, niſi his qui habent ius, vt in capitulo, in electione epiſcopi & dare vocem. cap. querelam, ſuprà de elect.cap.dilecto.infrà de præb.vt preſentare clericum ad eccleſiam vacantem. cap. conſultationibus. infrà de iure patro. Iſtis caſibus & ſimilibus, qui raro, vel nũquam ſolent concedi, ſufficit exercitium vnius actus, & dicitur probatum quòd iure ſuo exercuerit. cap. cum eccleſia. & ibi. gloſſ. verb. trium epiſcoporum. infrà hoc titul.in l.1. §. quæſitum.ff.de aqua quot.& æſt.c. cum de beneficio.de præb. in 6.ita.Innoc.Abb.& cæteri in d.cap.bonæ. 2. ſuprà de poſtul. præla.in ca.2.de in integ. reſt. in cap.in literis.de reſt.ſpolia.Barto.in d.l. 1. §. hoc interdicto. ff.de iti. actúque. pri. Quidam autem ſunt actus qui quandoque permittuntur ex quadam facultate, & quandoque non, vt, ire per fundum vicini, fortè propter inundationem aquarum exiſtentium in itinere publico.l.ſi locus.§.1.ff. quemadmo. ſerui amit. l. vt pomum.ff.de ſerui.l.per agrum.C.de ſeruit.

& aqua. Et iſto caſu non ſufficeret exercitium vnius actus, ſed requiruntur plures, d. l. vt primum. l. diuus. ff. de ſeruit. ruſti. prædio. Bart. in d. l. 1. §. hoc interdicto. in l. ſicuti. §. ſed ſi quæritur. ff. ſi ſerui. vend. Innoc. & Abb. in locis præallegat.

Quidam verò ſunt actus, qui ſemper admittuntur ex quadam gratia, vel facultate. Vt, ire ad cœnam cum vicino ſuo, deambulare cauſa ſolatij in horto vicini. Ire ad molendinum vel furnum alterius, & ſimilibus caſibus exercitium etiam mille actuum, non ſufficeret vt probetur, quòd fuerit vſus iure ſuo, præſumitur ſemper iure familiaritatis. l. qui iure familiaritatis. ff. de acq. poſſeſſ. Abb. in cap. cum eccleſia. col. 5. infrà hoc tit. in cap. ſignificante. col. 2. de appella. in cap. Abbate. infrà de verb. ſigni. Iaſ. in repet. l. quominus. col. 6. ff. de flumi. Et ſi fortè diceretur, quando poſsit quæri quaſi poſſeſsio, in iſtis iuribus quæ ex gratia conceduntur, attento quod exercitium actuum per mille annos non ſufficeret, dicatis, ſtatim quod fuit facta prohibitio, & pars aquieuit, ex exercitio vnius actus, poſtea facti, acquiritur quaſi poſſeſsio. Vt, ſi quis prohibuit vicino ne veniret ad hortum, & poſt prohibitionem ſemel iuit, dicatur acquiſiuiſſe quaſi poſſeſsionem. vel, ſi prohibuit ruſtico, ne haberet accedere ad aliud molẽdinum quàm meum, poſtea ſemel venit, acquiſiui quaſi poſſeſsionem contra eum. l. hæc autem iura. l. qui luminibus. ff. de ſeruit. vrba. prædio. Iaſ. vbi latiſsimè in d. l. quominus. col. 6. iſta quæ diximus quandoque vnum actum ſufficere, quandoque plures requiri, quandoque mille non ſufficere, habent locum quando non apparet de voluntate exercendi actum quod voluerit facere iure ſuo, & volumus elicere ſuam voluntatem ex actibus. Sed quando expreſsè ſe declaraſſet, & de hoc conſtaret, qualeſcumque fuerint actus, etiam qui conceduntur ex gratia, vnus ſolus ſufficeret ad acquirendã quaſi poſſeſsionem vt eſt de mente omnium in locis ſuprà alleg. Et in iſta reſolutione fuerunt Alexand. conſil. 142. conſideratis. col. 1. in prima parte Ludo. Rom. conſil. 311. in caſu præpoſito. col. fin. Feder. de Senis. conſil. 234. ſuprà primo puncto. col. 2. Abb. Sicul. conſi. 54. Soci. conſil. 258. in cauſa vicarij. col. 1. & Dominus Philip. Dec. conſil. 216. Et ex his infertur, quòd ſi aliquis ſemel præſentauit clericum in eccleſia vacante dicitur eſſe in quaſi poſſeſsione, vt ſine alio titulo, ſine alia præſentatione debeat in futurum pręſentare. d. cap. conſultationibus infrà de iure. patro. cap. ex literis. & ibi Abb. in 2. not. eo. tit. Federicus, Abb. & Socin. conſi. proximè allegato. Imò plus voluit Federic. circa fin. dict. conſil. quod ſi aliquis alius præſentauerit pluries ante me, & vltimo loco tantum ſemel pręſentaui, acquiſiui quaſi poſſeſsionem & efficior poſſeſſor. non ipſe quantum ad hoc vt debeam præferri in præſentatione occurrente, de quo Fel. in cap. cum acceſsiſſent col. pen. verſic. 4. caſus. ſuprà de conſtitut. latiſsime Rochus Curt. in tract. iuris patro. ſuprà verbo competens alicui in 15. & 16. quæſtionibus.

*Vnus actus non operatur quo ad alios.*

Quia ſuprà diximus qualiter exercitio vnius actus, quæratur quaſi poſſeſsio iuris, fortè aliquis vellet ſcire, vtrum illa quaſi poſſeſsio operetur quãtum ad omnes actus. vt putà, aliquis fuit in poſſeſsione cognoſcẽdi de cauſa ciuili, an ex hoc diceretur eſſe in quaſi poſſeſsione cognoſcendi etiam in criminalibus. Reſpon. breuiter, quod illa quaſi poſſeſsio non operabitur niſi quantum ad alios actus ſimiles illi, quem exercuit. Ita Bart. per illum tex. in l. 1. §. ſi quis interdicto. ff. de itin. actúque priu. probat tex. & ibi traditur per omnes in cap. fin. ſuprà de offi. archid. in cap. auditis in cap. cum olim, & ibi Abb. in vltimo nota. infrà de præſcrip. ca. cum in tua. vbi Abb. in 2. notab. infrà de deci. ca. dilectus. vbi Abb. de capell. mona. Felin. latè in d. cap. auditis colum. 5. ex quo ſumitur illud commune tantum præſcriptum, quãtum poſſeſſum. Iſtud quatuor modis limitatur.

Primò quando aliquis haberet titulum, vt quia fuit datum caſtrum, cum iuriſditione nobili, ſi exerceat vnum actum, acquiſiuit quaſi poſſeſsionem in omnibus etiam diuerſæ ſpeciei. cap. 1. ſecundum intellectum vnum, vbi Abb. poſt Innocen. de religio. domibus, bonus tex. & ibi ita notat Bart. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vſufruct. Socin. conſil. 158. abunde. colum. pen. Bertach. in tracta de gabellis. in 3. q. primæ partis.

Secundò quando nemo alius poſsidebat, ex vno actu acquiritur quaſi poſſeſsio, in omnibus etiam diuerſarum ſpecierum. d. cap. penul. ſecundum alium intellectum. infrà de relig. dom. de quo latè Rochus Curtius, in tractatu iuris patro. ſuprà verbo competens alicui. in 15. quæſtione. vbi infert, quod ſi ius patronatus non poſsidebatur ab aliquo, & ego exercui vnum actum, vt quia tanquam patronus, poſt fui in poſſeſsione, acquiſiui quaſi poſſeſsionem iuris patronatus, in omnibus actibus.

Tertiò quando volente & patiente vero poſſeſſore, quòd acquiritur quaſi poſſeſsio illius iuris ex vno actu, efficior quaſi poſſeſſor omnium. l. ſi ſtillicidij. §. fin. ff. ſi ſeruit. vend. Bart. in l. 3. ad fin. vbi cæteri. ff. de acq. poſſeſſ. dico notanter Domino volente quòd acquiram quaſi poſſeſsionem iuris, quia ſuprà diximus quod etiam in vna ſpecie, non poſſem acquirere ſine ſcientia & patientia domini, & illa etiam ſimplex. Iſta intelligitur quando eſt contentus quod acquiram totum illud ius. Et ad hoc bene facit quod latè diximus in præcedenti quando aliquis eſt in poſſeſsione & accedit voluntas domini, dicitur plenam poſſeſsionem ſine alia noua apprehenſione acquirere. §. interdum. inſt. de re diuiſ. l. qua ratione. §. interdum. ff. de acq. rer. dom.

*De vna perſona in aliam, an fiat extenſio.*

Quartò benè fit extenſio de vna perſona ad aliam. vt ſi aliquis percipit pedagium à certis mercatoribus, eſt in quaſi poſſeſsione percipiendi etiam contra mercatores, qui de nouo veniant. Ita Bald. per illum tex. in l. ſi quis diuturno.

turno.



turno. §. fin. ff. ſi ſerui. vend. Et de his quatuor declarationibus per Iaſ. videatis in l. 3. §. fin. col. fin. ff. de acquir. poſſeſ. Et ex his habetis comprobare deciſionem Rapha. Cuma. in conſil. 158. viſis inſtrumentis, col. fin. de qua dominus Dec. in conſil. 215. in cauſa vertente. col. penul. Quòd ſi aliquæ cõmunitates particulares iuerunt ad capiendum ligna in quodam nemore, licet acquiſiuerint quaſi poſſeſsionem percipiendi, alij qui non iuerint, nec pariter ipſa communitas, dicitur in quaſi poſſeſsione, ſi non appareat quod iſti qui cœperunt fecerint & nomine ſuo, & aliorum, & nomine communitatis, & ſecuta fuerit ratificatio, per ea quæ diximus plenè ſuprà in 2. quæſtione ad fi.

Circa præmiſſa aduertatis, quod in acquirenda quaſi poſſeſsione iurium, ſi concurrant tria, de quibus diximus, non requiritur bona fides. ita Abb. poſt Innoc. in cap. in literis. col. 5. infrà de reſt. ſpoliat. in cap. cum eccleſia. col. 5. infrà hoc tit. in cap. bonæ. 2. ſuprà de poſtu. præla. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. col. penul. ff. de itin. actúq; priu. Bal. in l. 2. col. 3. C. de ſeruit. & aqua. quia ſine cauſa, vel ex cauſa iniuſta acquiritur poſſeſsio. l. 3. §. ex contrario. l. rem quæ nobis. ff. de acq. poſſeſſ. l. 1. §. quæſitum. ff. de aqua quot. & æſti. & d. cap. in literis. Et ſi fortè iuuenis diceret, vtrum habeamus poſſeſsionem naturalem & ciuilem in iuribus prout ſuprà diximus, in rebus corporalibus? dicatis, quod ſic. vt per Bart. vbi declarat, & poſt eum alij, in l. 1. *in* principio in 5. colum. ff. de acqui. poſſeſſ. Et quemadmodum ſuprà diximus, poſſeſsionem in rebus corporalibus poſſe acquiri ex actibus fictis vt per conſtitutum, precarium, conductionem & ſimiles: ita etiam in iuribus. l. ſi precario. ff. commun. prædio. Bart. vbi omnes, in l. quod meo, in principio. ff. de acq. poſſeſſ. Erit tamen aduertendum quod ille per quem acquiro ex actu ficto poſsideat. Nam ſi aliquis venderet mihi ſeruiturẽ in ſuo prędio, & conſtitueret illam nomine meo poſſidere, quia ipſe non habebat ſeruitutem, cum res ſua nemini ſeruiat. l. vtifrui in principio. ff. ſi vſusfruct. peta. l. in re communi. ff. de ſeruit. vrba. prædio. & ſi non erat poſſeſſor nõ transfertur in me. Vel ſi aliquis ruſticus recognouit ſe eſſe ſubditum meum & iuſtitiabilem in omni ſpecie iuriſdictionis, conſtituendo nomine meo poſsidere, (cum non habeat iuriſditionẽ in ſe ipſum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil.) non transfert in me. Et ſi ad hoc iuuenis diceret, ſi ergo iſte non habebat ſeruitutem, & ego volo acquirere, & nondum habeo illam, quomodo eſt poſsibile quod ego acquiram quaſi poſſeſsionem, attento quòd nulla eſt ſeruitus adhuc in natura poſſeſsionis, ſeu quaſi, ſed pręſupponit rẽm quam volo apprehẽdere. vt notatur in l. prima. in principio. ff. de acq. poſſeſſ. Reſpond. quòd in iuribus incorporalibus licet adhuc non ſint formata, quia tamen per actus quos exerceo, volo acquirere illa iura incorporalia, quaſi poſſeſsio ab initio conſiſtat ſine re, quantum ad actum, non tamen quantum ad potentiam, vel habitum. Ita ſentit Innoc. & ibi omnes in cap. 1. ad fin. eod. tit. Soci. in l. Naturaliter. circa. fin. principij, & in l. quod meo. ff. de acq. poſſeſſ. Bart. multum benè declarat in l. idem eſt. §. vnde vbi. ff. de vi & vi arma.

*De detentatione multa hîc.*

Sextò quæritur, quid dicatur detentatio. breuiter reſoluendo materiam videbimus ſex, & in vnoquoque vnum verbum.

Primò quid ſit detentatio. 2. qui ſint detentatores. 3. vtrum in dubio quis præſumatur detentator, vel poſſeſſor. 4. quando detentator poſsit fieri poſſeſſor. 5. ſi teſtis facit mentionem qualiter quis tenet rem, an dicatur probata ſolum detentatio. Sextò, ſi detentator cadat à poſſeſsione, an ſibi ſuccurratur contra tertium.

Circa primum detentatio dicitur eſſe ius inſiſtendi in re, cauſa cuſtodiæ, vel nomine alterius. l. cum legati. ff. ex quibus cau. in poſſeſſ. eat. l. is cui, in princip. ff. vt in poſſ. legat. l. 1. §. quæſitum. ff. quorum legato. l. 3. §. fin. ff. de acq. poſſ. Et ſic altero de duobus modis cognoſcimus detentationem, & quando aliquis eſt cuſtos, ſicut depoſitarius, ſequeſter, & ille qui mittitur in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ, vel nomine ventris vel aliàs ex primo decreto. Aut quando nomine alterius poſsidet, vt commodatarius, colonus, inquilinus, procurator, filius, ſeruus, monachus & ſimiles. Iſta ſunt de mente Bart. in l. 1. in princ. 5. col. & *in fin. verbi.* & ibi Angel. & Alex. ff. de acq. poſſeſſ. Card. Zab. in c. olim. in princ. col. 3. de reſtit. ſpolia. vide text. in l. ab hoſtibus. in fin. ff. ex quibus cauſis maior. Alcia. in l. habere. de verb. ſignifi. & quæ dixi in tract. no. q. 9. nu. 10.

Circa ſecundum dicatis iſtos eſſe detentatores, vt puta colonus. l. non ſolum. §. quod vulgò. ff. de vſuc. l. officium. ff. de rei vendic. §. poſsidere. verſi. per eos. inſt. de interd. Et in l. qui pignoris. ff. de acq. poſſ. probat tex. & ibi traditur in l. ſi quis autẽ. d. tit. commodatarius dicitur etiam eſſe detentator, d. l. officium l. reo. ff. commod. §. poſsidere. inſt. de interd. ſimiliter depoſitarius. d. l. officium. & d. §. poſsidere. & l. 3. ff. depoſ. Similiter omnis ille qui mittitur in poſſeſsionem ex primo decreto. l. 3. §. fi. ff. de acq. poſſ. d. l. officium, cap. quoniam. §. alij autem. ſuprà vt lit. non conteſta. ſimiliter ſequeſter, quando non fuit actum, quod transiret poſſeſsio, vel partes non habent animum perdere poſſeſsionem l. intereſt. & ibi Bart. ff. de acq. poſſeſſ. l. licet. ff. depoſ. De quo latè per omnes in cap. examinata, poſt glo. ſuprà de iudici. Similiter quando aliquis datus eſt cuſtos, vt ſunt iſti capitanei qui habent cuſtodiam caſtrorum. d. l. cum legati. ff. ex qui cau. in poſs. ea. l. 2. §. 1. ff. de vſuca. pro hæred. d. l. 3. §. fin. ff. de acq. poſſeſſ. Similiter qui iure familiaritatis inhabitat in domo, vel in re. l. qui iure. ff. de acq. poſſeſſ. Similiter qui nomine alterius tenet, vt quando appoſuit conſtitutum, vel aliàs dicit quod nomine alieno ipſe poſsidet, talis nullam habet poſſeſsionem, ſed nudam detentationem. l. quod meo. ff. de acq. poſſ.

Circa

Circa tertium dicatis in dubio, ſi non appareat aliquem eſſe vel detentatorem, vel poſſeſſorem præſumitur potius poſſeſſor, & nomine ſuo poſsidere quàm detentator; & nomine alieno.ita Bal. in l.2. col. 4. verſic. nono quæritur. C.de ſeruit.& aqua.& facit quod ſolet dici, quod actus indifferens, qui poteſt fieri nomine proprio, & nomine alieno, in dubio præſumitur proprio nomine.l.2.§.1. ff. iudica. ſol. l. poſt mortem. ff. quando.ex fact. tut.l. & magis.ff.de ſolut. Bart. latè, in l.1.§. nuntiatio. col.2. ad fi.ff.de no.operis nuntiat.

Circa quartum altero de tribus modis detentator poteſt fieri poſſeſſor. Primò ſi derelinquat poſſeſsionem vacuam, & poſtea veniat, & dicat quod vult apprehendere poſſeſsionem nomine proprio.l.quæ bona.§. 1. ff. de acq.poſſeſſ.

Secundò quando denegat vero poſſeſſori vel inficiatur poſſeſſorem.vt quia vero poſſeſſore veniente, non vult ipſum admittere, & dicit velle poſsidere nomine proprio. l.3. §.ſi rem. l. rem quæ nobis.& ibi Bart. & alij.ff. de acq.poſſ.

Tertiò, quando ſuperuenit noua cauſa, ita quòd forte emit à proprio domino, vel aliàs cauſam nouam habuit, poteſt mutare detentationem in poſſeſsionem, ſine noua apprehenſione, dummodo conſtet de animo ſuo. l. non ſolum.§.quod vulgò.ff. de vſuca. Aliàs autem quamuis detinuiſſet per quatuor aut ſex annos, etiam ſi habuiſſet animum poſsidendi nomine proprio, nunquam diceretur poſſeſſor, & per conſequens non poſſet præſcribere. l.2.C.de præſcrip.30.vel 40.anno.Et ideo dicit Specul.in tit.de emptio.& vendit. quod ſi aliquis procurator meus, nomine meo aliquam rem emerit, & poſſeſsionem apprehenſus fuerit, quod ſtatim tranſit in me poſſeſsio. l. 1. §. per procur.ff.de acquir.poſſeſ.& diximus ſuprà in ſexta quæſt, ipſe autem eſt tantummodo detentator.Et poſito quod nunquam probem me aliàs fuiſſe poſſeſſorem, dato quòd tenuerit per ſexaginta annos & vltra, nunquam potuit præſcribere.Ita decidit Specu.in d.titul. de empt.& vend.aliàs poſſeſsio triginta vel 40. annorum ſimul & tit. ſufficerent ad præſcribendum.l.pen.& fin. Cod. de præſcrip.30. vel 40.anno.

Circa quintum dicatis, quod teſtis deponens quòd vidit tenere Titium domum, dato quod non deponat, aliàs de aliquibus actibus ex quibus eliciatur poſſeſsio, ſufficienter probat ipſum poſſeſſorem. ita Bart. poſt glo. not.in l.ſtipulatio iſta,§.hæc quoque.ff. de acq. poſſeſ.(vbi ceteri.)ff. de verb.oblig.Et aſsignat rationem, quia teſtis de poſſeſsione deponens, non poteſt ſenſu corporeo apprehendere actũ poſſeſſoriũ, & debet teſtis deponere ex iis quæ percipiuntur ſenſu corporeo.l. teſtium. C. de teſtib. Tendit Bal.poſt Bart.in l. ſolent.d.tit.& d.glo.§.hæc quoque poſt Bart.commendatur. & ſequitur Alex.conſil.51.viſo & diſcuſſo. col. fin.& conſi.133.viſo proceſſu.col.pen.in 1.parte. Dominus Philippus Deci.conſil. 215. in cauſa vertente.circa fin.

Circa ſextum dicatis, quòd licet detentator non habeat actionem ad repetendum rem quam tenebat, datur ſibi tamen officium iudicis quando cum viro perdidit poſſeſsionem, vt quia per vim fuit ſibi ablata vel fuit furata. de quo eſt glo.not.& ibi Bar.in l.& ideo.§.fin. ff.de condit.furtiua.in l.fin.§.ſed cum in ſecundum.& ibi Bart.C.de furt. glo. in l. Aquilius. ff.de donat.Bart.in l.rem quæ nobis.col.2.ff.de acq.poſſ.de quo latius dicemus in prin.octauę quæſtionis.

*Poſſeſsio qualiter perdatur.*

Septimò quæritur, qualiter perdatur poſſeſsio. faciatis duo membra. Primum erit in rebus mobilibus, ſecundum in immobilibus & iuribus.

Quantum ad primum ſtatum quod res mobilis deſinit eſſe in cuſtodia noſtra, etiam ſi haberemus animum retinẽdi poſſeſsionem, perditur poſſeſsio. vt ſi eundo per ciuitatem cadat annulus à manu, perditur poſſeſsio.l. 3. §.Nerua filius.l.rem mobilem. ff. de acq.poſſ. Et ratio eſt quia rei mobilis poſſeſsio eſt abiecta. l.ſi rem mobilem.ff. de acquir. poſſeſ. Et quamuis poſſeſsio rei mobilis diuidatur in naturalem & ciuilem, tamen ſolo animo ciuilis non retinetur. Naturalis dicitur quandiu teneo rem, vel illam video, aut ſum propè ad faciliter apprehendendum. Ciuilis autem conſiſtit in cuſtodia. Et ideo ſcholaris qui eſt in ſtudio, quia habet clauem ſuæ cameræ in qua ſunt libri, & ſic cuſtodiam illorum, dicitur habere ciuilem poſſeſsionem, non autem naturalem. Niſi quando tenet libros, vel eſt in camera, & illos videt, aut eſt iuxta cameram, ſtatim poteſt illos apprehendere. Ita declarant omnes in d.§.Nerua filius.

*De re immobili poſſeſsio perditur.*

Quantum ad ſecundum de re immobili faciatis duos caſus.primus quando per nos ipſos poſsidemus, ſecundus quando per alium vt ſeruum, filium, monachum, colonum, depoſitarium, commodatarium & ſimiles, in primo caſu poſſeſsio corporalis perditur, ſtatim quod alius apprehendit rem cum animo poſſidendi etiam me abſente vel ignorante.l. clam poſsidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquir. poſſ. Quia ille qui apprehendit cum animo poſsidendi acquirit poſſeſsionem corporalem tantum. Duo enim non poſſunt ſimul poſsidere. l.3.§.ex contrario. d. titul. ſequitur ergo quod perdo corporalem. Ciuilis autẽ perditur multis modis.

Primò quando habeo animum amplius non poſsidendi.l.quemadmodum.l.ſi de vi. §. 1.ff.de acq.poſſ.

Secundò quando aliquis ingreditur rem quam poſsidebam, etiam me ignorante, & eſt fortis, & potens, habens ſeruos ſecum.ita quòd ſi venirem non poſſem illum expellere, perdo ciuilem.text. not. in l. quod meo. §. fin. ff. de acq.poſſ.

Tertiò quando aliquis me expellit à re quã poſsideo.

Quartò



Quartò quando quis erat in re per me poſſeſſa, & cùm volui illam accedere, non me permiſit.

Quintò, quando aliquis erat in re per me poſſeſſa, & fuit informatus de hoc, tamen ſuſpicor quod non poſſem illum expellere, & non audeo accedere, & de hoc conſtat in altero de his tribus, perdo ciuilem poſſeſsionem. d.l.clam poſsidere.& l.qui ad nundinas.

Sextò quando res per me poſſeſſa fuit trãſmutata in aliam formam.vt quia erat ſuperficies. aliquis apprehenſus eſt corporaliter & ædificauit domum.l.quæ vniuerſas. §. 1. ff. de acq.poſſ.

Septimò propter negligentiam vel obliuionem.Vt ſi aliquis ſtetit per decem annos, non ingrediendo in re per ipſum poſſeſſa, & alius apprehenſus eſt poſſeſsionem corporalem, vel nunc apprehendit, acquirit etiam ciuilem.glo. eſt not.in l.1.in glo.Mag. ad fin. & ibi per omnes.C.de ſeruis fugit.

Circa ſecundum quando per alium poſsidemus, faciatis multos caſus.

Primò erit quando ille fuit deiectus à poſſeſsione, & tunc perdimus vtramque & corporalem & ciuilem.l. peregre §. quibus. ff. de acq.poſſ.

Secundus caſus quãdo ille mortuus eſt, vel effectus furioſus, vel aliàs cadit à poſſeſsione. Sed per fraudem perdimus corporalem, & nõ ciuilem.l.ſi id quod.§.1.l.ſi de eo.§.1. & vbique per Doct.ff.de acq.poſſ.

Tertius caſus eſt, quando ille ex cuius perſona poſsidemus, deſierit poſſeſsionem cum intentione vt alius ingrediatur, & priuemur poſſeſsione.vel tradit poſſeſsionem alteri cum intentione nos fraudandi. in iſtis duobus perdimus tantummodo naturalem. l. fin. C. de acq.poſſ.

Quartus caſus quando illi tales nobis denegant, vel inficiantur poſſeſsionem, & ſic interuertunt. l.3.§.ſi rem.l.rem quæ nobis.ff.de acquir. poſſ. Vbi habetur quod priuant nos poſſeſsione & ſibi acquirunt.Idem probat tex. in l.non abs re.C. vnde vi.in l.ſi conductionis. C.loca, Vbi datur nobis remedium reſtitutorium.& in l.cum fundum & l.ſi colonus.ff. de vi & vi arma.

Quintus caſus quando tales non animo nos fraudendi, ex aliqua cauſa tradunt poſſeſsionẽ alteri, perdimus illam.l.ſi colonus .& ibi traditur.ff.de acq.poſſ.per Alex.in d.l.peregrè, §.quibus.

Octauò quæritur quæ remedia nobis competant pro poſſeſsione adipiſcẽda, retinenda, vel recuperanda. & de hoc notabili volui hìc dicere pro declaratione eorũ quæ habebimus in toto titulo. Vbi fit mentio quando poſſeſſor de per ſe intentatur, vel poſſeſſorium cum petitorio. Et quia etiam quotidie in practica poſſeſſoria intentatur, & pauci aduertunt ad diuerſitatẽ remediorum.pariter eſt vtile, quia quamuis diximus ſuprà poſſeſsionem poſſe acquiri etiam ſine cauſa, vel ex cauſa iniuſta, cap.in literis.d.titul.proximo. l.rem mobilem. l.3.§.ex contrario.ff.de acq. poſſeſ. Tamen eſt periculoſum ſine cauſa iuſta, vel remedio aliquo à iure introducto apprehendere poſſeſsionem alicuius rei.Quia etiam ſi quis habeat iuſtum titulum authoritate propria non poteſt apprehendere.l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acq. poſſ.Et dicit text.in l.dotis.C.ſolut.matri.dato quòd dominium, rei dotalis, tranſeat in mulierem ſoluto matrimonio, tamen propria authoritate non poteſt apprehendere poſſeſsionem. Videmus etiam in legatario, quamuis adita hereditate fuerit dominus rei legatæ.l. à Titio.ff.de fur.non poteſt propria authoritate apprehendere poſſeſsionem, quod ſi faciat, & hæreditas fuit adita, perdit legatum. l. non dubium.cap.de lega.idem fideicommiſſar. conſi. 33.proſequendo ordinem. col.fin. Et dicit tex. in l.ſi quis in tantam. C. vnde vi. non eſt permiſſum rem noſtram propria authoritate apprehendere ſi ab alio poſsideatur. Et qui hoc facit tenetur ad reſtitutionem rei, & perdit ius quod habet in re.Et ſi non erat dominus tenetur tantundẽ ſoluere. Imò, quod plus eſt: ſi aliquis fuit ſpoliatus poſſeſsione rei ſuæ, niſi incontinenti reſiſtat, ex interuallo non poterit propria auctoritate recuperare. l. ſi quis ad ſe fundũ.C. ad leg.Iul.de vi publ.& priu.Et poſito quòd princeps daret mihi reſcriptũ, aut iudex mandatũ, ſi nõ interuenit cauſæ cognitio, non debeo propria authoritate apprehendere poſſẽſsionem.l.author.C.de interd.l.meminerint.C.vnde vi.l. fin. C. ſi per vim. licet etiam debitor recuſaret mihi ſoluere, non poſſum capere pecunias in burſa ſua aut aliam rem ſuam. Prout quandoque ſcholaris facit ſocio quando non vult ſoluere partem conuiuij, & accipit librum in ſuo ſtudio, priuatur iure ſuo, & perdit debitum.l.extat.ff.quod met.cauſa.ſic apparet quantum eſt periculum authoritate propria apprehendere poſſeſsionem, vtile eſt cognoſcere remedia, quibus iuſte adipiſcatur, retineatur, vel recuperetur. Et inſequendo imperatorem in §.ſequens.inſt.de interdict.

*Priuatur quis quãdo propria auctor. poſſeſsionem adipiſcitur.*

Primò videbimus de adipiſcẽda poſſeſsione.

Secũdò de remediis retinendæ poſſeſsionis.

Tertiò de remediis recuperãdæ poſſeſsionis.

Circa primum, quamuis imperator in §. retinendæ. inſtitu. de interdictis. & gloſſa in capitulo, paſtoralis.infrà de reſtitutione ſpoliatorum. non enumeret, niſi quatuor modos (amplectendo tantum eos qui ex diuerſis locis in iure colligi poſſunt, tam ſuper petitorio quàm ſuper poſſeſſorio) ad habendam poſſeſsionem, enumerabimus longe plures.

Primus modus erit, quando res nunquam fuit in bonis noſtris, & nunquam fuit poſſeſſa ab aliquo per apprehenſionem acquirimus, iuſtam poſſeſsionem. Nam apprehenſio cum animo, nobis acquirit poſſeſsionẽ. l.3. in princ. ff. de acq. poſſeſſ. dictum ſuprà in prima q. in principio. Et quia nullus eſt dominus illius rei, acquirimus dominium & iuſtam cauſſam habemus.

habemus.§.feræ.cum aliis ſequentibus.inſt. de re.diuiſi.

Secundus modus quando aliàs aliquis fuit & dominus & poſſeſſor alicuius rei, illam tamen habuit pro derelicto, apprehendendo acquirimus & dominium & poſſeſsionem.§.pe. inſt.de re diuiſ.l.1.& 2.& per totum titulum.ff. pro derelict.

Tertius modus eſt, quando quis habet ius in re, & illa res à nemine poſsidetur, poterit propria authoritate adipiſci poſſeſsio illius.l. fiſtulas.§.1.ff. de contrah.empt. Et facit quod habetur in l.pen.ff. pro lega. Alex. & ibi Iaſ.in l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acq.poſſ.

Quartus modus eſt, quando poſſeſſor dedit mihi authoritatem apprehendendi poſſeſsionem, vt probat text. & ibi latiſsimè Bart. in l. 4.C.de pign. Et ideo dicunt doct.in l.prędia.ff. de acq.poſſeſſ.quòd iſta verba ceſsit, tradidit & remiſit, quæ communiter apponũtur in contractibus, quamuis non importent tranſlationem poſſeſsionis, operantur tamen vt detur facultas apprehendendi propria authoritate.

Quintus modus, qui ſequitur ex præcedenti, quando teſtator in teſtamento diſponeret quod legatarius propria authoritate apprehenderet legatum, ſine alio adminiculo poterit adipiſci poſſeſsionem.l.Titia cum teſtamento.§.1.ff.de lega.2.Iaſ.in l. non dubium. col. 2. C.de lega.

Sextus modus quando iudex interueniẽte cauſæ cognitione dedit facultatem alicui, vt ingrediatur poſſeſsionem. l. iuſte poſsidet & ibi traditur.ff.de acquir.poſſ.Iaſ.in d.l. non dubium.col.2.C.de lega.

Septimus modus, quando libertus in fraudem patroni alienauit bona ſua, poterit intentari reuocatoria ad adiſpiſcendam poſſeſsionem illorum.l.1.& toto.tit. ff. ſi quid in fraud. patro.

Octauus in ſimili dicendum eſt, quando filius in fraudem patris alienat bona ſua, competit reuocatoria ad illa euocandum. vt habetur in l.non vſque.& ibi Bar.ff.ſi quis à parent. ſuo manu.

Nonus, quando aliquis poſt delictum in fraudem fiſci alienauit bona ſua, competit reuocatoria fiſco. l.poſt contractum.ff. de dona.

Decimus quãdo pater titulo lucratiuo alienat bona ad fraudandum filium legitima. l. 1. & toto titulo C.de inofficio.donat.

Vndecimus modus, quando pater titulo oneroſo, vt per venditionem, vel alio, alienat bona ſua l.1.C.ſi quid in frau.patro. Bart. in l. hæreditarium.ff.de bo.aucto.iud.poſſ.

Duodecimus modus in omni actione reali, & quotieſcumque aliquis habet ius in re ratione illius poteſt auocare poſſeſsionem. quia natura iuris eſt vt poſſeſsio debeat iungi. l.bona fides.ff.depoſiti glo.in c.cum dilectus in fin. infrà hoc tit.

Decimus tertius quando propter contumaciam alicuius, qui poſsidebat rem meam, fuit miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto, ſtatim acquiritur mihi poſſeſsio. ſecundum legiſtas.quia in actione reali ex primo decreto acquiritur poſſeſsio.l.3.§.fin.vbi Bar.quem omnes ſequuntur. ff. de acq. poſſeſſ. Verum eſt quod canoniſtæ tenuerunt nõ acquiri poſſeſsionem niſi lapſo anno.ca.quoniam.§. in aliis, & ibi traditur ſuprà vt lit. non conteſta. Bene verum eſt quod hoc concordant & ciuiliſtæ & canoniſtæ vt non requirant ſecundum decretum in actione reali. Sed quãtum ad acquirendam poſſeſsionem legiſtæ volũt quod ſtatim acquiratur, & canoniſtæ quod non acquiratur niſi poſt annum, vt in locis iam dictis.de quo etiam per glo.& ibi tradunt Doct. in cap.conſultationibus ſuprà de offi.delega.in l.properandum.§.& ſi quidem.C. de iudic. in authen.& qui iurat.C.de bo.autho.iud.poſsid. in l.ſi qui emptionis.§.pen.C.de prẹſcip.30. vel 40. anno.gloſſ. in l. ſi finita. §.{ſi plures. ff. de damn.infect.

Decimus quartus quando quis fuit miſſus in poſſeſsionẽ ex ſecũdo decreto ſuper actione perſonali. Nã quãdo agitur actione perſonali, & propter contumaciam rei quis mittitur in poſſeſsionem ſuarũ rerum, ex primo decreto, nõdum acquiſiuit poſſeſsionem, ſed requiritur ſecundũ decretum. Et, ad hoc vt competat, debet ad minus expectari vnus annus, & vocare ipſum reum, & propter eius contumaciam actor mittetur in poſſeſsionem ſuarum rerũ, in quantum aſcendit debitum & non vltra. & tunc dicetur eſſe poſſeſſor d.auth. ei qui iurat. C.de bo.auctorit.iud.poſſ.& in locis proxime alleg.& iſta remedia iam enumerata dicuntur petitoria, licet poſſeſsio auocetur. Et ideo petitoria dicuntur, quia principaliter tractatur de iure, licet in conſequentiam poſſeſsio veniat. Et eſt vtile cognoſcere an ſint petitoria vel poſſeſſoria, quia quando ſunt poſſeſſoria non admittitur appellat.l. vnica. C.ſi de moment. poſſ.fue.appell.ita declarat Bart.in l. vnica. C. de ſalui.interd. & in l.1.in princ.ff.eo. titul. Iaſ. in §.item ſeruiana.col.18.inſt.de actio.

*De ſecundo decreto.*

Decimus quintus & iſta ſunt mere poſſeſſoria, interdictum quorum bonorum. quod competit illi qui ſuccedit de iure prætorio. & ſic directum: vel de iure ciuili, & ſic vtile. ad auocandum poſſeſsionem rerum defuncti, ab eo qui poſsidet pro hærede. hoc eſt qui credit vel aſſerit ſe hæredẽ, vel qui poſsidet pro poſſeſſore ſine titulo, & tantummodo dicit ſe poſſeſſorem.§.adipiſcendæ.inſt. de interdict. l.1. ff. quor. legat.l.1.C.eo tit. Spec. in tit.de teſta. §. nunc dicamus.

Primò dico not.ab eo qui poſsidet pro hẹrede vel poſſeſſore. Nam ſi poſsideret cum aliquo titulo, non poſsit conueniri quorum legatorum, quemadmodum diximus in petitione hæreditatis quæ non datur poſsidenti cum titulo.l. pro hærede.per totam illam l. & ſeq.ff.de petit.hæred. Rationem aſsignat Bart. in l. hæreditatis. C. de petit.hæred. Quia qui poſsidet cũ titulo, habet duo, ſcilicet titulum, & poſſeſsionem.& alius non habet niſi titulũ.





Secundò, aduertatis ad aliud, quòd ſi hæres, vel ſucceſſor ſemel habuit poſſeſsionem, & ab ea cecidit, non poteſt amplius dictum interdictum intentare. Vt in ſimili dicit gloſſ. not.in l.1.quam commendat Bartol.ff.de bon. poſſ. hæred. petit. Quòd ſi ſemel hæres poſſedit bona hæreditaria, non poteſt amplius intentare petitionem hæreditatis, ſed agat, ſi velit aliis remediis realibus. facit etiam quòd ſi iterum competeret non diceretur adipiſcendæ, ſed recuperandæ.

Decimus ſextus eſt, interdictum, quorum legatorum, & competit ſucceſſori de iure Prętorio interdictum directum, & hæredi de iure ciuili vtile quando legatarius propria authoritate accepit rem legatam, hæres poterit ab eo auocare poſſeſsionẽ, vt à manu ſua legatarius habeat. Nec ſufficiebat hoc caſu interdictum, quorum bonorũ, quia legatarius habet titulũ, & quorum bonorum non datur contra titulo poſsidentem: fuit etiam vltimum iſtud remedium, vt hæres manu ſua detrahat falcidiam, & non petat à legatariis. l.1. & per totum titulum. ff.quo.legat. Specul. in titul. de teſtam.§. nunc dicamus.

Decimus ſeptimus, eſt Saluianum interdictum quod competit pro adipiſcenda poſſeſſione rerum mobilium, quæ fuerant per colonum, vel inquilinum inuerſa, per ipſum conducta in re, vt ego poſsiderem donec fuerit mihi ſatisfactum de mercede: & competit non ſolum contra conductorem, ſed quemcunque poſſeſſorem. In quo ſufficit mihi probare qualiter tempore quo inuexit in domo, vel re conducta poſsidebat iſta omnia.tex. eſt iuncta gl. & ibi Bar.in l.1.C.de ſaluia interd.in l.1.in principff.eod.Spec.in tit.de loca.§.præſcrip. verſic. porro.ſecundum Iaſo.in §.item Seruiana. col. 16.Inſtit.de actio.

Decimus octauus, condictio ex l.fin. C. de Edict. Diui Adria. toll. per quam diſponitur quòd hẹres per ſolam exhibitionem teſtamẽti debet à iudice mitti in poſſeſsionem bonorum quæ poſsidebat defunctus tempore mortis.

Decimus nonus, condictio ex l.2.& fin.C. de iure emph.& quando emphyteota ſtetit per triennium non ſoluendo canonem: vel alienauit rem emphyteoticam ſine conſenſu domini, quibus caſibus cecidit à iure ſuo, datur domino condictio ex illa l.ad adipiſcendum poſſeſsionem.

Viceſimus & vltimus, de tabulis exhibendis quando ſubſtitutus pupillo, vel alius petit ſibi tradi teſtamentum, de quo in titul. ff. de tab.exhib.

Secundò, videndum eſt de remediis pro poſſeſsione retinenda. Et primum remedium eſt, Vti poſsidetis, competens alicui, qui eſt poſſeſſor, & turbatur in poſſeſsione. l. 1. in princip. l.ſi duo.in princip.ff. Vti poſsid.l. vnic.C.eod. titul.§.retinendæ. Inſt.de interd.gloſſ.in c.licet cauſam. verb.vti poſsidet.infrà de probat. in c. paſtoralis.in glo.magna.infrà hoc titul. Abba. cap.cum dilectus. colum.1.hoc titul.& in aliis locis ſtatim allegandis. Et requiritur antequam competat iſtud remedium. Primò, quòd ſit poſſeſſor, & iſtud debet eſſe tempore quo turbatur, & tempore quo lis conteſtatur, & in deducendo non debent omitti iſta tempora. notatur in §.quorum. verſic.hodie.Inſtit.de interd.in l.vnica.ad fin.& ibi glo. ff.vtrobi. in l.1. §. interdictorum quædam, & ibi gloſ. ff.de interd.gl.in l.vnica.in verbo altero. C.vti poſsid. glo.magna.in l.extat.dum allegat l.vnicam. ff. vtrobi. Bartol. in l.prima. §.fin. in princip.ff.vti poſsid.Petrus de Ferra.in tracta. libello.in forma turbatæ poſſeſsionis.verbo hodie. Alexan. conſi.136.in cauſa, & latè.colum.3.in tertia parte.conſtit. 54.viſo proceſſu.colu.1.in 5.parte, & conſi.88.in cauſis & litibus.eadẽ parte, & conſilio 8.lecto & diſcuſſo.colum.1.in tertia parte. Verum eſt tamẽ quod licet debeat deduci poſſeſsio tempore turbationis, & litis conteſtatæ, ſi tamen probetur de poſſeſsione priori, vt quia teſtes deponant, quòd antea viderint ipſum poſsidere, neſciuit tamen de illo tempore turbatæ poſſeſsionis, illud ſufficiet, quia qui in præteritum poſſedit, & aſſerit ſe nunc poſsidere (quia poſſeſsio priùs quæſita retinetur animo. l.3. in princip. l.quemadmodum. ff.de acquir. poſſeſſ.) præſumitur quod adhuc poſſideat. gloſ. ord. ab omnibus approbata. in l. ſiue poſsidetis. C. de probat.tradunt docto.in cap.cum ad ſedem.de reſtit.ſpoliat. Alexan.in conſilio 133.vbi latè, viſo proceſſu. col.3.in prima parte. Notanter diximus, quòd debet eſſe poſſeſſor. nam detentator non habet iſtud remedium. l.ſi duo. §.ſi creditores. ff. vti poſsid. Bart.in l.ſtipulatio iſta.§.hoc quoque.ff.de ver. oblig. Alexan. conſil.51.viſo proceſſu.col.fin.in prima parte. Et non debet poſsidere vi, vel clam, vel precario, ab eo contra quem intentat remedium poſſeſ. quod cõtingere poteſt duobus modis, vt quia verum poſſeſſorẽ per violẽtiam expulit, & de hac vi loquitur titulus de vi, & vi arma. Vel quia poſt prohibitionem factam à verò poſſeſſore, nihilominus ingreſſus eſt fundum ſuum, non tamen ipſum expulit, & de hac vi loquitur titul. quòd vi aut clam. Si altero de iſtis duobus modis poſſeſsionem acquiſiuit, contra illum qui prius erat verus poſſeſſor, quamuis ab ipſo turbetur, non habet iſtud remedium. Clam dicitur quando ignorante vero poſſeſſore ingreſſus eſt animo poſsidendi, licet acquirat poſſeſsionem corporalem, ſi à poſſeſſore ciuili turbaretur, non habet iſtud remedium. Precario, quando nomine alterius poſsidet, ſi ab eo cuius nomine poſsidet turbaretur, ſimiliter non vtetur hoc remedio. Si verò ab alio turbaretur quamuis per vim, vel clam, aut precario poſsideat, habet hoc remedium. Iſta omnia traduntur per text.& latius per gloſſ.in l.vnica. C.vti poſſ.& Bar.in l.2.ff.eod.tit.vbi dicitur quòd non curamus de poſſeſsione ſiue fuerit iuſta ſiue iniuſta, dummodo ab illo contra quem agimus non poſsideatur vi, vel clam, vel precario. Barto. in l.prima. in princip. & in §. huius interdicti.

ff.vti.poſsid.Secundus requiritur quòd poſſeſſor ab aduerſario turbetur vel inquietetur in poſſeſsione, ſed quia multoties erratur in actu practico quando dicatur turba, vt competat hoc remedium vel ſpoliatio, & competat remedium recuperandæ, de quo ſuprà habetis aduertere,ad modos quibus inducatur turbatio,ex quibus ſemper intelligetis quando dicatur fieri moleſtia.

*Quando quis dicatur moleſtari, vel turbari.*

Primus modus,quando aduerſarius me exiſtente in fundo, laborat fundum meum, vel ſcindit arbores, colligit fructus, vel me impedit, vt liberè non laborem, non colligam fructus, dummodo non me expellat de fundo cauſa poſsidendi integraliter fundum, ſed tantummodo inſiſtit in poſſeſsione prout ego, & facit aliquos actus poſſeſſorios prout ego, tunc dicitur turbatio, & non ſpoliatio. l.vi facit. ff. de vi & vi arma. vbi Bart.& alij,in l.vim facit.ff.quod vi aut clam. Bald.in conſilio 124. ſciendum eſt, in d.parte.Alexan.in d.conſi.133. col.fi.in prima parte.

Secundus modus, quando quis me abſente, vel ignorante ingreditur fundum cauſa poſsidendi: quia acquiſiuit poſſeſsionem corporalem, & ex illa ſum turbatus, in poſſeſsione ciuili, contra ipſum habeo interdictum vti poſsidetis.l.clam poſsidere.§.qui ad nundinas, ff.de acq.poſſ.

Tertius, quando me abſente, vel ignorante aliquis capit fructus ex prædio per me poſſeſſo, tantummodo me turbare dicitur. ita Bald. in dict.conſil.124.alleg.text.in l.nam ramos.in l.denique arbores.in l.ſi immaturam. ff. quòd vi, aut clam.

Quartus,quando me prohibente aliquis ingreditur fundum meum, non tamen me expulit.l.1.§.1.ff.quod vi aut clam.

Quintus, quando quis prohibet, ne vtar poſſeſsione mea, & iſtud eſt notandum pro literis manutentionis quæ impetrantur contra aliquem, & ſibi prohibetur ne vtatur poſſeſsione alicuius rei, ex hoc ſolo turbatus.l.ſicut. §.Ariſto.ff.ſi ſerui.vendi.

Sextus, quando quis ſe aſſerit habere ius in re per me poſſeſſa. l. ſi duo. §. ſi vicinus. ff. vti poſsid. dato quod non veniat ad aliquod factũ, ſed dicat ſe habere ius ſeruitutis, vel aliud ius.ita Bart.in l.prima. §.huius interdicti.ff.vti. poſsid. in l.Mæuius.§.fundo.ff.de lega.2.Plenè Petr. de Ferra. in forma turbatæ poſſeſsionis. col.3.Alex.in conſi.ſtatim alleg.

Septimus, quando quis ſolo verbo, ſe aſſerit poſſeſſorem eſſe l. ſi duo. in princ.& §.item videamus.ff.vti poſsi.

Octauus,ſola verbalis contradictio facta in iudicio (vt quia dicebam me poſſeſſorem, aduerſarius negat. dato quod non dicat ſe habere ius, & quod non dicat ſe etiam eſſe poſſeſſorem) inducit turbam:ita Bart.in l.ſi prius, in 5. oppoſitione primæ partis. ff. de no. oper. nunt.verbalis autem contradictio in iudicio,ſi non fuerit aliquid aliud, non induceret turbam:Ita Alexand.& Iaſ.in dict.l.ſi prius. col.6. Alexan. de hac reſolutione quantum ad contradictionem verbalem in conſi.52. viſo teſtamento. col. 2.in 2.parte.conſi.73.videtur.col.1. in 3.parte.& conſi.9.viſo proceſſu.in 5.parte.

Nonus, quando quis habet facultatem, vt ſolus faciat aliquem actum, vt putà, quia in iſta ciuitate fuit data facultas vni macellario, vt ſolus venderet carnes,ſi alius exerceat illum actum in alia perſona, ex hoc ſolo dicitur illum turbare. Ita volunt omnes in cap. ſignificante.infrà de appella.Et ſic generaliter quando aliquis impeditur verbo, vel facto, quominus liberè vtatur re ſua, ſi non fuerit in totum priuatus,dicitur turbare. Et ideo infert Bartol. in l.prima.§.huius interdicti.ff. vti poſsid.quod verbalis contradictio vno caſu induceret turbam, quando propter hoc non reperirent colonos,vel inquilinos,aliàs de re mea liberè non poſſum vti. Iſtud autem remedium competit non ſolum pro poſſeſsione rei corporalis, ſed etiam pro quaſi poſſeſsione iurium incorporalium,l.fin. & ibi Bartol. ff. vti poſsi.l. ſicut.§. Ariſto. ff. ſi ſeruit. vendi. gloſſ.in cap. licet. in verb. poſsidetis ad fin. & ibi per omnes. infrà de probat.gloſſ.in l.vnica.in verbo,fundum.ff. vti poſsid. Qualiter debeat concludi in hoc remedio,Bartol.docet.in l.1.§.interdictum. col.2. ff.vti poſsi. Dominus Philip. Dec. in d.c.licet cauſam.in 14.notabili,quòd tria petãtur,vt aduerſarius deſiſtat à turba, vt in futurum non habeat turbare, & pro hoc det cautionem, vt condemnetur ad damna & intereſſe.

*Vtrobi ſecundum remedium retinendæ.*

Secundum remedium eſt interdictum vtrobi, quod datur pro retinenda poſſeſsione rei mobilis, & componitur à verbo vtrum, & à verbo ibi.gl.in l.1.in gl.1.C.vti.poſsi.tex.& glo. in l.vnica.ff.vtrobi.§. retinendæ Inſt.de interd. in d.c.licet cauſam.& in cap.paſtoralis. in glo. mag. hoc tit. in quo dicatis prout diximus in præcedenti remedio.

*Officiũ iudicis.*

Tertium remedium, (quia in primo diximus contradictionẽ verbalem non ſemper inducere turbam) ideo repertũ fuit à iure quòd contra tales diffamantes imploretur officium iudicis,& cõpellantur ad docendum, & oſtendendum iura,quæ prætendunt, aliàs ſilentium perpetuum imponatur, & hoc remedium eſt generale contra quemcunq; diffamantem. gl. not.in l.Aurelius. §.Centum,ff.de libera.legat. in verb. conſequi poſſ. text. in l. ſi eod. C. de remiſ.pign.in l. diffamari. C. de ingenuis manu. in l.ſi ea quæ. C. qui accuſa. non poſſunt. bonus text.in l.3. C. qui bo. cede. poſſ.Bart.& Paul. de Caſt. in l. ſi contendat. ff. de fideiuſſ. Abba.in cap.ſi quis contra. col.1. ſuprà de foro compet.dicit tamen Bald.in l.2.C.ne vxor pro ma.quod ſaltẽ debet conſtare de diffamatione.

*Authoritate propria poſſeſſio defenditur.*

Quartum remedium, vt authoritate propria pro retinenda poſſeſsione quis ſe defendat. Et ad hoc poteſt conuocare amicos, & vicinos. l.ſciẽtiam. §.qui aliter.ff.ad leg.Aquil. l.3.§.cum igitur.ff.vnde vi. gloſ.not.cap.ſignificaſti. 2. in gloſſ. fina. infrà de homicid. ibi latè per Abba. & alios. gloſſa in capitulo olim.





in verb.præiudicium.infrà. de reſt. ſpol.Innoc. dicit text. in l.defenſionis. C. de iur.fiſci.lib.10. quòd officiario vel nuntio,non oſtendenti poteſtatem ſuam, & literas, ſi velit me priuare poſſeſsione mea,ad illam defendendum ac retinendum poſſum reſiſtere, & amicos pro auxilio conuocare,de quo Iaſ.in l.vt vim.col.3.ff. de iuſt.& iur.

Quintum remedium, authoritate propria illum, qui poſſeſsionem corporalem detinet, (ciuili penes me exiſtente) pro retinenda ea potero expellere.glo.in l.prima.§.interdictum. & ibi Bartol. colum. 2. ff. vti poſsid. Barto. & alij omnes in l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquirenda poſſeſsione. Abba. & Anto. de Butr.in dict. cap.olim.colum.3. infrà de reſt.ſpolia.

*Vide Bald. conſi. 181. in 1.vol.*

Sextum remedium, authoritate propria rem quamcunque immiſſam in re, per me poſſeſſa, vel ædificium in ea factum aut impedimentum poſitum, pro retinenda poſſeſſione tollere poſſum. l.quemadmodum. §.1.ff. ad leg.Aquiliam.l.ſi victum.§.ſi ad ianuam. ff. quod vi, aut clam. Bartolus & Abba.& Anto. de Butr. in locis proximè allegatis. Et ideò dixit Bartolus in l.prima.§.nuntiatio.colum.2.ff. de noui.oper.nunt. quòd quamuis nuntiatum mihi nouum fuerit opus, ædificium factum in re per me poſſeſſa, potero propria authoritate deſtruere.

Septimum remedium, quãdo timeo ne aliquis per vim velit me priuare poſſeſsione mea, detur mihi officium iudicis per quod poſſum petere, vt iudex me defendat, tueatur, & ponat in ſaluagardia. text. eſt not. quem ponderat Bald.& Salic.ad iſtud,in l.ſi ſeruus.C.quod cum eo.

Octauum,quando in re per me poſſeſſa aliquis ædificat, datur mihi pro poſſeſsione retinenda & defendenda, remedium noui operis nuntiationis. Dummodò fiat per iactum lapilli,vel authoritate Prætoris, quia tunc non perditur poſſeſsio, etiam præſtita ſatiſdatione, de quo remedio in l.1. in l.de pupillo. §.meminiſſe.& in l.Prætor.ff.de noui.oper. nuntiat. Et quòd non perdatur poſſeſsio tradunt omnes in dict.l.1.§.in operis. & dict.l.de pupillo.§.meminiſſe.C.quo remedio tuebor poſſeſsionem, & ſi aduerſarius perſeueret in ædificio tenebitur ſuis expenſis demoliri. Quãdo verò fieret nuntiatio ſolo verbo,præſtita ſatiſdatione, perderem poſſeſsionem. l. ſi altius. §. ait Iulian. ff. quod vi aut clam,plenius in d.l.1.§.in operis.

Nonum eſt, interdictum quòd vi aut clam, quando poſt prohibitionem alicui factam ipſe ædificauit, aut aliud fecit in re per me poſſeſſa, datur ex illo capite quod vi, quia remaneo poſſeſſor, ſed me turbat. Et ſi clam, me ignorante,vel abſente aliquid fecerit, datur, ex illo capite quod clam, & competit, vt ante omnia tollantur, & deſtruantur appoſita.l.prima.& ſe quen.ff.quod vi clam.l.1. ff.de no.operis nuntiat.

Decimum, quando quis impedit ne in ſepulchro maiorum aliquem ſepeliam.

Vndecimum, quando quis me impedit ne ædificem ſepulchrum maiorum, vel etiam reficiam.Primum dicit de mortuo inferendo,ſecundum de ſepulchro ædificando. Et iſta duo traduntur in l.prima. ff.de mort. infer.& competunt ad tuendum quaſi poſſeſsionem iuris ſepulchri.

*De quaſi poſſeſſ.*

Duodecimum, quando fuit miſſus in poſſeſsionem authoritate iudicis, & illa turbatur, datur actio in factum,ad iſtum tuendum & defendendum, de qua in l.1. ff.ne vis fiat ei qui in poſſ.miſſ.

Decimum tertium, quando aliquis me impedit,ne liberè vadam in rem ſacram.

Decimum quartum,quando aliqua immittuntur in re ſacra, vt prohibeatur ne immittat.

Decimum quintum, quando facto fuerint poſita, vt habeat tollere, & hæc remedia competunt, pro conſeruanda facultate eundi ad res ſacras.de quibus in l.2. & fin. ff. ne quid in loc.ſac.

Decimum ſextum,quando quis impeditur ne liber vadat per itinera publica.

Decimum ſeptimum, quando aliquis imponit in viis publicis impedimenta(vt faciunt ancillę iſtius ciuitatis,purgandis domibus,ſordes eiiciunt foras in ſtratis) vt prohibeatur ne intromittat.

Decimum octauum, quando aliquid fuit immiſſum, vt habeant tollere. Et iſta competunt, pro libera facultate eundi per itinera publica, vt conſeruetur.l.1.& tot.titul.ff. ne quid in loco public.

Decimum nonum, quando quis arrendauit de publico vectigal, aut res alias publicas, & in vtendo turbatur, datur remedium de loco publico fruendo. l. vnica. ff. de public.fruend.

Viceſimum, quando quis vult reficere viam publicam,ſi impediatur, habet actionem in factum de via publica reficienda. l. prima. de via public.

Viceſimum primum, quando in flumine publico aliquis vult ponere impedimenta, prout faciũt piſcatores qui ponunt pedamenta aut polenta quibus ineſcare poſsint piſces.

Viceſimum ſecundum, quando iam fuerant poſita, vt tollantur, impedimenta, & iſta duo ponuntur in l.1. & ſequent. etiam in tot. tit.de.fluminibus.

Viceſimum tertium, quando aqua impeditur, vt non fluat ſolito more. & de hoc in tit. ff.ne quid in flu.pub.

Viceſimum quartum, quando quis impediretur nauigare flumine in publico,& de hoc in l.1.ff.vt in flu.pub.nemi.lice.

Viceſimum quintum, quãdo quis impediretur reficere ripam fluminum, & de hoc in l. 1.ff.de rip.munienda.& iſta competunt pro retinenda, & conſeruanda quaſi poſſeſsione, liberè eundi per flumina publica.

Viceſimum ſextum, quòd datur ſuperficiario, ſeu illi qui habet tantummodo vſum

ſuperficiei ſi in eo turbetur,de quo in l.prima. ff. de ſuperfi.

Viceſimum ſeptimum, quando in intinere priuato, quod competit tantummodo de vno fundo ad alium, quando aliquis imponit impedimenta,vt inhibeatur ponere.

Viceſimum octauum, quando ſunt iam impoſita nonnulla impedimenta, vt habeat tollere.

Viceſimum nonum, quando volo reficere iter priuatum: quia ſunt foſſata, & volo replere, vel locus montuoſus, & volo æquare ſolo, & alius me impedit.& de iſtis tribus habetur in l.1.& tot.tit.ff.de iti.actuq; pri.

Triceſimum, quando aliquis me impedit inducendo aquam quotidianam.

Triceſimum primum, quando erat aqua æſtiua tantum, quæ non currebat niſi tempore æſtiuo,quam ſolitus eram ducere ad rigandum pratum,ſi me impediat inductu ipſius.

Triceſimum ſecundum, quando per canalia ducitur aqua, vt ſicut fontes, qui conducuntur per prædia priuatorum in aliquo caſtro,ſi quis me impediat in conductione,& de iſtis tribus in l.1. & tot.titul. ff.de aqua quotid. & æſtiua.

Triceſimum tertium, quando quis vult reficere alucos conducentes aquam quotidianam, vel æſtiuam, vel canalia conducentia fontem, ſi turbatur, habet remedium interdicti de riuis in l.1.ff.de riuis.

Triceſimum quartum, quando quis erat in quaſi poſſeſsione percipiēdi aquam in fontem ex puteo vicini,& impeditur in perceptione.

Triceſimum quintum, quando in fontem vel puteum apponuntur lapides, vel alia impedimenta ad inhibendum ne imponantur.

Triceſimum ſextum,quando iam erant impoſita,vt illa habeat tollere.

Triceſimum ſeptimum, quando volo purgare fontem vel puteum, & aliquis me impedit & de iſtis quatuor.in tit.ff.de font.

Triceſimum octauum, quando volo purgare cloacas, & alius me impedit, quia pro eo non datur interdictum vti poſsidetis. l.prima. §.1. ff. vti poſſ. datur interdictum de cloacis purgandis.

Triceſimum nonum, quando volo reficere ſeu reparare cloacas, & aliquis me impedit.

Quadrageſimum, quando aliquis imponebat impedimenta in cloacis, ad inhibendum ne amplius imponat.

Quadrageſimum primum, quando iam fuerant impoſita, vt habeat tollere, & de iſtis in l.1.ff.de cloacis.

Quadrageſimum ſecundum, quando quis impeditur ad colligendum glandes, vel alios fructus ſiue in prędio ſuo,ſiue vicini & de hoc in l.1.ff.de glan.legend.

Quadrageſimum tertium & vltimum,quando colonus in prædio finito loquerio, & ſoluta mercede, ſecum portare mobilia quæ induxerat in rem conductam:& contra turbantem datur interdictum de migrando.

*Rem… cuper… poſſeſsio…*

Circa tertium, de remediis competentibus ad recuperandam poſſeſsionem, quamuis glo. & ibi Doctor.in cap.ſæpe.infrà de reſt.ſpoliat. tradant quatuor vel quinque. Specul. in eodem titul. de reſt. ſpoliat. in princip.enumeret octo. imò poſt gloſſ. alia plura cumulauerit colligemus ea, quæ reperiuntur in iure, non tamen de vnoquoque ad plenum, diſcutiendo, ſed tantummodo mentem cuiuſlibet declarando, & cauſam quando quis cecidit à poſſeſsione ſua,quale habeat remedium ad recuperandam.quod notetis,quia in actu practico multi errant.

Primum remedium eſt, quando cecidi à poſſeſsione mea, & rem reperio vacantem, à nemine nec naturaliter, nec ciuiliter poſſeſſam, poſſum propria authoritate recuperare poſſeſsionem illius, & illam apprehendere. argu. l.fiſtulas.§.primo.ff.de contrahend.emp. Et iſtud voluit Innoc.Hoſti. Ioannes Andr. & alij in c.ſæpè.de reſt. ſpoliat. declarando l. cum quærebatur. l. vnde ſi iſtud. idem voluit Iaſon in l.ſi ex ſtipulatione. ff.de acquiren.poſſeſsio. quod notetis, quia pridie hoc habui de facto, de quodam mercatore, cuius equus fuerat furatus, & peruenerat ad manus cuiuſdam iſtius ciuitatis, & receperat equum, qui exiuerat à ſtabulo. Dixi quod propria authoritate poterit accipere, quia à nemine poſsidebatur. Nam (vt diximus ſuprà)poſſeſsio rei mobilis perditur ſtatim quòd non eſt amplius in cuſtodia.l.3.§. Neratius. ff.de acquir.poſſ.l.ſi rem mobilem.eo.tit.

Secundum remedium, quando res mobilis fuit furata, vel alio modo ad alium peruenit, ſtatim authoritate propria poſſum recuperare & auferre à manibus alterius. l. ſi quis in ſeruitute. ad fin. ff.de fur. l.itaque.ff.ad leg. Aquil. Bartol.in l. 1. §. interdictum. colum. 2. ff.vti poſsid.

Tertium remedium, quando per vim fui ſpoliatus re mea,etiam immobili, ſtatim potero auctoritate propria, & cum armis recuperare poſſeſsionem. Imò conuocare amicos ad auxilium.l.3.§.cum igitur.vbi Bartol.& cæteri. ff.de vi & vi arma.Bart.etiam in l.1.& Bal.ff.eo. titul.Et glo.not.& ibi per omnes.in cap. ſignificaſti. de homicid. in quibus locis declarant qualiter accipiatur ſtatim, & dicatis per ſex menſes. Vt ſi aliquis Comes vel Baro. fuerit ſpoliatus caſtro, ſtabit ſex menſes ad conuocandum parentes, vel conſanguineos & ſic incontinenti dicitur, non diuertendo ad alia negotia.

Quartum remedium, quando aliquis retinet poſſeſsionem ciuilem, & fuit ſpoliatus corporali, per ingreſſum alterius virtute ciuilis authoritate propria recuperare poterit naturalem poſſeſsionem.Ita Barto.& omnes in l. clam poſsidere. §.qui ad nundinas: & ibi latè Iaſ.col.pen.ff.de acq.poſſ.

Quintum remediū,per actionem quod metus cauſa quando quis per metum vel vim impulſoriam cadit à poſſeſsione rei ſuæ, non ſolum



lum ab inferente metum, ſed à quocunque poſſeſſore recuperabit per illam actionem,poſſeſsionem ſuam. l.item ſi cum exceptione. §. aliquando.ff.quòd met.cauſa.

Sextum ex edicto Do. Marci, quod competit debitori contra creditorem, qui ab ipſo debitore per vim inſolutū cepit rem aliquam, & illum priuans ex illo edicto recuperabitur poſſeſsio, & creditor priuabitur ſuo iure.l.extat.ff.quod met.cauſ.

Septimū,quando res mea peruenit ad alium, ſine titulo,vel cauſa,ſeu à manibus meis, ſeu à manu alterius ex æquitate ad recuperandum poſſeſsionem, datur condictio certi generalis. l.ſi inter nos & Titium.ff.ſi cert.petat.

Octauum,quādo cū titulo, (qui tamen erat iniuſtus, & inualidus) rem meam tradidi alicui,poſſum recuperare poſſeſsionem per condictionē indebiti. Et ſic eſt vnus caſus, in quo pro poſſeſſorio datur actio, & non ſolum interdictum.l.indebiti.§.ſed & ſi nūmi.ff. de con dict.indebit. Et dicit ibi Bartol.eſſe notandum pro pupillis,minoribus,mulieribus & pręlatis. qui faciunt contractus inualidos, tradunt res, vt poſsint auocare poſſeſsionem.

Nonum remedium,dicitur condictio furtiua quæ competit domino alicuius rei,ad recu perandam facilè poſſeſsionem rei ſuæ, à quocunque poſſeſſore.l.1.ff.de condict. furt.gl. not. in l.& ideo.§.fi.eo.tit.

Decimum, quod competit creditori,vel alteri,habenti ius in re, qui non eſt dominus, ad recuperandū poſſeſsionem rei, quam poſsidebat, furto vel alio vitio perditæ, & appellatur condictio incerta,vt tex.in d.l.& ideo.§.fi.& ibi Bart.ff.de condict.furt.in l.fi.& ibi Barto. C.de fur.idem Bartol. in l.& non tantum.ff.de petit. hæred.in l.rem quæ nobis.ff.de acq.poſſ.

Vndecimū,dicitur condictio triticaria,quæ competit bonæ fidei poſſeſſori, qui non habet ius in re ſolum modo,cùm bona fide poſsidet, ſed vt poſsit poſſeſſorium rei quā poſsidebat,ſi per furtum, aut alio vitio fuerit deperdita, à quocunque reparare. l.1.in fi. & l.2.ff.de tritica. Et ibi eſt vnus caſus, in quo pro recuperanda poſſeſsione datur actio, & non ſolum interdictum. Ita Bart.in l.indebiti.§.ſed & ſi nummi. ff.de condict.indeb.

Duodecimum dicitur officiū iudicis quod competit detentatori,& qui nullam habet poſſeſsionē, ſi furto aut alio vitio reciderit à poſſeſsione, à quocunque poſsit recuperare.gloſſ. not.l.non tantum.in princip.& ibi Bartol.ff.de petit.hæred.gloſ.in d.l.& ideo.§.fin.& ibi Bart. ff.de condict.fur.gl.in l.Aquilius. in verb.conſtitutus.ff.de donat.gloſ.in d.l.fin.§.ſed cum in ſecundam,vbi Bart. C.de fur.Bar.in l.rem quæ nobis.ff. de acq.poſſ.Alex.in l.1.in princip.col. 16.eod.tit.

Decimum tertium,datur reſtitutio in integrum,ſeu officium iudicis quo res alicui reſtituitur ex officio iudicis,& recuperat poſſeſsionem perditam. & de hoc Inſtit. de offic. iudic. & habetur in c. querelam. ſuprà de elect. in c. literas.infrà de appella.

Decimum quartum,dicitur interdictum vnde vi, quod competit ſpoliato, (quotiens aliquis fuit ſpoliatus poſſeſsione,vel alius qui nomine ſuo poſsidebat) contra ſpoliantem vel mandantem aut ratificantem, vt in l.1. per totam illam l.ff.de vi & vi arma.in l.1.C.vnde vi. & in c.cum ad ſedem.in cap.in literis. infrà de reſtit.ſpoliat.Et ſic requiritur poſſeſsio ex parte ſpoliati. l. 1. §. interdictum. ff.de vi & vi arma. Alex.in l.Naturaliter. in princip. ff. de acquir. poſſ. Oldra.conſil.1. in cauſa Ebraſenſis. col. 1. Dominus Philip.Dec.conſi.125. in cauſa.col.2. requiritur ex parte conuenti ſpoliatio, quæ altero de tribus modis contigit, vel quia aliquis fuit expulſus à re poſſeſſa cum intentione priuandi ipſum poſſeſsione, vel quia alius poſsidebat, & quando iſte voluit ingredi non fuit admiſſus,vel quia altero exiſtēte in poſſeſsione manu armata, iſte declarauit,quòd non audet accedere, & ſuſpicatur quod repelleretur, hæc ſuſpicio operatur,vt priuetur poſſeſsione. Iſta traduntur in l.clam poſsidere. §.qui ad nundinas.ff.de acq.poſſ. Alex.in conſil.135. viſo proceſſu.col.3.in 1.parte. aliàs non ſequitur ſpoliatio.& ideo iſtud remedium,non eſt ita certum, prout & alia,quæ ſequuntur, quia ſi quis reciderit à poſſeſsione,ſi non fuerit facta violentia & ſpoliatio, per iſtud remedium non recuperabit, & ideo dicit Abb. in c. bonæ. colum.7. infrà de appella. aliàs alia remedia, eſſe victoriam.

Decimum quintum, interdictum quòd vi aut clam quando quis priuatus fuit ſua poſſeſsione, poſt prohibitionem factam vel aliàs, clam & occultè per illud interdictum à poſſeſſore recuperabit.l.ſemper.ff.quòd vi aut clam.

Decimum ſextum,dicitur eſſe reuocatio attentatorum,lite pendente. Vt ſi aliquis petebat à me poſſeſsionem quam ab initio litis habebam, & lite pendēte adeptus eſt illam,reuocabo poſſeſsionem ex priuilegio attentatorum, antequam ad vlteriora procedatur. l.1. ff.nihil noui appel. pendente.& infrà,vt lit.pend.nihil inno. D.de Rota,in nouis, deciſ.14.

Decimū ſeptimū,dicitur cōdictio ex lege,ſi cōſtiterit. & fini.regundo.quando agebatur de imponendis limitibus in agris,& pendente iudicio alter occupauit de prædio meo, reuocabo poſſeſsionem per illud remedium. Et vltra hoc tenebatur tantundem dare de ſuo prædio.

Decimum octauum, dicitur condictio ex l. ſi conductionis.C.loca.quando volo à conductore repetere rem conductam,& ipſe denegat & vult me priuare poſſeſsione,illā recuperabo per tale remedium, & quamuis fuerit dominus, tenebitur ante omnia reſtituere. Sitis tamen cauti, vt intentetis condictiones ex illa l. non autem actionem ex locato,quia poſſet retorquere quæſtionem dominij. Ita Bal.in d.l.ſi conductionis.glo.not. vbi Bar.Roma.& Paul. de Caſt.in l.eum à quo.ff.de vſuca.& in l.quod meo.in vlt.verbis.ff.de acq.poſſ.

Decimum nonum,dicitur condictio ex l.ſi

nulla. C.de acq.poſſ.quando me negligentem poſſeſsionem meam, alius occupauit,poſſeſsio mea per illud remedium poterit recuperari.

Viceſimum,condictio ex l.fin.C.de acquir. poſſ. quando ille qui nomine meo poſsidebat, vt colonus, cõmodatarius,& ſimiles, dolo deſiit poſsidere,vt alius apprehenderet poſſeſsionem contra poſſeſſorem, ad illam auocandum,datur illud remedium.

Viceſimum primum, condictio ex l. Inuaſor.C.vnde vi,quando aliquis nec per dolum, nec culpam illatam,rem alterius poſsidet,quia fortè receperit vacantem datur priori poſſeſſori ad recuperandum illud remedium.

Viceſimum ſecundum, condictio ex l.non abs re. C. vnde vi.quando aliquis,qui non eſt conductor, vt commodatarius, qui precario poſsidet, nomine meo poſsidet rem meam, & denegat reſtituere quò me priuet poſſeſsione, ſi vſque ad litem perſeuerauerit, tenebitur reſtituere & tantundem dare.

Viceſimum tertium, condictio. l. ſi quis in tantam. C.vnde vi. quando dominus alicuius rei, propria authoritate apprehendit poſſeſsionem ſpoliando poſſeſſorem, tenetur reſtituere, & perdit dominium: & ſi non erat dominus tenetur tantundem & de ſuo dare.

Viceſimum quartum,condictio ex l.meminerint. C. vnde vi, quando aliquis iuſſu iudicis, vel authoritate reſcripti non vocata parte apprehendit poſſeſsionem alicuius rei, tenetur illum reſtituere. Et ex hoc habetis declarare,quod voluit glo.in c.punctum.7.q.1.quod qui poſsidet authoritate iudicis nõ dicitur ſpoliari,& traditur in l.iuſtè poſsidet. ff.de acquir. poſſ.& in c.conquerente.infrà de reſtit.ſpoliat. quia illud habet locum quando iudex proceſſit ordine iudiciario, parte vocata, quo caſu etiam ſi ſententia eſſet iniuſta, non datur locus reſtitutioni,ſed procedetur per appellationem: ſed quando ſine cauſæ cognitione proceditur, datur reſtitutio etiam contra iudicem, & ita declarat Soc.in conſi.135.col.3.

Viceſimum quintum,condictio ex l.fin. C. vnde vi.& illud eſt notabile, quòd quotiẽs aliquis cecidit à poſſeſsione ſua, & reperitur penes alium, dato quòd non per violentiam,poſito quòd ſine dolo, tenetur reſtituere, ſi non habeat titulum poſsidendi. Et ſic quando aliquis fuit poſſeſſor alicuius rei, non habet vtile remedium ad retinendum,niſi docuerit de iuſta cauſa de quo per Innoc.& alios.in cap. ſæpè.de reſtit.ſpoliat.Et hoc caſu non habebit illud vulgatum quod potior ſit conditio poſsidentis, quoniam poſſeſsio antiquior priuilegiorum,cæteris paribus,vt latè tradunt omnes in c.licet cauſam.infrà de probat.

Viceſimum ſextum, condictio ex l. 1. C. ſi per vim. vel alio modo, quando in abſentia alicuius alter poſsidet rem ſuam, ipſe reuerſus illo remedio,ante omnia recuparabit poſſeſsionem,imo, quòd plus eſt,eius parentes & amici durante abſentia poſſunt reuocari à poſſeſſore. quod not. quia quotidianum, quod ſi aliquis iuerit ad bellum, & fortè ſunt tres vel quatuor anni non fuit auditum verbum de illo,ſi bona ſua poſsideantur ab aliquo, per iſtum remedium amici reuocabunt.

Viceſimum ſeptimum, cõdictio ex l.ſi quis à ſe fundum.C.ad leg.Iul.de vi.quòd ſi aliquis me ſpoliauerit,poſteà ex interuallo illum ſpolio, poterit à me recuperare poſſeſsionem, per illud remediũ.de quo latiſsime Alex.in l.naturaliter.§.nil cõmune.col.8.& ſeq.ff.de acq.poſſ.

Viceſimum octauum, condictio ex canone accedens. 1.ſuprà, vt lite non conteſta.quando prælatus, vel alius poſsidens nomine alterius, per negligentiam, vel incuriam cecidit à poſſeſsione,ipſe vult ſatisfacere,& illud remedium recuperare poterit,&dicit Abb.eſſe vtile pro pupillis quãdo tutores fuerũt negligentes, & permiſerunt poſsideri per incuriã bona pupillorũ.

Viceſimum nonum,condictio ex cap. ſæpe. de reſtit.ſpoliat.quando quis per vim fuit ſpoliatus.& deinde poſſeſsio peruenit ad alios,etiã ſi per nullius manus ſic poſsidens ſcribat violentiam fuiſſe commiſſam, recuperabitur tali remedio poſſeſsio.

Triceſimum,conditio ex c.bonæ memorię. de appella.quando poſt tempus appellationis iudicialis, vel extraiudicialis, qui fuit prælatus poſſeſsione, ante omnia debet reſtitui: & ideo dicit ibi Abb. cautelam eſſe quando quis timet cadere à poſſeſsione, quòd interponat appellationem extraiudicialem.

Triceſimum primum, ex c.reintegranda.3. q. 1. quando aliquis fuit poſſeſſor, & cecidit à poſſeſsione, aut per vim vel ſine vi, etiã ſi poſſeſſor haberet bonam fidem, ſiue res ſit prophana,vel eccleſiaſtica. de quo latiſsimè Inno. & alij in cap.ſæpè. de reſtit.ſpoliat.Iaſ.in l.rem quæ nobis.ff.de acq.poſſ.

Triceſimum ſecundum,& vltimum,condictio ex l.ſi coloni.C.de agri.& cenſi.lib.11.cum res mobilis per furtum aliúdve vitium perditur à quocumque poſſeſſore recuperari poterit tali remedio. Et ſi fortè circa præmiſſa aliquis diceret, quomodo cognoſcatur quando intentatur vnum remedium,vel aliud.Reſpon. recurrẽdum eſſe ad concluſionem libelli, quia quamuis plura reducantur, & narrentur, ſi in concluſione fiat mentio de vno, totus libellus ad illud reſtringitur. l.Aurelius.§.Sticho. & ibi Bar.ff.de liber.lega.Inno.in c.ex literis.ſuprà de reſcrip. latè Iaſ.in l.1.in princip. colum. 2. & 3. ff.de edendo.

*Clauſula ius & iuſtitiã miniſtrari.*

Notetis tamẽ quod ſi opponeretur clauſula ius & iuſtitiam miniſtrari.operabitur,vt ſuper his quæ reperiũtur deducta,dato quòd in concluſione non fiat mentio, iudex poſsit procedere,ita Calder. poſt Innoc. & ibi Abb.col.25. in c.cum dilectus.ſuprà de ord.cognit. & ideo dicit Ang.in §.omnium. Inſt.de actio.quando aliquis ignorat remediũ quod ſibi competit, & habet plura, neſcit eligere, vtile eſt,vt deducat ample factum ſuum & adiiciat clauſulam, ius & iuſtitiã miniſtrari, de quo latiſsimè Iaſo. in d.§.omnium.col.24.Illa tamen clauſula,ha-





bet locum quando in deductis competeret actio,aliàs non.ita. Paul.de Caſt.conſi.161.quæritur.col.fi.ſecundum antiquã impreſsionem.

Nonò quæritur, quia in toto titulo tam in text.1.glo.& per doct.ſemper fit mentio de petitorio & poſſeſſorio,quid dicatur petitorium & poſſeſſorium. Reſpon. breuiter petitorium eſſe quando agitur de iure, vel dominio, aut proprietate rei.poſſeſſorium quando agitur de ſola poſſeſsione.& quando de vtroque dicitur & petitorium & poſſeſſorium.glo.not.in l.fin. in glo.1.C.qui legit.perſo.Et dicit Bal.in l.pen. col. 2. C. ſi à non compet. iud.quòd illud ius dicitur petitorium ratione cuius habeo ius in re,poſſeſſoriũ ratione cuius rem teneo.& dicit Bart.in l.1.col.2.C.quo.bono. quòd inter petitorium & poſſeſſorium eſt differentia. quia in petitorio pronunciatur de iure rei,in poſſeſſorio de poſſeſsione. Hinc eſt quod dicit Ioan. Andr.in cap. ex tenore. ſuprà de foro compet. quod quando aliquis dicit rem eſſe ſuam, intẽtatur petitorium.Et ſi diceretur quod in realibus & petitoriis nos petimus poſſeſsionem, vt ſi vendico rem, peto poſſeſſorem condemnari ad reſtituendum poſſeſsionem.l.vnica.C. de alie.iud.mut. cauſa.fac. cap. examinata. ſuprà de iudic.Reſpon.ſecundum Bar. in c.1. C. de ſal. interd.in l.1.in princ. ff.eod. quamuis in petitoriis fiat mentio de poſſeſsione habenda: appellantur tamen petitoria, quia iudicium principaliter agitur in cognitione iuris. Iſtud idem voluit Iaſ.in §.Item ſeruiana.col. 8. Inſt. de actio. in ſimili videmus quòd quandoque in poſſeſſoriis ad maiorem cautelum, & ad confortandum illud, tractatur de proprietate c.licet cauſam.de probat. Tradunt omnes in l. ordinarij. C. de rei vend. per hoc tamen non dicitur petitoriũ quia attendimus ad id quod principaliter agitur. l.quæritur.ff.de ſta. homi. & à principaliori fit denominatio. glo.in l.1.in prin.ff.de verb.oblig.

Differentiæ autem inter poſſeſſorium & petitorium multæ reperiuntur in iure. Prima, quia pupillus ſine tutore, minor ſine curatore, filius ſine conſenſu patris, ſeruus ſine authoritate domini, monachus ſine licentia abbatis poſſunt intentare poſſeſſorium,licet non petitorium l.fin.C.qui legit.perſo.l.1. C.ſi per vim vel alio.mo. Barto.& Bald. in vtroque loco.Domini de Rota. deciſi. 4. in antiq. Bald. conſil.84.in verbo libelli, verſi.pen.in 10.part. Spec.in tit.de acto. verſic. quid ſi ego ago. Secunda,quòd licet ſine mandato quis, pro alio non admittatur.l.1.C.de procu.c.1.ſuprà eo.tit. ſecus eſt in poſſeſſorio quia amicus pro amico conſanguineus per conſanguineo admittitur.d.l.1. C. ſi per vim vel alio modo. & has duas differẽtias notetis pro limitatione Dec.& Bar.quę communiter allegatur in actu practico in l.1.& 2. C.de edict. D. Adria. toll. quòd in quacunque cauſa etiam ſummaria debeant perſonæ plene legitimari. Tertia, quia licet in petitorio regulariter procedatur ordinarie,cauſa tamen poſſeſſorij debet eſſe ſummaria.l.3. §. ibidem.ff.ad exhib.glo. & Bart.in d.l.fi. C. qui legi.perſo.in l.momentaneæ. C. vnde vi. & in l.1.C.quo.bono. Nõ tamen eſt taliter ſummaria quin debeat dari libellus, vt voluit Abb. & ibi latè dicemus in c. paſtoralis. col. 1. hoc tit. debet etiam lis conteſtari,§.retinendæ.Inſtit.de interd.latè Bart.vbi alij omnes,in l.naturaliter, §.nihil commune in quæſtionibus poſt continuationes. verſ.3.in antepen.col.ff.de acq.poſſ. Dicitur tamẽ ſummaria, quia dilationes debẽt eſſe breuiores,nec requiritur pleniſsima probatio.De hoc per Bar.vbi declarat, altero de tribus modis cauſam eſſe ſummariã.l.ſi quis ex liberis.§.ſi quis ex his.ff.de lib.agno. Nam probationum quædam ſunt pleniſsimæ, & illæ requiruntur in cauſa maximi præiudicij, vt in criminalibus, vel cauſa ſtatus: quædam ſunt plenæ,& illæ requiruntur in cauſis pecuniaris: quædam ſunt leues,&illæ adhibentur in cauſis parui præiudicij.gl.not.in l.iudices.C. de iud. Bar.in l.2.§.ſi dubitetur.ff.quemad.teſta. aper.

Quarta,quia in poſſeſſorio proceditur tempore feriato.ita D. de Rota.in deciſ.140. tempore feriato in nouis.

Quinta eſt, quia in poſſeſſorio non admittuntur exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem.l.3.§.ibidem.ff.ad exhi.Bar.in d.l.fi. C.qui legi.perſo.in l.momentaneæ.C.vnde vi.

Sexta, quia ſi ſimul occurrant cauſa ciuilis in poſſeſſorio,& cauſa criminalis, debet prius euacuari cauſa poſſeſſoris.l.1.C.de appel. Bald. in addit. ad Specul.verſi.ego ago.in tit.de app.

Septima eſt, quod non eſt locus reconuentioni in poſſeſſorio.ita Specul.in tit. de reconuentione.§.2.verſic.ſed quid ſi agebam,& allegat l.fin.C.qui legit perſon.

Octaua, quod licet ſcriptura habens ſubſcriptionem teſtium, non faciat fidem, nec teſtes recognouerunt ſubſcriptionem, vt habetur in Auth.ſed nouo iure, C.ſi cert. peta. in l. comparationes. C. de fi. inſtrument. ſecus in cauſa poſſeſſorij. vt probat text.in l. fin. & ibi Bald.in 5.oppo. C. de edicto Diui Adria.toll.

Nona, quod exceptio,dolo facis, quia petis quod oportet te reſtituere. quæ habet locum in petitorio.l.dolo.ff.de exceptio. cap.dolo. de reg.iuris in 6.non habet locum in poſſeſſorio. glo.in l.1.§.qui vi autem. & ibi Bart.ff.de vi & vi arma.Bart.poſt gl.in l.1.C.quorum bono.in l.1.C.qui legit.

Decima quod cauſa poſſeſſorij non dicitur ſpiritualis, vt ſi eſſet ſuper beneficio licet petitorium ſit ſpirituale, & ex hoc domini iudices temporales aſſumunt cognitionem beneficiorum in cauſa poſſeſſorij,vt habetur in c.fin. de iudic.Guido Papæ in deciſ.parla.q.1.latè Abb. & ibi alij in c.literas.ſuprà de iura.calum.

Vndecima quod pro re mobili regulariter non dantur remedia poſſeſſoria.l.1. §. illud. ff. de vi & vi arma.glo.in l.rem quæ nobis. ff. de acq. poſſeſſ. videatis tamen ibi. Bart. & Alex. plenè eundem Bart.in l.fi.§. ſed cum in ſecundum.C.de fur.

Duodecima,quod quando poſſeſſorium &

petitorium ſimul intentantur, debet prius procedi ſuper poſſeſſorio.c.2.c.cum dilectus.& ibi videbimus,hoc tit.

Decima tertia & vltima, qualiter in materia poſſeſſorij non appellatur.l.vnica.C.ſi de momenta.poſſ.

*De lege regia mortuus ſaiſit viuum.*

Decimò quæritur quia habemus legem Regiam in regno Franciæ,quod mortuus ſaiſit viuũ,hoc eſt quod poſſeſsio quæ erat penes defunctũ,cõtinuetur in hæredem,licet de iure ſine apprehenſione, hæres non dicatur poſſeſſor.l.cum hæredes in princ. ff.de acq.poſſ.l.1.§. Scæuola.ff.ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſus fue. l. ſi ſorori. Cod. de iure delib. etiam ſi fuerit filius, vt voluit glo. in l. in ſuis. & ibi traditur ff.de lib.& poſth. Vtrum tale ſtatutum valeat, & quid requiratur ad transferendũ illam poſſeſsionem, an dicatur vera, quibus competat, & quem habeat effectum: reſoluendo plene hunc articulum quotidianum faciatis has concluſiones.

Prima concluſio, per ſtatutum vel conſuetudinem iudicij,vt poſſeſsio ſine apprehenſione de vno transfertur vel continuatur in aliũ, vt probat tex.in cap.2.vbi Abb.& latè Anton. Barbat.col.5.& 6. ſuprà de conſuet. idem probat tex.in l.raptores. C.de Epiſ. & cler. & in l. quamuis.vbi Bart.in l.cum vnus.§.fin.ff.de bo. authen.iud.poſſ.idem Bart.in l.commiſſa.ff.de public.& vectig.Bald.in l.fin.colum.3. verſicul. iuxta prẹmiſſa.C.de ſacro.ſanct.eccleſi.in l.traditionibus. colum.1. C.de pact.in l.3. Cod. de furt.idẽ Bal.in l.ea lege.col.4. C. de condit.ob cauſ.in l.1.col.pe.C.de com.lega.in auth.defuncto.col.2.ad Tertull.in l.ſancimus.§.cũ autem. C.ad Treb.in l.1.C.de appel.in l.de quibus, in repetitione col.15.verſic.viſo de cauſis.ff. de legib.Dominus Philip. Dec. conſi.84. excellentiſsimi doctores.col.2.Alex.Bal. & Iaſ. in locis ſtatim allegandis.

Secunda concluſio,ſtatutum vel conſuetudo, poteſt operari tranſlationem poſſeſsionis, & non interueniente aliquo facto, ſeu miniſterio, quamuis tex.in cap.2.ſuprà de conſuet. loquatur quod illa conſuetudo requirebat citationem & ſic aliquod factum,tamen poterit diſponi, ſine miniſterio poſſeſsionem continuari.ita And.ſicul.in d.cap.2. col.6. alleg. ad hoc text.in l.quamuis.ff.de bo.autho.iud.poſſ. in l.quiſquis, in l.ſi quis argentũ.§.ſi quis autem.C.de donat.in cap.1.in ca.contingit. infrà de dolo. & contu.in c.cũ conueniſſent.infr.de reſtit.ſpoliat.glo.in l.1.in fi.ff.de reb. eo. in quibus locis patet qualiter poſſeſsio transfertur per actus à iure introductos, tamen nullum interuenit factum. Iſtud idem voluit Ludo. Rom.in l.1. in princip. col.6.ff. de acq. poſſeſſ. Bal.in d.l.fin.de ſacroſanct.eccle.

Tertia concluſio,poſſeſsio quæ transfertur ex ſtatuto vel conſuetudine dicitur vera poſſeſsio & non ficta, quãuis actus dicatur fictus, ita Card.in cap. contingit.infr.de dol.& contuma.probat text. in l. certe. §.1. ff. de precar. quod poſſeſsio quæ transfertur per precarium vel alium actum fictum, eſt vera poſſeſsio. Ita Bart.in l.ab emptione,col.fin.ff.de pact. in l. ſi is qui pro emptore.in repetitione. col. penul. ff.de vſucap.Alex. in l. quarundam. ff. de acq. poſſ.Iaſ.in l.1.§.ſi iuſſerim.colum.2.eo.tit.Et ex hoc inferatis vnum quod voluit Bald. in rub. col.pen. qualiter iſte talis ſucceſſor, ſi conſtitueret ſe nomine alterius poſsidere, & venderet iura ſua,per hoc tamen non transferretur poſſeſsio.quia interuenirent duæ fictiones, vna per ſtatutum, alia per precariũ.allegat dictum Guil. de Cuneo in l.ab emptione. ff. de pact. qui voluit quod per procuratorẽ virtute precarij,non transferatur poſſeſsio in dominum, ne concurrant duæ fictiones, vna in precario, alia tranſlatione per perſonã procuratoris.quã deciſ.ibi Bal.reprobat,Bart.& cæteri omnes in dicta l.ſi is. qui pro emptore.ad fin. l. certe.§.1. ff.de precar.

Quarta concluſio,talis poſſeſsio,ex ſtatuto aut conſuetudine continuata, etiam ciuilis. poſſeſsio.l. raptores.& ibi glo. verb. poſſeſsionem.C.de epiſ.& cler.Bal.in d.l.fi.C.de ſacroſanct.eccle.Ang.in l.licet.C. de acq.poſſ.Paul. de Caſt.& Iaſ.in l.ſi ſorori. C. de iur. delib.Ex quo inferatis, quod quemadmodum, qui habet ciuilem poſſeſsionem, de iure habet interdictum,vti poſsidetis,contra poſsidentem naturaliter,ex eo quod turbatur in ciuili, vt dicit glo. quam omnes ſequuntur in l. clam poſſidere.§.qui ad nundinas.ff. de acq.poſſeſſ. Ita etiam talis poſſeſſor virtute ſtatuti habebit interdictum vti poſsidetis.Iſtud voluit Petr. de Anch.in c. 2.ſuprà de conſuet. Bal. in rub.eo. tit.Notetur tamẽ vnum quod ſi iſte aliàs non habuit naturalem poſſeſsionem,virtute ciuilis tranſlatæ,& per ſtatutum non poterit poſſeſſionem naturalem propria authoritate apprehendere. ita Petrus de Ancha. vbi ſuprà. Et iſtud videtur mirabile, cùm ſuprà dixerimus in remediis recuperandæ,in octaua quẹſtione, quòd ciuilis operatur vt naturalis poſsit expelli.glo.& Bart.in l.1.§.interdictum.ff.vti poſſi. Dicatis hoc ideo eſſe,quia naturalis poſſeſſor, modo habuerit illam ab iſto ciuili poſſeſſor, vel quia iſte ciuilis nunquam habuit apprehenſionem corporalem:& quotieſcumque ciuilis poſſeſſor non habebit corporalem poſſeſionẽ,nõ poteſt propria authoritate expellere detentatorem vel corporalem habentẽ, per ea quæ voluit Bart.& alij,in l.2.C. de iur.emphit. quod dominus directus qui habet ciuilem poſſeſsionem quamuis emphiteota ceciderit à iure ſuo,non poteſt illum propria authoritate expellere.

Quinta concluſio,ciuilis poſſeſsio hoc modo tranſlata, habet effectus ciuilis poſſeſsionis à iure introductæ, quia per eam interdictum vti poſsidetis competit:poteſt etiam virtute illius intentari remedium adipiſcendæ ratione naturalis poſſeſsionis,quæ eſt penes alium. Ita Bal.in rub.de conſuet.3.col.ad fin.in c. item cũ quis,infrà de reſt.ſpoliat.Alex.& Iaſ. in l.ſi ſorori.C.de iur.delib.Alex.in cõſi.40. perſpectis. col.3.



col.3.in 1.parte.in c. parte. conſil. 83. viſa facti narratione.col. 5. eadem parte.& conſil.24. attentis.in principio & tertia parte. Vbi dicunt quod poterit intentari remedium. l. fin. C.de edicto Diui Adria. toll. idem voluit Dec. in d.conſil.84.

Sexta concluſio, quamuis ſine apprehenſione,poſſeſsio per ſtatutum continuari poſsit de vno in alium,ſi tamen interim fuerit occupata per aliquem, non transferetur poſſeſsio. Ita Raph.Cuma.per illum text.in l. Pomponius.§.quæſitum.ff.de acq.poſſeſſ.Alexan. in l. cum hæredes.in princ.col.1.eod.tit.Et eſt bona glo.in l.miles.verb. quaſi coniuncti. ff. ex quibus cauſ.maio.Iaſ.in l.ſi ſorori.col.1.C. de iur. delib. Vos tamen iſtud intelligatis, quantum ad poſſeſsionem naturalem, quia ciuilis per occupationẽ alterius non perditur.l.clam poſſidere.§.fin.ff.de acq.poſſ.

Septima concluſio,quòd talis in quem per ſtatutum confertur poſſeſsio, licet habeat remedia retinendæ & adipiſcendæ poſſeſsionis, non tamen recuperandæ.Ita Cin. & ibi Bal.in 4.col.in l.ea lege.C.de condict.ob cauſ.Iaſ. vbi alios refert,in d. l. ſi ſorori.col. fin. Et ratio eſt quia ad hoc vt competat remedium recuperandæ,requiritur ſpoliatio, vt vidimus in præcedenti quæſtione.in remed.recuperandę poſſeſsionis tamen quìs non dicitur ſpoliatus,dato quòd alius occuperauerit corporalem poſſeſsionem, requiritur enim quod expellatur, vel,quando vult accedere,quod non admittatur:aut quod ſuſpicetur ſe poſſe repelli.vt tradunt omnes in d. l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poſſ. Ex quibus inferatis quod ſi iſte vellet accedere ad poſſeſsionem, ſeu rem,cuius poſſeſsio per ſtatutum fuit in ea tranſlata & non admitteretur,haberet interdictum recuperandæ.

Octaua concluſio,quod tale ſtatutum ſi faciat mentionem de hærede, vt in eum continuetur poſſeſsio, nõ comprehendit fideicommiſſarium,qui dicitur hæres ficte,& non vere. l.ſi filius.§.1.ff.quod cum eo.l.poſtulante. ff. ad Treb. Verba autem ſtatuti comprehendunt caſum verum,& non fictum.l.1.§. hoc interdictum de cyſteria.ff. de fonte.tradũt omnes in l. Gallus.§.& quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. Ita in ſpecie voluit Alex.in materia dicti ſtatuti. conſil. 83. viſa facti narratione. col.5. in ſecunda parte.

Nona & vltima concluſio licet poſſeſsio non acquiratur in re incerta. l.3.§.incertam. ff. de acq.poſſ. & diximus ſuprà in prima quæſtione: tamen ſtatutum operabitur quod poſſeſsio rerum hæreditariarũ (quæ ſunt incertæ hæredi) in eum transferatur. & hoc modo limitabitur dictus §. incertam. ita in ſpecie ibi Iaſ.col.pen.Et ratio eſt,quod quamuis hæredi ſit incertum, eſt tamen certum ſtatuto, quia omnia præſentia domini ſunt certa legi.l.cum quidam.§.quoddam. verſic.ſuum.ff.de acquir. hæred.l.cum præſens. cum l.ſeq.ff.ſi cert.pet.

Vndecimò quæritur quia ſuprà pluries vidimus,ſolum titulum non ſufficere ad acquirendum dominium, ſed requiritur apprehenſio poſſeſsionis,vtrum requiratur plena apprehenſio, ita quod non debeat poſsideri vel detineri per alium, an verò ſufficiat ſimplex apprehenſio. etiam per modum inductionis, vt quia ille qui mecum contraxit me induxit in re quæ per alium poſsidebatur.Reſpon. breuiter non eſſe neceſſariũ vacuam poſſeſsionem, ſed ſufficere inductionem ſimplicem, vel ſimplicẽ apprehenſionem.text. not. ſecundum intellectum glo.& ibi Bart.ponderat. in l. ſi fundum.ff.de pac.dotal.Bart.& ibi Bal.in l. traditionibus.C.de pact.Bal.in l.cum res.C.de probat.in l.qui prædium.C.de diſtra. pig. vbi ita declarat illas leges requirentes traditionem vacuæ poſſeſsionis. Item voluit Salic.in l.1.C.de donat.& de illo tex.per Aret. & Iaſ.in rubr. ff. de acquir. poſſ.Bald.in l.ea lege.C.de condict. ob cauſam.

Duodecimò & vltimò, poſſet quæri vtrum neceſſariò requiratur poſſeſsio ad tranſlationem dominij:ſed quia iam rubr.fuit explicata recurratis ad ea quæ traduntur in l.traditionibus.C.de pact.late Henri. Boic.in c.2.per duas col.ſupr.de conſuetud.

Circa tertium propoſitum ſcilicet continuationem rub.ex eo quod pertinacibus continuationes ſunt relinquendæ,qui non certant niſi de vana vocabulorum ſignificatione. l. 2. C.de conſtit.pecu.glo.in l.1.ff.ſolu.matri. continuetis ſecundum communẽ doctorum modum: quia ſuprà viſum fuit dẹ ord. cogni. & plerumque in iudiciis alteratur ſi petitorium & poſſeſſorium debeant coram eodem iudice tractari,de quo in c.1.huius tit. Vel quando ſimul & ſemel fuit tractatum, ſi debeat prius terminari poſſeſſorium. de quo in 2. cap. Et quando de vtroque fuit cognitum,& non probatũ petitorium,ſi debeat ſolum definiri poſſeſſorium, de quo in c.cum eccleſia. & in cap. cum ſuper. Et quando ab initio fuit intentatum vnum remedium,& pendente lite volunt intentare aliud, ſi iudex debeat admittere, de quo in c.paſtoralis. Et ſi ſimul fuerit de vtroque cognitum & probatum,an debeat definiri vtrumque, & ſuper quo, fieri executio, de quo in c.cum dilectus. Et ſi aliquis ſuccubuit in poſſeſſorio, an poſsit venire ad petitorium, de quo in c.cum olim. Et quando petitorium fuit deductum ex vna cauſa,& lata ſententia ſi poſsit deduci ex alia cauſa.de quo in c. fi. Neceſſario erat videndum de cauſa poſſeſsionis & proprietatis,& merito fuit hęc rub.poſita. & & ſic eſt abſoluta & ſuis numeris perfecta præfatio huius tituli, quare aggredior capitis primi notabilem explicationem.

# SEQVITVR CAP. PRIMVM INCIPIENS, SVSCEPTIS. DE CAVSA POSSESS. ET propriet.in antiquis Gregorij noui decretalibus.

CAVSA poſſeſsionis & proprietatis tractari & terminari coram eodem iudice debent & contra partem inauditam nō fertur definitiua. hoc dictum habet duas partes, prout ponit duo dicta. ſecundam ibi necnon.

Circa primam partem antequam veniamus ad apoſtillationē, & notabilia, mouetur difficultas, quia iſte tex. per doct. hîc ponderatur, & in locis inf. alleg. allegatur quod de iure canonico, prout & de iure ciuili, cauſa petitorij & poſſeſſorij debet tractari coram eodem Iudice, tamē in 1. parte Rom. Pontif. tantummodo refert leges iſtud voluiſſe, & non apponit aliqua verba ex quibus velit idem decidere, ſed quoties quis refert verba alterius, non videtur approbare, nec ex his aliquid decidere, glo. not. quam ibi Rapha. Cuma. Ang. Ioan. de Imol. Alex. & Iaſ. commendant, in l. Gallus. §. idem credendum. in verbo pronepos. ff. de libe. & poſth. & ideo dicit Decius in c. iurauit. in primo not. infrà de probat. quod licet in actu practico illi qui referunt verba aliorum, vt non videantur illa approbare, adiiciunt clauſulam vt aſſeris, vel vt aſſeritur cap. ad hæc. & ibi Antho. de Butr. in primo notabili ſuprà de reſcrip. illa tamen cautela eſt fruſtratoria, quia ex ſola relatione non approbat. & allegat dictam glo. & ideo Bal. in d. l. Gallus. §. quidem rectè. col. 1. ff. de libe. & poſthu. latiſsime Iaſ. in l. 2. col. 2. C. de inſtit. de ſubſtit. dicunt illud vulgatū, quod ſolet dici, ſi aliqua inferantur in ſupplicatione vel libello præiudicant, quia videtur illa fateri. l. cum pretium. C. de libe. cauſa. hoc habet locum, quando exprimuntur poſitiue & non relatiue.

*De verbo & clauſula vt aſſeritur.*

Ad hanc difficultatem reſpon. multis modis: primo ponderando dictionem nec, poſitam in ſecunda parte, cuius natura eſt continuare præcedētia, & habere vim copulatiuam, & vltra hoc implicare qualitates, in oratione in qua ponitur, inſertas ad orationes præcedentes. l. 2. in princip. verſic. nec cogitur. & ibi Bart. col. 3. ff. ſolu. matri. l. & quia. & ibi glo. ff. de iuriſ. omn. iud. l. ſi filiæ. C. de dona. glo. in l. nec emancipati. de collat. Iaſ. in l. ſi vnus. in princip. col. fin. ff. de pact. Ideò cum in ſecunda parte decidat Roma. Pontif. quod non debet definire contra partem inauditam, implicat quantum ad primam partem, quod nō debet committere diuerſis iudicibus cauſam petitorij. & poſſeſſorij. Vel ſecundò dato quod prima pars eſſet dubia, & non appareret de deciſione Ro. Pontifi. quia in ſecunda parte ponitur deciſio, datur intelligi quod voluerit etiam dicere in prima parte. Concluſio eſt notabilis quod vna pars alternatiue, vel copulatiue poſita ſi fuerit dubia debet declarari per aliam partem. l. 1. vbi Soc. in 1. notabili. ff. de reb. dub. Ludo. Roma. in conſil. 231. præmiſſorum doctorum. Iaſ. in l. 4. §. Cato. col. 2. ff. de verb. oblig. Et facit deciſio notabilis. Bart. in l. ſi legatarius. §. fin. ff. de leg. 3. Quod ſi fuerit factum legatum annuum de pecunia & frumento percipiendo in aliquo fundo, licet legata annua in princ. anni ſoluatur, quia tamen legatum fructuum ex fundo non ſoluitur, niſi tempore quo fructus percipiuntur, eodem iure ſoluetur legatum, & pecunia & frumentum ſoluentur tempore perceptionis frumenti. Vel terriò poſſet quis dicere, quia Rom. Pontifi. interrogabatur, vel ab eo petebatur vt daret diuerſos iudices in petitorio, & poſſeſſorio: Et ad iſtud principaliter fecit reſponſionem, dato quod nihil aliud dixerit niſi allegando authoritatem, lex ciuilis videtur hoc approbaſſe, & idem decidere. ita Bar. in l. 1. col. 5. ff. ſi cert. pet. dum allegat l. leges. C. de legibus. Vel quartò poteſt dici quod verba enunciatiua principis, quando principaliter emittuntur ſuper eo de quo interrogatur, important deciſionē, vt habetur in cle. prima de probat. vel quando quis allegat leges ad deciſionem videtur eas approbare poſtquā non reprobat. arg. l. cōficiuntur. de iure codicillo. l. 1. §. ſciendū. de leg. 3. & ideo Papa hîc nō refert verba partis, ſed ipſe decidit petitionem partis per legalem prouiſionem, ſicut in Euangelio dicitur, non in ſolo pane viuit homo &c.

*De dictione nec.*

Circa intellectus declarationem, ad iſtud cap. quando duo iudices concurrunt, ſi debeāt coram eodem iudice tractari & terminari, habetis pręmittere quòd quandoque aliquis fuit conuentus coram vno iudice, & pendente illo iudicio pro eadem cauſa conuenitur coram alio, & iſto caſu, coram vno eodemque iudice agitur, quo caſu dicitur competere exceptio litis pendentis. de hoc habetur in l. vbi ceptum. ff. de iudic. in authen. qui ſemel. quomodo & quando iud. Notetis vnum, quòd quotieſcunque ſententia pareret exceptionem rei iudicatæ, pendente illa cauſa, non debet tractari de alia, cui obſtaret exceptio rei iudicatæ. ita notat Bald. in c. vnico. in fi. verb. de controuer. feud. in vſi. feud.

Quando aliquis habet vnam actionem cōtra plures perſonas, vt eſt pupillus qui habet plures tutores, & vult vnum conuenire coram vno iudice, & alium coram alio. de hoc habetur in l. 1. & 2. ff. de qui reb. ad eundem. iud. eat. & hoc caſu corā vno eodēmq; iudice agetur.

Quandoque aliquis habet plures actiones contra eandem perſonam, vt quia tenetur ſibi ex cauſa mutui decem, ex venditoris cauſa de viginti, & pro vna ſumma vult eum conuenire coram vno iudice, pro alia cauſa coram alio, & de hoc habetur in c. fi. ſuprà de reſcrip. c. diſpendia. eo tit. in 6.

Quan



Quandoque aliqui plures habent actiones, contra vnam perſonam, & vnus vult conuenire in vno iudicio, alius coram alio iudice. & de hoc in l. is à quo. ff. de rei. vend. in l. penul. ff. de peti. hæred. vel vnus, pro vno eodem delicto accuſatus à iudice domicilij, & alius per iudicem criminis: contra eum proceditur. de hoc per Innoc. & alios in c. cum M. Ferrarien. ſuprà de cōſtit. traditur in l. qui de crimine. C. de accuſat. & hoc caſu. idem vt in ſuperioribus.

Quandoque aliquis habet actionem contra vnum, & ille habet aliam actionem contra iſtum, ſi debeant tractari coram eodem iudice. iſta eſt materia l. cōſentaneum. C. quomodo & quando iud. c. 1. ſuprà de mutuis petit. & de iſtis loquimur in iſto caſu.

Quandoque aliquis pro eadem re contra eandē perſonam habet diuerſa remedia, vnum ſuper poſſeſſorio & aliud ſuper petitorio. Vel ipſe habet ſuper petitorio, & aduerſarius ſuper poſſeſſorio. vel è contra, an debeant tractari coram vno iudice. Hæc eſt propria materia huius cap. & de iure ciuili non habemus niſi tex. in l. nulli. C. de iudic. de iſto autem canone habemus text. in c. fi. ſurprà de iudic. in cap. 1. de ſequeſtr. poſſe.

Vidēdum eſt igitur qualiter intelligatur iſte text. in quo reperiuntur fuiſſe varij intellectus.

Primus fuit Innocen. hîc, quem ſequitur Hoſtien. & poſt eos Petr. de Ancha. & Ioan. de Imol. glo. in c. fin. de iudic. vbi Innoc. Abb. antiq. in ſummario Hoſtien. Petr. de Anchar. Io. de Imol. & Card. qui dicebant iſtum habere locum quando eodem tempore quis volebat tractare poſſeſſorium & petitorium, non poteſt fieri coram diuerſis iudicibus. ſi verò finita erat cauſa vel ſuper poſſeſſorio, vel ſuper petitorio, de altero poterat coram alio iudice, per text. in d. c. fin. de iudic. vbi cauſa poſſeſſorij ſuper interdicto recuperandæ, fuit deciſa per poteſtatem Florentiæ, iudicem ſecularem. & ſuper petitorio fuit commiſſum certis iudicibus ſpiritualibus.

Secundus fuit intellectus Ioan. Andr. in addi. ad Specul. in tit. de reſcrip. §. fi. verſi. Item. Quod facit, quòd quādo ab vna perſona poſſeſſorium & petitorium tractaretur, ſiue eodem tempore, ſiue poſtquam finita eſt cauſa, ſuper vno, debet vtrumque coram eodem iudice tractari: ſi verò vni competebat poſſeſſorium, & alteri petitorium, poteſt tractari coram diuerſis iudicibus & iſte eſt intellectus ad c. fi. ſuprà de iudic. vbi illi monachi de Florentia habebant remedium poſſeſſorium, & aduerſarij petitoriū, & ſic videtur reſtringere iſtum tex. quod quando diuerſis competebant, vni poſſeſſorium, alteri petitorium, poterāt coram diuerſis iudicibus ſiue eodem tempore, ſiue diuerſis tractari.

Tertius fuit intellectus Bal. de Sal. in l. nulli. C. de iudic. quæ lex nulli, habebat locum tantummodo, quando impetrabantur diuerſi iudices, ſuper petitorio & poſſeſſorio: ſi verò procederetur coram ordinariis, vel ab vno, vel diuerſis, vel eodem tempore, vel ſucceſsiue, non eſſet locus huic deciſioni. quia iſta deciſio eſt correctoria. l. antiquæ. & non debet ratio excedere terminos ſuos, per ea quæ traduntur in authentica quas actiones. Cod. de ſacroſanct. eccleſi.

Quartus fuit intellectus Bart. in d. l. nulli. C. de iudic. quem ibi Areti. Alex. & Iaſ. ſequuntur. Abb. infrà latè declarat, in d. c. fin. col. 5. ſuprà de iudic. Areti. conſil. 29. diligent. col. antepen. & ſeq. ibi latè ampliat: & inielligunt text. iſtum, ſiue ab eodem intentaretur poſſeſſoriū, & petitorium, & eodem tempore vel ſucceſſiue, quia ratio propterquam fuit facta hæc deciſio ſemper militat. Duæ ſunt enim rationes potiſsimæ, vna eſt propter cōnexitatem cauſæ, quæ connexitas conſiſtit ex eo, quòd ambo remedia cadunt ſuper eadem re: alia eſt quia iudex qui iam cognouit de primo remedio, facilius intelliget & cognoſcet ea quæ tractabuntur in ſecundo. Siue etiam vni competeret vnum remedium & alteri aliud, debet vtrumque coram eodem iudice tractari, ſiue ſimul & ſemel quilibet velit agere, ſiue diuerſis temporibus: & finito primo proceſſu: quia ſemper militant dictæ rationes. Vnus tantummodo eſt caſus, in quo recurretur ad diuerſos iudices, quādo ille qui incepit cognoſcere de vno, non erat iudex competens de alio. vt quia coram iudice temporali fuit tractata cauſa poſſeſſorij, & nunc venit tractanda cauſa petitorij. quia ſecularis iudex non eſt competens, debet tractari coram iudice eccleſiaſtico. Ita debet intelligi tex. in d. c. fin. de iudic. Et hoc caſu nō erat conſideranda ratio connexitatis. Nam quando concurrunt cauſa naturalis & cauſa accidentalis: debet potius attendi cauſa naturalis. l. qui habebat. ff. de teſta. tute. Cauſa incompetentiæ iudicis cenſetur naturalis, & cauſa cōnexitatis accidentalis debet ideo incompetentiæ cauſa proponi.

Quid tenendum in his diuerſis intellectibus? quia intellectus vltimus videtur eſſe magis communis, ſine ſcrupulo nō procedit, propter regulam quam habemus, quòd omnia cēſentur permiſſa quæ non reperiuntur prohibita. l. ab ea parte. ff. de probat. glo. magna in c. inter corporalia. ſupra de tranſla. præla. Et caſus omiſſus debet haberi pro omiſſo, & relinqui in diſpoſitione iuris communis. l. ſi cum dotem in princ. ff. ſol. matri. & qui prouidet in vno caſu, in aliis videtur contrarium decidere. l. cum prætor. in princ. ff. de iud. c. nemine. infrà de præſumpt. Sed hîc Roma. Pontifi. & impera. in d. l. nulli. C. de iudic. loquuntur tantummodo quando diuerſi iudices delegati impetuntur. ergo prohibentur: in iſto caſu tantum cenſetur eſſe permiſſum aliis. Et quo ad alia debet remanere iuris communis diſpoſitio, licet de rigore iuris poſſet ſubſtineri iſtum text. non habere locum, niſi quando ab eodem tractaretur vtrumque iudicium: quartus tamen intellectus tanquam magis communis eſt tenendus: pro quo facit illa regula quòd exempla non

pla non reſtringunt regulam. l. damni infecti ſtipula.ff.de damno.infect.glo.notabilis in authen.Caſſa.C.de ſacroſanct.eccle.diximus etiã quod ea quæ exprimuntur propter maiorem frequentiam non excludunt alios caſus.l.1. C. de his qui ad eccl.confug.in l.vnica.verbo ſpectabilis.C.de rap.virgi.Iaſ.in l.1.§.huius ſtudij. ff.de iuſt.& iure.in l.2.col.3.ff.de vulg.& pupil. in authent.ex teſtamento.col.11.C.de lib. præteri.vel ex hęred.& faciunt ea quæ latius dicemus in quinto notabili.in tex.ibi legali prouiſione.prout dicit glo.loquimur de l.nulli.C.de iudic.quia aliam non habemus loquentem de hoc caſu, ita ibi volunt ſcriben. in text. ibi decretum licet iſte terminus habeat plures ſignificationes.

*Decretum quot modis accipiatur.*

Nam accipitur pro quacumque iudicis ſententia ſiue diffinitiua ſiue interloquutoria.l. necquicquam decretum.ff. de offi. proconſul. imò pro quocunque mandato,vel iuſſu ipſius iudicis : ita quòd citatio dicitur decretum.l.ſi decreta.ff.de re iud.hinc eſt quod primus iuſſus appellatur primum decretum,ſecũdus iuſſus ſecundum decretum. l. ſi finita.§.ſi plures. & ibi glo. ff. de damno infect. Capitur etiam decretum pro authoritate iudicis quæ interponitur in cõtractibus minorum vel aliorum, vt habetur ff.& C.de prædiis minor. Decretũ capitur etiam pro opinionibus conſulum alicuius ciuitatis, ſeu pro concluſionibus communitatis.ff.de decre.ab ord.fac. in iſto autem text.accipitur pro deciſione imperatoris,circa legem condendam. Appellantur enim decreta deciſiones factæ ab imperatore vel Roma. Pontifi. non ad requiſitionem alicuius : alias diceretur decretalis epiſtola. glo. ordinaria. in c.1.3.diſtinct. De multiplici ſignificatione termini decretum, Specul. ponit in tit.de pri. & ſecunda deciſ.in princ.

In text. ibi in iudicio, licet terminus iudicium diuerſimode accipiatur,vt dicit glo.in §. præterea inſt. quib. permiſſum non eſt facere teſta.glo.in rub.ff.de diuerſ. & temporal. præſcrip.in rub.ff.de publ.iudic.in l.1. ad finem.ff. de dolo.& nouem ſignificationes ponit Paul. de Caſt.in rub.C.de iudic.tamen glo.in l.nulli.eodem tit.& Hoſtien.hîc, volunt quòd accipiatur iudicium pro iudice, quod cauſa poſſeſſorij & petitorij debeat tractari in eodem iudicio.coram eodem iudice. Non autem iudicium accipi debet propriè pro cauſa,quia in eadem cauſa & eodem proceſſu iura ciuilia regulariter non permittebant cumulationẽ poſſeſſorij & petitorij.l.ſi de vi.ff.de iudic.l.ordinarij.C.de rei vend.& dicemus in c.ſequenti.hęc tamẽ expoſitio nõ videbitur bona, ſequeretur enim quòd mortuo iudice, qui non cognouit de cauſa poſſeſſorij, quod petitorium alio tribunali poſſet intentari,dicitur tamen idem iudicium quamuis iudex ſit mortuus.l. proponebatur.ff.de iudic.Et ſic eſſet magna reſtrictio ad iſtum tex. videtur ideo melior expoſitio vt dicamus in eodem iudicio, in eodem tribunali. Nam terminus ſignificans rem contentam, quãdoque importat continentem, &è contra. l. penultima. ff. de iuſt. & iure. Accipimus ergo iudicium licet comprehendat cauſam & litem,pro loco in quo exercetur.

Notetis primò ex hoc tex. non eſſe incõueniens allegare authoritates ad deciſionem cauſarum : de quo articules,& quid de libris Poetarum ; de Hiſtoriis, Chronicis, ſcripturis antiquis in marmoribus & aliis ſimilibus. Bart. latè ponit in l. 1. col. 4. ff. ſi cert. pet. in l. legata. ff. de ſupellect. legat.

Secundò notetis quòd quemadmodum leges non dedignantur ſacros canones imitari, §.fin.in authen.de eccleſiaſt.tit.§.fi. in authent. de monach. & clerici ſuprà de iudic. ita etiam ſacri canones non dedignantur id allegare. Idem facit tex.in c.ſeq.& in c. cum eccleſia.infrà hoc tit. Quod autem ius debeat obſeruari ciuile,vel canonicum, ſiue in cauſis ciuilibus, ſiue in criminalibus, vel ſpiritualibus,quando contraria diſponuntur vel requiruntur, quandoque deciſa,in vno,& non alio.de iſtis ad ſaturitatem poſt alios per decem col. poſuit D. Philip.Dec.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.col. 10. & ſequentibus ſuprà de conſtit.Abb.in c.1. infrà de no.opc.nuntia.Bart.in l.priuilegia. C.de ſacroſanct.eccle.

Tertiò not. quod cauſa in poſſeſſorio dicitur momentanea.idem probat tex.in l.momẽtaneæ.C. vnde vi.in l.vnica. C. ſi de moment. poſſ.iſtud reſeruo in glo.1.

Quartò not. quod appellatione proprietatis comprehenditur dominium directum, & qui non habet dominium non poteſt dicere rem eſſe ſuam quod eſt notandum pro ſtatutis.vt dicit hîc Abb.& de hoc eſt bonus tex. in l.2.circa prin.ff.de relig.& ſumpt.fune.Bar.latè col.2.ff. de no. operi. nunt. vbi dicit ſecus eſſe de communi modo loquendi.glo.in l.2.in verbo non quia Papirius,circa princ.l.ff. de orig. iur. & de hoc termino proprietas. latè dixi in rub.ſuprà in princ.fol.236. ſeq.

Quintò not. & iſte eſt vnus de duobus articulis quos intendo examinare in iſto c. (aliis relictis, ) qualiter cauſa poſſeſſorij & petitorij debent tractari in eodem tribunali. idem probat text.de quo iſte facit mentionem:in l. nulli.C.de iudic. & ibi per omnes. Tradunt doct. in c.fi.ſuprà de iudic. poſt glo. in c. ex tenore. in c.fi.ſuprà de reſcrip. in c. propoſuiſti. ſuprà de for. compet. in c.diſpendia.de reſcrip.in 6. Soc.latè in c.2. circa ſecundum articulum ſuprà de auto.Pontif.& conſil. 38. pro deciſione col.5.& conſil.41.antequam.colum.12.Et iſtud operatur connexitas reſpectu rei, pro qua iſta remedia competunt.Quia quamuis iudicium petitorium,& iudicium poſſeſſorium nihil habeant commune,quantum ad ſe l. naturaliter. §.nihil commune.ff.de acq.poſſeſſ.quia tamen competunt ratione eiuſdem rei,dicuntur connexa, & iſta connexitas,vt cognitio fiat in eodem tribunali.in ſimili dixit tex.in l.1. & 2. de quib.reb.ad eundem iud. eat. quòd ſi aliquis habebat pro vno negotio plures actiones cõtra alium,



alium, poſtquam intentauit vnam coram vno iudice,tenetur aliàs ibi inducere.idem probat tex.in l. omnes.C.arbit.tut. ad idem tex.eſt notabilis.in l.fi. C.de re milit.lib.12.Vbi pendente iudicio ciuili,coram alio non debet criminale pro eodem delicto competens tractari.Et dicit text.in c.fin.ſuprà de reſcrip.& pleniùs in c.diſpendia. de reſcrip.in 6.quod ſi quis mihi erat obligatus ex pluribus cõtractibus, ſi coram vno iudice intẽtaui vnam actionem, omnes alias debeo tractare:& iſtud operatur connexitas reſpectu perſonæ.in ſimili dicit tex.in l.omniũ. & l.non tamen.ff.de procur.quòd pro eodem negotio non debẽt dari plures procuratores, facit etiam text.in l. eum actum.ff.de nego.geſt.quod connexitas inducit inſeparabilitatem, idem in l.cognitio. & in l.pariter.& in l.vſumfructum. in l.ſi mater. ff. de libera.cauſa.facit deciſio notab.Socin.in l.quod Senatus.in fin.verb.ff.de reb. dub. Quod ſi clericus & laicus cõmiſerint delictum de quo iudex eccleſiaſticus incepit cognoſcere contra clericum, debet laicus coram illo remitti propter cõmunionem negotij.Et de hoc plura Hippol.ſingu.118.& 180.& dicit Bal.l.qui indignus.ff.de feriis. qualiter ſcholaris qui habuit examen in vna vniuerſitate non poteſt in alia ſuſcipere inſignia. Vel qui fuit promotus ab vno actore,nõ poteſt ab alio ſuſcipere inſignia,propter connexitatem actus.Ad iſtud 25.deciſiones cumulauit Feli.in c.1.col.3.& 4.ſuprà de reſcrip.& Iaſ. in l.ſi emancipati.col.3.& 4.C.de collat. poſuit decem & octo, quod propter communionem vnius connexorum gaudet priuilęgio alterius.

*Cautela pro laico delinquente in ſocietate clerici.*

Et ſi quæreret aliquis,quam pœnam incurrat ille qui tractat aliud iudicium corã alio iudice, licet glo. fuerint variæ:aliqui voluerũt quòd perdat ius, & cadat à cauſa. & eſt glo.in c.placuit.2.11.q.1. & in c.fi.ſuprà de iudic.per tex.in l.vnica.in fi.C.de aſſer. toll. Et iſtam opinionem voluerunt Petr. & alij in l.nulli. C. de iudic.Hoſtien.& Io.Andr.in c.dilecti. ſuprà de foro compet.lic.glo.voluerũt,quod ſolum veniat cõdemnandus in expenſis ad damna & intereſſe:ita voluit glo.in c.ex tenore.ſuprà de reſcrip. glo.in c.cum dilectus. infrà de purga.cano.iſtã opinionem tanquam magis communem tenent Bal. Paul.de Caſt.Areti.Alex.& Iaſo.in l.nulli.C.de iudic.Alex.in l.quamuis.ff.de dam.infec.Soci.in conſ. 41.antequam.col.2.Dec.in d.c.ex tenore.col.pen.& quòd in d.l.1.in fin.C.de aſſe.toll.ſit ſpeciale fauore libertatis.Et ratio eſt, quia regulariter quis non priuatur iure ſuo niſi à l.expreſsè fiat priuatio,ſed aliàs venit extraordinariè mulctãdus.gl.not.& ibi Abb. in c.fi.infrà de iure patro. Bal.in auth.ex teſtamẽto ad fin.C.de ſecund.nup.vbi allegat tex.in §. cũ igitur.in authent. de non elig. ſecundo nubent. & eſt bonus tex.in l.& ſi quis.§.Diuus.ff.de relig.vbi glo. notat,quòd pro actu etiã illicito quis non incidit in pœnam niſi à lege exprimatur, etiã ſolemus dicere, quod in pœnis non debet fieri ampliatio. l.cũ quidam.ff.de libe.& poſthu. c.in pœnis.de reg.iur.in 6. erit ergo ſpeciale in d.l.1.C.de aſſer.toll.idem dicatis ad l.fin.C.de re milit. lib. 12. vbi eſt etiam caſus ſpecialis, quod accedendo ad aliud iudicium quis ſuo iure priuatur.

Primò amplietis illam concluſionẽ,quę elicitur ex iſto tex.quod vbi fuit cognitum de vno iudicio debeat aliud tractari, non ſolùm corã iudicibus ordinariis, ſed etiam coram delegatis, qui aliàs habebant iuriſdictionem in vtroque iudicio. Vt probat iſte text.dum loquitur, quod Ro.Pont.noluit delegare niſi vnum, idem probat text.in l.nulli. C. de iudic. traditur in l. fin. de proprietate. C. ſi à non compet.iudic.& in c.diſpendia.vbi Pet.de Anchar. & Phil.Franc.de reſcrip.in 6.

Secundò amplietis etiam corã arbitris, qui aliàs ex ſtatuto,aut cõſuetudine habebant iuriſdictionẽ. Et iſtud eſt de mente Paul.de Caſt.vbi alij tradunt in l.pecuniã.ff.ſi cer.pet.qui dicit, quod quãuis cauſa cepta coram arbitro poſſit adiri iudex l. ſi quis rem.ff.de arbit.Tamen ſi arbitri iuriſdictionẽ habebãt,dicitur perpetuata,vt corã ipſis finiatur iudiciũ, de quo Fel.in c.ex tenore.col.7.ſuprà de reſcrip.

Tertiò amplietis etiã per modũ,ſi procederetur, volũtariæ iuriſdictionis,quia in his perpetuatio iuriſdictionis habet locum.l.1.ff.de offic.conſul.

Quartò amplietis,ſiue pendente vno iudicio tractaretur aliud,ſiue eo finito.ita Bart.quem alij omnes ſequuntur.in d.l.nulli.C.de iudic.Abb.in c.fin. col.6.ſuprà de iudic.

Quintò amplietis, ſiue ab vna eadẽq; parte tractaretur,ſiue à diuerſis.Vt quia vnus agit ſuper poſſeſſorio,& reus agere vult in petitorio,debet coram eodem iudice tractari etiã quod plus eſt, finito primo iudicio. Ita Abb.& ibi Henric.Boic.in d.c.fi.ſuprà de iudic.Alex.& Iaſ.in d.l.nulli.

Sextò amplietis,dato quòd non fuiſſet primũ iudicium intentatum,niſi quantum ad citationẽ,quia citatio dicitur perpetuari, & ex ea præuenitur, & occupatur iuriſdictio, tribus concurrentibus, quòd à iudice cõpetenti emanauerit, quòd venerit ad notitiã citati,& quod in citatione cõſtet de cauſa,propter quã citatur.Iſta omnia probat tex. in cle.2.vt lite pendent.& de hoc habetur.in c.propoſuiſti.ſuprà de foro cõpet.& in c.gratũ.ſuprà de offi.deleg.dixi notanter à iudice cõpetenti,quod quamuis conſenſu partiũ poſſit prorogari iuriſdictio iudicis cõpetentis, dũmodo aliàs habeat iuriſdictionem, requiritur tamen quod lis fuerit conteſtata, quia ante litis conteſtationẽ poſſunt recedere partes. l.ſi cõuenerit,& ibi latè traditur.ff.de iuriſ.om.iud.

Septimò amplietis,etiã ſi reus fuerit cõtumax:ſi tamen contumacia non fuerit accuſata per actorẽ, velit aut nolit actor, ſuper alio iudicio procedetur, corã iſto iudice poſtquam citatio perpetuam iuriſdictionẽ, quæ contumacia non afficit aliquem, niſi fuerit accuſatus.l.properandum.§.& ſi quidem.vbi Pau.de Caſt.Alex.& latè.Iaſ.in 5.not.C.de iudic.& ita tenet Soci.in conſi.41.ſuprà alleg.

Octauò amplietis,ſi contumacia fuerit accuſata, dum tamen reus ſit pactus refundere expenſas, ita Ang.& Alex.in l.quamuis.ff.de dam.infect.Bar.in l. ſepulchri.ff.de ſepul.viol. Dec.in d.c. ex tenore.col. pen. ſuprà de reſcrip. quia poſtquam citatio perpetuauit,vt dictum eſt,ius fuit quęſitum & contumacia non nocet, quando ſe offert, refundere expenſas,& damna.l.ſancimus.C.de iudic.

Nonò amplietis,etiam ſi fuiſſet tantummodo in primo iudicio tractatum de parte.vt putà,fuit petita dimidia pars domus, poſteà intentatur poſſeſſorium, pro tota domo, debet coram eodem iudice

tractari.arg.gloſ.iuncto text.in §. ſi minus. inſtit.de actionib.& ita ſentit Socin.in d.conſi.41.col.2.

Decimò amplietis, etiam ſi aliquis nõ intentaſſet primum remedium nomine ſuo, ſed ſucceſsit illi, qui intentauit primum remediũ dato quod habeat priuilegiũ fori, debet tractari corã eodem iudice, per ea quæ tradit Bart.in l.hæres abſens. ff.de iudic.in prin.quod hæres debet ſubire iudiciũ coram iudice penes quem fuit perpetuata iuriſdictio.

Vndecimò amplietis, dato quòd poſt inchoationem primi iudicij iſte acquiſiuerit nouũ priuilegiũ fori. Vt quia non eſt amplius de iuriſdictione illius iudicis: fortè fuit effectus miles, ſcholaris, aut aliàs priuilegiatus.c.propoſuiſti.ſuprà de foro compet.l. cum quædam puella.in prin.ff. de iuriſ.om. iud.l.ſi quis poſteaquam. ff.de iud.quod voluit Bart.in l.1. col.2.ff.de pœnis.in l.idem Vlpianus.§.1.ff.de excuſ. tuto.quod ſi aliquis cõmiſit delictum, ratione cuius ſortiebatur forum iudicis ſecularis, dato quòd poſteà efficiatur clericus, poterit tamen cõtra eum procedi per iudicem ſecularem, de quo per Io.And. & Abb.& alios in c.1.infrà de oblig.ad ratioci.

Duodecimò amplietis, etiam ſi eſſent diuerſi fori, dum tamen aliàs poſſent prorogare iuriſdictionem illius iudicis corã quo fuit tractatum primum iudiciũ, vt puta Valentinus quis cõtra Lugdunenſem intentauit poſſeſſorium, corã ſuo iudice ſuper petitorio conuentus à Lugdunenſi, debebit coram illo iudice reſpondere.arg.tex.in l.qui cogitur.ff. de iudic.vbi cauſa reconuẽtionis debebit tractari corã iudice qui non erat competens actoris: & iſtud eſt propter connexitatem cauſarum: ſi ideo connexitas iſtud operetur, & deciſio huius tex.fundetur ſuper connexitate, & non fuit differentia, ſiue eodem tempore, ſiue ſucceſsiuè, propter generalitatem, debemus dicere quod iudex qui non erat competens actoris, ex eo quod cognouit de prima cauſa, tacite videtur prorogata & perpetuata ſua iuriſdictio. Verum eſt tamen, quòd Doct.communiter in c.fi. ſuprà de iudic.videntur tenere contrarium. Et dicunt, quòd quando ſunt diuerſi fori actor & reus, ſi vnus intentat vnum iudiciũ corã iudice rei, qui non erat iudex cõpetens actoris, ſi reus velit ſuper alio procedere contra actorẽ, debet venire corã ſuo iudice. Et mouentur per tex.in dict.c.fi. Vbi monachi contra communitatem ſecularem intentauerunt poſſeſſorium coram iudice laico, & deinde cõmunitas volens procedere in petitorio fuit, coacta litigare corã iudice eccleſiaſtico. Ad illud poteſt reſponderi primò ſecundum Hoſtien. ibi, quòd in eo petitorium fuit tractatum coram iudice ſpirituali. Quia procedẽdo ſuper poſſeſſorio iudex ſecularis volebat cognoſcere de petitorio antequam demandaſſet executioni latam ſententiã in poſſeſſorio, ab iſtis proceſſuris fuit appellatum, & datus à Rom.Pontif.iudex ſpiritualis, non quòd voluit denegare, quin ſecularis poſſet cognoſcere de petitorio, ſed ita contigit quod dedit eccleſiaſticum iudicem. Et quamuis ſit alius à primo: iſtud eſt, quia erat iudex appellationum, & hoc non interuenit. Nam in iſta ciuitate officialis epiſcopi eſt iudex appellationũ cauſarum ciuilium, quæ deuoluuntur à iudice temporali, vel ſecundo: & iſte erit nouus intellectus ad d.c.fi.quòd ideo in petitorio fuit datus iudex ſpiritualis, quia etiam per conſenſum monachorum non potuiſſet prorogari iuriſdictio ſecularis. Nã clericus non poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni ſeculari, etiã renuntiando foro: c.ſi diligẽti.ſuprà de foro compet. & in illo caſu d.c.fi.non debet extendi ad alios, qui poterant prorogare iuriſdictionem, ideò dixi notanter quando erat iudex incompetens, cuius tamen iuriſdictio per conſenſum potuit prorogari, ſuper quo tamen cogitabitis, quia eſt deciſio noua.

Decimotertiò & vltimo, amplia etiam ſi iudex qui cognouit de prima cauſa eſſet mortuus, coram ſuo ſucceſſore debet tractari ſecundũ iudicium, cùm dicatur idem tribunal.l.proponebatur.ff.de iudic.

Primò limitetis concluſionem prædictam, niſi interueniret conſenſus partium, volentium coram alio iudice procedere.ita Bald.in l.1.§.fi. C.de aſſer. toll. Soci.conſil.195. Circa primum conſultationis art.in col.5.quia iudex debet ſequi voluntatem partium.l.fi.famil.herciſc.l.1.§.& poſt operis.ff.de noui. operi.nunti.l.iudicem. ff.communi diuidun.l.5. C. de iuriſdict.omn.iud.

Secundò limitetis, quando non fuiſſet oppoſitum, & pars promiſiſſet progredi coram alio iudice, nihil opponendo. Ita Innoc.quem alij omnes ſequuntur.in c.cum M.Ferrarienſis, col.fi. ſuprà de conſti. vbi allegat in argumentum text. in l.1. ff.de petit.hæred.in l.is à quo.ff.de rei vend.Felin.in c.ex tenore.col.antepe.ſuprà de reſcrip.Iaſ.in l.nulli.col. 3.C.de iudic.& ratio eſt, quia quotieſcunq; quis poteſt impedire actum, & tacet: videtur conſentire.gl. ordi.in l.de acceſsionibus. ff.de temporal.acti.Bart. & Alex.in l.quæ dotis.circa fin.ff.ſolu.matri. ſed, vt dixi ſuprà proximè, conſenſu partiũ coram alio iudice poteſt tractari, tacitus autem conſenſus eum effectum habet prout & expreſſus. l.cum quid, vbi latiſsimè Iaſ.in vtraque lectura.ff.ſi cert.pet.

Tertiò limitetis, niſi ille qui petit cauſam tractari coram primo iudice, fuiſſet contumax, in primo iudicio.ita Barto.in l.vbi ceptum.ff.de iudic.in l.ſepulchri.col.1.ff.de ſepul.viol.in l.quamuis.col.2.vbi Ang.& Alex.ff.de dam.infec.Feli.& Dec.in c.ex tenore.col.pen.ſuprà de reſcrip.Iaſ.in d.l.nulli.intelligatis tamen vt dixi, ſuprà in ampliationibus, niſi fuiſſet purgata contumacia, & quando fuit ab initio accuſata.

Quartò limitetis, niſi ſuperior aduocaret ad ſe aliud iudicium, vt quia fuit corã inferiore finitum poſſeſſorium, & princeps vult cognoſcere de petitorio, quia poteſt impedire per aduocationem iuriſdictionem inferiorem, & ligare eorum manus. Arg.text.in c.tibi qui.de reſcript. in 6.traditur in c. inter dilectos. infrà de exceſſ. prælat. in c. querela. ſuprà de elect. Et ita in ſpecie Bal.in c.1.§.fi.col.4.de prohib.feud.alie.per Feder.in vſi.feud.

Quintò limitetis, quando iudex competens, volens tueri & defendere ſuam iuriſdictionem, vt quia fortè aliqui ciues Valentini litigauerant coram iudice Lugdunenſi ſuper poſſeſſorio, & volunt iterum ſuper petitorio tractare: cauſam, iudex iſtius ciuitatis vult tueri ſuam iuriſdictionem, & quòd cauſa coram ipſo tractetur poterit petere remiſsionem: ita Ioan.Monachi. & Domi.de ſancto Geminia.in cap.accuſatus. §.penult.de hæretic. in ſexto.Baldus in cap.primo. in §.fina. de prohib. feud.



feud.alienat. per Feder. quod tamen credo, debeat intelligi, niſi partes vellent expreſsè ibi litigare, per ea quæ diximus in prima limitatione: vel ille iudex non erat aliàs competens in ſecũdo iudicio. prout loquitur ille textus in d.§.accuſatus.

Sextò limita, quando iudex primi iudicij fuerat negligens in adminiſtrando iuſtitiam, poterit authoritate ſuperioris coram alio tractari ſecũdum iudicium.ita Barto.in d.l.quamuis.col.2.ff.de dam. infect.per tex.in auth.vt diffe.iudic.in princip.& infrà §.1.& per ea quę traduntur in c.ex quęſtione.infrà de reſti.ſpol.& facit tex.in c.licet ex ſuſcepto.ſuprà de foro compet.

Septimò limita, niſi ex neceſsitate primum iudicium fuiſſet intentatum. Vt quia actio in petitorio erat peritura, & non poteram ad iudicem domicilij accedere, ad perpetuãdam actionem, coram alio iudice intentatam, potero coram iudice domicilij aliud iudicium tractare: ita Bar.in d.l.vbi ceptum.ff. de iudic.per text.in l.ſed & ſi reſtituatur. §.ſi dies.ff. eo.tit.& ibi idem voluit Bar.facit in l.Senatus.ff.de offi.præſid.in l.in fin.ff.de feriis.

Octauò limita, niſi ex aliqua cauſa primus iudex non poſſet amplius cognoſcere, vel quia fuit reuocatum, vel extinctum iudicium ſiue tribunal, aut cauſa, aut perſonæ mutauerunt cõditionem, ratione cuius primus iudex nõ habet amplius cognitionem. Ita Barto.in d.l.vbi cęptum. Et ad hoc facit text. in l.qui vniuerſas. §.1.ff.de acq.poſſ. vbi deciditur, quamuis animo retineatur & continuetur poſſeſsio, ſi tamen ſtatus rei mutetur, vt quia in aliam formam fuit tranſmutata eiuſdem rei poſſeſsio nihilominus amittitur.

Nonò limita, quãdo primus iudex non mutaſſet ſuam qualitatem, tamen poteſtatem non habebit, niſi in vno iudicio. Vt ſunt pedanei iudices, & caſtellani locorum, qui poſſunt cognoſcere de cauſis poſſeſſorialibus, & ſummariis, nõ autem perpetuis & petitoriis. Iſtud eſt de mente Bar. in l.in cõmodato. §. duabus. ff.cõmod.Iaſ.in d.l.nulli.col.pen.& facit tex.l.cum quædã puella.§.1. ff.de iuriſ.om.iud.

Decimò limita, quando partes eſſent diuerſi fori, & non poſſent ſolo conſenſu prorogare iuriſdictionẽ primi iudicis. Vt quia ſuper poſſeſſorio fuit actum coram iudice ſæculari, ſuper petitorio in beneficialibus debet tractari coram eccleſiaſtico. c. fi. & ibi per omnes, ſuprà de iudic.Alex.& Iaſo.in d.l. nulli.C.de iudic.

Vndecimò limita, quãdo ſuper petitorio in vim iuramenti præſtiti procederetur, quia cognitio debet eſſe iuris eccleſiaſtici.c.fi.de foro cõpet.in 6.c.ad noſtram 2.de iureiur.Iaſ.in d.l.nulli.pen.col.

Duodecimò limita, quãdo procederetur via executiua, vt quia aliquis obtinuit, in vtroque iudicio vult exequi authoritate vnius iudicis alterũ remediũ, & authoritate alterius aliud, illud poterit facere: quia in executiuis remedia non impediunt ſe inuicem: ita Bar.in l.conſentaneum.ad fin.C.quomo.& quando iudex.Bal.per illum text.in l.qui legati.C. vt in poſſe legat.Iaſ.in d.l.nulli.col.fi.

Decimotertiò limita, quando alterũ remedium fuiſſet tractatum corã arbitro, qui non habuit notionem niſi conſenſu partium, ex quo primo iudicio pendenti poterat adiri alius iudex.l.ſi quis rem. ff.de arbit.multò fortius.eo finito: ita Paul.de Caſt. in l.qui pecuniam.ff.ſi cert.pet.

Decimoquartò limita, quãdo authoritate principis quis mutaret forum, vel domicilium, vel princeps daret alium iudicem, iſtud eſt de mente Bart. per illum tex.in l.idem Vlpianus.§.1.ff.de excuſ.tut. Fel.in c.ex tenore.col.pen.ſuprà de reſcrip.

Decimoquintò limita, quãdo contra plures intentarentur illa remedia. Vt quia contra vnum ago ſuper poſſeſſorio, coram vno iudice, contra alium ſuper petitorio, potero intẽtare in alio iudicio. Arg. tex.in l.cum filiusfam.in prin.ff de leg.3.& in l.cum duobus.C.de inoffic.teſta. Vel ſi plures intentarent contra vnum argumentum tex. in l.pen.ff.de petit. hæred.in l.is à quo.ff.de rei vend.

Decimoſextò, quãdo primus iudex fuiſſet mihi ſuſpectus: ita in ſpecie Aret.in conſ.29.diligenter, & maturè.col.pen.& fi.vbi dicit quod ſi primus iudex tulit ſententiam contra me, quia effectus eſt ſuſpectus, vt voluit Spec.in tit.de iudic.deleg.§.ſupereſt. verſic.item ſi prius, & in tit.de appel.§. nunc tractemus. ad fi. potero corã alio iudice intentare aliud remedium. Et iſtud eſt de mente Paul. And. & Archid.in c.diſpendia.in cauſa illius tex.de reſcrip. in 6.Adducit etiã rationem Abb. in c.fi.col.5.de iudic.quod quãdo naturalis, & accidẽtalis cõcurrunt, præponderatur cauſa naturalis. l. qui habebat.ff.de teſta.tute.ſed cauſa ſuſpitionis eſt naturalis argu.c. quia ſuſpecti.3.q.4.c.cum inter. infrà de ceſsi.debet ergo ſuperare cauſam connexitatis quæ eſt accidentalis. & ex hoc habetis 57. caſus in quibus coram alio poterit tractari quia ſunt 57. cauſæ ſuſpitionis quas cumulauit Bertach. in tractatu de epiſcopo, in 4.parte.4.libri q.11.

Vltimò limita quando iudex ſuper poſſeſſorio plenè nõ cognouit, nẽpe reus vocatus poſſeſſorem aduerſariũ ſuum dixit, petens eum manuteneri, & ſuper petitorio ad ſuum iudicẽ petiit ſe remitti, tũc remittendus eſt, vt dicunt docto.in d.l.multi. C. de iud. & ſic iudicatum fuit in iuridicis conuentibus de Molinis, anno 1534.die verò 17.Septembris.

*Citanda eſt pars etiã ſi Papa procedat.*

Sextò not.ex vltima parte huius text. quod etiã princeps non recognoſcens ſuperiorem, nõ poteſt procedere contra non citatũ, in quo art. Abb.in vltimo ſuo notabili plura hinc inde adducit, & tandem concludit, quod etiam princeps debet citare partem. Primò ponderat iſtũ text.in quãtum negatiua pręponitur dictioni poteſt, quia tunc importat neceſsitatẽ glo.ordin.in c.1.verbo, nõ poteſt.de reg. iur. in 6. Adducit ſecundò text. in cle.paſtoralis.in qua iacet principale fundamentũ circa.fi.verſ.cæterũ.de re iud. Vbi dicitur ſi Imperator cõtra ſubditũ procederet, debet citari.3.cõfirmat.per tex.in l.fi. iũcta gl.verb.quominus.C.de legi.& ibi Bal.in ſpecie de principe, quartò corroborat per tex.in c.1. de feu.ſine culpa.nõ amitt.in vſib.feu.quintò mouetur exẽplo Dei qui antequã Sodomitas condemnaret, deſcendã & videbo.c.Deus omnipotẽs.2.q.1.Et antequã condẽnaret primũ parẽtẽ illũ citauit, dicẽdo Adã vbi es?Geneſ.3.c. Et quamuis in hoc art. Pan. & Hoſtien.in c.in noſtra.ſuprà de procur. Anto.de Butr.in c.cũ olim.infrà de re iud.Bal.in l.1.in princ. C.quomod.& quãd.iud.in l.nec cauſa.C.de appel. Alex.cõſi.87.viſis codicillis.col.7.in 2.parte.volue-

runt,quòd princeps de plenitudine poteſtatis poſsit procedere, parte nō citata, quãuis etiã citatio dicatur de iure gentiũ, ex quo in principe ſemper præſumitur cauſa.l.relegati.vbi glo.fi.ff.de pœnis.& cũ cauſa de plenitudine poteſtatis poſsit tollere ea,quę ſunt de iure gentiũ,vt latè per omnes poſt glo,in c.quæ in eccleſiarũ,ſuprà de conſtit,& in l,fi.C,ſi cōtra ius vel vtilita.public. dummodò appareat quòd de plenitudine poteſtatis velit facere:quia in dubio videtur princeps velle procedere iure ordinario,niſi aliud expreſsè appareat,vt dicit Inno.in c.innotuit. ſuprà de elec.Ang.in l.benè à Zenone,C.de quadri. præſcrip.Pau.de Caſt.in l.ſi teſtamentũ.C.de teſta. Abba.in c.ad hæc.infrà de præſcrip.Nã in dubio actus præſumitur de iure cõmuni,& nō de iure ſpeciali.l.quanquã.C.de teſta.milit.plura Dec,in c.inter cætera.col.3.infrà de appel.Tamen tenendũ eſt, cum Abb.hîc prout tenent Card.& Pet.de Ancha. quod etiã princeps non poteſt procedere parte non citata,quia citatio eſt,quædã defenſio.d.cle.paſtoralis.defenſio autẽ eſt de iure naturali,quæ nullo modo poteſt tolli.l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.l.defenſionis facultas.C.de iure fiſci.lib.10.& ita tenet idẽ Abba, in c.cum inter.ſuprà de elect.in c.cum olim.col.antepen.in c.ex inſinuatione.infrà de appel.idẽ Abba, & latiſsimè Dec. alios plures adducens in col.9. in c.eccleſia ſanctę Mariæ. ſuprà de cõſtit.Soc.per vnã bonam col.in cõſ.12.quoniã in præſentiarum.col.2. in conſ.164.viſa bulla.col.9.& cõſ.266,in cauſa.col. 21. Nã citatio eſt adeò neceſſaria, vt in quocunque actu,in quo aliæ ſolemnitates iuris omittuntur,debet tamẽ interuenire, vt videmus in cauſis ſummariis.cle.ſæpè.de verb.ſig.& in cauſis.in quibus mandatur procedi ſine iuris ſolẽnitate,vt dicit Bart.in l. filiusfamilias.ff.de donat.in l.prolata.C.de ſenten.& interlo.omn.iud.imò etiã ſi mandaretur quod procederetur de facto, debet tamen pars citari, vt dicit Pet.de Ancha.in d,cle.ſæpè.de verb. ſigni.iſtud etiã videmus in poſſeſſoriis quando quis poſsidet beneficium, dato quòd nullum habeat ius,nō debet priuari poſſeſsione,eo nō vocato.c.licet.de præben.in 6.Et quando iudex procedit per inquiſitionẽ ex ſuo officio requiritur partis citatio.c.qualiter.& quãdo. infrà de accu.& quòd plus eſt in caſibus,in quibus, quis ipſo iure incidit in pœnam, & non requiritur niſi ſentẽtia declaratoria, in tali declaratione debet citari. gl.not,in cle.ſi verbo cõſtiterit.de pœnis.Fel. vbi tamen limitat tribus modis, illas gl,in c.Rodulphus.col.pen.ſuprà de reſcrip.c.cũ non ab homine. col.pen.ſuprà de iudic.Etiam videmus quod in fauorem non citati,ſententia eſt nulla. gl.in l.ea quæ, C.quomo.& quand. iud.gl.in l.furioſo.ff.de re iud. & iſtam cõmunem concluſionẽ ſequendo, reſpondeo ad ea quæ adducuntur in contrarium, quod imò princeps quãdo procedit circa ea quæ ſunt de iure gentiũ,vel naturali nō præſumitur habere cauſam, ſed oportet quòd conſtet expreſsè de cauſa, & illud quãdo dicitur cauſam præſumi in principem habet locum circa ea,quæ ſunt poſitiui; ita probat tex.in l.ſi teſtamentũ.C.de teſta.Vbi Imperator nō poteſt tollere teſtamentum, & tamen teſtamentum (vt ibi dicunt omnes)eſt de iure gentiũ,ideo ex illo text.colligit ibi Iaſ. & plura adducit quod princeps circa ea,quæ ſunt iuris gentiũ,ſi aliquid faciat,oportet quod cõſtet de cauſa.de quo etiã per Hippol.in ſuis ſingularibus.not.6. & 8.Præpoſ.in c.per principatũ.9.q.3. Benè verũ eſt, (& ſic limitabitur iſta concluſio) quòd princeps ex aliqua iuſta cauſa, etſi de ea cõſtaret,poſſet procedere contra non citatũ:quia lex ciuilis poteſt tollere ex cauſa defenſionẽ. l.fi.C. ad l.Corne,de ſica.l.in adulterio.C.ad l.Iul.de adul. l.ſeruus. C.de his qui ad eccleſ.confug.l.ſancimus. C.de fideiuſ.Et ſi fortè aliquis diceret,princeps poteſt tollere remedium appellationis.c.1.ſuprà de reſcrip.l.1.§.fi.ff.à quib.appel.non licet. Sed appellatio dicitur quædam defenſio.c.ſubgeſtũ. & ibi habetur infrà de appellat.imò partes poſſunt renuntiare appellationi.l.fi.§.fi.C.de temp.appel. Reſpond. quod appellatio non eſt de iure gentiũ,ſed de iure ciuili, vt voluit Dominic. in c.non ſolum. de appel. in 6. Dec,in d.c.1.col.2.ſuprà de reſcrip.latius in rub.col. 4.& ſeq.infrà de appel.Pręterea poſito quòd appellatio poſsit tolli, iſtud eſt ex cauſa, dummodo de ea conſtet. ſed, vt diximus ſuprà,princeps eſt cauſa, de qua ſi cõſtet poteſt tollere citationem in aliquo caſu, & alia quæ ſunt de iure gentium. Dicit enim Bar.in l.omnes populi.in 3.q.principali.ff.de iuſt.& iur.quòd ea quæ ſunt de iure gentiũ per principem, vel ſtatutum poſſunt incerto caſu tolli & limitari.

*An præſumatur cauſa in principe.*

Circa concluſionem præmiſſam,quòd etiã princeps, ſine citatione non poſsit procedere, vt non valeat ſtatutum,per quod tollitur citatio,plenè tradit Petr.de Ancha.cõſi,110.de iure communi.col.2. Calde.conſil.8.an ſententia. ff.de re iud.Do,Philip. Dec.conſil.410.in cauſa mota. col.4.& ſequenti.in quibus locis traditur qualiter citatio eſt de neceſsitate.Limitatur hoc ſecundum Abb.vt prędicta concluſio non habeat locum in facto notorio, in quo non ſolum princeps, ſed etiã quilibet inferior procedere poteſt parte non citata.c.cum olim,infrà de appel.l.2.§.ſi de frumentaria.vbi Bart.ff.de adminiſt. rei ad ciuitatẽ perti.Et de hoc eſt tex.in c.bone.1.ſuprà de elect. c.quanto. ſuprà de tranſlat.prælat. in l. ictus fuſtium,vbi Bart.ff.de his qui not.infa.Abb.in d.c.cum olim.& in c.ad noſtram.3. infrà de iureiur. Feli,vbi alia loca adducit, in d.c.cum olim.col.5.latè Dec,in c.cum ſit Roma.col.pen.& fi,infrà de appel.Et ſi aliquis diceret,quãuis actus ſit notorius,& debeat tantum conſtare iudici, vt iudici, & fieri fides per acta.l.illicitas.§.veritas.ff.de officio præſid. glo.latiſsimè, & ibi per omnes.in c.1.ſuprà de offic. ordina. Vbi habetur, quamuis iudex ſciat aliquid, non tamen debet iudicare ſecundum ſcientiam vel conſcientiam, niſi de hoc fuerit informatus per acta,ſed ſi requiratur aliqua informatio: quia pars poſſet in aliqua informatione fienda ſuper notorietate,debet ideo vocari.l.de vnoquoque. ff. de re iud.l.non erit.§. Diuus. ff.de adopt. & dicit Bartol. in l.hoc autem.§.1.ff.ex quib.cau.in poſſe.eatur. per illum tex.& in l,multum.ff.de condict.& demonſt. quod ſi pars fuerit citata, ſi tamen penes acta non appareat de citatione,vt iudex informetur ex actis, ſententia erit nulla.Vnde præmiſſa non habent locum in notorio, quia ſufficit rem eſſe notoriam, dato quòd iudex non ſit informatus ex actis. Imò quod eſt fortius, ſi iudex neſciret eſſe notorium, & ita erat: poterit procedere parte non vocata. Deciſio fuit notabilis Innocen.in cap. tua.in fin.verbi. infrà

*In notorÿs non citat princeps.*



infrà de cohab.cle.& mul. Et ſolemus dicere,quòd notoriæ non indigent probatione. l. emptorem. in in princ.ff.de acti.empti. ſufficit quod allegetur eſſe notorium.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem Pollioni.ff.ad l.Iul.de adult.Et ſi vlterius opponeret aliquis,de tex. in c.Deus omnipotens.2.q.1.vbi contra Sodomitas,quamuis peccata eſſent notoria,noluit procedere Deus niſi prius illos audiret.Reſpondeo quod ibi non erant peccata notoria licet manifeſta,quòd quamuis peccata talia committerẽt & de hoc eſſent diffamati,nō tamen coram omnibus,& in locis publicis committebantur.cùm talia peccata incontinentiæ ſoleant committi in occulto. cap. tua.in fi.infrà de cohab.cle.& mu.lata eſt tamẽ differentia inter notoriũ & manifeſtum. Notorium dicitur,quando maior pars populi non ſolum audiuit & intellexit,ſed quia ſciuit & vidit, manifeſtum dicitur quando habet ex auditu,& ita publicè dicitur.Hanc declarationem ponit Abb.in c.veſtra.col. penul.infrà de cohab.cle.& mul.Prępoſitus in c.de manifeſta. 2. q. 6. Nos loquimur hîc in notorio propriè,& peccata Sodomitarum erãt manifeſta,& non notoria. Et iſtud eſt de mente Archidiaco. & Præpoſ.d.c.Deus omnipotens.

In quantum Abba. in principio huius notabilis ponit quòd verbum poteſt,quando præponitur negatio importat neceſsitatem, per glo.in c.1.de regu. iuris.in 6. De hoc videatis latè Bar.& ibi alios poſt eum, in l.Gallus.in prin.ff.de liber. & poſthu.eundem Bar.in l.1.ff.de iniuſt.rup.teſta.

Circa aliud dictum Abba. quòd citatio dicatur eſſe de iure naturali, hoc haberet verũ reſpectu defenſionis : quia citatiò conceditur,vt quis veniat ad ſe defendendũ.cle.paſtoralis. §. cæterum. de re iud. aliàs autem citatio non dicitur de iure naturali:ita Bal.in l.executorẽ.col.pen.verſi.rurſus.C.de execu. rei iud. Feli.in c.cum olim.col.6. infrà de re iudica. Decius in c.ex parte.1.col.5.de offic.deleg.& ibi ponit vnum aliũ notabile verbum, quod illud habet locum in citatione prima.Aliæ autem citationes,vt quod teſtes proponantur citata parte,quòd pars citetur ad ſententiam audiendam, dicuntur de iure ciuili:ita quod per ſtatutum poſſunt tolli. Allegat Bal. qui idem voluit in c. cum ſit Romana.infrà de appel.dum vltimo Abb.voluit quòd quando iudex præcipit aliquid fieri, ſi apponatur clauſula iuſtificatiuè & in caſu oppoſitionis,aut alia ſimilis habebit effectum, quod parte comparente reducetur in vim ſimplicis citationis.Et ſi pars nolit comparere, habebit vim præcepti per illud quod habetur in l. de pupillo. §.meminiſſe.& ibi gloſ.3.ff.de no.operi. nuntia.Aliàs ſi non apponerẽtur tales clauſulę pręceptum eſſet nullũ:quia non debet iudicium exordium ſumere ab executiuis. l.1. C. de excep.rei iud. de quo Ioan.de Ana.in conſil.1.& Paul.de Caſt.in conſil.5.cauſa quæ vertitur.col.5.vbi ponunt de effectu talis clauſulæ.

Septimò notetis ex iſto tex.quòd quis nō debet priuari poſſeſsione ſua,niſi fuerit vocatus etiã quòd nullum ius haberet, vel eſſet violentus poſſeſſor. l. meminerint. C. vnde vi.l.fur. C. ſi per vim vel ali. modo.l.ſi pacto quo pœnã.C.de pac.c.licet.de pręb. in 6.plura ad materiã illius c.licet.& ad iſtud notabile cumulauit Feli.in c.cũ olim.col.7.de re iudic.

Octauò & vltimo nota.ibi diffinire,quòd ſentẽtia lata ſuper poſſeſſorio dicitur diffinitiua.Et licet in hoc fuerint variæ doctorũ opiniones,iſte tex.eſt magis cõmunis,& de hoc eſt tex.in cle.1.de ſequeſt. poſſe.& fac.glo.in l.vnica.in glo.1.ad fi.C.ſi de mo. poſſe.fuer.app.gl.in l.quòd iuſsit.& ibi Alex. col.2. ff.de re iud.glo.in c.conſultationibus.& Decius ibi. col.4.ſuprà de officio deleg.glo.1.& ibi Abb.in c. fi. de iudic.Præpoſ.in §.de poſſeſsione.2.quæſt.6.

Gloſ.1.ſuper verbo momenti.duo ponit, primò quòd poſſeſsio dicitur momentum ſeu momentanea, quia momẽto eſt duratura penes poſſeſſorem, & hoc ideo eſt,quòd habens ius ſeu dominium, de facili poteſt auocare poſſeſſorem,etiã ſi fuiſſet condemnatus, in poſſeſſorio.c.cum olim.in hoc tit. Et quamuis aliquando poſſeſsio lõgo tempore duret penes poſſeſſorẽ, non ſequitur tamen quin dicatur momentanea. Nã in propria ſignificatione verbi, non attendimus illud quod eſt in actu,ſed quod eſt in habitu, vel potentia.vt dicit gl.in proœmi.Inſtit. ſuper verb. Auguſtus. Et de hoc poſſeſsio dicitur momentanea.tex.& ibi Bar.in l.fi.C.qui legi.perſo. in l.momẽtaneum.& ibi Bar. C. vnde vi.in l.vnica. C.ſi de moment. poſſeſsio. Nec eſt inconueniens quòd illud duret per decem annos,vel vltra, & appelletur momentaneum, vt pobat tex.in l.2.quæ ſit longa conſuet.vel fortè poteſt dici momẽtanea poſſeſsio; quia momento amitti poteſt,nempe ſolo animo,etiã ſi in fundo ſim,protinus amitto poſſeſsionem.l.3.§.in amittẽda,& §.ſeq.& l.ſi quis vi.§.fin.de acq.poſſ.licet à Iuriſc.poſſeſsio nõ vocetur momentanea,ſed ab Imperatoribus & à Pontifi. Vel quia mox audiri debet quis ſuper poſſeſsione,l.momentariè. C. vnde vi.l. cum de poſſeſsione. & eius momento cauſa dicitur deciſa,vt patet ex tit.ſi de moment.poſſeſsione fuerit appellatum.

Secundò voluit, gl.in fi.qualiter à ſententia lata ſuper poſſeſſorio,nō appelletur de iure ciuili.l.vnica.C.ſi de momen.poſſeſsione.ſecus de iure canonico.c.fi.ſuprà de iudici. traditur in c.cum ad ſedẽ, vbi gl.fi.ſuprà tit.proximo.& ibi plenè dicemus per Inno.de hoc art.latè videatis per cardi.in cle.1.in 2. oppo.de ſequeſt.poſſeſ.& fruct. Et ideo iura ciuilia non permittebant appellationem, quia dãnum quod dabatur per ſententiã ſuper poſſeſſorio poterat reparari procedendo in petitorio. Ita dicit Bar. & alij in d.l.vnica.C.ſi de mo.poſſ. Nã de iure ciuili,quãdo ſentẽtia poterat reparari nõ permittebatur appellatio,vt videmus in interlocutoria,à qua de iure ciuili non appellatur, quia per diffinitiuã poteſt reparari.l.2.ff.quando.appel. non licet. Dicit quod quãdo ſentẽtia ſuper poſſeſſorio eſt talis,quòd poſteà nõ poſſet ſuccurri illi qui cõdẽnabitur,quia fuit lata ſuper remedio.l.ſi quis.in tantam.C.vnde vi.in quo priuatur proprietate & iure,vel ſi poſſeſſor nõ haberet aliquod ius,niſi poſſeſsionẽ ſolã,ex quo nõ poteſt poſteà ſibi ſuccurri, permittetur appellatio.

Glo.2.in verbo,in vno iudicio fuit ſatis declarata,in tex.vnde procedat iſtud quod cauſa poſſeſsionis & proprietatis in eod.tribunali debeat tractari.

Glo.fi.venit ad declarandũ tex. dũ dicitur quod contra partem inauditam non poteſt diffiniri. Et tribus modis intelligit.text.

Primò quod fuerat citatus aduerſarius, nõ tamẽ

fuit lis conteſtata,& eſt cõtumax,nõ poteſt diffinitiuã cõtra ipſum ferri, toto tit.vt lite nõ conteſtata.

Secundò poteſt intelligi etiam ſi fuerit lis conteſtata,non tamen docuit de iuribus ſuis,non debet ſententia diffinitiua contra ipſum ferri, ſed peruenitur tantũmodo in poſſeſsionem bonorum, prout infrà de dolo & contuma.

Tertiò intelligit iſtum tex.quòd non fuerat citatus ex quo nullo modo poteſt cõdemnari,& iſtum tertium intellectum tenent hîc doctores.Et quamuis alij ſint veri in ſe,non tamen conueniunt : quia in ea non ſit mentio , quod fuiſſet aduerſarius vocatus.Præterea poteſtis dicere,quod ſi fuerit lis conteſtata,etiam quod neutra partium docuerit de iure ſuo, valet tamen ſententia, quamuis dicatur iniqua,nec poterit dici de nullitate,ſed venit per viam appellationis.iſtud voluit tex.in l.ab eo.C.quomodo & quando iud.Idem Bal.in l.2.C.de eden.Diximus etiam quod ille propriè dicitur inauditus, qui non fuit citatus,vt probat tex.in l.1.ff. de requir.reis.

Circa materiam huius gloſ. qualiter contra abſentem & nõ auditum procedatur,vel in ciuilibus, vel in criminalibus breuiter dicatis faciendo duo membra. Primum erit in ciuilibus, ſecundum erit in criminalibus,circa primum faciatis tres caſus.

*In ciuilibus quomodo procedatur contra abſentes.*

Primus quando aliquis non fuit citatus nec poteſt reperiri , & creditor vellet conſequi debitum ſuum , licet diximus in textualibus in ſexto notabili,quòd contra non citatum non poteſt procedi, erit tamen practica , vt fiat authoritate iudicis inquiſitio de reperiendo debitorem , & ſi non poſsit reperiri,poſito quòd eſſet abſens,ex cauſa iuſta, vt ſtudiorum,creditor à iudice petet, vt detur curator bonis contra quem formabitur proceſſus, & ab ipſo conſequetur ius prout à debitore. l. ab hoſtibus. §.1.ff.ex quib.cau.maio.in integ.reſti. l.ignorare.vbi Bar.& Paul.de Caſt.C.de teſt.mil.

Secundus caſus , quando aduerſarius fuit citatus , & antequam lis fuerit conteſtata eſt contumax,& non vult amplius comparere:iſto caſu procedetur contra ipſum per miſsionem in poſſeſsionem ex primo & ſecundo decreto.iuxta theoricam c.quoniam.§.in aliis.ſuprà,vt lit.non conteſt.glo.& ibi per omnes.in c.conſultationibus. ſuprà de offic. deleg.idem dicatis in iſto caſu,quando aliquis non fuit citatus, ſed ſe occultauit, & latitauit, vt citatio non perueniret ad ipſum,hoc caſu habetur pro citato,quantum ad iſtũ effectum,vt procedatur contra ipſum in miſsione in poſſeſsionem.l.Fulcinius. §.1.ff.quib. ex cauſ.in poſſeſ.ea. Latè per dominum Phil.Dec.in d.c.conſultationibus.

Tertius eſt caſus, quando quis fuit citatus,& lis fuit conteſtata,iura digeſtorum diſponebant,quòd ſi reus eſſet contumax, fiebat eremodicium,hoc eſt habebatur , ac ſi plenè ſe defendiſſet , & contra ipſum poterat perueniri ad diffinitiuam ; ſin autem actor erat contumax , circunducebatur edictũ tantummodo:ita quòd cauſa remanebat in illo ſtatu, l. & poſt edictum. §. circunducto. ff. de iudic. Sed quia ipſe reus remanebat in pẽdenti reſpectu illius litis,ſuperuenit ius C.deponens quòd ſi cauſa non eſt plenè inſtructa, reus abſoluatur ab obſeruatione iudicij,hoc eſt ab illa inſtantia.Poterat tamen actor de nouo ſuſcitare aliam litem,& iſtud habetur in l. properandum.§.& ſi quidem.C.de iudic. Sed quia adhuc non erat eo modo conſultum prout actori, cum de iure digeſtorum actor,reo contumace,poſt litem cõteſtatam poterat iuſtificare intellectionem ſuam, & deueniebatur ad diffinitiuã per d.l.& poſt edictum, ſuperuenit ius authenticorum deponens, quòd actore contumace, lite conteſtata reus poterit dicere,& iuſtificare ſuas exceptiones,& procedetur non ſolum ab obſeruatione iudicij,ſed ad diffinitiuam.authen.qui ſemel.C.quomodo.& quã.iud. Et ita ſunt intelligenda illa iura , quòd vnum non corrigat aliud,ſed veniat ſemper addendo.

*In criminalibus,vt procedatur cõtra abſentes.*

Circa ſecundum membrũ faciatis ſimiliter tres caſus : primus quando non fuit citatus non poteſt contra delinquentem procedi.l.abſentem.C.de accuſa.l.abſentem.ff.de pœnis.

Secundus caſus,quando fuit citatus & eſt contumax,& tunc non proceditur ad diffinitiuã & condemnationem in delictis requirentibus pœnam corporalem, ſed debet venire ad annotationem bonorum : ita quod facta trina citatione per interualla temporum , bona annotabuntur fiſco , & ſi veniat intra annum recuperabit bona , & audietur ſuper delicto.Si verò poſt annum,bona non recuperabit, ſed audietur tantummodo in delicto. l.1.vbi Bar.& alij.ff.de require.reis.l.1. C.eo.tit. Et qualiter procedatur contra abſentem delinquentem ponit Guid. Pap.in deciſ.63.Parla.Delphi.q.429. Notetis vnum quòd in delictis qualiſcũq; fuerit contumacia,non poteſt procedi ad mulctam.Ita Bar.vbi Alex.& Iaſ. in l.1. §.in hoc iudicio. aliàs §. hoc iudicium. ff. ſi quis ius dic.non obtemper.

Tertius caſus,quando delinquens comparet, & eſt contumax in reſpõdendo,tunc proceditur contra ipſum pro veritate dicenda per torturam & quæſtionem.l.1.& toto titul.ff.de quæſt. Extra gloſ. Innoc.hîc in princip.Hoſtien.Ioan.And.Bald.Petr. de Ancha.Ioan.de Imol.& Abba. quærunt, Vtrum quaſi poſſeſsio , quæ cadit in iuribus incorporalibus appelletur quaſi poſſeſsio illius iuris : An verò quaſi poſſeſsio actuum,ſeu exercitij : vtputà,aliquis ſemel verbis dedit vocem in electione epiſcopi, an poſsit dicere, quòd ſit in quaſi poſſeſsione iuris eligendi:an verò debeat dicere , quòd eſt in quaſi poſſeſsione exercitij iuris ſeu actus eligendi?Et dicunt, aliquos voluiſſe quòd propriè loquendo , non eſt niſi in quaſi poſſeſsione exercitij, non autem iuris, quia illud ius nouum eſt in rerum natura , & ille qui non habet niſi quaſi poſſeſsionem. Et licet nihil allegẽt, facit tex.in l.qui vniuerſas. §.1.ff.de acq. poſſeſsio , quod rei quæ non eſt non dicitur aliquis poſſeſſor.Ad idem tex.in l.1.C.commu.præd.quod ſeruitus non poteſt acquiri niſi quis habeat fundum ad cuius vtilitatem quæratur ſeruitus. Tandem concludunt , quod etiam propriè loquendo poſſumus dicere , quod eſt in quaſi poſſeſsione illius iuris. Et dato quod illud ius non ſit in rerum natura actualiter , eſt tamen potentialiter, quia per multiplicationem illorum actuum formabitur illud ius. Et in iſta reſolutione fuit Bartol.in l.idem eſt, §.vnde vi.ff.de vi & vi armata. iſtud idem referunt & ſequuntur Ioan.de Imol. Alex. & Soci.in l. naturaliter in princ.ff.de acquiren.poſſeſ.vbi adducunt rationem : quia iſta incorporalia etiam conſiderando



ſiderando ipſum ius , ſine titulo poſſunt præſcribi. l. prima, & l. ſecunda. C. de ſeruitut. & aqua. & antequam compleatur præſcriptio , talia iura non ſunt in natura , vt ibi habetur , neceſſe eſt tamen , quod poſsideantur , aliàs non valeret præſcriptio. l. ſine poſſeſsione. ff. de vſucap. l. ſine poſſeſsione.de regul.iur.in 6.Et ad deciſionem huius articuli Soci.allegat.tex.in l.quod autem l.liberis.in l.igitur.ff.de liberali cauſa. Imò fortius dicatis,quod ſi non ſperaretur eſſe in rerum natura tale ius,poſſumus tamen dicere aliquem eſſe in quaſi poſſeſsione illius iuris,vt probat tex.in l.1.§.ſiue autem.ff.de iti.actuque pri. Vbi poſſeſſor iniuſtus qui non poſſet præſcribere,nec acquirere tale ius, dicitur in quaſi poſſeſsione illius iuris , & ſibi competunt remedia poſſeſſoria. Et ſic abſoluta clara explicatione & repetitione cap. primi,nunc venio ad ſecundum.

## CAP. SECVNDVM DE CAVSA POSS. ET PROPRIET. QVOD INCIPIT, AD VLTIMVM.

IN principio huius c.hoc dicitur ſi ſimul poſſeſſorium , & petitorium cumulentur,iudex ſine parte non petente , poterit ſimul ſuper vtroque examinare teſtes,publicare depoſitiones & deinde examinare poſſeſſorium & illud terminare relicto petitorio,hoc dicit ſecũdũ quod litera docet.Diuiditur in tres partes in prima narrat qualiter iudices dati erant ſuper vtroq; iudicio. In prima mentionẽ facit de ordine quẽ ex officio obſeruare volebant iudices:in 3.decidit 2.ibi grauibus.3.ibi nos autem.

Circa intellectum huius c. qualiter cumulato poſſeſſorio & petitorio non ſolum ſi partes petant, ſed etiam ex officio iudex poteſt terminare prius poſſeſſorium,& deinde examinare petitorium : cadunt plures difficultates quæ conferunt declarationem tex. Prima eſt,quia vt dixit tex.in c.cum olim. infrà hoc tit. Si aliquis obtinuit in poſſeſſorio poteſt tamen conueniri petitorio, in quo ſi condamnetur tenebitur reſtituere poſſeſsionem : ſi contra per victoriam petitorij,teneretur poſſeſsionem reſtituere; & ideò vtrumque ſimul terminari, quia dolo facit petendo quod oportet ipſum reſtituere. l. dolo facit.ff.de excep. cap. dolo. de regulis iur. in ſexto. Præterea ſi agens in petitorio poſsit auocare poſſeſsionem , multo fortius ſi poſsideat debet illam retinere : quia cui damus actionem , multo fortius exceptionem.l.1.§.quod ait prætor.ff.de ſuperfic. l. inuitus §.cui damus.de reg.iur.Præterea fruſtratoriis remediis non eſt vtendum.l.hęc ſtipul.ff.vt leg. no.cauea.l.non cogendum in fine.ff.de procur.Prętèrea diximus 3.in c.proximo in glo.1.quod poſſeſsio dicitur momentanea & res modica,ſed de modico non debemus curare.l.ſcio.ff.de in integ.reſti. l.ſi oleum.ff.de dolo.l.quamuis.ff. de condit. & demonſt. c.cæterum. infrà de donat.c.terrulas.12.q.2. Reſpõdeatis primo quòd regula illa dolo facis,habet locũ quando ſtatim debet fieri reſtitutio. ſecus ſi ex interuallo,quia ſaltẽ interim percipientur fructus & vtilitates,ita Bart.per illum tex.in l.ſi, prima col.ff.vt leg.no.cauea. & in iſto caſu inter ſententiam ſuper poſſeſſorio , & diffinitionem petitorij, qui obtinebit in poſſeſſorio percipiet fructus , quia eſt vtilitas poſſeſsionis.§.commodum.inſtit. de interd.l.Titia , cum vulgaribus. ff.de ſolut. Secundo poteſt dici dictam regulam dolo. non habere locum in poſſeſsione.ita glo.& ibi Bart.in l.1.§.qui vi à me.ff. de vi & vi armata. glo. in l. ſi quis conductionis.C.locat.Bart.in l.2.C.de edict.D. Adri.toll. in l.2.C.quorum.bono.Bal. & ibi Alex. in Apoſtilis.in l.ſi de proprietate.col.2. C. ſi à non compet. iudic. Et iſta iura introduxerunt in priuilegium poſſeſsionis , quoniam multa ſunt introducta priuilegia in poſſeſſorio,quæ non competunt petitorio:eodem modo dicamus ad aliam regulam : cui damus actionẽ, multo fortius exceptionem. & ita in ſpecie glo.in d.l.ſi quis conductionis.vbi dat aliã rationem , quia fuit ita ordinatum à ſuperiori, nec hoc caſu iſtud remedium dicetur fruſtratorium, cum interim poſſeſſor capiat fructus. Et quamuis poſſeſsio dicatur momentanea , non tamen de re modica , quia per eam acquiritur dominium vtile,vt dicit glo.in authen.niſi tricenalis. C.de bo.mater.de quo late Fel.in rub. col. penul. infrà de præſcrip.& hoc modo reſoluitur præſens difficultas.

Secunda eſt difficultas , quia præmiſſa bene haberent locum,quando prius ſententia.ſuper poſſeſſorio ferretur , & aliquod eſſet interuallum , antequam terminetur petitorium,ſed quia plærique intelligunt iſtum text. quod licet examinetur prius poſſeſſorium,& deinde petitorium, ex eo quod ab initio ſimul fuerunt cumulata , eadem ſententia debent terminari.Et dicit tex.in c.cum dilectus. infrà hoc titulo.quod ſententiam primo pronunciabit ſuper poſſeſſorio,& eodem actu ſuper petitorio, quia petitorium executioni demandabitur , & non poſſeſſorium.Iſto ergo caſu eſt fruſtratorium, examinare poſſeſſorium , & illud diffinire:cum petitorium abſorbeat quandoque poſſeſſorium.Reſpondeo , poſito quod eſſemus in caſibus in quibus eadem ſententia poſſeſſorium & petitorium terminentur & debeat executio fieri in ſolo petitorio, qui autem ſint tales caſus dicemus infrà & in c. cũ dilectus, tamen adhuc vtile eſt. quod ſi fiat probatio ſuper poſſeſſorio ratione expenſarum,vt ab illis releuetur qui obtinebit in poſſeſſorio. Ita Alexan. conſil.76.in cauſa & lite.vol.2.& conſil.45. viſa facti narratione.in 3.vol.& conſil.130.viſa facta narratione in 5.parte, vbi allegat tex.in l. vtique. ff. de re vend. ibi & ſi petiero ſeruum , vel ſequitur à poſſeſſore,& pendente iudicio caſu fortuito moriatur, licet non poſsit pronuntiari ſuper reſtitutione equi , debet tamen fieri ſententia propter expenſas & fructus.

Tertia eſt difficultas , quomodo procedat text. iſte permittens iudici parte etiam non petente , vt ſuſpenſo petitorio, diffiniat poſſeſſorium , quia iu-

dex non debet interponere officium ſuum, niſi à parte fuerit petitum. l.1. iam tantum.§. ſi tamen.ff. iudig.ſolui.l.1.C.vt quæ deſ.aduo.par.iud.ſuprà l.3. §.hoc autem iudicium.ff.de damno infect.& plura cumulauit Iaſ.in l.vniuerſas.col.1.& 2.C.de precib. impera.offe. Præterea quotieſcunque à iure datur aliquod priuilegium,etiam ſi dicatur ipſo iure, intelligit ſi fuerit petitum.glo.not. in l.ſcimus. C. de inoffi.teſta.& habetur in l.1.iuncta glo.ff.ad Maced. in l.2.ff.ad Velleian.l.1.§.ſublata. & vbique Bart. ff. ad Treb. quod vbi in aliquo caſu denegatur actio intelligitur ſi fuerit oppoſitum:bene facit tex.& ibi plura adducũtur per Iaſ.in l.de pupillo.§.qui opus nouum nunciat.ff.de no.oper.nunc. & dicit Paul. de Caſtro, in l.properãdum.col.1.C.de iudic.quod iudex non debet ferre ſententiam, etiam proceſſu plenè inſtructo, niſi fuerit petitum à partibus. reſpondeo breuiter, quòd quamuis prædicta præcedant regulariter, ex cauſa tamen poteſt ſuum officium impartiri,& ſi nõ petatur à partibus, quando videt in hoc æquitatem verſari. vt eſt bonus tex.& ibi Bartol.in l.fina.ff. de peti. hæred.ita idem Bartol.in l.prima.C.vt quæ deſ.aduoc.in dict.l.4.§. hoc autem iudicium.colum.3.ff.de damno infecto. Abba. in cap. dilecti.in fin. ſuprà de iudici. & allegatur etiam bonus text. in l. hæreditas. ff. de petit. hæred. & dicit Bartolus in l. Seius & Agerius. in princ.ff.ad l.falc. quod ſi iudex videt perire inſtantiam,etiam ſi partes non petant,poteſt deuenire ad ſententiam, de quo Dec. in cap. conſultationibus. col.1. ſuprà de offic. deleg. Iaſ.in l.properandum.§. & ſi quid.C. de iudic. & iſtud eſt quod voluit iſte text.quòd iudex propter vtilitatem partium poſsit ſuſpendere petitorium.

Quarta eſt difficultas (& iſtam tetigit hîc Abb. vtrum iſte tex.poſsit intelligi generaliter, vt iudex ex officio poſsit ſuſpendere petitorium terminando poſſeſſorium, non ſolum poſt examinationem teſtium,ſed etiam ab initio,& quamuis alij non approbent,concludit quod non.Primo,quia iure canonico quando vtrumq; iudicium fuit deductum, & proſequutũ vna ſententia, debet quodlibet terminari.c.cum dilectus. c. paſtoralis.infrà hoc titul. Iſte ergo textus qui permittit iudici,poſt examinationem teſtiũ,vt ſuper altero procedatur, eſt correctorius,non debet ergo extẽdi contra communem poſitum. Secundò ſi illud permitteretur ſequeretur vnum,contra vtilitatem quæ conſideratur in iſto textu, qui voluit parcere expenſis partium, quæ fierent maiores, diuidendo cognitionem iudiciorum. Tertiò quia iudex debet morem gerere partibus, maxime circa probationes. l. circa. ff. de probat. c.licet. infrà eodem titulo. quod non fieret ſi contra voluntatem partium procederet, prius ſub vno faciẽdo probationes, & deinde ſuper alio. Vos tamen audacter poteritis dicere, quod etiam ab initio iudex ex cauſa, vt fortè ad euitandum rixam,prout dicemus in ſecundo notabili,poterit ſuper vno tantum procedere,ponderando rationem Rom.Pontificiis in iſto text. qui ad deciſionem interrogationis adducit ius ciuile quo diſponebatur vt ſuper poſſeſſorio prius procedatur,quàm petitorio. Sed iſta permiſsio erat non ſolum poſt examinationem teſtium, ſed à principio. vt habetur in l.ordinarij.C.de rei vend.in l.incerti.C.de interdic Debet ideò intelligi ſecundũ authoritatem quam allegat,vt inquit Bar. in l.non ſolum.§.liberationis. col.2.ff.de libe, legata. Præterea iura iuribus ſunt concordanda.c.cum expediat.de elect.in 6.l.vnica. C. de inoffi. don. ius ergo canonicum diſponens, quod ſuper vtroque procedatur, & terminetur, ſi partes velint:quod ſi partes vel iudex velint ſuſpendere procedatur tantum ſuper poſſeſſorio vt concordet iuri ciuili, quod debet permittere iudex à principio.Præterea res de facili reuertitur ad ſuam naturam. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff.de pact. cum ergo natura, ſecundum ius ciuile erat in iſtis iudiciis, vt ab initio ſuper ſolo poſſeſſorio procederetur, diſpoſitio iſta noua de facili debet redire ad naturam antiquam.Nec obſtabunt adducta per Abb.quia iſte tex.non eſt correctorius. Nam quãuis vtrumque iudicium deduceretur vſque ad concluſionem, poteſt alterum ſuſpendi, vt habetur in c.paſtoralis. infrà hoc titulo. & iudex iſtud faciendo, non veniret contra prouiſionem huius text. fatigando partes in maioribus expenſis, quia iſtud intelligo quando ex cauſa videretur vtilius partibus ſuſpendere petitorium. Et ſi verum eſſet fundamentum quòd debet morem gerere partibus, ſequeretur quòd nunquam poſſet ſuſpendere petitorium,niſi partibus volentibus, cuius contrarium aperte decidit tex.

Notatur primo ex iſto tex.quod cauſa poſſeſsionis,& proprietatis ſimul poſſunt cõmitti, quando expreſſe fit mentio de vtroque. Aut commiſſa fuit cognitio ſimpliciter & indeterminantè. aliàs ſi in ſpecie committeretur, vnum iudicium non poſſet delegatus cognoſcere de alio, vt voluit glo. 1. hîc tex.& ibi in c.1.infrà de ſequeſtr.poſſ.de fruct. & ita concludunt omnes hîc,de quo Specul. in titulo de reſcrip.præſentia.§.rationes.verſi. item quod facit. Bal.per illum tex.in l. ſi de proprietate. C. ſi à non compet.iud.Ludo.Rom.in conſi.33. circa primum. col.2.Paul.de Caſtr. conſil.273. quia per primum. col. 4. imo plus dicatis. quia etiam ſi in prima inſtantia non fuerit cognitum niſi de altero iudicio, iudex tamen delegatus in cauſa appellationis ſi fuerit delegatus, ſimpliciter vel ſuper poſſeſſorio & petitorio, poterit cognoſcere de altero, de quo in prima inſtantia non fuit cognitum,vt eſt text. notabilis in clem.vnica de cauſa poſſeſſ.& propriet.Et ſi forte aliquis diceret,dato etiam quod non ſit deputatus,niſi in altero,quia iſta iudicia ſunt connexa.c.ſuprà proximo,& ibi vidimus, connexitas debet operari vt de vtroque cognoſcere poſsit.c. de prudentia.infrà de donat.inter vi. & vxo.vbi iudex datus in cauſa diuortij, poteſt cognoſcere cauſam dotis quæ dicitur connexa.Præterea qui habet poteſtatem in præparato,habet & in præparante. l. ad rem.l.ad legatum.ff. de procur. vbi procurator datus ad rei vendicationem, tamen habet poſtetatem in actione ad exhibendum.tertio probat text. in l. quoties.C.de iudic.in l.1.C.de ord.cognit.vbi ſi iudex in aliquo debet cognoſcere, debet etiam alio incidenti,etiam ſi non eſſet ſuæ iuriſditionis. Cum ergo poſſeſſorium dicatur præparans ad petitorium.c.examinata ſuprà de iudic.l.vnica. C. de ali. iud.mut.cauſa fac. & incidenter tractetur ad cognitionem

gnitionem



gnitionem petitorij,per ea quæ tradit Bar.in l.quædam in ſuo.ff.de condit.inſtit.ſequitur quod habẽs poteſtatem in tantum de alio poſsit cognoſcere. facit & 4.text.in cap.præterea.in c.prudentiam.cap. ſexta.in c.ſuſpicionis. ſuprà de officio deleg. in cap. penul.ſuprà de in integ.reſt.in l.fi.ff.de officio eius. & in l.2.ff.de iuriſdict.omn.iud. quod conceſſo aliquo veniunt & alia quæ ſequuntur ad illud: & ſi non ſunt expreſſa. Breuiter reſpondeatis quod in altero de tribus caſibus qui non eſt iudex cõpetens alicuius negotij,poterit tamen de illo cognoſcere.

Primus quando illud tale eſt quodam acceſſorium & dependens, vt eſt dos quæ dicitur acceſſoria ad matrimonium, iudex datus in cauſa matrimonij cognoſcet de dote.d.c.de prudentia.infrà de donat.inter vi.& vxo.c.pen.ſuprà de in integ.reſt.

Secundus caſus,quando iuriſdictio, ſeu poteſtas data non poſſet habere effectum, niſi cognoſceretur de illo negotio, vt quia aliqui non comprehenſi in reſcripto, impediunt iudicem delegatum, eo caſu poteſt cẽſura cõtra eos procedere. c.1.ſuprà de officio deleg.& ita procedit l.2.ff.de iuriſd. om. iud.de quo habetur in c.1.& in cap. prudentiam.§. ſexta.in c.præterea.& in c.ſuſpitionis.ſuprà de officio deleg. & iſti duo caſus non poſſunt conuenire inter cauſam poſſeſsionis & propriet.cum nihil habeant commune.l.naturaliter.§.nihil commune. ff. de acq.poſſ.

Tertius eſt caſus, quando pendente iudicio ſuper aliquo negotio incidenter contingit aliud ſuper quo neceſſariò eſt cognoſcendum, & hoc caſu poterit de illo cognoſci, non tamen terminari,vt dicit tex.ad literam in l.1.ponderando illa verba.C. de ord.cogni. traditur in l.quoties, C. de iudic. Et hoc caſu poſſumus dicere, quod ſi aliquis ſit delegatus tantummodo in cauſa proprietatis, & incidenter emergat quæſtio poſſeſsionis neceſſaria ad proprietatem, poterit de illa cognoſci, non autem pronunciari,quia forma mandati eſt diligenter attendenda.c.cum dilecta.ſuprà de reſcrip. l. diligenter.ff.manda.videmus etiam quod habens poteſtatem in vno negotio,quamuis ſit preparatorium alterius, non habet in alio.l. hoc iure. ff. de ſolut.l. ſi procurator meus. ff. de procur. l. & ſi tamen. ff. de pact.vbi habens poteſtatem ad petendum in iudicio debitum,non habet poteſtatem ad recipiẽdum ſolutionem. ad idem tex.in l.1. §.igitur.ff. de exerc. actio. qualiter habens poteſtatem ad locandum, non habet poteſtatem ad recipiendum mercedem locationis: & contra habens poteſtatem ad recipiendũ mercedem, non poteſt locare.Idem probat tex.in c.Nicolao. infrà de appel. qui habet poteſtatem ad impetrandum reſcriptum non habet facultatem proſequendi in iudicio.

Secundo notabis, qualiter iudex, debet vigilare, vt partes non fatigentur expenſis,idem probat tex. in c.finem litibus.infrà de do.& contuma.in cap.vt debitus. infrà de appellationibus.in c.vt litigantes. de officio.ord.in 6.& debet curare vt partes veniãt ad concordiam.c.1.in fi.ſuprà de mut.peti.cap. fi.& vbique Abb.ſuprà de tranſact.c.querelam. infrà de ſimo. Imò in duobus caſibus debet cogere partes ad concordiam,quando videt rixam inter eos fore oriendam, & quando altera partium vult aliam fatigare expenſis,& ſumptibus, & fundare litem immortalem.c.ſtudendum.c.placuit,& ibi per Prepoſ. 90.diſtinct.Anto.de Butri.in d.c.1.de mut.petit.

Tertiò not. quotieſcunque. admittitur concurſus petitorij, & poſſeſſorij:in quibus autem caſibus iſtud procedat aliquid dicemus infrà glo. mag. & plenius in cap.paſtoralis.infrà hoc titulo. Poſſeſſorium habet iſtud priuilegium à iure,vt intentans illud poſsit petere quod ſuſpendatur petitorium & procedatur ſuper poſſeſſorio vſq; ad terminationẽ. idem probat text. in c.cũ dilectus.& in c.fi.ſuprà de ord.cogni. in c.paſtoralis infrà hoc tit.vbi ille text. permittit etiam ſi ab initio nõ fuerit intentatũ poſſeſſorium,dũmodo ante concluſionem cauſa intentetur.idem probat tex.in c.ex conſtitutione.infrà de reſtit. ſpol.& in cle. vnica de cauſ.poſſ.& propriet. vbi plus voluit ille text. quod ſi in prima inſtantia fuerit tantummodo litigatũ ſuper petitorio lata ſententia, & ab ea appellatum in cauſa appellationis,poterit de nouo intentari poſſeſſoriũ, & ſuperſedi à petitorio. & ideo habet locum illud priuilegium,quòd etiam parte non petente iudex ex cauſa poteſt iſtud facere.vt dicit iſte tex.& dicunt Domini de Rota.deciſione 382.item fuit dubitatum in nouis,& ad hoc faciunt text.in l.ſi de vi.ff.de iudic. in l.exitus.ff.de acq.poſſeſſ. in l. ordinarij. C. de rei vend.& in l.incerti.C.de interdictis.& de hoc plene videbis in d.c.paſtoralis.vnum tamen hîc commune & quotidianum examinabimus(quia in aliis illud c.erit ſatis oneratum) & hîc tangitur per Inno. in fin.verbi quando aliquis intentauit petitorium. & lis fuit conteſtata, poſtea reus voluit intentare poſſeſſorium & petit quod ſuſpẽdatur petitorium, donec pronuncietur de poſſeſſorio, an habeat locum iſta concluſio.Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune, in 4. continuatione tenuit hoc caſu poſſeſſorium non impedire petitorium:& mouetur hac ratione:quia exceptiones dilatoriæ nõ admittũtur poſt litis cõteſtat.l.exceptionẽ.C.de proba.l.fi.C.de except.c. inter monaſterium.de re iud.Sed intentãs poſſeſſorium, dum vult quod ſuſpendatur petitorium,proponit exceptionem dilatoriam.c. cum dilectus circa med.ſuprà de ord.cogni. non debet ergo admitti.Et pro iſta opinione Bart.& Iaſ.in d. §. nihil commune.adducit aliud motiuum, quia iſta dicitur eſſe quædam exceptio ordinis, vt ordo in iudicio obſeruetur,prius cognoſcendo de poſſeſſorio quam de petitorio.Iſtud probat tex.in l.1. C. de appellationibus.exceptio autem ordinis,debet proponi ante lit. conteſtationẽ vt voluit Cinus in authẽ.preſente. C.de fideiuſſor.Sal.in authẽ.hoc ſi debitor.C.de pigno.Paul.de Caſtr.vbi Alex.& Iaſ. in l.decem.ff.de verb.obligat. dum concludunt quod exceptio diſcutionis, vt prius conueniri debeat principalis debitor, eſt proponenda ante litis conteſtationem.3.pro hac opinione Bar.Paul.de Caſt. conſ.273.quia per primum.col.2.mouetur.Nam ſi aliquis expreſſe conſentit quòd aduerſarius audiatur in petitorio,poterit poſtea petere quod ſuſpendatur petitorium.c.1.infrà de reſti.ſpol. ſed quando patitur litem conteſtari ſuper petitorio, dicitur tacite conſentire. Et pro hoc bene facit quæ habentur in l.1.de iudic.qualiter in iudicio, per litis conteſtationem dicitur fieri quædam nouatio.

Quartò

Quartò pro iſta opinione, poſſet ponderari per argumentum à ſpeciali.tex.in cle.vnica de cauſa poſſ. & propriet. vbi in cauſis beneficialibus introductum fuit vt poſt litis conteſtationem in petitorio de nouo deducatur poſſeſſorium, & ſuper eo procedatur ſuſpenſo petitorio. Et non eſt mirandum, cum in beneficialibus reperiamus aliqua priuilegia, quæ non ſunt in prophanis, probatur in cap.1.de elect.in 6.& cle.cauſa.eo tit. Innoc. infrà c. 1.de appellationibus in 6. Idem in cap.eum qui.de præben. in 6. Et dicunt Domini de Rota in deciſione 205.in cauſa appellationis in nouis, ſecũdum cle.vnicam non habere locum in prophanis, & ſic videntur tenere illam opinionem Bar.

Quintò poſſet adduci, quia quando admittitur concurſus actionum vtriuſque partis, debet fieri ante litis conteſtationem, vt videmus in compenſatione.l. fin. & ibi habetur. C.de compenſat. §.videmus etiam quod cumulatio debet fieri ante litis conteſtationem, vt habetur in l.edicta.C.de edend. & iſtam opinionem Bar.ſequũtur Aret.Alex. Soc. & communiter ciuiliſtæ. in d.l. naturaliter.§. nihil commune.in 4. combinatione.ff. de acq.poſſeſſ.Et reſpondent dictis canoniſtarum, vt dicemus, contrariam tamen opinionem tenuerũt hîc Innoc. vbi Abb.& cæteri omnes in c. ex conqueſtione.col. 3. verſic. ad formam. ſuprà de reſtit. ſpol. glo. & ibi Card.in cle.vnica.de cauſa poſſe. & propriet. Præpoſ.in c.1. 2.quæſt.1. & mouentur per text. in c.1.paſtoralis.infrà hoc titulo.vbi text. permittit poſtquã fuit intentatum petitorium, quod de nouo poſsit intentari poſſeſſorium, in quacumque parte litis, dum tamen ante concluſionem in c. 2. adducunt text.in d.c.ex conqueſtione. dum tex. ibi dicit ante litis ingreſſum, ſiue primus. Tertiò iſtud dicunt probari per tex.in d.cle.vnica vbi plus in cauſa appellationis ſuper petitorio, poteſt de nouo inchoari poſſeſſorium.4.pro iſta opinione facit, quia licet litis conteſtatio habeat maximè effectum, vt debeat procedi ſuper iudicio in quo lis fuit conteſtata, etiã inuito actore, authen.qui ſemel.C.quomo.& quando iud.iſtud tamen non habet locum quando concurreret poſſeſſoriũ, quia petitorium ſuſpendetur. Et ita limitatur d.authen. qui ſemel. vt per Bart. & alios in l.naturaliter. §. nihil commune in combinationibus, in pluribus locis.ff.de acq.poſſeſſ. Si ergò litis conteſtatio non habeat ſuos effectus in poſſeſſorio quantum ad iſtud vt perſeueretur, dicendum quia reſpectu exceptionum dilatoriarum, non debet habere effectum ex eo quod tendunt ad iſtũ finem, vt ſuperſedeatur & differatur. Tenentes tamen opinionem ciuiliſtarum reſpondent primò ad text.in cap. paſtoralis. quia videtur magis vrgere, illum textum habere locum quando ab eadem perſona petitorium & poſſeſſorium intentarentur. Ita etiam voluit glo.in dict. cap.ex conqueſtione. verbo ante ingreſſum. in fin. Nos loquimur quando ab vno fuerat intentatum petitorium, & ab alio, prius ante litis conteſtationem intẽtatur poſſeſſorium. Ratio diuerſitatis eſſe poteſt: quia vno intentato, vtriuſque effectus (qui oritur ex litis conteſtatione vt perſeueretur,) introducitur facto ipſius intentantis poſſeſſorium: ſed quando alius intentauerat petitorium, facto ſuo erat ſibi quæſitum ius. Et non eſt tantæ potentiæ priuilegium quod habeo ex perſona alterius, prout ſi haberem ex perſona mea.l.aſsiduus.C.qui poti.in pigno.habe.l.amiciſsimos.& ibi Bart.ff. de excuſ. tut. Præterea quando vnus & idem de vtroque agit, dato quod nõ probaret ſuper petitorio, nõ pronuntiabitur ius competere reo, ſed tantummodo abſoluetur iudicio. ſed quando alius prius intentauerat petitorium, ſi de illo doceat, pronuntiabitur, ius ſibi competere, & in his eſt maxima diuerſitas. l.ſi inter me & te.ff.de except.rei iud.l. nam & poſtea. §. fur.ff.de iureiur. propter ergo diuerſitatem effectuum. ca. paſtoralis. loquens in vno caſu non debet comprehendere alium. argum. l. fin. ff. de calumniat. cap.ex conqueſtione. Reſpondetur quod ibi ante litis conteſtationem fuerat facta propoſitio de poſſeſſorio, ſed iudex coegit litem conteſtari in petitorio, quo caſu, quia coactus fecit, non debet ſibi nocere, & ideo ille text. allegatur communiter, quòd ea quæ veniunt ante litis conteſtationẽ poterunt etiam tractari poſtea quando coactus litem conteſtatus eſt, facit clem. vnica de cauſa poſſeſſ. & propriet. Reſpondent, quod loquatur in beneficialibus & non in prophanis. & ita voluit Dominus de Rota deciſione 205. in antiq.Nec eſt mirum quin eo caſu poſſet reſponderi dupliciter: primo quod limitatio ad authen.qui ſemel. habet locum, quando à principio vtrumque fuit intentatum, imputetur parti quæ ita permiſit ſciens illud eſſe priuilegium talium remediorum: vel etiam quod licet teſtetur vnus effectus litis conteſtationis, non tamen alius de except. dilatoriis, proponendis. argumento tex.in §.affinitatis. inſtit. de nupt.

Circa iſtum articulum concordando opiniones habetis aduertere qualiter remedium poſſeſſorium poteſt deduci in iudicio dupliciter, vno modo per viam exceptionis, & eſt quando aliquis opponit de poſſeſſorio, dicens aduerſarium non debere audiri in petitorio, donec vacuato poſſeſſorio:& nihil aliud fuit dictum. quo caſu iudex non habet aliud pronuntiare, niſi illum repellere qui intentat petitorium, donec vacuato poſſeſſorio. Et quamuis fuiſſet plenè probatum de poſſeſſorio, ſuper eo non debet pronuntiare iudex.

Secundò deducitur per viam actionis petendo quod poſſeſſorium ſibi adiudicetur, & ſimpliciter repellendo aduerſarium, quo caſu habet duos effectus. Vnus eſt, vt pronuntietur ſuper poſſeſſorio, aliud adiudicando ſi fuerit probatum plene: alius vt repellatur petitorium donec vacuato poſſeſſorio. Iſtam declarationem ponit text. notabilis & ibi late poſt alios in cap.cum dilectus ſuprà de ord.cogni.& iſtud eſt notandum in practica, de quo bona glo.in c.1.2.quæſt.2.& ex iſta declaratione dicamus quod ſi poſſeſſorium intentaretur per viam exceptionis, non admitteretur lite conteſtata, ſuper petitorio, & ita procedat opinio ciuiliſtarum, quia hoc caſu non habet niſi effectum exceptionis dilatoriꝗ: ſi verò intentetur per viam actionis, habeat locum opinio canonum, quia conſideramus effectum naturalem & non accidentalem. l. qui habebat. ff. de teſta.tute. Et attendit quod principaliter agitur. l.1. ff.de author.tut.& iſtud eſt de mente Abb.in d. ca. ex conqueſtione. & Soc.licet non ita clare aperiant in d.l.naturaliter.§.nihil commune.in fin.verſus.ff. de acquir.poſſeſſ.Præpoſ.in d.cap.1.in 2.articulo 2. quæſt.2. Et intentando per viam actionis dicatis, quòd habebit effectum, vt poſsit peti ſuſpenſio petitorij, quia quòd nõ deberet admitti poſt litis, conteſta.non eſt ſimpliciter prohibitũ, niſi ex eo quod ſapit exceptionem dilatoriam: ſi ergo per aliã viam intentetur, prohibitio non habet locum quia quando aliquid prohibetur, habito reſpectu ad modum, & non ad rem, licet vnus modus prohibeatur, poterit tamen res per alium modum deduci, iſta eſt theorica glo.in c.cum quid.de reg.iur.in 6.





Quartò not.ex tex. quod quamuis iudex teneatur ſequi voluntatem partium.l.fi. famil.herciſ. l. ſi conuenerit.ff.de re iud.l.2.de iuriſdict.om.iud.l.1. §. & poſt operis.vbi glo.Bart.& Alex.ff. de no.operis nunt. imo non poſsit iudex cogere partes ad pacem, concordiam, vel tranſactionem, vt dicit text. not.in §.fi. in auth. vt litig. iurent. gloſ. & ibi Bar. in l.furti.§.qui iuſsit.ff.de his qui not. infa. Abb. in rubr. ſuprà de treuga & pace.Iaſo. in l. qui ſe patris.col. 23.C. vnde vi.tamen ex cauſa partibus non petentibus, imò etiam remittentibus poterit vacuare poſſeſſorium, & linquere petitorium, vt voluit iſte text.& ideo dicit latiſsime Fel.in rub. ſuprà de tre.& pace.4.col.quod plures ſunt cauſæ in quibus pars poteſt cogi ad concordiam, vt quando eſſet periculum ne veniant ad rixam, iudex poteſt vacuare poſſeſſorium, & ſequeſtrare poſſeſsionẽ. in l. ſi cuius rei vſusfructus.§.ſed ſi inter duo.ff.de vſufr. Vel quando videt partem volentem fatigare aduerſarium in expenſis, c.ſtudendum. 90. diſtinct. & Fel. vbi ſuprà ponit 7. caſus, in quibus partes poſſunt cogi ad concordiam, poteſt etiam iſte text. intelligi, quando ſuper poſſeſſorio plenè erat probatum & non de petitorio apparebat, vt dixit tex.in c.ſignificauerunt in fi.infrà de teſtib.& Inno. dicit in c.paſtoralis.col.2.in glo.verb. pendente.infrà hoc titulo.quod quando plenè conſtat de petitorio poſſeſſorium non admittitur, & illud dictum Felin.referunt & ſequuntur Domini de Rota deciſio.69. in antiq. vel etiam poſſunt aſsignari aliæ cauſæ, quia forte erant dies feriati, in vtilitatem hominum: quo tempore poteſt procedi ſuper poſſeſſorio, & non petitorio, vt dicunt Domini de Rota in deciſio.231.in nouis: vel fortè quis habebat legitimam perſonam in poſſeſſorio, & non in petitorio, in his caſibus etiam ſimilibus iudex ex officio procedet in vno, ſuſpendendo aliud. ita declarat Petr.de Ancha.poſt Vincent.in c.cum dilectus. col.2.ſuprà de ord.cognit.

Vltimò not. quòd iura ciuilia poſſunt allegari ad deciſionem cauſæ eccleſiaſticæ, & non dedignãtur ſacri canones leges imitari, de quibus diximus ſuprà in c.1.in textu.

Glo.fi.tangit vnum articulum vtrum poſſeſſorium & petitorium poſsint ſimul cumulari, & quamuis videatur dicere quod de iure ciuili ſimul non poterant tractari. l.ſi de vi.ff.de iudic.l. exitus. ff.de acquir.poſſeſſ.l.ordinarij. C. de rei vend.l. incerti.C. de interdic. quantum ad effectum vt eadẽ ſententia terminarentur, de iure tamen canonico fuit ſtatutum vt ſimul poſsint tractari & terminari.c.paſtoralis c.cum dilectus.c. cum ſuper.& ca. proximo hoc titulo.dicatis quòd imo de iure ciuili admittebatur concurſus, vt eſt text. in l.cum fundum.§.fin.ff.de vi & vi arma Bart. in d.l. incerti. & in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſ. de quo articulo quia ibi traditur per glo. reſeruo dicendum in d.c.paſtoralis.Ex glo. Abb. hic quæſiuit qualiter intelligantur hæc verba poſita in tex. ibi, prius audiant. Reſpondet quod duobus modis poſſunt intelligi. Primo modo, prius audiant poſt publicent. vel & ſecundò prius audiant factis publicationibus, poſt examinent.& ibi Innoc. Hoſtien.Ioan.And. & ita intelligunt. Vos autem poteſtis dicere quòd verba referuntur ad iudicem, & non ad partem habentem reſpectum ad officium iudicis, vt dicit glo.& ibi omnes in l.ſi ſoror. C.de collat. Non conſideratur ergo niſi illud quod concernit iudicem, reſpectu cuius, non requiritur aliqua publicatio teſtium, cum ſemper teſtes ſint publicati, & fiat publicatio tantummodo vt partes videant depoſitionem teſtium, vt traditur in c.cum I.& A.infrà de ſent.de re iud.ideo eſt dicendũ quod tex.non habuit reſpectum ad publicationem, ſed voluit dicere, ſiue facta vel non facta publicatione, iudex moueatur ex aliqua cauſa, vt poſt debeat terminare poſſeſſorium, audiat & examinet proceſſum ſuper petitorio.

Vltimò Abb.poſt Innoc.& Hoſtien. quæſiuit ſi reus qui conuenitur poſſeſſorio poſsit opponere de dominio, & proprietate, tandem cõcludit, ſi fuerit intentatum poſſeſſorium recuperandꝗ in odium ſpoliatoris, non audietur ſuper petitorio. cap. in literis.& ibi late videbimus infrà titulo proximo. Si vero intẽtatum fuiſſet remedium adipiſcendæ, audietur ſuper dominio & proprietate nec ſuſpendetur ſuper poſſeſſorium, ſi ſtatim ſe offert probare petitorium.l.3.ibid.ff.ad exiben. Idem voluit glo.in c.1.glo.in c.literas.verbo priuil.& verbo offeruntur in titulo proximo. iſtud idem voluit Bart. in l. fin. col.fi.C.de edic.Diui.Adri.tol. qualiter remedium iſtius l.quod eſt adipiſcẽdæ poſſeſsionis, impedietur per oppoſitionem de dominio, ſi ſtatim ſe offerat probaturum, idem voluit Bart.in l. 2. eodem titulo, in l.2.C.quor.bonor.in l.cõquerebatur.C.vnde vi. quia quoties aliquod remedium vel aliqua exceptio reperitur in ſummariis & in his quæ requirunt celerem informationẽ, ſi tamen opponens vel excipiens in promptu ſe offerat inſtificaturum, quia modo conſtat, modo probatur. debet audiri.l. is à quo in principio.ff.vt in poſſe.lega.l.3.§. cauſæ. ff.de Carb.edic.l.ille à quo.§.1.ff.ad Trebel.glo.in l. fin.C. de ædif. priuat. aliàs in l.1. C. de no. operis nunt.Bar.& alij in l.1.ff.de nou.oper.nunt.Abb.in c. 1.infrà eodem titulo.

Hactenus ſatis ſupérque de ſecundo capite huius tituli: ſequitur c.3. incipiens: cum eccleſia.

# REPETITIO CAP. CVM ECCLESIA. DE CAVSA POSSESS. ET PROPRIET. IN ANTIQVIS Gregorij noni decretalibus.

SI ab eadem parte poſſeſſorium & petitorium ſimul intentetur, probetur poſſeſſorium, de petitorio nihil iuſtificetur, ſententia condemnatoria ferēda in poſſeſſorio & abſolutoria in petitorio. hoc dicit. Diuiditur in duas partes principales. in prima narrantur deducta & allegata per vtrāque partem. ſecunda ibi, nos igitur. in qua ponitur ſententia & inſeruntur rationes quare ita ſit pronunciatum. Prima principalis ſubdiuiditur in quinque partes. Primò ponitur qualiter canonici eligentes, & electi petebāt electionem confirmari. ſecunda quæ eſt ibi: verum quomodo clerici aliarum eccleſiarum ſe opponebant aſſerentes electionem nullam, cum eſſent in quaſi poſſeſſione eligendi, & fuerat facta ipſis non vocatis & contemptis, petebant ideo illam infirmari. Tertia quæ eſt ibi, partibus, ponit qualiter fuit commiſſa audientia ipſius cauſæ, & auditores examinauerūt teſtes, & publicauerunt. quarta (quæ eſt ibi pars) ponit allegationem canonicorum, dicentium quod de iure habent ius eligendi, & potuerunt ſpernere & contēnere clericos. In quinta (ibi parte) ponitur allegatio clericorum ſe opponentium, quia erant in quaſi poſſeſſione eligendi, & interfuerant, in tribus electionibus vocem dederant, ex quo acquiſiuerant ſibi ius eligendi. Secunda principalis pars ſubdiuiditur in 4. in 1. narrat tres cauſas, quare teſtes canonicorum non probabant, quia erant varij, & vacillabant, & quia nitebantur deponere ſuper negatiua, & ex eo quòd clerici probauerunt de quaſi poſſeſſione, proceſſit ad diffinitiuam ſuper poſſeſſorio. In ſecunda, ibi commiſſam, ponitur ſententia in poſſeſſorio, per quam clerici reſtituuntur in quaſi poſſeſſione eligendi, & electio (ipſis contemptis) facta caſſatur. In tertia ibi, verùm primo ponitur quare diffiniat petitorium, ex eo quod videbatur tacitum deductum, deinde ponit tres rationes quare contra clericos pronuntiet, quia canonici habent præſumptionem iuris pro ſe quòd ad eos ſpectet electio, quia clerici ex ſolo exercitio eligendi, ſeu quaſi poſſeſſione, ſiue alio titulo non acquiſiuerunt ius eligendi: & quia àctore non probante reus venit abſoluendus. In quarta ibi præmiſſam. ponitur ſententia ſuper petitorio abſoluendo canonicos & perpetuum ſilentium imponendo clericis, & iſta longa diuiſio ſeruiet pro caſu in hoc cap.

*Cauſa in ſententia an ſit exprimenda.*

Circa iſtum text. miraretur iuuenis: quia in ſententia regulariter non debet inſeri cauſa. c. ſicut. & ibi traditur infrà de re iudic. l. in ſumma. ff. codem tit. glo. vbi doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de verb. oblig. tamen hîc Romanus pōtifex prout narrauit totum proceſſum, inſerit etiam cauſas ſuæ ſententiæ dicatas, quod licet non debeat cauſa inſeri, honeſtum eſt tamen ad ſatiandum animum partium, vt ſummariè narretur proceſſus, & maxime quando princeps diffinit: iſtud idem habetur in l. proxime. ff. de his qui in teſta. delent. aduertendum antequam veniamus ad notabilia: ex eo quòd iſte tex. ſolet per doct. hîc tam in ſummario, quàm diuiſione ponderari, quod clerici eccleſiarum conuentualium erant actores, & tamen canonici fuerunt primi, qui ſuſcitauerunt cauſam, & ſolemus dicere illum eſſe actorem, qui prius iudicium ſuſcitauit. l. in tribus. ff. de iudic. l. libertus ff. de in ius vocando. vbi Paul. de Caſt. dicit quod etiam ſi aliquis vocaret alium in iudicio ad fines tantummodo ſe defendēdi, quantum ad illud diceretur actor. de quo etiam Bart. in l. de pupillo. §. fi. verſi. primo. vbi Ludo. Roma. Angel. Felin. & latiſsime Iaſ. ff. de no. ope. nunt. dicit Abbas vbi alij in c. intelleximus. colum. 3. ſuprà de iudic. quod excommunicatus qui repellitur ab agendo. c. cum inter. de excep. c.. eodem tit. Abb. cap. 1. de reſcrip. in 6. non poſſet vocare aliquem in iudicio etiam ad ſe defendendum, propterea docto. (forte ſentientes iſtud cōtrarium) in diuiſione huius tex. dicunt iſtos clericos dediſſe petitionem reconuentionalem. Vos tamen aliter, & melius declarando text. & reſoluendo præſentem difficultatem dicatis, quod iſti clerici eccleſiarum conuentualium non dederunt petitionem reconuentionalem, ſed venerunt ad opponendum contra electionem, & non ſimpliciter ad impugnandum, ſed petierunt ius ſuum ſibi conſeruari, & ſe reintegrari in poſſeſſione, qua fuerunt ſpoliati. Vt aperte dicit tex. in ſecūda parte primæ partis. & hoc caſu canonici non fuerunt primi qui venerunt ad iudicium. Ex eo quod non ſimpliciter recipiunt, ſed petunt, dicuntur actores vt probat tex. in l. quoniam Alexander. C. ad legem Iul. de adult. vbi quidam ſeruus accuſabatur de adulterio, ipſe non ſimpliciter excepit, ſed contra accuſantem oppoſuit lenocinium. tex. requirit quod quemadmodum ſi ageret principaliter non eſſet legitima perſona ſuſtinendo partes rei in quantum opponit, debet repelli, cum quodammodo dicatur actor. Et ideo ait tex. in d. l. de pupillo. quod quotieſcumque aliquis in iudicio petit, quantum ad hoc, dicitur actor, nec curandum ſi primus prouocauerit aut fuerit prouocatus, & dicit Paul. de Caſt. in d. l. libertus. quod quando fiunt citationes generales, ſi quis prętendit intereſſe compareat, & illi qui veniunt ſe ad opponendum dicuntur actores, prout fuit in iſto text. & ad hoc bene facit text. in c. cum dilectus. ſuprà de ord. cognit. dum vult ad cognoſcendum ſi aliquid fuerit deductum per viam actionis vel exceptionis, debemus conſiderare, ſi fuit petitū & erit per viam actionis, vel ſi fuerit impugnatum & erit per viam exceptionis. facit etiam in ſimili glo. not. & ibi Angel. in l. fi. in glo. fin. ff. de exceptione. de quo eſt tex. & ibi Bart. & Alex. in l. inter ſtipulantem. in principio. ff. de verbo. oblig. cum ad cognoſcendum ſi aliqua oratio, ſeu diſpoſitio, ſit affirmatiua vel negatiua, non attendimus, ſi negatiue vel affirmatiue concipia

*Decla. tex.*



concipiatur, habetur tantummodo reſpectus ad ſenſum, ſi ponat, erit affirmatiua, ſi neget, vel priuet, erit negatiua Facit quod diximus, quòd ſi quis vocauerit alium in iudicio intentando eremodicium. l. diffamari. C. de inge. & manu. quia petit, quòd alius agat, dicitur ſubſtinere partes repeti. debet illud remedium intentare, coram ſuo iudice. Ita vult text. in cap. ſi clericus. ſuprà de foro compet. in cap. ſi diligenti. colum. 8. eod. tit. in cap. quintauallis. infrà de iureiur. Bartol. iſtud ſentit in l. in criminali. C. de iuriſd. omnium iud. Abbas, & Barbat. in cap. ſi quis. quarta, & quinta col. de foro competen. dicit Barto. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. colum. 4. ff. pro ſocio. Quòd quando à ſententia arbitrorum aliquis vult recurrere ad arbitrium boni viri, ſi erat reus poterit adire iudicem, qui ſuſtinebit partes rei. Alleg. bonum. text. in l. fi. C. de vſuc. pupil. in l. cum ij. §. tranſactiones alimentorum. vbi idem Bart. ff. de tranſact. plura per duas col. cumulauit Alexand. in conſil. 103. conſideratis in quinta parte, quòd ad cognoſcendum an aliquis ſit actor vel reus, ad effectum id ſciatur, quis eſt iudex competens, & ad cognoſcendum ſi talia poſſunt peti, quia aliqua permittuntur reis, quæ non actoribus, non eſt curandum quis primò prouocauerit in iudicio, ſed conſiderandum ſi aliquid petatur: & quantum ad illud argumentum erit actor, vel ſi ſe defendat, aut excipiat, & dicetur reus. Et ideo Bald. in l. fina. C. de edicto diui Ad. Dominus Philip. Dec. in cap. 1. colum. 19. & colum. 25. infrà de probat. dicunt, quòd ille, qui intentat compenſationem, vel reconuenit ex eo quòd ſubſtinet partes actoris, in hoc articulo non tenebatur actori principali, qui huius prętextu dicitur reus edere inſtrumenta, & propterea gl. not. in l. duo iudices. in gl. prima. ff. de re iud. quam commendauit Matheſill. in ſuis ſingularibus. not. 110. notat, quod in duplicibus. declarando l. in tribus. ff. de iudic. dum dicit illum eſſe actorem, qui primò prouocauit, habet locum quantum ad ordinationem proceſſus, quod primus erit in iurando de calumnia, litem conteſtando, producendo teſtes, & ſimilia, quantum ad deciſionem cauſæ, actor iudicabitur, qui aliquid petit, & ideo dicamus in textu iſtos clericos conuentualium eccleſiarum fuiſſe actores, quia opponebatur, & petebatur.

Alia eſt difficultas in text. quia iudex non debet ferre ſententiam, niſi ſuper petitis, ex quo diximus ſententiam debere conformari libello, in cap. licet Heli. de ſimo. cap. qualiter. & quando. 2. infrà de accuſat. l. vt fundus. ff. communi diuid. l. fi. vbi appellat fatuum iudicem, qui aliter prouocat. C. de fideic. libe. gloſſ. penult. in cap. cum dilectus. ſuprà de ord. cog. & Roman. Pontific. tulit ſententiam ſuper petitorio & poſſeſſorio, tamen non apparet quod vtrunque fuerit deductum, quia canonici petebant tantummodo electionem confirmari, & clerici infirmari. dicatis excipiente Innocen. imprimis verbis, tertio verb. conſueuerunt. Abba. antiqu. Hoſtienſ. & Ioan. Andr. ſuper eod. verbo. Petr. de Anchar. in 5. oppoſitione. Card. in 2. Bald. circa finem 1. colum. Ioan. de Imol. in conſil. 102. & Abba. ſic. in 2. gloſ. quòd imo petitorium & poſſeſſorium fuerit, intentatum per clericos, quia dicebant quòd conſueuerant eligere, & ſic deducebant proprietatem. conſuetudo enim dicitur ius. c. conſuetudo. 1. diſtinct. §. ex non ſcripto. Inſtit. de iure natu. gent. & ciui. l. de quibus. ff. de leg. Dum dicebant ſe fuiſſe excluſos, deducunt poſſeſſorium recuperandæ, & licet apertè & clarè à principio non deduxerunt, quia implicite cōprehendebatur vtrūque, & in progreſſu proceſſus, de vtroque probauerunt, & allegationes deduxerunt, (vt habetur in in quarta, & quinta parte,) videntur iſta deducta. Dicit text. in tertia parte, ſecundæ partis verſic. verum. & diximus in rubr. in penult. quæſtione, ad cognoſcendum ſi intentatur petitorium, debemus iſtud notare, ſi ius deducatur, & ſi intentatur poſſeſſorium, & ſi ipſa poſſeſsio.

*Sententia cōformis debet eſſe libello.*

Primò not. ibi paſtore, quòd epiſcopus dicitur eſſe paſtor. item probat tex. in cap. ne pro defectu. in cap. quia propter. ſuprà de elect. in c. penultimo. infrà de regul. iur. hoc lib. habet enim plura nomina à iure epiſcopus, & alius prælatus, vt dicit Hoſtien. in dict. cap. ne pro defectu. & Ioan. Andr. in d. c. pen. de reg. iur. appellatur enim paſtor, vt hîc dixi. etiam dicitur c. cum ſit. ſuprà de æta. & quali. doctor. appellatur c. conuenientibus. 1. quæſt. 7. præco dicitur c. præco. 45. diſtinctio. Medicus. cap. omnis. infrà de pœnit. & remiſ. Nutrix. c. Deus qui. eo. tit. Gladiator. 17. quæſt. 2. c. 1. miles. cap. quocunque. 23. q. 8. Corrector. c. licet. infrà corrigendis, ſuprà de offic. ord. iudex c. 1. & per totum titulum de offic. ordin. Agricultor. c. ſolitæ. de maior. & obed. Pater. c. conquerente. infrà de reſti. ſpol. Præſul. c. qui epiſcopatum deſi derat. 1. q. 8. Patronus. c. qui ſacerdotem. 10. q. 1.

*Epiſcopus multis nominibus nominatur.*

Secundò, notat. ibi vacaret. qualiter mortuo prȩlato eccleſia dicitur vacans, ſatis probatur in rub. & in toto titul. Ne ſede vacante. Et de hoc plenè diximus in cap. 2. in 5. & 6. præuidentialibus, infrà de conc. præben. propriè tamen quando Epiſcopus, vel Abbas ſunt mortui, eccleſia dicitur vidua. c. ne pro defectu, & ibi Abba. col. 1. ſuprà de elect. iſta tamen verba vacans, & vidua, videntur æquiuoca, & idem importare. gl. not. in l. qui certum. verbo vacantem. ff. ad l. Iul. de vi publica.

Tertiò, nota. ibi in vnum, qualiter electio debet fieri canonicis in vnum congregatis. Nec valeret ſi ſegregati, & particulariter darent vota ſua. Vt fortè quilibet in domo ſua, vel locis ſeparatis, requiritur quod in vnum ſint congregati. c. in Geneſi. cap. bonæ. c. eccleſia, & vbique per docto. ſuprà de elect. Berta. in tract. de epiſcopo. 1. lib. in 3. parte. q. 32. Et ad iſtud faciunt duæ regulæ not. quæ ſeruiunt in iſta materia, & alia quacunque, Prima eſt, quando actus venit explicandus à pluribus, vt vniuerſis, & repreſentantibus aliquod vniuerſum, debet fieri ipſis in vnum congregatis. Nec ſufficeret ſi quilibet in domo ſua daret votum. l. 2. C. de decur. lib. 10. quod quādo in aliquo actu, maior pars habet præiudicare minori, debet actus explicari ipſis in vnum congregatis. l. & ſuum hæredem. §. fi. cum l. ſequen. ff. de pact. Et iſtas duas regulas tradit Bar. in l. omnes populi. 3. q. princ. & in l. ius. 3. ff. de iuſti. & iur. dum tradit formam, qualiter debeant fieri ſtatuta, per aliquam communitatē, quia populus debet in vnum congregari, nec ſufficeret hoſtiatim quærere vota ſingulorum.

*In vnū congregari debent canonici.*

Quartò, not. in text. ibi, in vnum congregati, ſe-

*An dua*

*partes debeant eſſe præſentes in actibus vniuerſitatis.*

cundum Card.& Ioan.de Imol.in 1.not: Ad hoc,vt aliquis actus poſsit fieri ab aliqua vniuerſitate, vel communitate requiritur,quòd omnes fuerint congregati in vnum,licet quandoque abſentia aliquorum non habeat impedire, per ea quæ voluit gloſ. in c.quia propter,verbo ſanior,ſuprà de lect. Et circa iſtum articulum,(quia quotidie cōtingit) ciuiliſtæ cōmuniter voluerunt, quòd debent vocari omnes de illa vniuerſitate, & illi qui comparent, niſi faciant duas partes, habito reſpectu ad omnes de illa vniuerſitate, non poterunt procedere.l.nulli. l. planè.ff.quod cuiuſque vniuerſ.no. l.2.& 3.ff.de decu.ab ord. fac.l.nominationum. C. de decu. lib.10. gloſſ.in l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur.Bartol.& alij omnes poſt eum in l.omnes populi. in 2.q.1.par. ff. de iuſt.& iur.Bald.in d.l.nulli tamen.Abb.& plures Canoniſtæ tenuerunt,quòd ſufficit vocaſſe omnes. Et ſi aliqui ſint contumaces, & nolint venire,comparentes etiam ſi non facerent duas partes, poſſunt procedere & diſponere : ita voluit in cap.quia propter. col.1.in c.in cauſis. col.pen.& fin.in c.cum inter.col.1.in c.cum nobis. col.1. in c.eccleſia veſtra. 2. ſuprà de elect.in c.cum omnes. ſuprà de conſtit. in c.fi.col.pen.de his quæ fiunt à maiori parte ca.allegat ad iſtud tex.in c.cum inter eadem.titu. de elect. Vbi canonici poſſunt procedere quando alij vocati dicūt nolo venire. Adducit etiam gl.in cle.quòd circa. in glo.pen. de elect.& quantum ad deciſionē Bar. & iuriſtarum dicit illam locum habere, quando fuerunt vocati,non authoritate iudicis vel Prętoris,quòd tunc requiritur, vt interueniāt duæ partes : ſi verò authoritate illius qui habet poteſtatem conuocandi,fuerint omnes vocati,illi qui cōparent poſſunt procedere, quando alij ſunt contumaces. Vos tamen teneatis cum iuriſtis,quòd non poſſunt comparentes aliquo modo procedere niſi faciant duas partes omnes de illa vniuerſitate: aliàs fruſtra iura ſuprà allegata requirerent duas partes, quia ſi nolentes venire non haberentur in conſideratione, ſuper præſentes poſſent procedere, & raro reperiretur caſus, in quo verificarentur illa iura requirentia duas partes vniuerſitatis, & in ſpecie voluit Dec.in d.c.cum omnes.infrà 1.lectura.col.fin.ſuprà de conſtit. Et quantum ad ea, quæ allegantur per Abb.dicatis habere locum quādo neceſsitas, & vtilitas imminerent,vt de eligendo Poteſtatē,quia vbi tantū periculū eſſet in mora,pręſentes poſſent procedere,dato quod non faciant duas partes. Et facit in argumētum tex. in c.1.ſuprà de his quæ fi.à ma. part.c.quòd quamuis maior pars pluraliter præiudicet minori, vt plenè videbitur infrà de vno notabili,tamen ſi minor pars moueatur iuſta ratione,& de illa conſtet, præiudicabit maiori, & eius opinio obſeruabitur. Et ideo in propoſito, præſentes qui mouentur ratione ad ſubueniendum neceſsitati,& vtilitati, poterunt procedere non interuenientibus aliis, qui ſunt contumaces. Notetis tamen duo in hac materia,primum illi qui non haberent vocem, vt ſunt excommunicati,ſuſpenſi,& banniti,vel aliàs ſuo delicto priuati, non debent vocari nec habentur in conſideratione ad cognoſcendum duas partes,ita Bar.in d.l.omnes populi.in 2.q.princ. Abba. in locis ſuprà alleg.

Secundum,quòd ſi aliqui qui ſunt vocandi non fuerunt vocati, dum tamen præſentes faciant duas partes, actus non erit nullus:verum eſt, quòd ſi iſte proſequatur contemptum ſuum, faciet annullare actum, vbi aliàs ſi comparuiſſet, & contradixiſſet, non impediuiſſet perfectionem actus,quia plus nocet contemptus vnius, quàm contradictio multorum. cap. quòd ſicut, vbi iſta omnia traduntur. de elect.

Quintò not.ibi,ſicut moris eſt, ſecundum Abb. in 1.notab. quòd inuocatio Sancti ſpiritus, quæ fit per celebrationem Miſſę,de ſancto ſpiritu, vel cantando hymnum,Veni creator,non eſt de ſubſtantia electionis, ſed introductum eſt ex quadam conſuetudine,cum text.hîc dicat ſicut moris eſt, & text.in c.quia propter.de elect. ſuprà dans formam electioni, non commemorat inuocationem ſancti ſpiritus Vos verò dicatis,quòd à iure de forma,& ſolēnitate electionis introducta eſt inuocatio ſancti ſpiritus,vt ad literam voluit tex.in c.cum terræ, ſuprà de elect.glo.in c.quòd ſicut.eo.tit.& iſtud ſuadetur, quia in actibus humanis, vt cōtractibus requiritur, quòd notarius inuocet nomen Domini noſtri, vt per gl.in l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar. vbi Bar.& alij. ff.de pact.Bart. in procemio digeſtorum,& in rubr. ff.de iuſt.& iur.& dicit tex. in nomine.23.diſt.quòd in quolibet actu debemus inuocare nomen Domini.verum eſt tamen, quòd ſi talis ſolemnitas fuerit omiſſa,non vitiabitur electio,quia leuis ſolemnitas ſi omittatur non reddit actum nullum.l.1.§.fi. ff.de ventr. inſpic.idē Bart.& ibi Iaſ.in l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſa. & in l.fin.in princ.vbi latè Iaſ. C.de iure delib.leuis autē ſolemnitas dicitur,quæ omiſſa non mutat ſubſtantiam actus, vt conſenſus propinquorum requiritur in actu minoris, qui ſi adhiberetur,poſſet mouere minorem ad aliàs faciendum. Hoc caſu eius omiſsio vitiabit actum, quia non eſt leuis ſolemnitas. Ita notanter declarat Bar. in lege prima. §. ſi plures. columna penultima. ff. de exercit. acti. hoc modo concordando. dicta lege prima.§.fina.ff.de ventre inſpi. Vbi leuis ſolemnitas omiſſa non vitiat. dicta lege cum hi. §.ſi prætor. ff. de tranſactio. Vbi ſolemnitas omiſſa vitiat, quia erat talis quæ potuiſſet mutare actum. & ideo in illis locis Bartolus decidit, quòd quamuis pro ſolemnitate inuentarij, debeat in primo loco poni ſignum crucis ex eo quòd eſt leuis ſolennitas, ſi fuerit omiſſa, non vitiabitur inuentarium. Et de hoc quod inuocatio Sancti Spiritus ſit de ſolemnitate electionis,& quòd omiſſa non vitiet, ponit Bertachi. infrà tract. de Epiſcop. in tertia parte. 2.lib. quæſt.tertia, & quarta. Nec obſtat iſte textus ponderatus per Abba. dum dicit, moris, quia non eſt inconueniens, quòd conſuetudo, vel ſtatutum idem diſponat quod ius commune,late tradit Bartol. in lege omnes populi. columna fina.ff.de iuſt. & iure. & quamuis in cap. quia propter. ſuprà de election. non fiat mentio de inuocatione Spiritus ſancti, non tamen ſequitur quin, debeat interuenire,cum iſtud diſponatur per dictum cap.cum terra. Nec inconuenit quod vna lex aut vna decretalis ſuppleatur per aliam,vt dicit glo. ord.in l. ſciendum.in princ.ff.qui ſatiſd. cog.hodie per concordata dicitur eſſe de neceſsitate,vt probatur in titul. de elect.in prag.c.1.§.& cum humane.





*De verbo vnanimiter.*

Sextò not. ibi, vnanimiter, qualiter electio epiſcopi debet fieri in concordia, ita not. iſtum tex. Ancha.in primo notabili.Card.& Abb.in 2.dicunt tandem poſt ſententias illud eſſe honeſtum.c.innotuit. ſuprà de elect. non tamen eſt neceſſe. cap. nec nouum. 8.q.1. imò dicatis, quòd in actu per collegium,capitulum,aut aliam communitatem,fiendo ſufficit quod maior pars conſentiat.l.quòd maior. ff ad municip.l.3.C.de decur.lib.10.Bar.in l.omnes populi.in 2.q. princip.ff.de iuſti.& iure Abba.& ibi latiſsimè.Dec.col.5.& ſeq.in c.cum omnes.ſuprà de conſtit.idem Abb. in c.in cauſis.col.3.in c.cum nobilis.in c.quia propter.col.1.in c.eccleſia veſtra. 2. ſuprà de elect.& in c.1.infrà de his quę fiunt à maio. parte c.Et aduertatis inquātum Doct.volunt quòd conſenſus maioris partis ſufficiat, non intelligunt de maiori parte,habito reſpectu ad omnes,ſiue pręſentes,ſiue abſentes, ſed de maiori parte illorū, qui interuenerunt.& ita voluit gloſ.in l.nulli. quòd cuiuſque vniuer.no. & in l.aliud.§.refertur. ff.de reg. iur. & ideo poſſe contingere aliquid eſſe factum à communitate,dato quod dimidia pars populi non conſentiat, vt quia erant forte trecentum capita, omnes fuerunt vocati, comparuerunt ducentum, facientia duas partes, quòd ſufficit & dictum eſt,ſuprà in 4.not. ſi cētum & viginti conſentirent, quia faciunt maiorem partem interuenientium,diceretur factum à populo licet eſſent centum & octuaginta,qui non conſentirent.Et ſi fortè aliquis diceret quod imò omnes debent conſentire, quia quod omnes tangit ab omnibus debet approbari. cap. quòd omnes. de regul. iur. in 6. Et in re communi potior eſt conditio prohibentis. l. parietem. ff.de ſeruit.vrb.prædio. l.per fundum.ff.de ſeruit.ruſtic.prædio. l.Sabinus. ff.communi diuid. cap.in re communi.de reg.iur.in 6.Reſpondeatis,quòd contraria loquuntur in communibus actibus pluribus, vt ſingulis, in quibus quilibet conſequitur priuatam vtilitatem:nos loquimur in actibus competentibus pluribus, vt vniuerſis:ita ſentit.glo.in dict.c.in re communi.& in dict.cap.quòd omnes, & ibi latè. Ioan.Andr.in mercur.gl.& ibi per omnes.in c.cum omnes.ſuprà de conſtit. Nō omittatis vnum,quòd quando notarius recipit inſtrumentum de actu facto ab aliquo capitulo, vel vniuerſitate, debet alterum de duobus facere vel ſcribere omnia nomina eorum,qui interuenerunt,vel facere mentionem de numero, quòd erant decem aut centum, aut ſimili numero, vt cognoſcatur ſi interuenerunt duæ partes populi. Iſtud eſt de mente.Bartol.in l.1.ff.de alb. ſcrib.vbi allegat text.in l.fin. C. de vend. rer. fiſcal. lib.10. & in l.fin. ſuprà de procur.Bald. in l.nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine. latè Dec.in dict.c. cum omnes.in fin.verb.in ſimili dicit Oldra. conſi. 100.de executione.refert & ſequitur Alex.conſi.68. & viſo & dudum diſcuſſo.col.3.in 2.parte,quòd teſtis deponens de actu facto à communitate debet dicere,quòd erant duæ partes.

Septimò,not.ex eodem verbo vnanimiter,ſecundum Abb. hîc in ſecundo notabili,propriam & veram ſignificationem dictionis vnanimiter,vt ſignificet omnibus conſentientibus, & nemine diſcrepante,idem probat tex.in c.bonæ.2.verſi.pen.verbo vniuerſi.& in cap.fin.ſuprà de poſtula.prælat.quòd dicit eſſe notandum, quando in examine ſcholaris,dicitur quòd fuit approbatus vnanimiter,intelligitur nemine diſſentiēte, de quo etiam Card.hîc in 2.notabili,idem voluit Abba. vbi Ioan.de Imol. Cardi.& And.Barba.in dict.cap.bonæ.Idem voluit Abb.per illum tex.in cap. licet.ſuprà de offic.legat. Bald.in cap.licet. ſuprà de elect. Anto. de Butr. per illum tex.in cap.dilectus.ſuprà de tempor.ordinan. Idem probat tex.in cap.cum dilecti.ſuprà de electi. in cap.3. loco. infrà de probat. & iſta ſunt notanda quando diſpoſitio faceret mentionem, quòd actus fiat vnanimiter, tunc non ſufficeret conſenſus maioris partis, & per iſtud debent limitari, quæ diximus in præcedenti notabili. Et ſi fortè opponeretur de cap. in cauſis. ſuprà de elect. Vbi à capitulo fuerant quinque ad eligendum Epiſcopum Tholoſanum, tres eligerunt Epiſcopum Conuenarum, alij duo Archidiaconum Agenenſem, text.tamen dicit electionem Epiſcopi Conuenarum,tanquam vnanimiter factam de conſenſu capituli eſſe validam, appellat vnanimiter factam, vbi de quinque, duo contradicebant. Reſpond. quòd propriè non dicitur vnanimiter facta, & iſtud denotat verbum intelligitur poſitum in text. quod habet importare fictionem, & improprietatem.l.ſi is qui pro emptore,& ibi Bart.in 3.oppoſitione.ff.de vſucap.l.cum tibi. §.ſi ſeruus.ff. de legat.1. Et ſi verum opponatur, quando aliquid refertur ad corpus vniuerſale, non habetur reſpectus ad membra particularia. l. proponebatur.ff.de iudic.dicit Bart.in l.aut facta.§.fur. ff.de pœnis.quòd ad hoc id delictum dicatur commiſſum à communitate,non ſufficit,quòd particulares deliquerunt,imo ſi omnes etiam vocata campana commiſiſſent delictum : niſi ita finiſſet viſum per vniuerſitatem vniuerſaliter congregatam, non debet communiter puniri, & ideo cum diximus aliquid factum vnanimiter à communitate,nō debet haberi reſpectus, ad animos particularium, ſed ad ipſum totum corpus. Reſpōdeatis duobus modis. Primò quando nomina collectiua habent in ſe tacitam vel expreſſam vim coniunctionis, referuntur ad quodlibet particulare, vt tantū habeat vnus nominatus, quantum plures innominati per nomen collectiuum coniuncti: ita not. Bal.per illum tex.in l.fina. C. de impub.ſic debemus dicere in dictione vnanimiter,quæ videtur diſtribuere in animo cuiuſlibet ſingularis, ex quo debet ad quodlibet referri, & ideo refertur ad quodlibet particulare, quia per dictionem vnanimiter,non conſideramus factum vniuerſitatis, ſed medium ex quo reſultat : aliud eſt enim conſiderare factum conſummatum, aliud media ex quibus perficitur, per ea quæ traduntur in l.1.in princ. ff.de acquir.poſſ.quia poſſeſsio inquantum eſt deducta in eſſe dicitur iuris, inquantum conſideramus media per quæ deducitur, dicitur eſſe facti. Et pro corroboratione huius notabilis eſt bonus text. in cap. ad aures. ſuprà de his quæ vi met. cauſ. fiunt.& ibi Abb.notat. dum dicit text.vnanimiter, poſteà addit vno excepto. ad denotandum, quòd quando vnus diſſentit niſi fiat mentio vno excepto, non diceretur vnanimiter factum:iſtud etiam ſuadetur ab alluſione vocabuli vnanimiter, vno animo,quia vnum dicitur, quod non eſt diuiſum in partes.l.nulli.C.de iudic.

cap.1. ſuprà hoc titulo. Specul. infrà titul. de arbitr. verſic.quid ergo.

Octauò,not.ibi potentes, qualiter electores poſſunt petere,& proſequi confirmationem electionis, & ita ponderant iſtum text.hîc Petr. de Anchar. & Card.in 2.notabili, & Bald. in 1. allegant in ſimili tex.in cap.poſtquam.ſuprà de elect.ad idem text.in c.nihil. eod. tit.in c.quam ſit. in c.cupientes.verſic. denique.eo.tit.in 6.Benè facit text.& quod ibi gloſ. not.in c.3.§.prætereà. ſuprà de elect. in 6. Vbi habetur, qualiter canonici de fructibus epiſcopatus, facerent expẽſas pro electione & confirmatione,non tamen infertur,quia ſi electus fuerit negligens, vel ipſi electores non petierint,& lapſum fuerit tempus trimeſtre, intra quod debet peti, canonici non poſſunt de nouo eligere:ita Domi.in hoc c.eo. tit.allegat.tex.& quæ ibi traduntur in c.ſi electio.eo. tit. in 6. ibi ſi teneretur propter eorum negligentiam poteſtas deuolueretur ad ſuperiorem cap. 20. infrà de conceſ.prębend.

Nonò,not.ibi à ſede Apoſtolica,quòd electio facta,de inferiori prælato,poteſt peti confirmari à Roma. Pontific.omiſſo medio, & ita ponderat iſtum text. Ioan.Andr. hîc in 1.col. Card,hîc in 3.nota.de Ioan. de Imol. dicunt tamen hoc fortè fuiſſe, quia eccleſia Sutrina erat exempta, & immediate ſubdita Romanæ eccleſiæ.Vos autẽ dicatis,quòd quamuis electiones inferiorũ prelatorum debeant confirmari ab immediatis ſuperioribus,traditur in c. quãquã de elect.in 6.nihilominus omiſſo medio poteſt recurri ad Ro.Pont.quia concurrat cum poteſtate, & iuriſdictione, cum quolibet inferiore.c.cũctà per mundum.c.per principalem.9.q.2.c.ad Romanã.2. q.6.per Bald.ſuprà c.dilecti.1.col. fin.ſuprà de appel. Vbi dicit quòd concurrunt cũ quolibet ordinario non per viam accumulationis, quia diceretur habere parem iuriſdictionem, per viam gradualitatis, qua diceretur habere ſuperiorem. Et ideo docto,in l.qui Romæ.§.Scia.vbi latè Iaſ.in 3.not. ff.de verbo. oblig.voluerunt quòd licet, de iure tamen canonico.Imò dicatis, quòd legatus de latere poterit confirmare electionem inferioris prelati, omiſſo medio, quia dicitur habere iuriſdictionem ordinariam in ſua prouincia & concurrere cum quolibet inferiore.c.2.de offi.leg.in 6.

*Quid eccleſia conuentualis.*

Decimò,notab. ibi eccleſiarum conuentualium ſecundum Abba. hîc in tertio notabili, & Ioan. de Imol. quòd licet de conſuetudine eccleſia conuentualis dicatur monachorum, vel religioſorum: vt not.in c.capitulum.ſuprà de reſcrip.tamen de propria ſignificatione eccleſiæ clericorum ſecularium collegiatæ poſſunt dici conuentuales. Et dic arguendo ab allegatione vocabuli, quaſi ſimul conuentio & congregatio,vt notat Abba. per text.in c. innotuit.in primo notabili, ſuprà de elect.& in cap. nobis. Decius in cap. edoceri in textualibus, ſuprà de reſcript.in 2.col.in glo. in verbo.conuentuali.de iure patro.

Circa iſtud notabile pro veritate habenda duo debemus conſiderare, primò in iſto tex.& re vera quicquid voluerint Abbat. & Ioannes de Imola, non reperiuntur aliqua verba ex quibus poſsit inferri, quòd eſſent clerici ſeculares, quia not.text. dum facit mentionem de eis, loquitur tamen modo de clericis, aut de eccleſiis,ſed appellatione clericorum non ſolum cõprehenduntur ſeculares,ſed etiam monachi & omnes, qui non ſunt laici. cap. duo ſunt genera 12.quæſtione prima.Abbas & alij, infrà de vit. & honeſt. cleric. notatur in cap. cum non ab homine, ſuprà de iudic. ſimiliter terminus, in materia proportionabili vtrique cap. quanto.infrà de cenſi. cap.cum olim.infrà de priuileg. cap.ex literis. cap.cum dilectus. ſuprà de conſuet. cap. primo. infrà ne ſede vac. cap.cum per exemptionem. de priuileg.in ſexto, latè Andr.Sicul.in dict. cap.ex literis. colum. 4. & ſic in iſto text. non eſt aliquod verbum per quod neceſſario dicamus colligi iſtud notabile nec materia electionis, videtur incongrua religioſis quantum ad epiſcopum eccleſiæ cathedralis, vt videmus in eccleſia Vienenſi, in qua in electione epiſcopi, vocantur religioſi ſancti Theodori, iſtud etiam probat tex.in cap.quòd ſicut. ſuprà de elect.

Secundum ideo eſt conſiderandum, quæ eccleſiæ veniant appellatione conuentualium, & poſſumus concludere, quòd licet de ſignificatione lata, quęlibet eccleſia habens plures clericos,in formam collegij, dicatur conuentualis, de propria & ſtricta ſignificatione, conuentuales dicuntur eccleſiæ monachorum. cap.ſecundo, in fine. infrà de ſtatu monachorum.cap.niſi.infrà de prębend.dominare. in cap.quia ſæpe. cap.ſæpe.colum.prima, de cleric. in 6.Paul.And. Hoſtienſ.& alij in cap. nobis, infrà de iure patronat. Cardin.in clemen.2. in 20.quæſt. de reſcriptis, & bene facit ille textus, dum loquitur de priore conuentuali. Ad iſtud facit ratio, quia ad cognoſcẽdum propriam ſignificationẽ vocabuli recurremus ad illud quod magis cõmuniter & pro maiori parte contingit, & in quo habet maiorem effectum.argum.l.quæritur.ff. de ſtatu homi. ſed ſic eſt, quòd licet conuentus dicatur congregatio clericorum, quia tamen pro maiori parte temporis, vno pro toto tempore monachi conueniunt in vnum, bibendo, comendendo in refectorio, dormiendo in dormitorio, conuerſando in capitulo & clauſtro, & celebrando in eccleſia, vt traditur in cap. cum ad monaſterium. infrà de ſtatu monachorum.in cle.ne in agro.eodem titulo,& clerici ſeculares conueniant tantummodo in horis dicendis, quæ pro maiori parte celebrantur tempore matutino, vt habetur in cap. primo, infrà de celebrat. miſſ. ſignificatio conuentus dicetur magis conuenire monachis, quod notetis pro impetrationibus, & diſpoſitionibus facientibus mentionem de conuentu. Quid autem dicatur eccleſia collegiata. Abba. tradit in dicto cap. nobis. col. penult.infrà de iure patronat.& dicitur illa, quæ ad minus habet duos clericos habentes æqualem adminiſtrationem. vel iura communia, in eadem eccleſia.c.1.ibi duo aut tres,ſuprà de elect.& ibi Card. in 3.contrario.

Vndecimò,nota.ibi querelam,quòd tertius prætendens præiudicium in aliquo negotio, debet admitti ſi velit interuenire, & ſe opponere. nam hîc iſti clerici conuentualium eccleſiarum querelauerunt ſe opponendo, neç eſt dicendum prout docto. hîc voluerunt, quòd iſti clerici fuerint rei, imò interuenerunt non vocati,quia iure iſto quando pete



do petebatur confirmatio, non citabantur quorum intereſt: hoc fuit introductum per textum in cap. fina. de elect.in 6.iſtud etiam ſatis probatur ponderando verbum querelam, quia querela non dicitur actio,neque exceptio neq; accuſatio, ſed interuentio, ſeu imploratio iudicis.gl.inſtit.de inoffi. teſta.in princ.glo.d.l.poſthumus.§.fi.& ibi Barto.ff. eod.tit.Barto.1.gloſ. & ibi Iaſ.in l.ſi ab arbitro.ff.qui ſatiſd. cog. Et ideò pro reſolutione huius articuli, qui eſt quotidianus,duo ſunt videnda.Primò quale præiudicium debet eſſe ad hoc,vt tertius poſsit interuenire, & ſe opponere, ſecundò quãdo poſsit interuenire. Quantum ad primũ dicatis, quòd tribus modis quis prætendit pręiudicium.Primò quando habet ius principale in negotio, id eſt in debitore, quando contra creditorem vertitur quæſtio, ſuper pignore,& iſto caſu dicitur habere pręiudiciũ principaliter.l.pen.ff.de re iud.Vbi Bar.& alij.c.cum ſuper.c.pen.& vbique Abba.inf. de re iud.& iſte talis neceſſariò appellaſſe tenetur, quia ſi ſciuit negotiũ tractari, & tacuit,ſibi præiudicat, vt habetur in d. locis.Secundò dicitur quis habere pręiudicium,per quandam cõſequentiam,vt dicimus in fideiuſſore. nam per conſequens tractat negotium contra debitorem principalẽ.Vel in venditore quando actio intentatur cõtra emptorem.quia iſti tales condemnato principali, per quandam cõſequentiam tenebãtur,& ita traditur in l.penul.ff.de re iudic. Tertiò dicitur quid pati præiudicium ratione connexitatis,id eſt quãdo contra vnum hæredem intentatur actio, cohæres dicitur præiudicium pati: vel quando ſuper pedagio intentaretur actio, contra vnum ciuem,alius conciuis patitur pręiudicium,quia lata ſententia, contra illum dicitur facere ſemiplenam probationem contra duos habentes cauſam ſimilem,vel connexam.gloſſ.nota.in l.ſi duo patroni.in princ.quam Bart.& cæteri omnes multũ commendant.ff.de iureiur.idem Bart.in l.admonendi. col.7. eod.tit.Et in quolibet iſtorum caſuum quis admittitur ad interueniendum,vel ſe opponendum, aliàs non. Et ita volunt communiter omnes in l. fi.ff.de re iud.in d.c.cum ſuper.infrà eo.tit. & in locis proximè allegatis. Circa ſecundum, quando admittatur quis ratione ſui præiudicij:dicatis quòd admittetur in princ.cauſæ, & in quacunque parte.In prima inſtantia,& tunc poterit deducere iura ſua:& ſi pars principalis,quando fuit mota cauſa,nollet aliquid probare, vel fortè colluderet, iſte talis poſſet producere teſtes,& fundata, & impedire diſſoluere donec conſtiterit de iure ſuo. l.ſi ſuſpecta.ibi glo.& Bart.ff.de inoffi.teſta. l.ſi perluſorio. verſicul.1.ff.de appel. Et ſi fuerit lata ſententia, poterit appellare, etiam ſi principalis nollet appellare:Vel ſi principalis appellauerit, & nollet proſequi poterit ipſe proſequutionem facere. c.veniens.ſecundò vbi Abb.& cæteri.infrà de teſti.l.à ſententia.ff.de appellat. Et ſi fuerit lata ſententia, à qua non fuerit appellatum contra executionem poterit ſe opponere. l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.& ibi Bartol.latè declarat. ff.de re iudic.Domini de Rota,deciſione 2.deciſione 53. & 454. in antiq. Bartol.iſta latè declarat, per vnam bonam col.in dict.l.ſi perluſorio. §.1. ff. de appellationib. Abba.& Felin.in dict. cap. veniens. infrà de teſti.& in dict.cap.cum ſuper.infrà de re iud.de hoc etiam eſt text. in cap. ſuper eo.& ibi traditur, ſuprà de offic.deleg.

*Tertius quãdo poſſit ſe opponere.*

Notetis tamen vnum,quòd quoties aliquis vult interuenire ratione ſui præiudicij, ad hoc vt debeat admitti,debet ſtatim,& incontinenti docere de ſuo præiudicio,vt dicit expreſſe tex.in dict.c.veniens.2. infrà de teſtib.probat text.in l.3.§.idem. ff. ad exhibend.Domi.de Rota.deciſ.23.in antiq.

Duodecimò notetis, ibi, ipſi atque prædeceſſores,qualiter poſſeſsio prædeceſſoris prodeſt ſucceſſori: iſtud autem intelligi poteſt duobus modis. Primò ad cẽſendum ceu de poſſeſsione ſua, & iſto caſu prodeſt poſſeſsio prædeceſſoris, dum habeat cauſam ab eo,& pariter dum fuerit cõtinuata nullo medio interueniente, ita quòd ſi alius tertius in medio poſſediſſet per vnam diẽ,impediretur continuatio.Iſta omnia habentur ad literam in l.Pomponius. §.cum quis.& ſequenti,vſque ad fin. legis. ff.de acquir.poſſ. & ibi decidit Paul. de Caſt. quòd ſi aliquis ex concubina ſuſcepit filium,deinde contraxit matrimonium cum alia, qua mortua nupſit concubinæ. Vbi aliàs per ſequẽs matrimonium legitimarentur filij,c.tanta. c. per venerabilem. infrà qui filij ſunt legiti. matrimonium medium impedit legitimationem. Secundò poteſt iſtud notabile intelligi, quòd ſucceſſor virtute poſſeſsionis prædeceſſoris poteſt intentare remedia poſſeſſoria: etiam quòd nunquam fuerit in poſſeſsione. Et ſic in caſu huius capituli dato,quòd clerici qui ſe opponebant, nunquam fuiſſent in electione epiſcopi, & eorum prædeceſſores interfuerant,quia non fuerũt admiſsi poſſunt intentare remedia poſſeſſoria. Circa iſtud dicatis breuiter, quòd in poſſeſsione competente alicui ratione ſui beneficij,vel iure beneficij, dato quòd nunquam fecerit aliquos actus poſſeſſorios,ſi tamen prędeceſſor aliàs exercuit,poterit intentare iſta remedia poſſeſſoria: ita Innoc. in c.cum ſuper.& ibi Abbas.col.5.infr. hoc tit. c. in literis.in fin. verbis,infrà de reſtit.ſpol. in cap.tranſmiſſam.ſuprà de elect. Quia poſſeſsio,quæ erat penes defunctum,dicitur remanere penes ipſam eccleſiam.l.raptores.§.fi.C.de epiſ.& cle.Barto.per illum tex.in l.1.§.fi.ff.de acq.poſſ. Et ideo dicit idem Bart. in l.cum hæredes. in princip.eo.tit.quod licet de defuncto in hæredem non continuetur poſſeſsio, niſi ſequatur noua apprehenſio hæredis, ſecus eſt tamen in eccleſia,& dicunt domini de Ro.227. deciſ.in antiq.& deciſ.4.in nouis.quòd ſi prædeceſſor beneficiati fuerit ſpoliatus aliqua re ſui beneficij, aut aliquo iure ſucceſſor qui nunquam poſſedit,poteſt id intentare remedium reſtitutoriũ. Aduertatis tamen, quod tunc debet intentare illa remedia nomine eccleſiæ,vel beneficij,& non nomine ſuo,cum nunquam fuerit ſucceſſor,ita Innoc.in dict.locis.Bartol.in dict.l.1.§.fi. in fine.ff.de no.operis nuntiat. Vbi dicit, quòd quando prælatus, vel beneficiatus intentat aliqua remedia, pro rebus vel iuribus beneficij,debet dicere nomine eccleſiæ, vel nomine beneficij: ſed quando intentaret remedium pro ipſo beneficio, quia aſſereret ad ſe pertinere, nomine proprio debet intentare, quæ nota, quia quotidie contingunt.

Decimò tertiò,not.ibi intereſſe ſecundum Abb. in 2.nota. quòd ex ſolo exercitio eligendi acquiri-

tur ius abſque titulo, dummodo quis interfuerit, & vocem dederit, quia eſt quidam actus, qui non ſolet ex gratia concedi, vt voluit Innoc. in cap. bonæ. 2. ſuprà de poſtu. præla. Et ex hoc ſequitur quòd ſolum exercitium denotat, quòd fecerit tanquam volens vti iure ſuo, quod dicit eſſe notandum pro intellectu l. fin. ff. quemadmod. ſer. amittantur.

*An exercitium requiratur.*

Circa iſtud notabil. quatuor videtur velle Abb. 1. quòd ſolum exercitium alicuius actus ſufficiat, & iſtud poteſt intelligi dupliciter. Primò quòd qui ſemel exercuerit actum eligendi, dicatur acquiſiuiſſe ius, vt in futurum debeat admitti, & iſtud probatur in cap. conſultationibus. Vbi qui aliàs præſentatus acquiſiuit ius, vt in futurum debeat admitti ad præſentandum. glo. in c. quod autē. verb. pro non dato. in c. ex literis. glo. fin. in princ. eo. tit. Abb. in d. c. ex literis, aſsignat rationem, quia præſentatio, electio, collatio, & ſimiles actus debent eſſe quidam fructus, qui debēt ſpectare ad poſſeſſorium l. bonæ fidei. ff. de acquir. re. domi. §. ſi à non domino. Inſtit. de re. diuiſ. notatur in cap. quāuis. infrà de reſti. ſpol. idem Abb. in conſi. 54. videtur primo. col. 2. in prima par. Bal. in conſi. 32. quidam notabilis. in fine, in 3. parte. Dominus Philip. Dec. conſil. 215. in cauſa vertēte. col. 3. vbi etiā per iſtum text. quod per exercitium vnius actus acquiritur alteri ius. Id poteſt intelligi, quod ex ſolo exercitio eligendi acquiritur quaſi poſſeſsio, etiam quòd non conſtaret de alio.

*Electio debet firmari.*

Circa quòd eſt aduertendum quia Calde. in conſil. 13. in titul. de iure patro. voluit expreſsè, quòd non ſufficiat ſola electio, ſed requiritur, quòd probetur electionem fuiſſe confirmatam. Idem dicit in præſentatione, quòd non ſufficiat probare patronū, aliàs præſentaſſe, niſi probetur fuiſſe præſentatum inſtitutum. allegat text. in c. cumana. ſuprà de elect. in c. illud. in c. ſuggeſtum. in c. cum laici. & in c. fin. infrà de iure patro. Et dicit idem Calder. in conſil. 12. infrà eod. tit. quòd quatuor requiruntur.

*Quatuor ad acquirēdū poſſe. requirūtur.*

primo præſentatio, vel electio, ſecūdò inſtrumentū, vel confirmatio, tertiò quòd inſtitutus vel cōfirmatus fuerit admiſſus, quartò bona fides, ſcientia ac patientia illius ad quem de iure cōmuni pertinet facultas. Et iſtud videtur velle Alex. in conſi. 75. viſis. col. pen. & fi. in 4. parte. Dec. conſi. 124. placet. Abba. & Bald. in conſiliis ſuprà alleg. Latè per duas colum. Roc. de Curte. in tracta. de iur. patro. verbo competens alicui 14. quæſt. & propter auctoritatē tantorū patrum in iudicando, & cōſulendo non eſſet recedendum ab hac declaratione, de ſtricto rigore iuris, teneatur audacter cōtrarium, vel ſufficiat ſolum exercitium eligendi, poſito quòd non probetur fuiſſe ſecutam confirmationem, & ita reperio in terminis tenuiſſe Feder. de ſenis, in conſi. 16. vacante quodā prioratu coll. 2. Et ponderat iſtū text. in quo Ro. Pontif. non fecit mentionē niſi de exercitio eligendi, & nihil aliud fuerat probatum per clericos, tādem pronuntiauit electionem nullā, ipſis excluſis. ſi enim requireretur confirmatio fuiſſet facta mentio, & cū de ea nihil dicat ſentit expreſſe nō eſſe mentē. Ad hoc facit bonus tex. in l. vnica. circa finē. verſic. ſin autem à deficientis. C. de cadu. tol. facit illud vulgatū, vbi tex. non dicit nec nos dicere debemus. l. de precio. ff. de publ. Plura cumulat Alex. cōſ. 5. circa hanc dubitationē. col. 4. in 4. part. Preterea canonici nō tenentur proſequi confirmationem, vt ſentit Domi. in c. quia ſæpè. in c. quàm ſit. circa finē. de elect. lib. 6. & dicitur quædā ſeparata electa, & cōfirmatio de vno nō debet fieri illatio ad aliud. l. ſi. ff. de calumni. l. neq; natales. C. de probat. c. 2. ſuprà de in integ. reſti. Preterea tex. in c. cum olim. infrà hoc tit. in c. querelam. in c. cumana. ſuprà de elect. in c. ex literis. in c. conſultationibus, infrà de iure patro. dum faciunt mentionem qualiter ex exercitio eligendi, conferendi, vel preſentandi, acquiritur ius, nihil aliud requirūt. Nec obſtant iura alleg. per Calder. quia loquutio de pluribus qualitatibus requiſitis ad conſummationem vnius actus, vel in transferendo iure patronatus, quòd non ſufficiat voluntas patroni, ſed requiritur auctoritas epiſcopi. Nos loquimur de diuerſis actibus ſeparatis, quòd ad conſummationē vnius, non requiratur interuentio alterius. Iſta notetis ſuper quibus cogitabitis. Secundò voluit Abb. qualiter in acquirendis aliquibus iuribus incorporalibus non requiratur titulus.

*Titulus, in incorporalibus, an requiratur.*

Et iſtud dupliciter poteſt intelligi. Primò ad preſcribēda iura incorporalia ſufficiat exercitiū, ſeu quaſi poſſeſsio etiam ſine tit. Vbi aliàs in præſcriptione corporaliū, requiritur titulus, poſſeſsio, & bona fides. l. vnica. de vſuca. transfor. iſtū articulum reſeruo examinandum, ſuprà gl. in verbo tertio & verb. tēporis: & gl. pen. Secundò poteſt intelligi, quòd intentans remedium poſſeſſoriū, etiam reſtitutorium, non teneatur docere de tit. ſed ſufficiat probare poſſeſsionem. Tamen ſolemus dicere, quòd in ſpiritualibus, ſola poſſeſsio nō ſufficit, niſi appareat de tit. ſaltem colorato, & videmus in actu practico niſi producantur tituli coram iudice, quis non manutenetur, vel reſtituitur in poſſeſsione beneficij, iſtud probat tex. in c. conſtitutus. & ibi Inno. & alij ſuprà de fil. presbyt. Oldra. in conſi. 1. in cauſa Eboracen. col. 2. Archid. in ca. vnico. de eo qui mitt. in poſſeſ. in 6. ita quòd videretur dicendum in electione quæ dicitur quid ſpirituale. c. ſacroſancta. c. Meſſanam, ſuprà de elect. quòd non ſufficiat poſſeſsio, niſi interueniat tit. ſaltem coloratus, dicatis tamen cum Abb. hîc per iſtum tex. & per text. in c. ex literis. infrà de reſti. ſpol. quòd ſufficiat exercitiū, ad hoc vt poſsit intētari poſſeſſorium, etiam ſi non appareat de aliquo tit. Et proximè allegata habent locū in ſpiritualibus, in quibus quis acquirit titulū in beneficio. Nos loquimur hîc in aliis actibus. de hoc tamen art. latè ponit Abb. & ibi videbis. in d. c. in literis. col. 5. & ſequen. Tertiò voluit Abba. in iſto notabili, ad acquirendū quaſi poſſeſsionē eligendi, non ſufficere ſi quis interuenerit in electionibus factis, ſed requiritur quòd vocē dederit. de hoc videbimus glo. verb. vocem. Quartò voluit Abba. quia in acquirenda quaſi poſſeſsione iuriū incorporalium, requiritur, quòd quis vſus fuerit cum intentione acquirendi tale ius, & ſic quòd vſus fuerit iure ſuo. l. ſi. ff. quemad. ſeruit. amitt. ſi tamē exerceat aliquem actū, qui non ſolet communiter de gratia concedi, ſufficiet probare de exercitio vnius actus, ex quo præſumetur, quòd fecerit iure ſuo. de hoc videbimus in 3. gl. & Abb. latè ponit. in col. 4. & ſequen.

*Nota quādo quis dicatur ſpoliari.*

Decimoquartò, not. ibi, vos ipſis remittentibus, iunctis his quæ habentur in princip. 2. partis, quòd quotieſcūque aliquis eſt in poſſeſsione alicuius rei, vel iuris, ſi non fuerit admiſſus dicitur ſpoliatus.

Nam



Nam clerici conuentualium eccleſiarum ex eo quod non fuerunt admiſsi, fuerunt reſtituti per Ro. Pontifi. iſtud idem probat text. in l. 1. §. ſiue autem. ff. de vi & vi arma. quod eſt notandum in actu practico, quòd poſsit agi remedio reſtitutorio. quia ſi quis probet, quod non fuit admiſſus, dato quod nō appareat, ſi hoc fuerit animo ſpoliandi, dicitur tamen ſpoliatus. Idē voluit gl. mag. & ibi Bal. in 5. col. in l. ſi quis in tantū. C. vnde vi. Et traditur in l. clam poſsidere. §. fi. ff. de acq. poſſ. Alex. not. in conſi. 133. viſo proceſſu. col. pen. in prima par. & dicit Innoc. vbi alij omnes in c. querelā. ſuprà de elect. Quod ſi aliquis omni anno percipiebat cenſum ab alio, & ille denegauit ſoluere, dicitur ipſum ſpoliare, de quo idem Innoc. & ibi Abb. in c. ſuborta. infrà de re iud. & iſtum text. hîc in 2. notabili. Abba. poſt alios ponderauit, & ſi forte diceretur quod non ſufficiat nomē amiſsio, ſed debet cōſtare quod animo ſpoliandi, quia ad acquirendum, vel amittendū poſſeſsionem, requiritur quòd conſtet de animo, l. quemadmodum ff. de acq. poſſeſſ. l. licet. C. eo tit. Si quando requiratur debemus ſuper hoc ſtare affectioni illius, qui fecit actum, & aliàs non poteſt probari animus, vt eſt glo. ord. in §. ſed iſte. inſtit. de actio. Præterea in his, in quibus effectus dependet ab animo, non curamus quid fuit actum, ſed recurrere debemus ad cauſam, & ideo dicit text. quod ſi quis cum animo occidēdi iuerit cum armis, dato quod non commiſſerit homicidium in actu, tenetur tamen de homicidio. l. is qui cum telo. C. ad l. Cornel. de Sicar. & ſi aliquis occiderit hominem, non tamen habeat animum occidendi ſed percutiendi tantum, non debet condemnari de homicidio. glo. notabilis in l. 1. in verbo non occidendi. C. ad l. Cornel. de Sicar. Bart. in l. 1. §. diuus. ff. eo. tit. Abb. in c. 1. infrà de iniur. Cæpol. conclu. 1. & 33. Reſpondeatis breuiter quod etiam in actibus in quibus animus requiritur, ſi faciat actum aliàs illicitum, dato quòd non conſtet de animo, præſumitur quod animus interuenerit. l. ſi non conuitij. C. de iniur. Vbi ille qui actū de ſe iniurioſum facit, dato quod non conſtet ſi fecerit animo iniuriandi, tenetur tamen actione iniuriarum. & ita dicit not. Bart. in l. inter omnes. §. rectè ff. de fur. Vbi ita limitat. gl. in d. §. ſed iſte. & dicit idem Bar. in l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de libe. lega. quod ſi quis confiteatur occidiſſe hominem, tamen fecit ad ſui defenſionem, quia habet præſumptionem iuris, & ideo glo. in d. l. 1. C. ad l. Cornel. de Sicar. Bart. Abb. & Cæpol. in locis ſuprà alleg. dicunt notanter, quod de hoc, quia animo non occidendi fecit, debet probari per cōiecturas, aliàs præſumitur in dubio contra ipſum. Ex quibus inferatis pro magna ampliatione, ad iſtud notabile, quod ſi ille qui non admiſit alium, dicat quod non fecit animo ſpoliandi, non probet iſtud per aliquas coniecturas, quia fecit actum qui ſine manu inducit ſpoliationem, tenebitur de ſpoliatione.

Decimoquintò ibi excluſis. not. Inno. verb. præſumpſiſtis, quod non ſolum ille qui habet ius faciendi actum debet vocari, ſed etiam ille qui eſt in poſſeſsione, dato quod non habeat ius, idem probat tex. in c. cumana. in cap. querelam. & in c. quod ſicut ſuprà de elect. glo. & ponderat iſtum tex. & in c. quia propter. ſuprà de elect. Et ratio eſt quia fructus ſpectant ad poſſeſſorem. cap. grauis. infrà de reſti. ſpol. l. bonæ fidei. ff. de acquir. re. dom §. ſi à non domino. inſtit. de re diuiſ. electio, collatio, præſentatio & ſimilia dicūtur eſſe fructus à conſultationibus infrà de iur. patro. c. cum olim in hoc tit. c. querelam ſuprà de elect. gl. notabilis in cap. cum olim. glo. pen. circa fi. ſuprà de maio. de obed. dicens quod ideo capitulum ſede vacante non poteſt conferre beneficia, quia tenetur conſeruare fructus nouo prælato: collatio autem dicitur de fructu. idem voluit Abb. in c. mandatum in no. ponderando etiam illum tex. ſuprà de reſcrip. Soc. conſil. 260. in cauſa manutenſionis. colat. 2.

Decimoſextò notet. ibi infirmari, iuncto text. irritandam ſecundum Abba. hîc in 12. notabili. Anchar. in 2. Bal. in 3. & Paul. Imol. in 2. col. quod electio facta abſentibus, & non vocatis his qui debent interuenire, vel ſunt in poſſeſsione eligendi, non eſt ab initio nulla. iſtud idem voluit text. in c. quod ſicut ſuprà de elect. & ibi per glo. & doct. habetur quod ſi contempti non proſequantur contemptū & reſciſionem, electio non erit valida. Ad hoc etiam poſſet ponderari iſte tex. dum dicit infirmari, & dum dicit irritandam, quia ſi eſſet nulla nō deberet infirmari nec irritari. Nam quod nullum eſt rumpi non poteſt. l. nam & ſi, ff. de iniuſt. rup. teſta. c. ad diſſoluendum vbi glo. ponit concordantes infrà de deſpon. impub. Præterea qui petit aliquem actum infirmari in quo non requirebatur niſi cōſenſus ipſius, per hoc reddit actum validum & non poteſt de nullitate querelare, ſed tantum de iniuſtitia l. 5. §. fi. ff. rem rat. haberi. Poſſet tamen contra iſtud notabile opponi de cap. auditis ſuprà de elect. vbi electio nulla comprobatur per conſenſum eorum, qui fuerunt contempti. Secundo facit text. in l. ſi expreſſum. in principio. ff. de appel. quod ſi aliquis appellat à ſententia, cenſetur illam confirmare Imò poterit dicere de nullitate & quod plus eſt ab initio quod appellauerit ſimpliciter, vel etiam ex cauſa iniquitatis. & iſtud probat text. in l. quædam mulier. ff. famil. herciſ. l. Cornelia pia. ff. de iur. patro. verb. in l. 2. C. ſi ex fal. inſtru. in l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſ. plura poſt Abb. Dominus Philip. Dec. in c. dilecto. col. 2. infrà de appel. Tertio quia licet quis petit infirmare, vel reſcindere actum, non tamen videtur fateri vtilitatē ipſius, ſed petere tantummodo, vt reſcindatur, hoc eſt pronuntietur ab initio nullus, vel reciſus, aut quod reſcindatur, in quantum proceſſum de facto, ita probat tex. & ibi bona glo. in l. 1. verbo infirmabitur. ff. de feriis. vbi Bald. in 8. notabili & Iaſ. in 5. de quo tex. & ibi tradunt doct. in cap. cum contingat. ſuprà de officio deleg. Bonus tex. & ibi glo. in cap. 2. ad fi. ſuprà vt lit. non cōteſt. Quarto quia quando in aliquo actu requiritur conſenſus alicuius, debet interuenire quando actus fit, dato quòd poſtea interueniat, non confirmat actum. inſtit. de aucto. tuto. l. obligari. §. tutor. ff. eo titulo. l. nunquam. in princ. ff. de vſucap.

Circa iſtud dicatis, quòd imò electio valet, dato quod ab initio non interueniat conſenſus illorum qui debebant eligere, vel erant in quaſi poſſeſsione eligendi. Nam quando conſenſus requiritur ad va-

liditatem alicuius actus,niſi diſpoſitio faciat mentionem quod non valeat actus ſine concluſione:& ſimpliciter loquatur de conſenſu actus, valebit ab initio: & ille qui debuit præſtare conſenſum,poterit eligere ad deciſionem alicuius actus vel confirmare.de quo articulo vltra, ſuprà allegata Abb. in cap.ex parte. ſuprà de conſtit. & notetis vnum in caſibus in quibus requiritur conſenſus,etiam ſi diceretur,quod non valeat ſine conſenſu, non requiritur quod ab initio interueniat,ſufficit quod ante actum, vel in ipſo actu, vel poſt actum adhibeatur. ita Bar.in l.ſin autem plures.ff.de aqua plu.arc.in l. ſi quis mihi bona. §.iuſſum.ff.de acquir. hæred. in quibus locis erat quod quando requiritur mandatum,iuſſus, cõſilium,licentia,iſta debent præcedere actum,quando requiritur auctoritas,debet adhiberi in ipſo actu, ſi requiratur conſenſus, ſufficit quantumcumque.& ad iſta omnia allegat ibi iura, idem Bart.in l.non ſolum.§.neceſsitatem.C.de bo. quæ libe. Abb. in cap.cum vos. infrà de his quæ fi: à præl. ſine conſen. cap. & ex iſtis patet ſolutio ad ea quæ dicta ſunt ſuprà.nam tex.in l.obligari.§. tutor.ff.de aucto.tut.loquitur de authoritate, nos de conſenſu. Ad cap.auditis, dicatis, quod ibi electio erat nulla, quia non interuenerat maior pars canonicorum, quorum conſenſus poſtea adhibitus nihil operatur, ſed ſi tantummodo aliqui fuiſſent excluſi, & interuenientes eſſent in numero ſufficienti, non diceretur nulla, & conſenſus poſtea præſtitus per abſentes, aliquid operaretur, & ita ſentit Abb.in d.c.quod ſicut.ſuprà de elect.

Decimoſeptimò not. ex text. ibi conſueuerunt. iuncto verbo, infirmari, quòd quando aliqua deducuntur in libello per modum cauſæ, & ſuper illis cauſæ cognitio fuit adhibita, dato quòd concluſio libelli de his non faciat mentionem, debet tamen iudex ſuper hoc pronuntiare.Nam per modum cauſæ fuit deducta poſſeſsio & ſpoliatio, & ſuper illa producti teſtes in concluſione libelli ibi. ob quod fuit petita infirmatio, & nihil de reſtitutione:tamen Rom.Pontifi. ſententiam protulit ſuper poſſeſſorio, & iſtud voluit Anto.de Butr.in ca. aduerſario. infrà de except. Abb. conſil. 50. circa quæſtionem vertentem.col. fi. in prima part. & ad iſtud bene facit quod voluit Bart.per illum tex.in l. ſin autem.§.fin. ff. de nego. geſt. quòd ſi reus excipiendo, aliqua deducat per modum cauſæ & petat ſibi prouideri,non ſolum debet relaxari, ſed etiam pronuntiãdum eſt ſuper petitis, per ipſum factum, quod voluit glo. & ibi Bart. & alij in l.1. C. de ord. iud. Quòd ſi pendente proceſſu aliquid de nouo incidens deducatur & ſuper eo fuerit tractatum & iuſtificatum,debet iudex pronuntiare,& ideo in caſu huius cap. quia poſſeſſorium fuit deductum, & ſuper eo teſtes examinati, rectè pronuntiauit Pontif. Rom.ſuprà eod.Et ſi appareret, quòd concluſio libelli demõſtrat,dicatur intentata.l. Aurelius.§.Sticho.vbi Bar.ff.de lib.lega.c.ſuper literis.& ibi Inno. ſuprà de reſcrip.cap. ex parte vbi Abb. ſuprà de fo. compet. glo.in cap.hæc quippe 3.quæſt.6. late Iaſ. in l.1.in princ.3.col. ff.de edend.& iudex debet ferre ſententiam ſecundum petita.c.licet.infrà de ſimo. l. vt fundus. ff. communi diuid. Præterea licet plura fuerint narrata,attendimus ſolummodo, quid fuit concluſum,& ideo tranſactio generalis, non refertur niſi ad expreſſa.l.ſub prætextu. l. ſi de certa. C. de tranſactio.Præterea ſi aliquis deducat damnum & publicianam,ſi concludat in vno, & lata fuerit ſententia,poterit tamen redire ad aliam actionem. glo.notabilis in verb. abbate in verbo dominij.de re iud.in 6.Breuiter reſpondeatis ad iſta,quòd licet in dubio debeat attendi, nec iudex debeat ferre ſententiam,niſi ſecundum petita, tamen ſi aliqua deducuntur per modum cauſæ vt hìc, ſuper illis debet pronuntiari ſi fuerit cognitum. Nam medium concludendi, hoc eſt illud quod deducitur per medium cauſæ,quod appellamus cõcludendi, debet attendi.ita Bart.in l.certi condit.in princ.ff.ſi cert.petat.Alex.conſi.92.perſpectis & in concluſio. Item viſo proceſſu.col.3.in 2. par. Vel etiã poteſtis dicere,& iſte erit nouus intellectus,ad iſtud c. quod quando in libello deducitur poſſeſſorium ratione ſpoliationis factæ, & ſuper hoc fuit facta iuſtificatio in odium ſpoliatoris, dato quod in concluſione nihil præſentatur, debet tamen iudex prouidere.glo.notabilis quæ alleg.iſtum tex.ad hoc in cap. quia præſentatus.1.quæſt.7.Ioan.And. in c. examinata.col.fin.ſuprà de iudi.per quam glo. dicit.quod in remedio reſtitutorio procedit libellus, ſine concluſione.Iaſ.in l.1.col.4.ff.de edend.

Decimooctauò notetis ex iiſdem verbis modum conficiend libellos. Nam more ſyllogiſtico, hìc ponitur maior propoſitio, quia fuerant in poſſeſsione eligendi:ponitur deinde minor, quod proceſſerunt canonici ipſis contemptis & excluſis, ſequitur concluſio,ideo debet infirmari electio.& ad iſtud,quod hoc modo debeat confici libellus. Bart. idem ponit,in l.ſi prius in oppoſitione 2.part.ff. de no.op.nunt.& de materia,qualiter debeant concipi libelli.glo.Bart.& alij.in l.1.in princ.ff.de edend.

Decimononò not. ex iiſdem verb. ſecundum Abb.hìc in 6.notabili.Anchar.in 4.& Ioa.de Imol. in 5.qualiter ſuper eodem facto poſſunt dari libelli contrarij. Nam hìc occaſione electionis epiſcopi Sutrini fuit datus libellus per canonicos, petentes confirmationem,fuit datus contrarius,per clericos petentes infirmationem.Et quamuis ſuper hoc Innoc.in cap.cum contingat. ſuprà de officio deleg. videatur velle quod non debeant admitti,quia ſententia ſuper vno eſt præiudiciabilis alteri. Argumento l.fundi & l. fundum. ff. de excep. rei iudic. communis tamen eſt concluſio quod reus non ſolum poterit excipere & impugnare, ſed etiam poterit dare libellum contrarium. Vt ſi ab aliquo petatur res ratione dominij,non ſolum poterit excipere,petendo ſe relaxari & abſolui, ſed etiam poterit deducere dominium ex parte ſua, & petere declarari,ſe eſſe dominum. & iſtud idem dicatis in omni alio caſu,ita probat.text. & ibi Bart.& alij, in l.ſed ſi poſſeſſori.ff.de iureiur.in l.circa.ff.de probat. in l.ſin autem.§.fi.vbi Bar.ff.de neg.geſt. latè Abb. poſt Innoc.& alios,in cap.ex conqueſtione.colum. penul.infrà de reſti.ſpol.ſentit.Bart.in l.ex hoc iure. col. pen. ff. de iuſti. & iur. dum quærit quando ex ſententia transferatur dominium,& dum loquitur de reo diſtinguit, an fuerit ſimpliciter abſolutoria, an fuerit declaratoria, quia petiit ſe declarari dominum. Et ex hoc reſultant duæ vtilitates. Prima

quia



quia quando per modum petitionis à reo aliquid deducitur,non ſolum debet relaxari & abſolui,ſed debet renuntiari ſuper deductis per ipſum. Secũda ſententia talis lata in fauorem rei operabitur vt non ſolum habeat exceptionem, & defenſionem,ſi iterum conueniretur, ſed etiam habeat actionem ad petendum illam,vel illud ius.c. cum dilectus.ſuprà de ord.cog.l.ſed & ſi poſſeſſori & vbique per doct. ff.de iureiur.

*Poſſe iuris incorporalis quomodo perdatur.*

Viceſimò notabis ex iiſdem verbis ſecundum Abb.hìc in 7. notabili qualiter perdatur ius incorporale, quando aliquis habet aliquod ius exercere, & per alium illud ius exercetur, dicitur illud perdidiſſe,ex quo infert,quod in corporalibus animus non ſufficit ad retinendum quaſi poſſeſsionem.

Circa iſtud tamen aduertatis, quia non dicitur quis priuatus iure incorporali, quando alius exercet. Vt puta ſi aliquis vadat ad curiam, & audiat cauſas, ex hoc ſolo iudex non dicitur priuatus, quaſi poſſeſsione iudicandi,ſed requiritur,vel quòd fuerit expulſus, vel quod non admiſſus, vel quod alius cum intentione ipſum priuandi actum exercuerit & de hoc iſto fuerit informatus. Vel quòd pluries alius exercuerit actum, & iſte fuerit negligens.Iſta omnia tradit Innoc. quem alij omnes ſequuntur in c.querelam. art.fin.ſuprà de elect.Bald. in l.2.in 5.colum. C. de ſeruitu.& aq. & ratio, quia quemadmodum in rebus corporalibus ſunt duæ poſſeſsiones:vna corporalis quæ corpore retinetur, alia ciuilis quæ retinetur animo. Ita in iuribus incorporalibus,vna dicitur incorporalis quando quis exercet actum:alia ciuilis quæ animo retinetur. Ita Bart.in l.1.in principio in col.antepen. ff.de acquir. poſſeſſ.ſed in rebus incorporalibus licet aliquis ingrediatur rem meam,& apprehẽdat poſſeſsionem. & ex hoc dicatur acquiſita naturalis: non tamen ſum ſpoliatus niſi concurrant aliqua, de quibus ſuprà:quia retineo animo ciuilem,vigore cuius recuperare poſſum naturalem, etiam authoritate propria. Iſta omnia traduntur in l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas.ff. de acq. poſſeſſ. ita ergo in iuribus incorporalibus dicamus. Si aliquis alius exerceat actum,quamuis acquirat naturalem poſſeſsionem,non tamen ſum ſpoliatus,cum retineam animo ciuilem, quæ eſt potius vt propria authoritate poſsim repellere alium, & exercere actum. Et ex his quæ habentur in d.§. qui ad nundinas:colligitis caſus in quibus quis ſpolietur in iuribus incorporalibus.Primus quando quis non fuit admiſſus ad exercendum ius incorporale.ſecundus quando fuit expulſus, dum exercebat illud ius incorporale. tertius quando alius exercet, & iſte non vult accedere, quia dubitat quod expelleretur, vel non admitteretur.& de hoc conſtat iſte rumor contra ſpoliationem,ſi alius cum intentione acquirendi ſibi, & priuandi iſtum exercuerit illum actum, in aliis caſibus,non dicitur cadere ſpoliatio.Benè verum eſt, quod ſi patiatur pluries aliũ exercere talem actum, quemadmodum in rebus corporalibus,negligentia decem annorum, inducit vt quis perdat poſſeſsionem etiam ciuilem. glo.eſt ord.in l. 1. in glo. mag. ad fin.C.de ſeruis.fugit. Ita in iſtis incorporalibus, qui patitur exercitium plurium actuum,dato quod non lapſi fuerint decem anni,propter negligẽtiam, dicitur amittere quaſi poſſeſsionem.& ita ſentit Innoc.in d.cap.querelam & Bal. in d.l.2. Tamen eſt aduertendum, quamuis iſta negligentia inducat amiſsionem quaſi poſſeſsionis, non tamen inducitur ſpoliatio, vt competant remedia reſtitutoria niſi interueniat aliquid de tribus ſuprà poſitis.

Viceſimoprimò not. qualiter ad vnum actum plures concurrere poſſunt diuerſo iure. Nam hìc canonici iure communi elegerunt, clerici ſpeciali, acquiſito per præſcriptionem. & ita notat hìc Anchar.in 5.notabili.de hoc etiam text.habetis in cap. Ioannes. infrà de teſta. Vel etiam ad executionem teſtamenti laicns cum clerico admittitur. Plura ſimilia allegat Card.in cle.1.in oppoſi. de electione, & ſi forte aliquis opponeret de illa clem.1.vbi religioſi diuerſarum profeſsionum non poſſunt admitti ſimul, dicatis illud habere locum, vt perpetuo inuicem maneant, ſed ad vnum actum benè poſſunt ſimul conuenire, in iſto notabili, pro eius declaratione tria poſſent occurrere.Primò,quando diuerſa corpora admittuntur ad eundem actum, vtrum quilibet debeat exercere ſecundum ſua priuilegia,& ſolennitates,an vero debeant attendi ſolennitates alterius tamen.Circa iſtud recurratis ad ea quæ traduntur in c.1.infrà ne ſede vacan.quãdo plura vniuntur inuicem, vtrum debeant regulari ſecundum priuilegia cuiuſlibet, breuiter concluditur,quod quando in vnum conueniunt, tanquam diuerſa corpora, eóque principaliter quodlibet retinet priuilegia ſua:quando conueniunt acceſſorie ad aliud conſiderantur priuilegia principalis.Quãdo verò conueniunt tanquam facientes vnum corpus, conſiderantur ſolennitates ſecundum illam materiam.Secundò poſſet dubitari,ad cognoſcendum qualiter dicatur factum à maiori parte,vtrum debeamus attendere maiorem partem ſecundum numerum perſonarum, vel ſecundum numerum corporum,de quo Abb.in c.ſcriptum.col.3.notabili 5.de elect.idem Abb.in ca.paſtoralis.in glo. verb. plures.& ibi dominus Philip.Dec.ſuprà de reſcrip. Vbi concludunt,quando conueniunt tanquam diuerſa corpora,non conſideratur numerus perſonarum,ſed corporum:& ideo,ſi ad electionem epiſcopi canonici eccleſiæ cathedralis, tanquam vnum corpus conuenerunt,erant viginti numero, clerici vnius monaſterij,tanquam aliud corpus conuenerunt,& erant niſi quatuor, & religioſi alterius monaſterij conuenerunt, & erant tantummodo tres, dato quod decem & octo canonici eligant vnum, & duo ex canonicis alium: & monachi vtriuſque monaſterij,eundem,electus à decem & octo canonicis,non dicitur electus à maiori parte, ſed ille qui eligitur à duobus monaſteriis. Tertiò aliquis vellet cognoſcere,quãdo quilibet interueniat reſpectu vnius corporis, vel tanquam faciẽtes omnes vnum corpus. de quo Abb.in d.c. ſcriptum, dicens quod debemus conſiderare primam fundationem, & ſi de illa non conſtet,debemus attendere conſuetudinem,pro quo facit text. in c. cum de beneficio. de præbend.in 6.

Viceſimoſecundò not. ſecundum Ancha. in 5. notabili qualiter conſuetudo poteſt induci contra ius,dum tex.dicit conſueuerunt.Nam canonici habent de iure communi, quod ipſi ſoli debeant eligere

gere epiſcopum,vt dicit iſte text.circa finem.Clerici tamen per conſuetudinem acquiſiuerunt contra ius,& ad iſtud qualiter conſuetudo contra ius aliquid poteſt inducere,allegat tex. in c.cum dilectus. ſuprà de conſuet.in c. cum contingat. ſuprà de fo. compet.in l.1.C.de emancip.

Circa iſtud duo aduertatis,primò quòd conſuetudo tãtũ valet quàm ius,dummodo ſit rationabilis,& præſcripta.& de hoc latè Abb.in c.fi.ſuprà de conſuet.Secundò licet iſtud notabile ſit verum, nõ tamen probatur in iſto text. quia non eſt proprie conſuetudo hîc,ſed præſcriptio,vt etiam ſentit tex. infrà in fine verb.Nã conſuetudo proprie dicitur illud ius, quod inducitur ab his,qui ſolo cõſenſu expreſſo inducere poterant:præſcriptio verò appellatur illud ius quod inducitur ab aliquo,qui expreſſo conſenſu non poterat inducere.Bar.in l.de quibus. in repet.in 3.col. ff. de legi. Alex.vbi late,in l.more. col.2.ff.de iuriſ.omnium iudi. vbi alias differentias inter conſuetudinem & præſcriptionem enumerat.

Viceſimotertiò not.ſecundum Anch.in 6. notabili, quod quando concurrunt iudicium ſummariũ,& ordinariũ, totus proceſſus tractatur ordinariè.Nã hîc agitatur cauſa confirmationis quæ dicitur ſummaria.clem.diſpendioſam. de iudic.tractabatur etiam de iure eligendi, ſuper quo ordinariè procedendum eſt ex iis,quæ notantur in cap.vnico de eo qui mitt. in poſſ.cauſa rei ſeruan.lib.6. & tamen hîc Ro.Pontif.fecit proceſſum ordinarium.vt patet verſic.partibus.Dicatis iſtud procedere ex eo, quod partes non petierunt ſuper ſummario prius diſputari,vt ſentit.glo.2.aliàs ab ordinaria, niſi inquantum eſſet neceſſe ad cognitionem ſummarij parte petente, eſſet ſuperſedendum.cap. paſtoralis infrà hoc tit.facit etiam illud vulgatum,quod compoſitum ex pluribus regulatur à digniori,& magis priuilegiata. cap. cum in dubiis.infrà de conſec. ec. vel alt.l.imperium & ibi Iaſ.in 1. notabili. ff. de iuriſd.om.iud.

Viceſimoquartò not. publicatis qualiter poſt examinationẽ teſtium, debet fieri publicatio:deinde partium communicatio, vt habeant examinare depoſita teſtium, vt probatur c. quoniam contra falſam.de proba.in l.2.C.vt lit.pend.& in l.geſta.C. de re iudicata. late Specul. in tit.de teſti. §.publicatis.Et videtis in iſto tex.qualiter actor prius habuit viſionem teſtium,& deinde reus.Et dato quod clerici dicantur in hac cauſa fuiſſe etiam actores, vt probat text.in fi. verb. & Abb. in 6. notabili ex eo quod canonici primi venerant ad iudicium, prius conuenerunt. Et ad hoc facit glo.notabil. in l. duo iudices.ff.de re iud.quæ glo.declaratur text. in l. in tribus.ff.de iudic.in quo dicitur quamuis in aliquibus iudiciis vterque dicatur actor, tamen qui prius prouocauit dicitur proprie actor.dicit illa glo.illum locum eſſe ad cognoſcendum quis iurare debeat de calũnia,producere teſtes, habere viſionem proceſſus,& his ſimilia. de qua Matheſil. notabili 110. nota vnum.

Viceſimoquintò ibi,intentionem.not. quod poſitiones quandoq; appellantur intentio, quãdoque affirmatio,vt hîc & in l.per hunc.C.de temp.appel. quandoque poſitiones,vel articuli, quandoque capitula,quandoque tituli.cap.dudum.ſuprà de elect. cap.vnico ſuprà de lit.conteſtat.c.veniens. 2. c. per tuas.infrà de teſti.c.præſentium de teſti.in 6.ca.1.de confeſſ.eodem lib.Ioan. And. & Hoſtien. hîc in 2. col.Card.in 6. notabili. & de hoc eſt bona glo. in cle.ſæpe.verſi.& quia ſuprà verb.articulos,vbi Car. & Ioan. de Imo. de verb. ſignifi. Quando debeant dari poſitiones vel articuli,& qualiter debeant concipi,latiſsime ponit Spec.in tit.de poſit.

Viceſimoſextò ibi,ad eos tantum.Innoc.in verſ. nos igitur.notat ſignificationem dictionis tantum, quę habet negatiuam implicitam,& eius naturam. quod ſi ponatur in oratione affirmatiua, affirmat & includit illud quod ponitur in eadem oratione, & excludit omne aliud:ſi ponatur in oratione negatiua negat omne poſitũ in oratione, & affirmat eſſe aliud.Ita Abb.hîc in fi.glo. notabilis Bart. latiſſime tradidit iſtud.Alex.& Iaſ.ad ſaturitatem.in l.1. ſi quis ius dic.non obtemp.idem Bar.in l.ſerui nomine.ff.de vſucap.in l. contractus.ff.de reg.iur.in l. ob æs.C.de prędiis minorum.in quibus locis ponit vnam limitationem, quod includat caſus ſimiles, alias limitationes tradit Iaſ.in d.l.1.

Viceſimoſeptimò not.quod contra intentãtem remedium reſtitutorium quis aditus ſuper petitorio & ſuper iure dominij. nam hic intentabat reſtitutorium & cæteri opponebant de iure dominij:ſuper vtroque fuit cognitum:quod notandum pro limitatione c.in literis:infrà titulo proximo.videbimus in glo.2.verb.eos.

Viceſimooctauò not.ibi plenius probaſſe quando hincinde ſunt probationes, attenditur quis plenius probat,& ita dicit hîc Bal.in 4.notabili. & ad hoc eſt bona glo.& ibi Bar.in fi.verb.& ibi late poſt ipſum in l.admonendi. ff.de iureiur.Quod ſi actor & reus habeant teſtes,debet deferri iuramentum illi,qui habet plures teſtes.& circa iſtud, quod hincinde concurrunt probationes. Primò præponderãt teſtes honeſtiores, & idoneiores. Secundò deuenimus ad teſtes qui deponunt veriſsimiliora. Tertiò ad numerum.cap. in noſtra.vbi glo. & Abb. ſuprà de teſti.& ibi.Fel.ponit multa,ex quibus eliciamus quæ probationes debeant præferri.

Viceſimononò not.ibi vltimò,quod quãdo quis ſe fundat ſuper poſſeſsione, attenduntur vltima tẽpora. Ita iſtum textum notauit Ancha. 8.notabili hîc.De hoc tamen articulo reſeruo dicendũ in gl. ſuprà verb.vltimo.

Triceſimo nota. ibi, & immediate ſecundum Card.in 7. notabili, quod ad hoc vt competat remedium reſtitutorium non ſufficit probare ſpoliationem,ſeu deiectionem,ſed debet probari poſſeſſio tempore ſpoliationis,& de hoc habetis bonum tex.in l.1.§.interdictum.ff.de vi & vi arma.Oldra.in commune primo illum text.in cauſa Eboracenſis. ad idem tex.in cap. conſultationibus.vbi glo. verb. poſſeſsionem.de offi.deleg. bonum text. & not. in cap.olim tertio, infrà titulo proximo. vbi vnum aliud probat tex.quod eſt menti tenendum, & ibi commendat Abbas,quod quamuis aliquis haberet ius in aliqua re, & iſtud probaret, dato quòd cum hoc probet, ſe ſpoliatum,niſi probauerit poſſeſſorem, non dabitur reſtitutio. In ſimili diximus interdictum vti poſsidetis, non competere niſi quis probet ſe poſſeſſorem,tempore turbationis, tẽpore litis,



litis conteſt.l.1.§.huius interdicti. §. interdictum. ff. vti poſsid.§.retinendæ.verſi.hodie.inſtit. de interd. Alex.conſil.136. in cauſa & lite. col.3.& 2. parte & conſil.81.lecto & diſcuſſo.col.1.& 3. parte.ratio poteſt aſsignari, quia qualitas iũcta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.l. in delictis. §. 1.ff. de noxal.actio.& l.ſi eius.vbi Bart.ff.de teſta.mili. l. ex facto.§.penul.vbi plura Alex.ff.ad Trebel.poſſeſſor ergo debet intelligi interfuiſſe tempore ſpoliationis & tempore turbationis.

Triceſimoprimò not. ex eiſdem verbis, quotiẽs contenditur quis debeat admitti ad exercitium alicuius actus,ratione poſſeſsionis, vel quaſi, habetur reſpectus tantummodo ad illum, qui vltimo tempore exercuit.Ita ponderat iſtum tex.Fede.de Senis conſil.234.ſuprà primo puncto col.pen.vbi decidit, quod ſi quis præſentauerat bis, vel ter clericum, in pluribus vacationibus beneficij, & vnus alius præſentauit ſemel, in vltima vice in præſentatione denouo fienda debet præferri qui vltima vice pręſentauit.Iſtud voluit etiam Oldr.in conſi.312.tenuit tale.circa fin. text. in cap.cum acceſsiſſent.col.ante penul.ſuprà de conſtit.& de mente Card.in c. ex literis.ſecunda oppoſitione infrà de iur. patro. ſentit Abb.in hoc c.col.5. quod eſt notandũ circa præſentationes,collationes vel electiones,quibus poſſeſſores admittuntur. c.querelam.ſuprà de elect. c. cum olim. infrà hoc titulo. c.conſultationibus infrà de iur.patro. in quibus conſiderabitur tantummodo ille qui præſentauit vltima vice.Et ſi forte opponatur de tex.in cap.cum eccleſia,ſuprà de elect.vbi canonici, qui erant in poſſeſsione præſentandi obtinuerunt,contra epiſcopum qui vltima vice contulit, ad idem de tex.in cap.cum de beneficio,de præben. in 6. vbi per conſuetudinem non admittitur exercitium vnius actus,& ideo in ſimili dicit Inno. in c.accedens.infrà de priuil.quod ex vno ſolo actu conſuetudo non tollitur,de quo late omnes in c.fi. ſuprà de conſuet. Præterea quando concurrunt poſſeſſor antiquior, & poſſeſſor,iunior præſumitur clandeſtina, & antiquior præfertur.c.licet cauſam. vbi Abb.in 10. notabili. Fel. in eodem notabili & Dec.in not.infrà de probat.Bar.in l.ſi duo.in princ. col.2.ff.vti poſſ.& in l.1. col. pen. C. eo.titulo. Reſpondeatis ad duo prima notabilia habere locum quando ageretur ſuper petitorio. & ita Hoſtien. & Ioan.And.in d.c.cum eccleſia.Felin.in d.c. cum acceſsiſſent. & Fede.in conſilio ſuprà allega. & iſtud ſatis probatur in iſto text. quia reſpectu poſſeſſorij Rom.Pontif.conſiderauit vltimam vicem,& ſuper hoc tulit ſententiam: reſpectu autem petitorij in fi. part.non habuit reſpectum,ſed ſilentium perpetuũ impoſuit.Ad vltimum dicatis habere locum,quando vel poſſeſsio eſſet clandeſtina, vt quia ignorante eo qui aliàs exercuit actum. Iſto caſu dicitur clandeſtina & non operatur vt debeat præferri: ſi verò alius ſciuit & tacuit nõ dicitur clandeſtina,& debet præferri.Ita in ſpecie ſentit & declarat Felin. in d.c. licet cauſam,circa fi.verbi notabilis, vbi dicit quòd ſi iunior poſſeſſor fuit introductus,ſciente & patiẽte alio, ille erit attendendus.arg.l.3.§.in amittenda. l. clam poſsidere.§.fi.ff.de acq. poſſeſſ. Quod eſt notandum in actu practico, quando iunior poſſeſſor contenderet contra antiquiorem,& deducat ſcientiam & patientiam alterius, de quo Bart. in l.de eo. §.fin.ff.de acq. poſſ. & ideo in propoſito dixit notanter Card.in conſi.15.duo bis pręſentant.infrà tit. de iur.patro.quod ſi aliqui pluries præſentauerunt, & vnus præſentauit, in vltima vice,in alia præſentatione quæ de nouo occurrit, ſi contendant quis debeat præferri, diſtinguit, quia aut ille vltimus ſpoliauit alios priores, quod poteſt contingere duobus,vel tribus modis, vel quando alij volebant præſentare, ipſe non admiſit, ſed præſentauit: vel quando præſentauit,alij bene ſciebant, & non fuerunt niſi contradicere. In iſtis duobus caſibus vltimus præſentans debet præferri, quia acquiſiuit poſſeſsionem, & ſpoliauit alios per nota.in dicta l. clam poſsidere.§. fi. aut verò ille vltimus præſentauit alio ignorante, & tunc non dicitur ipſum priuaſſe poſſeſsione ſua, & tanquam clãdeſtinus poſſeſſor,non debet præferri,vt ſentit Innoc.in c.querelam.ſuprà de elect.Iſtam eandẽ ſententiam poſuit Fede.in conſil.102.nobilis quidam.in fi. verb. Abb. in conſil.54.caſus contingentia. aliàs videretur primo col.fi.10.par. & ſic eliciatis concluſionem cum duabus limitationibus. Concluſio eſt quod debeamus attẽdere poſſeſſorem vltimum. Primo limitatur non habere locum quando ageretur ſuper petitorio.2. quando vltimus poſſeſſor eſſet clãdeſtinus.

Triceſimoſecundò not.ibi & vocem conueniſſe. quòd ad requirẽdum quaſi poſſeſsionem eligendi non ſufficit interfuiſſe in electionibus, ſed oportet vocem dare, de quo videbimus in gloſ. infrà verbo vocem.

Triceſimotertiò nota. ibi vacillaſſe ſecundum Abb.hîc in quæſt. notabili Ancha.Card.Bal.& Io. de Imol.in 1.col.in tex.Innoc.Ioa.And. & Hoſtien. in 2.col.quod ex altero de tribus reprobatur depoſitio teſtis, vel quia fuit varius, vel quia vacillauit, vel quia deponit ſuper negatiua, de quo latè dicemus in glo.verb.vacillaſſe.

Triceſimoquartò not.negatiuam,qualiter negatiua eſt improbabilis. & de hoc dicemus plene in verb.negatiuam.

Triceſimoquintò not.ibi probare volentes,qualiter ad cognoſcendum orationem affirmatiuam, vel negatiuam,non habetur reſpectus ſi verba concipiantur affirmatiue vel negatiue, ſed conſiderari debet ſignificatio verborum. Ita quod ſi aliqui affirment,aſſeuerent,vel deponant, dicitur affirmatiua: ſi aliquid negent vel priuent dicitur negatiua. & ita per iſtum tex.hîc in §.1.& Ioan.de Imol.in 2. col.de quo eſt bonus tex.& ibi Bart.& late Iaſ.in l. inter ſtipulantem,in princ.& ibi Abb.iuncto verbo quod poſtea ſequetur ad dolum malum.ff.de verb. oblig.& dicit Bart.contra aduocatos eſſe notandũ, qui volentes facere articulum affirmatiuum, dicũt ceſſat,& abſque eo:& tamẽ dicitur negatiuus, cum priuet & neget.eſt etiam glo. notabilis vbi Bart. & Angel.multum commandant in l.fi.§.fi.in glo.fi. ff. de except.dol.idem Bart.in l.de minore.in 3. quæſt. principali.ff.de minor. glo. in clem. literas. verbo creatam.circa fi.de reſcrip.Sal.in l.actor.C. de probat.Decius in c.quoniam contra falſam.in glo.verbo.negatiua. infrà de probat. & facit quod voluit Bart.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.oblig.& in d.l.1.in princ.ff.de vulg. & pupil. quod ad cognoſcendum

cendum an aliquis reſpondeat ſimpliciter habetur reſpectus ad interpretationem verborum, impacatorum.

Contra tamen iſtam concluſionem facit illud quod voluit glo.in d l.deætate.ff.de minorib.quod affirmatiuum dicitur, quando verba affirmatiua accipiuntur. dicatis illam glo.eſſe reprobatam, vt ibi per Bart.col. antepen.2.videtur facere text. in l. nec codicillos.C. de condit. quod ſi aliquis dicat aliũ eſſe furioſum,ipſe tenetur probare, talis oratio habet ſenſum priuatiuum, quia per eam dicitur priuare ſanam mentem, non tamen debet dici negatiua, quia illa eſt improbabilis. c. quoniam contra falſam.infrà de probat. dicatis quod imo negatiua,in multis caſibus eſt probabilis. Et videbimus in glo.ſuprà verb.negatiua.3.videretur obſtare illud quod ſolet dici in verbo attendi,ad quem verba referantur cum ſecundum diuerſas relationes habuerunt diuerſos effectus,vt eſt bonus tex.in l.quidam teſtamento.ff. de leg.1. & dicit not. Alex. in l. quæ dotis.col.4.verſi.7.limita. ff. ſolu. matri. quod licet donatio cauſa mortis conſideretur,ſi in ea fiat mentio mortis.l.Seia.§. fina. ff. de donat. cauſa. mor. l. Seia. ff. de dote præleg. tamen aduertendum annominatio mortis ad verba referatur depoſitiua, vt dono cauſa mortis, dicetur donatio cauſa mortis: ſi verò referatur ad verba executiua, vt ſi dicatur, dono tibi talem domum, quam habeas poſt mortem meam: dicetur donatio inter viuos, cuius executio differtur poſt mortem. Et infrà ſimile dicunt Paul.de Caſtr.Alex.Aret.& Soc.in l.1. ff.de leg.1.quod ad cognoſcendum legatum à fideicommiſſo, debemus aduertere ad quem verba referantur. Nam ſi illa referantur ad grauatum hæredem, volo quod hæres det,dicetur eſſe fideicommiſſum:ſi referantur ad honoratum, hoc eſt ad eũ cui relinquatur,vt dono tibi,dicitur legatum:Ita in propoſito debemus dicere quando verba referũtur ad diſponentem,vt,ſi dicamus talis loquitur negatiue, debeat procedere concluſio præmiſſa, cum nos attendamus mentem illius diſponentis:ſi vero verba referantur ad ipſam orationem, vt quia diximus, oratio eſt negatiua, & non videmur habere reſpectum niſi ad verba orationis:non deberet habere locum iſta concluſio.dicatis quod etiam reſpiciendo ſolam orationem ad cognoſcendum qualitatem ipſius, potius recurrimus ad ſenſum quàm ad verba.l.2.in fi.C.commu.de leg.c. Martinum & Bertam. de cognatione ſpirituali. Et ideo dicitur quod Euangelium non conſiſtit in verbis ſeu foliis,ſed in ſenſu. & clarius habetur Mar.7. c.Plura cumulauit per vnam col.Alex.conſil.52.circa hanc dubitationem.col.1.in 5.par. Dicũt Domini Theologi quod Deus eſt remanerator aduerbiorum, hoc eſt voluntatum & operum,non autem nominum,hoc eſt verborum.

Triceſimoſextò nota. ibi trium epiſcoporum, quod ad acquiſitionem alicuius iuris incorporalis non ſufficit exercitium vnius actus, ſed requiruntur ad minus tres, de quo tamen notabili videbimus in glo.in verbo trium.

Triceſimoſeptimò not.ibi condicentibus & excluſis,quod ſi aliquis qui debuit eligere cõtradicit, ex hoc ſolo non poteſt impugnare electionem, niſi fuerit excluſus & ideo dicatis quod debemus notare tria,contradictionem,excluſionẽ,cõtemptum. cõtradictio non operatur vt actus annulletur,quia quoties aliquis fuit vocatus in actu,dato quod contradicat, ſi tamẽ maior pars in contrarium ſentiat, valebit actus.c.1.de his quę fiunt à ma.par.cap.quia propter ſuprà de Elect. excluſio dicitur quãdo quis voluit interuenire in actu & fuit expulſus,vel non fuit admiſſus, hoc caſu vnus ſolus poſſet agere ad reciſionem illius actus.c. venerabilẽ. ſuprà de elect. Contemptus dicitur quando aliquis debuit vocari & non fuit vocatus, nec etiam ſe præſentauit:vnus etiam ſolus poſſet petere reciſionem illius actus, quia plus nocet contemptus vnius quàm contradictio multorũ,c. bonæ 2.in fi. verb. ſuprà de elect. c.quod ſicut.eo tit.

Circa iſtud quia in excluſione & contemptu, poteſt agi ad reciſionem actus, vt fecerunt clerici in hoc capitulo, quæreret aliquis intra quod tempus poſsit iſte talis proſequi contemptum, vel excluſionem.in quo articulo Abb.in c.quod ſicut.in 7.notabili.ſuprà de elect.in cap.continebatur.infrà de his quæ fiunt à præla. decidit quod debeat agi, intra illud tẽpus, intra quod talis actus poſsit fieri, & ideo in electione debet agi de contemptu, vel excluſione,intra tres menſes.iuxta tex.c.ne pro defectu.ſuprà de elect.Vos tamen aduertatis, & iſtud erit generale, in quocunque actu extraiudiciali, quo aliquis fuit contemptus,vel excluſus,aut aliàs fuit factus in ſui præiudicium, intra quod tempus poſsit agere de contẽptu vel petere reciſionẽ actus.

Diſtinguatis aut venit per viam appellationis, aut per viã actionis,vel reciſionis. Primò caſu debet infrà decem dies appellare.l.1.§.ſolẽt.ff.de appel. & ideo eſt cauendum ne quis accipiat iſtam viam. Secundò caſu aut à iure eſt ſtatutum tempus intra quod ille actus debuit fieri,vel perfici, & tunc procedat deciſio Abb. quam comprobatis vna ratione,quia confirmatio, vel infirmatio re adhuc exiſtẽte integra,& intra tẽpus, intra quod potuit perfici,vt eſt bonus tex.in l.bonorum.ff.rem.ra.hab. & ideo Antho.de But.in c.cum ad ſedẽ. infrà de reſti. ſpol. dicunt quòd ſi aliquis nomine meo adeptus eſt poſſeſsionem, ad hoc vt per ius ratificatio mihi acquiratur,requiritur quod tempore ratificationis poſsideat.Plura cumulauit Dec.in conſil. 247. in cauſa magnifici. col.pen. Si verò nullum tempus ſtatutum eſt,& tunc damnum, quis admittitur ad impugnandum illum actum.l.qui grauatus. de cenſ.lib.11.& ita Bartol.notat in l. ambitioſe. col. pen.ff.de Decu.ab ord.fac.

Triceſimooctauò not.quod quando in exercendo actum,concurrunt ille qui habet ius, & ille qui eſt in quaſi poſſeſsione, præfertur ille qui eſt poſſeſſor.nam hîc canonici habebant ius,clerici erant tantum in poſſeſsione. fuit pro electione facta pronuntiatum in eorum fauorem.iſtum articulum reſeruo examinandum poſt Abb.extra glo.

Triceſimusnonus not. ibi irritandum, decreuimus qualiter ſententia poteſt ferri per verba futuri temporis,pro quo etiam eſt tex.in c.cum olim infrà de reſti.ſpol.in l.fundus.ff.de reſcind. vend. in l.Aemilius.ff.de mino.Bar.tamen tenet contrarium in l. 1. C. ſi aduer.liber. Vbi text. probat aliud eſſe

pronun



pronũtiare quẽ liberum,aliud eſſe liberandũ. Idem ſentit tex.iuncta glo.in l.cognitio. ff.de officio eius, quòd aliud ſit mittere in poſſeſsionẽ,aliud pronuntiare mittendũ. Idem probat gl.in c.ſuper eo.verbo continet, ſuprà de offi.deleg.& ideo Alex.in l.1.§.ſi quis ita.ff.de verb.obliga. concludit quòd ſententia debet ferri per verba de præſenti,niſi fortè in principe,prout probat d.l.Aemilius.Et in hoc poſſe ſeruari iſtud notabile,quia à principe fuit hîc lata ſententia, aliàs verba futuri tẽporis non ſufficerent, & ad iſtud facit,quòd dicitur cõmuniter differentiam eſſe,an diſpoſitio cõcipiatur per verba de præſenti, & tunc intelligitur ipſo iure,an per verba de futuro, & requiritur alia ſentẽtia,vt dicit gl.in l.in criminali.C.de iuriſdict.omn.iud.in l.fi.in fi.verb. cadauer. ibi latè Iaſ.C.de iure emphyt. Quadrageſimò not. quòd quãuis aliquis habeat ius cõmune contra ſe, debet tamẽ obtinere in poſſeſſorio.Nã clerici hîc habebãt ius cõtra ipſos,quia ad canonicos tãtũ ſpectat electio.Fuit tamẽ ſuper poſſeſſorio prouocatũ,contra notabiliter eſt fortis tex.in c.ad decimas.de reſti. ſpol.in 6.verſ.qui eas.& poſt.glo. reſeruo ibi dicendum. Quadrageſimoprimò, nota, quando agitur poſſeſſorio, dato quòd aduerſarius ſit dominus, debet tamen poſſeſſor ſi probet vincere.cap.in literis. de reſtit.ſpolia.iſtud plenè traditur in cap. licet cauſam. infrà de probat.Bal.notanter in l.ordinarii.col. pen.C.de rei vend.vbi dicit quòd ſi ab vna parte eſſet dominium quantumcunq; plenũ,niſi etiam haberet poſſeſsionẽ aduerſarius, qui ſe fundat in poſſeſſorio debet obtinere. Quadrageſimo ſecundò, nota quòd quando deducitur poſſeſſorium, & petitorium, dato quòd ſuper petitorio poſſeſſor non habeat ius,debet tamen pro ipſo ferri ſententia. ad idem text.in cap.cũ dilectus,& ibi videbimus,infrà hoc titul.ex his etiam elicitur aliud not. dato quòd ſententia ſuper petitorio habeat euincere poſſeſſorium, & ſtatim feratur,nihilominus debet pronuntiari ſuper poſſeſſorio,in dict.c. cum dilectus.de his omnibus videbimus. Quadrageſimotertiò, nota quòd quando in eodem iudicio plura deducuntur ab vna parte,non eſt conueniẽs, quòd reportet ſententiam pro ſe in vno, & contra ſe in alio,ad idem tex.in cap. cum olim, infrà de præſcrip. & iſto caſu partim comdemnabitur in expenſis, inquantũ fuit contra ſe ſententia, partim reportabit expenſas, inquantum obtinuit,ita Barto.& Salic.in l.properandum.§.ſin autem alterutrà,& ibi Iaſ.in 4.q.de iudic. Quadrageſimoquartò,not.ſecundum Abba. hîc in penul.not.modum ferendi ſententiam ſuper poſſeſſorio reſtituendi, quia iudex debet reducere ſpoliatum in poſſeſsione, in qua antea erat. Idem voluit Specul.in tit.de ſentent.vt autem. verſi.ſi quis.Quadrageſimoquintò,nota.ibi quaſi poſſeſsionem,quoties intentatur remedium pro rebus incorporalibus ſuper poſſeſſorio, non debet fieri mentio ſimpliciter de poſſeſsione,ſed de quaſi poſſeſsione, quia vt dicit glo.hîc in verbo quaſi incorporalia, non poſſidentur, ſed quaſi poſsidentur.l.ſeruus.§.incorporales.ff. de acquir.rerum. domi. traditur in l.licet.in princ. poſt.gl.de acq.poſſ.dicatur tamẽ,quòd ſi ſimpliciter fuerit dictum de poſſeſsione, ſuſtinetur tamen libellus:ſententia autem alia diſpoſitione, vt probat text.& ibi Barto. & Iaſo. latiſsimè in l.ſed & ſi poſſeſſor. §.item ſi iurauero.ff.de iureiur. in cap. olim.3.& ibi Cardi.infrà de reſtit. ſpol. Quadrageſimoſextò,not.ibi reducentes, qualiter reſtitutio poteſt fieri non ſolum re, vt mittendo in poſeſsione, ſed etiam verbo, quod eſt notandum pro ſuis, in quibus ſimpliciter dicitur manutenendis reducimus, dato quòd non ſequatur alia realis manutentio, vel inductio, habet effectum, pro quo facit tex.in l.facta.& in l.reſtituta.in princip.ff.ad Trebel. Dicatis tamen, quòd licet talis ſentẽtia operetur, vt poſsit adipiſci poſſeſsionem,non tamen regulariter tranſit reali adeptione per ea, quæ habentur in l. prædia. & in l.iuſtè poſsidet. ff. de acquir.poſſeſ.aliquid dicemus,in glo.in verbo reducentes. Quadrageſimoſeptimò, not. ibi verùm, ſecundum Abba. hîc, in vltimo not. quod verba libelli latiſsimè interpretantur, vt comprehendant omnia, quæ poſſunt ſub illis includi, dummodo nõ fuerit facta expreſſa exceptio,vt traditur cap.examinata,ſuprà de iudic.in l.fi.C.de fideicommiſ.libert.Aduertatis tamen circa iſtud, quia dupliciter poteſt intelligi,aut quòd comprehenduntur actiones ſeu omnia remedia, quæ poſſunt excludi ſub verbis expreſsis, aut quòd videãtur petitæ omnes res,quæ poſſunt comprehendi:quantũ ad primũ verum eſt,quòd omnis actio & omne remediũ cõprehenditur dũmodo in progreſſu proceſſus fuerit de eo cognitũ, aliàs ſententia nõ præiudicat niſi cognitis,vt dicit gl.in cap. Abbat. verbo dominij.de re iud.lib.6.& habetur in c.cũ dilectus,ſuprà de ord.cognit.Quantũ ad reſpectũ actionis vniuerſalis,vt eſt actio de peculio,petitio hæreditatis, vel actionis generalis, vt eſt actio tutelæ,pro ſocio,negotiorum geſtorum,benè comprehenduntur omnia, quæ ſunt ſub illo vniuerſo, vel generali,iſta gl.vbi Bar.& omnes,in l.1.in princ. ff.de edend. reſpectu verò actionis particularis,non cõprehenduntur, niſi res quæ fuerunt debitè deſignatæ,etiã ſi verba eſſent generalia,vt quia petij domũ cũ bonis in ea exiſtentibus,non veniant mobilia,niſi fuerint deſignata.l.Marcellus.§.armamenta. vbi Bart.ff.de rei vend.Paul.de Caſt.in l.de pupillo. §.qui nuntiat.ff.de no.ope.nunti. Idem Paul. & ibi Alex.in l.in ſumma.ff.de re iud.cõcludens, quòd ſi peteretur res cũ fructibus,dato quòd nõ fuerint deſignati fructus,veniant tamen in illo iudicio, ſecus ſi petatur res cum vtenſilibus,immobilibus, aut aliis ſimilibus. Quadrageſimooctauò, nota.qualiter pro iuribus incorporalibus,cõpetit actio realis,etiã poſſeſſori,vbi aliàs regulariter poſſeſſor non intendat actionẽ realem, c. examinata.l.vnica. C. de alie. iudic.mutan, cau.fac.de hoc dicemus in gloſſ.verb. quicquid.Quadrageſimononò,no.ibi venire,quòd non ſolũ venit in iudicio quod expreſsè deducitur, ſed etiam quod implicitè includitur,de quo in glo. verbo,venire.Quinquageſimo.not.ibi non ſolũ argumentũ,quòd ſi quod minus videtur ineſſe ineſt, multò magis,& illud quòd multò fortius.de hoc in glo.verbo non ſolum. Quinquageſimoprimò, not. ibi nec veniret, quòd omnia videntur deducta vel expreſſa, quæ non reperiuntur excepta.dicemus in glo. verbo, nec veniret. Quinquageſimoſecundò, nota. ibi cathedralium. qualiter electio epiſcopi de iure communi ſpectat ad canonicos eccleſię cathedralis. cap.1. ſuprà de elect. cap.cum veteri. c.eccle-

ſia.cap.bonæ.2.eod.titul.cap.conſulatis.infra de appellat. Petrus de Ancharan. hîc in primo notabili. Cardin.in prima parte.& in verſic.ſi,Bal. in quinto notab.Ioan.de Imol.in duobus locis in princi. tex. & in fin.Abba.in quinto notab. De iure tamen antiquo electio, ſeu prouiſio epiſcopatuum ſpectabat ad ſolum Rom.Pontif.c.1. 22.diſt.glo.in c.quorundam.de elect.in 6. Aduertẽdum eſt tamen,quòd licet canonici habeant eorũ intentionẽ fundatam de iure,quòd ad ipſos ſpectat electio epiſcopi,iſtud nõ ſufficeret quantũ ad poſſeſſoriũ. ſi enim vellent intentare aliquod remediũ poſſeſſorium, debent probare de eorũ poſſeſsione,vt eſt text. cap. à lite.& ibi Abba.in c.olim.3.de reſti.ſpol.quòd teneatis menti. Quinquageſimotertiò,not.quòd ad introducendũ conſuetudinem requiritur ad minus exercitium.de quo in gl.in verbo 3. Quinquageſimoquartò, nota quòd conſuetudo exercitio trium actuum, inducitur contra ius. de hoc in gl.verbo, conſuetudine. Quinquageſimoquintò,not.quòd in iuribus incorporalibus eſt reperire poſſeſſoriũ,& petitoriũ.Nam hîc vterq; deducit & poſſeſsionem,& ius ſuũ,& fuit primò pronunciatũ ſuper poſſeſſorio,deinde ſuper petitorio.iſtud probat tex. & ibi Abb.in c.cũ olim, infrà hoc tit.& de hoc eſt text.in c.ſi.ſuprà de iudic. Quinquageſimoſextò, not.quòd ad acquirendum aliquod ius incorporale per præſcriptionẽ,non ſufficit exercitiũ trium actuum,niſi cum hoc interueniat curſus tẽporis debiti,de quo in gl.in verb.præſcriptionẽ. Quinquageſimoſeptimò, nota quòd ad acquirendum incorporale per præſcriptionẽ, non requiritur tit. Nam hîc Ro.Põtif.nihil aliud requirit niſi exercitiũ & curſum temporis, de quo in gl. verbo tẽporis,& verbo præſcriptione. Quinquageſimooctauò,not. qualiter actore non probante reus venit abſoluendus.de hoc in glo. infrà verb.actore. Quinquageſimononò,not.quòd omnis ille dicitur eſſe actor, qui aliquid petit in iudicio, dato quòd principaliter non vocauerat alium.Nam iſti clerici vocantur hîc actores, & tamẽ canonici primò adiuerant Ro. Pontif. iſtud probatur.in c.cũ dilectus, ſuprà de ord.cog. in l.1.ff.de excep. traditur in l.qui accuſare. C.de edend. Sexageſimò,not.ibi ſilẽtium, quòd quando actor non probat intentionem ſuam, & propterea reus venit abſoluẽdus, tunc ſilentium debet interponi actori.Idẽ voluit tex.& ibi glo.in c. cũ dilectus, infrà hoc tit.dato etiã quòd non fuerit impoſitũ ſilentiũ perpetuũ abſoluẽdo reum, iſtud tacitè ſubintelligitur.tex.& ibi Bar.& Bald.in l.quid tamẽ.§.ſi arbiter.ff.de arbit. Sexageſimoprimò,not. quòd quando actor intentionem ſuam nõ probat, reus debet abſolui nõ ſolum ſimpliciter,ſed diffinitiuè,idẽ in c.vnico,infrà vt eccleſ. beneſi.in l.qui accuſare.C.de eden.Si diceretur,quòd imo debeat fieri tantummodo abſolutio ab obſeruatione iudicij. l.properandum.§. & ſi quidem.C.de iudic.Lata eſt differentia,abſoluere diffinitiuè, quia tunc operatur, vt in alio etiã iudicio non poſsit amplius actor conuenire reum,quia ex abſolutione diffinitiua fuit producta exceptio rei iud. per quam repelletur in alio iudicio actor. §.item in iudicio.inſtit.de excep. Aliud abſoluere ab obſeruatione iudicij, eo caſu nihil aliud eſt, niſi relaxare reum cum expenſis illius litis. Ita quòd in alio iudicio poterit de nouo actor agere. d.§. & ſi quidem. Reſpondendum ex dict.Barto.in tertia colum.2.par.ff.de accuſat. Tradunt Paul. Caſtren.& Iaſ.in §.& ſi quidem,quando lis fuit conteſtata & partes habuerunt dilationes ad probandum, ita quòd omnia fuerunt obſeruata, & tamen non reſtat, niſi ſententia diffinitiua, ſi actor non probauit,reus debet abſolui, & hoc diffinitiuè. Et ita fuit in iſto tex.quando verò proceſſus nõ fuit formatus, ſed ex aliqua cauſa debet relaxari reus, vt quia actor eſt contumax,vel quia produxit libellum ineptum,procurator non eſt legitimus,abſolutio non debet eſſe diffinitiua, ſed ab obſeruatione iudicij, & ab illa inſtantia.& ita procedit text. in d. §.& ſiquidem. Sexageſimoſecundò,not.quòd ſententia poteſt ferri non ſolũ ſuper iure præſenti,imò etiam ſuper iure futuro. Nam non fuit ſimpliciter hîc lata ſuper petitorio, quantum ad ſtatum præſentem,ſed quantum ad futurum, imponendo perpetuum ſilentium:licet dicamus communiter ſententiam debere ferri tantummodo ſuper re de præſenti.l.nõ quemadmodum.ff.de iudic.l.1.ff. de vſur. l.1. Sed quando iudex de futuro dependet à iure de præſenti, ne in futurum quoties contingeret ſimilis caſus,cogeretur nominum iudicium intentare, poteſt etiam ſententia ferri ſuper ſtatu futuro. l.1. & ibi traditur C.de fideicom.Bar.in l.prius.in princip. ff.de aqua plu.arc.facit tex.l. 2. C.de præſcrip.30.vel 40.anno. Sexageſimotertiò,not.ſecundum Petr.de Anchar.15.not. quòd per præſcriptionem non auocatur ius alterius,ſed vnum ius de nouo creatur. Et ideò dicit tex. quòd per præſcriptionem:quod probatur ex his,quæ traduntur per gloſſ.in authen.niſi triennalis.C.de bon.mater. qualiter dominiũ,quod acquiritur per præſcriptionem dicitur vtile. Et non eſt illud, quod erat penes alium dominum: & ideo dicit Bar.in l.dominiũ vtile,vnũ quod ſubordinatur directo,quod eſt penes emphyteotã vaſſallum,& ſimiles. Aliud quod cõtrariatur directo,quod eſt penes præſcribentem.de quibus latiſsime Fel.in rubr. col.2.& ſeq.infrà de præſcript. Et eſt maximus effectus,quòd auocetur dominiũ, quod erat penes aliũ dominũ,quia ſi auocaretur nõ poſſet à tertio poſsidẽte repetere,prout tamẽ poteſt,cũ remaneat adhuc dominus,de quo gl.in l.ſi quis emptionis.C.de pręſcrip.30.vel 4.anno.Sexageſimus quartus,not.quòd ſi quis habet præſumptionẽ iuris pro ſe,obtinet etiã ſi nil probauerit, & trãsfert onus probandi in aliũ, vt not.per gl. in c.vnico, infrà vt eccle.benefi. Spec. in tit.de probat. §.probare.verſic.nunc ad propoſitum dicemus aliquid in glo. verb.actore. Sexageſimus quintus, nota.quòd in iuribus incorporalibus concludi poteſt, vt aduerſarius habeat in futurum deſiſtere.l.harum.l.egi.ff.ſi ſerui.vend.Bar.vbi docet modum liberandi. in l. 1.§. interdictum. col.2.ff.vti poſsid.Iaſ.in §.æquè. col.fin.inſti.de actio. Sexageſimusſextus, not.& vltimò qualiter proprietas habet effectum, vt ſentẽtia ſuper ea lata euincat poſſeſſorium,etiam ſi de eo nihil fuiſſet dictum. Ita Bal.hîc 3.col.ex quo poſſet inferri in practica,quòd ſi ſuper actione reali iudex pronũciauerit rem ad aliquem pertinere, dato quòd non condamnet alium ad reſtituendum poſſeſsionem,venit reſtitutio poſſeſsionis,de quo articulo(quia iſte tex.iam fuit ſatis oneratus in textu)reſeruo dicendum in c.cum dilectus.





# DILVCIDA ET APERTA EXPLICATIO

## glo.primæ.cap.1.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.

CAPIO glo.1.quæ eſt fragilis & leuis,dum aſsignat quare in text. dicitur, canonicos in vnũ fuiſſe congregatos, quia Spiritus Sanctus non deſcendit niſi in vnum congregatis.c.audiuimus. verſic. autem.24.q.1. Ita ratio non ſatisfacit, quia vt diximus in tex.inuocatio Spiritus ſancti,non eſt de neceſsitate electionis,& ideo dabat aliã rationem.glo. quoties duo aut tres congregantur in nomine Dei, ibi Deus adeſt. c. cum ſcriptura.1.q.1.c. cum ſim.16. diſtin. Iſta ratio nihil facit. Nam illa iura loquũtur de vnanimitate animorũ, & ſic loquũtur de qualitate.In iſto autẽ tex.fit mentio de vnanimitate loci, & ſic de loco,qualitas autẽ & locus dicuntur differre,quia quodlibet facit vnum prædicatum particulare.inter alia prædicata vnum eſt prędicatum qualitatis,aliud loci.& ideo dicit Bal. not.loquendo de prædicatis,quod ad cognoſcendum ſi teſtes ſint ſingulares, videndum eſt ſi fuerunt in aliquo de prædicatis,ita ponit in l.teſtium.C.de teſti.in repet.l.de quibus.col.16.ff. de legi. cum ergo ita ſint ſeparata nõ valet illatio de vno ad aliud.l.ſi.ff.de calum.Apparet ergo iſtam gl. non reddere bonam rationem, propterea Abb.hîc col.2.reddit aliã rationem, quia quotieſcunque aliquis actus debet expediri per plures repreſentantes vnum corpus, debent in vno loco ſimul conuenire, & non valeret ſi quilibet ſeparatim in domo ſua præſtaret conſenſum, & daret vocẽ ſuam.c.in Geneſi, ſuprà de elect.glo.in c.cum omnes.vbi Calde. & ibi Abba.ſe remittit, ſuprà de conſtit.Bar.in l.omnes populi.in 2.q.princ.ad fin.ff. de iuſt.& iur.& aliquid diximus in 4.not.& ita vbique doctor.magis communiter concludunt,vt probat text.in l.fin.ibi.In vnum conuocatis,& ibi not. Bald.C.qui bon. ced. poſſ.in l.& ſuum.ibi congregatis in vnum. vbi Bar.ff.de pact.in c.cum acceſsiſſent.ibi communiter veniſſent, ſuprà de conſtit.& dicunt Bald.& Ang.in l.non ambigitur.ff.de legib. quòd ſi Senatores vellent ferre ſentẽtiam aut aliud, debent facere collegialiter congregati,& non ſeparatim dare opinionem ſuam, & dicunt Ancharan. But.& Ioan. de Imol.in c.cum olim, ſuprà de arb. quòd nõ ſolum ſi principaliter requiratur conſenſus aliquorum debent congregari collegialiter, ſed etiam ſi aliqui deberent facere actum,cum conſenſu alicuius collegij, illi de collegio debent congregari in vnum. Ex quo inferatis, quòd ſi iudex per ſtatutum ad conuentionem partium debeat habere conſenſum collegij doctorum, nõ ſufficeret in ſtudio cuiuſlibet habere ſuam opinionem, ſed deberent collegialiter congregari. Alia plura cumulauit Iaſ.in l.ſi quis à filio.§.ſi. ff.de leg.1.de quo artic. latè per omnes in d.c.cum omnes, ſuprà de conſtit. Sed fortè opponeret aliquis, quòd non debeat neceſſariò fieri congregatio, quia pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates,in l.falſa.§.ſi.ff.de condict. & demonſt. quòd eundem habet effectum pluralitas ſimul reſpectu cuiuſlibet particularis, quemadmodum ſi quodlibet particulare de per ſe, eſſet mentionatum,debemus ideo dicere,quòd conſenſus à quolibet particulariter habitus, idem debet operari,ac ſi ſimul fuiſſet præſtitus.Pręterea & ſecũdo nõ refert,quid ex æquipollẽtibus fiat.l. ſi mater. & ibi traditur.C.de inſtit.& ſubſtit. tantum operatur conſenſus particulariter habitus, quantum in communi, cùm nulla qualitas interueniat in conſenſu præſtando in communi quę non interueniat, ſi præſtaret particulariter, ſi ideo non differant niſi in numero, & non in qualitate, quia non dicuntur differre ſpecie.l.fin.ad fin.de cib.trit.leg.ff. l.fin. ff.de fund.inſtru.Præterea,& in c.quod dicitur, ſuprà de elect.habetur qualiter electio facta per aliquos contemptis aliis,poteſt confirmari per contemptos,tamen ipſi præſtabunt cõſenſum ſeparatim. nam alij in electione præſtiterũt,iſti in cõfirmatione.Quarto pro hoc videtur glo. quòd reprobat hîc Abb.in c.1.verb. tractatus.de reb.eccleſ. non alien.in 6.Vbi conſenſus circa alienationem rei eccleſiaſticæ poteſt ſeparatim præſtari,per iura quæ ibi alleg.gloſſ. Pro reſolutione huius difficultatis aſsignetis primò rationẽ ad illud, de quo ſuprà, quòd in actibus collegialibus requiritur cõſenſus in communi,& non ſufficeret ſi ſeparatim daretur, quia actus collegiales concernunt vnum totum corpus:ſed ad hoc vt aliqua plura faciant vnum, requiritur quòd ſemel iungantur per quãdam confuſionem, & vnionem, aliàs non dicerentur vnum corpus, ſeu vna materia:de quo eſt bonus textus in l. in rem. ff. de rei vendi. facit etiam quòd quando diſpoſitio reſpicit aliquod corpus, verificatur illo corpore ſimul vnito:ſi autẽ corpus eſſet diuiſum per partes, non haberet locum diſpoſitio. l. ſancimus. §. ſi quis. C.de donat.vbi ad hoc, vt donatio debeat infirmari, ſi aſcendat vltra quingẽtos aureos, habet locum ſi eadem donatione fuerit talis ſumma donata, ſecus ſi in diuerſis donationibus,item ſentit gloſ.1. in gloſſ. mag.C.de inoff.donat.de hoc etiam habetur in l. ſi idem cum eodem.ff.de iuriſd.omn.iud.

Ad primum ſuprà in contrarium adductum reſpondetur, pluralitatem non debere reſolui in ſingularitates quando tendit ad vnũ effectum.l.quamuis.vbi omnes tradunt.C.de impub.hîc autem conſenſus omnium particularium tendunt ad faciendum vnum conſenſum collegialem.

Ad ſecundum dicatis,quòd quando diuerſus effectus, in æquipollentibus non eſt idem iudicium, vt habetur in alleg.l.ſi mater.C.de inſti.& ſubſtit.l. mulier.ff.ad Treb.ſicut hîc diuerſi effectus,non conſenſus,in communi præſtitus repreſentat collegiũ, ſed in particulari non poteſt repreſentare,cum non ſit collegialiter congregatus.

Ad tertium dicendũ,& iſtud eſt notandum,pro declaratione c. quòd ſicut, ſuprà de elect.vt confirmatio facta per cõtemptos habeat effectum,requiritur vt omnes ſimul cõgregentur,& de nouo conſentiant,& valebit tanquam vt nunc, hoc eſt, quòd nunc dicitur verè facta electio.Ita ſentit Ioan.And. in c.ſicut.de elect.in 6.Phil.Franc.in ſpecie in cap.1. col.3.de reb.eccle.non alie.eod.lib.

Ad quartum reſpondetur, gl.illam reprobatam eſſe ab omnibus, & ita etiam reprobant omnes

in cap. cum omnes, ſuprà de conſtit.

Capio gl.2. verbi ad eos,quæ duas habet partes. In prima format vnũ contrariũ de c.in literis.c.item cum quis.c.ex conqueſtione, infrà de reſtit.ſpol.vbi nõ auditur quis ſuper proprietate & dominio, niſi priùs facta reſtitutione,tamẽ hîc canonici ſuper petitorio fuerũt auditi, datò quod clerici intentarent poſſeſſoriũ recuperãdi in 2. par.ibi,ſed dicatis quod ſoluit.& dicit ex eo fuerũt canonici in petitorio auditi,quia clerici deduxerũt poſſeſſoriũ,& petitoriũ, & fuerũt ſalui.Nãqui habet aliquod remediũ poſſeſſoriũ debet illo vti,& non ingredi petitoriũ.l.is qui. 1.ff.de rei vẽd. Et ideo videtur iſta gl.velle dare vnã limitationem ad regulã, quæ habet,quòd ſpoliatus ante omnia eſt reſtituẽdus,vt nõ habeat locũ,quando ſpoliatus deduceret petitoriũ,ſimul cũ poſſeſſorio,nõ teneatis.gl.quia de directo text. in c.ex conqueſtione, probat contrariũ. Præterea non ſolũ remediũ recuperandæ,habet priuilegiũ,vt poſsit præferri,& differatur petitorium,ſed etiã quodlibet poſſeſſoriũ.c.Paſtoralis,infrà hoc tit.cle.vnica.de cauſ. poſſeſ.& proprie. Secundam ſolutionẽ, ad contrariũ dedit hîc Innoc.ideo canonicos fuiſſe admiſſos, quia clerici nõ oppoſuerũt.Et eſt vna alia limitatio, vt admittatur quęſtio dominij,ſi nõ fuerit oppoſitum c.1.& ibi traditur,infrà tit.proxi. Tertiam ſolutionẽ dedit Inno. quẽ alij omnes ſtatũ allegandi ſequuntur,quòd hîc cauſa poſſeſſorij fuit deducta per modum recõuentionis,& nõ exceptionis,ſed quoties pendente iudicio ſuper petitorio reconuenitur actor ſuper poſſeſſorio, de vtroq; debet cognoſci.c. cum dilectus,ſuprà de ord.cognit. Et ex hoc habetur alia limitatio,ad regulã prædictam. Tamen aduertatis, quòd illud habet locũ quando reconuentio fuit ſuper alia re, vt quia aliquis petebat domũ, & reus dedit libellũ recõuentionalem,ſuper ſpoliationem cuiuſdã prati. Iſto caſu ſuper vtroq; procedetur.Secus ſi reconuentio in poſſeſsione etiam reſpectu eiuſdẽ rei petente eo,qui intentat poſſeſſoriũ, debet ſuperſedi in petitorio, ita ad rationẽ probat tex.in d.c.ex conqueſtione.& ibi declarat Abb.poſt alios.idẽ Abb.in c.ſi.ſuprà de ord.cog.Spec.in tit.de pet.& poſſ.in princip.& in tit.de reconuentione. c.1. Quartam ſolutionem dedit hîc Innoc. & cæteri ſequũtur,quòd ſi poſſeſſoriũ intentetur per modum actionis,nòn impediet petitorium, ſed de vtraq; cognoſcetur,in c.cum dilectus,ſuprà de ord.cog.Et vt intelligatis quando per viã recõuentionis, vel conuentionis deducitur,habetis aduertere, quod recõuentio debet fieri ante lit.cõteſt.& tunc ſuper vtroque iudicio cognoſcetur, & eadẽ ſentẽtia terminabuntur poſſeſſoriũ,& petitorium. Iſta traduntur in c.1.ſuprà de mutu.peti.& l.Papinianus.& Ancar.& conſequenter, C.de ſent.& interl.omn.iud.Et ideo ſi ante lit.cõteſt.fuerit deductũ poſſeſſorium, & petitum ſimul cognoſci,dicitur deductũ per viam reconuentionis:ſi verò lis erat conteſt. vel non fuerit petitũ ſimul cognoſci, debent fieri duo proceſſus, & plures ſentẽtiás ferre.l.qui prior. ff.de iud.& hoc caſu dicitur deduci per viã conuentionis ſeu actionis. Quintam ſolutionem dedit hîc Inno.col.2. in gl.verbo,poſtulabãt.ſequuntur Abba.in antiq.col.5. verſi.ad glo.Hoſtien.col.2.verbo potius.col.2.verb. ad eos. Paul.And.col.4.verſi.in gl.2. Petr.de Anca. in 5.oppoſitione. Card.col.2. Ioan.de Imol.col.1.& Abba.ſic.in 3.col.quòd quãdo imploratur officium iudicis, dato quòd aliquis alius interueniat deducens poſſeſſoriũ,non tamen debet impedire petitorium. Et ideo hîc canonici implorabant officiũ iudicis ſuper confirmatione electionis, clerici deducentes poſſeſſoriũ, non potuerunt impedire cognitionem petitorij. In iſta etiam opinione fuit Innoc. in c.in literis,infrà tit.proximo.Abb.in c. ex cõqueſtione.col.2.eo.tit. Vos tamen aduertatis ad iſtam communem ſolutionẽ,quę non poteſt aliquo modo procedere,nam pro cõfirmatione electionis, bene verum eſt,quòd imploratur officiũ iudicis, quãdo fit in concordia.c.nihil.c.cum vobis, vbi melius ſuprà de elect. ſed quando fit in diſcordia, aut aliquibus contemptis, debet procedi per viam actionis,vt not.in c.de Petro.47.diſtinct.Spec.in titu.de de offic.iud.§.1.ad fin.

Præterea, & ſic erit quinta ſolutio, quando imploratur officiũ iudicis in actu concernente præiudiciũ certæ perſonæ,debet procedi per viam actionis, dari libellus, lis conteſtari, & ſimilia. Iſtud latè tradit Spec.infrà tit.de offi.omn.iud.§.pen.Barto.& alij ponunt in l.1. ff.de iuriſd. omn.iud.Iaſo.Inſti.de actio.in princ. in iſto contrario caſu, quia cõfirmatio concernebat præiudiciũ clericorũ, officium iudicis in vim actionis,dicitur fuiſſe intentatum.Prętęrea quando aliquis pro ſuo intereſſe interuenit, habetur ac ſi in princ.fuiſſet conuentus,& deducet omnia iura ſuo genere,ad modum ſi eſſet reus originarius.Vel etiam ſi eſſet actor,ſi interueniat parte actoris,vt late per Bart.in l.ſi perluſorio.§.1.ff.de appel.debent ergo iſti clerici gaudere eodem priuilegio,ac ſi principaliter fuiſſent vocati.Ex quibus videtur quod nõ poſsit procedere iſte intellectus cõmunis.Ex eo tamẽ notetis vnam limitationem ad concluſionẽ,de qua ſuprà,quod ſpoliatus ante omnia debet reſtitui,vt non habeat locum,quãdo fuit imploratum principaliter officium iudicis, ſuper dominio, quia interueniens in cauſa & deducens ſpoliationem, nõ repellet deducentem dominium. Vltimã ſolutionem, & nouum intellectũ ad iſtum tex.dat hîc Abb.in 3.col.quòd primo nõ fuit intentatum poſſeſſoriũ, ſed tantummodo hincinde, petebatur cõfirmatio,vel infirmatio electionis,vt probant verba in 1.part. Et illud quod habetur de poſſeſsione,non fuit deductũ in princip.ſed poſteà per modum cauſæ,vt probat tex.in verſi.verũ. Nec eſt incõueniens,quòd ſuper his,quæ à princ.nõ petuntur, feratur ſententia,dũmodo fuerint deducta, per modũ cauſæ, vel aliàs,& ſuper ipſis fuerit plenè cognitũ,vt probat text. & ibi Bart.in l.iudex.ff. de his qui ſunt ſui,vel alie iur.in l.2.C.de ord.cognit.& in l.2.C.ad leg.Corn.de fal. Ex quo habetis aliam limitationem,quod ſpoliatio nõ repellit petitorium, quando fuit deducta tantummodò per modũ cauſæ,vt probat dict.tex.verſi.verum.Tamen iſte intellectus non dicitur verus de iure, quia poſſeſſorium eſt priuilegiatum non ſolum ſi deducatur ab initio,ſed etiam poſt lit.conteſt. Imò quod plus eſt, in ſecunda inſtantia, & cauſa oppoſitionis. cle. vnica, de cauſ.poſſeſ.& prop.

Præterea,& ſic ſexta ſolutio inquantũ tex.in verſ. verum.voluit,quòd ab initio,non fuerunt petita,ea de quib



de quibus. Rom.Pontif.pronuntiat,non habuit reſpectum ad poſſeſsionem.Nam ante verſicul.illum Rom.Pontif. pronunciauit ſuper poſſeſſorio,deinde dicit, quia in diſcurſu proceſſus quælibet pars deducit omne ius ſuum,& ſic petitorium,ſuper illo pronunciat, ſequitur ergo quod ab initio poſſeſſorium fuerit deductum, & ideo non debet ponere os in cœlum ſi daretur.

Septima ſolutio, & alius intellectus, quòd ideo hîc dato, quòd clerici intẽtauerint poſſeſſorium reſtituendę, fuit facta mentio de petitorio, quia poſſeſſorium fundabatur in iure ſpirituali, ſcilicet in electione.c.ſacroſancta. cap.Meſſana.ſuprà de elect. in poſſeſſoriis autem iuriũ ſpiritualium debet ſaltem coloratè fieri mentio de tit.dato quòd ſuper eo non ſit plenè cognoſcendum.Vt probat text.in l.2. §.quædam.ff.de interd.de quo Abb.poſt Inn.in c.in literis.col.7.infrà de reſtit.ſpol. Alex.in l. Naturaliter.§.nihil commune. col.7.& ſeq. ff.de acq.poſſ.in quibus locis dicitur quòd quãdo poſſeſſorium ſuper re ſpirituali,vel eccleſiaſtica interpretatur,debet doceri de titu.ſaltem colorato, & ideo hîc Roman. Pontif.dicit, quòd voluerunt poſteà ingredi plenè petitoriũ præſupponens, quòd ab initio fuerit facta mentio coloratè,& non plenè.

Et ex hoc habetis aliam limitationem ad concluſionem de qua ſuprà,alias limitationes vſque ad 17. cumulauit Alex. in d.l.naturaliter. §.nihil commune. Corſetus poſuit 5. limitationes, in tractatu de pot.reg.quæſt.72. dicemus in dict.c.in literis.inquantum Abb. hîc voluit, quòd ſuper deductis per modũ cauſæ poteſt ferri ſentẽtia,iſtud poteſt dupliciter intelligi, primo quòd ex cauſa de nouo deducta,poſt litis cõteſt. poſsit ferri ſententia,ita quòd ſi ab initio in libello fuit deducta cauſa depoſiti, & poſtea probatum de commodato,quòd ſuper commodato debeat ferri ſententia. De quo tamen videatis in c.examinata, ſuprà de iudici.latè Iaſo.per tres col.in l.1.col.2.de ſequeſt.ff.de offic.acceſſo.

Secundò poteſt intelligi, quòd non ſolum feratur ſententia, ſuper his quæ à principio fuerunt petita, ſed etiam ſuper his quæ poſtea incidunt, vel emergunt,& in hoc docto.cõmuniter concludunt, quòd ſi fuerit plenè examinatum illud incidens, debet ferri ſuper eo ſententia, quæ habet eundum effectum, ac ſi principaliter fuiſſet petitum,aliàs ſi non fuit ſuprà eo plenè cognitum, non debet ferri ſententia, de quo Bart. gloſſ. vbi Paul. Alex.in l.1. C.de ord.iudic.glo.& ibi latè Henric.Boer.in cap.1. ſuprà de ord.cog.

Capio glo.verb.Vltimò,ex qua habetis quatuor colligere,& iſtud latiſsimè declarabimus,quòd probata poſſeſsione preteriti temporis, non præſumitur poſſeſsio de præſenti,niſi probetur,iſtam tamen concluſionem Abb. hîc in 4.col. verſic.quare.Ioan. de Imol.in 3.colum.& Bal.in 4.reprobauit,& eſt de mente Ioan.And. Hoſtien.& Innoc.verbo fuiſſe.& ad hoc Abba.allegat.gloſſ.in l.ſiue poſsidetis. C.de probat.Barto.idem tenentem.in l.Celſus.col.fi.ff.de vſuca.Hoſtien.Ioan. And.in cap.cum ad ſedem. & ibi Abba.in 6.col.infrà de reſtit. ſpol.concludentes. in dicto cap.cum ad ſedem, vbi latè ponunt dum quæritur an pręſumatur in præterito aut in præſenti,aut ille qui tempore præterito poſſedit, aſſerit de præſenti poſsidere,& tunc ſine alia probatione pręſentis temporis, præſumitur poſsidere, quia poſſeſſio retinetur animo. l.licet. C.de acquir.poſſ.l.3.§.in amittenda.§.quòd ſeruus. l.quemadmodum.ff.eod. titul. ſed animus & voluntas præſumuntur ſemper durare,& perſeuerare.l.cum qui.l.3.ff.de prob.l.Lucius.1.ad fin.de leg.2.l.fideicommiſſa.§.ſi ratio.ff.de legat.3. l.cum hic ſtatus. §.1.ff. de donat. inter vir. & vxo. cap.maiores.in fine.vbi gloſ.verb.durare,infrà de baptiſ.glo.dict. §.ſi rem ſuam.Inſtit.de leg.in his autem, quæ conſiſtunt in animo ſtatur aſſertioni alicuius.cap.ſignificaſti.1.infrà de homicid. gloſſ.in §.ſed iſte.Inſtit.de act.ſi ergo præſumatur continuatus animus, & ſtetur aſſertioni, ſiue de præterito præſumitur in præſens: aut verò qui tempore præterito poſſedit,negat ſe primo poſsidere de præſenti,quia animo perditur poſſeſsio,debet probari poſſeſsio præſens,niſi in duobus. Primus, quando iſte qui negauit cauſam ab alio, aſſerit ipſum eſſe poſſeſſorem.l.ſi creditor. C.de pig.act.vbi creditor, qui aliàs poſſedit pignus dato, quod neget debitore aſſerẽte ipſum poſsidere, à quo habuit cauſam præſumitur quòd adhuc poſsideat. Secundus caſus, quando in initio litis poſsidebat, præſumitur vſque in fine litis poſsidere.l.nõ ignorabit.C.ad exhiben. & ita Bart.Bal.& cæteri ſe reſoluunt.in d.l.ſiue poſſidetis.Bald.Cyn.& Ang.in d.l.non ignorabit Aret. conſi.68.excelſæ dominæ. col.fi. Alex.conſi.133.viſo proceſſu.col.3.in 1.parte.Soc.conſi.89. in cauſa agitata.col.fi.& conſi.262.in cauſa magnifici.col.3.

*Durare an præſumatur poſſeſſio.*

Iſta communis concluſio cõprobatur ex regula illa trita,Semel malus ſemper præſumitur malus.c. ſemel.de reg.iur.in 6.vbi glo.ponit concord.eſt bonus text.& ibi glo.in l.ſi cui.§.1.ff.de accuſat.gl.in c. ſcribam,infrà de præſump. gl.in c.multis.44.diſtin. qualiter præſumitur perſeuerare qualitas, quæ eſt in aliquo,de quo per Bar. in l.ſi prius.in oppoſitione 3.part.& dicit idem Bar. in l.non ſolũ.§.ſi mandato.col.3.ff.de iniur. quòd ſi mandauero alicui, vt committat illicitum,præſumitur voluntas durare.

Multa poſſent adduci cõtra hãc cõmunem concluſionem. Primò,quia fictio non cadit ſuper poſſeſsione.l.deniq;.l.ſeq.ff.ex quib.cau.maio.l.in bello. §.factæ.ff.de capt.& poſtli.reuer. Vbi habetur,quòd ſi aliquis poſsidebat rem, & fuerit captus ab hoſtibus, & reuerſo, ſine noua apprehenſione, dicitur continuata poſſeſsio,requiritur noua apprehenſio. l.cum hæredes. §.1.ff.de acq. poſſ.ibi non præſumitur duraſſe poſſeſsionem.

Secundò videtur eſſe tex.in l.in confirmando.ff. de confir. tuto. vbi ad literam dicitur voluntatem non pręſumi duraſſe,ſed requirit teſtimonium quò probetur perſeueratio.

Tertiò facit,text.in l.ſpadonem.§.qui abſolutus. ff.de excuſ.tut. Quòd ſi quis probauerit ſe habuiſſe tot filios, non præſumitur quòd habeat adhuc hodie, & ſi aſſerat eos viuere, debet de nouo probare. Ex quo text.infert.in l.ſi quidẽ.C.ſolut.matri.idem Bar.in l.inter.in l.qui duos.§.cum in bello.ff.de reb. dub.& iſtud auget difficultatẽ quod licet,quis pręſumatur viuere per centum annos.l.fin. C. de ſacr. ſanct.eccle.ſi tamen aliquis aſſerat aliũ viuere,dato quòd probet, quòd viuebat ſunt duo anni, non tamen dicitur ſufficienter probatum de vita præſentis

temporis, & tamen ibi concurrebat vna alia præſumptio, quòd preſumatur viuere per centũ annos.

Quartò facit illud, quòd tradunt omnes in l.ex facto.§.pen.ff.ad Trebel. quia in ſubſtitutione facta alicui, ſi decedat ſine liberis ſubſtitutis, non habet probare, quòd tempore mortis, non habuit liberos, ſes hæres qui vult dicere ſubſtitutionẽ non habuiſſe locũ, debet probare, quia erant liberi. Nec ſufficit (& ſic ad propoſitũ) quòd habuerit liberos ante mortẽ, quia ex hoc probatur, quod viuebãt tẽpore mortis.

Quintò facit tex.in l.cum te.C.de probat.in l.ſi minorem. C. de in integ.reſti. quod ſi aliquis velit probare ſe minorem nõ ſufficit, quòd probet quòd fuit maior, ſunt duo vel tres anni: cum non præſumatur durare illa ætas.

Sextò facit ratio, nam communis concluſio fundatur ſuper hoc, quia animo retinetur poſſeſsio, quę etiam animo præſumitur perſeuerare. Ipſa ratio nõ eſt ſufficiẽs: ſunt enim multi caſus in iure in quibus poſſeſsio perditur, dato quòd quis habeat animum poſsidendi, vt videmus in rebus mobilibus. l. 3. §. Nerua filius.l.ſi rem mobilem.l.ſi quod in princip. ff. de acq. poſſ. videmus etiam in rebus immobilibus, quas poſsidemus per ſeruum, conductorem, vel alium; dato quòd habeamus animum poſsidendi, ſi tamen nobis ignorantibus aliquis eos eiecit, perdimus vtramque poſſeſsionem. l.peregrè.§.quibus.ff. de acquir.poſſeſ.

Septimò facit ratio, quia pręſumptio dicitur eſſe quædam probatio.glo.in l.ſi tutor. C.de peric.tut.l. licet Imper.vbi latè.Alex.ff.de leg.1. Feli.in rub.col. 2.& ſeq.infrà de probat.ſed probatio debet eſſe cõcludens, quòd ad aliud nõ poſsit referri.c.in pręſentia, infrà de probat.c.fi.infrà hoc tit.c.fi.ſuprà de ſucceſ.ab inteſta. c.per tuas. infrà de condict. app. Sed multa poſſunt contingere. Quod ſi aliquis tempore præterito poſſedit, impediatur tamen de nouo poſſidere, vt quia fuit eiectus, vel non fuit admiſſus, vel dubitauit, quòd non admitteretur.l.clam poſsidere. §.qui ad nundinas.ff.de acq.poſſ.Innoc.in c.querela.col.penul.de elect. Non infertur ergo neceſſariò, poſſedit de præterito, ideo de præſenti poſsidet.

Octauò & vltimò, facit text.in l.Lucius. de condit.& demonſt.ff.quòd præſumptio nõ dicatur illa probatio, quia ibi illa conditio, in teſtamento poſita, probauerit filium, non eſt in poteſtate grauati, dato quòd præſumptio iuris poſſet oſtendi. Pro reſolutione huius articuli, quia quotidianus, primò ponemus concluſionem cum limitationibus. Secundò reſpõdebimus contrariis, ſuprà alleg.

Concluſio igitur eſt, probata poſſeſsione præteriti temporis non ſolum præſumitur poſſęſsio pręſentis temporis, ſed dicitur probata poſſeſsio huius temporis.per glo.in d.l.ſiue poſsidetis, cum his quæ diximus, ſuprà in princip. Amplietis, vt habeat locum non ſolum in eo, qui allegaret poſſeſsionem ſuam, ſed etiam ſi alleget poſſeſsionem ſui prædeceſſoris. Vt quia probauit prædeceſſorem poſſediſſe per ſex annos ante mortẽ, ex hoc præſumitur, quòd poſſederit vſque ad mortem ſuam, ita Abba.in d.c. cum ad ſedem, infrà de reſti.ſpol. quod eſt notandum pro declaratione text.in l.Pomponius. §.cum quid.cum ſequentib.ff.de acquir.poſſ. qualiter poſſeſsio prædeceſſoris continuatur cum ſucceſſore, & ideo ſi probatum fuerit non de immediata poſſeſſione prædeceſſoris, ſed de poſſeſsione anterioris temporis, præſumitur continuata & perſeuerata.

Primò limitetis, iſtam concluſionem habere locum quando probaretur de tempore non excedente 10.annos, aliàs ſi probetur quem poſſediſſe ſunt 20.anni, non ſequitur, quòd nunc poſsideat, ita Matheſilla.in ſingulari 117.nota mirabilẽ tex.de mente Bart.in l.ſi de eo.§.1.ff.de acq.poſſ.Alex.in Apoſtil. ad Bar.in l.Celſus.§.fi. ff. de vſucap. vbi mouentur, quia ratio fundamẽtalis pręmiſſæ cõcluſionis conſiſtit ſuper animo, qui præſumitur perſeuerare, ſed animus niſi appareat de aliquo exteriori exercitio, non præſumitur, vltra 10.annos durare.l.peregrè. in princip. ff.de acquir.poſſ.glo.not. ad quam ſemper recurritur.in glo.1.in glo.magna.ad fi. C. de ſeruis fugit.ſequitur quòd lapſo decẽnio, oportet probare de vera poſſeſsione, & iſtud ſentit gloſſ.in l.licet. in glo.fin.C.de acqui.poſſ.in l.furti.§.1. ff.de vſuca. pro empt. Ideò in actu practico noteris, vt deducatur poſſeſsio diuerſorum temporum, inter quę non fuerit lapſum tempus decem annorum.

*Per decem annos perditur poſſeſſio.*

Secundò limitetis, non habere locum in poſſeſſione agrorum tributariorum, ſi probetur de poſſeſsione longioris temporis, duorum annorum non præſumitur poſſeſsio de præſenti, quia negligens poſsidere prædium tributarium per duos annos amittit poſſeſsionem, nec ſolus animus ſufficeret. tex.notabilis, de quo ibi Barto.Ioan. de Plat.& tex. in l.qui agros.C.de omni agro deſer.lib.11. Bar.in l. ſi de eo.ff.de acq.poſſ.Alex.in apoſtil.ad Bart. in d. l.Celſus.circa fi. ff.de vſur.quod noteris pro prædiis principis huius patriæ Delphinatus, quæ vocantur Adachiam, in quibus negligens per triennium perdit poſſeſsionem. Quòd ſi aliquis diceret ſe poſſeſſorem illorum prædiorum, & probat quod poſſidebat, ſunt quatuor anni, tamen non elicitur præſumptio, quòd poſsidebat de præſenti.

Tertiò limitetis, niſi medio tempore poſſeſsio fuerit penes alium. ita dominus Philip.Decius, vbi plura allegat.in conſi.400.viſo eleganti.col.3.Bald. in l.non ignorabit.C.ad exhiben Franc.Curſ.conſ. 24.ſuprà eod.quòd querelam.col.2 per l.in vſucapione.§.1.ff.de diuer.& tempor.præſcri.

Quartò limitetis, quando de præſenti alius poſſideret: hoc enim caſu de præterito non præſumitur vſque nunc, etiam vſque ad poſſeſsionem ipſius: ita notanter Matheſilla, in notabili 117. nota mirabilem. Alexand.in apoſtil.ad Bart. in l.Celſus. ff.de vſucap.

Quintò limitetis, non habere locum in rebus mobilibus, ita ſentit Spec.in tit.de actio. & petit.§. 1.verſic.ſed quid ſi ego peto. Areti.in l.Põpo.§.fi.ff. de acq.poſſeſ.& in conſi.119. procedendo rationem aſsignant, quia poſſeſsio rei mobilis non retinetur ſolo animo, l.tertia.§. Nerua filius.ff.de acq.poſſ.

Sexto limitetis, dummodo ille qui poſſedit aſſerat ſe de præſenti poſsidere, quia quamuis de pręterito præſumatur in præſens, requiritur tamen, quòd allegetur poſſeſsio pręſentis temporis, ita ſentit Bart.in l.ſiue poſsidetis, C. de probat.& in dict.l. Celſus.de vſucap. Nam notoria ſaltem debent allegari in iudicio. l. ſi adulteriũ cum inceſtu.§. idem Pollioni.ff.ad leg.Iul.de adult.

Septimò



Septimò limitetis, niſi diſpoſitio requireret conditionaliter vel pro forma probationem, vt ſi diceretur, ſi probauerit, tunc non ſufficeret probatio præſumptiua. l. Lucius. ff. de condict. & demonſt. Alex.per illum tex.in l.licet.in 2.notabili. ff. de leg. 1.Fel.in rub.col.3.infrà de probat.

Octauò limitetis, quando ſtatus rei eſſet mutatus, quia per mutationem ſtatus rei quis deſinit eſſe poſſeſſor. l. qui vniuerſas. §.1. ff. de acq. poſſ.communis enim concluſio fundatur ſuper animo qui præſumitur perſeueratus, ſed hoc caſu animus non ſufficit ad retinendum poſſeſsionem.

Nonò limitetis niſi medio tempore, qui fuit ab initio poſſeſſor effectus fuerit ſeruus hoſtium.l.denique.ff.ex quib.cau.maio.l. in bello. §. factæ. ff. de capt.l.cum hæredes.§.1.ff.de acquir. poſſeſſ. & hoc ideo eſt quia captiuitas impedit continuationem poſſeſsionis.& concluſio cõmunis fundatur, quòd præſumatur continuata, ex quo habetis inferre vnam limitationem generalem, quòd ſi cõtra eum qui ſe aſſerit poſſeſſorem, ex eo quod de præterito poſſedit, poſsit probari, aliquid impediens cõtinuationẽ poſſeſsionis, nõ habebit locũ hæc concluſio.

Decimò limit.quãdo ille qui poſſedit de præterito, negat de præſenti poſsidere.glo.Bar.& omnes, in d.l.ſiue poſsidetis. C. de probat. Niſi in duobus caſibus, quando habet cauſam ab aduerſario, vel quando tempore initij litis poſsidebat.vt per Bart. & alios in d.l.ſiue.

Reſtat nunc ſecundo loco reſponderi iis, quæ deducebantur in contrarium.

Ad primum reſpondetur, prout ſuprà dictum eſt, quòd ideo fictio non cadit ſuper poſſeſsione, quando aliquis capitur ab hoſtibus, ex eo quod fit ſeruus hoſtium, & non habet amplius animum poſsidendi, vel etiam quia dubitat ne hoſtes capiant bona ſua, prout & perſonam: Animus autem titubans inducit perditionem poſſeſſionis.l.clam poſsidere.§. qui ad nundinas. ibi glo. ff.de acq.poſſeſſ.

Ad ſecundum text. in l. in conformando. loquitur in voluntate alicuius reſpectu qualitatis. exiſtentis in alio: quod ſi illa qualitas fuerit mutata, non præſumitur durare voluntas, & ideo dicit Bartolus in lege ſciui. Cornelius ff. de ſolut. quòd ſi quis conſtituerit procuratorem, & deinde vnus ribaldus efficiatur, non præſumitur durare voluntas: imò tacite reuocatur. Nos autem loquimur de voluntate alicuius quæ non refertur ad qualitatem alterius, ſed tantummodo ad ſeipſum.

Ad tertium, quartum, & quintum reſpondetur quòd illa habent locum in qualitatibus alterius. quę ſecundum curſum naturæ ſolent mutari, & neceſſario mutantur, non præſumitur in illis perſeuerantia. Ita Bal.in l.non ignorabit. C.ad exhiben.Pet. de Anchar.in c.ſcribam.de præſumpt.

Ad ſextum ex ſupradictis limitationibus quod in caſibus in quibus poteſt conſtare animum non ſufficere ad continuationem poſſeſsionis, non habeat locum prædicta concluſio.

Ad ſeptimum dicatis quod licet probatio debeat neceſſario cõcludere, iſtud intelligitur à communiter accidentibus, quod concludat ſecundum ea quæ communiter contingunt.glo.notabilis in l. neque natales.C. de probat in l.cum dotem. C. de iur.dot.latiſsime Iaſo. in l.non hîc. col. 4. C. vnde legitimi & cognati.

Ad octauum fuit ſuprà reſponſum quando diſpoſitio requireret probationem conditionaliter.

Secundò ex iſta glo.habetis colligere, quòd dominium de præterito probatum, inducit probationem de præſenti.l.ſiue poſsidetis, vbi glo.Bar.Bal. Sal.& cætero.C.de probat.glo.in l.1. C. de non numerata pecunia.glo.in l. nec creditores. C. de pig. act.facit text.iuncta glo.in l.vbi. C. de eden. in l. in finalibus.C.finium regundor.Paul.de Caſtr. conſi. 285.dicendum.col.1.Soci.conſil.187. in controuerſiam, col.4.

Tertio hac gl. habetis quod ad cauſandum pręſcriptionem, vel aliud ius ex poſſeſsione plurium actionũ, vel longi temporis, debet eſſe poſſeſsio continua. Iſtud tamen poteſt intelligi duobus modis.

Primò quod non debet eſſe aliquod medium impertinens.& de hoc eſt tex.in l.3.in l.poſſeſsio.ff. de vſuca.in l.in vſucapione. hîc alleg.in glo. in l.3. in l.ſuper longi. C.de præſcrip.long.temp.Bar.in l. Celſus.col.fi.ff.de vſuc. & ratio eſt, quia quamuis ex pluribus extremis volumus componere vnum totum, non debet eſſe aliquod medium impertinens. Et videmus in interrogatione & reſponſione, ad cauſandam ſtipulationem, non debet aliquod medium eſſe.l.1.§.1.l.continuus.in princ.ff.de verb. oblig.l.duos in fi.ff.de duobus reis. Videmus etiam in teſtamento quod debet fieri vno contextu.l. hæredes palam.§.fi.ff.de teſta.l.cum antiquitas.C. eodem titulo.in ſimili videmus in conſtituenda ſeruitute de vno prædio ad aliud, non debet eſſe prædium medium. l.ſella. §.1.l. tria prædia.ff. de ſeruit. ruſt.prædi.facit ad hoc bonus tex.in l.in rem.§.quæ cum.ff.de rei vend. quod ad hoc vt confundantur aliquæ res oportet quod coniungantur per ferruminationem, hoc eſt quod nõ ſit aliquod medium alterius naturæ. Et ſi iungeretur per applicationem: hoc eſt mediante aliquo extraneo, vt puta iungente aurum cum cupro, mediante plumbo, vel aurum cum auro, mediante ſtagno, non eſſet vnum corpus.

Secundò poteſt intelligi, quod debeat probari continuatio poſſeſsionis. & in hoc Abb. hîc concludit, quod ſufficit probare initium, & præſumitur continuata vſque ad fi.Ita Bart.in d.l.Celſus.col.fi. ff. de vſur.licet contrarium voluerit Specul. in tit. de probat.§.1. verſic. ſed quæritur quid ſi peto. & glo.in c.volumus.16.q.4.Iſta concluſio Abb.verior eſt de iure: ita etiam tenet Bal.in l.ſuper longi.col. pen.C.de præſcrip.long.temp. Socin. conſil.187. in controuerſia. col.6. & in conſil. 195. circa primum colum.tertia.

Quartò & vltimo habetis ex gloſſ. colligere vltima tempora eſſe conſideranda. Iſtud autem poteſt intelligi variis modis.

Primò quòd vltima tempora ſunt conſiderãda quantum ad derogationem priorum. hoc eſt, actus in vltimo tẽpore factus derogat prioribus. & iſtud eſt vnum generale, & commune, vt videmus in pactis quod vltima derogant prioribus.l. pacta nouiſsima.C.de pact.Idem in vltimis voluntatibus.§. poſteriore.inſtit.quib.mod.teſt.infir.l. ſancimus. C.

de teſta.l.clari. C. de fideicom. Idem in ſententiis interlocutoriis.l.quod iuſsit.ff.de re iud.idem in reſcriptis.c.1.c.cæterum.ſuprà de reſcrip.idem in iuramento l.duobus.§.fin.ff. de iureiur. dicimus etiam quòd vltima mora nocet.l. illud.de peric. & commod.rei vend. ff.alia plura cumulauit Iaſon in d.l. pacta.col.2.

Secundò poteſt intelligi quod ex ſtatu vltimi temporis, præſumitur in præteritum. Vt ſi aliquis ſit bonus, præſumatur quòd ſemper fuit bonus. Et circa iſtud Bal.in l.ex perſona. C. de probat.poſuit vnam theoricam. late Bar.vbi alij,in l.ſi prius.in tertia quarta & quinta oppoſitionibus tertiæ partis:& in theorica poſtea poſita.ff.de no. operi. nuncia.Et concluditur,quòd quando ſtatus præſens non contradicit origini naturali,de ſtatu præſenti præſumitur in præteritum,vt quòd aliquis ſit bonus, vel albus,non contradicit origini ſuę,præſumitur in prę-teritum fuiſſe talis, niſi probetur contrarium.l. liberis. §.fin.ff.de libe.cau.Si verò ſtatus præſens con tradicat origini naturali,vt quia aliquis eſt hæreticus,vel doctor, vel clericus,quæ qualitates non inſunt à natura,& contradicunt origini naturali, ſtatus præſens non conſideratur ad præſumendum in præteritum.l.Stichus.ff.de leg.3.

Tertiò poteſt intelligi quando plures concurrunt in aliquo actu,quis debeat conſiderari an vltimus poſſeſſor, vel primus. Et in hoc eſt communis concluſio. quod ſi agatur ſuper poſſeſſorio vltimus poſſeſſor conſiderandus eſt.ca.cum olim,infrà hoc titulo.c. querelam ſuprà de elect. c. conſultationibus.& ibi Abb.& cæteri de iur. patro. Et ita iſtam glo.ad iſtud propoſitum allegauit Feder. de ſen.in conſil. 232.ſuprà primo puncto.col. penul. ſi verò ageretur ſuper petitorio vltima tempora non conſiderantur niſi legitime fuerit præſcriptum.cap. cum de beneficio de præben.in 6.Feder.in d.conſi. & ad hoc ponderetis iſtum tex.in fi.part.

Quartò poteſt intelligi, quòd quis præſumatur eſſe talis.prout apparet in tempore præſenti. & de hoc eſt bonus text. in l. moueor. C. ſi ſeru.expor. vene.Bar.in d.l.ſi prius.ff.de no.operi.nunc.& quia iſta glo.facit mentionem de text.notabili.in l. quicunque.C.de apo. publ.lib. 10. Notetis illum text. tanquam aureum ad vnum quotidianum, quòd ſi quis probat ſe per tres annos vltimè præteritos ſoluiſſe canonem,penſionem;aut aliam pręſtationem annuam, præſumitur ſoluiſſe toto tempore præterito:nec cogitur amplius ſoluere pro aliis annis. Et quamuis ille tex.loquatur tantummodo de tributo principis, extenditur ad omnes alias annuas præſtationes.Ita Bal. poſt Ioannẽ And. in c.literis in fi. verb.ſuprà de dilat. Et quãuis Hoſtien. in ſumma. in titulo de loca: artic. fin. voluerit quod reſpectu canonis pro re emphytenticaria eccleſiaſtica, ſufficiat ſolutio duorum annorum.tamen Ioan. And. contrarium ſequitur, illud reprobando in adit. ad Specul,in titulo de loca. §. nunc aliqua. verſic. 27. concludens quod in omni præſtatione annuali requiritur quod probetur de ſolutione trium annorum.Et ibi allegando.dictã l.quicunque, adducit iſtam glo.de illo text. latiſsime ponit Iaſ.in l, ſi certis.col.1.ad fi.C.de pact. & melius in l.2. ſuprà glo. verb.repellere.C.de iur.emphyt.Vbi ponit vnam limitationem ad illum tex.vt habeat locum quando ſolutiones trium annorum proximè præteritorum fuerunt factæ quolibet anno,ſecus ſi vna fuit facta pro tribus annis.per ea quæ voluit Bar.in l. cũ aliàs. l.Iabolenus.ff. de annuis lega. declarando l.1.C. de fideiuſſ. quòd ex præſtatione facta per tres annos, inducitur vt in futurum cogatur quis præſtare. illud habet locum ſi quolibet anno fuerit præſtitum, ſecus ſi ſemel pro tribus annis. Aliam limitationem ponit d.l.quicunque.in fine verb.niſi appareat de pręſtatione recipientis.quia proteſtatio impedit per præſumptionem talem quæ oritur à iure.c.1.de his quæ vi.met.cauſa fi.l.Neſennius Apollinaris.ff.de nego.geſt.& videbimus in vna concluſione dictorum Abb.ſuprà glo.ſeq.

## Explicatio glo.verbi vocem.

CApio glo.ſuper verb. vocem. In qua traditur quæ requiruntur ad acquirendum quaſi poſſeſsionem iuris incorporalis, ponit duo,nẽpe exercitium actuum, tribuens ius etiam incorporale, & quod exercens intendat vti iure ſuo. Abb.hîc 5.col. 1.Innoc.ingreditur latius iſtum articulum, in quo quia eſt quotidianus, & multoties in practica erratur, tria faciemus. Primò recitando communem opinionem,ſecundo adducendo aliqua in contrarium, tertio reſoluendo articulum. Quantum ad primum ſecundum Innoc.hîc in 2.col.verb.abfuiſſe.ſuprà eo.verb.5.col. verb. trium epiſcoporum. & in 7.verb.3.loco Ioan.And.col.pen.Pet. de Ancha. in 1.oppoſitione Card.in fi.primæ part.

Primò requiritur exercitiũ in acquirenda quaſi poſſeſsione alicuius iuris incorporalis. Primò requiritur exercitium aliquorum actuum, vt ſi volo dicere eſſe in quaſi poſſeſsione accipiendi ligna in ſilua alicuius,debeo deducere quòd aliàs accepi. Et iſtud ideo eſt,quia poſſeſsio, ſeu quaſi poſſeſsio requirit aliquod opus corporale, ad hoc vt acquiratur.l.3.in princ.ff.de acq.poſſeſſ.& ideo in hæredem non continuatur, donec fecerit actum corporalem apprehendendo res hæreditarias.l. cum hæredes.in princ. ff. de acq. poſſeſſ. Sed quia actus reperiuntur in triplici differentia, aliqui ſunt tales qui non ſolent concedi ex facultate, vel gratia, aliqui conceduntur communiter ex quadam amicitia:& aliqui ſunt indifferentes, qui pro aliquibus vicibus conceduntur ex amicitia,non pro ſæpe,ideo ad cognoſcendum quot actus requiruntur, recurrẽdum eſt ad qualitatem ipſorum. Nam ſi ſint tales, qui non ſolent communiter concedi,vt ducere aquam per fundum vicini,ſufficiat vnus actus.l.1. §. quæſitum.ff.de aq.quotid.& æſti.ſi vero ſint tales qui ſolent communiter concedi, ex quadam familiaritate,vt dare cœnam ſocio ſuo,hoſpitari amicũ, exercitium plurium actuum non ſufficeret, niſi de appareret de animo.l.qui iure familiaritatis.ff.de acq. poſſ.ſic quidem ſunt actus indifferentes, vt ire per fundum vicini, vt aliquando conceditur ex gratia, quia fortè via publica impeditur abũdantia aquarum, vel breuior eſt via per fundum vicini, non tamen conceditur pro ſæpe: iſto caſu vnus actus non ſufficeret, ſed requirerentur plures actus.l.1.§. ſi quis hoc interdicto. ff. de iti.act. pri.& ideo dicit





not. Abb. in cap. quod ad tranſlationem. ſuprà de officio deleg.in c.ſignificauit.infrà de appel.in cap. Abbate.infrà de verb.ſignifi.late Iaſ.in repet. l.quominus col. 6.ff. de flumin. quod ſi aliquis triginta, quadraginta,quinquaginta annos eſt ſolitus tacari, facere blada ſua,in molendino alicuius: aut coqui facere panem in furno, molendinarius, vel furnarius,non acquirit quaſi poſſeſsionem ſeruitutis, ad cogẽdum eum vt in futurum habeat accedere,quia iſta dicuntur eſſe cuiuſdam facultatis & familiaritatis.Ibi etiam faciunt mentionem de illo qui hoſpitatus eſt per longa tempora in domo alterius,& dicit Paul.de Caſtr. in d.l.qui iure famil. ſe conſuluiſſe in contingentia facti, quia quidam notabilis, retentis tribus filiis, maiori natu præcipuum reliquit caſtrum cum iuriſdictione: illo motuo filij ſimul habitauerunt per viginti annos, & vltrà demum alij minores prætendebant eſſe in quaſi poſſeſsione iuriſdictionis, illius caſtri conſuluit quòd non erant,quia exercuerant iure familiaritatis.

*De ſciẽtia.* Secundò requiritur ſcientia alterius cõtra quem volo acquirere quaſi poſſeſsionem illius iuris. l. 2. C.de ſeruit.& aq.iſtud probat tex. in l.quotiens. ff. de ſeruit.titulo generali. Nam ibi tex. dicit. quemadmodum in corporalibus traditio rei, & apprehenſio,dicitur dare poſſeſsionem, & tranſlationem dominij, ex eo quod poſſeſsio habet corpus,& ſubiectum ſcilicet rem corporalem, in quo cadit apprehenſio corporalis, ad cauſandam poſſeſsionem illud idem operatur ſcientia, & patientia.ita declarat Bart.in l.naturaliter in princ.ff.de acq.poſſeſſ. in l.2.circa fin.C.de ſeruit.& aqu.Idem probat text. in l.3.§.dare.ff. de vſuf. in l.ſi ego.§.1.ff.de publ. in rem act.in l.1.in fi.ff.de ſeruit.ruſti.prædio.

*De voluntate.* Tertiò requiritur quod exercens actum, illud faciat intendens vti iure ſuo, hoc eſt quod habeat animum, & intentionem acquirendi quaſi poſſeſſionem.l.fi.ff. quemadmo, ſerui. amitt. & ratio eſt quia in quærenda poſſeſsione rei corporalis, non ſufficit apprehenſio,vel actus corporalis,requiritur animus & intentio acquirendi poſſeſsionem.l.3. in princ.de acquir.poſſ.l.licet. C. eo titulo. Et in probando iſto animo, ſeu quòd iure ſuo voluerit vti, debemus aduertere. Primò ſi conſtet de voluntate ſua quòd ab initio declarauit, quod faciebat cum intentione acquirendi poſſeſsionem, & iſtud ſufficiebat per ea quæ voluit glo.ord.in §.ſed iſte.inſtit. de actio. Si verò non conſtet de animo, recurrendum eſt ad coniecturas,quia ſi ſint actus, qui non ſolent communiter concedi, oportet quod probetur animus, per prohibitionẽ aut proteſtationem; ſi quidem ſint actus differẽtes ex exercitio plurium actuum decem vel viginti, præſumitur animus. Et ita Bart.1.glo.in l.1. §.ſi quis interdum.ff. de iti. actu pri. & cum his tribus requiſitis acquiritur quaſi poſſeſsio iuris incorporalis. Nec eſt neceſſe quòd habeat bonam fidem,quantum ad remedia poſſeſſoria: quia prædo acquirit poſſeſsionem: & illius prætextu competit ſibi remedium poſſeſſorium. c. in literis. c.item cum quis.infrà de reſti. ſpol. l.rem mobilem.l.3.§.ex contrario. ff.de acq. poſſ. Et ideo in actu practico, quando deducetis quaſi poſſeſsionem iuris incorporalis, ſitis cauti ad deducendum iſta requiſita.

Primò faciẽdo articulum generalem, quod eſtis in quaſi poſſeſsione talis iuris. Secundò alium articulum quod exercueritis pluries, tertio alium ex hoc ſciente & patiente aduerſario,quarto aliũ,cum animo & intentione acquirẽdi quaſi poſſeſsionem. Nec eſt curandum deducere cum bona fide, & in hac communi reſolutione fuerunt hîc Innoc. & Abb.in cap. bonæ ſecundo, ſuprà de poſtu. prælat. idem Innoc.& Abb.in c.2. ſuprà de in integ. reſtit. Innoc.in c. conquerente. ſuprà de officio ord. in c. in literis.& ibi Abb.col.7.infrà de reſti.ſpol. in cap. conſultationibus.infrà de iure.patro. Abb.in c.olim 3.infrà de reſti.ſpol.Bart.in l.1.§.ſi quis interdum. ff. de iti.act.pri. in l.2.vbi latiſsime Bal.& ibi Paul. de Caſtro, & Salic. C.de ſerui.Petr.de Anchar.in c. ſine poſſeſsione in 7. oppoſitione vſque ad finem de regul.iur.in 6.Barto.Cæpol.in tract. ſeruit. vrba. prædio.in cap.20.colum.4.idem tenet Ioan.Fab.in §.æquè.col.7.inſtit.de actio. Spec. in cauſa poſſeſſ. & propriet.§.1. verſi. aliud quoque.in titulo de iuriſd.omn.iud.§.vnico.verſi.illud & verſi.ſciendum. Ioan.Petr.de Ferra.in practica ſua, in forma libelli. in acti.confeſſ. in verbo plenam. col.4. & Alex. in conſil.142.conſideratis in vltima part.

Circa ſecundum quia de quatuor faciunt mentionem doct. contra quodlibet adducemus aliqua motiua. Primò dicunt,quòd requiritur exercitium alicuius actus.contra hoc facit tex.in l.certi.§.ſi viã. ff.de vſucap.vbi dicitur quod ſi aliquis nõ eſt vſus ſeruitute, aduerſarius præſcribit libertatem contra ipſum.Idem probat text.in l.hæc autem iura. in l.ſi ædes.§.libertas.ff.de ſeruit. vrba. prædi. ſi ergo præſcripſit,ſequitur quod poſſedi.c.ſine poſſeſsione. de reg.iur.in 6.l.ſine poſſeſsione,de vſur. Iſte tamẽ qui acquiſiuit libertatem nihil fecit:non requiritur ergo exercitium actuum.

Præterea,& fortius, ad acquirendum quaſi poſſeſsionem ſeruitutis altius non tollendi, vel officiendi luminibus,aut non impediendi proſpectum & in aliis ſimilibus ſufficit,quod quando alius voluit eleuare,ſolo verbo prohibuerim ſibi,& acquieuerit, ex tunc (dato quòd nihil faciam) acquiram quaſi poſſeſsionem glo.eſt notabilis vbi per doct.in l.qui luminibus.ff.de ſeruit.vrb.prædio. in l.1. C.de ſeruit.& aq.

Præterea & tertiò Innoc.dicit in cap.dilectus.vbi latiſsime Henric.Boerius infrà de capellis monach. quod ſi exercuero vnum actum iuriſdictionis, acquiſiui quaſi poſſeſsionem, non ſolum omnium actuum illius qualitatis, ſed etiam in quacunque alia qualitate.Et haberemus tres ſpecies iuriſdictionis: merum imperium, mixtum imperium & ſimplicem iuriſdictionem.& ſi exercuero vnum actum meri imperij, acquiſiui quaſi poſſeſsionem mixti imperij,& ſimplicis iuriſdictionis.Dato quòd in illis ſpeciebus non exercuerim,aliquos actus.de hoc per Iaſ.poſt Bar.in l.3.in princ.col.fi.ff.de acq.poſſ.

Præterea & quartò,ſi aliquis pluries tranſiuit in loco in quo exigebatur pedagium, & videntibus publicanis nihil ſoluit, dato quod nullum alium actum fecerit, nulli eſt dubium quod dicitur in libertate. & iſtud notatur in l. vectigal. ff. de publi. & vectigal.

Præterea & quintò,Bart.in l.quod meo.§.fi.ff.de

acquir.poſſeſſ.decidit,quod ſi aliquis conſtituit ſeruitutem in prædio ſuo, & confitetur precario, nomine meo tenetur poſsidere, ſeu quaſi poſsidere. Nam quemadmodum per precarium transfertur poſſeſsio rerum corporalium, ita etiam quaſi poſſeſsio. dato quod poſt precarium ego nullum actum exercuerim.

Secundò dicunt communiter doct. quod non ſemper ſufficit exercitium vnius actus. Nam requitur in actibus, qui quandoque conceduntur ex gratia, pluralitas actuum: contra tamen facit text. & quod ibi habetur in c. conſultationibus. infrà de iure patro. Vbi ex vnica præſentatione acquiritur quaſi poſſeſsio præſentandi. Et quòd vnicus actus ſufficiat voluit Bal.in conſil. 32. quidam notabilis. in fin.in 3.part.Abb.in conſil,54. videtur 1.col. 2. in 1.par.deciſio.215.in cauſa. col.3. Præterea & 2. doct. communiter.in l.1.in princ. ff. de acq. poſſeſſ. concludunt quòd ſtatim facta apprehenſione rei corporalis, acquiritur poſſeſsio, nec requiritur inſtãtia in re, ita quod ſtatim egreſſus dicitur poſſeſſor. & Bart.col.penul.ibi voluit quod ea quæ dicuntur de poſſeſsione rerum corporalium, habeant locum in quaſi poſſeſsione iurium. Præterea tertio iſtud probat text.in l. propius.ff.de mort.inferen. vbi loquitur de vero actu, qui aliquando conceditur ex quadam gratia, vt immittere mortuum in fundo alterius: & tamen non requirit niſi vnam immiſsionem vt competat illud interdictũ, quod eſt poſſeſſorium ad perdendum poſſeſsionem, ſufficit vnus actus. c. cum acceſsiſſent infrà de conſtit. debemus idem dicere ad acquirendum, vt contrariorum ſit eadem diſciplina.l.1.ff.qui ſunt ſui, vel ali.iur. Et ſimili argumento vtitur Iuriſcon. in l. quemadmodum. ff. de acq.poſſ. Quintò, vt omnes hîc & in locis ſuprà alleg. fatentur, quòd ſi ſtatin appareret de animo non requiritur multiplicatio actuum, ideo iſtud quod requiratur multiplicatio eſt reſpectu tertij requiſiti.ſcilicet ad cognoſcendum quomodo iure ſuo vtitur. non autem requiritur quantum ad iſtud primum, ſcilicet exercitium actuum.

Tertiò dicunt quòd requiritur ſcientia & patientia. contra iſtud facit tex.notabilis (qui eſt vnus de quinquaginta deciſionibus Iuſtiniani,) in l.fi. in fin. de præſcript. long.temp. C. vbi dicitur ad literam quod ſi aliquis conſtituit mihi ſeruitutem in fundo, & non erat dominus, exercendo etiam domino ignorante, acquiro quaſi poſſeſsionem & præſcribo. Secundo iſtud probat tex.in l.ſi ego.§.1.ff.de public. ponderando dictionem vel, quæ ſolet poni inter diuerſa, vt not.in l.1.ff.de reb.dub. Dum ergo tex. loquitur de acquirenda ſeruitute vigore tituli, ponendo modos cum illa dictione vel ſcientia, videtur decidere, quod ſunt aliqui modi in quibus nõ requiratur ſcientia. Si hoc eſſet verum, quod requireretur ſcientia, ſequeretur vnum valde abſurdum; quod ſi per aliqua tempora exercui aliquos actus, & nunc venit vnus exercens, qui nunquam fuit in ciuitate, qui vult me impedire, non potero contra eum intentare remedia poſſeſſoria, quia nũquam ſciuit, & non deberem eſſe poſſeſſor contra ipſum, cuius tamen contrarium tenent communiter omnes reprobãdo Bar.in l.naturaliter. in princ. vbi Ioan.de Imol.Ang.& Alex.ff.de acq.poſſeſſ. Secundò ſequeretur aliud abſurdum, quod nũquam daretur interdictum *vti poſsidetis*.quia ſi aduerſarius deberet ſcire, & pati, non diceretur me turbare, & nunquam contingeret caſus pro illo interdicto. cuius contrarium voluit tex.in l.fi.ff. vti poſſid.& Paul.de Caſt.(quem alij ſequuntur) in l.2.C. de ſeruit.& aq.decidit, quòd ſi quis per lõgiſsimum tempus exercuerit actus alicuius iuris incorporales, acquiſiuit quaſi poſſeſsionem, etiam non interueniente ſcientia aduerſarij.

Quartò dicunt, quod requiritur animus, hoc eſt cum animo & intentione acquirẽdi poſſeſsionem, exerceatur actus. contra iſtud facit 1.tex.in l. & magis.ff.de ſolut. quod quando quis facit actum indifferentem, in dubio cenſetur facere ad vtilitatem ſuã.de quo Bar.in l.1.§.nũciatio.col.2. ff.de no.ope. nuntiat. Præterea, quoties in aliquo actu requiritur animus & conſenſus, ſufficit actum fieri, & in dubio conſentit, & habet animum ſibi acquirendi. l. qui patitur. ff.mandati.per quem text. declarat Iaſ. in rubr.col.2.ff.de verbo. oblig. Ratio autem quare promiſsio facta præſenti & abſenti habeat vim pacti nudi, vbi tamen in qualibet conuentione requiritur conſenſus, & animus vtriuſque, quia quando agitur de vtilitate, habet animum & conſenſum: Præterea, facto declaratur voluntas.l.reprehendenda. C. de inſtitu. & ſubſtit. exercendo ergo actum poſſeſſorium, videtur habere animum poſsidendi. Præterea actus cenſetur in dubio factus cum animo & intentione, prout communiter ſolet fieri, & non requiritur, quod aliàs probetur animus. l. ſi nõ conuicij. C. de iniur. quando aliquis profert verba quæ communiter ſunt iniurioſa, non eſt opus in libello quod fecit animo iniuriandi. Præterea nõ eſt veriſimile, quod aliquis velit facere actum fruſtratorium. argumento *l.hæc ſtipulatio.§.fin.* ff. vt leg. nom.cau. Et debent actus interpretari vt habeant effectum l.3.§.hæc verba.ff.de neg.geſt. ex quo videtur quod in dubio præſumitur animus, dato quod de eo non conſtet. Et ex his viginti fundamentis videtur communis reſolutio indigere aliqua ſuppletione & declaratione.

Venio contra ad tertium, qualiter acquiratur quaſi poſſeſsio iuris incorporalis: & ſequendo doctrinã doct. cum declarationibus concludatis quod primo requiritur exercitiũ actuũ illius iuris, & ratio eſt euidens, quia, vt dicũt omnes, in l.1.in princ. ff.de acq. poſſ. quando poſſeſsio eſt in actu quærendo, prout dicimus hîc, dicitur quid eſſe facti, & factum in ea requiritur. c. cum noſtris. infrà de conceſ.præben. vbi per omnes. & dicit text. in l.3.§.Neratius.ff.de acq.poſſ. quod ex ſola inuentione theſauri, & ex ſolo aſpectu non acquiritur poſſeſsio, niſi fiat corporalis appræhenſio.

Aduertatis tamen quod licet in hoc primo requiſito doct. diſtinguãt ſecundum diuerſas qualitates actuum, ad hoc vt ſciamus, ſi debeat fieri exercitium vnius, aut plurium, nihilominus teneatis indifferenter in quibuſcunque caſibus, quod ſufficiat exercitium vnius actus, dummodo alia requiſita concurrant. Vt expreſſe voluit glo.in verbo, trium epiſcoporum. quam omnes approbant, nec reperitur *aliquis* text. requirens exercitiũ plurium actuũ. niſi in l.1.§.1.ff.de iti.act. pri. Vbi tex. requirit quod

quis



quis iuerit, plurib. vicibus, tamen ille tex. nihil facit, quia non loquitur de poſſeſsione acquirendæ, ſed de effectu illius remedij de iti.act.pri. quando dicatur *habere* locum. & non requiritur poſſeſsio, ſed tantummodo vſus. quod autem ille tex. non loquatur de poſſeſsione, illud expreſſe voluit ibi Bar.col. pen. Azo in ſumma illius tituli. Et ideo dicendum eſt, quod ſufficiat vnus actus.

Limitabili primo iſtud requiſitum in iuribus incorporalibus, in quibus non fit aut immittitur aliquid in re alterius, vbi *ſine exercitio alicuius* actus: vt puta, ad acquirendum quaſi poſſeſsionem ſeruitutis altius non tollendi, non requiritur quod fiat aliquid, ſed ſufficit, quando vicinus voluit alienare domum, ſibi contradixerim, & prohibuerim, ex his ſolis verbis acquiritur quaſi poſſeſsio illius ſeruitutis. vt voluit gloſſ. l.qui luminibus. ff.de ſeruit.vrb.prædi.l.1.C.de ſer.& aq.declarat Bart.in l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſerui.vend. Et ex limitatione iũcto requiſito inferatis vnum nouum, quod ſi aliquis pluribus vicibus tranſierit, abſque ſolutione pedagij, quamuis poſſet acquirere libertatem non ſoluendi, ex eo tamen quod non fecit aliquam actionem non poteſt dicere, quod eſt in quaſi poſſeſsione non ſoluendi, licet poſsit dicere quod acquiſiuit libertatem non ſoluendi per præſcriptionẽ. Nec eſt inconueniens, quod præſcriptio currat ſine poſſeſsione, quando currit propter negligentiam alterius, & iſtud eſt de mente Bart.in l.ſequitur. §.ſi viam.ff.de vſuc.in l.hæc autem iura.in l. ſi ædes.§.1. ff.de ſeruit. vrb. prædi. Et ideo quotidie errant in practica, quando quis pluries tranſiuit non ſoluendo tributum, ſi interpellatur recurrit ad remedium poſſeſſorium, per literas manutẽtionis, vel aliàs: tamen non competit ſibi tale remedium. Quod notetis ad repellendum illos qui hoc modo recurrunt: ad hoc vt competeret poſſeſſorium remedium, requireretur ſaltẽ de verbali contradictione, vt quando exigebatur, quod contradixit, dicendo quod non ſolueret.

Secundò limit. niſi quis haberet titulum in aliquo iure incorporali, quia tunc exercendo vnum actum, in vna ſpecie acquirit quaſi poſſeſsionẽ ſpeciei alterius, in qua nullum actum exercuit. c.cum in tua. infrà de deci. Innoc.in c.dilectus. infrà de ca. monach. Iaſon poſt Bar.in l.3.in princ.col.pen.& fi. ff.de acq.poſſ.

Tertio limita, quando per actum fictum transferretur poſſeſsio, dato quod nullus actus fictus fuerit, acquiritur quaſi poſſeſsio. vt per Bart.& omnes in l.quod meo.col.fin.ff. de acq. poſſeſſ. intelligendo tamen, vt dicit ibi Bart. dummodo ille qui per talẽ actum transfert, fuerit in quaſi poſſeſsione.

Quoad ſecundum requiſitum in quo requiritur ſcientia vt dictum eſt ſuprà, & l.2. C.de ſer.& aq.& quaſi poſſeſsio non dicitur cauſari niſi cum patientia aduerſarij. l.vltima.ff. de ſeruit. tit. generali. Limita primo quando quis poſsidebat rem in qua volo acquirere quaſi poſſeſsionem iuris, ſecus ſi nemo poſsideret. vt quia aliquis per fundum vacantem iure ſeruitutis longo tempore iuit, dato quòd nemo fecerit, eſt tamen in quaſi poſſeſsione ſeruitutis eundi. Ita Innoc.in c.bonæ 2.col.2. ſuprà de poſtul.prælat. Flori.in l.ſi communem.ff.quemadmo.ſeruit.amitta.in l.loci. §.comperit.in l.ſi quis diuturno.ff.*ſi ſeruit.*vend.Bertachin. *in tractatu* de Gabe.in prima par.col.10.

Secundò limit. quòd nõ requiritur ſcientia omnium, ſed tantummodo illius qui poſsidet rem in qua acquiritur ius incorporale, ita Ioan.de Imol.& Alex. in l.naturaliter.col.fi.ff.de acq.poſſ.

Tertiò limit. niſi quis haberet titulum etiam à non domino per l.fi.in fi.C.de præſcrip.long. temporis. Paul.de Caſt.in l.2.C.de ſeruit.& aqua. Bart. & Cæpol. in tractatu ſeruit. vrb.prædio.quæſtione 20.col.4.

Quartò limit. niſi per longiſsima tempora, quis exercuiſſet tales actus poſſeſſorios. Ita Paul.de Caſt. Cæpol.in locis prædictis. Bertac.in tract.Gabel. 1. part.quæſt.10.

Quoad tertium principaliter requiritur, quòd quis tales actus exerceat cum animo acquirendi quaſi poſſeſsionem.l.1.§.1.& ibi glo.ff.de iti act. pri. & talis animus dicitur eſſe voluntarius, non meticuloſus, neque coactus. Plura ad hoc cumulat Soc. conſil.187. in controuerſia.col.3. ſed ea quæ conſiſtunt in animo non poſſunt probari, niſi altero de duobus modis. inſt.de acti.probatur & ibi doct. in c.ſignificaſti primo de homicid. vel ex actibus, quia ex facto declaratur voluntas. l. reprehendenda. C. de inſti.& quãdo facta ſunt talia quæ poſſunt referri ad vnum, vel ad aliud, non dicuntur neceſſaria, vel concludentia, c.in præſentia, infrà de probat. l. non hoc. C.vnde cog. ideo circa iſtud in probando animo haberemus tres caſus.

Primus eſt quando apparet per expreſſam declarationem exercentis actum.& hoc caſu non recurrimus ad aliquam multiplicationem actuum.

Secundus caſus eſt, quando non apparet de animo, ſed actus ſunt tales, qui non ſolent communiter fieri gratia amicitiæ. hoc caſu probato exercitio vnius actus dicitur conſtare de animo.

Tertius caſus eſt, quando ſunt actus indifferentes, vt quando conceduntur ex gratia, non tamen pro ſemper, ſi conſtet de pluralitate actuum dicitur probatus animus. & ita videtur decidere Bal. in l. 2.C.de ſer.& aq.Petr. de Anca. in c. ſine poſſeſsione.in 4.quæſt.de reg.iuris.

In quantum Abb.hic notanter decidit quòd in actibus, qui poſſunt fieri iure aliquo, ad impediendum ne fiat illo iure, vel ad declarandum quod fiat illo iure, vtile eſt quod quis declaret verbis voluntatem ſuam. Et declaratio operatur vt actus poſterior factus non noceat. cap.cum ex officio. cap. auditis. cap.cum olim. infrà de præſcrip. c.hoſpite. infrà de cenſibus. & de hoc eſt bonus text. *in* l.ſed ſi quis. §.plerique.ff. de relig. & ſumpt. fu. de hærede qui facit exequias defuncti, quòd per hoc non videatur adire hæreditatẽ, ſi poſt declarauerit quod facit ex cauſa pietatis, vel non cum animo adeũdi. de quo Bart.in l. ſi quis in princip. ff. de leg. 3. in l. ſciendum.col.pen.ff.de verbo.oblig. Intelligatis tamen iſta quandò actus poſtea factus, dependet à voluntate declarantis animum, intelligatur & ſecundo, quando actus poſtea factus non eſt omnino contrarius declarationi, de quibus Fel. in cap. cum Mar.Ferrarien. in materia proteſtationis in 4. & 5. part.in principio. ſuprà de conſtit.

Circa

Circa illud quod voluit vltimo loco Abb. qualiter in acquiſitione quaſi poſſeſsionis iuris incorporalis non requiritur bona fides. c. in literis. infrà de reſtit.ſpol.probat tex.in l.rem mobilem.in l.3.§. ex contrario.ff.de acquir. poſſ. Intelligatis non habere locum quantum ad præſcriptionem iuris incorporalis.vt tradunt omnes in l.2.C.de ſeru.& aq. De hoc plene vides circa gloſſ. penul. & dicit hîc Abb.non habere locum, & ſic eſt ſecunda limitatio, quando conſtaret notorie de modo & non iure.per d.Innoc.hîc.& per tex.in cap. ad decimas.de reſti.ſpol.in 6.de quo tamen artic. videbimus. in c. in literis. infrà de reſti. ſpol. Et late de hoc ponit Alex.in l.naturali.§.nihil commune.col.8.ff.de acq. poſſeſsione.

Capio glo.verbo vacillaſſe,quæ habet duas partes.in prima concludit quod ſola vacillatio, vel ſola variatio,detrahit fidei teſtium.cap.pura.3. quæſt. 9.§.item qui falſo. 4. quæſt.3. & de Parentela.2. 35. quæſt.6.cap.1.circa med.infrà vt eccleſiaſt.benefi. c. ſuper.infrà de pœni.l.de minore.§.tormenta.l.& libero.in princ.ff.de quæſt.& ita cum glo. tenent Innoc.in col.2.verbo vacillaſſe.Abb.antiq.& Hoſtien. & verb.Ioan.And.col.pen.Præpoſ.in 2. oppoſitione.& Abb.col.7.Specul.in titulo de teſta.§.1.verſic. item quòd eſt varius,& alij in locis ſtatim alleg.in 2.par.ibi tamen quandoque concludit, & eſt vna limitatio ad præcedentem concluſionem,quod varietas in verbis, dum tamen concordent in effectu, non nocet quominus probent teſtes. c. nihil.infrà de verbo.ſignific.c.in ſcripturis.8.quæſt.1. c. pericuſe.de pœnit.diſtinct.1.facit tex.in l.actorum. ff. de re iud.quia dicta teſtium debent concordari ſi eſt poſsibile.cap.cum tu. infrà de teſti. cum glo. tranſſcant hîc præfati doct. & in d. cap. nihil.de verbo. ſignificat.

Circa iſta tamen, (quia quotidie verſantur in practica) habetis primo aduertere,quòd teſtes quãdoque dicuntur varij,quandoque contrarij, quandoque vacillantes,quãdoque ſingulares,& ex quolibet iſtorum detrahitur fidei eorum, iſta tamen ſunt diuerſa. Varius dicitur teſtis, quando deponit diuerſa,quę non ſunt contraria & inuicem incompatibilia. Contrarius dicitur, quando deponit aliqua plura, quæ ſunt incompatibilia. Iſta duo declarat Bartolus in l. eos. col. 2. ff. ad l. Cornel. de falſ.dubitans vero dicitur ſiue vacillans, qui dubitat dicendo modo vnum,modo aliud, tamen non ſe firmat in aliquo extremorum,quia diceretur varius,ſi ſe firmaret.Iſtud eſt de mente glo.in l.de ſtatu.ff.de teſta.dum facit differentiam inter dubitantem,ignorantem,neſcientem, & erratem. Abb. antiq.hîc col.2.licet nihil alleget. Singulares quidem dicuntur teſtes, quando in eorum depoſitionibus differunt in altero de decem prædicatis, vt quia vnus dicit de vna ſubſtantia, quòd erat equus, & alius de alia quod erat aſinus,vnus de vno tempore, alius de alio,vnus de vna qualitate,alius de alia: & ſic in aliis prædicatis. Ita magiſtraliter Bal. in l. de quibus.col.16.ff.de legi.& in l.teſtium.col. 4. C. de teſti.de vnoquoque videamus.

Circa primum de varietate teſtium Bart. ponit in l.eos.ff.ad l.Cornel. de Fal.ſed quia eius doctrina in aliquibus reprobatur dicatur ſecundum Fel. in cap.cum tu.col.pen.& fi. infrà de teſti. quod debemus facere duos caſus, quando eſt varius in eadem depoſitione, modo dicit vnum, modo aliud, ſemper affirmando, tunc dictum eius non probat l.eos.l. qui falſa. ff. de fal.niſi in tribus caſibus, vel quia variauit ſtatim volendo corrigere.primum dictum.cap.præterea.infrà de teſti.cog.aut ſecundum dictum mediante tortura, & illud præualet.l.ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauerit. ff. de adult. Aut quia primum dictum fuit emiſſum cum calore iracundiæ.arg.l.quicquid calore iracundiæ.ff.de regul.iur. & quod voluit glo.notabilis in c.ex literis. infrà de diuort.& quamuis varietas poſsit concordari quãdoque,vt dicit tex.in cap. cum tu.infrà de teſti. reſpectu tamen eiuſdem teſtis concordia quæ poterit fieri operabitur tantum,vt euitet periurium,non autem vt probet.glo.ord.in c.in noſtra.glo.mag. in princ.infrà de teſti.late Alex.in l.inter ſtipulantem. §.1.col.3.ff.de verb.oblig.

Secundus caſus, quando varietas eſt in diuerſis depoſitionibus,tunc ſtabitur primæ depoſitioni. & maxime ſi fuerit iurata.l.generaliter.C.de non numera.pecu.vide per Hippoly.ſing.103.varietas.

Circa ſecundum de contrarietate teſtium faciatis duos caſus. Primus quando idem teſtis deponit contraria,hoc caſu, ſi poſsit concordari eius depoſitio,non incidet in periurium,tamen non faciet fidem.vt dicit glo.in c.in noſtra in glo. mag. in prin. de teſti.ſi vero non poſsit concordari eius dictum, incidet in periurium,& tanquam falſarius venit puniendus.l.qui falſa.l.eos.& ibi Bart.ff.de falſ. Felin. in cap.cum tu.infrà de teſti.Alex. in d.l. inter ſtipulantem.§.1.

Tertius caſus eſt, quando plures teſtes inuicem contrariantur,nullus illorũ debet præferri,ſed debent reduci ad concordiam ſi poſsit fieri. & iſta reductio operabitur non ſolum quod euitent periurium,ſed etiam probabunt.Et iſta omnia ſunt de mente glo.in d.c.in noſtra.Felin.in d. cap. cum tu. Alex.in d.l.inter ſtipulãtem,& aliis in locis ſtatim allegandis. Intelligatis tamen prædicta quæ diximus de contrarietate aut varietate teſtium,quando eſſet in facto principali:ſecus ſi in aliquibus acceſſoriis,non tangentibus factum principale. Ita Bart. in d.l.eos.circa fi.Paul.de Caſt.conſil.194.viſo proceſſu.col.2.Socin.in conſil.129. primo aſpectu. col. 3.conſil.244.conſiderata.col.4. & 253. in cauſa do. notabili 3.

Circa tertium de vacillatione, concludatis non valere depoſitionem teſtis vacillantis, quia in teſte duo requiruntur, quòd deponat de his quæ percipiuntur ſenſu corporeo, & quod firmum animũ habeat,aliàs infames & ſimiles qui ſenſu corporeo ſentiunt dicerentur legitimi teſtes, vt habetur in l. 3.§.1.ff.de teſti.l.teſtium. C. eo titulo. Faciunt quæ ponuntur per Bart.in l.qui tamen.§.ſi plures. ff. de arbi.quòd depoſitio teſtis qui deponit per verbum credit, vel iudicio ſuo, vel verbum videtur,non valet,quia non firmat animum in eius depoſitione. iſtud tamen limitatur duobus modis.Primò quando teſtis depoſuit concludenter,& poſtea adiunxit aliqua verba,quæ videntur vacillantia,hoc caſu depoſitio concludens non improbatur, per alia verba, ſed verba illa debent interpretari ſecundum





depoſitionem concludentem. ita Bart.in dict.§.qui tamen. Iaſo.in l. vt vim.col.2. ff. de iuſtitia & iure. ſecundo quando vacillatio non eſſet in facto principali per ea quæ diximus in præſenti membro.

Circa quartum, de ſingularitate teſtium concluſio eſt communis, quòd teſtes ſingulares non probant.cap.bonæ.primo.cap.cum dilecti, ſuprà de elect.cap.tertio loco,infrà de probat. & dicit Abba. in l.iuriſiurandi.C.de reb.cred.tantum probat vnus teſtis ſingularis, quàm nulli: limitarem tamen tribus modis de quibus plenè Decius in cap.licet cauſam.in nono notabili, infrà de probat. Inquantum gloſ.in vltima parte concludit,quòd diuerſitas verborum non detrahit fidei teſtium, dummodo tendant in eundem effectum.cap.nihil, infrà de verbo. ſignific. & de hoc eſt bona gloſſ.in cap. dudum. de verborum ſignific. text. in l. qui ſententiam. C. de pœnis.in cap.cum Marte,infrà de celeb. Miſſarum. Baldus in l.fina. C. ſi vnus ex pluribus appel. imo dicit hîc Hoſtien. quòd quando teſtes deponunt per ſimilia verba,videtur maxima præſumptio ſubornationis,contra ipſos quod per eundem præmeditatum ſermonem videantur deponere, vt dicit textus in l.tertia.§.poſt.de teſt.de his omnibus Socin.in dicto conſilio 244.253. & in conſilio 274. in cauſa dominæ. Intelligatis tamen iſta niſi teſtes deponerent de formalitate verborum, vt quia deponentes qualiter Titius fuit inſtitutus hæres,vnus dicit quod teſtator inſtituit per iſta verba, Facio illum hæredem: alius dicit quòd iſta verba inſtituo illum hæredem,licet ſit idem effectus, quia tamen ſe reſtringunt ad formalitatem verborum nõ concludunt,& dicuntur ſingulares:ita Anchar.de Butr. Io.And.& Abba.in d.c.nihil.infrà de ver.ſig.Soc.in conſil.ſuprà alleg.Alex.in conſi.150.in cauſa & lite. col.pen.in 6 part. Vbi reprobat teſtium dictum deponentium ſuper quodam matrimonio,quia vnus dicebat matrimoniũ contractum per verba de pręſenti,hoc modo,Dono tibi corpus meum,alius dicebat,Volo eſſe vxor tua, & iſtud notetis in actu practico,tam pro libellis iniuriarum, vt non deducantur in libello expreſſa verba,niſi aliquis ſit bene ſecurus de teſtibus,& idem in aliis actibus.

Capio gl.verbo negatiuam,quæ duo videtur facere:primo ponere exemplum qualiter in iſto text. teſtes deponebãt,ſuper negatiua,quia dixerunt clericos nunquam fuiſſe in electione, & nunquam dediſſe vocem.c.cum dilecti,ſuprà de elect.Abb.hîc in 7.col.probat hoc exemplum, quia iſta negatiua in glo.erat limitata ad locum & ad tempus,quia dicti teſtes potuerant ſemper eſſe in electionibus, ſed negatiua limitata poteſt probari.c.3.loco,infrà de probat.not.glo.in c.bonæ.1.verbo negatiuam, ſuprà de elect, non ergo fuit bonum exemplum, niſi diceremus,quod quamuis fuit limitata, quia tamen teſtes dixerunt ſingulariter, per verba negatiua, non adducendo aliquẽ caſum cadentem in ſenſum corporeum,non valet probatio.arg.tex.in l.teſtium.C. de teſtib.c.teſtes.3.q.9. & hoc modo debet intelligi glo.l.1.§.1.verbo hoc interdicto.in fi.ff.de iti.act.pri. qui voluit quod negatiua limitata poſsit probari, dummodo teſtis deponat per verba limitata, quæ cadant in ſenſum corporeum, ex quibus inferatur negatiua in oppoſitione, vt quòd aliquis non fuit in hac lectura, teſtis deponet hoc modo, quòd fuit præſens, & ſi ille fuiſſet, ipſum vidiſſet, tamen non vidit,infertur negatiua in oppoſitione, quod non fuit. Vos tamen dicatis exemplum gl.eſſe bonum, & negatiua per glo.poſita,non eſt limitata ad locũ, vel ad tempus quamuis non certum ſit electiones tempore præterito fuiſſe factas,quia non deponitur de loco, vel tempore certo, illud dicitur eſſe incertum,& non limitatum.l.1.ff.de condit. & demonſt. Præterea,ſi ad conſiderandũ negatiuam limitatam haberetur reſpectus ad illud quod potuit, vix reperiretur aliqua negatiua vaga,& indeterminata,quia qualiſcunque ſit, poſsibile erit eam limitare ad locum,& ad tempus,nam ſi aliquis diceret quod Titius non fuit in ciuitate,nulli dubium eſt, quod dicitur negatiua interminata. Et tamen iſte text. potuit ſemper eſſe cum ipſo,& videtur quod non erat in ciuitate.

Secundò voluit, gl.quòd negatiua eſt incõprobabilis.c.bonę.ſuprà de elect.c.ſuper.ſuprà de renũc. cap.actor.6.q.vltima,& circa iſtud dicit Abb. quòd teſtis qui deponit ſuper negatiua, dicitur ſuſpectus de falſo,& de periurio,vt ſentit hîc Inno. 3.col.verbo negatiuã. Bal.in c.ſi quis.per tredecim.col.4. eo. tit.ſi de feu.fuer. controuerſ.in vſibus feud. Contra iſtam concluſionem,videtur facere tex.in c.præſentium.in c.literis.in c.ex tenore, infrà de teſti.in c.lator.in c.conſanguinei,infrà de re iud.in c.3.loco,infrà de probat. vbi negatiua probatur, vel per iuramentum,vel probando rem aliter eſſe. Præterea & ſecundo,facit illud quod voluit glo.ordin. in c.1.de præſcrip.in 6.quòd quãdo allegatur tempus, de cuius initio non eſt memoria,teſtes debent deponere, qualiter ſemper ita viderũt,& audiuerunt, & à ſuis maioribus ita intellexerunt, quo caſu dicitur probata negatiua. Præterea,& tertio,quãdo contra aliquem ſunt indicia de delicto, oportet quòd habeat ſe purgare,quòd non commiſit delictum, & ſic negatiuam probare.c.ad noſtrã,infrà de probat, & toto tit. de purg. cano. 4.quando aliquis dicit ſe non percuſsiſſe hominem,cum intẽtione occidendi, ſed tantummodo intendebat percutere,& non habebat animum occidẽdi, ſi poſsit iſtud probare excuſabitur ab homicidio,vt voluit glo.ordi. & notabilis in l.1.C.ad l.Corne.de ſicar.Abb.in c.1.de iniur.Bar.in l.1.§.diues.ff.de Sica.ibi cõtra.quis debet probare negatiuã,quod non habuit animũ occidendi,quando aliquid non poſſet faciliter probari, lex conteſtatur probatione, quæ fit per coniecturas,vt dicit text.ad hoc not.l.non omnes. §.à Barbaris.ff.de re milit.de quo remiſsiuè Iaſ.in l.in illa.in fin.verb.ff.de verbo. oblig.Et ideo circa probationẽ negatiuæ lex debet cõtentari coniecturis:tamen quãdo aliquid eſt fundamentũ intẽtionis,illud & ex negatiua debet probari.l.hoc iure.ff.de verb.obli.quòd ſi quis promiſit decẽ loco pœnæ, caſu quo non fecerit tale quid, ſi ego volo petere pœnã,quia illa negatiua,quod non fecerit,eſt fundamentum meæ intentionis, illud teneor probare.Ad idem tex. in l.ita ſtipulatus, circa med.eo.tit.in l.magis puto.§.ne paſsim.ff.de reb.eo. Septimò bonũ eſt argumentum de probatione,quę fit per inſtrumentũ,ad probationẽ teſtiũ. c.contingit,infrà de fide inſtru.l.in exercendis. C. eo.tit.ſed negatiua probatur per inſtrumentũ, l.fin.C.de reb.

cred.l.Titiæ textores, & vbiq; Bart.ff.de leg.1.debet ergo probari etiã per teſtes. Vltimò videmus in factis affirmatiuis,quæ non percipiuntur immediatè ſenſu corporeo,teſtes ſuper illis poſſunt deponere, dummodo reddant rationẽ per aliquos actus, qui magis communiter accidentibus inducunt probationẽ circa illud quod deponitur, ita notãter tex.in l.1.col.6.& ſeq.ff.ſi cer.pet.quod ſi volo probare aliquem eſſe diuitem,licet immediatè ſenſu corporeo non percipiam, vtrũ aliquis ſit diues,ſufficit tamen quòd teſtis deponat de aliquibus actibus. Vt puta quod habet amplã ſupellectilem,quod habet multa prędia,qui actus à communiter accidentibus inducẽt præſumptionẽ,quòd ſit diues. Ita ergo dicendũ in negatiua, licet non ſit perceptibilis ſenſu corporeo,debeat ſufficere quod teſtis deponat,de actibus, qui cõmuniter accidẽtibus inducunt præſumptionẽ circa illud.Vt ſi volo dicere quod Titius nõ eſt in ciuitate, quia fuit facta diligentia de reperiendo in domo ſua, & in aliis locis, in quibus conſueuit verſari, inducitur à communiter accidentibus præſumptio quod non ſit in ciuitate. Pro latiore declationę huius articuli debetis præmittere illud, quod ponit glo.in cap.bonę.verbo negatiuã.ſuprà de electio.in cap.actor.gloſſ.magna.6.quæſt.fin. Specul.in tit.de proba.verſi.1.Barto. poſt Cyn.in l. actor.col.1. C.de probat. qualiter negatiua eſt triplex. quædam dicitur negatiua facti,quando negatur aliquid non fuiſſe,aliquẽ non feciſſe,aut aliud ſimile factũ.& de iſta loquitur iſte tex.& alia iura quę dicũt negatiuã improbabilẽ.quędã dicitur negatiua iuris,vt quãdo negatur aliquid,quod cõſiſtit in iure,& de iſta nõ loquimur hîc,quia illa eſt probabilis, & fundãs ſe ſuper ea,tenetur probare.l.ab ea parte.ff.de proba.quędã eſt negatiua qualitatis,vt quia nego aliquem eſſe albũ,& literatũ,non eſſe idoneũ.& de iſta ſimiliter non loquimur hîc, quia talis eſt probabilis & fundans ſe ſuper ea tenetur probare.l. 2.ff. probat. l.de die.§.pen. ff. qui ſatiſd.cogan.quantum ad primam ſpeciem de qua eſt hîc tex.illa adhuc negatiua dicitur triplex, quædam dicitur ſimplex, determinata & vaga. Simplex quidem, quia non habet implicitam affirmatiuam,determinata & vaga, quia non reducitur aut limitatur ad locum,vel ad tempus.Vt ſi dico aliquem non occidiſſe hominem, non adiiciendo tempus,neque locum.& iſta eſt de qua communiter dicitur quod eſt improbabilis. Alia dicitur duplex,quæ habet affirmatiuam implicitam,vt quia dico aliquem non eſſe ſanæ mentis, implico ergo quod ſit furioſus, vel dico aliquem non feciſſe ſponte,implico contra quòd fecit coacte.Alia dicitur limitata ſeu coarctata, quando reducitur vel reſtringitur ad locum & tẽpus. Vt ſi dico aliquem nõ feciſſe,hodie in hac lęctura,& de qualibet dicemus.

Circa primam cõmunis eſt concluſio,quod talis negatiua ſit improbabilis.d.c.bonæ. ſuprà de elect.l. actor.quod aſſeuerat. C.de probat. c.quoniã contra falſa,infrà de probat. Alex.conſi.136. viſo & examinato.col.4.in 1.part.conſi.136.viſo themate col.pen. in 2.part.fulg.conſi.74.ſuprà eo.col.2.& dicunt hîc Inno.Hoſtien. & alij, quod debet teſtis cauere,tanquam ab igne ne deponat, ſuprà negatiua indeterminata.de quo etiam Philip.Dec.in cap. quoniam contra falſam, ſuprà de prob. ratio aſsignatur ad iſtam concluſionem,quia teſtis debet deponere ſuper his,quæ percipiuntur ſenſu corporeo,& de quibus poteſt aſsignari ratio l.teſtium. C. de teſti.c.teſtes.3.q.9.Abb.hîc in 7.col.Sed facta negatiua non percipiuntur ſenſu corporeo,nec de illis poteſt reddi ratio,quia non entis nullæ ſunt ſpecies, vel qualitates. Et de eo quod non eſt non poteſt ſenſus percipere aliquam qualitatem. l.ſi ſeruum.§.1.ff.de acti.empt.l.eius.ff.ſi cert.pet. Præterea,quia actus affirmatiui verificantur in vna vice,& teſtis deponens de eo, habuit reſpectum ad vnam vicem.l.boues.§. hoc ſermone. ff.de verbo ſignific.ſed actus negatiui non verificantur in vna vice, quia ſemper negant. gl.not.in l.hoc genus.ff.de condit.& demonſt.difficile eſt, quòd teſtis ſit informatus de omnibus vicibus.Facit in ſimili quòd dicitur,quòd in actibus affirmatiuis indefinita non æquipollet vniuerſali, de proprietate ſermonis, & ſufficit illam verificari in vno indiuiduo per Bart.in l.ſi præſentibus.ff.de leg. 2.ſed in actibus negatiuis indefinita æquipollet vniuerſali.gl.l.iuriſgentiũ. §.ſed ſi fraudandi. ff.de pact. eſſet ergo quaſi impoſsibile teſtẽ eſſe informatum de omni indiuiduo. Facit quod voluit gl.in c.cum dilectus,ſuprà de conſuet.quòd negatio plus neget, quàm affirmatio affirmet, dicimus in ſimili, quòd quando concurrunt duæ regulæ, vna permiſsiua, & alia prohibitiua,magis attenditur prohibitiua.l.ſi rufus.& ibi trad.C.de teſtamen.milit.

Limita primo hanc concluſionem non habere locum in negatiua,quę repreſentaretur ſenſu prout affirmatiua. Vt ſi volo dicere quòd aliquis non cantauit ſonorè, vel quòd aliquis non habet pileum in capite:ita Ioan.Andr.in c.bonæ,ſuprà de elect.Soci. vbi alia plura adducit in conſilio 96. viſo proceſſu.col.penult.

Secundò limita, quando per inſpectionem ſcripturæ,probatur negatiua,vt ſi dico ſcholarem non eſſe matriculatum, cum probo per librum in quo deſcribuntur matriculati,quia in illo non reperitur deſcriptus.l.fin.vbi Bart.ff.de leg.1.idem Bart.in l.hi qui ad ciuilia.C.de appel. Bald. in conſil. 14. caſus. col.2.in 1.parte.Paul.de Caſtr.conſi.Socin.in cauſa. col.2. Alex.conſi.55.col.4.in 5.parte,& in conſi.122. viſo puncto.col.3.in 5.part.Dec.in conſi.218.in caſu. colum.fina.

Tertiò limita,in omnibus caſibus,in quibus quis fundat ſe ſuper negatiua,quia illa tenetur probare. l.hoc iure. ff.de verbo.oblig. Bart.in l.in illa prima. vbi omnes. eo.tit.quia hoc caſu probatur faciendo diligentiam, vel inquiſitionem de aliquibus actibus, ex hoc orietur præſumptio pro negante, vel dicatur ſufficienter probaſſe,& aduerſarius qui dicit contrarium debebit de contrario iuſtificare per doctri. gloſſ. notab. in l. cum de lege. ff. de probat. quòd ſi hæres qui vult detrahere falcidiam, dicatis bona non ſufficere ad legata,& iſtud probet,dicẽdo quòd reperiit talia & talia bona,& nihil aliud, ex hoc oritur præſumptio pro ipſo quod non ſunt alia bona, & legatarij qui voluerunt dicere contrarium debent probare,& dicit Bart.per illam gl.in l. ſi conſtante.colum.3.in 1.quæſt.ff.ſolut.matri.quòd mulier,quæ dicit maritum nõ eſſe ſoluendo, probabit ſi dicat quòd habet talem domũ, tale prædium & nihil aliud, in ſimili idem Bartolus in l.is poteſt. col pen.



colum.penult.ff.de acquirend.hæred. docet qualiter quis probabit aliquem non feciſſe teſtamentum, & in l.conficiuntur.§. codicillis. ff.de iure codicill. dicet, quòd alij teſtes non reperiebantur, pro teſtamento facto in iure. Alia plura ad d.l.cum de lege. cumulauit Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem.col.15.in ſecunda limitatione.Inſtit. de actio. in ſimili Raph. Cuma.in conſilio 43. colum. 10. reſpondit qualiter poſsit probari aliquem alium non fuiſſe proximum ab inteſtato.

Quartò limitetis, ex his quæ conſiſtunt in animo alicuius, in quibus per iuramentum negatiua probabitur,vt quod quis non fecit animo occidendi.Ita probat tex.in c.præſentium.infrà de teſti.

Quintò limitetis, quando ageretur de facto proprio,in quo non ſolent conuenire teſtes,vt quia agitur de actu facto in capitulo,& canonici dicunt, quòd non fecerunt, talis negatiua probabitur per eorum aſſertionem.c.tertio loco. & ibi traditur,infrà de proba.

Sextò limitetis, quando ageretur de facto concernente aliquem, in quo ſunt alij plures collegæ, vt quia dicitur aliquem non eſſe de collegio doctorum probabitur per alios collegas,aut quòd aliquis non eſt ſeruus, aut quòd nihil habet in tali ſocietate,probabitur per alios ſocios.l.nemini.verſicul.non aliter, vbi Bartol. C. de aduoc.diuer.iudic.l.ſi quis conſortium.vbi Barto.& Ioan. de Plat.C.de fabric. lib.11.Codicis.

Circa ſecundam ſpeciem, ſcilicet negatiuæ duplicis, quæ habet affirmatiuam implicitam,illa regulariter probabitur,iuſtificando ipſam affirmationem,vt ſi dico aliquem non eſſe ſanæ mentis, probando illam affirmationem implicitam, quòd furioſus,dicitur negatiua probata.cap.ſuper, ſuprà de renuncia. & ibi latiſsimè per docto.l.nec codicillos. vbi Bart.& alij.C.de codicil. Notetis tamen vnum quòd teſtes deponentes ſuper tali negatiua, & pariter in caſibus de quibus ſuprà dicemus, quòd negatiua eſt probabilis, & tenetur reddere rationem ſui dicti. dato etiam quòd non fuerunt interrogati. Aret.conſi.71.diligenter.col.2. Vbi aliàs regulariter teſtis, ſi non ſit interrogatus de ratione nõ tenetur illam reddere.glo.in l.ſolam.C.de teſti.glo.in l.1.in princip.ff.de ope.noui nunci.

Circa tertiam ſpeciem coarctatæ,& limitatæ negatiuę concluditur pręmittere quòd eſt probabilis, & poteſt fieri altero de duobus modis. Primò probando oppoſitum, vel contractum,vt ſi dicatur aliquid hodie nõ fuiſſe in hac lectura probando,quòd hoc à lectura fuit in ſtudio ſuo. l. optimam. C. de contrahen.& commit.ſtipul. cap.ex tenore.infrà de teſti.Secundò probando,per aliquos actus affirmatiuos, ex quibus inferatur illa negatiua. Vt ſi dico ſcholarem meum non fuiſſe in lectura,teſtis debet deponere quomodo fuit in lectura, & ſi ſcholaris fuiſſet,illum vidiſſet,& nõ potuiſſet eſſe quin non vidiſſet, illum tamen non vidit, infertur illa negatiua, quòd non fuit. Et ideo exemplificetis in aliis actibus,qui percipiuntur per alios ſenſus, deducendo per rationes correſpondentes tali ſenſui.gloſ.eſt ordi.in l.1.vbi Bart.ff.de itin.actuq; priua. idem Bar. in l.hæredes palam,in princ. ff.de teſtam. Alexand. conſi.156.viſo proceſſu.col.3.in 5.part.Socin.conſil. 12.col.1. & Do.Philip.Decius.conſil.93.in fine.not. quòd in caſibus in quibus negatiua eſt probabilis, magis creditur teſtibus affirmantibus, quàm teſtibus deponentibus ſuper negatiua. Bar.poſt glo.in l. diem proferre. §. ſi pluribus. ff. de arbi. Paulus de Caſt.in d.conſi.50.Areti.in conſi.71. Fulg.in conſi. 174.& Socin. in dict.conſi. 96. niſi teſtes deponentes ſuper negatiua,deponerent ad defenſionem alicuius.glo.eſt notabilis.in ca.clerici.81.diſtin. de qua Iaſ.vbi alia plura.in l.vt vim.col.1.ff.de iuſt.& iur.

Capio gloſ. ſuper verbo in trium epiſcoporum, ex qua in prima parte alleg. tex.in l.in rem verſo.ff. de vſur. habetis colligere, quando ex præſtatione negatiua datur ius, vt in futurum poſsit compelli ad pręſtandũ.Et ille tex.non ſolum loquitur in poſſeſſorio, ſed etiam in petitorio, quia iſte quotidie contingit. Vnum verbum dicemus reſolutoriè tamen,& iſta notetis in actu practico,vt ſciatis deducere, quæ ſunt neceſſaria, & dum probatur præſtatio annua, dicatur acquiſitum ius, vt in futurum ille teneatur præſtare. Etiam ſi cõtingeret ſuper petitorio faciatis tres caſus: aut iſte quando petit pro tempore futuro ſe fundat ſolum in poſſeſsione,aut allegat titulum inualidum. Primò caſu ſi quis in iudicio dicat, quod percepit omni anno vnum par caponum,& in perceptione probat, nullum tamen titulum allegat,ſunt conſideranda duo membra.

Primùm ſi probat de poſſeſsione tanti temporis,de cuius initio non eſt memoria,non requiritur aliquis titulus, quia illud tempus habet vim priuilegij cõſtitut.l.2.§.hoc iure.ff.de aq.quot.& æſtiua. ſuper quibuſdam, infrà de verb.ſignifi.Iaſ.in repet. l.quo minus circa.fi.ff.de flumi.Abba.in cap.peruenit,infrà de cenſibus.

Secundum membrum, quando probatur ſola poſſeſsio, ſeu perceptio aliquorũ annorum, & non allegatur titulus. Dato quòd fuerint per 30.vel 40. vel 50.annos,iſtud non ſufficit,ſed in petitorio ſuccumberet iſte. l.creditor. C. de vſur. l.operis. ff. de ope.liber.c.peruenit,infrà de cenſi.Bar.& Bal.in d.l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. l.ſi certis annis, & ibi omnes.tradidi ff.de pact. Abba.poſt alios.in d.c. peruenit,quod notetis: quia domini quando volũt à ſubiectis exigere coruatas, non habent niſi poſſeſsionem percipiendi,dummodo non ſit tanti temporis de cuius initio non eſt memoria, ſuper petitorio ſuccumbent, niſi allegent titulum, prout dicemus in ſequenti caſu.

Secundus caſus eſt,quando allegatur titulus,dato quòd de illo nõ conſtet, quia ſi appareret, non eſſet difficultas, ſed probatur tantummodò perceptio. Et iſte qui percepit, allegat titulũ validum ratione cuius ipſe percepit, probata perceptione decem annorum, quod ſumitur pro illo tit. allegato. Et ex hoc obtinebit in petitorio, & ita intelligitur tex.in l.cum de in rem verſo.vbi Bar.Bald.& alij,in d.l.ſi certis annis.& Abb.in dict.c.peruenit. Alex.in conſi.113.ſuper primo dubio,in 1.part.Soci.in conſi. 145.circa fin.col.1. & dicit Alexan. vnũ bonum verbum,quòd eſt menti tenendũ in practica,quòd non ſufficit allegare titulum validum, & probare perceptionem decem annorum,ſed requiritur vnũ aliud quòd deducitur, qualiter ex cauſa ſeu virtute illius tituli allegati, ille qui ſoluit ex certa ſciẽtia:& iſtud

ſoluere omnino non poteſt ex nudis caſibus, vel vigore illius tituli,vel alterius anni ex quadam munificentia. Cum ergo probatio poſsit ad plura referri,non concludit quòd vigore tituli decedit.arg. cap. in præſentia, infrà de probat. Notetis etiam vnum verbum, quod ponit Abba.in cap.peruenit. quòd ille qui allegat titulum,aduertat in conſcientia ſi ita ſit,licet multi aduocati ſtultè circa cautelas rarò aduertant.

Tertius caſus eſt, quando in præſtatione annua allegatur titulus inualidus, vt quia fortè aliquis litiget ſuper beneficio alterius, quolibet anno vnum ſextarium frumenti, & dicit pro titulo, quòd aliàs rector beneficij conſtituerat illam penſionem,quia iſte titulus eſt inualidus, & non conſtat de caſu, & non fuit habitus tractatus, nec cauſæ cognitio, nec auctoritas ſuper illis, quæ omnino requiruntur in alienatione rei eccleſiaſticæ. Idem exemplificetis in aliis titulis, hoc caſu percepto, non ſufficeret, nec induceret præſumptionē pro illo titulo. Iſte eſt caſus in dict.l.ſi certis annis. C. de pact. & ita omnes in locis ſuprà alleg. Secundò, ex glo.habetis colligere dum allegat tex.in cap.cum acceſsiſſent,ſuprà de teſti. quòd ex contrauentione ſemel facta, dicitur quis perdere priuilegium ſuum, intelligatis in priuilegio, quòd ſtatim fuit effectum, & non habet actus reiterabiles,vt probat tex.in l.2.C.de iure do, Secus eſſet in priuilegiis habentibus actus reiterabiles. Vt puta, quòd aliquis non teneatur ad collectas, vel ſit exemptus ab officiis in ciuitate, licet ſoluat collectam, in alia poſtea collecta de nouo imponenda,non ſibi præiudicabit. Vel ſi ſemel habuit officium,alio poſtea vocatus poterit refutare,dummodo non contraueniat intra longum tempus ad præſcriptionem.l.voluntatis.C.de fideicommiſſ.argumento huius l.2. C. de his qui ſponte publ. munera ſubeunt.lib 10. & in l 2.ff.de priuileg.veter.c.ſi de terra.c.accedentibus,ſuprà de priuileg.latè Alex. in conſi.33.ponderatis.per illum tit. Feli.& Decius, in d.c.cum acceſsiſſent.

Super gloſſ.Abba.ponit hîc aliqua notabilia, ex quibus eliciuntur quatuor concluſiones.Prima eſt, quòd ſolum exercitium iuris incorporalis,non ſufficit, quòd actus per ſucceſſorem factus valeat, & habeat effectum ſi ſucceſſori non fuerit bona fides. Imol.in cap.2. colum.3. ſuprà de in integ. reſtit. Et ideò ſi aliquis eſt in poſſeſsione præſentandi, ſed non habet bonam fidem, præſentatio per ipſum facta, non valebit. vt vult gloſ. in cap. conſultationibus,in glo.1.& fin.infrà de iure patronat. gloſſ.in cap.ex literis.& ibi Abba.eod.titul.& ratio aſsignatur, quia poſſeſſor non facit fructus ſuos, niſi habeat bonam fidem. l.certi. C. de rei vendi. gloſſ.in cap. grauis,verbo fructus, de reſtit. ſpol. Præſentatio enim eſt fructus. cap.conſultationibus. in glo.1. infrà de iure patronat. gloſſ. in cap. ex literis. & ibi Abba.eodem titul. & ratio aſsignatur, quia poſſeſſor non facit fructus ſuos, niſi habeat bonam fidem. l.certi. C. de rei vend. gloſſ. in cap. grauis.in verbo fructus,infrà de reſtit.ſpoliat. Præſentare autem dicitur eſſe fructus,cap.conſultationibus. Iſtud idem voluit Decius in cap.eum qui.de præbend.in 6.latè Rochus de Curte.in tractatu iuris patro. ſuper verbo competens.q.22.

Facit tamen contra iſtam concluſionem illud, quod habetur per glo.in cap.nihil.ſuprà de elect.& traditur in l.Barbarius Philippus.ff.de offic. præſid. qualiter actus factus ab illo, qui eſt poſſeſſor, & reputatur pro domino valet, & tenet ad idem,quod voluit gloſſ.2.quæſtione prima, in ſumma,& probat text. in cap. ſi qui à pſeudoepiſcopis. 1.quæſt.1. Quòd ea quæ fiunt ab epiſcopo, valent & tenent. Idem quod voluit text.in l.ſi vrbana. ff. de condict. indeb.in l.filiæ. ff.de ſolut. quòd ſi prædo & malefidei poſſeſſor locauerit aliquam rem,tenebitur locatarius ſibi ſoluere,& valebit ſolutio: & ideo infert ibi Bartol. quòd ſi aliquis eſt intruſus in beneficio, & accedant aliqui iure beneficij ſoluentis ſibi, excuſabuntur, quia attendunt quod eſt in opinione, & non quod eſt in veritate. Reſpond. illa habent locum,cum ex poſſeſsione concurrebat titulus. Iſta duo ſunt iuncta titulus & poſſeſsio. oportet vt plus attendatur opinio quàm veritas. Et ita declarat Abb.in d.c.nihil.col.pen.

Præterea illa habent locum, quando actus exercebatur nomine eccleſiæ, quòd tolerantia bene operabitur. nos loquimur quando actus exercebitur nomine proprio. Notetis vnum, quòd præmiſſa debent habere locum in temporalibus, & non *in ſpiritualibus*, in quibus veritas magis attenditur quàm opinio, vt dicit latiſsimè Petrus de Ancharano in cap.quòd autem, 3.quæſtione prima, & de pœniten.& remiſſ.in cle.abuſionibus. Vbi infert in materia indulgentiarum, quòd ſi quæſtuarij afferant bullas, & repreſentabunt inualidas, afferens pecunias pro conſequendis indulgentiis, non conſequetur illas, ſi dicunt falſe, licet opus dicatur meritorium,propter bonam voluntatem.

Secunda eſt concluſio, quòd in iuribus incorporalibus bona fides non præſumitur. Sed oportet quòd concurrant, vel titulus, vel aliquæ coniecturæ probabiles, ex quibus fuerit motus ad credendum, quod habet iuſtam poſſeſsionem, vt probat Innocen. in cap.2.infrà de in integ. reſtit. Alleg.bonum tex.in l.igitur. §.primo. ff. de liber.cauſa.idem voluit Bartol. in l.Celſus.colum.penult.ff.de vſuca. in l.prima. §.hoc interdicto.colum.penult.ff. de iti. actúque pri. quia volens acquirere ius incorporale,habet præſumptionem iuris contra ſe, cum omnis res de iure præſumatur libera. l. altius. C. de ſer.& aq.Idem voluit Baldus in l.prima.colum.fin, C.de ſeruit. Ioan. de Imol. in cap.finali.colum.prima, infrà de præſcript. Plura adducit Felin.in cap.ſi diligenti.colum.2.eodem titul.quod eſt notandum in actu practico, quando quis vellet ratione poſſeſsionis iuris incorporalis contendere de validitate actus, quòd non ſufficeret docere de exercitio ſeu poſſeſsione, ſed debent iuſtificari aliqua ex quibus inducatur quis ad habendũ bonam fidem, vt ſi diceretur quòd imo in dubio præſumatur bona fides, per regulam tamen habet, quòd nemo præſumitur delinquere. l.meritò. ff.pro ſocio.& dicit Bald. in l.1.vbi Iaſo.colum.5. C. de ſeruis fugiti. quod quando actus poteſt haberi ad licitum vel illicitè,præſumendus eſt plus licitus. Reſpondeo illa habere locum,quando nõ eſſet præſumptio iuris in contrarium, quia ſi à iure aliquis actus præſumatur illicitus, aut aliàs prohibeatur, faciens illum actum præſumit



præſumitur habere malam fidem, & dolo feciſſe. l.1.C.ad l.Corn.de Sica. l ſi non conueniens. C.de iniur.Bar.in l.dolum.C.de dolo.idem Bar.in l.inter omnes.ff.de furt.vbi limitatur gl.in §.ſed iſtæ.Inſtit. de acti.quòd in his quę conſiſtunt in animo ſtatur aſſertioni alicuius, vt non habeat locũ, quando habet præſcriptionem iuris in contritione, hoc caſu, tenetur aliter probare,quàm per affectionẽ.Ex quo inferendum eſt, quòd ſi eſſet aliquod ius incorporale, in quo quis non haberet præſcriptionem iuris contra ſe,in illo quòd ſumeretur bona fides.

Tertia concluſio, quòd lite pendente poſſeſſor non debet priuari poſſeſsione, vt voluit etiam iſta glo.per text.in c.1.infrà, vt lite pend. in c.volumus. 16.q.4.bonus tex. in l.pen.ff.de aqua.quotid.& æſti. idem probat.in l.1. C.de except.rei iud. §. commodum.inſtit.de interdict.in l.Titia.ff.de ſolut.& facit tex.in l.vnica. C. de prohib. ſequeſt.quòd lite pendente,non debet res ſequeſtrari.Contra iſtam videtur.glo.in c.ex literis,infrà de iure patro.in c.2.ſuprà de in integ.reſtit.in c.& quippe. 3.quæſt.6. Vbi magis communiter concludunt, quòd lite pendente ſuper iure patronatus,ſi occurrat vacatio beneficij, & poſſeſſor præſentauerit, non debet inſtitui præſentatus.Reſpondeo,quòd illud habet locum ex eo quòd poſtea ſententia lata, contra poſſeſſorem, ſi præſentatus inſtitueretur non poſſet fieri reſtitutio præſentationis, ſi fuiſſet conſecuta effectum, ſed iura volunt,quod fructus percepti pẽdente lite debent conſeruari illi,qui obtinebit.dicit glo.in c.grauis,in verbo fructus,infrà de reſti.ſpol.hoc ergo caſu,quia non poteſt fieri poſtea reſtitutio,poſſeſſor non percipiet illos. Et ad hoc facit quod habetur in c. fi.de ſequeſt.poſſe.& fruct. quando tenetur de dilapidatione fructuum, ſequeſtratio fit,lite pẽdente,& poſſeſſor priuatur poſſeſsione, ideo limitetis.glo.hîc.& dicta Abba. non habere locum quando fructus per poſſeſſorem percipiendi, non poſſent poſteà lite finita reſtitui,aliàs limitatur vſque à toto.Ponit Petr. de Ferra.in ſua prac.in forma ſequeſtri.in col.1.& 2.

Quarta eſt concluſio, quòd ad hoc, vt acquiratur quaſi poſſeſsio eligendi,requiritur,quòd omnes canonici,paſsi fuerint iſtum,qui vult acquirere poſſeſsionem, intereſſe in electionibus,& dare vocem: ſecus eſſet ſi aliqui ex canonicis, quibus fuit deuoluta poteſtas eligendi propter negligentiã, vel defectum,aut delictum aliorum,dato quòd iſti admiſerint clericos ad electionem,quia non habebant poteſtatem, niſi quantum ad illum actum, eorum patientia nõ potuit operari, vt quæratur quaſi poſſeſsio in præiudiciis aliorum.Et in ſpecie iſtud decidit Io.And.in addit.ad Specul.in tit.de his quæ fiunt à maio.parte c.in additio.mag.& iſtud intelligatis,in alio quocunque caſu, quòd ſi aliquis nomine alterius exerceat actum, & patiatur alium exercitio, eius patientia non operatur, vt acquiratur alteri quaſi poſſeſsio.Et dicit Barto.ad propoſitum.in l.ſi publicanus.§.in omnibus.ff.de publica.in l.1.ad fin. C.de ſer.& aq. Alex.conſil.6.viſo themate.in prima parte. Quòd ſi aliquis tyrannus poſſedit caſtrum, vel villam, & eo patiente aliquis exercuit actus iuriſdictionales, non tamen acquiſiuit ius in præiudicium veri domini. Benè facit text.in l.licitatio.§.earum.& l.fin.§.pen.ff. de pub. & vect. quòd ſi publicanus vel pedagiator permiſit aliquem tranſire abſque ſolutione, non fit præiudicium verò domino. Et ſi aliquis opponeret l.peregrè.§.quibus. ff.de acquirenda poſſeſ.& ibi latè Alexan.quòd ſi colonus nomine domini poſsideat fundum, & ſpecie permittat alteri adipiſci poſſeſsionem,dominus priuabitur, & ille acquiret. Ad idem text. in l.fin. C.de acq.poſſ.Reſpõdi,illum iura in rebus corporalibus, in quibus ad acquirendum poſſeſsionem, non requiritur ſcientia domini, vel alterius poſſeſſoris.l. ita poſsidere. l.qui ad nundinas. ff.de acquir.poſſeſ. hîc loquimur de iure incorporali, in quo acquiratur poſſeſsio requiritur ſcientia,& patientia.l.2.cum ſimilibus.C.de ſeruit.& aqua.

Limitat tamen hanc deciſionem Abba. duobus modis.

Primò quando iſti clerici habebant titulum, & à non domino, hoc caſu quaſi poſſeſsio acquiratur ex exercitio non interueniente, & ex ſcientia veri domini.l.fina.C. de prę ſc.long. temp. Paul. de Caſt.in d.l.2.C.de ſeruit.& aqua. Cepol.in tractatu ſeruit.vrb.c.2.col.4.

Secundò limita,quando clerici exercuiſſent per tantum tempus, de cuius initio non eſt memoria, quia tunc non requiritur ſcientia veri domini, cum tale tempus id operetur,quod verus titul.cap. ſuper quibuſdam. §.præterea.infrà de verbo.ſignifi. l.2.in fi.ff.de aq.quotid.& æſtiua.

Capio glo.verbo quaſi,quæ duo facit.Primò declarat text.2. vbi arg.contra format oppoſitionem, quam non ſoluit. Circa primum Abba. duo facit. Primò dicit hîc eſſe notãdum, qualiter dictio quaſi importat diminutionem & improprietatem, ex eo quòd text.loquendo de iuribus incorporalibus adiecit dictionem quaſi,denotãdo quòd propriè non poſsideantur,& ſic impropriè alleg.glo. cap.prout. verb.vtpote,infrà de do.& contu.glo.parrochianus. verbo, quaſi, infrà de deci. Ad idem eſt text. cum ſua glo.in l.mulier.§.fi.ff.ad Trebel.in l.poſthumorum. ff.de iniuſt. rup. teſt. quia tamen quandoque dictio quaſi, & ſimiles requirunt expreſsionem veritatis,vt habetur c.Ioſeph.de verborum ſignific. in cap. parroch. Decius in l. 1. ff. de tranſact. in l.ſi ante. vbi omnes tradunt de ſignificatione illius dictionis.ff.ſolut.matrimo.in l.aduerſus.vbi Barto.C. de non numer.pecu.Concludatis quòd quando in diſpoſitione, in qua ponũtur tales dictiones ad verificationem ipſius, ſi verba quibus iunguntur ſecundum veritatẽ poſſunt ſignificare illud ad quod ponuntur,importabunt veritatem,& impropriè accipientur:aliàs verò importabunt fictionem, vel diminutionem.Bart.ita declarat.in l.ſi is qui pro emptore.in repet.14.col.3.quæſt.principali.in fine.ff.de vſuc.Alex.conſi.2.viſis codicillis.colum.2.in prima parte.Secundò voluit Abba.poſt gloſſ.quòd incorporalia non poſsideantur, ſed quaſi poſsideantur.l. ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſur.l.ſi ædes.§.libertas.ff.de ſeruit.vrb.præd.Ad idem tex.in l.ſeruus.§.incorporales.ff.de acquiren.re.domi.l.3.in princip.& ibi traditur.ff.de acquirend. poſſeſ. Bonus text.in cap.fin. ſuprà de iudic. Notetis tamen,quòd aliquando diſpoſitio faciens mentionem de re incorporali,vtitur verbo poſſeſsio,nec per hoc vitiabitur,ſed debet impropriari,vt ſuſtineatur.c.olim 2.& ibi Abba. col.1.

infrà de reſti. ſpol.c.2. infrà de in integ.reſtit.l.ſed ſi poſſeſſori.§. item ſi iurauero. Vbi & latè Iaſo. dicit eſſe notandum pro teſtibus.ff.de iureiur.

Circa ſecundam partem, glo. in qua opponit d. cap.reintegranda.3.q.1.dicunt hîc Ioan.And. col.fi. Petr. de Anchar. in 4.oppoſitione.Card.verſic.nos igitur.Io.de Imol.col.4. Abb.col.9.iſtud cōtrarium eſſe cōtra text.inquantum voluit,quod pro iuribus incorporalibus, detur remedium reſtitutorium, & tamen tex.in c.reintegranda. loquitur tātummodo de rebus corporalibus. reſpondent omnes,quòd licet ille text.det remedium reſtitutorium,nō tamen negat,vt non detur,& pro incorporalibus,& quod pro iuribus competat.Alleg.tex.in c.nuullus.2.q.2. l.pen.ff.de ſeruit.tit.generali.Verum eſt tamē,quòd remediū cōpetens pro incorporalibus non eſt directum.nā directum datur ſolùm pro rebus ſoli,& ſic pro corporalibus.l.1.in princ.l.3.§.vnde vi. eo. tit.ſed illud remedium erit vtile, quia non venit ex verbis edicti prætoris,ſed tantummodo ex mente.Ad hoc allegant Bar.in d.l.3.§.vnde vi,Inno.in c.querelam, col.1. ſuprà de elect. Dabitur etiam remedium d. c. querelam.pro incorporalibus.vt ibi per Innoc.

Circa iſtud ſunt tria videnda, primo quomodo tex.in d.c.reintegranda.probet,qualiter ibi fiat mentio tantummodo de rebus corporalibus. Secundò ſi pro rebus incorporalibus dentur remedia poſſeſſoria. Tertiò vtrum ſint directa, vel vtilia, & quæ vtilitas ex hoc reſultet.

Quantum ad primum in c.reintegranda.videntur eſſe tria verba,quæ probāt, quòd loquatur tantummodo de rebus corporalibus,primò dicitur loco ſuo,quia incorporalia non circunſcribuntur locò.Et quando diſpoſitio loquitur de re exiſtente in aliquo loco, non comprehendit incorporalia. Bonus text.in l.Caius Seius, in princ. ff.de leg.2.in l.ſi fideicommiſſum.§.tractatum.ff.de iudic.l.fin. C.de præſcrip.long.temp.Soc.conſi.101.viſo teſtamento. col.2.& conſil.775. viſo teſtamento.col.1.& 2.Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.col.fi. ff. de verbo. oblig. Vbi infert ad donationem quæ fuit facta de omnibus bonis præſentibus & futuris,in quocūque loco exiſtentibus, quod valeat, & teneat:quia in ea non veniunt iura & actiones quæ nō dicuntur eſſe in loco.Secundò videtur probare verbum res ſua, quia proprie ſecundum quod plures voluerūt, appellatione rei ſuę nō veniāt iura & actiones,de quo tamen videatis Bar.in l.poteſt.ff.de auct.tuto. Tertiò verbum ſubſtantias,& iſtud melius probat,quia ſecundum philoſophum in prædicamēto ſubſtantiæ, ſubſtantia proprie dicitur, quando de per ſe ſtat non cohærens alteri ſecundum ſuam naturam, incorporalia tamen, quia ſunt quædam qualitates, dicuntur cohærere alteri, ſcilicet ſubſtantiæ, vt dicit idem philoſophus in prædicamento qualitatis. Et ad iſtud facit alluſio vocabuli ſubſtantia, quaſi per ſe ſtans, ex qua alluſione elicimus propriam ſignificationem vocabuli.Ita Barto.in l.omnes populi.in 3. quæſtione 5.partis principalis. ff.de iuſtitia & iure.

Quantum ad ſecundum dicatis, quòd pro rebus incorporalibus competunt remedia poſſeſſoria, prout & pro rebus corporalibus. l.penul. ff. de ſeruit.l.ſicuti.§. Ariſto.ff.ſi ſer.vend.l.fi.ff.vti poſsid. l.1.§.vnde vi.ff.vnde vi.glo.maio.ad fin.in cap. licet cauſam. & ibi Abba. colum. penult. ff. de probat. Alexand.in l.mulier. in princip. colum.prima.ff.de acquiren.poſſ.

Quantum ad tertium Abba.hîc,& in dict.cap.licet cauſam, voluit quòd remedium poſſeſſorium competens pro incorporalibus, dicatur vtile, non directum,quia non competit ſecundum verba edicti prætoris. Nam prætor in l.prima. in princip. ff. vnde vi, loquitur de rebus ſoli, & ſic de rebus corporalibus, ſed benè competit ex mente edicti prætoris. Sed aduertatis ad iſtam rationem, quia non videtur quòd remedium,quod competit ex mente, non ex verbis, dicitur remedium directum, prout & illud quod competit ex verbis:ſed remedium vtile appellatur,quod non competit neque ex verbis, neque ex mente, ſed extenditur per Iuriſconſ.vt videtis ex edictis prætorum, de quibus in ſingulis titulis de interdict. ff. Iuriſconſul. primo poſuerunt verba edicti, poſteà interpretati fuerunt illa remedia,quæ inueniuntur vtilia,Iſta ſunt de mente Bar. in l.curatoris.C.de negot. geſt.in l.prima.ff.de acti. & oblig.In quibus locis declarat quomodo cognoſcatur,remedium vtile à directo. Verum eſt tamen, quòd remedia competentia pro incorporalibus dicuntur vtilia, quia interdicta faciunt mentionem de rebus corporalibus. Et leges quæ loquuntur de iuribus incorporalibus,vt competant remedia,ſunt extentiones Iuriſconſul. non autem verba prætoris. Et iſtud quòd dicatur vtile remedium voluit Bartol.Alexand.in l.naturaliter.

Vtilitas eſt magna,quia ſi eſſet directum & competeret edicto prætoris, non duraret niſi annum à tempore quo incepit competere, ſed quia eſt vtile, & deſcendit à ciuili,durabit per triginta annos.Inſt. de perpet.& temporal. action. in princip. vbi remedia prætoria ſunt annalia, & ciuilia perpetua. Alias vtilitates colligatis per Bartol. in dict.l.1. colum.4. ff.de acti.& oblig.

Capio glo.verbo rēducentes,ſuper quam Abba. hîc 10.col.format contrarium ad tex. dum dicitur, quòd Romanus Pontif. reduxit clericos in quaſi poſſeſsione eligendi, & tamen poſtea in fin. text. pronuntiauit in petitorio contra eum, qui non reſtituit poſſeſsionem, & poſtea vult quod ab eo auocetur. Et dicit Card.verſic.nos igitur,in vltima oppoſitione, quòd videtur facere prout faciunt pueri, qui dant pomum & ſtatim repetunt. gloſſ. ſentiens iſtud contrarium dicit, quòd pronuntiatio ſuper poſſeſſorio fiet tantummodo verbo, non autem exequetur. Et circa iſtud Abba. iterum opponit, & ideo ſequeretur leges eſſe impoſitas verbis, non rebus, contra text.in cap.commiſſa, ſuprà de elect. in 6. ſequeretur aliud abſurdum, quòd introducerentur remedia fruſtratoria, & ſine vtilitate, contra text.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.vt leg.no. cauea.& cap.2. infrà de prob. tandem Abba. refert opiniones docto.& concludit, quòd pronunciatio ſuper poſſeſſorio,non erit ſine effectu,quamuis ſtatim feratur ſententia ſuper petitorio, quia ille qui obtinet in poſſeſſorio,licet teneatur poſteà reſtituere,conſequetur tamen fructus perceptos à tempore ſpoliationis,vt voluit glo.in c.cū ſuper.verbo reſtituendum, in hoc tit.glo. c.ſignificauerunt, infrà de teſti.



teſti.Et ex hoc limitatur illud quod traditur per gl. in c.grauis.glo.mag.infrà de reſti.ſpol.in l.ex diuerſo in princ.ff.de rei vend.§.1. inſtit.de officio iudic. Ibi habetur, quod poſſeſſor tenetur reſtituere petitori omnes fructus quos percepit,ſi ſunt in rerum natura,vt non habeat locū in remedio reſtitutorio. Quia ſpoliator,propter dolum ſuum,quamuis fuerit dominus,non cōſequetur fructus perceptos durante ſpoliatione.limitatur etiam regula quæ habet dolo facis, quia petis quod oportet te reſtituere. c. dolo.de reg.iur.in 6.l.dolo.ff.de except. dol. vt non habeat locum in poſſeſſoriis,vt voluit glo.c. in literis.infrà de reſt.ſpol.

Circa iſtam glo.& verba Abb. ſunt aliqua vidēda,primo(& iſte eſt principalis articulus,) ſi in hoc text.fuerit facta reſtitutio realis, & cum effectu, in fauorem clericorum.glo.tenet quod fuit facta tantummodo verbo non re.idem Innoc. col.pen. Bal. col.fi.vbi in arg.alleg.tex.in l.qui ſic ſoluit.ff.de ſolut. quod qui ſoluit vt ſtatim repetat, non videtur ſoluiſſe, ſed hîc ſtatim fuerunt clerici condemnati, ſuper petitorio quod aduocat poſſeſsionem, non videtur contra facta reſtitutio.Idem voluit Abb.dicens quod non eſt aliquod verbum, per quod denotetur actualis reſtitutio.Et quamuis fuerit caſſata electio, non importat reſtitutionem : nam poſt verba caſſationis, Romanus Pontif. facit reſtitutionem.Præterea caſſatio facta fuit nō habito principaliter primo reſpectu, ad poſſeſsionem, ſed ad contemptum clericorum.cap.quod ſicut.cap.bonæ ſuprà de elect.Iſtud idem voluit Abb. & ibi glo. in ca. proximo verbo, reſtituendum.infrà hoc titulo, Vbi glo. ponit quem effectum habeat talis reſtitutio verbalis. Contrarium tamen tenent hîc Abb. antiq.in fin.verb.Hoſtien.còl. 4. verbo reducentes. Ioan.And.col.fi.Card.verſic.nos igitur in fi.oppoſitione.& Ioan.de Imol.col.4. quod fuit facta reſtitutio actualis quādo Rom.Pontif.caſſauit electionem.Et iſta videtur eſſe verior opinio, contra glo. & præfatos doct. & ad hoc bene facit quod voluit glo.vbi Bart.& cæteri commendant.in l.ab emptione.glo.mag.cir.med.ff.de pac.quod quemadmodū ex traditione inſtrumentali transfertur poſſeſsio rei,de qua fit mentio in inſtrumento.l.1. C. de donat.ita ex inciſione inſtrumentali transfertur poſſeſsio.de qua glo.Bal.in præludiis Feud.col.8. in c. 1. col. 2. quid ſit inueſt. ibi contra probatur, quod quando ex aliquo actu transfertur poſſeſsio in alium,caſſando & irritando illum actum, ſine alio facto,transfertur poſſeſsio in priorem poſſeſſorem. Ita contra in iſto tex.quia canonici per electionem acquiſiuerunt quaſi poſſeſsionem,& priuarunt clericos reſcindendo electionem, trāsfertur quaſi poſſeſsio in clericos,qui erant poſſeſſores.quod eſt notandum, pro intellectu huius capituli, & quotidie contingit in actu practico : & ſic oportuit Papam pronunciare, vt ſententia libello conformis eſſet, vt eſſe debet.c.licet Heli.de Simo.

Secundò eſſet videndum hîc, quando fertur ſententia ſimul ſuper poſſeſſorio, pro vna parte, & ſuper petitorio pro alia, quia priuilegium petitorij eſt, vt aduocet poſſeſſorium.cap.cum dilectus.infrà hoc titulo.l.qui reſtituere.ff.de rei vend.glo.§.1.verbo nullo iure.inſt. de act. vtrum poſsit demandari executioni ſuper poſſeſsione, dato quòd debeat ſtatim reſtitui illi qui obtinuit in petitorio. Quia iſte tex.fuit iam ſatis oneratus, reſeruo dicendum vbi eſt locus proprius d. c. cum dilectus. vbi etiam videbimus quæ vtilitates reſultent exequi ſententiam ſuper poſſeſſorio,& ſtatim reſtituere rem.

Tertio ex dictis Abba. hîc habetis colligere vnā regulam,cum vna limitatione, quod fructus ſiue naturales,ſiue induſtriales percepti, & qui adhuc ſunt, debent reſtitui illi qui obtinuit in petitorio. l.certum.l.donum.C.de rei vend.glo.in l. ex diuerſo.in princ.ff.de rei vend.glo.in §.1.inſt. de offi. iud. de hac regula Bart.in d.l.ex diuerſo. Abb. & alij in c.grauis.infrà de reſti.ſpol. Spec. in titulo de fruct. §.1.reſeruo dicendum in d.c.grauis. limitabitur ſecundum Abb.hîc in violento, dato quod obtineat in petitorio, fructus tamen non lucrabitur, ſed reſtituet illi qui obtinuit in poſſeſſorio, & qui fuerit ſpoliatus,& iſtud eſt propter ſuum dolum & ſuam culpam.Idem voluit glo.& ibi Abbas. infrà hoc titulo.idem Abbas in c.paſtoralis.col. 9. Ioan. And. in c.qui ad agendum in mercu.de regul. iur.in 6.& in addit.ad Specul.in tit.de peti.& poſſe. §. 1.verſic. quid ſi is. facit illa regula, quòd quis ex dolo ſuo, non debet conſequi commodum.c.& ſi neceſſe.infrà de donat.inter vi.& vxo.c.pen.ſuprà de his quæ vi met.cauſa fi.

Quartò habetis ex dictis Abb. quia verba in diſpoſitione debent aliquid operari, & debent conſequi effectum.c.commiſſa de elect.in 6.l.2. in fin. C. cōmunia.de leg.l.quod Labeo. ff.de Carb. edic.c.ſi Papa.de priuil.in 6.l.ſi quando in principio. C. de inoffi.teſtamento. ſi non poſſunt cōſequi effectum realiter, & prout verba ſonant, ſufficiat quia conſequantur eo modo quo poſſunt, & aliqualem vtilitatem afferant licet paruam : prout in ſimili voluit glo.quam alleg. in cle. quia regulares. glo.mag.de ſuplend.negl.prælat.Ad iſtud bene facit text.l. 2. & ibi Bal.Sali.& alij.C.de collat.Quod aliquid debet impleri,& non impleri realiter,& cum effectu, ſufficit quod adimpleatur quomodocunque poteſt. Et dicit Bart.in l.quidam cum filium,col. 3. verſic. 2.nota.ff.de verb. oblig.quod ad euitandum ſtipulationem pœnæ ſufficit implere promiſsionem de facto.In ſimili bonus tex. in l.mulier in princ.ff. de condit.inſtit.in l.quibus diebus. §. dominus ſeruo. ff.de condit.& demonſt.l.vt hæredibus. §. fin.ff. ad Trebel. In ſimili eſt bona glo.in cap.ſi duo. verbo inſolidum, quam ibi notat Dominicus de procur. in 6.commendat Iaſ.in l.ſi quis poſthumos.§.1.col. 8.ff.de lib.& poſthu. quod ſufficiat habere aliquem effectum,dato quod non conſequuntur, prout ſonant,in ſimili diximus, quod ſtatuta contra ius cōmune,licet debeant aliquid operari, debent tamen interpretetari vt minus lædāt ius commune, quàm ſit poſsibile, & non ſufficiat, quòd habeant aliquem effectum. dato quod non conſequantur integraliter,prout ſonant.l.3.ff. ad l. Aquil.l. ſed & ſi lege. §. vt gradatim.ff.de munerib. & hono. plura Soc.in conſil.308.pro decimo,col.3.

Capio glo. verbo, quicquid, quæ habet duas partes:in prima adducit concordantes ad tex.dum dicitur in iudicio venire omnia quæ poſſunt compræhendi ſub actione intentata. Et de hoc aliquid

dicemus in glo.ſequent.2. verſic. ſed quid. Format quæſtionem quomodo in iſto text.canonici intentauerunt petitorium,quia ipſi poſsidebãt, ſed actio realiter non datur poſſeſſori.§.iſte quoque.inſtit.de act.cap. examinata. ſuprà de iudic. reſpondet illud habere locum in actionibus realibus quæ competunt pro rebus corporalibus, in iſto text. loquimur de actionibus realibus quæ competunt pro incorporalibus.Vt ſunt cõfeſſoria, quæ competit illi qui prętẽdit incorporale ius,& negatoria quę datur illi, qui prætendit libertatem , & non teneri ad illud ius.Iſtę enim actiones dantur poſſeſſori.l.2.§.1. l. & ſi forte.§.ſciendum. l. ſicuti.§. ſi quæratur. ff. ſi ſer. vend. Et ita cum hac glo. tranſeunt hîc Hoſtien. col.5.Ioan.And.col.fi.verſic.vltimo.Bal.col.fi.Io.de Imol col.5.& Abb.ſe remittit ad dictũ c.examinata.

Ex qua glo.habetis duo colligere, quod pro rebus corporalibus non competit actio poſſeſſori,de quo eſt tex.in l.vnica.C.de alie.iud.mut.cauſa fac. Imo ſi poſſeſſor intentaret actionem realem pro re corporali , diceretur perdere poſſeſsionem , & in alium transferre. Ita gloſſa communiter approbata , in l. naturaliter. §. nihil commune. gloſſa finalis.ff. de acquirenda poſſeſsione. Ratio autem eſt euidens , quia actio realis competit ad aduocandam poſſeſsionem , vt notat gloſſ. §. 1. inſtit. de act.petit.contra ab alio quod reſtituat poſſeſsionem , ſi ideo poſsideat videtur ſibi contrarius , ex quo non eſt audiendus. l.1.cum vulg.C. de furt. Illud limitatur duobus modis. primo quando poſſeſſor eſſet conuentus ab alio , & ipſe per modum reconuentionis vellet deducere dominium,vt feratur pro ipſo ſententia , non ſolum abſolutoria, ſed declaratoria iuris ſui.de hoc eſt tex.in l.noſtra.ff.de probat.Et idem ex hoc dicatis in quocunque caſu, in quo aliquis vellet tantummodo petere declarationem ſui dominij vel iuris realis.quia forte diffamatur ab alio rem non eſſe ſuam.

Secundò limitatur habere locum , quando poſſeſſor haberet omnem poſſeſsionem , & vacuam poſſeſsionem.Nam ſi alius haberet detentationem, contra illum bene competit rei vendicatio , dato quod actor poſsideat naturaliter,vel ciuiliter.l. officium.ff. de rei vend. & de his latiſsime per Ang. in §.1.& ibi Iaſ.col.15.inſtit.de act.

Secundò habetis ex glo.quòd confeſſoria & negatoria , quæ dantur pro iuribus incorporalibus competunt poſſeſſori , ſeu quaſi poſſeſſori , de quo eſt tex.in l.penul.ff.ſi vſuſfruct.pet.Bar.in l.ſi prius. in 3.oppoſitione ſecundæ part.ff. de no. ope. nunc. vbi latiſsime tractatur qualiter debeat formari libellus in iſtis actionibus. Et inter cætera concludit vnum eſſe neceſſarium ad hoc vt competant,ſcilicet quod intentans talem actionem fuerit turbatus ab illo,contra quem vult agere.

Limitatur tamen hæc concluſio.per Bart.in l. fi. ff.de alie.iud.mut.cauſa fact.de quo art.late per Iaſ. poſt Angel.§.æque.col. penul. & fi.inſtit.de act. ratio autem ad iſtam concluſionem eſt.nam intentans tales actiones,petit tantummodo ab aduerſario quod patiatur ipſum vti illo iure.l.quoties.§. 1. ff.de ſeruit.titulo generali.Et ideo poſſeſſor qui turbatur ab alio , intentat iſtud remedium petendo quod deſiſtat à turbatione,& patiatur eum vti.

Capio glo. verb. id venire, quæ habet tres part. in prima adducit tex.iuris.ciuilis in quo fit mentio de regula poſita in hoc cap. & eſt l.ſolemus. ff. de iudic.in 2.par.poſt principium,vbi illa regula expo nit dupliciter iſtũ tex.l.1.vt loquatur de actionibus particularibus in quibus veniunt omnia quæ ſunt acceſſoria ad rem petitam,vt ſunt fructus,impenſæ & intereſſe.l.ædiles 1.§.Item ſciẽdum. ff.de ædil.edicto.l.Anteus.§.fin.ff. de aq.plu. arcend. ſecundo exponit vt intelligatur de actionibus vniuerſalibus, vel actionibus generalibus.vt in eis compræhẽdantur quæ poſſunt contineri ſub actione intentata. l. ſi quo tempore ff. de petit. hæred. l. in iudicium. ff. commun.diuid. Iſta tamen habent locum in actionibus bonæ fidei. ſecus in actionibus ſtricti iuris. l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbo. obligat. in tertia part. ibi argumentum. & ex hoc collige, quod iudex non debet condemnare pluſquã fuerit petitum vel proſecutum , niſi iſtud veniret de natura actionis,quia quandoque condẽnabit in plus, quandoque in minus.d.l.4.l. ſi quo tempore. ff. de pet.hæred.l.ſin autem. §. poſsidere. ff. de rei vend. cum hac glo. tranſeunt hîc omnes. In vno tamen Abb.reprobat.glo.inquantum glo.voluit , quod in cõpromiſſo non compræhendatur cauſæ expreſſæ, quia dicit quod imo in libello, dato coram arbitro poſſunt contineri omnia quæ comprehenderentur corã iudice,vt voluit Bar.in d.l.ſolemus.ff.de iudic. Vos autem ſoluendo glo. dicatis quod glo. voluit habere reſpectum non ad libellum , ſed ad ipſum compromiſſum.quòd in compromiſſo non cõprehendantur niſi cauſæ deductæ , niſi tamen coram arbitro procederetur ſuper aliqua cauſa in cõpromiſſo expreſſa, libellus bene comprehenderet omnia,quæ ſunt de natura illius cauſæ. Et ita intelligit Bar.in d.l.ſolemus.Cum autẽ compromiſſum non contineat niſi cauſas expreſſas, ratio eſt , quia dicitur quædam tranſactio, vt notatur in authen. ſi verò contigerit. C. de iudic. ſed tranſactio non comprehendit niſi cauſas expreſſas.l. ſub prætextu.l. ſi de certa.l.ſi pro fundo.C.de tranſact.

Circa materiam huius glo.& tex.vt breuiter reſoluatur, duo ſunt videnda. primo,vtrum libellus generalis,vel incertus procedat. ſecundo ſi in libello, vel iudicio comprehendantur alia quàm fuerit petitum.

Circa primum communiter dicitur,quod libellus generalis vel incertus admittitur , niſi pars opponat.l.fin.C.de annua.except. Verum eſt tamen, quòd poſtea debet in proſecutione declarari libellus,vt eſt gloſſ.ord.in l.1. §. ſi quis argentum. ff.depoſ.Bart.in l. ſi in rem , in princ.ff. de rei vend.in l. inter ſtipulantem.§.1.ff.de verbo. oblig. Abb. & alij in c.dilecti.col.fin.ſuprà de iudic.Felin.in c. ſignificantibus.infrà de appel.Iaſ.vbi late,col.2.& 3.l. 1. ff. de officio acceſſ.Iaſ.in §. curare.col. 2. & ſequenti. inſt.de act.& in iſtis caſibus nõ eſt dubium,quod in libello comprehendantur omnia,quæ poſſunt contineri ſub actione intentata.

Circa ſecundum eſt primo aduertendum,quòd quædam actiones dicuntur particulares , in quibus res particularis petitur. vt ſi volo petere domum, veſtem,pecuniam, aut quòd fiat aliquid particulare. Quædam appellantur vniuerſales , vt, quando petitur aliquod vniuerſum, compræhendant plura particularia,non diſtincta per negotia , vel ſpecies, vt eſt petitio hæred. actio familiæ herciſcũdæ,actio ex teſtamento,pro fideicommiſſo reſtituẽdo, actio ex empto, quãdo venditur hæreditas,actio pro dote,& ſimiles.Quædam dicuntur generales, quando ſub nomine actionis plura comprehenduntur differentia per negotia, & ſpecies.Vt actio pro ſocio,in qua fortè eſt negotium ſatis peruerſum:actio tutelæ, actio negotiorum geſtorum. & de his differentiis actionum ponitur per gloſ. vbi omnes tradunt in l.1.in princ.ff.de edend.c.2.vbi Abba. col.3. & ſequent. ſuprà de libel.oblat.Innoc.in c. conquerente.col.fi.ſuprà de officio ord.& in c.certificari. infrà de ſepult.Spec.in titulo.de act.& petit.§.1. in princ. In quibus locis concludunt docto. quod in actionibus particularibus aut nos loquimur in actionibus realibus,aut perſonalibus. In realibus procedit libellus,non expreſſa aliqua cauſa. Vt ſi volo petere domum,quia habeo dominium, non teneor exprimere cauſam dominij,ſiue ex donato,ſiue ex teſtamento,vel aliàs.& hoc caſu omnis cauſa quæ poteſt comprehendi continetur , niſi ſe reduxerit ad vnam cauſam.Et quia nõ ſe reduxit ad vnam cauſam,ſententia lata contra ipſum ſibi præiudicat, in omnibus cauſis, ita quod non poteſt amplius agere.Quando vero expreſsit,vel eſt proſecutus vnam cauſam , ſententia lata non impedit quominus ex alia cauſa poſsit iterum agere. l. & an eandem. §. actiones.vbi latè Bar.ff.de excep.rei iud. In actionibus verò perſonalibus , tenetur exprimere cauſam, vt reus certus ſit quid ab eo petatur.l.1.in princ.vbi glo.ff.de edend.

Si vero loquamur in actionibus vniuerſalibus, vel generalibus,libellus generalis procedit, & in eo comprehenduntur omnia quæ contineri poſſunt ſub actione intentata.Vt ſi intento petitionem hæreditatis non teneor exprimere bona quę ego peto. & continebuntur omnes res hæreditariæ. Vel ſi ago actione pro ſocio , non teneor exprimere de quo negotio peto reddi rationem. Verùm ſi reſtringerem me ad aliquod negotium , ſententia lata non præiudicaret in aliquo negotio,vbi aliàs,ſi non fuit facta reſtrictio præiudicabit in quocũque negotio. l.licet.C.de iudic.& de his latè Abb.in d.c.2. col. 4. & ſequen. ſuprà de libel. oblat. Iſta omnia habent locum, in his quæ principaliter ſunt petita , vel ſub nomine petitorum principaliter continentur. Circa vero acceſſoria,vt fructus,expenſæ,vſuræ, intereſſe , vtrum veniant in libello , diſtinguendum eſt aut loquimur in actionibus bonæ fidei. de quibus in §.omnium autem.inſtit.de acti. in quibus actionibus aliquæ ſunt particulares , vt ſunt actiones ex empto,vendito,locato, conducto, mandati,cõmodati,depoſiti,pręſcriptis verbis quę dicũtur ex æſtimato & permutationis. Aliquæ ſunt vniuerſitatis, vt familiæ herciſc.communi diuidundo, & petitio hæreditatis. Aliquæ generales, vt tutelæ, negotiorũ geſtorum,& pro ſocio. In his omnibus actionibus de natura actionis veniunt talia acceſſoria.l.videamus.1.§.in actione.ff.de vſur.l.mora.§.in bonæ fidei. eo.tit.l.2.C.de act.empt.l.ſi hæres.l.in bonæ fidei.ff. de eo quod cer.loc.Specul.in titulo.de expenſ.§.ſic itaque.verſic.1.& verſic.in ſumma. & in §. nunc de expenſis.verſic. hoc autem notandum. & iſta poſſunt peti, & contineri ſub eodem libello. Aut nos loquimur in actionibus ſtricti iuris,& iſta nõ competunt niſi ex officio iudicis,non autem ex natura actionis.l.eleganter.§.non ſolum.ff.de dol.& in iſtis iudex non interponit officium,niſi his quæ occurrerunt poſt litem conteſtatam. De his autem quæ occurrent ante , non comprehenduntur,nec continentur in illo iudicio, ſed eſt opus alio nouo libello.l.ædiles.1.§.item ſciendum.ff.de ædil.edic. Abba. latè in c.grauis.col.pen.infrà de reſt.Alias remiſsiones tradit Iaſ.in §.omnium.col.fi.inſtit.de acti.

Capio glo. verbo non ſolum.quæ ex text. elicit vnum modum arguendi , ſi illud quod eſt maius videatur,multo fortius illud quod eſt minus.Et ſic diſpoſitio concedens quod eſt maius , videtur concedere quod eſt minus.cap.cum licet.de reg. iur. in 6.l.non debet.l.in eo quod.ff.de reg.iur.bonus text. & ibi Alex.& Iaſ.in l.videamus.ff.de in lit. iur. in l. in ſuis.& ibi Iaſ.col.5.ff.de lib.& poſthu.in l. nec in ea.ff.de adult.Vbi voluit Bart.quod ſi per ſtatutum permittatur occidi bannitum,multo fortius & vulnerare.Bonus tex.in l.cui pacto.ff.de ſer. export. c. ex parte.3.& ibi glo.infrà de decimis.cap.per venerabilem qui fil.ſu.legi. Et ſi forte opponeretur de tex.l.relegatorum.§.pen.ff.de inter.& releg.vbi prohibitus aſpirare ad maiores honores , non videtur prohibitus de minoribus. Ad idem text. l.maioribus.ff.de iuriſ.om.iud. vbi prohibitus condemnare ad mortem, non eſt prohibitus condemnare ad fuſtigationem. Reſpondeatis quod de maiori ad minus bonum eſt argumentum , quando maius permittitur,ſed quando maius prohibetur,tunc debet argui,de minori ad maius.Et iſtud eſt quod ſolent logici dicere,quod ab vniuerſali ad particularem negatiuè, valet argumentum : & à particulari ad vniuerſalem affirmatiuè, ſed non è contra. De quo eſt glo.in cap.cum in cunctis.ſuprà de elect. in authenti.multo magis.C.de ſacroſanct.eccl.de quo etiam modo arguendi,Alex.conſil.29. animaduerſis.col.fi. Limitetis tamen per text. c.cui non & ſacerdotali. & ibi tex aſsignat rationem, de præben. in 6.circa modos arguendi in iure,vſque ad 37. cumulauit Bal.in l.conuenticulam.col.2.cum duabus ſequent.legibus de epiſ.& cleric.

Capio glo.ſuprà verb.ne veniret,quæ elicit aliud argumentum.quod omnia cenſentur permiſſa,quę non reperiuntur prohibita. bon.tex.in l.ab ea parte.ff.de probat.l.mutus.§. cum quæritur. ff. de procur.in l.nec non.§.quod eis. ff. ex quib. cau. maio. glo.magiſtralis,quæ alleg.iſtum text. in cap. incorporalia circ.fin.verbo nõ inuenitur. ſuprà de tranſlat.prælat.in cap.ex literis.glo.4.infrà de iure patro. Bal.in conſil.205.factum ſic ſe habet in 2. par. facit text.in l.1. ff. de teſti. quod intellige, niſi diſpoſitio aliquid prohiberet,quia tunc omnes cẽſentur prohibiti,niſi tunc reperiantur permiſsi.glo.in d.c.corporalia circa fi. Capio glo. verbo cathedralis. quæ adducit concord.ad illud qualiter electio epiſcopi, de iure communi ſpectabat ad canonicos : de quo diximus ſuprà in tex.5.notabilia.

Capio glo.verbo de conſuetudine, volens quod ad introducendum conſuetudinem duo potiſsime requirantur : conſenſus eorum contra quos introducitur

ducitur l.ſi venditor.§..conſtat.ff.com.præd. intelligatis de conſenſu tacito qui introducitur quando ille alius ſciuit illum actum fieri & tacuit vt declarat Bart.in l.de quibus.col.4.ff.de leg. 2. requiritur, quòd conſuetudo fuerit legitimè præſcripta,ſolum id intelligatis, (vt quidam ciuiliſtæ voluerunt intelligere, ) quòd requirant conſuetudinem præſcribi, & ideo inuehebant contra canoniſtas vt errarent:in terminis quia lata eſt differentia inter cõſuetudinem & præſcriptionem,de quibus differentiis Alex.in l.more.col.2.ff.de iuriſ. om.iud. ſed debet intelligi conſuetudinem eſſe preſcriptam, quòd de iure canonico requiritur tantum tempus ad introducendam conſuetudinem,contra legem canonicã, quantum requiritur ad introducendam præſcriptionem.vbi de iure ciuili requiruntur tãtummodo decem anni.glo.in l.de quibus.& ibi Bart.& alij.ff.de legi.gloſſ. in l.2. quæ ſit long.conſuet. De iure canonico ad præſcriptionem requiruntur 40. anni.c.de quarta.infrà de præſcrip.ſimiliter 40.anni requiruntur ad introducendam conſuetudinem contra legem canonicam.glo.in c.fi.& ibi Abb.col. 5.ſuprà de conſuet.Vbi declarat quare tantum tempus requiratur de iure canonico.de quo Iaſ.in l. de quibus.col.10.vbi limitat.ff.de legi.Et iſtud tempus debet computari ab initio quãdo fuit facta aliqua conſuetudo.

Capio glo.verbo tertio.quæ ponit duo dicta.primo quod in criminalibus duo actus ſufficiunt ad inducendam conſuetudinem.l. 3.in fin. C. de epiſ. audi.Vos autem aduertatis circa iſtud,quia ille tex non loquitur propriè de conſuetudine,ſed de moribus, & aſſuefactione alicuius. Quod ad cognoſcendum vtrum aliquis ſit conſuetus aliqua facere, debet haberi reſpectus ſi bis illud fecerit, quod eſt notandum quia multoties recurrimus ad ea quæ ſunt conſueta fieri per aliquem.Bonus text. in l.vel vniuerſorum.ff. de pigno.acti. de quo Alexan. poſt Bar.in l.1.col.2.C.de edend.& in ſimili tex.in l.Mela.§.1.ff.de alim.leg. & ideo, ſi volumus dicere aliquem eſſe ebrioſum,mendacem, vel ſolitũ aliquid aliud fieri, ſi poſsit probari quod bis illum actum exercuerit, dicetur conſuetus talia facere. De quo Bart.in procem.digeſtor.col.2.

Notetis tamen primo circa iſtud,& in alia quacunque diſpoſitione, in qua ex multiplicatione actuũ,volumus aliquid inducere, quod non inducebatur vnico actu,requiritur interuallum inter illos plures actus.de quo eſt glo.in l.ſi conuenerit. ff. de pigno.acti.

Secundò voluit glo. quod in cauſanda conſuetudinẽ ſufficiat vnus actus,dummodo lapſum fuerit tempus legitimum. Circa iſtud Bar. (quem alij ſequuntur)in l.de quibus.col.5. ff. de legib. concludit quod ad minus debent interuenire duo actus. Niſi eſſemus in actibus habentibus effectum permanentem,ita quòd ſemper ille actus appareat. Vt ſi volumus acquirere conſuetudinem faciendi poteſtatem de vna domo,ſuprà ſtrata publica,quia ille actus ſemper appareat populo vnicus,ſufficit dũmodo fuerit lapſum tempus legitimum.Iſtud probat tex.in c. cũ de beneficio. de præb.in 6. de quo not.articulo latè Abb.in c.fi.col.7.ſuprà de cõſuet.

Capio glo.verbo temporis. quæ habet tres partes.in prima declarat quantùm tempus requiratur in præſcriptione iuriũ incorporalium.In 2. ibi, ſed contrarium videtur.ponit alium articulum vtrum in iuribus incorporalibus, vt acquirantur per præſcriptionem,requiratur titulus vel cauſa,in 3. ibi & ex eo ponit vnum dictum, qualiter ad impediendum ne exercens ius incorporale, illud acquirat, quòd ſibi fiat præſtatio.

Circa primam partem,quantum tempus requiratur ad acquirendum ius incorporale,per præſcriptionem,glo.concludit,quod de iure canonico nõ eſt differentia inter iura incorporalia,habentia cauſam continuam, & iura incorporalia habentia diſcontinuam,quia in vtroque ſufficit tempus 40.anno.c.de quarta.infrà de præſcrip.De iure autẽ ciuili, in habentibus cauſam diſcontinuã, requiritur duplicatum tempus.l.ſi ſit cõſtituta.ff.quemad. ſeruit. amitt.Abbas autem hîc in 7. col.ponit tres opiniones,primo illam quæ ponitur per glo. ſecundo dicit quòd in habentibus cauſam diſcontinuam, requiritur tantum tempus, de cuius initio non eſt memoria.vt voluit glo.ord.in l.ſeruitutes.3.in prin. ff.de ſeruit.titulo.generali.l.3.vbi glo.de ſeruit.& aq. 3.dicit, quòd quædam ſunt iura incorporalia mere corporalia, quæ debentur à re, & in ipſis,ſi habeãt cauſam continuam, ſufficit tempus decem anno. inter præſentes,& viginti inter abſentes. Si habeant diſcontinuam, requiritur tempus, de cuius initio non eſt memoria.per glo.in d.l.ſeruitutes.Quædam ſunt iura incorporalia perſonalia, quæ debentur perſonæ, ſiue debeantur à re vt,ſcindere ligna, ſiue debeantur à perſona,vt exigere pedagium, ius iuriſdictionis,vel decimarum perſonalium. Et in iſtis non eſt fienda differentia ſiue habeant cauſam continuam,ſiue diſcontinuam, quia vtroque caſu ſufficit tempus decem annor. inter præſentes, & viginti inter abſentes. vt voluit Bart. in l.iuſto.§.non mutat.ff.de vſucap.Vbi aſsignat rationem differentiæ, quia in iuribus realibus habentibus cauſam diſcontinuam,nõ ſufficit illud breue tempus. quia res cui debetur ſeruitus, cum non habeat animũ, non dicitur habere poſſeſsionem continuatam. & in præſcriptionibus requiritur continuatio poſſeſſionis,ſed in iuribus perſonalibus licet diſcõtinuis, perſona quæ ſemel exercuit actum animo retinet quaſi poſſeſsionem.Et in hac reſolutione Abb.fuerunt Petr.de Ancha.hîc in 7. oppoſitione & Ioan. de Imol.col. penul. alij ſe remittunt ad ea quæ traduntur in cap.de quarta. infrà de præſcript. de hoc articulo traditur per Bart.& alios,in d.l.ſeruitutes. idem Curt.poſt glo.& ibi Bal. & Paul. & Alex. in d.l.2.C.de ſeruit.& Bar.in l.1.§.denique.ff.de aq.plu. arcen.Petr.de Anchar.in repet.ca. ſine poſſeſsione. col.7.de regul.iur. in 6. Cepol. in tract. ſeruit.vrba prædio.c.19.& cap.20.& ibi Fel.in d.c.de quarta.in fin.col.& alij in locis infrà allegandis.pro reſolutio huius articuli, (quia eſt quotidianus, & vtilis.)primo aduertatis,ad cognoſcendum quæ iura habeãt continuam cauſam,& quæ diſcontinuam,licet plures dentur doctrinæ exercitio, quàm ſola natura operatur,& nõ requiritur factum hominis, quamuis ab initio requiratur aliquod opus faciendum per hominem,vt puta, in ſeruitute aquæductus in princip.fiunt foramina & immittuntur trabes.: iſta tamen



tamen non ſunt de propria ſubſtantia iuris incorporalis,ſunt tãtummodo quædam præparata:exercitium, dicitur ipſum ius incorporale, in quo homo nihil facit,& ideo curamus ſiue continuè, ſiue ſit in exercitio, ſiue non, vt videmus in ſeruitute ſtillicidij, quia non pluit continuè, tamen ex eo quod ſola natura operatur,non autem factum hominis, eius exercitio dicitur continua: & idem dicatis in omnibus aliis. Iſta omnia probat text. in l. foramen.de ſeruit.vrb.præd.ff.declarat Cæpol.in d. c.19.Alias remiſsiones ponit Felin.in d.c.de quarta. col. antepen. Illa autem iura dicuntur habere cauſam diſcontinuam, in quorum exercitio requiritur factũ hominis,ita quòd homo habet aliquid agere vel facere. Vt eſt ſeruitus itineris, viæ, actus, aquæ hauſtus,ius decimandi & ſimilia. Ex eo quod homo nõ poteſt ſemper agere,oportet quod dormiat, aliúdve faciat:ideo dicũtur habere cauſam diſcontinuam.Ita declaratur in locis iam allegatis. Iſtam declarationem ad cognoſcendum ius incorporale continuum,vel diſcontinuum, vbique poſuit Bart. (quem alij ſequuntur)in d. l. foramen.in l. ſeruitutes.3.in princ.ff.de ſeruit.titulo generali.& in l.2.de ſeruit. & aq.in l.2.§. denique.ff. de aqua pluui. arc. Cepol.in d.c.19.

Præmittatis etiam aliud,quia vt videbimus infrà, doct.faciunt differentiam inter iura realia & perſonalia,quòd iura incorporalia reperiuntur in quintuplici differentia,prout eſt de mente gl. in l.1.ff.de ſeruit.titulo generali.vbi Bart.in rubr. C. de ſeruit. & aq.Bal.in l.2.col.3.& ſequenti.eodem titulo.Petr. de Ancha.in c.ſine poſſeſsione.col.6.verſic.8.ponitur.de reg.iur.in 6.Quædam dicuntur mere realia, vt quæ debentur à re rei.& ideo dicũtur recta,quod quamuis homo & perſona habeat vſum, & exercitium,dicitur tamen ius competere rei.l. qui aliena. §.fin.ff.de neg.geſt.Vbi tex. dicit quod ſententia ſuper iſtis debet ferri in fauorẽ feudi. Et ideo in actu practico eſt aduertendum quando intentatur actio pro talibus iuribus, non debet petere ius ſibi competere,ſed debet dicere, quod declaretur ius competere fundo:prout latè Iaſ.in §.æquè.col.pen.inſti. de acti. Quædam iura dicuntur mere perſonalia, quæ debentur à perſona perſonæ:de quibus in toto titulo de iuſt.& iur.perſo. & toto titulo de agric.& cenſi.lib.11. C. Vt ſunt ſeruitutes taliabilitatis, homagij,& ſimiles.Quædam dicuntur mixtim realia, quæ debentur à perſona rei. de quibus text.eſt in l. Titio centum.§.Titio centum. ff. de condit. & demonſt.in l.Mæuia.ff. de manu.teſt.vt quòd aliquis teneatur ſtare in monumẽto de quo etiam in l.coloni.in l.litibus.C.de agri.& cenſi.lib.11.vbi fit mentio de ſeruis aſcriptis glebæ.de quibus etiam glo. in l.1. C. de ſeruis fugit. Quædam dicuntur mixtim perſonália,quæ debentur à re perſonæ,vt ſunt vſuſfruct.vſus, habitus. de quibus toto titulo.ff. de vſufruct.de vſu & habita. Quædã ſunt ſimpliciter perſonalia,& incerta, ſeu indeterminata quæ non debentur,neque à re,neque à perſona,ſed competunt perſonæ,vt quod aliquis habeat eligere:de quo iure fit mentio in iſto tex. & ad cognoſcendum, quantum attinet ad propoſitum. Nam quando dicit reale,vel perſonale,debemus ſolum conſiderare cui debeatur tale ius incorporale:ſi enim debeatur rei, quod eſt in duobus caſibus,quando eſt mere reale, vel mixtim perſonale, aut indeterminatum, & tũc appellatur perſonale.Nam ad cognoſcendum qualitatẽ iuris incorporalis, habetur reſpectus ad qualitatem rei,cui debetur. glo.eſt notabilis.in l.1.infrà verbo aream.ff.de ſeruit.vrb.prædi. Sed,quia quandoque conceduntur talia iura incorporalia, vel experiuntur, & non apparet ad cuius vtilitatem fuerint conceſſa. Vt puta, aliquis habet ius colligendi poma in horto vicini, vel ſcindendi ligna in ſylua alicuius,aut hauriendi aquam in puteo alterius,eſt difficile cognoſcere vtrum tale ius ſit reale, vel perſonale.recurratis ideo ad Iaſ.in §.æquè.col.2.inſtit. de actio.

His ergo præſuppoſitis, dum quæro, quantum tempus requiratur ad acquirendum ius incorporale per præſcriptionem, dico notanter per præſcriptionem.quia ſi aliquis haberet titulum ab eo,qui habet facultatem conſtituendi tale ius, non recurrendum eſt ad præſcriptionem.quia ſtatim ius cõpeteret: & quando ſtatim ius tranſit, ibi non cadit præſcriptio.l.ſequitur.§.lana. ff. de vſucap. l. clauibus.ff.de contrahend.empt. & vend. Sed quia plærumque tituli non repetiuntur, vel quia eſt difficile probare qualiter conſtituens habebat ius, vel quia in titulo non fuerunt obſeruata à iure requiſita,vel quia apparet conſtituentem non habere ius, vtile eſt recurrere ad præſcriptionem. Et in hoc articulo communiter glo.& doctores concludunt, quòd in acquirendo iure incorporali, ſiue alicuius ſeruitutis,ſiue aliud ius fuerit,quando habet cauſam continuam,ſufficit tempus decem annorum,inter præſentes,vel viginti inter abſentes.glo.ita voluit, (quã ſequuntur omnes)in l.ſeruitutes 3.in princ.ff.de ſeruit.titulo generali. Et fundamentum huius concluſionis eſt, quia præſcriptio in iuribus currit eo modo quo in rebus corporalibus.l.2. C. de ſeruit. & aq.l.fin. C. de præſcrip. long. temp. ſed in rebus corporalibus ſufficiunt decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes. l. vnica. C. de vſuca. transfer.l.2.C.de conſti.pecu.l.ſicut.C.de præſcrip. triginta vel quadraginta anno. iſtud etiam probat text.in l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſeruit. vend. quia diuturnum dicitur tempus, decem annorum. l.1.l.diuturno,& vbique glo.C.de acquir.poſſeſſ.glo.in l.de quibus.ff.de legi.& iſtud voluit Bart.in l 1. §. denique.ff.de aq.plu.arcend.idem Bart.vbi Bal. Paul. & alij in l.2.C.de ſerui.& aq.Cæpol.in d. tract. ſeruit. vrba.prædi.cap.19.Innoc.Hoſtien.Ioan.And. & ibi Abb. & Felin.in ſingularibus. cap. de quarta.infrà de præſcript.cap.ſi diligenti.eo.titulo.In quibus locis ponunt vnam limitationem, ne habeat locum quando præſcriberetur tale ius incorporale contra eccleſiam,quia requiruntur 40.anni.Et in hoc corriguntur iura ciuilia,vt omnis præſcriptio, quæ inducitur minore tempore 40.anno. ſi curreret contra eccleſiam,oportet quod habeat 40.annos.d.cap. de quarta. Et ſi curreret contra eccleſiam Romanam,oportet quod habeat 100.annos.& idem contra fiſcum, vel contra Rempubl.l.fin. C. de ſacroſanct.eccleſ.iuncta authentica ibi poſita.contra notetis pro limitatione huius concluſionis.Et ſi forte aliquis opponeret, quòd imo in habentibus cauſam continuam, non cadat præſcriptio, quia ciuilis poſſeſsio

poſſeſsio requiritur ad vſucapionem, & præſcriptionem. glo.magn.in fi.l.1.C.de ſer.fugit.Bar.(vbi alij poſt eum) in l.1.in princ.in 4.col.ff. de acq. poſſ. Ciuilis autem poſſeſsio dicitur conſiſtere in animo.l.3.in princ.ff.de acq.poſſeſſ.l.licet.C.eo. titulo. Sed,vt dicit Abb.hîc & Bar.in l.iuſto.§.non mutat. ff.de vſucap.fundus & prædium in quo acquiritur ſeruitus non habet animam, non poteſt ergo cadere præſcriptio. Reſpondeatur quòd ciuilis actio cauſatur ex animo domini fundi, qui principaliter habuit animum acquirendi ſeruitutem, dato quòd ipſe non continuet exercitium & vſum.quia tamẽ in iſtis ſeruitutibus continuis,ipſo facto cõtinuatur vſus,fundus dicitur fictè continuare iſtam ciuilem poſſeſsionem.Iſtud eſt de mente Bart. licet per verba obſcura.in l.1.in princ.col.5.ff.de acq.poſſeſſ. vbi (quia verba Bart. non poſſunt intelligi) apertè declaratur. Si vero ius incorporale habeat cauſam diſcontinuam,nullo tempore poteſt præſcribi.l.ſeruitutes.3.in princ.ff.de ſeruit.titulo generali, vbi iuriſconſ. aſsignat rationem, quia ſi habuit cauſam diſcontinuam, poſſeſsio non dicitur continuata, non poteſt ergo cadere præſcriptio.Nam inter alia requiſita ad præſcriptionem,requiritur continuatio poſſeſsionis,ſeu quaſi.l,naturaliter l.nunquam. §.1. ff.de vſucap. l..in vſucapione. ff. de diuor. & temp. præſcript.c.illud,infrà de præſcrip.l.vnica.vbi Bald. C.de vſuca.transfor. Sed contrarium cum non habeat animam, non dicitur continuare poſſeſsionem,nec vere nec ficte,prout dictum fuit in membro præcedenti. quòd continuatio vſus operatur tacite.Tamen iſta concluſio non habet locum in quatuor caſibus.Primus eſt,quãdo interuenit tempus de cuius initio non eſt memoria. Nam vſus taciti temporis in iuribus habentibus cauſam diſcontinuam operatur acquiſitionẽ illius iuris.l.hoc iure. §.ductus aquæ.ff.de aq.quot.& æſti.l.fin. §.fin.l.2. §. antepenul.ff. de aq.plu.arc.cap.ſuper quibuſdam.§. præterea.infrà de verbo.ſignificat.c.1.de præſcrip.in 6.c.contra meram, 100.diſtinct.cap. quia cognouimus.10.quæſt.3.& dicit tex. in l.2. in princ.ff.de aq. plu.arcen. qualiter per alterum de tribus dicuntur nobis competere talia iura,per legem,per titulum, per naturam loci,& per vetuſtatem temporis. Tale enim tempus,de cuius initio non eſt memoria,idẽ operatur, quod verus titulus, & per illud tempus, acquirũtur ea quæ nõ poſſent,aliàs acquiri, vt ſunt regalia & ſimilia. Plura ad hoc ponit Iaſ.in repet. l. quominus.col.8.ff.de flu.

Et ideo quando per pactum interuenit tale tempus de cuius initio non eſt memoria,illa bene currit. & de hoc per Felinum in rubri. infrà de præſcript.col.penul. qualiter autem probatur tale tempus,qualiter debeat deduci, & quid debeant dicere teſtes,ponit glo.in d.c.1.de præſcrip.in 6.Aduertatis tamen, prout dicit Paul. de Caſt. in d. l. ſeruitutes col.2.& Cæpol.in d.cap.19. quod quando per tale tempus acquiritur ius incorporale diſcontinuum, dicitur proprie acquiri per præſcriptionem. quia ſemper obſtat illud ſubſtantiale,ſcilicet continuatio poſſeſsionis,ſed dicitur acquiri ex exercitio tãti temporis & illud dicitur inducere quandam præſcriptionẽ quòd præceſſerit titulus:& ſic verè dicitur quæſitum ex titulo, cum illud tempus habeat vim tituli. Secundus caſus eſt,quando ille qui vſus eſt iure incorporali diſcontinuo, per decẽ annos, allegaret titulum iuſtum & validum: quia ſe dicit dominum fundi,in quo prætẽdit tale ius ſibi conſtituiſſe,illud ius: & ad probandum titulum, probat de quaſi poſſeſsione decem annorum. Ex hoc inducitur vna præſumptio quod titulus præceſſerit per locum de in rem verſo.ff. de vſur. & ita voluit glo.vbi Bart.& alij in d.l.ſeruitutes.glo.mag. in fi.l.1.§.denique.verbo diu.ff.de aq.plu.arc. vbi Bart. in l.cum de in rem verſo.Et quamuis citramontani noſtri in hoc tenuerunt contrarium propter duo: primo quia tex. in l. cum de in rem verſo.loquitur in acquirendo iure, quod introducit ex facto illius contra quem acquiro. quia omni anno aliquid dedit vel ſoluit,non eſt præſumendum, quòd voluerit iactare ſuum. Nos loquimur in iure quod aquiritur contra alium,ex ſola eius patientia, qui non eſt tantæ patientiæ.Secundo quia ſi iſtud eſſet verum, acquiſitio temporis,de cuius initio non eſt memoria,nobis ſeruiret de vento. quia ſi allegaretur titulus, tamen magis communiter opinio ſequitur, à qua iñ iudicando & conſutando non eſt recedendum.Ita Alex.vbi ponit plures remiſsiones in l.qui in aliena.§.1.col.pen.ff.de acq.hæred.Aduertatis tamen ad duo. primo quod non ſufficit allegare titulum.Et iſtud notetis in actu practico, ſed requiritur quod probetur proceſsiſſe ab illo qui erat dominus fundi, in quo prætendo ius incorporale, & ſic quod titulus concludat, requiritur etiam quod deducatur,qualiter ille paſſus eſt vigore illius tituli: & iſte qui vſus eſt, fecit virtute illius tituli. Iſta ponit & declarat Alex.in conſil. 113. viſo proceſſu, per totum,in prima parte,& in conſil.108.in cauſa, & lite.col.fin. in ſecunda parte. Et ideo ſi iſta non poſſent iuſtificari,tunc erit recurrendum ad tempus, de cuius initio non eſt memoria, & ſic non ſeruiet de vento.Secundo in iſto caſu, proprie & vere,quando non dicitur tale ius quæſitum in præſcriptione, ſed dicitur procedere ex præſumpto titulo: & ideo in practica non dicatis qualiter ipſe præſcribit,ſed quòd ipſe habet tale ius. & ad iſtud probandum deducitur titulus iuſtus,& vt appareat titulus probatur vſuc.decem annorum.

Tertius caſus eſt,quando ille qui vult præſcribere habet titulum à non domino. l.1.§.1.ff. de publ. acti.Bart.& alij in locis ſuprà allegatis.

Quartus caſus eſt in iure incorporali perſonali, vt voluit Bart. in l.iuſto. §. non mutat.ff. de vſuca. Petr.de Ancha.in c.ſine poſſeſsione.8.& 9. oppoſitione.de regul.iur.in 6.Cæpol. in d. tract.ſeruit.vrba.c.19.per tex.in l.fin.C.de præſcrip.long.temp. Et ratio diuerſitatis aſsignatur, quia in iuribus realibus diſcontinuis, ex eo quod non eſt continuata quaſi poſſeſsio, non poteſt cadere præſcrip. ſed in perſonalibus, quãuis ſit exercitium diſcontinuum, poſſeſsio continuatur animo, quia perſona eſt illa cui acquiritur ſeruitus.l. 3. §. vnde vi.ff. vnde vi. In iſto tamen caſu requiritur tempus 30.anno.per d.l. fi.C.de præſcrip.long. temp. Et ideo in ſimili dicit Iacob.de Sanct. Geor. in tractatu de homagiis.col. 4.quod ſi quis per 30.annos aliquis recepit ſeruitia ab alio,& ille tanquam ſubditus ſoluit, dato quod non conſtet de homagio, dicitur præſcripſiſſe ius dominij,



dominij, & ſuperioritatis per tex.in l.cum ſatis.§. penul.C.de agric.& cenſ.lib.11.& l.eum qui. C.de fundis rei priuat.C.eo.lib.

Circa ſecundam partem gloſſ.Abba.poſt alios latè inſiſtit circa intellectum illius cap.dum in eo dicitur, quòd clerici præſcripſerunt ius eligendi, quia non poſſederant per tempus debitum, videtur ergo velle text. quod ſi fuiſſent in poſſeſsione per tempus legitimum, præſcripſiſſent:& tamen in toto text.non fit mentio de titul. quod videtur eſſe contra tex.in c.ſi diligenti,infrà de præſcrip.in c.dudum,infrà de deci.in c.1.de præſcrip.in 6.Vbi in præſcribendo ius incorporale,quando præſcribens habet ius commune,contra ſe,requiritur tit. in iſto autem caſu,clerici habebant ius commune cõtra ſe, quia de iure communi electio ſpectat ad canonicos.c.1.ſuprà de elect.Abb.poſtquam retulit plures ſolutiones dedit ſuam,dicẽdo quòd iſte text. dum fecit mentionem de legitima præſcriptione, ex eo quòd non conſtabat de titul.intelligit de illa, quæ à iure approbatur non ſequuto tit. Et eſt illa quæ currit per tantum tempus,de cuius initio non eſt memoria. Cùm enim dicat legitimam,debet intelligi, quòd habeat qualitates à lege requiſitas, ſed à canonica, quando eſt contra ius commune, & non interuenit tit.requiritur illud tempus,de cuius initio non eſt memoria.dict. cap.1.de præſcrip.in 6.

Aduertatis, quia iſta ſolutio non poteſt procedere, primo quidem, nam iſto tempore Decretalium non erat introducta præſcriptio illius temporis,ſed fuit per Grego.nonum,in illo cap.1.tantummodo.in cap. quid per nouale, & in c.ſuper quibuſdam.§.prætereà,quæ fuerunt ædita ab Inn. 3. qui fuit compilator illius decretalis fuerat introductum per illud tempus, de cuius initio non eſt memoria,operatur vt acquirantur ea quæ per præſcriptionem non poterant acquiri. Non autem dicitur in illis iuribus,nec in alio text.in toto volumine Decretalium,quòd quando aliquis habet ius commune contra ſe,& nõ habet titulum, currat præſcriptio illius temporis. Iſtud fuit inuentum per Grego. nonum,in dict.cap.Non potuit ergo Inno.3. in iſto caſu cogitare de his quæ erant poſtea futura, quia iſtud eſſet prophetare, vt inquit Bart.& alij in l.prima.in princ. ff.de no. operi.nunci.

Prætereà,quando fit mentio de præſcriptione, nunquam intelligitur de illa, quæ eſt tanti temporis, de cuius initio non eſt memoria. Ita quòd ſi ſtatutum,priuilegium, aut alia diſpoſitio, dicat quòd nulla præſcriptio poſsit currere, non comprehenditur iſta,vt per Felin.in rubric.col.penult. infrà de præſcript.Alex.& Iaſ.in l.nemo poteſt. ff. de leg.1.vbi ponunt, quod ſi in contractu aliquis fecit pactum, quòd nulla præſcriptio currat, non comprehenditur iſta.

Prætereà illud ius quod acquiritur ex illo tempore,de cuius initio non eſt memoria,non dicitur propriè acquiſitum per præſcriptionem,ſed dicitur procedere ex præſumpto titulo, qui titulus præſumitur, propter diuturnitatem illius temporis.Ita in ſpecie dicit Paulus de Caſtr.in l.ſeruitutes.tertia, in princip. in 2.colum. ff.de ſeruit.titul. generali.Ex quo ſequitur iſtum intellectum Abb. non procedere ad text. Verior eſt communis intellectus,quòd ideo hîc non requirebatur titulus, quia agebatur de iure, in quo eſt leue præiudicium. Nam clerici nolunt auocare totum ius eligendi, ſed intereſſe cum canonicis, & iſtud multoties permittitur. imò eſt vtile eccleſiæ habere multos,qui conſulant & præuideant de bono Paſtore eligendo.arg.text. in cap.prudentiam, ſuprà de officio. deleg. Et iſtum intellectum ſequuntur magis communiter Docto. Ioan.Andr. Petrus de Anchar.& Ioan.de Imol.in cap. ſi diligenti, infrà de præſcript.

Hoc præſuppoſito, videndum eſt de veritate articuli qui hîc tangitur per Docto.vtrum in præſcriptione iuris incorp. requiratur titulus. Difficultas in hoc articulo oritur,quia text. in l.ſi quis diuturno, in principio. ff. ſi ſeruit. vend. voluit quòd non requiratur titulus, ſed text. in cap.ſi diligenti,infrà de præſcrip. in cap.dudum, infrà de deci. & in cap.primo. de præſcript.in 6. decidunt, quod quando quis habet ius commune contra ſe non poſsit præſcribere ius incorporale ſine tit. ſuper quo articulo plura ſcribuntur per Doct. in variis locis.Iſta tamen eſt magis communis reſolutio faciendo duo membra.

*Titulus an requiratur in incorporalibus.*

Primum membrum eſt, quando aliquis habet ius commune contra ſe, nullo modo præſcribit ius incorpo.ſine titulo,per iura proximè allegata. & quamuis Paul.de Caſt. in l.ſeruitutes tertia,in princip.ff.de ſeruit.voluerit,quod non habeat locum,niſi quando præſcriberetur cõtra eccleſiam, magis tamen communiter concluditur, quod etiam ſi agatur contra priuatum & laicum requiratur titulus,& ratio aſsignatur ex eo,quòd habet ius commune cõtra ſe, cenſetur in malam fidem, vt dicit text,in dict.c.1.de præſcrip.in 6. Sed quoties ius ciuile,& ius canonicum contrariantur in his in quibus verſatur materia peccati, ſtandum eſt iuri canonico. gloſ.in cap.poſſeſſor.de reg.iur. in 6.Bartol.in l.priuilegia. C. de ſacr.ſanct.eccleſ. Abb.in cap.1.infrà de op.no.nunc.& ita Felin.vbi alios plures allegauit, in c.ſi diligenti. col.antepe. infrà de præſcript.

Iſta concluſio limitatur quinque modis: primo, vt non habeat locum in præſcriptione tanti temporis, de cuius initio non eſt memoria,vt expreſsè dicit text.in dict.cap.1.verſic.fi.de præſcrip. in 6. quia poſſeſsio tanti tẽporis habet vim tituli. l.hoc iure.§.aductus aquę.ff.de aqua quoti.& æſti. plura.Iaſ.in repet.l.quominus. col.8.ff. de flumin.

Secundò limitatur, quando præſumptio iuris non eſſet fortis, ita quòd aliquando in multis caſibus ius præſumeret, & permitteret contrarium, prout in iſto tex.quamuis enim canonici habeant ius commune pro ſe, quia tamen quandoq; permittitur, quod aliqui interſint cum eis, non dicitur eſſe fortis præſump. Et ita ſentit Abb.in cap.ſi diligenti.col.penult.infrà de præſcript. Decius in conſi.134.viſo puncto.col.pen.Facit in argumentum text.in l.fin.ff. de in integ. reſti.quando hinc inde ſunt præſumptiones.

Tertiò limitatur, quando ius incorp. acquireretur per conſuetudinem, vt eſt quando aliquod

ius acquiritur, non contra certam perſonam, ſed contra vnum populum. Vt ſi fortè habitatores Valentini volunt dicere quòd acquiſiuerunt ius immittendi animalia in pratis, poſt feſtum omnium ſanctorum, quia iſtud ius non acquiritur, contra vnam certam perſonam, ſed contra populum Valentinum, dicitur quæſitum ex conſuetudine, quo caſu non requiritur titulus, & ita voluit Hoſtienſ. hîc colum. penulti. & traditur in capitul.fina. ſuprà de conſuet. Decius in conſilio præallegato.

Quartò limitatur, quando illud ius, quod eſt contra præſcriptionem, dependet ab aliquo priuilegio, & non eſt ius generale vel commune, iſto caſu non requiritur titulus, & ita Domi.poſt Io. Andr.in dict.cap.primo de præſcript.in 6.Decius in dict.conſi.alleg.

Quintò limitatur, quando illud quod acquiritur eſt leuis præiudicij, vt acquirere ſeruitutem *viæ, vel itineris* in fundo alterius, quia per eam non acquiro partem dominij, nec pariter fructuum, ſed paruum præiudicium generatur, procedit ſine titulo talis præſcriptio. Et ita procedit text. vbi Bart.in dict.l.ſi quis diuturno. ff.ſi ſeruit. vend. idem Bartolus in l.fina. ff. quemad. ſeruit. amitt.in d.l.ſeruitutes. 3.ff.de ſeruit.tit.generali.& Dec.in d.conſi.

Secundum membrum eſt, quando quis non habet ius commune contra ſe, per dictam l.ſi quis diuturno.de qua Doct.in locis ſtatim allegandis. Niſi in vno caſu, ſcilicet in ſeruitute perſonali vſus, vel vſusfruct.quia illa dicitur pars dominij.l. tertia.ff.de vſufruct.& de hoc eſt tex.in l.fin.C.de præſcript.long.temp. de hoc articulo hoc modo reſoluto, Innoc.Hoſtienſ.Ioannes Andreas, Abba. & Felinus latiſsimè in dict. cap.ſi diligenti. Ioan. Andreas, Dominus Petr. de Ancharan. & Franc. in dicto cap.primo. de præſcript. in ſexto. Baldus in l.ſecunda. C. de ſer. & aqua. dicta l.ſeruitutes. tertia. de ſeruit. Bartolus Cæpol. in dicto tractat. ſeruit.vrba. cap.20. Paulus, Petr.de Ferra.in practica ſua, in verbo exceptionem, rei verbo præſcriptionis, Deci.in dict.conſilio 134.Et quia diximus in aliquibus caſibus neceſſarium eſſe titulum, intelligatis, quòd procedat ab eo, qui non erat dominus, & qui nõ habebat poteſtatem conſtituẽdi. quia ſi eſſet dominus, vt dictum eſt ſuprà, non eſt quæſtio de præſcriptione. Nam ſtatim tranſiret ius. intelligatis & ſecundò, quòd talis titulus fuerit ſolemniter habitus, nam ſi minor dediſſet titulum, & non interuenirent ſolemnitates quæ requiruntur in contractu minorum, ille titulus non ſufficeret. Ad hoc enim vt ex titulo procedat præſcriptio, requiritur quod ſit talis: quod ſi fuerit à verò domino ſtatim transferet ius. iſta omnia probat text. in l. clauibus.ff.de contrahen. empti. Aduertatis tamen vnum, quòd titulus putatiuus ſufficeret, verbi gratia, ille qui præſcribit dicit qualiter prædeceſſores ſui aſſerebant ſe habere titulum, & iſtud probat. Vel fama eſt in loco, quod à prædeceſſoribus ſuis fuerit habitus titulus, & iſtud probat aut deducit, & iuſtificat aliquam aliam cauſam propter quam credit ſe habere titulum, dato quòd non habeat, ſi fuerit iuſtè motus ad ita credendum. Iſte titulus, quem appellamus putatiuum, tantum operatur, quantum verus titulus, ad cauſandum præſcriptionem, vt traditur in l.Celſus.& ibi Bartol.colum. prima.ff.de vſuca. Socin.in conſilio 47.in primo, columna quarta. Notetis tamen, quòd in caſibus in quibus requiritur titulus, non ſufficeret allegare titulum, & probare poſſeſsionem decem annorum, ſed requiritur quòd probetur etiam titulus, quando quis habet ius commune contra ſe, nec verò hoc caſu habet locum materia l.ſi certis annis. C. de pact. ita Bartol. in ſpecie. in l. cum de in rem verſo. columna tertia. ff. de vſur. Iaſo.poſt Alexand.in dict.l.ſi certis annis. colum. tertia. in caſibus autem in quibus diximus non eſſe neceſſarium titulum, dicatis, quòd etiam non debet allegari, vt voluit Alexan.in d.l.ſi certis annis.colum.fi.

Capio gloſſ. verbo præſcriptionis, in qua formatur vnum contrarium, ad text. dum in eo dicitur, quòd ſi clerici per legitimum tempus exercuiſſent actus eligendi, præſcripſiſſent illud ius: tamen iura incorporalia non ſunt in bonis noſtris, neque extra bona noſtra. l.prima.ff.de vſuf. leg. non deberet contra currere præſcriptio ſuper eo quod non eſt. Et ad hoc bene facit, quia ſuper non ente non cadunt aliquæ qualitates.l.eius qui. verſiculo primo.ff.ſi certum petat.faciunt ea, quæ ponuntur per gloſſ. in cap. ad diſſoluendam, infrà de deſponſ. impub. quia illud quod non eſt, non poteſt rumpi, nec diſſolui. Fortificatur iſtud contrarium, quia antequam dicatur præſcriptum ius incorpore, non dicitur eſſe in rerum natura. Non quidem reſpectu illius qui præſcribit, quia ſi haberet, non eſſet opus præſcriptione, nec reſpectu alterius contra quem præſcribit, cum res ſua nemini ſeruiat.l.vti frui. in principio.ff.ſi vſuſfructus pet.quantum ad contrarium per gloſ. formatum, reſpondet Abb.poſt Anto. de Butr. quòd conſiderando aliquid eſſe in bonis noſtris ſimpliciter, vel extra bona, verum eſt ius incorporale non eſſe in bonis nec extra bona: in bonis non dicitur eſſe, quia non eſt pars bonorum noſtrorum, extra bona non dicitur eſſe, quia ſecundum quid benè dicitur eſſe in bonis, ex eo quòd habemus actionem ad proſequendum tale ius. Et quoties quis habet actionem, videtur habere rem. l. rem quæ nobis. ff. de acquirendo rerum dominio. Ad hoc autem peroptime facit textus in l.pretia rerum. ff.ad legem Falcidiam. Vbi ius adeundi, antequam adeatur hæreditas, non dicitur eſſe in bonis noſtris, quem textum ad hoc commendant Alexand. in l. qui ſe patris. colum. tertia. Cod.vnde liberi.Iaſo.in l.emancipata. in ſecunda lectura. columna tertia. Cod.qui admitt. ad bonorum & in l. ſi eum.§. qui iniuriarum.col. ſecunda. ff. ſi quis cauti. Et tamen antequam adeatur hæreditas dicitur quis habere facultatem adeundi, quæ durat triginta annos. l.licet.vbi traditur Cod. de iure deliber. Quantum verò ad aliud quod adducebatur, qualiter ius incorporale ante præſcriptionem non eſt in rerum natura: verum eſt in actu, eſt tamen in rerum natura in potentia.Et ita declarauit in ſpecie Ioannes de Imol.



Imol.Alexan. Socin.in l.naturaliter, in fin.princ. ff.de acq.poſſeſ.

Capio gloſſ.fina.verbo actore, in qua ad illam regulam vulgarem, quòd actore non probante reus debet abſolui, adducit quatuor concordantias.l.qui accuſare. C. de edend.l.actor, quòd aſſeuerat.C.de probat.cap.vnicum.infrà vt eccleſiaſt. benefic.c.actor.ſuprà quæſt.vltima. De quo etiam eſt text.in cap.inter dilectos, infrà de fide inſtrum. & cap.fin.in fin.infrà de iureiuran.Iſtam regulam hîc Abba. vno modo declarat, quando actor habuerat dilationes ad probandum: quod ſi verò nullas dilationes habuit, vt quia ante litis conteſtationem fuerit contumax reus, non debet abſolui diffinitiuè, ſed tantum ab obſeruatione iudicij, ita Bartol. in l.properandum. §. ſin autem alterutrum, tertia oppoſitione. C. de iudic.iſtud idem voluit Abba.in cap.prout.colum. penult. infrà de dolo & contuma. cap. per tuas.col. fin. de appel. Alexand.Iaſo.& Dec.in dict.l.qui accuſare. C.de eden.Aliæ limitationes tradũtur per glo. ad quas ſemper recurritur, in dict.cap.vnico.verbo actore, infrà vt eccleſia.benefic.& in d.cap.actor.in glo.1. & vltima.Et iſta regula habet etiam locum in beneficialibus, quia ſi actor qui petit beneficiatum à poſſeſſore nihil probat, debet abſolui poſſeſſor, & ſi non doceat de titulo, vt inquit Abba. & ibi videbimus, in cap.proximè ſequenti. 3. colum. Domini de Rot.in deciſione 15. in nouis, & in deciſione 44. in antiq. Dicatis etiam iſtam regulam habere locum in materia l. manifeſtæ turpitudinis.ff.de iureiurand. quando actor habuit dilationes ad probandum, & non potuit probare, non erit locus iuramento delatiuo: ita quòd reus poterit recuſare iuramentum, ſi fuerit ſibi delatum, & petere ſe abſolui, ſecundum magis communem concluſionem, licet plerique tenuerunt contrarium de quo latè Iaſon poſt Alexand.in dict.l. manifeſtæ turpitudinis, latè Decius in cap.ſecundo, colum.2.& ſequent. infrà de probat.vbi alleg. Socin. in quodam conſilio, in quo examinat per quatuor colum.

Extra gloſſ.Abba. hîc formauit vnum contrarium, & quinque quæſtiones, quantum ad contrarium adducit text. in cap.ad decimas, infrà de reſti.ſpol.in 6.in quo tex.ponitur concluſio, Spoliatus non reſtituitur, quando habebat ius commune cõtra ſe, niſi ex aliqua cauſa iuſtificet ſuam poſſeſsionem, in hoc clerici habebant contra ſe ius commune, de iure etiam communi, electio ſpectat ad canonicos.cap.primo, ſuprà de elect.tamen iſti clerici fuerunt reſoluti, quamuis non docuerint de aliqua cauſa iuſtificatiua ſuæ poſſeſsionis. Ad iſtud contrarium reſpondetur tribus modis.

Primò, ſecundum Paulum de Aleaz.quòd in iſto cap. non fuerunt reſtituti, quia poſſeſsio fuit iuſtificata ex patientia canonicorum, in qua interuenit vnus actus poſitiuus, ex eo quòd admiſerunt canonici ipſos clericos in electione, ſed in cap. ad decimas.fuit ſola negligentia, & nihil factum extitit per eos, qui paſsi fuerunt.Hanc ſolutionem reprobat Cardin.hîc colum.fina.ſequitur Abba.hîc.Domi.Philip. Franc.& Petr.de Ancha. in dict.cap.ad decimas, quia in illo.cap.erat tacita patientia, quæ habet eundem effectum prout expreſſa.arg.text. in l.cum quid.ff.ſi certum petat.& quia ille qui negligit videtur permittere, arg.text. in c.nonne, infrà de præſumpt.

Secundo modo reſpondetur ſecundum Card. hîc colum.fin.quòd ideo in iſto text.fuit facta reſtitutio, quia canonici, vocauerant iſtos clericos, & permiſerant, vt intereſſent in electione, & non erat quæſtio de acquirendo toto iure eligendi, non dicuntur ideo clerici habere ius commune, contra ſe: permittitur enim vt in electionibus extranei vocentur.cap.abeuntibus.63.diſtinct. Iſtam ſolutionem reprobat Abb. dicens canonicos non poſſe concedere extraneis facultatem intereſſendi in electionibus, vt ex hoc acquiratur aliquod ius. cap.conſtitutus, ſuprà de elect. cap.cum dilectus, ſuprà de conſuet.

*Declar. ad c. ad decimas.de reſtit.ſpol:lib. 6.*

Tertiam ideo dat ſolutionem, quòd propter tria quæ occurrebant in iſto tex.fuit facta reſtitutio, & quoties iſta concurrunt, nòn habet locum text.in dict.cap.ad decimas. Primum erat diuturnitas temporis: fuerant ij clerici in tribus electionibus, ſed diuturnitas temporis inducit præſumptionẽ, vt quis iuſtè moueatur.c.illud, infrà de præſumpt. ſecundum patientiam canonicorum, in qua interueniebat actus poſitiuus, ſecũdum, quod voluit Paul.de Aleaz.in prima ſolutione.tertium, quia agitur de leui præiudicio. cap. & ſi quæſtionis, infrà de ſymo.Iſta tamen ſolutio, non videtur vrgere.Nam diuturnitas temporis nihil operatur interueniente mala fide. cap. poſſeſſor, de regul. iur.in 6.traditur in cap.fin. infrà de præſcript. Ille autem qui habet ius commune contra ſe, dicitur habere malam fidem, vt declarat Abbas in cap. conſultationibus.colum.fin.infrà de iure patrona. ſecunda ratio non ſatisfacit, quia illam idem Abb. in prima ſolutione reprobat. Nec pariter de leui præiudicio, quia imo. in hoc caſu reſoluitur præiudicium grauè. Nam eligere dicitur eſſe fructus.glo.in cap.cum olim.glo.fin.ſuprà de maior. & obed.Abb.in cap.mandatum.colum.1.ſuprà de reſcrip. Socin. conſil.26. in cauſa manuten.col.1. Cyn.ſuprà in gloſſ.verb.temporis, dum quærebatur ſi titulus requireretur ad præſcribendũ ius incorporale, fuit concluſum, quòd quando agitur de acquirendis fructibus requiritur titulus, quia eſt magni præiudicij: ideo poſſumus dare aliam ſolutionem, quòd in iſto tex.datur reſtitutio, quia prædeceſſores clericorum fuerant in poſſeſsione eligendi, & quando quis exercet actum prædeceſſoris, cenſetur habere iuſtam cauſam, cum præſumatur prædeceſſorem cum ratione poſſediſſe. Argumeto eorum, quæ tradit Bartol.in l.Celſus. colum. prima. ff.de vſur. quod ſi aliquis à prædeceſſore, audiuit qualiter aſſerebat ſe habuiſſe titulum, illud inducit vnum titulum putatiuum, ſed in text. cap. ad decimas requiritur quod poſſidens contra ius oſtendat aliquam cauſam ſuæ poſſeſsionis, quam oſtendent iſti, quia prædeceſſores poſſederunt, & iſtud nouum notetis pro limitatione cap.ad decimas.Alię ſolutiones dicuntur in dict.cap.ad decimas.per Ioan. Andr.Domi Petr.de Anchar.& Phil.Franc.

Circa primam concluſionem Abba. concludit, quòd ſi canonici nunquam elegerant, clerici erant in poſſeſsione eligendi, & nunc vacante ſede quilibet fecit electionem, illa quæ fuit facta, à canonicis dum tamen fuerunt in bona fide, debet confirmari, quia quando in talibus actibus eligendi, præſentandi, cōferendi, & ſimilibus, concurrunt: ille, qui habet titulum, & nunquam fuit in poſſeſsione, & ille qui habet poſſeſsionem: præferri debet poſſeſſor, vt voluit Innoc. in Cumana, ſuprà de electio. text. in cap. conſultationibus, infrà de iure patronat. iſtud idem voluit Abba. vbi Cardi. in dict. cap. conſultationibus, dicens, quòd ſi patronus, qui nunquam præſentauerat, vel ſi præſentauerat, non tamen in vltima vice præſentauerat vnum, & ille qui præſentauerat vltima vice, præſentat alium, debet inſtitui præſentatus à poſſeſſore. Iſtud idem voluit Abba. in conſil. 54. caſus contingentia, aliàs videtur primo. col. 2. in prima part. Roc. de Curt. in tractatu iuris patronatus, verbo competens alicui in 19. quæſt. Et ſi aliquis diceret, quomodo contrà patronus poterit præſentare in futurum, & auocare poſſeſsionem? dicatis quòd agat contra poſſeſſorem, ſuper iure patronatus, & ſi obtineat ſententiam auocabit poſſeſsionem. cap. cum dilectus, infrà hoc titu. & lata ſententia repreſentat illum, qui fuit præſentatus à poſſeſſore, quamuis iſta præſentatio non noceat illi præſentato, operatur tamen vt ex ea acquiratur quaſi poſſeſsio præſentandi. cap. ſi verò. vbi glo. fin. & doct. infrà de iur. patro.

Circa ſecundam concludit Abb. quòd ſi proprietarius, qui non erat poſſeſſor eligit, vel præſentat, & ſimiliter poſſeſſor, qui tamen mala fide poſsidebat, non valet præſentatio, à proprietario facta, quia propria auctoritate non debuit auocare poſſeſsionem, nec ſimiliter valet præſentatio facta à poſſeſſore, propter malam fidem. Iſtud idem voluit Abb. in dict. cap. conſultationibus, vbi aſsignat rationem, quia poſſeſſor mala fide non facit fructus ſuos, vt traditur in d. c. grauis. in gloſ. fi. infrà de reſti. ſpol. & de hoc per Roch. de Curte in loco prealleg. Quid ergo faciet patronus in iſto caſu? dicatis, prout diximus in præcedenti quæſtione, agat contra poſſeſſorem malæ fidei, ſuper iure patronatus.

Circa tertiam quæſtionem Abba. ſimpliciter nihil allegando concludit, quòd quando nullus eſt in poſſeſsione proprietarius, debet eligere, vel præſentare. Idem voluit Abba. in dict. cap. conſultationibus. per illum text. argumento à contrario ſenſu. ſequitur Roch. de Curte, nihil allegando, in loco ſuprà alleg. quæſt. 20. Pro hac cōcluſione adducatis text. in l. fiſtulas. §. primo. ff. de contrahen. empt. quem text. ponderauit Iaſ. in l. ſi ex ſtipulatione. colum. 1. ad fin. ff. de acquirend. poſſeſ. quòd quando res mea vacat, & à nemine poſsidetur, propria auctoritate poſſum apprehendere poſſeſsionem illius. adducit etiam bonam gloſſ. in l. pen. ff. pro legat.

Circa quartam concluſionem, Abba. hîc concludit, quòd ille qui eſt in poſſeſsione poterit in libello dicere, qualiter habet ius eligendi vel ius præſentandi, & non dicetur libellus ineptus. Primo adducit gloſ. in c. quia propter, ſuprà de elect. dum tex. facit mentionem in electione debere vocari illos, qui habent ius. gloſſ. exemplificat in poſſeſſore. Secundo mouetur per ea, quæ dicta ſunt in gloſſ. verbo id venire, ſuprà: quòd libellus comprehendit omnia, quæ poſſunt contineri ſub verbis in eo deductis. Vos dicatis hanc deciſionem habere locum de lata interpretatione, vel impropríetate verborum, quæ benè admittitur ad ſubſtinendum libellum. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. vbi Bart. & ibi latè Iaſ. ff. de iureiuran. Non autem ex propria ſignificatione verborum, niſi poſſeſsio fuiſſet talis, quòd per eam fuiſſet præſcriptum, per ea quæ voluit Barto. in l. ad probationem. C. loca. Abb. in cap. cum contingat. col. 1. infrà de decimis, vbi concludunt, quod ille qui præſcripſit, poteſt dicere ius ad ſe pertinere tacitè: contra ſentiunt, ante præſcriptionem completam, nullum fuiſſe ius quæſitum.

Circa vltimā quæſtionem Abb. in qua tractatur nobilis articulus, quando aliquis interfuit in poſtulationibus, tamen & nunc imminet electio, an per hoc dicatur eſſe in poſſeſsione eligendi? Licet plura poſſent adduci, vt tamen imponamus breuiter finem in hoc c. faciatis concluſionem cum aliquibus breuibus limitationibus: concluſio eſt, quòd ex exercitio aliquo actuum non acquiritur quaſi poſſeſsio iuris vniuerſalis, ſed tantummodo illorum actuum. l. 1. §. ſi quis interdicto. & ibi Barto. ff. de itin. act. priua. Vbi infert, quòd ſi quis exercuerit aliquos actus iuriſdictionis, dicitur quaſi acquiſiuiſſe quaſi poſſeſsionem in illis actibus, minimè autem totius iuriſdictionis. Vel ſi aliquis leuauit pedagium de aliquibus mercantiis, non acquiſiuit poſſeſsionem in omnibus mercantiis. Vel ſi aliqui communiter viuant, vel inuicem communicent, lucra alicuius artis non dicitur tacita ſocietas contracta, in omnibus aliis lucris. Iſtud idem voluit Bartol. in l. ſi publicanus. §. fi. ff. de public. vbi allegat text. in l. licitatio. §. earum. eodem titul. Abb. in cap. primo. in vlti. nota. de relig. domib. in cap. dilectus. in fin. infrà de capella. monacho. idem Abba. in cap. cum olim. columna ſecunda, infrà de præſcript. in cap. cum inter. columna quarta, infrà de re iudic. & in conſilio 71. columna tertia, in ſecunda parte. Felinus conſilio 98. viſo & diſcuſſo. columna quarta, in ſecunda parte. & conſilio 33. ponderatis. columna ſecunda, in quinta parte. Socinus conſilio 74. in præſenti conſultatione. columna tertia, conſilio tertio, abundè. columna penultima; & conſilio 275. in cauſa fratrum. colum. quarta, latiſsimè per quintam columnam. Feli. in cap. poſtulaſti. col. 13. de reſcrip. plenius in cap. auditis. col. 5. & ſequen. infrà de præſcrip.

Limitetis primò, quando nemo alius eſſet in poſſeſsione, tūc ex exercitio aliquorum actuum, acquiritur quaſi poſſeſsio vniuerſalis. cap. primo, infrà de religio. domi. Iſtam limitationem cum aliis tribus poſuimus ſuprà in rubric. in 5. quæſt. ad fin. Addatis alias quatuor, & ſic continuata erit limitatio, quādo aliquod ius vniuerſale habet plures ſpecies, prout eſt iuriſdictio, quæ diuiditur in merum imperium, mixtū imperium & ſimplicem iuriſdictionem ex exercitio vnius actus acquiritur quaſi poſſeſsio omnium actuum eiuſdem ſpeciei. Ita Cyn. in l. 1. in vltima quæſt. C. de emancip. liber. Socin. in dict. conſil. 3. ſexta limitatio, quando vtendo vno actu, declaraui animum, quod vtebatur cum intentione acquirendi vniuerſum ius, acquiritur poſſeſsio vniuerſalis. 7. limitatio, quando indifferenter & communiter illi actus occurrebant, ita pro maiori parte euenerunt in aliis actibus, qui ſunt pauci, acquiritur quaſi poſſeſsio. 8. limitatio, quando ille actus eſt talis, qui non ſolet communiter fieri, niſi ab eo, qui habet vniuerſalem iuriſdictionem. Iſte tres ponuntur per Paulum de Aleaz. in cap. in literis, infrà de reſtit. ſpol. prout refert Socin. in dict. conſilio 3. & per iſta ſit ſolemniter expedita hæc Decretalis.



## REPETITIO CAP. CVM SVPER. DE CAVSA POSSES. ET PROPRIET. QVOD QVIDEM SIC SE HABET.

QVANDO poſſeſſorium, & petitorium ſimul occurrunt, prius vacuari debet poſſeſſorium, & deinde petitorium. hoc dicit. Vel ſic, ſecūdum verum intellectum, ſpoliatus in cauſa appellationis, in qua tractatur petitorium debet reſtitui, hoc dicit.

Diuiditur in quatuor partes, in prima ponitur narratio facti, in ſecunda ibi ea, quia pronunciatur primò ſuper poſſeſſorio, in tertia ibi verum, pronuntiatur ſuper petitorio, in quarta ibi cum iudex. aſsignatur ratio.

Iſta Decretalis eſt particula Decretalis cum ſuper. infrà de confeſsis, vt apparet ex ſupraſcriptione cuiuſlibet, & ideo non eſt mirandū ſi electiones fuerint reprobatæ, factæ per ſymoniam, vt dicit text. in d. c. cum ſuper.

Noteтis ex iſto text. primò, quòd confirmatio electionis debet fieri ab immediato ſuperiore. Nā patriarcha Hieroſolymitanus erat ſuperior ciuitatis Sternitan. Habent enim patriarchæ poteſtatem circa Epiſcopos ſibi ſubditos, de quo habetur in c. antiqua, infrà de priuil. Et de iſto patriarcha, & aliis tribus Conſtantinopolitano, Alexandrino & Antiocheno dicitur in c. renouantes. in c. fi. 22. diſtinct. & quam auctoritatem habeant: quòd ſedendo in conſiliis, & conſiſtoriis præferantur Cardinalibus Præpoſit. tangit, in cap. 2. 22. diſtinct. Hoſtienſ. in d. cap. antiqua.

Secundò, nota. ex Abba. in primo ſuo notabili, quòd licet cauſa poſſeſſorij pendens, habeat priuilegium, vt debeat ſuperſedi in petitorio. cap. fin. ſuprà de ord. cognit. tamen ſi actor, qui intentauit poſſeſſorium ingreditur etiam petitorium, debet admitti reus, ad deducendum iura ſua, ſuper petitorio, quia poſtquam fuit aggreſſus in illo non debet ſibi tolli defenſio. cap. cum inter, infrà de except. Circa iſtud notabile duo ſunt aduertenda, primo, quòd in iſto text. ſubdiaconus, qui fuerat ſpoliatus non principaliter adiuit Roman. Pontifi. ſed canonicus, qui appellauerat à ſua cōfirmatione, prout in primis verbis ſentiunt hîc Hoſtienſ. & Ioan. Andr. dum dicunt, quòd à Patriarcha fuit appellatum, & ideo principaliter agebatur cauſa confirmationis, quia fortè facta fuerat non vocato illo canonico. Aut aliàs ſolemnitas in confirmatione neceſſaria fuerat omiſſa, & tandem partes venerunt ad plenum petitorium ſuper validitate electionum, ſed quia ſubdiaconus confirmatus, fuerat ſpoliatus, petiit ſe reſtitui, & fuit proceſſum ſuper poſſeſſorio, & ſic poſſeſſorium deducebat incidenter, & cauſa confirmationis principaliter, quæ dicitur petitoria ſecundum Ioan. Andr. in cap. ſecundo, ſuprà de in integ. reſtit. & ex hoc vos habetis colligere, quòd ſpoliatio facta poſt appellationem reſtituitur per viam reſtitutionis. Poterat etiā prouideri per viam attentatorum, quia ſi poſt appellationem interueniat ſpoliatio, ſpoliatus habet alterū de duobus remediis, vel per viam attentatorum petendo illa reuocari, vel per viam reſtitutionis, vt traditur in cap. bonæ. de appellationibus. Verum eſt, vtilius eſſe venire per reuocationem attentatorum, quàm per viam reſtitutionis.

Primò caſu ſufficiat probare, quòd prius poſsidebat, & nūc aduerſarius poſsidet, vel quod res erat, prius in aliquo ſtatu, nunc reperitur in alio. Nec eſt curandum quis illud fecerit, nec ſimiliter ſi fuerit factum per vim, aut alio modo, vt voluit Innoc. in cap. dilecti, ſuprà de maio. & obed. & probat text. in dict. cap. bonæ.

Secundò caſu debent probari duo, quod prius poſsidebat, & quod fuit ſpoliatus, nec ſufficeret probare, quod perdidit poſſeſsionē: ſi intentetur remedium vnde vi. l. prima. §. interdictum. ff. vnde vi. ita declarat Oldra. conſil. 198. pro fundamento. col. prima. Cardi. in conſil. 10. in themate præmiſſo. Decius remiſsiuè in dict. cap. bonæ. colum. 1. & 6. Et ſi fortè quis diceret, quomodo fuit ſubdiaconus ſpoliatus, quia poſtquam fuit appellatum à confirmatione, non debuit apprehendere poſſeſsionem, aliàs ipſe diceretur appellaſſe, per doct. quæ habetur in c. conſtitutis, infrà de appellat. & ff. nihil no. appella. pēd. l. 1. Reſpōdetur altero de duobus modis, primo quia iure iſto in confirmationibus non ſemper vocabantur electi, & iſtud fuit introductum per text. in cap. fin. de electi. in 6. electio fuerat confirmata non vocato canonico electo, & ſubdiaconus ſtatim adeptus eſt poſſeſsionem. Appellatio verò canonici fuit poſteà extraiudicialis. arg. l. 2. de decur. lib. 10. C. quòd quando ad notitiam alicuius peruenit actum fuiſſe factum ad ſui præiudicium extraiudiciale, appellat. vel ſecundo, quod in dict. confirmatione non fuerat adhibita plena cauſæ cognitio, vt ſatis oſtendit iſte tex. quia coram Rom. Pontif. fuit plenè cognitum de electione: ideo ſententia confirmationis dicitur interlocutoria, ſecundum quod voluit glo. c. fin. circa fi. in verbo, inanes. de elect. in 6. ſed quando ſententia eſt interlocutoria, nec exequi debet, fuit inhibitum à iudice appella. c. non ſolum de appel. in 6. iſta notāter volui dicere ad ape-

riendum ingenia circa intellectum huius text. Secundò quãtum ad deciſionem Abb. quòd quando actor cum poſſeſſorio ingreditur petitoriũ, permittẽdum etiam reo, vt diſputet de petitorio, quia non debet fauorabilior eſſe actor ipſo reo, nec eſt deneganda defenſio. cap. cum inter, infrà de except. Ad iſtud faciunt duæ regulæ: vna quòd fauorabiliores debent eſſe rei quàm actores. cap. cum ſicut. de reg. iur. in 6. Alia quòd nõ debet licere actori, quod non liceat reo. intelligendum eſt tamen, niſi actor deduceret petitorium ad colorandum poſſeſſorium, & non ad fines, vt plenè de petitorio cognoſceretur per ea quæ voluit Abba. in ſeq. not. & per ea, quæ traduntur in c. licet cauſam, infrà de probat. vbi in interdicto vti poſsidetis, ad confortandum poſſeſſionem producentur tituli: non tamen vt plenè de his diſputetur. l. fin. in fin. princip. ff. de eden. quòd quandoq; exhibentur tit. iudici ad informandum eius animum, non tamen vt habeat pars viſionem, & ſuper illis diſputetur. Iſtud ſuadetur ratione, quia de poſſe in beneficio licet cognoſcant iudices temporales, vt habetur in c. fi. ſuprà de iud. Guido Papę Dęc. 1. quæſt. 1. in poſſ. beneficialiũ requiritur, quod fiat fides de titulis, ſaltẽ ad colorandum poſſeſsionem, vt voluit Abba. in 2. nota. ibi aliquid dicemus. Guid. Papæ deciſ. 71. tamen iudex temporalis non poteſt cognoſcere de petitorio in beneficialibus. d. c. fin. de iudic. & ſic omne petitorium ſi deducatur ad colorandum poſſeſſorium, non habeat locum hæc deciſio Abb. hìc.

Tertiò not. ſecundũ Abb. hìc in ſuo 2. not. quòd agens poſſeſſorio recuperandæ ratione alicuius beneficij, debet docere de colorata poſſeſsione, & non ſufficeret probare poſſeſsionem, & ſpoliationem. & ita iſtud ponderabat Archi. infrà c. vnico. col. 2. de eo qui mitti. in poſſe. in 6. Nam hìc Rom. Pontif. reſtituit ſubdiaconum, quia iuſtificauit de confirmatione, & ſic colorauit poſſeſsionem, de quo artic. ſe remittit Abb ad tradita per ipſum, in c. in literis, infrà de reſtit. ſpol. in quo fuerunt varię quæſtiones: magis communis eſt, quòd non teneatur docere de titulis ſuis neceſſariò, ſed ſufficiat iuſtificare, aut colorare poſſeſsionem, per gl. not, in cle. vnica. gl. fi. de cau. poſſe. & pro. & per tex. in c. ex inſinuatione, ſupra de procur. & ita Abb. poſt alios in d. c. in literis. Cardi. in c. ex parte. eo, tit. de reſti. ſpol. Ioã. de Imol. in d. cle. vnica. Io. And. in addit ad Spec. in tit. de reſti, ſpol. in rubr. Specu. in tit. de reſti. §. nunc videndum. verſic. ſed pone. D. de Rota, deciſ. 15. in nouis, deciſio. 70. & 264. in antiq. Guid. Papæ in d. deciſ. 71.

Et iſta coloratio poteſt fieri altero dę duobus modis, vno modo oſtendendo titulos habitos ab illo, qui habet poteſtatem conferendi, vel oſtendendo, quod auctoritate illius fuit miſſus in poſſeſsionem, ita Innoc. in d. c. in lite is. nec diſputandum dę vitiis intrinſecis, prout in ſimili habetur, in l. fin. C, de edic. Diui Adria. tol. qualiter in adipiſcenda poſſeſsione bonorum defuncti, hæres qui debet docere de titulo ſufficiat, quòd producat inſtrumentũ nõ cancellatũ, & nõ eſt diſputandũ de vitiis intrinſecis.

Alio modo coloratur poſſeſsio quando ſciente, & patiẽte illo, qui habet poteſtatem prouidendi de beneficio, exercuit aliquos actus ſpectãtes ad rectorem, & quia canonicus interfuit in capitulo, ſtallum habuit in choro, & tanquam canonicus illa fecit, probata ſcientia eorum qui poterunt prouidere de beneficio, dicitur colorata poſſeſsio, vt voluit Inno. in c. bonæ 2. ſuprà de poſtu. prælat. de hoc artic quia non eſt propria materia huius capituli, reſeruo plenè dicendum in d. c. in literis.

Quartò, not. ſecundum Petr. de Ancha. in 1. not. quod quando duo litigãtes, in iudicio certant quilibet de iure ſuo, & reus nõ ſolũ ſe defendit, ſed &c. vult oſtendere ſe habere ius, & in ſimili habetur text. in c. venerabilem, ſuprà de elect. c. in præſentia, infrà de probat. in cap. vt conſtitutionem, ſuprà de elect. in c. vt litigantes, eo. tit. in 6. de quo bonus tex. in l. circa. ff. de probat. Et inter iſta eſt diuerſus effectus, quòd quando reus ſe tantummodo defendit, & non docuit de iure ſuo, ſententia debet eſſe abſolutoria tantummodo, & ex ea nulla actio in ſui fauorem oritur. Quando verò voluit docere de iure ſuo, & illud probauit, ſentẽtia debet eſſe declaratoria iuris ſui, & ex illa competit actio in factum. l. ſed & ſi poſſeſſori, in princ. ff. de iureiur. c. cum dilectus, & ibi not. ſuprà de ordi. cognit. in hoc autem caſu, quando reus non ſimpliciter ſe defendit, ſed voluit oſtendere de titulis ſuis & poſtea conſtitit, quòd non habebat ius, qualiter debeat pronuntiari dicemus poſt Abb. in 3. glo.

Quintò, not. ad declarationem l. Barbarius Philippus. ff. de offic. præt. quando aliquis gerit ſe pro tali, non autẽ habetur vt talis, licet geſta per ipſum valeant, & teneant. & ita ſentit. Io. de Imol. in 3. not. Nam in iſto text. quamuis ſubdiaconus ſe gereret poſt confirmationem pro Epiſcopo, non tamen dictus eſt epiſcopus. Imo fuit inualidata ſua electio. Et circa hunc articulum, cõmunis eſt reſolutio, quòd duobus concurrentibus, habeat locũ d. l. Barbarius, quòd interueniat auctoritas ſuperioris, ratione cuius ſe habeat vt talis, & quòd fuerit deinde habitus vt talis. de quo Abb. latè in c. nihil. col. antepe. traditur in l. 1. C. de teſt. Quod notetis pro notariis, qui ſe gerunt tanquam notarij, & communiter habentur pro talibus, iſtud tamẽ ſufficit, vt valeant inſtrumenta ab ipſis facta, niſi interueniat auctoritas ſuperioris, latè declarat iſtum art. Iaſ. in d. l. Barbarius. circa 10. colum.

Sextò, not. qualiter confirmatio non præſtat aliquod ius. Bal. hìc in 1. not. Pet. de Ancha. in 4. & tex. & ibi latè per omnes, in c. 1. & fi. infrà de confir. vtil. vel inutil. dicemus plenè in glo. 1. poſt Abb.

Septimò, nota. qualiter poſsidens auctoritate ſuperioris, non dicitur intruſus. Bal. hìc in 2. not. & Io. de Imol. in 5. de quo text. in c. cum iãdudum. vbi Io. de Imol. & Abba. in text. infrà de præben. c. quia diuerſitatem, infrà de conceſ. pręben. in c. cum conueniſſent, vbi Abb. & Imol. ſuprà de in integ. reſti. latè Feli. vbi ponit 12. modos, quibus quis dicatur intruſus. c. in noſtra. col. 8. in 2. correl. verſi. quot modis, ſuprà de reſcript.

Octauò, not. quòd beneficio cõpetit remedium poſſeſſorium, & petitoriũ. Bald. hìc in 1. not. Card. in 1. & 2. not. & de hoc in præcedenti. in c. Paſtoralis. in cpa. cũ dilectus, & quaſi per totum tit. hoc tit. nam non ſolum in rebus corporalibus datur petitorium & poſſeſſorium, ſed etiam in incorporalibus, de quo dictum fuit in rub. in 5. quæſt.





**Nonò** notetis ſecundum Bal. in 4. notabili. quod licet cõfirmatio non tribuat ius, dicitur tamen præſtare colorem in poſſeſsione. ita ex Petr. de Anchar. in 4. not. de quo dicemus in glo. 1. in fi.

Decimò not. ſecundum Ancha. in 5. notab. quod quãdo litigatur de beneficio in poſſeſſorio & petitorio, dato quòd quis obtineat in poſſeſſorio, & ꝑ tempus pronuncietur, propter ſtatum cõtra ipſum, in petitorio, pronuntiari & poſſeſſor auferri, vt viſum fuit in c. præcedenti. & habetur in c. cum dilectus. infrà hoc titulo: in ſimili facit tex. in c. ad petitionem. infrà de accuſa. qualiter pronuntiatur contra aliquem, & deinde eadem ſententia prouidetur de ipſo, quæ ſunt notanda, per limitationem l. nam ad ea. ff. de condit. & demonſt. quod non præſumatur ſtatim quis venire contra factum ſuum.

Vndecimò not. quod quando quis habet coloratam poſſeſsionẽ, dato quod titulus ſit inualidus, nullus tamen debet reſtitui ſi fuit ſpoliatus. de quo in c. ex inſinuatione. ſuprà de procur. Petr. de Anchar. hìc in 6. notabili late per Abb. in cap. in literis. col. 2. & ſequen. infrà titulo proximo.

Duodecimò not. quòd poſſeſſorium & petitorium poſſunt ſimul cumulari. ita Ioan. de Imol. hìc. Nam ſubdiaconus intentauit remedium reſtituendæ, & ſuper petitorio ad validitatem electionis proceſsit. de hoc habetur per Bald. in l. ordinarij. C. de rei vend. l. incerti. C. de interd. Bart. in ſuis cõbinationibus. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. traditur (& ibi videbimus.) in c. proximo primæ quæſt.

Decimotertiò, & vlt. not. de illa de qua iudex cognouit in proceſſu, debet pronuntiare: iſtud examinare. & videbimus in glo. fin.

Capio glo. 1. quæ habet duas partes. prima ponit concluſionem in 2. ibi, tamen ſi poſſeſsionem limitat concluſio. glo. eſt qualiter confirmatio non tribuit aliquod ius, & ſic actus qui non valebat non conualidatur per confirmationem. c. cum inter canonicos. c. cum dilectus ſuprà de elect.

Primò limitat, quod tamen præſtat colorem poſsidendi: & ſi fuerit ſpoliatus poſſeſſor qui antea erat confirmatus, debet reſtitui propter confirmationem, quod intelligit Abb. niſi notorie appareret de nouo titulo per ea quæ voluit Inno. in c. conſtitutus. ſuprà de fil. presbyt.

Secundò limitat Abb. concluſionem glo. quando confirmatio fieret à principe vel Rom. Pontif. certa ſcientia tolleretur omne vitium introductum de iure poſitiuo ſecundum Ioan. de Imol.

Tertiò limitat quod operatur vt transferat in excipientem onus probandi. c. ſuper his. infrà de accuſat. & ad omnia iſta glo. alleg. c. 1. veb. irritum. de poſtu. prælat. in 6. in c. fi. glo. fi. in c. quàm ſit, ad fin. de elect. vbi gloſ. firmat concluſionem prædictam, allegat ea quæ ponuntur per Innoc. in c. quod ſicut. ſuprà de elect.

Quartò limit. quod ſaltem confirmatio operatur, vt ſi confirmatus fuerit habitus pro tali, geſta per ipſum valeant. c. tria. verſic. verum. 3. quæſt. 7. l. Barbarius. ff. de offi. præto. Innoc. in cap. nihil. ſuprà de elect. quod ſaltem operatur, vt non procedatur ad alium actum, quamuis primus fuerit nullus, niſi prius caſſato primo: & ſic ſunt quinque effectus quos operatur confirmatio.

Circa iſtam materiam (quia indiget declaratione) licet plura in variis locis ſcribantur. breuiter tamen reſolui poteſt: & primo aduertendum eſt, confirmationem proprie dici, quando fit à ſuperiore, ſuper actu facto ab inferiore. Si verò actus fit à ſuperiore, non debemus dicere, quod inferior confirmet, ſcilicet quod approbat: & ideo male dicunt notarij in compromiſsis, quod lata ſententia partes confirmauerunt. Similiter actus factus ab aliquo non dicitur ab alio pari confirmari, vt quando maritus vendidit rem dotalem, improprie loquimur dicẽdo, quod mulier cõfirmauit. Iſta ſunt de mente Abb. in c. 1. in vltimo verbo ſuprà de treug. & pac. in c. 1. in 2 notabili per illum text. infrà de loca. Bal. in l. fin. C. de leg. Phil. Dec. in rubr. colum. 1. infrà de confir. vti. vel inutil. & confirmatio à ſuperiore dicitur quædam roboratio actus præcedentis. c. pen. vbi omnes de confir. vti vel inutil. Decius in cõſil. ſuprà alleg. & dicit Bal. quod dicitur quædam diſpenſatio: quod verbum notetis, quia quemadmodũ diſpenſatio debet ſtricte intelligi tãquam odioſa. c. 1. c. 2. de fil. presbyt. in 6. idem dicendum erit in confirmatione. quod dictum. Bald. commemorat. Dec. in c. 1. in c. porrecta. in c. examinata. & in c. pen. infrà de confir. vti. vel inutil.

His præſuppoſitis quia Bart. in l. more. col. 1. vbi omnes tractant effectum confirmationis. ff. de iuriſd. om. iud. idem Bart. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccle. voluit quod confirmatio facta ex certa ſcientia, à principe operatur, vt validet actum, qui aliàs erat nullus. l. adoptio nõ iure facta. ff. de adop. Si vero non fiat ex certa ſcientia, nihil operatur. c. 1. c. 2. infrà de confir. vti. vel inutil. Et ideo dicatis quod confirmatio eſt duplex, quædam dicitur facta in forma communi, & eſt illa in qua non adhibetur aliqua cauſæ cognitio, nec aliqua inquiſitio fit, ſed ſimpliciter dicitur confirmamus, prout factum extitit, prout continetur in priuilegiis, quibus fuerunt vſi, & iſta nihil operatur. Quædam dicitur facta ex certa ſcientia, quando fuit adhibita cauſæ cognitio, & ſuperior ſe informauit: & talis habet effectum, vbi actus eſſet nullus, confirmatio operatur vt reddat validum. glo. in d. c. 2. infrà de confir. vtil. vel inutil. declarat notanter Alex. in conſil. 61. viſo inſtrumento. col. pen. in prima part. conſil. 135. viſo titulo. conſil. 11. 2. par. conſil. 39. viſo ſtatuto. col. 4. in 3. par. conſil. 123. ſcribit Eccleſiaſticus. col. 7. in 4. parte conſil. 1. ponderatis. col. 11. & conſil. 30. ponderatis. col. 2. in quinta part. & aliis in locis ſtatim allegandis.

Videndum eſt nunc quomodo cognoſcemus confirmationem factam ex certa ſcientia, & confirmationem in forma communi. Illa autem dicitur facta ex certa ſcientia, quando apponitur illud verbum, ex certa ſcientia. c. porrecta. c. examinata. infrà de confirma. vti. vel inutil. vel quando ponitur verbum motu proprio. c. ſi motu proprio. de præbend. in 6. vel quando ponitur verbum de plenitudine poteſtatis, vel clauſula non obſtantibus quibuſcunque. Dominus Philip. Dec. plura adducens. in d. c. porrecta. col. fin. vel quando inſeritur in confirmatione totus tenor actus qui confirmatur. glo. in c. paſtoralis. §. præterea verbo ex certa ſcientia, ſuprà

de offi.iud. deleg. & hæc exercitio operatur etiam alium effectum; de quo infrà fuit adhibita cauſæ cognitio.& iſta eſt maximi effectus, & videbimus ſtatim. de qua Innoc. in cap. 1. ſuprà de tranſact.. Alexand. in conſilio ſuprà allegato. Socin. conſil. 158.in cauſa vicariæ.col.pen.& conſil.164.viſa bulla. col.4.Franc.de Curte ſenior.conſil. 50. memorandus.col.22.verſic.13.

Quantum ad confirmationem quæ fit ex certa ſcientia in caſibus proxime narratis, illa operatur duos effectus, vnum qui facit actum multum validum,vt voluit Bart.in locis ſuprà dictis.Abb.hîc, & tradunt omnes.c.2. & cap.pen. infrà de confir.vtil. vel inutil.vt Alex.in conſiliis ſuprà allegatis.tamen in duobus caſibus non habet locum iſtud, primo circa defectus ſubſtantiales, vt quia excommunicatus fecit actum,vel alius qui non habuit conſenſum.l.ex conſenſu.§.1.ff.de appel. Spec. in titulo de leg.§.nunc reſpondendum. verſicul.18.Domini de Rota deciſione 230. Papa confirmando in nouis. Secundo quia non ſupplet ea quæ ſunt in facto, cũ præſumatur ſuperior factum ignorare.c. 1. de conſtitu.in 6.Socin.vbi ponit iſta duo in d. conſil. 164. & Franciſ.de Curt.in d.conſil. 50. niſi facta fuiſſet cum cauſæ cognitione: quia tunc omnis defectus. ſuppleretur,& ideo dicit Iaſ.l.ſi teſtamentum.col.2. C.de teſta.quia ſuperior in dubio faceret actum ad poſtulationem alterius, niſi appareat quòd fuerit aliqua cauſa adhibita: ex quo eſt aduertendum, vt adhibeatur cauſæ cognitio, & de ea fiat mentio in confirmatione.Secundum effectum, & notanter operatur,quia reddit actum realem, vbi aliàs eſſet perſonalis. vt ſi aliqui duo tranſegerunt ſuper beneficiato conſtituendo penſionem, vbi aliàs non eſſet niſi perſonalis cõfirmatio,factum à Papa reddet realem, vt tranſeat ad quoſcunque rectores beneficij. cap. niſi eſſent. & ibi traditur infrà de præben.c.cum conueniſſent. ſuprà de pact. traditur in d.deciſione Rot.230.in add.aliud & tertium operatur effectum,vt per eum probatur priuilegium perditum,ſeu actus in ea mentionatus, qui fuerat perditus. vt voluit Spec. in tit. de inſtrumenti edit. §. nunc videndum, quod tamen intelligatis quando totus tenor eſſet inſertus, aliàs ſi ſimpliciter fieret relatio,& non eſſet perfecte inſerta ſubſtantia vt ad plenum poſsit intelligi,non probaretur per ea quæ latiſsime tradidit Iaſ. in l. admonendi. in vtraque lectura ſuprà glo. verbo, magiſtratus. ff. de iureiur. quod quando diſpoſitio aliqua facit mentionem de alia, & refert aliam diſpoſitionem, ſi inſeratur tenor illius alterius,vel apponantur verba, ex quibus tota ſubſtantia poſsit intelligi,ſufficeret iſta,referens aliam.

Quantum ad confirmationem quæ facit mentionem in forma communi, illa nõ dicitur tribuere aliquod ius.cap.1.c. 2.c. pen. infrà de confir. vtil. vel inutil.Bart.& omnes.in l.more.col.1.ff. de iuriſ. om.iud.in l.priuilegia.C.de ſacroſanct.eccl.Decius alios plures allegans in rubr.col.2.de confir.vtil.vel inutil.in cap.ea quæ.infrà de re iud.tamen iſta confirmatio operatur decẽ effectus. Quatuor hîc colliguntur per Abb.qui fuerunt ſuprà relati. quintus eſt quod operatur tantum quantum decretum iudicis.Ibi Bal.in l.quæcunque.col.2.C. de bonis quæ libe.ſextus quia tribuit cauſam præſcribendi,Abba. antiq.Ioan.And.Hoſtien.& Abb.ſic.in ca. dudum. infrà de dec.Septimus, quia facit præſumi ſententiam eſſe iuſtam.Ioa.de Imol.vbi alij in cap.ea quæ iuxta.de re iud.octauus quia pręſtat auctoritatẽ adminiſtrandi, vbi aliàs electus ante confirmationem adminiſtrare non poſſet.glo. ord. in c. quanto. 64. diſt.Abb.in c.noſti.in cap.tranſmiſſam.col.4. ſuprà de elect.in c.1.& 2.infrà de iure. patro. Nonus conſtituit in quaſi poſſeſsione eligendi, ita quod ſi aliquis alius eligit,niſi electio fuerit conſummata,non acquiſiuit quaſi poſſeſsionem eligendi. vt habetur in c.quod ſicut. vbi Innoc. ſuprà de elect. diximus in cap.cum eccleſia.in text.10. quæſt.11. valent acta electionis.Innoc. in c. cum dilectus. ſuprà de elect. Bal.in ſua marg.ſuprà verb.electio.q.19.

Capio glo.verbo reſtituatur,quę habet tres partes.in prima dicit qualiter ſententia lata ſuper poſſeſſorio, quãdo ſtatim cõgrediatur in petitorio,nõ eſt niſi verbalis ſcientia, nec executioni demandatur, de hoc dictum fuit ſuprà in cap. cum eccleſia. gloſſ. verbo reducentes.in ſecunda parte, ibi ſcilicet quid prodeſt.quærit quam vtilitatem afferet illa ſententia verbalis.reſpondet quod magnam, quòd ſpoliatus conſequetur à ſpoliatore fructus, quos ſpoliator percepit à tempore ſpolij, vſque ad tempus in quo fuit lis conteſtata ſuper petitorio.& iſtã deciſionem ſequuntur omnes hîc. Et dicit Card.& Ioan.de Imol.poſt eum, quod etiam obtinebit expenſas factas ſuper poſſeſſorio, & pariter omnia damna & intereſſe,dicatis etiam quod reſtituentur, & demandabuntur in hoc executioni omnes aliæ res,quæ fuerant ſublatæ,quæ forte non erant de beneficio, vt quia habuit ibi quædam bona mobilia. per ea quæ voluit tex.in l.1.& 3.ff.vnde vi.quòd per remedium reſtitutorium non ſolum reſtituuntur res principaliter ablatæ, ſed etiam omnia alia quæ erant cum illis rebus. In ſecundo verſiculo,ſcilicet nunquid glo. format aliam quæſtionem notabilẽ, & quotidianam,vtrum poſſeſſor beneficij lucretur fructus quos percipit. Primo dicendũ videri quòd ſic, quia quandiu litigatur ſuper cauſa ſtatus, percipiuntur alimenta. l. ſi iudex. ff. de his qui ſunt ſui vel ali.iur.& filius, qui querela inofficioſi teſtamenti percipit alimenta pendente lite.l.ſi inſtituta. §. de inofficioſo.ff.de inoffi.teſtamento.dato quòd poſtea tales non reperiebantur habere ius, tandem cõcludit quod poſſeſſor teneatur reſtituere fructus propter malam fidem, quam videtur habere poſsidendo ſine iuſto titulo.c.grauis,infrà de reſt.ſpol.c. cum dilectus.infrà de iure patro.c. dilecto. infrà de præben.neceſſario enim ex mala fide,& ſuo delicto debet reportare commodum:& tales fructus debẽt conuerti in vtilitatem beneficij. In quo articulo Abba. hîc in fin.huius glo. concludit circa fructus, quòd debemus dicere prout in re temporali, quòd in caſibus in quibus condemnatus ad reſtitutionẽ rei temporalis tenetur reſtituere fructus. Idem in beneficiato, quòd illos verè reſtituat in caſibus in quibus condemnatus in re temporali facit fructus ſuos, & non reſtituit: idem in beneficio:in quibus autem caſibus debeat fieri reſtitutio vel retentio,de hoc ſe remittit ad tradita in c.grauis .infrà de reſti. ſpol.& cum hac etiam glo. Card.Bal.Ioan.de Imol.

videntur



videntur tranſire,dicit tamen Abba.quòd in caſibus in quibus quis faceret ſuos, & non teneretur reſtituere, ſi tamen mala fide conſumpſit, tenebitur tantundem eccleſiæ, prout dicitur de illo qui eſt ſuſpectus,vel depoſitus.c.monemus.12. quæſt. 2.c.pręſenti.de offic.ord.in 6.traditur per Io.And. in c.1.de reb.eccleſiæ non alien.in 6. quia non debet eſſe melioris conditionis, qui habet iuſtum titulum, quàm ille qui habet verum titulum.cap. cum qui.de præben.in 6. cum iſto actu duo ſunt reſoluenda. Primum erit,quando poſſeſſor beneficij condemnatur,& alteri adiudicatur,quos fructus teneatur reſtituere. Secundum quando diſſipauit, vel male conſumpſit fructus ſuos, vtrum illos teneatur reſtituere,vbi aliàs feciſſet ſuos,ſi in bonos vſus conuertiſſet.

Circa primum dicatis quod beneficiatus qui fuit condemnatus habebat titulum aut non, ſi quidem habebat titulum,& fuerit bonæ fidei poſſeſſor,non tenetur reſtituere fructus quos cõſumpſit. ſed tantummodo illos qui adhuc ſtant, niſi de naturalibus qui percipiuntur ſine aliqua induſtria.Ita glo.vbi Abb. in cap.grauis. infrà de reſti. ſpol.Si verò fuerit malæ fidei poſſeſſor, tenebitur reſtituere omnes fructus, ſiue fuerint conſumpti, ſiue adhuc ſtent in rerum natura. c.dilecto in fin. infrà de præben.cap. cum dilectus in fine.infrà de iure patro.& in iſta reſolutione fuit vbique Abb. in d.c.grauis.& in d.c.dilecto.col.2.& in c. pen.in fin.infrà de reb.eccleſ.non ali.& in d.cap.cum dilectus col.pen. Domini de Rota. deciſio. 24. fuit dubitatum in nouis.Ioan.de Imol.in conſil.112.in cauſa quę vertitur. col.fi.Domi.in conſi.8.quidam Cardin.alias ſuprà pręmiſſo in vlt.verb.vbi alleg. Ioan.de Lignano.in iſto c.Alex. conſil. viſa facta narratione.col.pen. in 3. part. & conſil.21.repetit. col.fi.in 4.par.Et ad iſtud facit bonus text.in cap. commiſſa. verſic. cęterũ. de elect.in 6.quod ſi quis habet titulum in beneficio tamen habebat animum quod nolebat eſſe eccleſiaſticus, nec tęnere beneficium perpetuo, ſed percipere fructus pro aliquo tempore, vel conſeruare eundem conſanguineo,qui nondum erat capax,prout faciunt nobiles & magnates, talis non facit fructus ſuos, & tenetur ad reſtitutionem pro tit. ibi notauit Dominicus,Petr.de Anchar.& Philip.Franc.Aduertatis tamen ad vnum, quod quamuis bonæ fidei poſſeſſor nõ teneatur ad reſtitutionem fructuum conſumptorum,ſi tamen factus eſt locupletior, vt quia vendidit vinum & frumentũ beneficij, & ex pecunia nomine proprio acquiſiuit vnum prædium,aut permutauit cum aliquo prædio vinum vel frumentum,aut ſoluit debita ſua,& in aliis caſibus ſimilibus in quibus efficitur locupletior, tenetur ad reſtitutionẽ illorum fructuum, ſeu æſtimationem,vt voluit Bart. in l.ex diuerſo. §.1. col. pen.ff.de rei vend.Alex.in d.conſil.21.

Si vero talis beneficiatus nõ habebat titulum, quamuis haberet bonam fidem, ex eo quòd de iure,ſine titulo,non poteſt obtineri.c.1.de reg.iur. in 6.talis dicitur habere contra ſe ius. & dicitur ius ſibi reſiſtere, ex quo tenetur ad reſtitutionem fructuum, cum præſumatur mala fides.cap. qui contra iura.de reg.iur.in 6.ita Bart.in l.ſed & ſi lege.§.ſcirę.per illum text. ff.de peti. hæred. Alleg. etiam text.in l.iubemus. C. de ſacroſanct. eccleſ.l. quemadmodum.C.de agric.& cenſit. lib.11. Abb. in d.cap.dilecto.infrà de præbend.notet.circa pręmiſſa,dum quæro de reſtitutione fructuum, quia ante omnia ſiue in bonæ fidei poſſeſſore, ſiue in malæ fidei poſſeſſore, deducuntur expenſæ factæ gratia ſeminandorum fructuum, vel colligendodorum, aut conſeruandorum.l. fructus. vbi Bart. latè & omnes.ff.ſolu.matri.Spec.in titul. de fruct. & expenſ.§.1.ſimiliter expenſæ neceſſariæ factæ in re,quibus res facta eſt fertilior, poſſunt ante omnia deduci.l.domum.C. de rei vend.l. ſecundum autem.ff.eod.tit.§.ante.inſti.de re diuiſ.Spec.in tit. de expenſ.§.1.illud quod ſupereſt debet reſtitui ſecundum diſtinctionem prædictam.de quibus omnibus latius dicetur in d. cap. grauis. infrà de reſti.ſpol.

Circa ſecundum, quando poſſeſſor fructus quos faceret ſuos,quia erat bonæ fidei,& cõſumpſit & diſsipauit,& in malos vſus conuertit, tenetur ad reſtitutionem,vt concludit Abb.hîc, quod ſic refert & ſequitur Felin. in c. de quarta. col. 10. infrà de præſcrip. Et ratio eſt fundamentalis,quia poſſeſſor tenetur reſtituere illos fructus,quos non facit ſuos,vt Bart.voluit in d.l.ex diuerſo.ff.de rei vend.Abb. in d. cap.grauis. infrà de reſti. ſpoliat. ſcilicet beneficiatus quantuncumque haberet titulum iuſtum,& bonam fidem, dato etiam quod non allegaret ſuper beneficio, & illud poſsideret quandiu viueret, non poteſt tamen fructus beneficij expendere ad ſui libitum, ſed tantummodo pro alimentis & veſtimentis ſecundum qualitatem & dignitatem ſuæ perſonæ,& beneficij,vel erga familiares ſibi neceſſarios largiendo illis qui præſtiterunt ſeruitia ſibi, aut ſuo beneficio neceſſaria, reſiduum debet implicari in vtilitatem eccleſiæ,& largiri pauperibus,aliàs male expendendo tenetur ad reſtitutionem, & non facit fructus ſuos.c.aurum.c.generalia.12.quæſt.2. cap. epiſcopus.12.quæſt.1.in c.duo ſunt.in c. res eccleſiæ.cap. cauſa.& Abb.latiſsime in repet.c.cum omnes.col. 1.infrà de teſta.Præpoſi. in cap.1. 44.diſtin.vbi eſt bonus tex.Hierony.dicens, quod clerici cogitare debent vt viuant de altari,& non luxurientur,nec ebriẽtur.prout Nabuzacard princeps coquorum. tradunt omnes in c.fi. infrà de peculio cler. Si ergo fructus qui expenduntur in malos vſus, debeant reſtitui eccleſiæ, & fructus qui conſeruantur eccleſiæ pertinent ſucceſſori. c.præſenti.de offic.ord.in 6.ſequitur ergo quod condemnatus teneatur illos reſtituere illi, cui fuit adiudicatum beneficium.

Notetis circa iſtud vnum quod examinat Fel. in d.c.de quarta. col.9. infrà de præſcrip. quòd ſi aliquis poſsidens beneficium cum titulo, committat delictum, ratione cuius veniret priuandus ſuo beneficio, fructus quos percipit antequam fuerit priuatus,facit ſuos,ita quod vſque ad mortem poſſederit beneficiũ, & illos implicauerit in bonos vſus,& doleat de peccato in conſciẽtia,nõ tenetur ad reſtitutionẽ.per d.Inno.in c.cũ noſtris. infrà de conceſſ.pręben.ſic in criminibus ſymonię & hæreſis.c.2.& ibi Fel.& alij.de reſcrip.

Capio

Capio glo.pen.verb.quod petitorium.quæ habet duas partes.in prima colligit ex tex. qualiter in eodem libello poſſunt plura remedia cumulari.in ſecundo ibi ſed nunquid, quærit quomodo in iſto text.deducebatur poſſeſſorium, & petitorium. Circa primam partem nullus ſcribentium hîc facit mentionem,dicatis breuiter;ſi quæratur. cum plures actiones poſsint in eodem libello cumulari,quia aut competunt cõtra plures, aut cõtra vnum:ſiquidem contra plures,aut pro vno negotio, vt quia illis pluribus mutuauerim pecunias,aut illi plures vendiderant mihi aliquã rem, aut illi plures commiſerũt vnũ delictum, & tunc poſſunt eodem libello conueniri.l. ſi quis ſeparatim.§.1.ff.de appellat. Authen.hoc ita.C.de duob. reis.Facit text.in l.1.& 2.C.de conſor.eiuſdem lit. Aut illi plures tenebantur pro diuerſis factis, vel diuerſis obligationibus & non poſſunt conueniri eodẽ libello,vt traditur per Bal.in l. edicta. quæſt. 13. Et ſeq. de eden. C. Si verò competant plures actiones contra eundem aut ſunt diuerſæ ſpeciei, aut eiuſdem ſpeciei,ſi quidem diuerſæ ſpeciei, & vna habet continentiam cum altera,vt eſt poſſeſſorium & petitorium, prout dictum eſt ſuprà in c.1.& poſſunt ſimul cumulari.cap. 2.c. cum eccleſia.ſuprà eodem.c.cum dilectus.infrà eod.& videbimus latè in cap.paſtoralis proxime ſequẽti:Aut non habent continentiam, vt quia aliquis tenetur mihi in decem ex cauſa mutui, & viginti, ex cauſa venditionis,& ſub alia ſpecie non poſſunt eodem libello cumulari.l.ſi is qui Stichũ.ff.de act. & oblig.Bart.in l.non eſt nouum. ff.de act. empt. Abb.in c.2.col.pen.ſuprà de lib.obla. Si autẽ ſunt eiuſdem ſpeciei,vt quia debet decẽ ex vno,viginti ex alio mutuos,vel debet decẽ ex vẽditione vnius rei, viginti ex venditione alterius rei, & ſic illæ plures ſunt eiuſdem ſpeciei, poſſunt eſſe in eodẽ libello.l.hæredes. §.ſi plures.ff. famil. herciſ.l. cum duobus.l.ſi inter fratres.§.ſi plures.ff.pro ſoc.l.nõ eſt nouum.ff.de acti.empt.l.bona.C.famil.herciſc. gloſſ.hîc in cap.dilectus. infrà de capel. monach. Bart.in l.non eſt nouum.ff.de act.emp.glo.in cap. diſpendia.verb.perſonales.de reſcrip.in 6.Abb. in d.cap.2.de libel.obla. Iaſ.in l. edicta.cir.fin. C. de eden.in l.ſi idem cum eodem.col.1.ff.de iuriſ. om. iud.Bal.in l.1.col.fin.C.de fidei. Specul.in titul.de pet.& poſſ.verſi. ſed quid ſi epiſcopus.Verum eſt tamen, licet eodem libello concipiantur plures actiones,dicentur eſſe proprie plures libelli. Spec. in tit.de lit.conteſt.§.1.verſic.1.per tex. in cap.cum pro cauſa.infrà de ſent.excommuni.in l.de pupillo.§.ſi plurium.ff.de no.operi. nunt. in l. etiam.ff. de minor.Iaſ.poſt Bart.per illum tex.in l.ſcire debemus.in primo not.ff.de verb. oblig. Aduertatis etiam quod pręmiſſa intelligimus quando plures actiones competunt pro diuerſis rebus,aut diuerſis factis, ſed quando plura remedia competunt pro eadem re, limitatur cumulatio in eodem libello.Bart.in l.edita,circa med. C. de eden. Paul. ſequitur regulas in quibus impeditur cumulatio, & ſic regulariter admittitur niſi in ſex caſibus. Ibi videatur per Bart.& per Abb. in d.cap.2.ſuprà de libel.oblat.

Circa tertium per glo. Abb. illam declarando format vnum contrarium, quod in iſto text.non poterat ſimul deduci petitorium & poſſeſſorium, quia ſi quis poſsideat nõ poteſt petere illud quod poſsidet.ca.examinata.ſuprà de iudic.§.ſic itaque. inſtit.de acti. Reſpondet tribus modis ſecundum glo.1.quod nemo poſsidebat,quia vtrumque fuerat ſpoliatus.Iſtam ſolutionem reprobat, nam in text. non fit mentio de ſpoliatione, niſi reſpectu vnius,ideo tranſit ad ſecũdam ſolutionem, quòd poſſeſſor ſe defendebat tantummodo, & pro parte ſua non intentabat petitorium, ſed ſpoliatus intentabat poſſeſſorium recuperandæ,& ſimiliter petitorium,petendo pronũtiari electionem ſuam validam.Iſtam etiam reprobat, quia ſi reus nihil petebat,non debuit contra condemnari, & pronuntiari electio ſua inualida, cum iudex non debeat pronuntiare niſi ſuper petitis.cap.licet Hely. cap.fin.in fi.infrà de ſymo.l.fin.C.de fideiuſ.liber. Et in beneficialibus quando actor non probat ſe habere ius,poſſeſſor debet relaxari & abſolui, etiã quòd non doceat de iure ſuo, imo quod plus eſt, dato quod reus confiteretur ſe non habere ius, debet tamen relaxari, ſi non petierit aliquid, ſed ſolum ſe defendat,per ea quæ voluit Abb. in cap. mandatum.ſuprà de reſcrip.Trãſit ideo ad aliam & tertiam ſolutionem,quòd reus qui erat poſſeſſor ſimiliter voluit ingredi petitorium, deducendo iura ſua,& petendo pronuntiari,ſuper ſua electione. Quamuis enim fuerit poſſeſſor in iuribus incorporalibus,intentat petitorium,vt voluit glo. & ibi vidimus in c.cum eccleſia.ſuprà eodem.verbo quicquid. Et poſtquam vterque intentauit petitorium,& appareat de non iure vtriuſque,debet quilibet priuari per ſententiam : ex quo infert qualiter ſit pronuntiandum in cauſa beneficiali, quia aut quilibet petit adiudicari beneficiũ, quo caſu ſi nemo probat, debet vterque priuari, ſi alter probet,debet illi adiudicari:ſi vero reus ſe defendat tantummodo debet abſolui, & remanere poſſeſſor,niſi actor plenè probet intentionem ſuã. Allegat Dominos de Rot. in deciſione 15. in nouis. imò quod plus eſt,ſi actor ſemiplene probaret,non eſt ſibi deferendum iuramentum ſuppletiuum,ſed reus debet abſolui : per ea quæ notantur in c.mulieri.in c.fi.infrà de iureiur.in c.in pręſentia.infrà de probat.& de hoc Io.And.in c.cum qui.de eo qui mitti.in poſſeſ.in 6.

Ex his dictis Abb.habetis duo colligere,primo quod regula illa actore non probante reus abſolui debet,de qua in l.actore.infrà de probat. glo.fi. vbi aliæ concordantes ponuntur. in c.cum eccleſia. ſuprà eodem. habet locũ in beneficialibus:ita quod ſi actor non plene iuſtificet intentionem ſuam,reus debet abſolui,dato quod non appareat de iure ſuo.Imo, quod plus eſt, ſi confiteretur ſe non habere ius,debet ſemper abſolui.in ca. mandatum col.pen.verſic. ſed nunquid reus. ſuprà dę reſcrip.vbi.Ioan.And.col.pen.& cęteri ſequuntur. Idem voluit Abb.in c.ex conqueſtione. col. pen. infrà de reſti.ſpol.Dominicus in conſi.91.præmiſſo.col.pen.Domini de Rota.deciſione 15.in nouis deciſione.40.& 70.264.in antiq. Decius in l. qui accuſare.col.2.C.de eden.intelligatis tamen,vt dicit hîc Abb.quãdo reus nihil aliud faceret, quàm

ſe defen



ſe defendere, & quamuis deducat titulos ſuos, ſi tamen facit tantummodo ad finem ſe defendendi, habet locum hæc concluſio : ſecus ſi ipſe reus procederet petendo pronuntiari ius ſibi competere, hoc caſu ſi non appareat de iure ſuo, debet priuari beneficio, per iſtum text. Idẽ voluit Abb. in d.cap.ex conqueſtione. Domini de Rota.in d. deciſione 15.intelligatis & ſecundo niſi iudex vellet procedere ex officio ſuo, & cognoſcere de titulis ſuis poſſeſſoriis.cap.ordinarij. ſuprà de officio ord.in 6.c.per inquiſitionem.ſuprà de elect. c. fi.ſuprà de cle. peregr. & hoc caſu quando poſſeſſor longo tempore fuit in poſſeſsione, & habitus pro beneficiato, vtrum ſuperior poſsit procedere ad inquirendum de titulis,ponit Fel.in cap.ſicut. circa medium. de re iud.

Secũdò voluit Abb.quod in caſibus beneficialibus,non habet locum ſuppletiuum iuramẽtum, quod ſolet dari quando quis ſemiplene probauit. per ea quæ voluit glo. in c.mulieri. infrà de iureiur. quod in cauſa matrimonij non eſt locus tali iuramento, per ea quæ notantur in cap.fi.eodem titulo.Ioan.And.idem voluit.in c.eum qui. col.fi. de eo qui mitti.in poſſe.in 6. Nam in cauſis ſpiritualibus non datur tale iuramentum, quia ſunt cauſæ graues.Alex.Paul.in l.3.in princ. ff. de iureiur.Iaſ.in l.admonendi.in prima lectura. col. 164. verſic.2.vbi ponit ſecundam limitationem. ad regulam, quod ſi ſit probatum ſemiplene,locus eſt iuramento ſuppletiuo.Decius conſil.133.viſo proceſſu,& ſententia.col.2.

Capio glo.fin. verbo de qua re,in qua dantur quatuor limitationes ad regulam poſitam in tex. Abb. examinat vnam referendo ſimpliciter alias, & addit tres:in quo articulo colligemus caſus, in quibus non procedat iſta regula,& pro vltimo reſeruabimus illud quod examinatur per Abba.videndo de varitate illius,& tandem reſoluendo.regula eſt,quod iudex qui cognouit de aliqua cauſa,debet ſuper illa diffinire, & ſententiam ferre,vt voluit hîc tex.& in l.de qua re.vbi Bart. & cæteri omnes.ff.de iud.glo.in verbo reſtituendum. ſuprà hoc cap.glo.in c.1.ſuprà de ord. cognit. Innoc. in cap.ad hæc.ſuprà de offi.Archid.Abb.in cap.cum eccleſia. col.9.ſuprà eodem.

Primò limitatur in cauſa criminali contra epiſcopum, quãdo epiſcopi vicini de ea cognoſcunt. c.accuſatus.c.quamuis.c.dudum.3.quæſt.6. & hoc competit, quia depoſitio.epiſcopi reſeruatur Ro. Pontif.vt habetur in cap.quod ad tranſlationem. ſupra de officio leg.

Secundò limitatur quando ſuperior qui tulit ſententiam committit executionem alicui,eo caſu executor poteſt ſe informare ſuper his quę opponuntur contra ſententiam, nõ autem diffinire. cap. de cætero. infrà de re iudica.& iſtud eſt,quia executor niſi habeat expreſſum mandatum, non poteſt cognoſcere de cauſa, ſed tantummodo ſe informare.l.ab executore. C. quorum ſent.appel.non recip.Spec.in tit.de ſent.

Tertiò limitatur in cauſis incidentibus : & appellamus incidentes quæ conueniunt in materia principali,& perimunt intentionẽ partis. vt quando opponitur contra aliquem qui petit hæreditatem, quòd non eſt filius. Emergens dicitur, aut quæ ſolum concernit ſolennitatem, aut ordinem iudicij,vt quia opponitur alicui,quòd eſt excommunicatus & nõ debet audiri,vel quòd eſt ſeruus, & ideo nõ poteſt eſſe procurator.Iſtę cauſę emergentes poſſunt & debent terminari ſuper incidentibus. Iſta declarat & ponit Bart. in d.l.de qua re. vbi Bald.& Paul.de Caſt.glo.Bart.& cæteri in l.1. C.de ord.iudic.glo.vbi Abb.poſt alios in c.1.ſuprà de ord.cognit.

Quartò limitetis ſecundum Abb. hîc,quando fuiſſet appellatum in aliqua cauſa,iudex non poteſt vlterius progredi,ſed debet coram iudice appellationem eam proſequi. ca. vt debitus honor. infrà de appel.Intelligatis quando fuit inhibitum à ſuperiore iudice appellationum,aliàs ante inhibitionem non obſtante appellatione poteſt iudex procedere vſque ad ſententiam,& diffinire.c.non ſolum.infrà de appel.in 6.

Quintò limitatur ſecundum Abb.hîc,quando iudex fuit recuſatus,ſuſpectus, quo caſu pars recuſans debet allegare cauſas ſufficientes & tales, quod ſi probarentur, eſſet ſuſpectus, debet poſtea eligi arbiter, coram quo cauſæ inſtificentur, & interim ſuperſedeat iudex recuſatus, ſi cauſæ probentur veræ,non poteſt amplius cognoſcere,aliàs remittatur ſibi cauſa.cap.ſecundo requiris.c. cum ſpirituali.infrà de appell.de quo articulo latè omnes in cap.ſuſpitionem. de officio.deleg. Bar. vbi Alex.in l.quia poteſt.ff.ad Trebel. ſuprà tex. glo. & ibi omnes in l.apertiſsimi.C.de iudic.

Sextò limitatur in caſu l.quoties.C. vbi.Senat. vel cla. quando committeretur à principe cauſa criminalis perſonarum illuſtrium, quod non poteſt commiſſarius procedere ad diffinitionem.

Septimò in caſu c.conſtitutus. primo. infrà de appella.quando fuiſſet appellatum ad Ro.Pontif. legatus quamuis ſe poſsit informare & cognoſcere de cauſa appellationis, non tamen poteſt diffinire.

Octauò, quando neceſsitas immineret circa cognitionẽ, quia res erat peritura.vt ſi forte actio debebat præſcribi, & legatus eſt aliquis, qui erat mihi obligatus,licet aliàs durante legatione non poſsit conueniri,ad iſtum tamen effectum,vt non pereat actio,poterit cognoſcere iudex,& non procedere ad diffinitionem.l.1. vbi Bart. ff. de officio conſul.l.1.in fi.ff.de ſeruo corrupt.

Nonò quando poteſtas iudicis eſſet finita, vt quia officium ſuum fuit extinctum, licet cognouerit, debet alius diffinire. ita Bart.in l. iudicium ſoluitur.ff.de iudic.

Decimò quando ſuperior qui commiſit iudicem reuocat ipſum, vel aliàs reuocat cauſam d.l. iudicium ſoluitur.vbi Bar.&c.

Vndecimò ſi pendente iudicio cauſa vel actio pereat.l.ſi mulier.ff.ſolu. ma. vbi caſus de muliere quæ diuerterat à viro,& petebat dotẽ ſuã, cognita cauſa iterum rediit ad virum,& matrimonium contraxit, non poteſt iudex procedere ad diffinitionem.Ita ſummat ibi Barto. & idem poſſemus dicere,quando res eſſent peremptæ.

Duodecimò,ſi lapſum fuerit tempus ſtatutum à iure,vel conuentione partium,circa inſtantiam

pro

pro cognita cauſa intra tempus quæ non potuit diffiniri, poſt tempus, non terminabitur. l. properandum. l. pen. C. de iudic.

Decimotertiò in caſtellanis caſtrorũ iſtius patriæ qui formant proceſſus criminales quos tantummodo diffiniunt, ſed iudices terminant in aſciſiis. de quibus in l. 2. & fi. C. de peda. iudic.

Decimoquartò quando iudex cauſa cognita vult referre ſuperiori. de quo in l. 1. C. de relat.

Decimoquintò quando iudex appellationum intra fatalia cognouit de cauſa lapſis fatalibus, nõ poteſt diffinire. l. fi. §. pen. C. de temporalib. appel.

Decimoſextò quando ſuperuenit reo pendente iudicio priuilegium; ratione cuius valet alia iudicialis, dummodo nõ procurauerit, vel in fraudem fecerit. vt quia accuſatus de delicto, effectus eſt clericus. de quo Bart. in l. 1. in princ. col. 2. C. de queſt. latẽ Iaſ. in l. cum quędam puella. ff. de iuriſd. omnium iudic.

Decimoſeptimò quãdo in priuilegiatum non obſtante quod petierit ſe remitti, iudex procedit cognoſcendo de communi: & poſtea ſibi inhibetur, ne habeat vlterius procedere. de quo in c. ſi diligenti. ſuprà de foro compet. in authent. Habita. C. ne fil. pro patre.

Decimooctauò quando apponeretur illa clauſula prout cõmuniter conſueuerunt notarij quòd cauſa cepta coram vno iudice poſsit per alium terminari. de quo in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iudic.

Decimononò quando iudex qui cognouit, eſt negligens in ferendo ſententiam, per querelam poteſt adiri ſuperior, vt habeat auocare, & terminare. c. 2. de except. in 6. l. fin. cir princ. C. de temp. appel. Paul. de Caſt. & Alex. in l. quamuis. ff. de in ius voca. Felin. in c. ex tenore. colum. penul. ſuprà de reſcript.

Viceſimò quando propter potentiam iudicis reus non poteſt conſequi ſententiam, adiri poteſt ſuperior, vt ſuprà.

Viceſimoprimò in cauſa hæreſis, dato quòd inquiſitor formauerit proceſſum, poteſt tamen diffiniri per epiſcopum, vel eius vicarium. c. per hoc. de hæret. in 6.

Viceſimoſecundò quando dantur plures delegati cum clauſula, quatenus vos omnes, aut duo, aut vnus veſtrum, ſi ab vno fuerit cognitum de cauſa, & impeditur diffinire morte, infirmitate, aut aliàs, collega poterit diffinire. c. cum plures. de offi. deleg. in 6.

Viceſimotertiò quando cauſa coram arbitro vel arbitratoribus fuit tractata, & altera partium vult ire ad iudicem, licet incidat in pœnam poſitam in arbitrio, impediet tamen diffinitionem. l. ſi is qui rem. ff. de arbit.

Viceſimoquartò quando partes relicto iudice ſuo prorogauerunt iuriſdictionem alterius qui cognouit de cauſa, iudex eorum pro conſeruanda ſua iuriſdictione. poterit illis pręcipere, ne progrediãtur vlterius, & impediat diffinitionem, vt veniant coram ipſo. de hoc tamen Bart. videatis & ibi alios in l. 1. §. & poſt. ff. de no. operis nunt.

Viceſimoquintò & vltimo, (& iſtum caſum pro vltimo reſeruauimus,) quia aliquid examinat hîc Abb. quando fuiſſet commiſſa cauſæ cognitio, alicui reſeruata, ſententia committendi, vel oppoſita eſſent talia verba, denotantia qualiter committens reſeruat ſibi ſententiam, vt voluit iſta glo. de qua eſt text. in l. vbi adhuc. C. ad l. Cor. de fal. in authent. ad hæc. C. de iudic. ſed difficultas conſiſtit quando non reſeruatur ſententia, vtrum committendo cognitionem cauſæ videatur etiam committi diffinitio. Abb. hîc refert opinionem gloſſ. in l. qui procuratorem. vt quæ tenet quod non veniat diffinitio. Refert deinde opinionem Specul. in tit. de deleg. §. ſequitur. verſic. 1. & nota volentis contrarium quod imo veniat diffinitio. & in iſta opinione fuit Innoc. in c. ad hæc. ſuprà de officio Archid. Refert tertiam opinionẽ quæ fuit Bart. diſtinguentis in l. à Diuo pio. in princ. col. pen. ff. de re iud. quod aut ſimpliciter fuit commiſſa cauſa non additis illis verbis cognitio, & tunc venit &c. diffinitio. arg. l. ſi defenſor. §. 1. ff. de interrog. acti. l. 3. C. de peda. iud. l. vnica. C. qui pro ſua iuriſd. aut fuit cõmiſſa cauſę cognitio: quo caſu, quia cognitio & diffinitio ſunt diuerſa, exprimẽdo vnũ videtur denegare de alio. l. cũ Prętor. ff. de iudic. Refert poſtea quartã opinionẽ quæ fuit Matheſil. in l. qui procuratorẽ dat. ff. de procur. de qua non cõmemorando Mar. in addit. ad Spec. in loco ſuprà allegato in additione quæ incipit contra l. vbi acceptum. Poſtquam hincinde pro & contra adduxit, diſtinguit, aut loquimur in delegato ab ordinario, & quia faciliter poteſt adiri committens, non venit diffinitio, aut in delegato à principe, & tunc bene venit cum princeps non poſsit faciliter adiri. text. in l. 1. C. ſi contra ius vel vtil. refert poſtea quintam opinionem quæ fuit Iacob. Butrig. in l. 3. §. cognoſci. per illum tex. ff. de officio præfec. vrb. quem refert non commemorando. Iaſ. Ioa. And. in addit. ſuprà alleg. in fi. verb. quòd aut loquimur in delegato ordinario ad vniuerſitatem cauſarum, vt ſunt conſeruatores aliquorum priuilegiorum, vel deputati circa aliquas perſonas, & tunc bene veniret diffinitio, aut in delegato in vna cauſa, & tunc non veniet niſi exprimatur: & cum hac opinione tranſit Abb. reſpondẽdo, ad l. de qua re. ff. de iudic. quod ille tex. limitetur non habere locũ propter defectum poteſtatis iudicis, prout videmus in c. accuſatus. in c. quamuis. in cap. dudum. 3. quæſt. 6. & in l. quoties. vbi Senat. vel clar. C. & ideo Dec. Paul. de Caſtr. in l. 1. C. ſi contra ius vel vtil. publi. & in l. à Diuo pio, in princ. ff. de re iud. quod curia Roma. conſueuit in commiſsionibus cauſarũ apponere clauſulam, Committimus cauſam cognoſcendam, & debito fine terminãdam, vel alia ſimilis clauſula. & dicit Alex. in d. l. à Diuo pio. in lectura, in additione, prima quòd iſte paſſus eſt multũ dubius. & Andr. Sicu. in c. 1. ſuper quæſtionum. in princ. in 3. col. ſuprà de offic. deleg. quod quælibet opinio habet maximas authoritates. & in qualibet fuerunt plures doctores.

Circa iſtum articulum, quamuis fuerunt varię opiniones, illa tamen videtur verior de iure, & eſt magis communis, quod commiſſa non ſolum cauſa, ſed etiam cauſæ cognitione, dato quod non ponatur cauſę diffinitio, cõprehenditur diffinitio,





etiam terminatio cauſę. 1. per illum tex. in l. de qua re. ff. de iudic. & per iſtum text. qui faciunt mentionem tantummodo de cognitione & concludunt, quòd non ſolum poteſt diffinire, ſed eſt cogendus. ſecundo per tex. in c. ſuper queſtionum. in princ. de offic. deleg. vbi dicit quòd quandoq; poteſt committi cognitio cauſæ reſeruata ſententia, ſed exceptio debet eſſe de regula. l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de penu lega. Bar. in l. in his. ff. de legi. in l. ſi eum. §. iniuriarum. ff. ſi quis cauti. ſi contra reſeruetur ſententia, quando cõmittitur cognitio, ſequitur quod appellatione cognitionis cauſæ, comprehendebatur diffinitio, aliàs fruſtra fieret exceptio, & probatur per text. in c. paſtoralis. in c. prudentiam. in c. ſignificauit, & ibi Abb. in 2. not. ſuprà de offic. deleg. in c. ad noſtram, ſuprà de cõſuet. in c. ſi iudex. de ſenten. excom. in 6. in l. 3. §. cognoſcit. ff. de offic. præfect. vigi. Vbi fit mentio de commiſsione cauſæ, & cognitione eiuſdẽ, & tandem deciditur, quod ad diffinitionem procedere poteſt. 4. per tex. in c. cum ſpeciali. ſuprà de appel. in c. ab arbitris. de offi. deleg. in 6. in c. legitima. de appel. eo. tit. vbi loquitur text. de arbit. qui habent cognoſcere de cauſis ſuſpitionum, & dicitur quod ſi reperiantur iuſtæ debent diffinire cauſam recuſationis. 5. reſtringit text. in l. 1. C. ſi contra ius vel vtil. publ. vbi loquitur de delegato ab Imperatore, circa cognitionem cauſæ, qui poteſt diffinire, nec debemus dicere ſpeciale in delegato principis, poſtquam in text. apparet quod princeps voluit vti abſolutè, quia in dubio videtur vti iure cõmuni, dictum eſt Inno. vbiq; allegatum in c. innotuit. ſuprà de elect. in 6. facit text. in l. ad rem. in l. ad legatum. C. de rei vend. quod conceſſo vno dicuntur venire quæ ſunt præambula ad illud. Idem dicere debemus in his quę ſunt ſequẽtia. arg. l. cui iuriſdictio. ff. de iuriſd. om. iud. facit, quod bonũ eſt argumentum, de quæſtione procuratoris, ad commiſsionem iudicis, & pari paſſu videntur ambulare, vt traditur in l. & quia. ff. de iuriſ. omn. iud. ſed quando cõſtituitur procurator ad ingrediendum litem, habet etiam poteſtatem ad proſequendum vſque ad finem. l. qui procuratorem dat. ff. de procurat. Idem contra in commiſsione iudicis. Nam quando aliqua duo æquiparantur, diſpoſitio loquens in vno extenditur ad aliud. glo. ordin. in l. ſi quis ſeruo, ad fi. verbi corrumpi. C. de furt. 8. facit. Nam ſi committatur cognitio cauſæ, & diffinitio, venit, etiam executio, ſi non fuerit facta mentio. l. fi. C. de iudic. & ibi traditur. Debemus cõtra idem dicere quod cõmiſſa cauſæ cognitione veniat diffinitio cum magis ſit exequi, quàm diffinire. vt habetur in d. l. fi. quia natura extremorum eſt, quod videantur connexa. l. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtem. l. 3. §. ſi minor. ff. de minor. conceſſo contra vno extremo, ſcilicet cognitio cauſæ, debet venire & aliud ſcilicet diffinitio. Ideò iſtud videtur voluiſſe gloſſ. in l. vbi adhuc. C. ad l. Corn. de Falſ. & quamuis pro prima opinione allegetur gl. in l. qui procuratorem dat. ff. de procur. ſi rectè ponderetur non probat opinionẽ contrariam, debet enim deciſio intelligi ſecundũ legem quæ allegatur, vt voluit Bart. in l. nõ ſolum. §. liberationis. ff. de libe. leg. gl. allegat. l. vbi adhuc. ſuprà de fal. authentica ad hæc. C. de iudic. in quibus dicitur quod nõ venit diffinitio, quando expreſsè fuit reſeruata, & ita debet intelligi illa glo. ſi contra nõ fuerit reſeruata diffinitio, tunc debet venire, & in hac opinione fuerunt Spec. in tit. de leg. §. ſequitur. verſi. & nota. Bald. in l. 3. §. cognoſcit. ff. de offi. præfect. vigi. & in tit. de prohib. feũ. alie. per Frede. verſi. ad cognitionem. in vſib. feud. Paul. de Caſt. Ang. & Iaſo. in l. 1. C. ſi cõtra ius, vel vtil. pub. Io. de Imol. in l. à Diuo pio in princ. ff. de iud. & in c. paſtoralis. §. quia verò, ſuprà de offic. deleg. Abb. in c. ſignificauit. in 2. nota. eo. tit. And. Barb. ſic in c. ſuper quæſtionum, c. 2. & 3. vbi Fel. col. 2. ſuprà de offi. deleg.

*Beneficiatus an poſſit intentare poſſeſſorium antequã apprehendat.*

Ex gl. hîc Abba. poſt Inno. ex dictis eius formauit quatuor quæſtiones deinde adiungit aliam, & ſic ſunt quinq;. Primò quærit vtrũ clericus qui habet titulũ in beneficio, antequã fuerit apprehenſus poſſeſsionẽ, poſsit intentare remedia poſſeſſoria, & cõcludit ex dictis Inno. quod ſi vellet intentare poſſeſſoriũ, intelligatis retinendæ, vel recuperãdę, quia de adipiſcenda nõ eſſet dubium, & illud intentat ratione beneficij & iuris, quod habet in beneficio, non poteſt facere niſi fuerit apprehenſus poſſeſsionẽ, quamuis ex titulo proſequatur ius. c. trãſmiſſa. ſuprà de elect. & videbimus latè in q. ſeq. non tranſit tamẽ poſſeſsio ſine apprehenſione, vt diximus in hęrede, qui per aditionem hæreditatis acquiſiuit dominium: non tamen poſſeſsionem ſi non fuerit apprehenſa. l. cum hæredes in prin. ff. de acq. poſſ. nec aliquis poſſet ſe dicere ſpoliatũ, qui non fuit poſſeſſor. Priuatio enim præſupponit habitum. c. ad diſſoluendum, infrà de deſpon. impub. l. decem. ff. de verb. oblig.

Et ideò in iſto tex. præſupponendũ quod ſubdiaco. qui aſſeruit ſe ſpoliatũ, adeptus fuerat poſſeſsionem. Si verò vult intentare remedia poſſeſſoria, pro rebus competentibus beneficio, & pro penſionibus, cenſibus, decimis, prædiis, aut aliis rebus, dato quòd nunquã fuerit in poſſeſsione percipiendi illa iura, vel nunquã fuerit apprehenſus poſſeſsionẽ rerum corporalium, nomine beneficij, dummodo prædeceſſores aliàs fuerint in poſſeſsione, poterit remedia poſſeſſoria intentare, vt voluit hîc Inno. & Do. de Rot. in deciſ. nouis. q. 4. poſſeſſor beneficij, dum tamẽ ab aliquo non poſſideretur, quia propria auctoritate non debet apprehendere poſſeſsionẽ. l. extat. ff. quod met. cauſa. l. ſi quis in tantã. C. vnde vi. c. eum qui. de præben. in 6. facit etiam quod ibi nota. in c. per venerabilem poſt medium. infrà qui filij ſunt legit.

Ex his dictis Abb. habetis tria colligere, primũ eſt quod ante poſſeſsionem apprehenſam beneficij, clericus cui facta eſt prouiſio, nõ poteſt intentare remedia poſſeſſoria, pro ipſo beneficio, quia quamuis ex titulo acquiratur ſibi ius c. ſi tibi abſenti, de præben. in 6. plenè dicemus, in ſeq. q. tamẽ poſſeſsio non tranſit. l. cum hæredes. in prin. ff. de acq. poſſ. Nec obſtat quod dicit ſtatim Abb. qualiter pro rebus beneficij, dato quod non cõprahendat poſſeſsionẽ, poteſt agere poſſeſſorio, quia illud ex eo quod eccleſia, vacante beneficio, poſsidebat res ſuas, vt dicemus ſtatim, non tamen poterat ſeipſum poſsidere, cùm inter poſsidentẽ, & rem poſſeſſam debeat eſſe differentia. glo. & ibi Iaſo. col. 4.

C.de ſeruis fugit.facit text. in c.fin.infrà de inſtit.

Secundum eſt,quòd clericus adepta poſſeſsione beneficij, dato quòd non poſſederit res ipſius beneficij,poteſt intentare remedia poſſeſſoria,pro rebus & iuribus beneficij,vt puta,ſi prædeceſſores fuerant, in poſſeſsione percipiendi penſionem in aliquo fundo, vel decimas in aliquo prædio, adhuc non percepit penſionem, neq; decimam:poterit tamen remedia poſſeſſoria ſiue nō ſit remedium. c. querelam. de elect. ſiue ſit remedium. c. reintegranda.3.q.1.aut aliud quodcunq;,dummodo nomine eccleſię intentet tale remedium poterit experiri.Ita Inno.& Abb.hîc Barto.& cæteri.in l.cum hæredes.in princ. ff.de acq.poſſeſ. Domini de Rota,deciſ.4.in nouis.deciſ.227.& 335.in antiq. Rationem vbique aſsignant vacante eccleſia, ipſa eccleſia debet poſsidere res ſuas,& iſtud voluit,& declarauit Bart.vbi omnes in l.1.§.fi.ff.de acq.poſſ. dum quærit quis poſsideat res alicuius eccleſiæ, & communitatis, reſpondet per illum text.quod non ſyndicus,non œconomus, non beneficiatus, ſed ipſum collegium, communitas, vel eccleſia,in quibus pręſumitur quidē fictus animus,& quamuis ſyndicus, œconomus, vel clericus poſsideant corporaliter bona eccleſiæ, non dicuntur propriè poſſeſſores nomine proprio, ſed nomine eccleſię, & ſi dicatur, dato quòd mortuo teſtatore hæreditas iacens dicatur repreſentare defunctum.l.mortuo.ff.de fideiuſ.tamen in hæredem non transfertur poſſeſsio,ſine apprehenſione.dict.l.cum hæredes.in prin. Reſpondetur iſtud eſſe,quia quamuis hæreditas iacens repreſentet defunctum, non tamen dicitur habere animū hæreditas, nec dicitur poſsidere res hæreditarias. l.1.§. Scęuola. ff. ſi quis teſt.lib.eſſ.iuſ.fuc. Mortuo enim aliquo extinguitur animus. l.4. ff.loca. & hæres nomine proprio dicitur poſsidere res hæreditarias. d. l. cum hæredes,& ideo requiritur per ipſum apprehēſio,poſtquam hæreditas nō poſsidebat, poſtquam nomine proprio vult poſsidere. Sed in rebus eccleſiæ, poſtquam eccleſia vacans illas poſsidebat, & clericus nomine eccleſiæ poſsidebit, & non proprio nomine, non requiritur aliqua apprehenſio corporalis.Notetis tamē,& iſtud teneatis menti,quia eſt nouum, vt non habeat locum in fructibus beneficij,quos clericus vult facere ſuos, quia in illis non acquirit poſſeſsionem ſine apprehenſione, nam communiter volunt omnes.in c.fin.infrà de pec.cler.& in c.præſenti.de offic.ordi.in 6,clericus dicitur eſſe vſufructuarius,ſed Bar.in l.naturaliter. in princ.vbi Alexand.& etiam omnes.ff.de acqui. poſſeſſ.probat text.& ibi not. in l.1.§. vſufructu.ff. de noui oper.nūtia.in quibus locis habetur,quod vſufructuarius ratione vſusfruct. dicitur poſſeſſor nomine proprio, ex quo poteſt intentare remedia poſſeſſoria.l.fin.vti poſsi.ff.l.3. §.vnde vi. ff.de vi, & vi.arma. Ratione autem proprietatis, & iuris dicitur poſsidere nomine domini. Ex quo inferatis, quòd ſi clericus vellet intentare poſſeſſorium pro rebus, & iuribus, & ſic pro proprietate beneficij,debet intentare nomine beneficij,& non requiritur, quod fuerit in poſſeſsione; poſtquam nomine ſuo non intentat. Sed ſi vellet intentare ratione vſusfructus, vel ratione fructuum,tātummodo. Vt quia de aliquo fundo, in quo prædeceſſores erant in poſſeſsione percipiēdi decimam partem fructuum, fructus illius prædij fuerunt reconditi in horreo,& vult intentare poſſeſſorium, pro decima parte illorū fructuum, dicendo quòd eſt poſſeſſor decimæ partis ipſorum fructuum, non ſe referendo ad proprietatem, quia non loquitur de poſſeſsione iuris percipiendi, debet nomine proprio intentare, requiritur etiā quòd fuerit poſſeſſor,per ea quæ traduntur in dict.locis.

Tertium eſt, quòd ſi res eccleſiæ poſsidebantur ab alio, non poteſt clericus quamuis adeptus fuerit poſſeſsionē beneficij, agere pro illis rebus, quia hoc faciendo propria auctoritate videretur priuare aliū poſſeſsione quam habet. l.extat.cum aliis ſuprà alleg.ff.quod met.cauſa.iſta verba Abb. poſſunt intelligi dupliciter.

Primò, quòd non poſsit poſſeſſorem propria auctoritate expellere, & iſte de iure poſsit intententare remediū poſſeſſorium. Verbi gratia, prædeceſſores clerici fuerāt in poſſeſsione percipiendi in fundo penſionem, vel decimam, reperitur nunc vnus alius beneficiatus,qui percipit:iſte clericus agendo contra poſſeſſorem fundi,videretur ſpoliare alium beneficiatum,quod non poteſt auctoritate propria,quod non poſſet procedere niſi quando alius beneficiatus de facto percipiebat,& iſte clericus venit,ipſum expulit, vel aliàs non admiſit:diceretur tunc ſpoliatio, aliàs verò volendo percipere non diceretur, niſi turbare alium beneficiatum.l.vnica.ff.de vi,& vi arma.& diximus ſuprà in c.cum eccleſia.in textu. Nec pariter agendo cōtra alium poſſeſſorio, dato quod alius poſſideat, & iſte clericus nunquam poſsideat, impeditur intentare remedia poſſeſſoria,quia etiā contra poſſeſſorem iſte clericus,qui nunquam poſſedit, dum tamen ſui prædeceſſores aliàs poſſederint, poteſt intentare remedium. c.reintegranda. 3.q.1.tradunt omnes,in cap. ſeq.infrà de reſti.ſpol. vbi latè Iaſ.ff.de acquir.poſſeſ.

Secundò quærit Abb. poſtquā clericus habuit tit.in beneficio,vt quia fuit electus,& cōfirmatus. vtrum poſsit non habita iuſtificatione, vel veſtitura adminiſtrare bona beneficij, & auctoritate propria apprehendere poſſeſsionem,& concludit cum Innoc. Hoſtien.& Io.Andr. quod poteſt auctoritate propria apprehendere poſſeſsionem, vt probat tex. in c.tranſmiſſam.in c.noſti. in c.qualiter,ſuprà de elec.niſi in contrariū eſſet cōſuetudo, quòd tūc debet interuenire ſolēnitas,quæ de conſuetudine requiritur;cōſuetudo enim multū,operatur circa poſſeſsionē acquirendā. c.2.de cōſuet. iura quæ volūt quod Archidiaconus habet à iure iſtud beneficiū,vt mittat in poſſeſsionē clericos.c. ad hæc.c.vt noſtrū,ſuprà de offi.Archid.intelligūtur ratione cuiuſdā ſolēnitatis, & nō neceſsitatis. Verum eſt,quòd ſi fiat inueſtitura,illa operabitur duo:primo quantum ad ſolemnitatem illam,quę de iure concernit officiū Archidiaco.2. quod per eam transfertur poſſeſsio ſine alia apprehēſione.

Circa hæc dicta Abba. quia articulus eſt vtilis & quotidianus,quatuor breuiter videbimus. Primum eſt, ſi ſtatim habito titulo beneficij tranſeat ius, etiam antequam clericus apprehendat

poſſeſ



poſſeſsionem beneficij, & facit in hoc difficultatem,quia in rebus temporalibus ſolus titulus non ſufficit ad transferendum dominium. l. traditionibus. C. de pact. l.inciuile. l.quoties. l.pen.C.de rei vend. etiam quod plus eſt,in titulo vniuerſali. l.qui tibi.vbi Bald.C.de hæred.vel act.vend. videmus etiā iura præferentia illum, qui eſt primus in poſſeſsione, cap.quod autem.infrà de iure patro. c.ſi à ſede.de præb.in 6.not.in c.tibi qui.in c. duobus.de reſcript. eod. lib. Tamen concludendum eſt ex ſolo titulo in ſpiritualibus,ſtatim ius tranſferri, nulla ſubſequuta poſſeſsione. c.ſi tibi abſenti. de præben. in 6. per quem tex. ita Abb.in cap. quod autem.col.2.infrà de iure patro.quòd in illo text.non dicitur, melior contradictio poſsidentis, quia poſſeſsio dicatur transferre ius, & quòd ſit requiſita ad transferendum ius, quia ſolus titulus operatur tranſlationē ſine poſſeſsione. Idem probat text.& ibi Abba.& Petr.de Anchar.notant in c.ſuggeſtum.infrà de iure patro.Vbi ius patronatus, ſi fuerit datum duobus, & in qualibet donatione interuenerit auctoritas epiſcopi, dato quod vltimus donatarius ſit prior in poſſeſsione, non debet præferri, quia ſolus titulus ſufficit, & prioritas poſſeſsionis attenditur, quando non apparet de prioritate tituli.Idem voluit Abb.& ibi Petr.de Ancha.& Card.Ioan.de Imol.& alij.in c.inter cętera.infrà de præben.Iſtud etiam probat.text.in c. cum qui.& Ancha. & Dominicus in c.ſi inter virum,infrà de ſponſal.quod ſi fuerit cum vno contractum matrimonium per verba de præſenti, dato quod ſequatur carnalis copula, & ſic apprehēſio poſſeſsionis, quamuis cum alio poſteà cōtrahatur matrimonium,& ſequatur carnalis copula, primum matrimonium valet,& tenet:quia in iſtis ſpiritualibus attēdimus ſolum titulum. Idem volunt domini de Rota,deciſione 227.& 282. nota, quòd vbi Papa.& 883.nota.5.part.& de eo fuit facta collatio. Demum beneficiatus antequam apprehenſus fuerit poſſeſsionem, mortuus non dicitur amplius reſeruatum, quia ſtatim tranſiuerat ius & collatio habuit effectum. allegat Innoc. in d.c.inter cætera.infrà de præbe.& iſtud notetis pro limitatione l.quoties.C.de rei vend.quādo plures habēt tit.in eadem re. primus poſſeſſor præfertur, vt habeat locum in temporalibus, in quibus ad acquiſitionem dominij regulariter requiritur apprehenſio poſſeſsionis, ſecus in ſpiritualibus, per prædicta.Ratio autem diuerſitatis poteſt aſsignari, ideo iura in acquirendo dominio rerum temporalium, voluerunt interuenire poſſeſsionem, quia prima & originalis cauſa ad acquirendum dominium fuit poſſeſsio. Ab initio enim antequam fuiſſent contractus, per occupationem & poſſeſsionem acquirebatur dominium, vt declaratur Inſti.de rer.diuiſ.per totum.Ideo lex quę inuenit modos & titulos, noluit obiicere illam primam cauſam,ita dicit Bald.in l.ea lege.C.de condit.ob cauſam. In ſpiritualibus poſſeſsio à principio non fuit cauſa acquirendi ius, ſed titulus vt inſtitutio canonica.c.1.de regul.iur.in 6.ideo non eſt neceſſaria poſſeſsio.Hæc tamen cōcluſio,quòd poſſeſſor nihil operatur quantum ad acquirendum ius,limitatur duobus modis.

Primò reſpectu illius,qui tribuit titulum in beneficio,ad hoc vt dicatur in poſſeſsione quaſi prouidendi,non ſufficeret titulus,ſed opus prouiſum apprehendere poſſeſsionem, vt puta, aliquis tanquam patronus præſentauit clericum, qui fuit inſtitutus ab epiſcopo, licet clericus ſtatim acquiſiuerit ius, tamen patronus præſentans non acquiſiuit quaſi poſſeſsionem præſentandi,niſi præſentatus apprehenſus fuerit poſſeſsionem beneficij, vt in ſpecie voluit Card.in conſi.12.quæ requiratur in titulo de iure patronatus, hoc docetur in tractatu iur.patronat.glo.1.verb.ius.in 5.q.

Secundò limitatur, niſi clericus vellet intentare aliqua remedia poſſeſſoria nomine ſuo, ratione beneficij, illud non poſſet, ante apprehenſum per ipſam poſſeſsionem, vt dictum eſt in quæſt. præcedenti. Aduertendum eſt tamen quod quantum dicimus,quod ex titulo transfertur ius in beneficio, debet intelligi ſecuta acceptatione clerici, ante acceptationem non habet niſi ius ad rem, & non ius in re.c.ſi.ver.vbi Dominic.& Phil.Franc. de conceſ.præben.in 6.c.ſi tibi abſenti.de præben. in 6.gl.in c.gratia.verbo,Ignorātia.ad fi. de reſcri. eo.lib. Secundum eſt an clerico,poſtquam habuit titulum in beneficio,dicatur quæſita poſſeſsio, ſine apprehenſione, difficultatem facit text. in l. ſi adoptauero.ff.de precar.quòd ſi aliquis adoptauit filium ex eo, quòd acquirit ius in ipſo ſine aliqua apprehenſione,acquirit poſſeſsionem rerum,quas poſsidebat ille filius adoptiuus: & ita videbatur dicendum poſtquam eccleſia dicitur poſsidere res ſuas, acquirendo titulum in ea,dicatur acquiſiuiſſe poſſeſsionem rerū, quæ per eccleſiam poſsidebantur,tamen dicendum poſſeſsionem ex ſolo titulo non tranſire,ſed requiritur apprehenſio. imo verba illa quæ communiter apponuntur,tradidit, ceſsit, & remiſit,non operantur tranſlationem poſſeſsionis, nec per ea acquiritur ſine apprehenſione. l.prædia.vbi Bart.& cæteri.ff.de acq. poſſeſ. Quamuis enim ſint multi caſus,in quibus ius tranſeat ex ſolo titulo, non tamen poſſeſsio ſine apprehenſione. l.cum hæredes.in princ. ff.de acquir.poſſeſ. imo eccleſia in hoc non eſt priuilegiata,vt dicit glo.in l.fin.verb.in rem.C.de ſacroſanct.facit tex.in c.2.ſuprà de conſuet. vbi ponderatur conſuetudo ad hoc, vt tranſeat poſſeſsio in eccleſiā.Idem dicimus in bonis confiſcatis,& cōmiſsis fiſco,dato quòd ſtatim tranſeat ius,non tamen poſſeſsio,ſi non apprehendatur,vt voluit gl. in c.cum duobus.§.idem reſpondet.verbo, dominus. ff.pro ſocio. Nec obſtat quod dicimus de filio adoptiuo, quia procedit ex eo quod filius per adoptionem ſe ſubiicit patri adoptiuo, & omnia ſua ſibi offert,videtur tacite confiteri nomine patris adoptiui poſsidere, prout in ſimili videmus de illo qui ſe offert eccleſiæ, in eccleſiam transfertur poſſeſsio ſuorū bonorū, dato quod per eccleſiam non fuerit apprehenſa.l.raptores. C.de epiſ. & cler. non tamen eſt idem in clerico,quia eccleſia non ſibi ſubiicitur, ſed eſt tantummodo tanquam procurator eccleſiæ.c.2. infrà de donat.

*Habēt titulū an auth. propria adminiſtrare poſsit.*

Tertium eſt,poſtquam poſſeſsio non tranſit ex titulo, an clericus propria auctoritate nō interueniente inſtallatione,vel inueſtitura,poſsit admini-

ſtrare & apprehendere poſſeſsionem?in hoc artic. fuerũt variæ opiniones,nam archid. in c.auaritiæ. de elect. in 6. in c.eum qui. de præben.in 6.in c.ſi capitulo. de conceſ.præb. eo.lib. fuit in opinione, quod nõ poteſt,vt probat tex.in d.c.cũ qui.in alia opinione fuerunt Inno.Hoſtien.Io.Andr.hîc.& in cap.tranſmiſſam.ſuprà de elect.quod imò propria auctoritate poterit apprehẽdere poſſeſsionem per c.tranſmiſſam. c.noſti. & c. qualiter.ſuprà de lect. Abb.in d.c.trãſmiſſam,fuit in alia opinione,quod debemus diſtinguere, quando confirmatio, vel aliud habet vim confirmationis præſtatur ab illo: qui poterat dare auctoritatem apprehendẽdi poſſeſsionem,& hoc caſu poterit apprehendere,aliàs nõ.& ibi per duas bonas col.examinat iſtum arti. tamen & magis eſt communis opinio Innoc. hîc & in d.c.tranſmiſſam,videlicet quod habito titulo auctoritate propria poteſt apprehẽdere poſſeſsionem, & iſtud voluit hîc Petr.de Anchar.in 2. opinione.Ioan.de Imo.in col.2.extra gloſſ.col.antepenult.Pet.de Ancha.& Io.de Imol.in d.c.tranſmiſſam.Dominicus,Ioan.Andr.Pet.de Ancha.& Phil.Franc.in d.c.auaritia.& in d.c.eum qui.Card. in cle.1.in 8.q.de æta.& qual.Et pro iſta opinione. facit tex.in c.cum hæredes in princ. ff.de acquir. poſſeſ.quòd hæres, qui acquiſiuit dominiũ rerum hæreditariarum, per aditionẽ poterit,propria auctoritate apprehendere poſſeſsionem,& per illum tex.dicit Iaſ.in l.fi.col.6.infrà de edict. Diui Adri. toll.quod quando res hereditariæ,à nemine poſsidentur, non eſt neceſſe intentare remedium illius l.fi.ſed ingrediatur poſſeſsionem propria auctoritate,ad id bona gl. in l.pen.ff.de vſur.pro lega.vbi voluit (quia in legatarium adita hæreditate tranſit dominium)ſi reperiat rem legatam vacantem, poterit propria auctoritate apprehẽdere. Nec iſto caſu incidit in vitium perdendæ rei. de quo Iaſo. in l.ſi ex ſtipulatione, in 4. limitatione. ff. de acq. poſſ. quia vbi tex.voluit,quod habẽs titulum non apprehendat poſſeſsionem, niſi fuerit ſibi data licentia.limitat niſi res eſſet vacans per d.gloſ.alleg. & tex.in l.ſi fiſtulas. §.1.ff.de contrahen.empt.

Iſta concluſio ex præmiſsis limitatur duobus modis,primo niſi conſuetudo operaretur contrarium,quia in poſſeſsione acquirẽda, vel non,conſuetudo multum operatur.c.2.ſuprà de conſuetu. Secundo quando beneficium eſt vacans, ſecus ſi ab alio poſsideretur. d.c.eum qui.de præben.in 6. & ita intelliguntur omnia iura & rationes, quæ allegantur per Archid. has duas limitationes habetis ex dictis doctorum in locis ſuprà alleg.

Quarta eſt,quòd voluit hîc Abb.quod inſtallatio, vel inueſtitura transfert poſſeſsionem,intelligatis ſanè, quando fuit facta in beneficio, vel in præſentia, ſecus ſi erãt abſentes à beneficio. Inueſtitura quæ fit per traditionẽ breuiarij, vel annuali, nõ transfert poſſeſsionem, ſed requiritur corporalis apprehenſio. datur tantummodo facultas per eam apprehendendi.Ita Abba.vbi latè,in cap. auctoritate.col.fi.infrà de Inſtit.

*Proprietas bonorũ eccl-ſiæ penes quẽ ſit vide.*

Tertiò quærit Abb. poſt Inno.penes quem dicatur eſſe proprietas,& poſſeſsio bonorum & iurium eccleſię,circa hoc ponit quatuor opiniones. prima, quæ fuit eccleſiæ datur Chriſto. c.nulli.c. qui abſtulerit.12.q.2.c.videatis. c.res eccleſiæ.12.q. 2.c.cũ ex eo.de elect.in 6.Secunda etiam fuit opinio,de qua Inno.quod dicãtur eſſe penes vniuerſalem eccleſiam,quæ habet adminiſtrationem, & diſpenſationẽ bonorũ eccleſiæ. c.fi.16.q.1. & iſtud videtur voluiſſe Spe. in tit.de pet.& poſſ.§.1.circa fi. verſi.ſed pone.3.fuit opinio eiuſdem Inn.in c.in literis.in fi.verbis,infrà de reſti.ſpol. quod dicatur eſſe poſſeſsio naturalis rerum eccleſię,penes clericum poſsidentẽ nomine eccleſiæ.4.fuit opinio.gl. in c.cauſa Carpẽſis,infrà de verb.ſig.& in iſta fuit hîc Abb. quod dicatur eſſe penes quomodolibet particularem eccleſiam, cui fuerunt oblata bona, nomine tamen Chriſti,penes autẽ quamlibet eccleſiã dicuntur eſſe proprietas & poſſeſsio rerum ſuarũ,quia iura ſemper loquuntur,quãdo faciunt mentionẽ de remediis competentibus pro rebus eccleſiæ,quòd illa eccleſia agit,illa eccleſia manutenetur, & ſic ſemper fit mẽtio,de ipſa particulari eccleſia, non autẽ de vniuerſali, vt probatur in c. literis,infrà de reſt.ſpol.in c.in præſentia.in c.licet cauſam,infr.de probat.in c.1.c.olim.3.infrà de reſt. ſpol.Verũ eſt quod quælibet particularis eccleſia, dicitur poſsidere nomine Chriſti. d.c.videntes. c. res eccleſiæ.12.q.1.idẽ Abb.fuit ſibi cõtrarius. nam in c.cõſtitutus.col.fi.ſuprà de reſcri.dicit quod dicuntur eſſe Chriſti, vel eccleſiæ vniuerſalis, quæ Chriſtũ repræſentat,& illã dicit ibi eſſe veriorem opinionẽ Phil.Dec.dicendum eſt tamen,quęlibet particularis eccleſia, dicitur habere proprietatẽ,& poſſeſsionẽ, rerum ſuarũ:verũ eſt tamen quod eccleſia vniuerſalis dicetur etiã dominio. & iſtud voluit gl.vbi Prępoſ.latiſsimè in c.expellit.12.q.1.idẽ Præpoſ.in c.1.10.diſtin.in c.quãuis.21.diſt.Io.Fabr. in §.nullius.Inſtit.de rer.diuiſ.Beatus Tho.in 2.2. q.119.art.3.in reſponſione ad primũ,argum.Et pro iſta opinione tãgunt rationes poſitas per Io.Fabr. quia videmus quod vna eccleſia præſcribit cõtra aliam.c.de quarta.c.illud,infrà de præſcri.ſequitur cõtra quod quęlibet particularis eccleſia habet dominium & poſſeſsionem,in ſuis rebus.Pręterea ſi eſſent omnia bona eccleſiarũ,in dominio vniuerſalis eccleſiæ,nõ deberet fieri differentia inter pręſcriptiones,tamẽ iura volunt quod ad præſcribendũ rem particularis eccleſiæ, ſufficit tẽpus 40.annorũ, ad præſcribendũ rem eccleſiæ Romanæ requirũtur,110.anni,authen.quas actiones.C.de ſacr. ſanct.eccle.Pręterea quælibet eccleſia particularis dominio obſeruãs ſolemnitates à iure introductas, poteſt alienare res ſuas.c.1.c.20.ſuprà de reb.eccle. non alie.in 6. quod nõ poſſet facere ſi nõ haberet dominium.§.1.cum ibi traditis inſtit. quib.alie.lic. vel non.Et hoc modo cõcordabuntur opiniones, quod quælibet particularis eccleſia habebit dominium, & proprietatẽ rerum ſuarũ, & illud dominium erit particulare eccleſiæ vniuerſalis:habebit etiam dominiũ, & illud erit generale;nec videtur hoc eſſe inconueniens,vt eſt glo.quam ibi ponderat Bald.in l.1.C.vnde legi.vbi decidit Bald.quod dominium regni Apulię dicitur eſſe eccleſię Romanæ in genere,& particulariũ duorum in ſpecie, de quo Iaſ.in l.3.§.ex cõtrario.col.22.ff.de acq.poſ.

Quartò quærit Abba.ex dictis Innoc. quando prælatus, aut alius beneficiatus agit in beneficio, vel



vel facit aliquod debeat dicere nomine beneficia, vel nomine proprio, tandem concludit, quòd ſi agat pro rebus beneficij,debet dicere,quòd nomine beneficij agit.c.literę,ſuprà de dilat.ſi verò agat pro ipſo beneficio, debet dicere, quòd nomine proprio ſuo agit, quum diffinitionem probat per tex.in l.1.§.vſufructuarius.ff.de no.oper.nun.quòd quando vſufructuarius vult aliquid facere ratione proprietatis,debet facere nomine domini,& quãdo pro vſufructu, poteſt proprio nomine facere, de quo artic.idem Abb.latiſsimè tradit in d.c.literas.col.2.& ſequent. vbi dicit, quòd quando non expreſsit ſi faciebat nomine proprio, vel nomine eccleſiæ, ſi volumus cognoſcere quando ſumus ſic in dubio, quo nomine faciat,debemus aduertere circa illud tale negotiũ, quia ſi ſit negotium, quòd tangit tantummodò ipſum prælatum, dicitur facere nomine proprio:ſi verò tangat tantummodò eccleſiam,dicitur facere nomine eccleſiæ:ſi autem eſt indifferens,vt quia emit vnam vineam potuit emere nomine proprio, vel nomine eccleſiæ, in dubio videtur feciſſe nomine proprio. Iſta probantur in l.poſt mortẽ.§.tutor.& in l.fi.ff.quãdo ex facto tut.in l.fi.ff.de inſtit.act.l.cum poſt.§. tutor.ff.de adminiſt.tut.gloſſ.in l.ſciendum.§.pen. verbo habetur.ff.qui ſatiſd.cog.in l.quantumque. verbo procurator. ff. de procur. iſta eſt theorica Bart. quæ ſeruit ad omnes habentes officium, vel qualitatem an videantur nomine proprio vel nomine officij facere. in l.1.§.nunciatio.col.1.ff.de noui oper.nuncia.in l.3.ff.iudic.ſolui.in l.ſi pupilli.§. 1.ff.de neg.geſt. Alex.in conſil.48.in cauſa & lite. col.2.in 4.part. & ideo circa quæſt. Abb.hîc concluſio eſt,quòd debet dicere nomine proprio quãdo agit pro ipſo beneficio,& debet dicere nomine beneficij, quando agit pro rebus beneficij, prout etiam Bart.voluit,(quem alij omnes ſequuntur.) in d.§. vſufructuarius.in fi.verbi. Card.conſil.131. videtur primò.col.1.Fel.vbi aliæ amplæ remiſsiones ponuntur.in c.ex literis.col.4.infrà de probat. Quando verò nõ fit mentio nomine cuius exerceat actum recurrendum eſt ad diſtinctionem de qua ſuprà. Notetis, quòd ſi prælatus agendo pro beneficio diceret nomine beneficij,vel agẽdo pro iuribus beneficij diceret nomine proprio,ſuſtineretur tamen libellus, & verba impropriarentur. arg.text.in c.olim.tertio, & ibi Abb. col.1.infrà de reſti. ſpol.l.ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero, vbi Bar.& latiſsimè Iaſ.ff.de iureiur. dum ponunt quòd verba libelli impropriantur, vt ſuſtineatur. facit bonus text.in l.fundus qui locatus. ad fi.ff.de fund.inſtru.& inſtrum.lega.vbi teſtator legauerat fundum cum inſtrumẽtis,quæ ibi habebat:tamen in fundo non erant aliqua inſtrumenta ſua, ſed eius coloni, vt legatum inſtrumentorum habeat effectum impropriabuntur verba,& veniẽt inſtrumenta coloni,de quo tex.Iaſ.in l.2.col.2.ff.de libe. & poſthu. in l.cum ſtipulamur. col.1. ff.de verbo. oblig.& in l.qui Romæ. §.duo fratres. in 4.q.Bart. modicum ante fin.vbi adducit notabiles deciſiones.ff.de verb.oblig.

*An debeat facere fidẽ de titulis.*

Quintò & vltimò quærit Abbas vltra Innoc. quando prælatus agit pro iuribus ſui beneficij,an debeat facere fidem de titulis ſuis qualiter habeat beneficiũ, illud concludit poſt Domi.de Rota in deciſione 4. poſſeſſor beneficij. in nouis, & poſt Io.And.in c.quia cunctis.de conceſ.præbend.in 6. quòd ſi nõ erat in poſſeſsione beneficij,requiritur quòd faciat fidem, qualiter beneficium eſt ſuum, ſi verò erat in poſſeſsione facit duos caſus. Primus quando de recenti eſt poſſeſſor, quia fortè non poſſedit per vnum vel duos menſes, & debet facere fidem de ſuo titulo beneficij. Secundus eſt, quando eſt in poſſeſsione antiqua per tres, quatuor,vel plures annos,ſufficiat probare poſſeſsionem, nec tenetur oſtendere titulum qualiter poſsidet.arg.l.Barbarius. ff.de offic.præt.l.cogi.C. de pet.hæred.Iſtud volunt communiter omnes in c.nihil.vbi idem.Abba.circa fi.ſuprà de elect.dum volunt quòd ſolutio facta illi qui habetur pro prælato, dato quòd re vera non eſſet, niſi fuerit in poſſeſsione, ipſum ſoluentem liberat, & dicit ibi Ioan.de Imol.in col.fin. allegando Spec.in tit. de acti. & petit.§.1.verſic.item contra,etiam ſi opponeretur quòd non eſt prælatus,non tenetur facere fidem de titulo, de quo pariter habetur in c. qualiter.in c.querelam.eod.tit.de elect. & in locis ſtatim allegandis.

Contra reſolutionem Abb.facit tex.in l.ſi quis falſus procurator.ff.de condict.ob cauſam.in l.paſſus.C.de fur.in l.ſi quis vxori.§.apud Labeonem. ff.de fur.quòd ſolutio facta falſo procuratori, dato quòd tenet in quaſi poſſeſsione officij, non liberat ſoluentem,imò plus voluit gloſſ. ſingularis in d.§.apud Labeonem, quam commendat Aret. conſi.31.viſo themate,quòd ſi aliquis eſt poſſeſſor bonæ fidei, & ſibi fiat ſolutio rei, quæ debebatur, non liberatur ſoluens. Ideò breuiter dicatis quando poſſeſſor agit ratione alicuius officij, vel qualitatis, vtrum debeat ſe probare talem, quia quis non præſumitur eſſe talis quem ſe allegat, niſi probetur.l.non ignoret. C.qui accuſ.non poſſ.c.1. ſuprà de procur. An ſufficiat docere, quòd eſt in poſſeſsione?faciatis tres caſus. Primus eſt, quando ageret ratione contractus per ipſum facti, vt quia beneficiatus locauit rem beneficij, petendo mercedem non tenetur probare, quòd ſit beneficiatus,vel ſit in poſſeſsione.l.ſi vrbana.vbi latè Iaſ. poſt alios. ff.de condictione indeb. l.fi.ff.de ſolut. Secundus caſus,quãdo quis cum poſſeſsione probat de auctoritate ſuperioris, vt quia docet qualiter fuit miſſus in poſſeſsionem,auctoritate ſuperioris,vel qualiter ſuperior informatus quomodo poſsidet, patitur & hoc modo procedat theorica Abba. hîc & intelligitur text. in l.Barbarius. ff. de officio præto. vbi ponderatur auctoritas populi Romani,qui illum conſtituit Prætorem : & iſtud videtur eſſe de mente eiuſdem Abb. in cap.nihil. col.antepen.ſuprà de elect.Tertius caſus eſt,quando nõ docet niſi de poſſeſsione,ad hoc vt ſoluentes ſint tuti, requiritur quòd oſtendat auctoritatem ſuperioris, aliàs non eſſent liberati ſoluentes, & ita procedant in contrarium allegata, & iſtud eſt de mente Baldi in l.ſecunda. C. de ſeruit.& aq. latius Iaſo. in dicta l.ſi vrbana, quòd notetis pro declaratione dictorum Abba. Itaque explicata eſt huius cap. repetitio. nunc veniendum eſt ad cap.Paſtoralis.

# REPETITIO CAPITIS V. INCIPIENTIS,

## Paſtoralis.extra de cauſa poſſeſ.& proprietatis.

ISTA decretalis ſecundum Cardin. hîc eſt famoſa, & difficilior quæ ſit in iſta compillatione Decretaliũ,quam tamẽ clarè declarabimus. & hoc dicit in ſumma. Agens petitorio poteſt ante concluſionẽ in cauſa intentare poſſeſſoriũ, ſecus poſt concluſionem, niſi cauſa æqua vel iuſta immineat. Diuiditur in duas partes, in prima ponitur conſultatio, & nominatio epiſcopi, coram quo agitata fuerat quædam cauſa ſpoliationis,& quia pars obſcurè procedebat,fuit interrogata ſuper quo remedio vellet procedere, & elegit petitorium; deinde formato proceſſu voluit intentare poſſeſſorium:in ſecunda parte *ibi conſultationi ſuæ* Innoc. tertius reſpondet,& quia non fuerat informatus ſi erat concluſum in cauſa,vel non reſpondet ad vtranque partem. Ideò ſecunda pars ſubdiuiditur in duas, in prima reſpondet, quando non fuerat adhuc conclusum, in ſecunda ibi ſi verò, reſpondet quando fuit cõcluſum in cauſa vlterius. Prima habet tres partes.Primò ponit cõcluſionem,quòd ante concluſionẽ in cauſa, poteſt intentari poſſeſſorium. ſecunda ibi, cum legali probat authoritate.l.ciuili. prout etiam facit in Decretalibus præcedentibus. Tertia ibi aliis, excipit alia remedia poſſeſſoria, ſimiliter & ſecunda ſubdiuiditur in tres partes, primo ponit regulam, quòd poſt concluſionem in cauſa petitorij non admittitur poſſeſſorium, ſecunda ibi niſi iudex. Limitat quando iudex moueretur ex aliqua cauſa,& exemplificat cauſam,tertia ibi his autem adiicit aliàs cauſas,& iſta longa diuiſio ſeruatur pro communi.

Præmittas primò, quia iſte text. facit mentionem de interdictis,& de remediis poſſeſſoriis,qualiter interdicta dicuntur leges factæ à prætoribus, de quibus in tit.de interdic.& aliis ſequen.in vol. Digeſtorum, vbi prætor pro maiori parte fuit inuentor remediorum poſſeſſoriorũ,& illa appellabantur *interdicta*:verum etiam leges prætoris appellantur edicta. §.edicta.Inſt.de iur.natur.gent.& ciuil. quæ autem ſit differentia inter edictum, & interdidictum ponit Bart. in l.1.in princ.col.3.ff.de oper.no.nunti.

Secundò prẹmittatis,qualiter interdicta ſeu remedia poſſeſſoria quædam concernunt res diuinas de quibus,ne quid in loc.ſacro.ff.& de his non loquimur. In text. noſtro, quædam remedia ſunt introducta pro *vtilitate omnium, & iſta* ſunt duplicia,quædam concernunt vtilitatem publicam, & de his, ff.Ne quid in loc.pub. Ne quid in itine. pub. Ne quid in flu.pub.& de iſtis etiam non traditur hîc. Quædam concernunt vtilitatẽ priuatorum,& ſunt triplicia: aliqua magis ſapiunt naturam petitorij, & de hoc in tit.de lib.homi.exhib. aliqua ſunt mixta, quæ partim ſapiũt petitorium, & partim poſſeſſorium, & de hoc in tit. de itine. actúque priua.& de iſtis non loquitur iſte tex.aliqua ſunt mere poſſeſſoria, & de *his in iſto* text.& iſta ſunt triplicia:nam quædam ſunt adipiſcendæ poſſeſsionis,quando aliquis nunquam fuit poſſeſſor,quædam recuperandæ,quando fuit poſſeſſor, & nunc non poſsidet. Et de iſtis probè loquitur iſte tex.Quædam retinendæ quando poſsidet,ſed inquietatur in ſua poſſeſsione. de quibus latè videbimus poſt gl.magnam. & de hac declaratione Specul. vbi plenè ponit in titul. de cauſa poſſeſ. & propriet.§.1.

Tertiò prẹmittatis,quòd de iure ciuili antiqui gloſſatores erant in controuerſia circa duo:primo, quòd poſſeſſorium debuit ſemper intentari ante petitorium ſecundum aliquos, alij erãt in contraria opinione:ſecundo quòd quando erat intentatum petitorium, & aliquis volebat redire ad poſſorium, quidam dixerunt, quòd per hoc renunciabat petitorio, alij erant in contraria opinione, & ſimiliter quando erat intentatum poſſeſſorium ſi intentabat petitorium in viam,volebant, quòd renuntiabat poſſeſsioni,alij contra:de quibus in l. ordinarij. C. de rei vendit. in l.incerti.de interdit. in l.naturaliter.§.nihil commune. ff.de acq.poſſeſ. omnia iſta deciduntur, & declarantur in iſto tex. & in hoc iacet difficultas iſtius c.

Quartò & vltimò prẹmittatis,quòd regulariter intentato aliquo interdicto nõ debet audiri actor ſi vult ſuperſedere,ſed reo petẽte debet iudex procedere ad ſententiam.auth.qui ſemel. C.quomodo, & quando iud. not. in l.properandum.§.1.de iudic. & in hoc erat etiam difficultas in iſto text. quomodo ſuperſedeat in poſſeſſorio, & quomodo procedatur ſuper poſſeſſorio.

Primò noteris ibi,aliquando conſueuit, ſecundum Petr.de Ancha. & Cardin. in primo notab. quòd licet leges, & deciſiones debeant fieri circa ea, quæ frequenter contingunt. l.nam ad ea.ff.de legib.l.ea quæ.de reg.iur.quandoque tamen fiunt pro his quæ raro contingunt, vt voluit iſte text. idem probat.l.non ſunt liberi.ff.de ſtat.hom.l.antiqui.ſi pars hæred.peta. l.ſi maior. cap.de leg.hæc glo.ord.in cap.literas.gloſſ.magna.ad fin.de deſp. impub.bonus tex. in §.inſula.Inſt.de re.diui.& ibi glo. in verb.raro.reſpondet ad l.nam ad ea. ponderando dictionem potius ibi poſitam.

Secundo nota. ibi auſpicia ſecundum Ioan. de Imol. in prima notab. qualiter initium litis dicitur auſpicium quemadmodum illi, qui ex volatu & cantu auium auſpicantur, & augurãtur futura. cap.1.& ſequent. 26. quæſt. 4. ita & initio litis auſpicamur,& auguramur euentum litis,qui dicitur dubius l.quod debetur. ff. de pecul.& dicit bonus tex.in l.edita actio.C.de edend.in l.1.in princip. ff. eo.quòd libellus ſpeciem futuræ litis demonſtrat. & tales auſpicãtes futura poſſunt dici etiam prophetizare.nam,vt dicit Bart.in l.1.in princip.ff. de oper.no.nunt.ponderando text.ibi,dum dicit hoc edicto, & tamen edictum non ponitur niſi in l. prætoria. quæ longe diſtat à l. 1. quòd propheta dicitur



dicitur qui præſumit futura, vel qui de præteritis, quæ non fuerunt ſibi nota,commemorat.

Tertiò not. ex eiſdem verbis iunctis, ſequitur: qualiter interrogatoria debent fieri in initio litis: quia hîc in initio fuit interrogatus qua actione vellet experiri.de hoc habetur in rub.& in l.1.ff.de inter.action.Spe.in tit.de interro.in princ.& §.1.Io. de Ferr.in ſua pract.in forma interrogat.in princ.

Quartò not. quod ſi libellus fuerit generalis & incertus & pars opponat, debet opponere in initio litis,& ad litis conteſt.iſtud idem voluit Bal. in l.2.in fin.C.de pet.hæred. & in l. exceptionem. col.5.de probatio.Iaſ.in §.omnium.col.21.inſt. de actionibus.

Quintò not. ibi requiſitus. iuncta glo.dum dicit à iudice, qualiter interrogatoria debent fieri officio iudicis. iſtud in terminis voluit text.in l.1. §.1.ff.de interro.actio.de quo late Iaſ.inſt.de act.in princ. Verum eſt quod iudex non debet interponere officium ſuum,niſi fuerit requiſitus à parte.l. de pupillo.§.qui opus nouum nuntiat.ff.de oper. no.nunt.Bar.l.1.§.hoc autem iudicium.de damn. infect. Aretinus vbi ad hoc ponit 35. limitationes in l.2.C. vt quæ deſunt aduoc. Oldrad. in practica, quando dantur interrogatoria, debet quis dicere quod petit à iudice vt ex ſuo officio habeat interrogare talem.

Sextò noteris iſtud contra vnam deciſionem Dominorum de Rota in antiquis, deciſione 11. nota. quod ſicut vbi voluerunt quod in poſſeſſorio incorporalium ex ſimplici poſſeſsione quis non obtineret niſi docèret de petitorio.cap.tranſmiſſa.cap.de reſt. ſpol.l.1. §.ſi quis hoc interdicto. de itin.actuque pri.ff.nam hîc fuit interrogatus, ſi vellet tantummodo de petitorio, vel tantummodo de poſſeſſorio conuenire, & iſtud aperte probat.text.in c.querelam. vbi Abb.ita notat Decius reprobans dominos de Rota. conſil. 136. in cauſa venerandi.col.2.Poſſumus etiam dicere ſaluando deciſionem dominorum de Rota, quia debet dictum alicuius intelligi ſecundum l.quam allegat. vt voluit Bart.in l.libertinus. §.non ſolum. col.2. ff.de lib. leg. & dum Dominos de Rota allegant c.ex tranſmiſſa.infrà de reſtit. ſpol. intelligunt de poſſeſſorio in quo quis habet ius commune cõtra ſe. Nam ibi loquitur de marito qui ratione poſſeſsionis quam prætendebat in vxorem, non obtinet niſi doceat de matrimonio, quia habet ius commune contra ſe, quòd libera perſona non poſsidetur ab alio niſi cum titulo, vt à marito reſpectu vxoris,in Abbate,reſpectu monachi,in patre,reſpectu filij,in tutore, reſpectu pupilli, & aliis ſimilibus, quo caſu ſuper poſſeſſorio etiam recuperandæ:dato quod probet de poſſeſsione: ſi iuſtificet de titulo ſaltem colorato, non auditur, de quo etiam per omnes in d. cap.ex parte.eo. tit. & probat tex.in cap. ad decimas.de reſt.ſpol. in 6.& dum Dominos de Rota allegãt.l.prima. de itine. actuque priua.ille text.loquitur in poſſeſſorio habente mixtam cauſam, prout dictum in ſecundo euidentiali.

Septimò not. ſecundum Antho. de But.quem refert Abb.in primo notab. qualiter in cauſa poſſeſſorij valet libellus ſine concluſione,licet tamen iſtud nõ probetur in iſto tex. quia ex eo quod libellus non habebat concluſionẽ non fuit admiſſus, ſed interrogatus ſuper quo volebat procedere tamen iſtud notabile eſt in ſe verũ,per quod in poſſeſſorio recuperandæ valet libellus ſine concluſione.vt eſt gl.not.in c.quia prẹſulatus.1.q.4.Io. de Imol.in c.examinata.col.fi. ſuprà de iud.Iaſ.in l.1.in princ.col.4.ff. de edend.& §.1.col.22.inſt.de actionib. in quibus locis ponit alios caſus in quibus libellus valet ſine concluſione.

Octauò not. *ſecundum* Abb.in 2.notab. quòd quando libellus eſt generalis & incertus nõ procedit,nec debet admitti, ſed pars declarare debet ſuum libellum, & maxime quando concluſio eſt generalis,ex illo attenditur ad cognoſcendum libellum, & de his ſe remittit ad ea quæ poſuit in c.dilecti.col.fi.ſuprà de iud.cap.ex parte. ſuprà de for.comp.in c.2.ſuprà de lib.obl.& in cap.2.ſuprà de ord.cog. In hoc ſunt duo videnda. primum, ſi libellus generalis & incertus procedat ſecundum quod vult dicere, quod concluſio debet attendi. Circa primum(quia quotidie contingit,& plures quæſtiones verſantur in practica) eſt aduertẽdum imprimis quod libellus dicitur quandoque ineptus, quandoque incertus, ſeu generalis. Libellus appellatur ineptus quando peccat in forma, vel materia. Forma libelli eſt, vt quemadmodum in vnò bono ſyllogiſmo debet eſſe maior, minor & concluſio,ita in libello debet eſſe maior:narratio facti debet eſſe minor cauſa, debet poſtea poni concluſio. Ita magiſtraliter Bart. in l. ſi prius. in quinta oppoſit.2. part. ff. de oper.no.nunt.materia dicitur eſſe cauſa, ſeu actio debita.Ita declarat Bal.in l.edita.col.7.in 9. oppoſitione. circa med. C.de edend. puta aliquis narrat qualiter tradidit ſocio decem ſcuta, & petit ipſum condemnari ad ſoluendum:libellus eſt ineptus. quãuis enim narretur factum & ponatur concluſio,non fuit inſerta cauſa,quia non dicit ex cauſa mutui,vel ex alia, vel etiam aliquis dicit qualiter mutuauit decem ſocio & petit ipſum condemnari,eſt ineptus,quia non inſeritur concluſio, non dixit ad quid condemnetur,& iſtud dicitur peccatum in forma.vel aliquis narrauit qualiter mutuauit ſocio decem, & petit quod condemnetur ad dandum ſexteria frumenti,eſt ineptus, quia peccat in materia,licet ſit narratio facti, concluſio tamen non ſequitur ex ipſo facto:& in omnibus caſibus in quibus libellus eſt ineptus, dato quòd non opponatur à parte, non debet iudex illum admittere, & ſi de facto admittat:non debet cõdemnarer eum,etiam (quod plus eſt) ſi actor probaſſet ius ſibi competere:ita Fel.in c.2.col.3. ſuprà de lib. obla. Iaſ.in l. edita.col.6.C.de edend.& dicit glo.in l.1.ff.de off. aſſeſſo, quod iudex debet lacerare dentibus libellum ineptum.ibi Iaſ. col. 2. & tribus ſequent. latè de hoc articulo inferunt in locis prædictis, quod ſi dedi libellum in caſu in quo debebat opponi locus & tempus. Et iſta ſunt de forma libelli, vt voluit Bart.in l. libellorum.ff. de actio.quia libellus eſt ineptus,dato quod per probationes cõſtet de loco, & tempore, non debet tamen condemnari reus. Notetis vnũ,quòd quando libellus eſt ineptus, licet reus debeat abſolui,debet tamen

iudex reſeruare actionem ſuam actori. Melior tex. de iure in l. Bœbius Marcellus in fin. ff. de pact. dot. Iaſ. in d.l.1.col.3.ff.de offi.aſſ. Libellus autẽ dicitur generalis & incertus in quo nõ eſt defectus neque in forma, neque in materia, ſed illud quod petitur non bene deſignatur, vel factum non bene demonſtratur, vt quia dico ſocio meo mutuaſſe pecunias: peto illum condemnari: narraui factum, poſui cauſam mutui: inſeritur concluſio, quæ bene ſequitur ex narratione, quia tamẽ non dico quantas pecunias mutuaui, dicitur incertus & generalis, & circa iſtud concluſio communiter ponitur, quod libellus generalis non procedit. l. ſi in rem. ff. de rei vend. in princ. l. prætor edixit. in princ. & §. quod autem. ff. de iniu. l. in actione. in princ. ff. de fur.

Limitatur primò in actionibus vniuerſalibus, vt eſt petitio hęred. vel in actionibus generalibus, vt actio tutelæ, pro ſocio vel ſimiles. glo. vbi omnes. in l.1. in princ. ff. de edendo.

Secundò limitatur quando incertitudo procedit facto aduerſarij, aut propter rem quæ petitur. l. 1. §. quod autem. vbi Bart. ff. quo. leg. facto aduerſarij, vt quia mihi erat obligatus alternatiue ſoluere decẽ vel veſtẽ, quia eſt in electione ſua quid velit ſoluere, procedit libellus alternatiuus. l. vbi autem non apparet. §. qui illud, aut illud. ff de verb. oblig. facto rei quæ petitur, vt quia peto fructus intereſſe, indemnitatem. l. 2. C. de ſententia quę ſine cert. quanti, vel quia res quæ petitur, periit, poſſum petere rem vel eius æſtimationem. l. ſi ſeruum. §. fin. vbi Bar. ff. de verbo. oblig. idem Bar. in l. in re furtiua. de condic. furt.

Tertiò limitatur quantum ad perpetuandam actionem, valet libellus generalis. l. fin. in fin. C. de annal. except.

Quartò limitatur quando pars non opponeret ante lit. conteſtat. d.l.fi. de anna. excep. & de his limitationibus vbi ponit alias Iaſ. in §. curare. col. 2. & ſequitur inſt. de actio. Iſta autem vltima quãdo non apponitur quod debeat admitti, debet intelligi & limitari quatuor modis.

Primò quando non conſtat quid velit actor. Ita Bar. in commento extrauag. ad reprimendum. col. 2. verbo figura.

Secundò quando iudex coram quo datur libellus non poſſet cognoſcere niſi de vno caſu, libellus generalis qui comprehendit & illum & alium caſum, debet ante omnia etiam non petente parte declarari. Ita voluit Ioan. And. in cap. cum ſit generale. de for. comp. ſuprà refert, & ſequitur Ang. conſil. 6. lata ſententia, aliàs dictum ſtatutum. Alex. conſil. 32. in cauſa executionis col. 3. in d. parte.

Tertiò in criminalibus. Bart. in l. libellorum. ad finem princ. ff. de accuſ.

Quartò dato quod ab initio non fuerat petita declaratio, debet tamẽ in diſcurſu proceſſus actor declarare illam incertitudinem: aliàs iudex non ferret ſententiam, vt voluit glo. in l.1. §. ſi quis argentum, & ibi Bar. ff. depoſ. glo. in l.3. §. fin. in glo. fin. & in l. Pompo. ſcribit ſi frumentum. §. fin. in glo. fin. ff. de rei vend. & in l. actione. verſic. in veſte. ff. de fur. de his 4. caſibus Deci. in cap. dilecti. colum. fin. ſuprà de iudic.

Circa ſecundum quid importent illa verba, quod concluſio debet attendi, dicatis quod dupliciter poteſt intelligi. Primo quod concluſio debet attendi ad cognoſcendum quod remedium ſeu quæ actio intentatur. l. Aurelius. §. ſticho. ff. de lib. leg. & ibi Bart. Innoc. in c. cum ſuper literis. ſuprà de reſcrip. Alexan. in conſil. 121. viſo proceſſu. in 1. parte. & conſil. 117. viſo proceſſu. in 2. parte. Aret. in l. omnium. in primo not. C. de teſtam. Iaſ. in §. omnium. col. 23. inſtit. de actio. & in l.1. col. 3. ff. de edend. verum eſt tamen ſi apponeretur illa clauſula, ius & iuſtitiam adminiſtrari ſi aliquid fuerit narratum, & ſuper eo facta probatio, dato quod in concluſione non fiat mentio, aut quia concluſio eſt ineptè concepta: talis clauſula operabitur vt iudex ferat ſententiam ſecundum probata. ita Inno. & ibi latè Abb. in cap. cum dilectus. ſuprà de ord. cog. Iaſ. ibi plene de tali clauſula in d. §. omnium. col. 25. & in l. naturaliter. §. nihil commune. col. fi. ff. de acq. poſſ.

Notetis quod illa clauſula habet effectũ quando actori competebat actio, aliàs ſi non competeret actio nullius eſt effectus. Paulus de Caſtr. ita voluit in conſil. 166. quæritur. col. fin. quia nemo ſine actione experitur. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. Secundò poteſt intelligi quòd concluſio debet attendi. hoc eſt iudex debet ferre ſententiam ſecundum concluſionem libelli. c. licet Heli. infrà de ſimo. cap. qualiter & quando, in fine. infrà de accuſ. l. fin. C. de fid. liber. l. vt fundus. ff. cõmuni diuidũdo. tamen debet intelligi quando in libello erat concluſio. Si verò eſſemus in caſu in quo procedit libellus ſine concluſione, vt eſt in criminalibus & aliis caſibus de quibus per Iaſ. in l.1. in princ. col. 3. ff. de edend. & in d. §. omnium. col. 23. inſtit. de actio. verum eſt quod iudex non poterit ſe conformare concluſioni, cum nulla ſit, ſed feret tunc ſententiam ſecũdum naturam iudicij intentati. Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior col. 2. ff. de his qui not. inf. Bal. in l. & ſi ſeuerior. col. 3. C. de infa. idem Bal. in l. fi. de fideicom. liber. & ex dictis Bal. in dictis locis habentur aliæ limitationes, de quibus vſque ad quatuor per vnã bonã col. declarat. Iaſ. in §. curare. col. 6. inſt. de act.

Nonò nota. ex iſto text. ſecundum Abb. in 4. not. quod quis dicitur trahere alium in cauſam per ſolam citationem, dato quod non peruenerit vſque ad conteſtationem litis, quod eſt notãdum pro contractibus in quibus quis promittit nõ trahere alium in cauſam pro tali re, vel non habere cauſam contra ipſum, per ſolam citationem dicitur conuenire. Idẽ probat tex. in l. quanuis. ff. de in ius voc. vbi de rigore iuris dicitur quis vocare aliũ in iudiciũ per ſolam citationem, ad idem tex. in l. cum patronũ. in fi. ff. de iure. pa. vbi dicitur quis accuſare alium per ſolã delationẽ. facit tex. in l. cauſas. ſecundum quod communiter volũt ſcribẽtes, reprobata glo. ſuprà de tranſactio. quod cauſa dicitur ante litis conteſt. de quo in c. ſuper quæſtionum. §. 1. in glo. in verb. exordiũ. ſuprà de offic. deleg. & iſtud voluit Bar. in l. amplius. col. 2. ff. rem ra. hab. vbi dicitur, quãdoque, quis promittit non habere cauſam: & allegat decem cauſas. ibi etiam

Bart.



Bart. ponit, ſi quis permittat non habere controuerſiam, vel non conuenire ſtatim quod in iudicio, vel extra iudicium aliquid facit, dicitur conuenire. l. Lucius. §. tres hæredes, vbi bonus text. ff. ad Treb. l. Diuus. vbi. glo. ff. de pe. hæred. Quod eſt notandũ pro teſtamentis in quibus teſtator iubet ne hæredes faciant controuerſiam, aut moleſtiam vxori, & de his omnibus idem Bar. in l. ſi quis maior. vbi cæteri C. de tranſactio. Card. Alex. in cõſil. 52. viſo teſtamento. per totum conſilium in ſecunda parte, aliquid in conſil. 151. viſo themate. col. fi. & ad part. 1. & de aliis ſimilibus promiſsionibus promitto non petere, quòd requiratur litis cõteſt. Bart. ponit theoricam in d. l. amplius. Notetis tamen vnum, quod in caſibus in quibus requiritur litis conteſtatio, ſi in promiſsione fuerit appoſitum iuramentum per ſolam citationem dicitur conuenire & incidere in pœnam, quia iuramentum habet vim litis conteſt. l. nam & poſtea. §. ſi temporali. ff. de iure. Iaſ. vbi plura in l. ſi conuenerit. col. 3. ff. de iur. omnium iud. Domi. Thomas Parpalia. in repet. l. ſi quis maior. colum. 36. C. de tranſactio.

Decimò not. quod quando plura remedia in eodem libello cumulantur (& ſimus in caſu in quo non admittitur concurſus) electio ſpectat ad actorem, & non dicitur in facultate rei eligere. Idem probat text. in l. cum filius. §. variis. ff. de leg. 2. & in l. ſi ſeruus legatus. §. cũ homo. de leg. 1. & ſi diceretur quòd iudicem reus debet eligere, quia in alternatiuis electio eſt debitoris. l. plerumque. ff. de iur. do. in alternatiuis. de reg. iur. in 6. Reſpondeatis quod ad cognoſcendum quis debeat eligere in alternatiuis, debemus attendere ad quem referatur diſpoſitio, & ille talis debet eligere ſiue fuerit creditor ſiue debitor, ſiue actor ſiue reus, vt ſi aliquis diceret capias in domo mea decem aut vnum equum. Iſte qui eſt creditor quia ad eum refertur diſpoſitio, poterit eligere, ſed ſi dicatur promitto decem vel equum, debitor ad quem refertur oblatio debet eligere, & quando ſumus in dubio in diſpoſitione fauorabili, ille in cuius fauorem fit diſpoſitio debet eligere: aliàs electio eſt debitoris. Iſta omnia tradit Bart. poſt glo. in l. Lucius. ff. de leg. 2. Ideò in iſto tex. actor poteſt eligere actionem: quia facultas plurium actionum confertur ad ipſum.

Vndecimò not. ſecundum Abb. in 3. nota. Bal. in 1. Petr. Ancha. Card. & Ioan. de Imol. in 2. quòd quando in libello cumulantur plures actiones, debet iudex interrogare actorem in qua actione velit perſiſtere, de quo etiam per doct. in c. dilecti. ſuprà de iudic. Et ex hoc habetis notare vnũ de quo Paul. de Caſt. & ibi Iaſ. in l. iudices. C. de iud. vbi notanter concludunt (& iſtud eſt menti, tenendum in actu practico) quod interrogatoria debent fieri circa ea quæ concernunt ſolennitatem proceſſus, & ordinem iudicij, vt in iſto text. quod habeat eligere actionem quam vult intentare: non autem debent fieri interrogatoria circa ea quæ concernunt merita cauſæ. & ſi fiant, pars non tenetur reſpondere, vt ſi aliquis peteret interrogari alium qualiter mutuauit ſibi decem. & allegant Domi. de Rota in deciſi. 40. & glo. in cap. iudicantem. 30. q. vlt. & circa ea quæ concernunt merita cauſæ, debet procedi per poſitiones & articulos, & non per interrogatoria. Lata enim eſt differentia inter poſitiones & interrogatoria, nam quando dantur poſitiones, debet ponens iurare, quod credit vera ea quæ ponit antequam aduerſarius cogatur reſpondere, quod ſecus in interrogatoriis glo. not. in glo. mag. ad finem. in l.1. C. de confeſſ. & ſuper poſitionibus reſpondetur per verbum credit vel non credit, ſuper interrogatoriis de veritate. vt not. in c.1. de confeſſ. in 6. & poſitiones regulariter dantur poſt lit. conteſta. interrogatoria ante vel poſt. Bart. in l.1. ff. de inter. actio. etiam notabiliter habetis colligere qualiter electio ſuper actione proſequenda debet fieri ante litis conteſt. de quo eſt glo. in d.l. cum filius. §. variis de leg. 2. tradunt omnes in l. edita. C. de edend.

Duodecimò nota. ſecundum Abb. in 5. nota. quod in eodem iudicio admittitur concurſus petitorij & poſſeſſorij recuperandæ vel adipiſcendę. de quo vide bene hìc infrà, & maximè in glo. magna vbi late tradetur.

Decimotertiò not. quod quando iudex in aliqua cauſa ſe reperit dubium de iure, quia forte nõ habet apertam iuris deciſionem, debet referre ſuperiori, & illum conſulere, & iſtud videmus in quampluribus decretalibus huius compillationis in quibus Rom. Pontif. conſulitur & conſultationi reſpondet. de quo eſt tex. in l. eum qui. §. 1. de iudic. ff. in l.1. C. de relatio. in l.2. C. de legib. in §. fi. in authen. de iudicib. Et circa iſtud (quia multotiens contingit) dicatis ſecundum Bart. in d.l. 2. de leg. quadruplicem eſſe relationem ſeu conſultationem, aliqua dicitur neceſſaria quæ contingit tribus modis. Primò quando commiſsio iudicis iſtud importat, vt videmus Dominos de Parlamento huius patriæ committentes quandoque alicui vt audiat partes & appunctuet: & ſi nõ poſſit referat. d.l. eum qui. §. 1. Secundò quando non habebat poteſtatem, vt quia fuit ſibi commiſſum negotium vſque ad ſententiam excluſiue, per ſententiam referat ſuperiori. auth. ad hæc. C. de iudic. Tertiò quando non reperit caſum in iure. l. cum de nouo. C. de legi. Alia eſt relatio probabilis, vt quia reperit opiniones vel rationes pro vtraque parte vrgentes. d. §. fin. in authen. de iudicib. & in iſtis caſibus permittitur relatio vel conſultatio, vt dicunt Azo glo. Bart. Bal. & cæteri. in dict. l.1. C. de rela. Et in iſtis vltimis duobus caſibus quando opiniones vel rationes ſunt hinc inde, non ſolum ſuperior ſed & quilibet qui eſt doctus poteſt conſuli: & iſtud habetur in multis curiis quod proceſſu concluſo reportetur ad conſilium. Alia eſt relatio temeraria vt quando aliquis timẽs incurrere odium partis, vel volens complacere parti, vult referere vel conſulere ſuperiorem. Alia eſt malicioſa vt quando habet apertam deciſionem, vt tamen partes fatigentur expenſis, vult iudex habere aſſeſſores vel conſulere peritos aut referre ad ſuperiorem, iſta non admittũtur vt dicit gl. & ibi Bart. & Bald. in d.l.1. C. de relatio. Abb. vbi late Dominus Philip. Dec. in c. intimaſti. infrà de appel. Bart. in l.1. §. quæſitum. ff. de appel. in quibus locis ponunt modum procedendi ſuper relatione

vel

vel conſultatione, quia primo debet pronuntiari fiendam eſſe relationem, deinde iudex debet elicere punctum, ſeu factum concordatum, poſtea facere ſuam relationem veram & ſecundum conſultationem deinde decidere,in dictis etiam locis ponitur vtrum poſsit appellari à relatione vel à reſponſione ſuperioris ſeu conſilij vel à ſententia iudicis pronuntiantis ſecundum reſponſionē vel conſilium.quæ notetis, quia quotidie contingūt.

Decimoquartò not.ex iſto tex.quod tunc dicitur proceſſus ſuper petitorio quādo nō fit aliqua mentio dè poſſeſſorio.Ita videtur velle tex.ibi nulla ſpoliationis facta mentione,quod tamen intelligatis quando in concluſione fit tantummodo petitio ſuper petitorio.nam ſi in narratione libelli fieret mētio ſimul de poſſeſſorio & petitorio:ſi tantummodo concludatur petitorium, non dicitur intentatum poſſeſſorium,vel ſi tantummodo concludatur poſſeſſorium non dicitur intētatum petitorium.Ita Abb.& ibi Dec. per illum text. ex parte 2.ſuprà de reſcrip.in 3.notabili. idem Abb. in cap. ex parte.in 2.not.ſuprà de for. comp.idem Dec.conſil.24.col.2.& conſil.56.col.3.

Decimoquintò not. ſecundum Abb.6. notab. quod quando aliquis reperitur in iudicio,poſſunt dare libellum contra ipſum,aut nouum iudicium ſuſcitare,dato quod non fuerit citatus, quia citatio non fit niſi ad effectum vt habeat comparere in iudicio,allegat Ioan.And.in c.fi.de elect.in 6.

Circa iſtud primum aduertendum eſt qualiter in quocunque actu in quo vertitur præiudicium alicuius,debet talis citari. l. de vnoquoque. ff. de re iud.l.nam & ita Diuus.ff.de adoptio.cle. paſtoralis. de re iudic.Abb. vbi Fel.latiſsime & Philip. Dec.in c.conſuluit.ſuprà de offi. iudic.deleg. Soc. conſil.12.quoniam in præſentiarum.col.1.& 2.vbi dicit quod citatio eſt de iure naturali. Princeps etiam non debet procedere ſine citatione in cauſis poſſeſſoriis : debet citari pariter in cauſis ſummariis in notorio facti tranſeuntis,quando proceditur per inquiſitionē, & quando declaratur pœna à iure incurſa.Ad iſta omnia plura ibi allegat & dicit idem Soc.in conſil.195.circa princ. col. 7. quod quando quis fuit citatus ad comparendum vt videat procedere ad quoſcunque actus,ſi comparuit in primo actu,non poterit tamen ad alios procedi niſi iterum citetur; quantum ad deciſionem Abb. iſtud idem quod voluit Abb. voluit Bar.in l.1.col.1.de in ius voc.& ibi Alex.plures adducens remiſsiones,plene per Fel.in c.1. col. pen. ſuprà de iud.

Decimoſextò not. ibi nouum iudicium quod non ſolum à principio permittitur cumulatio actionum in eodem iudicio;ſed etiam iam intentata vna actione & pedēte cognitione illius poteſt de nouo alia cumulari, de quo plene videbimus in 2.parte.Bar.tradit in l.edita,in materia cumulationis.C.de edend.

Decimoſeptimò not. quod licet vtile ſit prius intentare poſſeſſorium,quàm petitorium.§.commodum. inſt.de interd.l.is qui deſtinauit.ff. de rei vend.illud tamen non eſt de neceſsitate, nam in iſto text. quamuis actor potuiſſet petitorium vel poſſeſſorium intentare elegit, tamen petitorium, ideo dicit glo.in d.l.is,qui. quod illud eſt de conſilio. Idem ponitur in l.pacto.ff.de tranſact.

Decimooctauò not.circa principium ſecundæ partis prout colligit hìc Pet.de Anch.5.not.quod quando interrogatio eſt implicita, obſcura, vel ſub nube,reſponſio debet fieri clara, & per diſtinctionē caſuum, prout in ſimili fecit imperator in l.vt reſponſum.C.de tranſact.in l. precibus. C.de impub.& iuriſcōſul.in l.Gallus.ff.de lib.& poſth. ſed quia aliqua iura reperiuntur in contrarium, breuiter dicendum, quia aut loquimur in interrogatione iudiciali, quæ fit ab vna parte contra aliā : iſto caſu ſi interrogatoria fuerit obſcura vel implicita, non tenetur pars aduerſa reſpondere, vt voluit glo.in cap.2.ſuper verb.rationabili cauſa,de confeſſ.in 6.glo.& ibi Bart.in l.2.§.quod obſeruari.C. de iur. propter cal. Idem Bart.in l.vbicunque col.7.ff.de inter. act. Aut interrogatio fit pro conſultatione habenda vel veritate conſequenda,& tunc aut fiebat de re inhoneſta aut turpi,& non debet dari reſponſio.l.mercalē.in princ. C.de cond.ob turp.cau.Aut fiebat ſuper re honeſta:& hoc caſu poſſumus diſtinguere,aut talis interrogans erat qualitatis ratione cuius debebat eſſe informatus de veritate, vt iudex interrogat ſuper dubio, de quo habetur aperta deciſio iuris: & tali poteſt fieri reſponſio rudis.l.Domitius Labeo.ff.de teſta.l.2.§.ſeruus. de org.iur. Si vero non habebat officium vel qualitatem propter quam tenebatur illud ſcire quando interrogat alium, etiam ſi interrogatio ſit obſcura vel implicita,debet humaniter recipi & declarari eius interrogatio,dari deinde reſponſio clara & per diſtinctionem caſuum d.l.precibus.d.l.Gallus.& de hoc articulo Bar.in d.l.Domitius.& in d.l. precibus. vbi etiam omnes tradunt glo.Abb.& alij in c.de muliere. infrà de ſponſalib. & iſtud obſeruetis erga ruſticos qui quotidie conſultant, & neſciunt formare interrogationes.

Decimononò not.ſecundum Abb.in 7.notab. in 1. col. Hoſt.in 2. Ioan.And. & Bal.in 1.Petr.de Anch.in 7.notab. Card.col.fin. in 1. oppoſitione. extra glo.& Ioan.de Imol.in 4. not. quod renuntiatio & concluſio in cauſa differunt:renuntiatio propriè & ſtricte loquendo dicitur quando eſt renuntiatum probationibus facti, ita quod aliquis dicit ſe nolle amplius probare in cauſa. Concluſio dicitur quando quis renuntiauit & probationibus facti & probationibus iuris. Ita quod excluſus eſt ad dicendū in facto & in iure.Et quantum ad materiam huius c. quādo excuſatur quis vt non poſsit amplius audiri ſuper poſſeſſorio,cōcludunt communiter quod ſola renuntiatio accipiendo ſtricte & in propria ſignificatione, requiritur quod fuerit concluſum in cauſa,quia tex. in cle.vnic.de cauſa poſſ. & prop. facit mentionē tantummodo de concluſione,& ante concluſionē dato quod fuerit renuntiatum probationibus teſtium,poteſt fieri productio inſtrumentorū etiam haberi confeſsio partis.cap. cum dilectus.infrà de fid.inſtrument.ex quibus poſſet conſtare de poſſeſſorio : non ſufficit ergo ſola renuntiatio ad excludendum deductionem poſſeſſorij. & text. iſte inquantum dicit renuntiatum, non intelligit de

renun



renuntiatione ſtrictè accepta ſed de renunciatione accipiendo generaliter. Tamen quando fuit renuntiatum omnibus probationibus facti,omnibus productionibus & deductionibus tam in iure quàm in facto(quo caſu idem renuntiatio, quod concluſio)quis autem debeat concludere in cauſa,dicit Abb. quod partes debent facere concluſionē,ſi tamen nollent,& altera velit ſemper prolongare proceſſum,ſi iudex,quòd habuit dilationes competentes poteſt cum altera parte concludere,in cauſa allegat. glo. in cle. ſæpe.circa finem verb.concluſum.de verb.ſignifi. Circa iſtam materiam licet plura adduci poſſent quantum ad renuntiationem & concluſionem in cauſa de quibus latiſsime Fel. in c.cum dilectus. infrà de fide inſtrum.Specula.in tit.de renunt.& conclu.quantum ad iſtud notab. & declarationem huius tex. breuiter tria ſunt videnda.Primò ſi renuntiare vel concludere, ſunt idem vel diuerſa. 2. qualiter intelligatur text.quod poſt renuntiationem aut cōcluſionem non audiatur in poſſeſſorio.3. ſi iudex in ſecunda parte poſsit concludere in cauſa.

Quantum ad primum,præmittendum eſt primo, quod aliud eſt renuntiare cauſæ,aliud eſt renuntiare in cauſa : renuntiare cauſæ dicitur quis, quando renuntiat iuri deducto in iudicio.l. poſtquam liti.& ibi plene tradunt omnes.C. de pact. habetur in c.cum pridem ſuprà de pact.renuntiare in cauſa dicitur quis,quando renuntiat probationibus & deductionibus vt habetur in authen. iubemus.C.de iud. Secundo eſt aduertendū,quia Innoc.hìc & cæteri dicunt quod renuntiare dicitur quis quando renuntiat probationibus facti. Conclude, quando renuntiat & probationibus facti & iuris qualiter in aliqua cauſa & proceſſu ſunt probationes facti & probationes iuris. Probationes facti dicuntur teſtes,inſtrumenta,confeſſio & iuramentum:probationes non iuris dicuntur quando publicatis teſtibus aduocati diſputāt in iure coram iudice, quæ diſputatio debet fieri ante concluſionē in cauſa.c.bonæ.1.ſuprà de poſt. præb.c.dudum, ſuprà de elect.c.in cauſis.infrà de teſtib.late Spec.in tit.de diſputa. & alleg. & iſtud ſolet fieri in his partibus in ſupremis curiis.& tales probationes iuris differunt ab allegationibus ſeu conſiliis in iure,quia probationes iuris ſeu diſputationes non admittuntur poſt cōcluſionem, allegationes vero beneficij dantur poſt renuntiationem & concluſionem, de quo late Alexan. in auth.iubemus.col.2.C.de iud.

His præſuppoſitis dicendum eſt quod renuntiatio & concluſio accipiendo late verbum renuntiatio,licet in nomine differant,quantum ad effectum videntur idem importare. Ita voluit Inno. Hoſt.Ioā.And.hìc quos ſequuntur Card. Ancha. & Ioan.de Imol. idem voluit Arch. 2.c. de reſt.in integ.in 6.Card.in cle.vnic.in 13.q.& ibi Anch.& Ioan.de Imol. de cauſa poſſ. & proprie. Alex.vbi alios refert in d.authen. iubemus. in finali.verbis. Card.in conſil.23. in cauſa Camareti. in princ. & in conſil.72.ſigillatim,aliàs in primo.col.4.adducentes pro hoc tex. iuncta glo.in c. cum dilectus. infrà de fid.inſtrum.§.1.in auth. vt cum de appel. cog.& in §.quoniam ratio.in auth.de teſtib.iſtud etiam videtur probare iſte text. ponderando dictionem, aut,quæ eſt inter verbum renuntiatum, & verbum cōcluſum, quia iſta dictio habet hanc naturam quod ponatur inter æqualia vel parum diſtantia tex.eſt ad hoc ſing.& ibi Socin.in 2.not. in l.1.ff. de reb. dub. vbi infert quòd ſi ſtatuto diceretur quod mulier nō poſsit alienare aut obligationem facere ſine conſenſu duorum propinquorum, quia ſub verbo alienare, non comprehenditur obligatio perſonalis nec pariter comprehendetur ſub verbo obligationem facere, de quo tex.ad iſtud propoſitum facit feſtum Iaſ. in l.1.§.Cato.col.1.ff.de verb.obli.& dicit Alex. in l.ſi ex toto. §.ſi ſcriptum in prin.vbi allegat illū text. & Bart.in variis locis de lega.1. quod quando dictio aut,ponitur inter duos obligatos,videtur denotare quod quilibet ſit inſolidū obligatus: iſtud autem intelligendum quando renuntiatio ſimpliciter proferretur, ſecus ſi diceretur quod renuntiatum eſt probationibus vel eſt renūtiatum productioni teſtium. Iſto caſu non idem eſſet quod concluſio vt habetur in locis iam alleg.

Quantum ad ſecundum Inno.Hoſt.& alij omnes intelligunt iſtum textum quod quis admittatur ad deducendum ſuper poſſeſſorio donec fuerit renuntiatum vel concluſum in cauſa per text. in cle.vnic.de cauſa poſſ.& prop.prout etiam volunt ibi.Card.Anch.& Ioan.de Imol. & Domini de Rota deciſ.69.not.quod in cauſa.in antiq. Sed quia plures ſunt cauſæ in quibus non requiritur renuntiatio vel concluſio,vt ſunt cauſæ beneficiales vel ſummariæ.clem.ſæpe.in fin.de verb.ſignifi. Bart.in extra.ad reprimend. verbo figura.Bald. in ſua marg.ſuper verbo concluſio.Fel.in c.cum dilectus. col.pen. vel vt ſunt cauſæ criminales. arg. glo.l.pactum inter hęredem.ff.de pact.Lud.Rom. conſil.176.iſtę ſunt reſponſiones col.1. dicendum quod ſi eſſet renuntiatum vel concluſum in cauſa,& de hoc apparet penes acta clarum,quod amplius ſuper poſſeſſorio non debet audiri,ſed ſi non reperitur concluſum,poſſumus dicere quòd tunc proceſſus eſt plene inſtructus & formatus, ita quod liquet de cauſa.

Vel non reſtat niſi quod feratur ſententia : dato quod adhuc non fuerit concluſum, vel natura cauſæ ſic ſe habet, vel quia partes ſeu iudex nondum concluſerunt, non debet amplius audiri ſuper poſſeſſorio,vt probat tex.in c.ſignificauerunt. vbi tex.ſolum requirit quod liqueat de cauſa ad excludendum poſſeſſorium, probat etiam tex. in l.ſi in rem.§.fi.ff.de euic. quod illud quod ſolet in quacunque parte iudicij admitti, non admittetur poſtquam conſtat plene de cauſa,ad idem text.in l.3.in fin.C.de temp.appel.vbi acta primæ inſtantię quæ poſſunt produci in quacunque parte cauſæ appellationis, ſi proceſſus fuerit plene formatus(ita quod ſit pro bono fine)amplius nō admittetur productio, & facit quod voluit Bart. per illum tex.in l.nulla.C.de procur.quod in cauſis in quibus non requiritur litis conteſtatio, ille actus qui in cauſis plenariis in quibus lis conteſtatur, non ſolet fieri niſi poſt litis conteſt. habet vim litis conteſt.Idem Bart. vbi alij in l.properandum, in princ.C.de iudic.Abb.in c.pen.col.fin.ſuprà de

foro

foro comp.bona glo.in c.1.verb.abſentia.de elect. in 6.ex quo ſequitur quod in cauſis in quibus nõ requiritur concluſio, ſi proceſſus eſt in ſtatu in quo ſi cauſa eſſet plenaria concluderetur:nõ admittetur amplius aliquis ſuper poſſeſſorio,vel etiã in cauſis,plenariis ſeu in quibus ſolet concludi ſi proceſſus eſt plene formatus, dato quod non ſit facta concluſio cum prope ſit ſtatus concludendi, & idem iudicamus de actu propinquo ad actum, prout de ipſa conſummatione actus, vt habetur in l.certa.ff.ſi cert.peta.non debet quis admitti ſuper poſſeſſorio, etiam ſi nondum fuerit concluſum,& ſatis probat iſte text. in vltima parte,dum ponderatur calculus ſententiæ.& ne ex litibus lites generentur.

Quantum ad tertium ſi iudex inuita parte poſſit concludere in cauſa. Abb. hîc dicit quod ſic per glo.in clem. ſæpe.in fin. verbis concluſiue.de verb.ſignifi.iſtud idem voluit Bal.in c.1.col.3.verſ. 3.quæro ſi de inueſt. fuer. contro. in vſi feud. vbi voluit quod regulariter concluſio in cauſa eſt de ſubſtantia proceſſus.ca. quoniam contra de prob. in quo dinumerantur ſubſtãtialia proceſſus, & fit mentio de concluſione:ſed iudicium debet reddi in inuitum.l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de verb.obli. ſequitur quod inuita parte iudex poteſt facere ea quæ ſunt de ſubſtantia cauſæ.Idem voluit Alex. in additio ad Bart.in l.prolatam.C.de ſent. & inter.Guido Papæ in deciſio.9587.

Viceſimò not.ex iſto tex.& iſta eſt propria materia huius cap. & ad hoc ſemper allegatur quod poſſeſſorium habet priuilegium vt faciat ſuſpendere petitorium iam inchoatum, donec vacuato ipſo poſſeſſorio:aduertere tamen debemus qualiter intentato petitorio poſſeſſorium intentatur ad effectum ſuſpendendi petitorium altero de quatuor modis.Primo quando petitorium fuit intentatum pro vna re,& poſſeſſorium intentatur pro alia ſiue ab eadem parte intentetur vtrumque, ſiue ab vno petitorium & ab alio poſſeſſorium:petitorium non ſuſpendetur per poſſeſſorium, ſed ſuper vtroque procedetur,& de quolibet fiet vnus proceſſus ſeparatus,& de hac materia non traditur in iſto tex. ſed habetur late in c.cum dilectus. ſuprà de ord.cogni.

Secundò ſuper eadem re petitorium & poſſeſſorium intentatur.Iſtud tamen fit à diuerſis ante litis conteſt. vnus quidem intentat petitoriũ,alius poſſeſſorium lite non conteſt. quo caſu poſſeſſorium faciet ſuſpendere petitorium. de hoc etiam non habetur in iſto c.ſed traditur in c.ex conqueſtione.infrà de reſt.ſpol.

Tertiò à diuerſis poſt litis conteſt. intentatur: ſcilicet ab vno prius petitorium,& deinde ab alio poſſeſſorium,de hac etiam materia non loquitur iſte text.de ea plene not.in c.fin.ſuprà de ord.cog.

Quartò contingit quod ab eodem fuit prius intentatum petitorium,& illemet ſuper eadem re vult intentare poſſeſſorium.& iſta eſt propria materia huius cap. & iſtud poteſt contingere dupliciter, vno modo quod ſimul procedatur in vtroque,& de hoc videbimus in glo.mag.qualiter admittatur concurſus petitorij & poſſeſſorij, alio modo vt poſſeſſorium faciat ſuſpendere petitorium quod non procedatur in eo niſi vacuato poſſeſſorio.& de hoc habemus videre hîc.Iſta magiſtraliter tradit Paul.de Caſt.conſil.273.quia per primum dominum conſultatorẽ cæli: & ad hoc quotidie iſte tex.allegatur.de quo eſt etiam tex.in c.ſignificauerunt.infrà de teſt.& in cle.vnic.de cauſa poſſ.& propriet.l.cum fundus.§.fi.ff. de vi & vi arma.Paul. de Caſtr.in dict. conſil.273.& Raph. Cuma.conſil.39.ſi conuentus.Domini de Rot.in deciſionibus infrà allegandis.

Iſtum text.amplietis,& ex iſtis ampliationibus habetur declaratio ad iſtum vt habeat locum primo non ſolum coram iudice ordinario, ſed etiam coram delegato.d. cap. ſignificauerunt.vbi Abbas in 2.not.infrà de teſt.

Secundò amplietis nõ ſolum in prima inſtantia & in cauſa appellationis. Ita quod ſi in prima inſtantia fuerit ſolum cognitum, de petitorio & ab eo appellatum in cauſa appellationis, poterit de nouo intentari poſſeſſorium ad effectum, vt ſuſpendatur petitorium.d.cle. vnic. de cauſa poſſ. & propriet.& quamuis aliqui voluerint intelligere illum text.in cauſis beneficialibus,Domini de Rot.dec. 205. in cauſa appellationis in nouis, dicunt vt habeat etiam locum iſte text.in cauſa appellationis etiam ſuper rebus prophanis quando ab eodem intentatur poſſeſſorium,& prius intentauerat petitorium, poſtquam iſte text. permittit vſque ad concluſionem,in cauſa:ſed iudex appellationum dicitur ſuccedere in locum primi iudicis,& per appellationem dicitur ſententia,& concluſio primæ inſtantiæ ſuſpenſæ habetur ac ſi non fuiſſet concluſum.arg.tex.l.eos.C. de appel. & in l.1.in fi.ff.ad Turpil.

Tertiò amplietis vt quemadmodum tempore feriato in vtilitatem hominum poteſt procedi in cauſa poſſeſſoria,vt traditur in c.fin. ſuprà de feri. ſimiliter petitio, per quam ille qui intentauerat petitorium, petit ſuperſedi in ipſo, & procedi in poſſeſſorio die feriato poterit fieri,ita Domini de Rot.deciſi.240.tẽpore feriato in nouis,quia idem iudicatur de pręambulo ad actum, prout de ipſo actu.l.oratio.ff.de ſponſ

Quartò amplietis quod taliter ſuſpenditur petitorium quod ſi fuerit propoſitum poſſeſſorium & iudex noluit admittere propoſitiones appellauit,detulit appellationi,iudex nõ poterit cognoſcere de petitorio, donec euacuato illo articulo appellationis,ita Domini de Rot.deciſio.283.not. quod ſi quis ſuſpendit in nouis, vbi allegant in arg.tex.in c.cum appellationibus.de app.in 6.

Quintò amplietis quod taliter ſuſpenditur petitorium,quod ſi cauſa vertatur ſuper poſſeſſorio coram iudice appellationum & etiam ſi aduerſarius nollet aliquid dicere ſuper poſſeſſorio, nec impugnare intentionem actoris, non poterit tamen adhuc ſuper petitorio procedi niſi vacuata totaliter cauſa poſſeſſorij.Iſtud volunt domini de Rot.deciſ.131.intentato in nouis.

Sextò amplietis vt non ſolum ſemel ſed pluries petitorium poſsit ſuſpendi, vt quia intentato petitorio actor voluit venire ad poſſeſſorium, & fuit ſuſpenſum petitorium,poſtea fuit contentus vt procedatur in petitorio: demum voluit redire

da



ad poſſeſſorium petendo ſuſpendi interim petitorium.ita D.de Rota, deciſ.372. fuit dubitatum.in nouis. vbi reſpondent ad Alex. in c.mutare.cum ſimilibus.de reg.iur.in 6.& in l.nemo poteſt.ff.eo. tit. quia humanitatis plenitudo nemini tolli poteſt,vſque ad ſententiã.l.Papinianus.§.meminiſſe. ff.de inoffi.teſt.l.ſi conuenerit. de iuriſd.omn.iud. l.alia.C.de his quib.vt ind. c.cum ceſſante.c.interpoſita.de appellat.

Septimò amplietis, quòd taliter ſuſpenditur petitorium, quod inſtrumenta vel aliæ probationes factæ in petitorio, non faciunt fidem ſeu probationem, in poſſeſſorio niſi de nouo producantur.ita Domini de Rota, deciſ.393. ſi à poſſeſſorio,in nouis.

Octauò amplietis, etiã ſi in petitorio reus habuiſſet teſtes paratos ſuſpenditur,vt non admittatur ad illos producendum, niſi eſſemus in aliquo de caſibus poſitis in c. quoniam, ſuprà vt lite non cont. quia forte ſenes, valetudinarij receſſuri, vel de longinquo ſtantes.Domini de Rot. deciſ.394. ſi ſuſpenſo petitorio,in nouis.

Nonò amplietis, etiã ſi petitorio fuiſſet actum contra plures, & poſſeſſorium intentatur ad ſuſpẽdendum petitorium ſi fuerit ſuſpenſum contra vnum,extenditur contra alium. Domini de Rot. deciſ.626.ſi auditor.in antiq.

Decimò amplietis taliter ſuſpenſum eſſe petitorium quòd ſi fuerit appellatum à poſſeſſorio, coram iudice appellationum, etiam partibus volentibus non poterit intentari petitorium, quia non fuit deuoluta niſi cauſa poſſeſſorij. Domini de Rot.deciſ.2.in nouiſsimis. Sed fortè aliquis diceret, quomodo poteſt ſuſpendi petitorium poſtquam lis fuit conteſtata, & ius quæſitum reo, vt inuito actore procedatur ad ſententiam? Authen. qui ſemel.C.quomodo & quando? Reſpondeatis ex eo,quod tale ius quęritur reo facto ipſius actoris,facilius tollitur,quàm ſi fuiſſet quæſitum facto ipſius rei.l.ſi filius.§.erit Rubriano. vbi Bart.ff.de fideic.liber. Paul.de Caſt.alias ponens rationes d. conſil.273. Alia etiam poteſt aſsignari ratio,quia ſi ſimul & ſemel procederetur ſuper vtroque, & petitorium non ſuſpenderetur ſi actor obtineret in poſſeſſorio,& nõ in petitorio,parui aut nullius effectus eſſet poſſeſſorium. Cum per petitorium abſorberetur, & ſuper poſſeſſorio ſententia non demandaretur executioni.c.cũ dilectus.infrà hoc titul. Vt ergo effectum habeat ſententia poſſeſſorij,datum fuit ſibi priuilegium, vt ſuſpendat petitorium. Ita volunt Doct.in c.ex quæſtione, infrà de reſt.ſpol.Notetis tamen,quod ſi fuerit ſuſpenſum petitorium, & in alio iudicio intentetur petitorium ſuſpenſio huius iudicij nõ impedit,quin poſsit interuenire in alio iudicio, ita volunt D.de Rot.deciſ.250.not.quòd ſuſpendens.in nouis.

Viceſimoprimò,no.ſecundũ Anch.hîc in 8.not. quòd quãdo alicui competunt plura remedia ad idem, licet electum fuerit vnum remedium, non præiudicat ſibi quominus poſsit redire ad aliud etiam in eodem iudicio,de quo eſt etiã tex.in l.ita. §.ex hoc edic.ff. Nautæ, caupones, probatur etiã in l.non quæritur,de quo eſt etiam tex.in d.l.cum quæritur contra maiores. C. de inoffi.teſta.l.Clodius.ff.de acq.hære.l.Aurelius.§.fin.vbi Bar.de lib. leg. l.mater.de inoffic.teſta. glo.in c.inter dilectos, infrà de fide inſtru.glo.in c.ſolicitudinũ, infrà de appel. ſolet tamẽ dici, quòd electo vno remedio, quis videtur renũtiare alteri.l.1. C.de fur.c.vt quis duas.de electi.in 6. & quando plures actiones alicui competũt,debet alteram eligere,& illam proſequi vſq; ad finem.l.quod in hæredem. § eligere. ff.de trib.actio. l.cum filius. §.variis. ff. de leg.2.& quando competit remedium plenarium, & ordinarium, debet ceſſare extraordinarium, & ſubſidiarium l.in cauſæ.1.in princ.ff.de mino. Ideo pro declaratione & reſolutione huius articuli habemus aduertere plures caſus. *Nota,quãdo plura remedia poſſint intẽtari.*

Primus eſt,quando duo remedia,quæ competunt ſunt inuicem incompatibilia,& habent contrarios effectus: hoc caſu debet alterum eligi, & quod plus eſt, illo electo cẽſetur renuntiare alteri. d.l.1.vbi latiſsimè Bald. C.de fur.d.c.vt quis duas. vbi glo.& docto.de elect.in 6.

Secundus caſus eſt, quãdo plura remedia ſunt compatibilia,& quodlibet eſt æquè principale,iſto caſu recurrendũ ad ſententiam, quam ponit Bar. in l.edita.in materia cumulationis. C.de edendo. vbi ponit, quando ſimul poſſunt concurrere, & poſſunt cumulari in eodẽ proceſſu, verum eſt tamen, quòd vno electo non præiudicat alteri ſaltem, quin alio iudicio poſsit intentari.dict.l.cum qui.& l.contra maiores.

Tertius caſus eſt, quando per vnũ prouidetur iure cõmuni & ordinariè, & per aliud prouidetur quodã iure ſpeciali & particulari, & iſta eſt propria materia huius notab.in qua Io.Andr.Petr.de Anch.& Dominic. in c.nõ ſolum.in prin.de app. in 6.dicunt,quòd ſi remediũ ſingulare, vel extraordinariũ non prouidet pinguius quàm remediũ principale, nõ ſolum impeditur concurſus in eodem iudicio, ſed etiã non admittitur electio,immo prius debet intentari remediũ principale. d.l. in cauſæ.ff.de minorib.& iſtud eſt quod ſolet dici remedium ordinarium facit ceſſare extraordinarium.de hoc latiſsime Bart.in l.in prouinciali. §.1. ff.de oper.no.nunt. Aut illud tale remediũ ſingulare,& priuilegiatum pinguius prouidet:hoc caſu non ſolum permittitur concurſus,vel variatio,ſed habet etiã virtutem ſuſpenſiuã, vt habetur in iſto tex.& ideo inferũt in ſimili,quòd ſi fuerit ſententia lata excommunicationis poſt appellationem, quia competunt,duo remedia vnũ ordinarium,vt poſsit peti ſententiã excommunicationis pronuntiari nullam:aliud ſpeciale & priuilegiatũ, vt poſſit peti abſolutio ad cautelam, vt traditur in c.ſolet.de ſentent.excom. in 6.ſi fuerit primum intentum,poteſt venire ad aliud: petendo procedi, in illo & ſuſpendi primum.

Quartus eſt caſus, quando vnum remedium eſt incompetens & inhabile, electa via inhabili, non ſibi præiudicat, quominus poſsit redire ad habilem.dict.l.mater.ff.de inoffi.teſt. d.l.Aurelius. §.fi.ff.de lib.leg.d.l.Clodius.ff.de acquir.hære.bonus text. in l.conſulta diualia. C. de teſtament. Raph.Cumanus.conſi.44.vtrum legata.& conſilio 93.Titius,& Seius.

Viceſimoſecundò, not.ſecundum Anch.in 7.

Ff

notabili,quòd leges ciuiles poſſunt allegari ad deciſionem cauſarum ſpiritualium, in foro eccleſiaſtico.idem fecit Roma.Pontif. in c.1.c.2.c.cum eccleſia,ſuprà eo.de quo articulo Abb.in cap.1.infrà de oper.noui nuntia. Bar.& alij in authent. Caſſa & irrita.C.de ſacroſanct.eccleſ.ad ſaturitatem per 4.col.& vltra Decius poſt Abb. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.col.10.cum ſeq.ſuprà de conſtit.

Viceſimotertiò,ex vltimis verbis ſecundæ partis notetis ad illud vulgatum,quod non mutatur, quare ſtare prohibetur.l.ſancimus in fine.C.de teſtamen.l.præcipimus.in fine.C.de appel.qualiter. lex noua correctoria non corrigit niſi in caſu expreſſa,nec mutat alios caſus.gloſ.in §.literę.Inſtit. de rerum diuiſ.glo.in Auth.quas actiones. in glo. magna,& ibi Barto.& alij.C.de ſacro.ſanct.eccleſ. glo.in l.tam his.§.1.ff.de dona.cauſa mort. glo.vbi Bartol.& ampliſsimè Ludo. Roma. in ſua repetitio.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.matrimo.bonus tex. in l.ſi furioſo.C.de nupt.per quem.Ludo.Roma. in conſilio 179. ampliſsimè declar.col.3.& limitat regulam,quæ habetur per glo.in l.ſi quis ſeruo,in verbo corrumpi.C.de ſeruis fugitiuis,quod quan do æquiparantur per legem antiquam, lex noua diſponens in vno extenditur ad reliquum, vt habeat locum, quando in omnibus, & per omnia ſunt æquiparata: aliàs non debet comprehendere niſi caſus expreſſos.

Viceſimoquartò, nota. ſecundum Io.de Imol. in ſexto not.quędam eſſe remedia poſſeſſoria,quę neceſſario debent tractari ante petitorium.de hoc tamen reſeruo in glo.mag.poſt medium.

Viceſimoquintò, ſecundum Anchar. in nono notabili, in princ. vltimę partis notabilis qualiter poſt probationes renuntiationē,& concluſionem in cauſa debet ferri ſentētia. Nā ex probationibus aut actis iudicialibus nulla actio,nullū remedium, nullum ius oritur niſi ſequatur pronuntiatio iudicis,vt voluit gl.vbi omnes tradūt.in l.ſed ſi poſſeſſori.§.fi.in gl.1.ff.de iureiur.gl.in c.iudex. verbo ſuper ea.de offic.deleg.in 6.l.exitus.ff.de acq.poſſ. l.athletas.§.calumniator.& l.non alia.ff.de his,qui notan.infami.l.ſtipulatio.§.haber. ff.de oper.noui nunt.vbi Bar.decidit in actu practico,quod ſi nūtius referat in actis diligentiā feciſſe de reperiendo debitorem principalem quem non reperit, ex hoc tamen adhuc non reſultat diſcuſsio ſufficiens niſi iudex pronuntiauerit diſcuſsionem ſufficere, idem Bar.in l.de minore.col.pen.ff.de minorib.

Viceſimoſextò, nota.ſecundum Petr.Ancha.in 1.notab. quòd ex litibus non debent lites inculcari.l.terminato. C.de fruct. & litiū expen.cle.auditor.de reſcript.c.pen.ſuprà de ord.cogni.debet eſſe litium finis.l.2.C.de re iud.l.fratris.C.de tranſact. l.quidem. vbi gloſſ. fin.& per omnes traditur. ff.ſi cert.pet.& ibi Iaſo.col.3.tetigit an iudex poſsit cogere partes ad compromiſſum.

Viceſimoſeptimò,ſecundum Cardin. in 11.notabili,quòd non debet aperiri via fraudibus,nihil allegat.de hoc eſt bonus text. in l.conuenire.ff.de pact.dot.in authent. de leno.in princip.Bartol.vbi alij in l.fina. C. de pact.& in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obligat.Alexand.conſi.2. in viſis codicillis. colum. 2. in prima parte. limitat tamen in colum.10.vbi poterit videri.

Viceſimooctauò, ſecundum Ioan.de Imola.in 7.notabili colligatis, poſt concluſionem in cauſa quis nō admittitur etiam in poſſeſſorio,de quo eſt pariter tex. in c.ſignificauerunt,infrà de teſtib. Spec.in tit. de renunt. & conclu.§.1.verſic. & ſcias. Fel.in c.cum dilectus.col.1.de fide inſtru.

Viceſimononò, ſecundum Card.in 12.notabili,& Abb.in 4.& vltimo, quòd dolus probatur ex perſpicuis indiciis.Idem voluit tex.in l.dolum.C. de dol.in c.2. vbi gl.verbo coniecturas. de renunt. in 6.latiſsime Decius in c.ſi autem.col.2. ſuprà de reſcript. Iſtud tamen videretur mirabile, quia in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores.l.ſciant cuncti. C.de probationib. dicatis iſtud procedere,quia dolus conſiſtit in animo,vt dixi in l.1.C.ad leg. Cornel.de ſicar.ea autem,quæ ſunt in animo non poſſunt probari,niſi per aſſertionem partis, ſed quando aliquid eſt difficilis probationis, lex contentatur probatione quæ fit per coniecturas.l.non omnes.§.à barbaris. ff.de re milit.Bar.in l.illa prima.vbi Iaſ.ponit amplas remiſsiones in fin.verb.ff.de verb.oblig.

Triceſimò,nota.ſecundū Ancha.in 11.nota. arguendo per argumentū à contrario ſenſu,qualiter diffinito petitorio poteſt quis venire ad poſſeſſorium,quamuis clarum ſit,quòd diffinito poſſeſſorio poſsit quis etiam ſi fuerit condemnatus venire ad petitorium.c.pen.infrà eo. Alex.conſi.146.conſideratis.pen.col.in 5.parte.Dec.conſi.62.col.3.difficultas tamen eſt magna qualiter vacuato petitorio, ille qui ſuccubuit poſsit venire ad poſſeſſorium,attento quòd petitoriū abſorbet illud.c.cum eccleſia. c. cum ſuper.ſuprà eo.& in c.infrà proximo.Ideo de hoc videbimus latè in glo.magna.

Triceſimoprimò, not.quòd poſt cōcluſionem in cauſa admittitur poſſeſſoriū, etiam ad ſuſpendendum petitoriū, quando iuſta cauſa videtur illud fiendū iudici,vt dicit hic Anto.in 42.not.Spe. in tit.de ratione,& cōclu.§.1. verſi.& ſcias.Fel.latè in d.c.cū.dilectus.col.2.in 1.limita.infr.de fid.inſtr.

Triceſimoſecundò,not.ſecundū Card.in 13.notab.qualiter iudex debet ſuccurrere parti, quando perdidit probationes ſuas dolo,vel facto aduerſarij, & ad hoc vnū facit text.in l.fi.in princ.ff.de eo per quē. qualiter ſuccurratur,vt reſtituatur in priſtino iure,quando facto alterius fuit impeditus,& impediens factus eſt nō ſoluendo,bonus text.in l. ſi eum ſeruū. ff.ſi cert.pet.quòd ſi aliquis vendidit rem meā,& res fuerit perempta,quòd nō poſſum rem vendicare,ſuccurritur mihi,vt detur regreſſus contra venditorē ad pretium,& dicit Bal. notanter in l.mater. col.2. C.de rer.vend.quòd iſto caſu dabitur actio mihi negotiorū geſtor. contra venditorem,quamuis non vendiderit nomine meo.

Triceſimotertiò,not.ſecundū Card.in 14.nota. qualiter iudex ex cauſa poteſt recedere à regulis iuris communis. De hoc autē, & quæ ſunt cauſæ plura cumulauit Lud.Ro. in l.ſi verò.§.de viro.ff. ſol.matri.not.tamē quòd quādo aliquid nō determinatur à lege, dicitur relictū arbitrio legis. l.1.in fi.ff.de iur.delib.c.de cauſis.ſuprà de offi.deleg.iudex tamen nō habet liberum arbitrium, vt poſsit arbitrari quomodo ſibi placuerit, ſed debet illud

regulare



regulare ſecūdum qualitatem circunſtantiarum: aliàs poteſt appellari.gloſſ.eſt in cap.ſuper his.vbi Abba.infrà de accuſa.in c.1.vbi Abbas, & Ioan.de Imol.ſuprà de dol.idem Abb. in c.cum veniſſent. col.4.ſuprà de iud.in c.nos inter.col.fin.& in c.inter.col.pen.infrà de purg.cano.Bart.in l.ſi qua pœna.ff.de verb.ſignifi.

Trigeſimoquartò, nota,ſecundum Io.de Imol. in nono notab. quod bonū eſt argumentum à ſimili.l.non poſſunt.ff.de leg.l.illud.vbi gl.ff.ad leg. Aquil.latiſsimè Dec. in cap.conſtitutus.colum.2. infrà de appel.

Triceſimoquintò,& vltimo not.ſecundū Car. in 15.notab.qualiter æquitas debet attendi,de quo latiſsimè per omnes in l.placuit.C.de iudic. videbimus in glo.fin.

Capio gl.1.verb.auſpicia.iſta gl.allegat duo iura ad illud qualiter ingordio vel litis pars debet interrogati quod remediū velit intentare.in l. fin. C.de codic.l.pen.de excep.de hoc dictum fuit. in tex.& circa iſtam glo.Abb.antiq.Io.And.Ioan.de Imol.in col.1.Abb.hìc colum.2.dicunt quòd ideo exordia litis appellantur auſpicia, quia quemadmodum diuinationes, quæ ſumuntur ex volatu, & garritu auium appellantur auſpicia,quia ex his inſpicimus incerta futura.c.1.26.q.4. ita etiā exordia litis dicuntur auſpicia, quia ex his inſpicimus euentum litis, qui eſt incertus & dubius. l. quod debetur. ff. de pecul.c.fraternitatis circa finem. de frig.Et ad iſtud etiam Hoſt. & Ioan.And.allegant tex.in l.vbi.C.de fal.& ibi bona gl.ſuper verb.cuius.quæ dicit auſpicio,ideſt initio.vos habetis etiā meliorem glo.de iure.in l.fi.verbo auſpicia. C. de interdict.quę dicit auſpicia eſſe quaſi auium aſpectum,& ibi Sal.allegat Papiam, & Catolicon,qui dicunt auſpicium ab auibus, & verbo inſpicio, quia ex volatu,vel garritu auium inſpicimus futura,ſperamus quod ſequantur, demū cum inchoamus negotia, & dicuntur initia. Dicunt tandem hìc doct. tales diuinationes illicitas & reprobatas eſſe.dict.c.1.26.q.4.& in c.illud.Idem probatur,& in c.ne mirum.26.q.5.dicendum eſt tamen, quòd ſi ex inclinatione naturali propter caſus corporum cæleſtium,alia animalia faciant aliqua ſigna: talis diuinatio nō eſt prohibita,vt videmus quando futura eſt pluuia,culices & muſcæ pungūt animalia diligentius vt videmus: inquirunt alimenta.dicit Ariſtot.1. Meteororū c.1.in ſignis de pluuia:videmus etiā,quando hirundines veniunt, eſt ſignum veris venturæ:quando grues deſcendunt eſt ſignum hyemis futuræ, vt habetur Hierere.5. Miluus in cœlo cognoſcit tēpus ſuum, hirundo, cognoſcit tempus ſui aduetus,& ideo Beat. Tho. 2.ſecundæ.q.45.artic.7.dicit quòd ſi diuinationes ſumantur hoc modo nō ſunt illicitæ & reprobatæ,& illam totā q.videbitis de diuinationibus,quę fiunt per Aſtrologiā,Aſtronomiā & multis aliis.

Capio glo.ſecundam, verbo requiſitus.in qua tria habentur.primo, quod interrogatio debet fieri à iudice, & de hoc dictum eſt, in text.ſecundò ponit vnam concluſionem qualiter iudex delegatus poteſt cognoſcere de petitorio & poſſeſſorio, ſiue fuerit in commiſsione expreſsè dictum, vt de vtroq; cognoſcat, & iſtud eſt clarum.c.1.ſuprà eod.ſiue dictum, quod cognoſcat de proprietate: dato quod nullum verbum poſitum fuerit reſpectu poſſeſsionis.arg.l.ordinarij. C.de rei vend.ſiue fuerit ſimpliciter commiſſa cauſa,vel commiſſum negotium,de ſequeſt.poſſ.& fruct.c.1. Et ad iſtam concluſionem in fin. verbis aſsignat rationem,ne continentia cauſæ diuidatur. l.nulli. C.de iud.c.1. ſuprà eo. Tertiò format cōtrarium de l.ſi de proprietatē. C. ſi à non compet. iud. Vbi iudex qui fuerat datus in cauſa proprietatis, quia pronuntiauit ſuper poſſeſſorio, nō nocuit talis ſententia. glo.non ſoluit Hoſt.Io.de Imo.& Abb.dant quatuor ſolutiones.primò dicunt,quod ideo non potuit ibi cognoſcere de poſſeſsione, quia in commiſsione ſua fuerat tātummodo dictum de proprietate,vt cognoſceret propter dictionem tātum quæ eſt excluſiua caſus non expreſsi, prout vidimus ſuprà. Iſta deciſio eſt notabilis,quòd quando duo inuicem ſunt cōnexa,vbi aliàs radicato vno & infixo in perſonam alicuius, aliud deberet accedere propter connexitatem, ſi apponatur taxatiua tantum,aut alia ſimilis,impeditur talis acceſſio.pro hoc habetis bo.text.in l.Lucius.§.quæ habebat.ff.ad Trebel. quòd licet in vltimis voluntatibus portio vacans, & repudiata propter ius accreſcendi, & connexitatem debeat accedere alteri portioni.l.1. C.quando non pete. part.l.vnica.l.is ita.C. de cad.tol.ſi fuerit tamen adiecta dictio taxatiua,non habet locum ius accreſcendi. d.l. Lucius. §.quæ habebat.Iaſo.vbi latè in l.1.col.2.C.de teſta.mil. Nota tamen vnum,quod dictio taxatiua non excludit aliam perſonam, quæ repræſentatur eadem. Nám ſi fiat in diſpoſitione mentio de iure alterius,non ob id tamen excludetur ſi ſimul petitorium, cum ſuo intentetur poſſeſſorio, & diiudicetur.Nam poſſeſſorium quod ordinatur ad petitorium videtur eidem iudici committi,cui committitur & petitorium.argum.l.2. ff.de iuriſdict.omn.iud.& l.ad rem mobilem. ff. de procur. ſecus tamen foret ſi non videretur committi niſi in modū reconuentionis, vt dicitur in l.ſi de proprietat. C.ſi à non competenti iudic. ſic expedita eſt ſecunda ſolutio. Quo ad tertiam autem quoniam glo.hìc duæ reperiuntur contrariæ quomodo eas conciliabimus niſi diſtinguendo, vt diximus ſupra? quippe non videtur committi principalis deciſio poſſeſſorij niſi per reconuentionem quandam,ideo ſi ſuccubuerit in petitorio,intelligitur & in poſſeſſorio:ſuccubuiſſe cum teneatur poſſeſsioni eidem propter fructus diſpares. arg. l.ſed ſi ante.de except.

Quartam ſolutionē aſsignant hic Doct. quod in d.l.ſi de proprietate.deciditur tantūmodo qualiter ſententia lata in cauſa poſſeſsionis non præiudicat proprietati. Et ſic in iſtis ſolutionibus videntur tacite tranſire cū glo.quod ſi fuerit cōmiſſa cauſa proprietatis,ſimpliciter dicatur,etiā comprehendi iuriſdictio ſuper poſſeſsione:& econtra.

Aduertendum eſt primo, quod tres primæ ſolutiones ſunt diuinatiuæ. in d. l.ſi de proprietate. non reperietur aliqua dictio taxatiua, nec ſimiliter fit mentio fuiſſe prohibitum, vt non cognoſceret de poſſeſsione. Pariter non ſunt verba ex quibus poſsit perpendi libellum fuiſſe datum

tantummodo in petitorio velle iſtud dicere, eſt quædam diuinatio & vbi l.non dicit,nō debemus ita loqui. l.de pretio. ff. de publi. iu.& dicit Bald. in cap.Rodulphus.ſuprà de reſcrip. vbi inſtrumentum non cantat nec nos cantare debemus, plura cumulat Alex. conſi.52.circa hanc dubitationem. col.3. in 4. parte, quarta autem ſolutio non benè cadit ad illum text.nec Impera.voluit ibi illud decidere, quinimo verus intellectus illius l.eſt.quod iudex delegatus in cauſa proprietatis, eſt iudex incompetens in cauſa poſſeſsionis. Nam lex quæ ſituatur in aliquo titulo debet intelligi ſecundum materiam illius tituli. l.Imperator. ff. de in diem adit. facit quod ponit Bart.in l.non ſolum.§.liberationis. col. 2. ff. de lib.leg. & vt ſeruiat ad illum tit.oportet neceſſario, quod decidat iudicem datum in proprietate eſſe incōpetentem ſuper poſſeſſorio. Et iſta eſt communis opinio per dict. l. quod iudex datus,vel in proprietate,vel in poſſeſſione,dato quod non ponatur dictio taxatiua,ſed fiat ſimpliciter mentio de vno, nō habet poteſtatē ſuper alio.ita Abb. ibi de auth.bul.Card.Anch. & Io.de Imol.in c.1.de ſequeſt. poſſe.& fruc.Io.de Imo.& Bald.hîc col.2.Spec.in tit.de reſcript. præſ. §.ratione autem cauſæ. verſic. rem facit. Domini de Rota, in nouis deciſione 396. ſi committatur. Ludo, Roma.conſil.33. circa primum.col.3.Paul. de Caſt.conſil.273. quia per primum.col.5.Felin. in rub.col.12.ſuprà de reſcrip.& vbique allegatur. d.l.ſi de proprietate pro iſta communi opinione, facit text.in c.fin. ſuprà de iud. Ibi iudex qui cognouit de poſſeſsione non poteſt cognoſcere de proprietate.& ideo in l.nulli.C.de iud.dicunt docto.illum text.habere locum quando idem iudex haberet poteſtatem ſuper vtroq; iudicio, ſequitur ergo quod habens poteſtatem in vno non cenſeatur habere poteſtatem in alio:facit etiā text.quod voluit glo.par.ſuprà verb.apud ſedē apoſtolicam. in cle.vnica.de cau.poſſeſ.& propri.quod ſi fuerit appellatū à petitorio,& cauſa appellationis,introducta corā inferiori iudice,& nō ad ſedem apoſtolicā, non habebit locū in cauſa appellationis, deciſio huius c.& illius cle.vnic.vt poſsit de nouo intentari poſſeſſoriū ad ſuſpendendum petitorium, quia ille iudex appellationū non habuit poteſtatem,niſi ſuper petitorio.facit etiam quod in ſimili volunt D. de Rota, in deciſsionibus nouiſsimis,in tit.de cau.poſ.& prop.deci.12.quod ſi fuerit appellatū à petitorio,& corā iudice appellationū tractatum de vtroq;, & lata ſentētia,ſuper poſſeſ.illa erit nulla, quia iuriſdictionē habuit ſuper petitorio.facit etiā euidēs ratio.nā reſcripta debēt ſtrictè interpretari, c. cū olim.c.1.& fi.ſuprà de reſcript.& iſta interpretatio intelligitur, vt non extendantur ad caſus maiores vel minores, & intelliguntur ac ſi fuiſſent limitata ad caſum expreſſum.;c.cui nō de ſacerdotali. de preb. in 6.Sed quādo diſpoſitio videtur implicitè limitata ad certū caſum interpretatur, ac ſi expreſsè fuiſſet adiecta dictio taxatiua, vt probat Alex.cum glo.vbi Bal.in l.dominus.§.1. ff.de vſuf.& ita omnes hîc tenent, & in d.c.1. infrà de ſequeſt. poſſ. Et facit quod ſi poneretur dictio taxatiua, mandato vno non comprehenderetur aliud, nec obſtat ſi diceretur poſſeſſoriū eſſe præambulum ſeu antecedens ad petitorium.l.ordinarij.de re.vend.C.Sed commiſſo cōſequenti,etiam ſimpliciter cenſetur commiſſum antecedens. l.ad rem.l.ad legatum. ff.de procurat. & commiſſa iuriſdictione cenſentur venire omnia ea ſine quibus exerceri non poteſt.l.fin.ff.de offi.eius cui.l.2.ff.de iuriſd.omn.iud.quia illa locum habent in antecedente omnino neceſſario ſine quo cōſequens eſſe non poteſt, ſed poſſeſſoriū, & petitorium non ſic ſe habent, quia vnum ſine alio eſſe poteſt,& nihil habent commune.l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff. de acq.poſ.& ad hanc rationē facit tex.in l.1.§.igitur.ff.de exerc. vbi habetur, quod data poteſtate ad exigendum mercedes locationum, non cenſetur data poteſtas ad locandum, & de hoc etiam art.diximus ſuprà in 2.not.in vlt.not.

Capio gloſſ.ſuper verb.experiri.in qua tria ponuntur primò qualiter verbum experiri quandoque accipitur pro agere,quandoque pro defendere,& cum glo.tranſit Abba.quia reus in excipiendo dicitur quodammodo actor. l. 1. ff. de except. quamuis enim verbū experiri accipiatur pro defendere,vt in c.1.ſuprà de iud. in l.cum miles.ff.de alie.iud.mut.cauſ.fac.in c.qui generaliter.vbi glo. de procur.in 6. & pariter accipiatur pro agere, vt hîc & in l.inter tutores.in l.ſi duo. ff. de admi.tut. in l.1.ff.vti poſſ.l.1.ff.quod vi, aut clam. in l.1.ff.de diuer. & temp.præſcript. propriè tamen debet intelligi, vt accipiatur pro agere, & quando accipitur pro defendere, illud eſt improprie: ita voluit glo.in c.penul.verb. experiri.infrà de re iud.quod eſt notandum pro ſtatutis & diſpoſitionibus in quibus verba non debent impropriari. Secundò voluit gl.quod nemo ſine actione experiri poteſt. l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.geſt.c.examinata. ſuprà de iud.de hoc tamen videatis theoricā Bar. vbi ponit caſus, in quibus ſine actione quis experitur, d.l.Titius.ff.de verb.oblig.vltimo glo.dicit quandoque alicui competere plures rationes. l.verum. ff. de minor. quo caſu tenetur alteram eligere. l.quod in hæredem. §. eligere. ff. de trib.l. nemo. §. quoties. ff. de regul. iuris.de hoc fuit dictum in textu.

Capio gl.magnam verbo de recuperanda,quæ fuit facta propter tria, & ideo habet tres partes principales primo,quia in 2.parte text. fit mentio de poſſ.adipiſcendæ,& recuperandæ glo.in 1.parte magiſtraliter declarat quot remedia competant pro poſſeſsione,& quia tantummodo exēplificatur in text.de poſſ.adipiſcenda, & recuperanda.gloſ.in ſecunda parte. ibi,ſi ergo declarat, quæ remedia poſſeſ. habeant priuilegium, vt ſuſpendere faciant petitorium, & quia in text. in verſic. aliis.Roma.Pontif.noluit immutare quantum ad poſſeſſoria, quę à principio debent intentari ante petitorium.glo.in 3.parte, ibi & his interdictis.declarat de quibus poſſeſſoriis intelligat tex. Prima pars principalis ſubdiuiditur in ſex partes,primò dicit remedia poſſeſſoria eſſe triplicia; in ſecunda ibi pro adipiſcenda, declarat quæ remedia competant pro adipiſcenda poſſeſsione in 3. ibi interdictum oſtendit, quod licet remedium quorum bonorū & quor.legat,principaliter inuentū fuerit pro bonorum poſſeſsionibus, datur etiam hæredi





in 4.ibi & dicitur.gl.oſtendit, quod hæres quamuis efficiatur dominus per aditionem,non tamen poſſeſſor ex quo indiget remedio adipiſcendæ.in quinta,ibi pro recuperanda declarat, quæ ſint remedia retinendæ poſſeſsionis.

Secunda pars principalis ſubdiuiditur in quatuor partes.in prima ponit concluſionem, quod remedia recuperandæ,& adipiſcendæ habent priuilegium ſuſpenſiuū petitorij. in 2. ibi ſed ad interdictum vult,quòd remediū retinendæ non habeat illud priuilegium. in tertia ibi, quia ſibimet aſsignat rationem. in quarta ibi,nec obſtat.conformat contrarium & ſoluit.

Tertia pars principalis ſubdiuiditur in 7. part. In prima ponit vnum intellectum ad illa verba tex.in aliis.in ſecunda,alij volunt,ponit ſecundum intellectum.in 3.ibi ſed certè.illum tertium reprobat. in quarta ibi, vel intellige. ponit tertium in ſuprà tenendo illum. quartum reſpondet ad verba text. ibi quæ per vendicationem.in vltima ibi prior tamen reſidet. in tertio intellectu tanquam veriori.Sextò ibi,pro retinenda.ponit remedia retinendæ poſſeſsionis.

Ex gloſſ.ſic diuiſa & his,quæ ſuper ea Abba.& alij ponunt habetis colligere ſequentes concluſiones. Primò, in princ.glo.quod remedia poſſeſſiua ſunt triplicia:ſunt quædam adipiſcendæ,quędam retinendæ, & quædam recuperandæ. §. ſequens.Inſt.de interd.l.2.§.pen.ff.eod.Azo.in ſumma. C. de interdict.col.2.Spec.in tit. de cauſ.poſſ. & propriet. idem Spec.in tit.de actio.& peti.§.poſtremo.intelligatis tamen de remediis competentibus pro re priuata & familiari: ſunt enim quædam remedia poſſeſſoria, quæ competunt pro rebus ſacris,& rebus publi.vt eſt remedium de mortuo inferendo. Ne quid in loco ſa. fi. Ne quid in feu. pub. & tamen non poſſumus tales res poſsidere.l.qui per vniuerſas. §.1. ff.de acq.poſſeſ.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.obligat.Aduertatis etiā quædam eſſe interdicta,quę ſunt ſimul adipiſcendæ & retinendæ, vt eſt interdictum, ne vis fi.ei qui in poſſ.miſſ.eſt. ne quo in l.1. ff.ne vis.fi.ei per quod aliquis auctoritate iudicis mittetur in poſſeſsionem,& ſic eſt adipiſcendæ & manutenetur, & prohibetur ne moleſtetur in ea, & ſic retinendæ, dicatis tamen quod comprehenditur in hac diuiſione, quia in diſpoſitione faciente mentionem de caſibus ſimplicibus comprehenditur caſus mixtus.l.ſi ita ſcriptū.ff.de lib.& poſthu.traditur in l.2.in princip.ff.de verbo.oblig. Iaſ.in §.1. Inſtit.de actio.iſta autem remedia poſſeſſoria fuerunt introducta à Prętore & appellātur interdicta, & dicit Abb.hîc iſtud eſſe, quia Prætor interdicebat, vel quia inter duo fuerūt dicta,& ſumunt ſibi nomen,vt dicūt Ant.Io.de Imo.Card.& Abb.hîc. Aliquando à verbis edicti, vt interdictū quorū legatorū,quia verba Prętor.hoc modo incipiebant. Aliquando à nomine illius Prætoris,qui introduxit,vt eſt Saluianū interdictū. Aliquando ab effectu,vt ſunt pro maiori parte.alia interdicta ne vis fiat ei qui. Effectus eſt, vt non cōmittatur aliqua turbatio.Quia tamē aliqua remedia à Prętore inuenta appellātur edicta. De differētia inter edictū & interdictū ponit gl.in l.Prętor.§.1.ff.de no.oper. nunt.Bar.vbi alij latè in l.1.in princ.eo.tit.Notetis pariter qualiter remedium quod datur nobis pro poſſeſsione,aut aliud quod cōpetit nobis ex diſpoſitione prætoris nō appellatur interdictū, vel edictū,ſed dicitur actio in factū, diſpoſitio ſeu lex facta à Prętore.Illud autē remediū ſeu ius quod fuit introductū, & nobis cōpetit ex illo edicto, vel ex illa lege,appellatur actio in factum.§.fi.Inſt.de interd.Spec.in tit.de act.& petit.§.1.verſic.rurſus.Iaſ. poſt gl.ſuprà verb.quam ius.Inſtit.de act.in princ.

Secundò ex glo.habetis,quod interdictū quor. bono.quo.legat. & Saluia. dicuntur adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa datur, vt dicit etiā tex.in §.adipiſcendæ.Inſtit.de interd.nō credatis tamen,quod ſint tantūmodo tria adipiſcēdę,quia habemus remediū l.fi.C.de edic.D.Adria.toll.& alia plura de quibus ſuprà in rub. & iſta tria ſunt poſita cauſa exēpli:non tamen infertur,quin ſint alia.exempla enim non reſtringunt regulā. l.damni infecti. 2.ff. de damno infec.§.hactenus.Inſti.de grad. cognat.

Tertiò habetis ex gl.quā Anch. Card.Ioan.de Imo.& Abba, ſequuntur,quod remedia prætoria quāuis ſint inuēta principaliter à prætore propter filios emancipatos & cognatos,qui nō cognoſcebantur,de iure ciuili cōpetant etiam hæredi,& illi qui de iure ciuili venire poteſt.§.adipiſcendę.Inſt. de interd. & traditur in l.1. C. qui admit. in l.poſthumo.C.de bono.poſſ.cōtra tabul.& iſtud eſt vtile, quia de iure ciuili venienti currit præſcriptio, quāuis fuerit ignorans.Remediū autem prætoris eſt vtile,& non currit ignorāti, vel impedito.l.iuris ignorantia.verb. per. C.qui admit. & ibi dicit Iaſ.poſt Raph.Fulg.quod ſi aliquis ignorabat cōſanguineum defunctum ſtetit per 3. annos, non petiit eius hęreditatem,amplius non audiretur de iure ciuili.l.licet. C. de iure deliberan. Poterit tamen venire de iure prætorio.quo iure non currit tempus durante ignorantia.

Quartò colligatis ex gloſſ. qualiter bonorum poſſeſsio dicitur eſſe terminus iuris.l.hæreditatis. 1.ff.de verb.ſig.vult dicere. gl. quod terminus bono.poſſeſsione,eſt vnus terminus ſignificās quoddam ius incorporale,ratione cuius poſſum petere ſucceſsionem defuncti,& ideo dicit Bart. in l.3. in princip.ff.de bono.poſſ.Dec.in l.cognitio.§.1.ff.de offi.eius.quod aliud eſt bonorum poſſeſsio,aliud poſſeſsio bonorū,bonorum poſſeſsio eſt vnus terminus ſignificans vnū ius incorporale, poſſeſsio bonorū ſunt duo termini, & ſignificāt illam poſſeſsionem quam prętendimus in aliquibus bonis.

Quintò habetis ex gloſ.allegat.l.cum hæredes. in princ.de acquir.poſſ.quod poſſeſsio bonorum hæreditariorum etiam adita hæreditate per hæredem non manſit ſine apprehēſione in ipſum hæredem,& ideo dantur ſibi remedia adipiſcendæ,ſi ab alio poſsideantur, & non recuperandæ. Idem probat text.in l.qui per vniuerſas. §. quid per colonum.ff.de acquir.poſſ.in l.1.§.Scæuola.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſſ.in l.2.ff.de cri.expil.hæred. Et hoc habet etiam locum in filio, qui licet in eum dominium rerum paternarū dicatur continuari, nō tamen poſſeſsio,vt voluit glo.in l.cum miles.ff.ex quib.cau.maio.in integ.reſti.Alex. vbi alij omnes in l.in ſuis. colum.1.reprobata. ibi glo. ff.de lib.&

poſthu.reprobata etiam glò.in §.fi.Inſti. de hære. qual.& diff.Idem Alex.conſi.8.viſis.col.5.in 2.parte. Notetis tamen,quod in feudalibus ſi fuerit facta inueſtitura pro aliquo & ſuis hæredibus, in hæredẽ ſine noua apprehenſione trãſit poſſeſsio, vt not. voluit Bald.in l.cum antiquioribus. col.5. verſic.ideo ſic.C.de iure delib.idem Bald.in titul. an mul.vel al.imperfect. col.fin.in vſib.feud. Iaſò. in l.quoties.12.limitatione, in fine. C.de rei.vend. & iſtud eſſet vtile pro quæſtione quotidiana,quãdo in inueſtituris dicitur, quod feudi dominus, vel emphyteota, in mutatione domini, vel poſſeſſoris, teneatur ad aliquid, de patre in filium non dicatur mutatio, & ſi inueſtitura fuerit facta pro hæredibus, ad quod etiam facit quod voluit Bald.& Alex.refert in d.l.in ſuis.& dicto conſi.83. quod licet vera poſſeſsio non tranſeat de patre in filium,impropria & ciuilis bene tranſit.

*In feudis tranſit poſſeſsio ſine apprehenſione.*

Sextò ex dictis Abb.habetis quòd quando aliquis habet titulum in beneficio, datur ſibi remedium adipiſcendæ, vt mittatur in poſſeſsionem beneficij c.accedens. de accuſ.vbi text.etiam dicit quòd exceptio criminis nõ impedit tale remediũ de quo idẽ Abb.in c.inter dilectos.col.fi.de exceſſ. prælat. intelligatis iſta ſanè quando pro beneficio intentaretur poſſeſſorium adipiſcendæ, ſecus pro rebus beneficij,quia tunc non competeret tale remedium, cum beneficium dicatur ſemper poſſediſſe res ſuas, & de hoc vidimus in cap.proximè præcedenti.

*De interdicto recuperandæ.*

Septimò,glo.ponit remedia recuperandæ, ſcilicet interdictum, vnde vi, & interdictum quod vi,aut clam,& dicit hoc Abb. poſt Anchar.& Io. de Imo. qualiter, pro rebus mobilibus non competit remedium reſtitutoriũ,& interdictum quod vi aut clam,loquitur in alio caſu,de quo habetur in c.item cum quis, infrà de reſtit.ſpol. pro rebus autem mobilibus recuperandis datur remedium interdicti, vi bonorum raptorũ. l.prima.§.illud.ff. quod vi aut clam, in hoc eſt aduertendum, quod licet remedium vnde vi, non competat pro rebus mobilibus, quia verba illius non cõueniunt, nam non dicitur quis deiectus à re mobili, cum in ea nõ inſiſtat,ſed illã cuſtodiat.l.1.§.1.ff.de vi, & vi ar. tamen alia remedia recuperandæ competunt pro re mobili.l.fi.C.vnde vi,latè Alex.poſt Barto.in l. rem quæ nobis. ff. de acquir.poſſeſ. & vbicunque competit remedium recuperandæ (niſi in eo reperiantur aliqua verba, quæ non conueniant rei mobili) tale remedium competet pro re mobili. Poſſeſsio enim cadit in mobilibus ſicut in immobilibus.l. rem quæ nobis.l.rem mobilem. ff.de acquir poſſeſ. & ideo dicit Guido Papæ, deciſ.37. & 212.quod ſtatutum huius patrię competens pro recuperanda poſſeſsione datur pro re mobili, & ita quotidie practicatur. Idem Guido Papæ, in commẽto dicti ſtatuti verbo, rei alicuius. Aduertendum eſt etiam interdictum, quod vi aut clam, non eſſe ſemper recuperandæ,ſed quandoque dicitur retinendæ poſſeſsionis. l.1.§.1. & ibi traditur ff.quod vi aut clam.de tali remedio quomodo & quando competat, & in quo differat ab edicto de noui oper.nuntiat.Bart.ponit.vbi alij,latè in l.1. §.1.ff.de noui oper.nuntiat.

Octauò gl.pro remediis retinendę ponit interdictum vti poſsidetis, & interdictum vtrobi. Et primum competit pro rebus mobilibus, ſecundum pro rebus immobilibus. Inſtit. de interdict. Abba.hîc & alij omnes.glo.magna. in c.licet cauſam. circa finem de probat. Et dicitur competere quando aliquis impeditur, vel turbatur ne liberè vtatur poſſeſsione. Nam ſi ego ſum in prædio meo,& alius veniat & me prohibente laboret,colligat fructus & deportet, ſcindat ligna, & tollat, dicitur tantummodo me turbare,non autem ſpoliare.text. melior de iure declarans quomodo fiat turbatio in l.vim facit.ff.de vi, & vi arma.Alex. in conſi.133.viſo proceſſu. col.fi.in prima parte. conſilio 177. viſo teſtamento. col. 2. in quinta parte. conſilio 52.viſo teſtamento.col.2.in ſecunda parte.Bald.conſi.124.ſciendum.in quinta parte.& dicit Bar.in l.1.§.huius autem interdicti.ff.vti poſsi. quòd ſi aliquis diffamat me ratione poſſeſsionis meæ, quod non reperio colonos, datur mihi interdictum vti poſsidetis.allegat. dictã l. vim facit. Idem Barto.in l.ſi prius.in 5.oppoſitione,ſecundę partis. ff.de noui oper.nun. voluit quod conditio verbalis dicitur importare turbationem, qualiter autem formetur libellus, & quid debeat peti in talibus remediis,ponit Abb.& ibi Dec.in 14.nota. in c.licet.infrà de probat.

Nonò,ex ſecunda parte. gloſſ.habetis qualiter de petitorio poteſt recurri ad poſſeſſorium adipiſcendæ, vel recuperandæ. Circa iſtud vltimum Ioan.And.Anto.Car.Ioan.de Imo.& Abb.dicunt quod in quantum. gloſſ. vellet quod petitorium poſſet de nouo intentari ad effectum ſuſpẽdendi poſſeſſoriũ,non benè loqueretur, quia poſtquam vnum iudicium eſt intentatum non poteſt per aliud ſuſpendi. authent.& qui ſemel.C.quomodo & quando iud. & iſtud quod poſſeſſorium poſſit ſuſpẽdere petitorium, fuit inductum in odium ſpoliantis. Clemen.vnica. de cauſ. poſſ.& propri. Non debet ideo aduerſari, vt habeat locum in petitorio. Aduertendum eſt, quod glo.iſta noluit econtra intentato poſſeſſor adipiſcendæ, vel recuperandę habere illum intellectum tex.cum veniat ad declarationem text.noſtri,videtur ideo loqui de caſu in tex.poſito.vt dicit Bar.in l. non ſolum. §.liberationis. ff. de lib. leg. Iſte autem text. non venit ad decidendum,quòd vno remedio intentato poſsit de nouo aliud intentari ad ſuſpendendum primum, quia nullum verbum reperitur, in toto text. in quo fiat mentio de ſuſpenſione. Tantummodo iſte text. voluit decidere,ſi intentato petitorio poſsit ad poſſeſſorium accededere actor,decidit quod ſic,ſiue fuerit adipiſcẽdæ ſiue recuperandæ. de ſuſpenſione vel proſecutione nullum verbum. Cum ergo gloſ.non corrigat Ancharan. qui ſemel videtur tacite velle, quod vtrunque ſimul terminetur, & ita videtur intelligere Barto. & alij omnes in l.naturaliter. §. nihil commune. in 1. combinatione. ff. de acquirend. poſſeſ. allegantes ſemper iſtum textum, & ibi loquuntur quando admittatur cumulatio: non autem loquuntur de ſuſpenſione. Præterea priuilegium ſuſpenſiuum petitorium non competit niſi remedio recuperandæ, & iſtud fuit inductum

non per



non per iſtum text. ſed per clemen. vnicam de cauſ. poſſeſ. Domini de Rota deciſione 382. fuit dubitatum in nouis. Aegid.de Bella mera.deciſione 567.concluſio.quod per Ioan.& Paul.de Caſt. conſil.273.quia per primum dominum,ſed in iſto text.fit mentio non ſolum de remedio recuperandæ,ſed etiam de remedio adipiſcendæ. Noluit ergo Romanus pontif.loqui de priuilegio ſuſpenſiuo, ſed tantum de priuilegio cumulatiuo, & in omnibus caſibus in quibus poſt petitorium intentatum admittitur poſſeſſorium adipiſcẽdæ,vel recuperandæ,in omnibus illis intentato poſſ.adipiſcendæ vel recuperandę admittitur petitoriũ,ita Bar.quẽ omnes ſequuntur,in d.§.nihil commune ſecunda combinatione:& iſta fuit mens gl noſtrę. quia rectè loquitur. Notetis tamẽ in quantũ doct. volunt quod priuilegium datum poſſeſſ.vt poſsit intentari poſt ceptum petitorium, non videtur competere petitorio, multa enim ſpecialia à iure introducta ſunt in poſſeſſorio,quæ non cõpetunt petitorio, vt vidimus circa appellationẽ,quæ non admittitur in poſſeſſorio,licet in petitorio ſecus.l. vnica.& ibi traditur.C.ſi de momẽ.poſſ.vidimus. etiam hypothecariam actionem quæ eſt realis & petitoria vt voluit Bar.in l.1.C.de Sal.interd. non poſſe intentari contra tertium poſſeſſorem donec facta executione principalis. auth.hoc ſi debitor. C.de pignor.poſſeſſoriũ contra tertium bene datur ſine diſcuſsione.l.fi.C.de acquir.poſſ. & de his Alex.concluſi.73.punctus talis eſt.col.fi.in 5.part.

Decimò ex gl.habetis quod poſtquam aliquis intentauit petitorium, nõ poteſt redire ad poſſeſſorium retinendæ,quia eſſet ſibi contrarius.Nam qui agit rei vendicatione, præſupponit reum eſſe poſſeſſorem.cap.examinata.ſuprà de iud. l.vnica. C.de alie.iud.mut. cau.fac.& qui intentat vti poſſidetis dicit ſe eſſe poſſeſſorem.§.retinendę.inſt.de interd.c.licet.de proba. ideo tanquam contrarius non debet audiri.l.1. C. de furt. & cum hac glo. tranſeunt hîc Abb.antiq. Hoſt.Ioan.And. Ancha. Collectarius,Card.Ioan.de Imol.Henric.Boic.& Abb.ſicul. Bart. & cæteri omnes videntur eſſe in hac opinione.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poſſ.& vltra glo. aſsignant rationem quia intentando rei vendicationem, videtur renuntiare poſſeſsioni ſi quam haberet, prout in ſimili dicit tex.in l.1.§.in operis.ff. de no. oper. nuntiat. quod qui nuntiat nouum opus perdit poſſeſsionem quam habet,& tenendo hanc opinionem, obſtat fortiter tex.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poſſ.vbi habetur quod poſſeſsio & proprietas nihil habent commune, & ideo infert iuriſconſ. ſi quis intentauit rei vendicationem,& ſic petitorium poteſt venire ad interdictum vti poſsidetis. nec per rei vendicationem renuntiat poſſeſ. ad illum text.glo. hîc dat vnam ſolutionem: dat alias quas Bart.latiſsime declarat.

Primò reſpondetur quod vbi ille qui intentabat rei vendicationem ignorabat ſe poſsidere, vt quia forte per ſeruum, filium vel alium poſsidebat, hoc caſu non renuntiat poſſeſsioni quam ignorat ſe habere,& ideo non impeditur tranſire ad interdictum,vti poſsidetis.

Secundò reſpondetur illũ tex.loqui poſtquam finitum erat iudicium ſuper petitorio,& fuit condemnatus,quia forte aduerſarius non poſsidebat, vel non inſtificauit de ſuo dominio: non impeditur in alio iudicio intentare interdictum vti poſſidetis.Nos loquimur hîc ſi poſsint in eodem iudicio cumulari.

Tertiò reſpondetur qualiter expreſſe renuntiauerat petitorio. verum eſt eum non impediri in poſſeſſorio. Nam vt dictum eſt, intelligimus, quod vtrumque poteſt concurrere.

Quartò reſpondetur verum eſſe per rei vendicationem,non renuntiari poſſeſſorio,ſed è contra intentando poſſeſſorium retinendæ videtur renuntiare petitorio,& propterea non poſſunt concurrere.

Quintò reſpondetur quod text. intelligitur quando ab initio actor non poſsidebat, propter quod intentauit rei vendicationem, poſtea incepit poſsidere & in poſſeſsione turbatur,proponit intentare remedium retinendæ.

Sextò & vltimò reſpondent doct. & in iſta reſponſione reſident, quòd rei vendicatio poteſt intẽtari ratione vnius poſſeſsionis,& interdictum vti poſsid. ratione alterius, quo caſu admittitur concurſus, & ita intelligatur. §. nihil commune. verbi gratia, quia vt ſuprà dixit in rub. poſſeſsio quædam eſt corporalis, alia eſt ciuilis: habemus etiam detentationem quæ eſt penes commodatarium, depoſitarium, colonum, inquilinum, cuſtodem & ſimiles, contra quos poteſt intentari rei vendicatio. l.officiũ.ff.de rei vend. dominus ergo intentauit rei vendic.contra colonum, & ſic ratione detentationis, non impeditur ſuper interdicto vti poſsid reſpectu naturalis vel ciuilis poſſeſsionis, ſi turbaretur ab ipſo colono:nos autem hîc loquimur ſi rei vendicatio & vti poſsid. poſſint concurrere reſpectu eiuſdem poſſeſsionis, & cõcludunt hîc omnes, & in d. §. nihil commune. quod non niſi in iuribus incorporalibus in quibus remedia petitoria competunt poſſeſſori.l. ſicuti.§.1.l.& ſi forte.§.1.ff.ſi ſeruit. vend. de quo eſt glo.& ibi vidimus in cap.cum eccleſia.verb.quicquid.ſuprà eo.in c.cum ſuper.glo.pen.ſuprà eo.& in c.examinata.verb.eccleſiæ. ad fin. ſuprà de iud. vt ſi aliquis qui eſt in quaſi poſſeſsione ſeruitutis turbaretur in illa, non ſolum poſſet intentare interdictum vti poſsidetis, ſed etiam confeſſoriam actionem quæ eſt remedium petitorium, & iſta eſt communis omnium reſolutotio.

Circa tamen iſtum articulum videtur primò, quod imo petitorium & interdictum vti poſsidetis poſsit concurrere.arg.text.in l.circa.ff. de probat. & eorum quæ habentur in cap.cum dilectus. ſuprà de ord.cogn. quod quando aliquis conuenitur actione reali, quia eſt poſſeſſor, habet duas vias; vnam vt nihil deducat de iure ſuo, ſed tantum excipiat contra ius actoris & per iſtam abſoluetur,& iudex non pronuntiabit aliquod ius ſibi competere. Aliam per quam non ſolum ſuſtinebit partes defenſoris,ſed quia prætendit ſe habere ius in re poſſeſſa, poterit deducere dominium ſuum,& ſi de illo iuſtificet,non ſolum abſoluetur à petitione actoris, ſed etiam iudex debebit pronuntiare de dominio ſuo, & ius ſibi cõpetere. ibi

glo. eadem perſona poſsidebat & intentabat remedium petitorium, & reale, non videntur ergo incompatibilia poſsidere & intentare rei vendicationem.

Secundò probatur iſtud quia rei vendicatio datur illi qui poſsidet vt petat ius ſuum,& poſſeſsionem quam habet,cõfirmari. Iſtud eſt de mente Innoc.in c.1. de confir. vti.vel inutil. vbi voluit quod habens ius in re & poſsidens, poteſt petere ius ſuum confirmari, vt voluit Guido Papæ. in deciſio. 219. Vbi adducit in ſimili de edicto diui Adriani,quod eſt adipiſcẽdæ poſſeſsionis,de quo in l.fin.C. de edict.D. Adri.toll.vt poſsit intentari per poſſeſſorem.argum.l.3.§.miſſam. ff. de carb. edic.vbi remedium carbonianum quod dari ſolet vt quis mittatur in poſſeſsionem,competit illi qui iam eſt miſſus, vt poſſeſsio quam habet confirmetur,idem probat tex.ſecũdum vnam lecturam in l.1.de Carb.edic.& ibi in ſpecie Bar.Alex.& late Iaſo.in col.3.decidunt de edicto Diui Adri. vt cõpetat illi qui iam poſsidet, & in ſimili dicit Bart. ibi, alij in l.de pupillo.§. qui opus. ff. de no.oper. nuntiat. quod ſi quis obtinuit ſententiam dato quod non fuerit appellatum,& condemnatus nihil dicat,poteſt tamen adiri iudex appellationũ, petendo vt confirmet ſententiam,& ſic non repugnat poſsidere & intentare rei vendicationem petendo confirmari poſſeſsionem.

Tertiò facit quia ad hoc vt competat rei vendicatio non requiritur neceſſario quod reus poſſideat clam,ſi offerat ſe liti,dato quod non poſsideat,poteſt condemnari.l.is qui ſe obtulit.ff.de rei vend.vel etiam ſi in principio litis non poſsideat. Si tamen tempore quo fertur ſententia reperiatur poſſeſſor,poteſt conueniri rei vẽdicatione.l.ſui autem.§.1.ff.de rei vẽdicatione:contra ab initio poterit intentari rei vendicatio, dato quod reus non fuerit poſſeſſor & potuit actor poſtea eſſe poſſeſſor,& reddire ad interdictum vti poſsid.

Quartò facit (nam omnes concludunt) quod rei vendicatio datur contra illum qui non poſsidet naturaliter,vel ciuiliter,modo detineat. l. officium.ff.de rei vend.vt ceſſet à detentione,in ſimili debemus dicere quod contra illum qui inquietat alium, & contendit ſe poſsidere imo, quod plus, facit aliquos actus poſſeſſorios quo caſu competit interdictum vti poſsid.l. vim facit.ff. de vi & vi arma.debeat contra illum dari rei vendicatio,vt deſiſtat à turba & actibus poſſeſſoriisquia talis plus facit quàm detẽtator:exercet enim quãdoque actus poſſeſſorios,multo fortius debet cõpetere rei vendicatio,authentica multo magis.C. de ſacroſanct.eccleſiis.

Quintò hoc facit, quia quemadmodum iura prouidentia in remediis poſſeſſoriis non contentantur poſſ.adipiſcendæ vel recuperandæ, in quibus videbatur plene prouiſum pro poſſeſsione habenda, ſed vltra hoc inuenerunt remedium retinendæ,pro poſſeſsione adita conſeruanda, & confirmanda,vt tot.til.inſt.de interd.ita etiam debemus dicere in petitoriis, quod vltra remedia, quæ competunt ad habendum dominium quod nunquã habuerat,vel recuperãdam rem quã quis ſemel habuit. Quod ſi ciuiliter tantum poſsideã, & alius naturaliter, nihil prohibet interdictum poſſeſsionis retinendę proponi,pro ciuili turbata poſſeſsione, & nihilominus petitorium, ratione poſſeſsionis naturalis,quæ eſt penes alium, quod diuerſis & rationibus & reſpectibus fieri videtur, vt concurrat petitorium cum poſſeſſorio retinendæ. quod notatur in l.natur.in §. tam vulgate. nihil commu.ff.de acq.poſſ. quippe qui, iuſto lance examinare, ponderata huius duplicis poſſeſsionis materia, idem opponere potuiſſet in interdicto retinendæ,quod in adipiſcenda, & recupebanda poſſeſsione. Sed tamen quis ita arguere poſſet, rei vendicatione agendo pro naturali poſſeſsione, quæ eſt penes alium, ipſam rem conſequar,ſi pro me feratur ſententia, vt patet ex cap. proximo,infrà.& in l. officium.ff. de rei vendicat. ideo ſi obtinendum in vti poſsidetis interdicto ratione poſſeſsionis ciuilis penes me exiſtẽtis, nam eandemmet conſequar naturalem, propter quam mea naturalis turbatur poſſeſsio, vt notatur in l. clam poſsidere.§.qui ad nundinas.ff. de acq. poſſ. quod ſi ergo ego per vtrumque idem conſequar, iudicium,ambo non debent certè concurrere,ſed meum erit alterum ex his eligere, quod colligere licet ex l.nemo ex his.ff.de reg.iur. Hanc quæſtionem tam perplexam,atque intricatam ſoluit Bar. in d.§. nihil commune.l.naturaliter.quod actoris propriæ partes ſunt in limine iudicij,& ante cauſæ ipſius ſtrepitum, declarare aperte quo remedio ſit ius ſuum proſequuturus:videtur etiã quod indiſtinctè ille qui petitorio egit, poſsit & poſſeſſorium poſſeſsionis retinendæ intentare, vt eſt illud vti poſsidetis interdictum, quod expreſſe deciditur in d.l.naturaliter.§. nihil commune. ff. de acquir.poſſeſſ.vbi tex. dicit quòd is non prohibetur agere interdicto vti poſsidetis,qui rem vendicare cæpit, niſi poſſeſsioni renuntiauerit petitorium intentãdo,vt ait Bar.par hanc rationẽ, Si ſimplex operis noui nuntiatio poſſeſsionis amiſſionem operetur,vt l. pupillus. §. meminiſſe.ff.de operis noui nuntiat.multo magis propoſitio petitorij vbi quis tacite videtur dicere aduerſarium poſsidere,tenendo iſtam opinionem contra communem,non obſtat tex.l. 1. §. in operis. ff. de no. oper. nuntia. Vbi ſimplici verbo nuntiat. noui operis videtur amittere poſſeſsionem, quia ille text.loquitur in nuntiatione extraiudiciali, ſed ſi fieret auctoritate iudicis,non amitteret poſſeſsionem.l.de pupillo.§.meminiſſe.illo eodem tit.Nos loquimur de conuentione iudiciali per quam in ſimili non videtur renuntiare poſſeſsioni:nec pariter obſtant alia omnia quæ eodẽ tendunt,quod ideo videatur renuntiare poſſeſsioni, quia aliàs eſſet ſibi contrarius. Nam, vt diximus ſuprà,iſta poſſunt ſtare,quod intentet rei vendicationem ad confirmandum ius & poſſeſsionem quam habet, & intentare interdictũ vti poſsidetis.pro inquietatione ſibi facta.Bene verum eſt quod ſi intentaretur rei vendicatio prout ſolet communiter fieri, narrando quod reus poſsidet,videretur tunc tacite renuntiare poſſeſsioni, & hoc modo procedat communis opinio.Nos intelligimus quod intentet rei vendicationem petendo ius ſuum confirmari & pariter poſſeſsionem,& ratione turbę quæ





fieret in poſſeſsione interdictum vti poſsidetis. Vltimò habetis glo.quatuor intellectus ad verſic. aliis.vbi text. non declarat de quibus poſſeſſoriis vellet intelligere communiter.doct.hic Innocen. Hoſti.Ioan. And. Ancha. Card. Ioan. de Imo. & Abb. tenent primum intellectum quod voluerit intelligere de interdicto retinendæ poſſeſsionis,& iſte communis intellectus comprobatur variis rationibus.

Primò ponderando dictionem aliis, quæ videtur habere ſignificationem vt comprehendat caſus ſimilis qualitatis, prout ſunt caſus ſpecificati glo.in l.ſi fugitiui.C.de ſer.fugit.glo.in cap.ſedes. ſuprà de maior. & obed. & dicit Oldra. conſil. 8. quidam teſtator. quod ſi in teſtamento teſtator diſponat ſatisfieri certis creditoribus huius ciuitatis,deinde adiiciat & aliis creditoribus, intelligatur de aliis iſtiuſmet ciuitatis,de quo per Iaſ. in l.pen.col.2.C.qui admitti.Poſtquam ergo Rom. Pontif.in tex. facit mentionem de interdictis adipiſcendæ,& recuperandæ,dum dicit & aliis,intelligit de illis quæ ſunt ſub eadem diuiſione, prout ſunt interdicta retinendæ.l.2.§.1.ff.de interd. §. ſequens.inſt.eo.tit.

Secundò facit quia vna oratio debet interpretari vt ſit eiuſdem qualitatis prout & alia. l.1. vbi bo.tex.& ibi Soc.notat.ff.de reb.dub.Ludo.Rom. conſi. 231.præmiſſorum doctorum.Alex.conſi.133. viſo proceſſu.col.2.in prima par.Iaſ.in l.4.§.Cato. ff.de verb.oblig. & ideo cum fecit mentionem de duabus ſpeciebus eiuſdem diuiſionis, videtur loqui de alia ſpecie.

Tertiò facit quia bonum eſt argu.à ſufficienti partium enumeratione. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel ali.iur.l.1. & ibi gloſſ.ff. de act.& oblig.Iaſ.in §.omnes.col.3.inſt. de act. Poſtquam ergo enumerauit duas partes diuiſionis:interdictũ ſcilicet adipiſcendæ & recuperandæ, videtur velle cõplere diuiſionẽ,& loqui de interdictis retinẽdę.

Quartò facit nam indubio quis videtur continuare ſuum propoſitũ, & mutare materiã.l.cum qui.ff.de probat.l.Lucius.in fin.ff.de leg. 2. l.cum hic ſtatus.§.1.ff.de dona.inter vi.& vxo.glo.in §. ſi rem.inſti.de leg.glo.in ca. maiores.circa finem in verbo productę.infrà de baptiſ.Ludo.Rom.conſi. 295.donatio patris.col. 2. in quibus locis habetur quod non præſumitur mutata voluntas,ideo Roma.Pontif.qui ingreſſus eſt diuiſionem illam, de qua in §.ſequens. inſti. de interd. & fecit mentionem de interd. adipiſcendę & recuperandæ videtur perſeuerare in illa, & velle loqui de interd. retinendæ.

Capio glo. in verb. concluſum, quæ breuiter voluit quod poſt concluſionem in cauſa nihil admittitur. §. quoniam vero multi,in authen. de teſtib.cap.cum dilectus.de fid.inſtrum.tamen ſunt certi caſus de quibus Spec.in tit.de renunt.& concluſi.§. 1. in quibus poſt concluſionem, in cauſa aliqua admittuntur:& latiſsime enumerauit Fel. in d.c.cum dilectus. qui ibi poteſt videri, tandem infert glo.quod ideo poſt concluſionem nihil admittitur quòd etiam ſi procurator in cauſa cõſtitutus, fuerit reuocatus, poterit tamen iudex procedere ad ſententiam.c. auditis. ſuprà de procur. intelligendo tamen ſecundum quod voluit ibi Innoc.in ſecundo intellectu, quod pars fuerat citata ad comparendum vſque ad ſententiam incluſiue,& de effectu talis citationis quæ fit non ſolum ad vnum actum ſed ad plures,tradũt omnes in c. conſuluit ſuprà de offic. deleg. aliàs autem requiretur citatio partis,quia ad ſententiam debet citari etiam poſt concluſionem in cauſa.l.1.§.item cum ex interdicto.ff.quæ ſenten.ſi.appel.reſcin.latiſsime Decius in c.eccleſiam col.9.de cõſtitutio.

Capio glo.in verb.agi. & gl.in verb.pendente. quæ idem dicunt, in quibus examinatur articulus,quem effectum operetur poſſeſſorium, intentatum, poſtquam iam cæpta fuerat cauſa petitorij, & dicit antiquos gloſſatores voluiſſe quod operetur effectum extinctorium, ita quod intentando poſſeſſorium renũtiatur petitorio.l.ordinarij.C.de rei vend.l.vltima.C. quo. bono. & exponebant iſtum tex.dum dicitur pendente, ideſt renuntiato : dicit tamen glo. hic eſſe text.apertum contra ipſos & in c.ſignificauerunt:de teſti.& ſatis probatur.in c.cum eccleſia. cap. cum ſuper.ſuprà eo.in c. cum dilectus. infrà eo. vbi ſuper. vtroque ſimul proceditur & ſic nõ renuntiatur petitorio. tandem concludit glo.quod debet fieri prout deciditur in d. cap. ſignificauerunt. Videlicet quod ſi petitorium non plene inſtificatum,ſuſpendatur donec vacuato poſſeſſorio, ſi vero eſt iuſtificatũ, debet vtrũque ſimul terminari & ideo dicit Abb. in iſta glo.quod ponũtur tres effectus poſſeſſorij.

Primus eſt ſecũdum opinionem antiquorum, quod extingat petitorium,& ſi intentetur renuntiatur petitorio.

Secundus eſt quod faciat ſuſpendere cognitionem petitorij,donec pronũtiato ſuper poſſeſſorio.

Tertius quod operetur vt ſimul cumulentur & ſuper vtroque ſimul procedatur, & ſic habet effectum extinctiuum,ſuſpenſiuum & cumulatiuũ, de quo ſe remittit ad ea quæ plene ponit Bar.in l. naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poſſ.

Circa primum quod poſſeſſorium poteſt intentari poſtquam fuerat inchoatum petitorium, extinctiuè: hoc eſt ille qui intentauit petitorium, poteſt renuntiare, & venire ad poſſeſſorium, & circa iſtud quærit Abb. quid erit in beneficialibus poſtquam aliquis renuntiauit petitorio,vtrũ poſſit intentare poſſeſſorium,& videbatur aliquibus quod non,quia poſtquam apparet,quod non habet ius,non debet admitti ſuper poſſeſſorio.arg.c. ad decimas. de reſtit.ſpo. concludit tamen quod non obſtante renuntiatione poterit agere poſſeſſorio,quia qui renuntiat liti & cauſę,videtur tantummodo renũtiare actioni, & remedio deducto in iudicio,non autem iuri ſibi competenti, vt voluit Bar.in l.naturaliter.§.nihil cõmune. in prima lectura.poſt glo.ff.de acq. poſſ. Ad hoc etiam adducit Abbas D. Innoc.in c. cum noſtris. infrà de conceſſ.præb. vbi ille qui commiſit homicidium, vel aliud delictum licet per ſententiam veniret priuandus beneficio,donec tamen fuerit priuatus, licite poſsidet.

Pro reſolutione huius articuli duo breuiter ſunt videnda qualiter fiat renũtiatio litis vel cauſæ, vel iuris, ſecundo quem effectum habeat talis

renũtiatio, quantum ad priumũ, pro maxima habetur, quod ſi aliqua cauſa fuerit inchoata & aduerſarius comparuerit, non poteſt renuntiari illi inſtãtiæ, vt poſsit ad alium iudicem iterum cauſa tractari. l. vbi ceptũ. ff. de iud. Abba. in c. ex tenore. & ibi Fel. col. 9. ponens 11. limitationes ad illam l. tractat pariter Decius col. penul. ſuprà de reſcrip. Iaſ. in l. nulli. C. de iud. inuita enim parte rea actor non poteſt deſiſtere à cauſa. authen. qui ſemel. C. quomo. & quando. bene poſſet ante litis conteſta. mutare libellum ſeu actionem. l. edita. vbi glo. & doct. C. de eden. Si ergo actor vellet renuntiare opus, quod renuntiet non ſolum inſtantiæ, ſed liti & cauſæ, hoc eſt actioni in iudicio deductæ: & iſtud facere poterit inuito reo. l. poſtquam liti. vbi glo. & ſcribentes. C. de pac. ponunt omnes in cap. cum pridem. ſuprà de pac. in c. veniens ſuprà de renunt. & dicitur in d. l. poſtquam liti. in 1. glo. quod ſi renuntiaretur liti & cauſæ, non videtur ſimpliciter renuntiatum inſtantię, ſed cenſetur renuntiatum actioni in iudicio deductæ, & ideo in practica debẽt eſſe cauti facientes renuntiationes: quia ſi volunt renuntiare ſimpliciter inſtãtiæ aut proceſſui, non debent dicere quod renuntiant liti vel cauſæ, ſed debent expreſſe facere mentionem quod intelligunt tantummodo de inſtantia.

Quantum ad ſecundum de effectu talis renuntiationis vt intelligamus quid operetur, debemus recurrere ad verba qualiter concipiantur: nam ſi dicatur quod renuntiat inſtantiæ, non comprehenditur actio deducta: ſi autem dicatur quod renuntiat liti & cauſæ adhuc non renuntiat dominio ſeu iuri, ſed tantũmodo actioni in iudicio deductæ. Iſta fuit opinio Bar. communiter approbata in d. §. nihil commune. Alex. Iaſ. & Decius in d. l. poſtquam liti. col. 2. Bald. in l. ſi pro fundo. C. de tranſact. & pro iſta opinione ponderatur tex. in d. l. ſi pro fundo. vbi per tranſactionem licet remittatur ius deductum, non tamen tranſit dominiũ, ſed tranſactio dicitur quidam receſſus à lite. l. ſi fratris. C. de tranſact. idem ergo debemus dicere quando renũtiatur liti, & cauſæ, per quam renuntiationem à lite receditur, quod non videatur ius & dominium renuntiatum, & ad hoc bene facit glo. in l. plane. ff. fa. herciſ. quod habere dominium in aliqua re, licet cedat & remittat actiones alteri quas habet, non videtur tamen transferre dominium: ad hoc ergo vt renuntiatio operetur abdicationem dominij oportet fieri expreſſam mentionem de illo, & adhuc iſtud non ſufficeret, vt dicit Antho. de But. in c. veniens. col. 9. ſuprà de renunt. quia ſolo animo dominium non transfertur. l. ſi quis vi. §. dominia. ff. de acq. poſſ. requiritur quod abdicet & dominium & poſſeſsionem: & quod habeatur pro derelicta, & iſtud adhuc, vt ſtatim dicemus, non ſufficeret.

Notetis etiam quod quando fieret expreſſa mentio de dominio & iure, interuenirent alia ex quibus à renuntiatione tantum abdicaretur dominium, per hoc tamen non transfertur in alium niſi interueniret aliquis actus abdicãdi dominiũ, de quibus in toto tit. Inſti. de re. di. & ff. de acq. re. domi. & ex hoc quod dicimus per ſimplicem renuntiationem litis & cauſæ non videri renuntiatum iuri & dominio, ſequitur quod in beneficialibus renuntians liti, & cauſæ ſuper petitorio intentato non impeditur inchoare poſſeſſorium: & iſtud in beneficialibus videtur fortius quàm in prophanis, quia renuntiando liti & cauſæ in beneficialibus non cenſetur renuntiatum niſi inſtantiæ, vt volunt domi. de Rot. deciſi. 306. ſi actor in cauſa beneficiali. in nouis. Alex. Iaſ. & Decius in d. l. poſtquam liti. Imo plus videmus quod etiam ſi renuntiaretur & iuri & titulo, non valet talis renũtiatio in beneficiis, niſi fuerit facta in manibus habentis poteſtatem conferre tale beneficium. c. admonet. c. quod in duobus. ſuprà de renunt. Verùm quod glo. d. c. quod in duobus. voluit quòd licet renuntiatio non valeat in præiudicium collatoris vel eccleſiæ, valet tamen in præiudicium renuntiantis. ſuper quo quia varię ſunt opiniones magis communiter concluditur quod erit in pendenti donec habito expreſſo vel tacito conſenſu collatoris. Ante ergo quàm collator conſentiat, etiam ſi fuiſſet renuntiatum iuri & titulo, poterit intentari poſſeſſorium. & iſta notetis ad cognoſcendum effectum renuntiationis ſiue in prophanis ſiue in beneficialibus. Verum eſt tamen in beneficialibus quod ſi quis non haberet ius in re, ſed tantũ (vt ſunt mãdatarius, & præſentatus) ante inſtitutionem, & ſi renuntiarent iuri quod habent, dato quod non fieret in manibus ſuperioris noceret talis renuntiatio. Archid. in c. deliberatione. in glo. pen. de off. leg. in 6. D. de Rota deciſi. 1090. nota quod licet beneficium, & deciſio. 328. nota quod vbi eſt quis præſentatus in antiq. Innoc. & alij dict. c. quod in dubiis.

Circa ſecundum effectum quod poſſeſſorium habeat priuilegium vt ſuſpendatur petitor, ſi tale priuilegium competat remedio. c. reintegranda. 3. q. 8. remedio c. ſæpe, de reſtit. ſpo. & concludit poſt Anthon. de Butr. quod ſic: quia in illis remediis ponderatur dolus & iniquitas prout in iſto text. ſecundo. nam iſte tex. loquitur de remedio recuperandæ: illa ſunt etiam recuperanda prout interdictum vnde vi. tertio quia iſtud priuilegium ſuſpenſiuum datur remedio adipiſcendæ, quod nõ eſt ita priuilegiatum. quarto poſſet adduci pro Abb. deciſio Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune, in prima combin. ad fin. dum loquitur de remedio retinendæ in iuribus incorporalibus. ff. de acq. poſſ. vbi concludit quod remedium retinendæ habet ſuſpendere petitorium. Contrarium tamen in ſpecie voluit Soc. in l. rem quæ nobis. in 6. q. principali, quæ eſt in 12. col. verſ. vltimo dubitatur. ff. de acq. poſſ. vbi poſt quẽdam excellẽtem doctorem dicit quod priuilegium ſuſpẽſiuum datur poſſeſſorio. per clem. vnicam. de cauſ. poſſ. & prop. non habet locum in remedio dicti ca. reintegranda. vel d. cap. ſæpe. quia in illo text. ponderatur odium ſpoliantis, ſed alia remedia dantur etiam contra non violentum. cum ergo ſit quoddam ſingulare, non debet extendi. l. ius ſingulare cum vulgaribus. ff. de legi. & fortificat Soc. quia quãdo in aliqua diſpoſitione requiritur qualitas, non ſufficit actus niſi concurrat qualitas. l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. Bar. in l. denuntiaſſe. §. qui tamen. ff. de adult. & de hoc idem Bart. vbi





alij latiſsime in l. non ſolum. ſed & reprobari. ff. de no. oper. nunt. Diſpoſitio ergo dãs priuilegium remedio recuperandæ in odium ſpoliantis, non debet comprehendere alia remedia recuperandæ in quibus non eſt odium ſpoliantis, & pro vera reſolutione huius articuli ponderandus eſt iſte tex. ſuper quo Abb. facit ſua fundamenta, ſi in eo probetur priuilegium ſuſpenſiuum clara eſſet deciſio Abb. & in hoc vertitur tota difficultas, ſed re vera iſte tex. non vult decidere de remedio ſuſpẽſiuo, ſed tantummodo de remedio cumulatiuo. & iſtud aperte voluit Barto. vbi omnes alij in d. l. naturaliter. §. nihil commune. in prima comb. vbi dum quærit ſi petitorium & poſſeſſoriũ poſſint cumulari, ſemper allegat iſtum tex. videtur ergo velle quod tex. iſte loquatur de priuilegio cumulatiuo: cum debeat dictum intelligi ſecundum legem quæ allegatur, vt voluit Bart. in l. non ſolum. §. liberationis. ff. de lib. leg. Secundo facit iſte tex. dum alleg. l. ciuilem, ſcilicet l. cum fundum. §. fin. ff. de vi & vi arm. vbi illa l. ſecundum communem intellectũ loquitur de cumulatione & non de ſuſpenſione. Tertio ſuadetur ex iſtomet text. dum prohibet ne deducatur poſſeſſorium poſt concluſionem in cauſa: aſsignat rationem ne lites inculcentur: præſupponit ergo quod in caſibus in quibus admittitur ſic inculcatio, ſit & cumulatio actionũ. Quarto iſtud eſt de mente in d. §. nihil commune. circa col. 11. quod tale priuilegium aliàs competat tantummodo remedio vnde vi. ex hoc quod in iſto text. non decidatur de illo priuilegio ſuſpenſiuo, ſed fuerit nouiter inuentum per clem. vnicam. de cau. poſſ. & propriet. corruunt fundamenta Abb. qui ponderat iſtum text. & iſtud priuilegium ſuſpenſiuum nõ habebit locum niſi contra violentum & ſpoliatorem. Ex hoc bene ſequeretur, quod ſi remedium c. reintegrandæ. intentaretur contra violentum & ſpoliatorem ratione violentiæ, bene haberet iſtud priuilegium Abb. aliàs nõ. & ad hoc bene faciunt ea quę ponit in c. 2. col. 3. ſuprà de ord. cog. quod remedia illius c. non habeant locũ in remedio. c. reintegrandæ. vel c. ſæpe. poſſent adduci quæ pleniſsime tradentur in auct. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſi. quod diſputatio noua correctoria non debet extendi, etiam identitate rationis.

Secundò quæſiuit Abb. in iſto effectu ſi in eadem cauſa habeat locum pluries, vt quia intentato petitorio de nouo venit ad poſſeſſorium vnde vi: tandem partes redierũt ad petitorium, ſi de nouo poſsit intentari poſſeſſorium vt ſuſpendat petitorium refert Anto. de Butr. hîc concludentem quod ſic, & allegat Do. de Rot. in deciſio. 14. alias 21. & eſt in deciſ. 382. fuit dubitatum in nouis. vbi voluit quod pluries poſsit intentari poſſeſſoriũ, vt ſuſpendat petitoriũ. dicit tamẽ Abb. quod iſtud poterit fieri bis & nõ plus, arg. c. 1. §. pen. de excep. vbi exceptio excommunicationis (quæ eſt multum priuilegiata) poteſt opponi actori in quacunque parte litis, dicit tamen tex. quod ad plus bis admittetur & non amplius. tandem dicit Abb. ſubtiliter conſiderando, non admittetur niſi ſemel, per ea quæ diximus ſuprà in glo. mag in 2. par. in princ. quod poſtquam intentatum poſſeſſorium non poterit quis venire ad petitorium vt ſuſpendat illud: ſi ergo ſemel fuit intentatum poſſeſſorium, non eſt amplius curandum quod iterum intentetur, poſtquam petitorium non poteſt intentari. & pro iſta deciſione Abb. quòd niſi ſemel poterit intentari vt habeat tale priuilegium ſuſpẽſiuum, Facit regula quæ habet quod diſpoſitio verificatur in primo actu. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignifi. l. dotis promiſsio. §. fi. de iur. dotium. bon. tex. in l. ſocius profi lia ff. pro ſoc. quod ſi inter ſocios fuerit factum pactum vt filiæ debeant dotari de bonis communibus, intelligitur de prima dote, ita quod ſi fuerit conſumpta dos etiam ſine culpa filiæ non debebit vlterius de communi dotari. Ad idem bon. text. in cap. non poteſt. §. 1. de pręb. in 6. quod diſpenſatio ad duo incompatibilia comprehendit tantummodo priuationem, ita quod ſi ſemel habuerit effectum, deinde renuntiat vel cedit alteri beneficio incompatibili vigore diſpenſationis non poterit aliud incompatibile obtinere. Alia plura per duas bonas col. Iaſ. cumulauit in l. diuortio. §. quod in anno. col. 2. & 3. ff. ſolu. matri. Fel. in cap. innouamus. col. 2. ſuprà de treug. & pac. Vos tamen teneatis audacter contra Abb. quod non ſolum bis ſed & pluries poterit deduci poſſeſſorium recuperandæ quod competit contra ſpoliantẽ ad ſuſpendendum petitorium, quia quãdo aliquid permittitur vſq; ad certum tempus, non ſolum videtur permiſſum ſemel, ſed pluries donec effectum conſummauerit. l. ſicut in annos. ff. qui. mo. vſusfruct. amitt. hîc autem deductio poſſeſſorij admittitur vſque ad concluſionem in cauſa, & in clem. vnica, vbi melius probatur de cauſ. poſſeſsionis & proprie. ideo debet admitti pluries donec fuerit vacuata cauſa poſſeſſorij, dicimus etiã quod diſpoſitio quæ aliàs verificari debet in proprio actu, ſi in eo non habuerit effectum, habebit locum & in ſecundo & vlteriori. l. hæc condictio. ff. de condict. & demon. Similiter diſpoſitio. l. non ſolum. comprehendit primum actum, ſed & alios plures donec effectũ habuerit ſecundum mentem diſpoſitionis. l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. vbi edictum de edendo non ſolum verificatur in propria editione, ſed requirit aliam, quando propria non fuit effectualiter facta, idem probatur in l. qui per ſalutem. & vbique tradunt doct. ff. de iureiur. & ex his eliciuntur tres limitationes ad d. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignifi. & ita limitat Fel. in d. c. innouamus. col. 3. nec obſtabit cap. pia. de exceptio. in 6. quia ille text. loquitur quando cauſa vexandi pluries opponeretur exceptio, quia poſtea ibi ſi iuſta cauſa moueatur, admittetur etiam vltra bis, & ex his concluſio quam tenemus poſſet primo limitari, niſi cauſa vexandi pluries velit deducere poſſeſſorium. Nec pariter, ſecundum motiuum Abb. quia illud habet locum, quando partes adhuc ſunt ſuper poſſeſſorio, verũ eſt quod inuita altera non poteſt reuerti ad petitorium. Nos loquimur quando amplius non litigabant ſuper poſſeſſorio, quia forte iudex noluit admittere: aut tacite tranſiuerunt ad petitorium, & ſic quotieſcunque fuit relictum poſſeſſorium & proſecutum petitorium, poterit iterum de nouo deduci poſſeſ-

ſorium, ad effectum ſuſpendendi.

Circa tertium effectum poſſeſſorij, vt poſsit cumulari cum petitorio, & ſimul & ſuper vtroque procedi, licet ſit hæc materia huius cap. Abb. tamen probe remittit ad Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſ. & alij omnes, excepto Petr. Ancha. qui commemorat cōbinationes Bar. poſitas in d. §. nihil commune. ſed quia iſta decretalis in aliis materiis ſatis fuit onerata de hoc articulo recurrēdum ad dicta Bar. in d. §. nihil commune. quem magis communiter omnes ſequuntur. vbi Bar. facit plures combinationes: effectus tamen huius articuli non conſiſtit niſi in vno, videlicet quando cumulatur petitorium & poſſeſſorium, ſi ſit aliqua regula de impedientibus cumulationem, quæ ſunt ſex, vt ponuntur per Bart. in l. edita. col. 5. C. de eden. in d. §. nihil commune. col. 7. Abb. in c. 2. col. pen. ſuprà de lib. obla. ſi aliqua illarum regularum militet & impediat cumulationem tunc non admittetur concurſus petitorij, & poſſeſſorij: ſi vero nulla regula concurrat, habeat locum deciſio huius cap. & ideo. Bart. poſtquam declarauit primam cōbinationem, & oſtendit quomodo concurrant, vel non concurrant regulæ in aliis combinationibus, breuiter ſe expedit ſemper ſe remittēdo ad dictas regulas: ex quo ſequitur, quod re vera loquendo, illæ cōbinationes non ſunt niſi exempla, aliàs ſi vellemus dicere fuiſſe poſitas pro regulis vel concluſionibus. Bart. & alij omnes diuinati fuerunt non emunerando ſingulos caſus, nam ſubtiliter intuenti vltra caſus Bar. ſunt alij plures. Prima combinatio ſua eſt quando aliquis primo intentat petitorium, & illemet poſtea intentat poſſeſſorium, ſecunda quando primo poſſeſſorium, & illemet poſtea petitorium, tertio quando ab initio vnus intentauit vtrumque. quarto quando aliquis ab initio deducit petitorium, & poſtea pendēte proceſſu aduerſarius deducit poſſeſſorium, quinto quando ab initio deduxit poſſeſſorium, & poſtea aduerſarius petitorium. ſexto quando ſimul vnus deducit petitorium & alius poſſeſſorium, & in iſta debebant fieri duę: vna, quando actor petitorium & reus poſſeſſorium, alia quādo actor poſſeſſorium & reus petitorium. ſeptimo quando ab initio quilibet deducit vtrumque. Omiſſæ ſunt aliæ combinationes. prima quando ab initio actor deducit petitorium, & poſſeſſorium, deinde reus petitorium. ſecunda quando actor petitorium, & poſſeſſorium, deinde reus poſſeſſoriū. tertia quando actor ab initio petitorium, deinde reus petitoriū & poſſeſſorium, quarta quādo actor ab initio poſſeſſorium, & deinde reus vtrumque, quinta quando ab initio actor deducit vtrumque, deinde reus ſimiliter vtrumque deducit. ſexta quando ab initio actor deduxit petitorium, & reus ab initio vtrumque. ſeptima quando ab initio actor poſſeſſorium & reus vtrumque. octaua quando è cōtrario actor ab initio vtrumque deducit & reus petitorium, tantum ab initio, contra quādo actor vtrumque & reus poſſeſſorium, tantum ab initio, & ſic deberēt eſſe. 17. combinationes. Iſta ſunt pro acuendis ingeniis iuuenū, & ſi quis vellet dicere iſtas combinationes comprænhendi in combinationibus Bart. cum procedat per eaſdē deciſiones: idem dicemus de ſecunda combinatione Bart. quòd cōprehendatur in prima: & de quinta quòd comprænhendatur in quarta, ſi fateamur illas Bar. neceſſe eſt fateri iſtas, ſuper quo eſt cogitandum.

Glo. in verb. interdictum. tria facit. primo declarat quare remedia poſſeſſoria à prætore introducta appellantur interdicta, & dicit quòd ideo interdicta dicuntur ab alluſione vocabuli, quaſi inter duo dicta, ex eo quod remedia poſſeſſoria pro maiori parte occurrunt propter controuerſiam, quæ eſt inter duos, de qua quilibet recurrit ad iudicē, in remediis petitoriis pro maiori parte ſolus actor querelat, de hoc quare vocentur interdicta & in quo differant ab aliis remediis à prætore inuentis, quæ appellantur edicta, late Bar. in l. 1. in princ. ff. de oper. no. nunt.

Secundò voluit glo. qualiter antiquitus quando aliquis volebat intentare interdicta, erat quædam ſolennitas requiſita: nam tenebatur ad prætorem accedere, & petere licentiam intentandi tale remedium, & prętor dabat ſibi quandam formulam, & ſolennitatem verborum quam punctualiter tenebatur obſeruare, prout in ſimili videmus in bonorum poſſeſsione decretali, & edictali, quòd quamuis alicui fuiſſet deuoluta ſucceſsio de iure prætorio, ratione cuius ex edicto prætoris poterat intentare bonorū poſſeſsionem: tamen antiquitus erat neceſſaria decretalis bonorum poſſeſsio, quæ nihil aliud erat niſi accedere ad prætorem, & petere quod decerneret, ſeu daret licentiam intentandi bonorum poſſeſsionum, & iſta erat bonorum poſſeſsio decretalis. l. 1. ff. ſi quis ord. in bono. poſſ. l. 1. de ſucceſ. edict. traditur in l. fi. C. qui admit.

Tertiò vult glo. qualiter talis ſolennitas non obſeruatur hodie, & remedia quæ competunt pro interdictis appellantur actiones in factum, quæ poſſunt ſtatim & ſine aliqua ſolennitate in iudicium deduci, & de hoc habetur per glo. vbi omnes tradūt. inſt. de actio. in princ. verb. nihil aliud. Et iſtud etiam fuit innouatum in actionibus in quibus antiquitus requirebatur quædam impetratiò & ſolennitas. l. 1. & 2. C. de ſubl. vulg. form. ſimiliter in bonorum poſſeſsionibus fuit ſublata decretalis bonorum poſſeſsio, vt habetur in d. l. fi. C. qui admit.

Capio glo. verb. intētare. in qua formatur vna quæſtio ſi ſpoliatus intentauit remedium recuperandæ nomine propter violentiam alterius debet conſequi dominium rei, quia violentus ſi rem ſuā propria authoritate accipiat, prodit ius quod habet in illa re. l. ſi quis. in tantam. C. vndę vi. ſi ita eſt fruſtra ergo eſt curandum ſuſpēdi petitorium, poſtea ad illud reuerti, reſpondet quòd in iſto text. fuit intentatum remedium vnde vi: ex quo non poteſt conſequi niſi reſtitutionem rei, nō autem dominium: bene verum eſt, quod ſi poſtea velit intentare remedium, ſi quis in tantam. conſequetur ius quod alius habebat in illa re, & circa iſtud dicit Abb. eſſe aduertendum quia probationes factæ in iudicio in quo intentatur remedium vnde vi. non facient fidem in iudicio in quo intentabitur remedium. l. ſi quis. in tantam, quia





tendunt ad diuerſos effectus. c. veniens. 2. infrà de teſtib. & quamuis probatio dicatur facere notorium. c. veſtra. c. fin. de coh. cler. illud habet locum quando ageretur de eodē effectu prout erat caſus in quo fuit facta probatio. arg. d. c. veniēs. & l. cum quæritur. cum l. ſcirent. ff. de excep. rei iud. Ex quibus habetis tria colligere.

Primò qualiter intentato vno remedio nō poteſt ſententia ferri ſuper alio, etiam ſi fuiſſent probata neceſſaria ad aliud remediū, & qui agit vna actione, ſi non probat ſecundum naturam illius actionis, dato quòd probet ſecūdum aliam actionem, quæ ſibi competebat, ſi illa alia non fuit deducta, debebit ſuccūbere. l. habebat. ff. de inſt. actio. l. ſi is ad quem (& ibi Paul. de Caſt.) ff. de acq. hær. Barto. in l. 1. in princ. ff. de eden. Alex. conſi. 121. viſo proceſſu. col. 3. in 1. parte.

Secundò, quòd quando plures actiones competunt alicui pro eadem re, vel eodem facto ſi habeant diuerſos effectus, vna intentata non impeditur poſtea aliam intentare, de quo videatis bonam glo. in §. fi. Inſt. ſi quadr. paup. glo. & Bar. in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de trib. actio. glo. & Doct. in c. is qui duas. de elect. in 6.

Tertiò qualiter, probationes factæ in vno iudicio non faciunt fidem in alio, etiam inter eaſdem perſonas. iſtud eſt verum intelligendo prout dicit Abba. quando illud aliud iudicium tenderet ad alium effectum, aliàs ſolet dici, quòd probationes inter eaſdem partes factæ in vno iudicio faciunt fidem in alio. l. iubemus. C. de lib. cau. l. cum antea. §. fin. C. de arb. c. cauſam quæ. 1. infrà de teſtib. Bar. vbi latè. & ibi Alex. Iaſo. & Decius ampliant & limitant. in l. is apud quem. circa fin. C. de eden.

Capio gl. in verb. cauſa. quę diuiditur in quinque partes principales in 1. ex tex. à contrario ſenſu elicit vnam concluſionem, quòd ſententia lata ſuper petitorio non impedit iudiciū in poſſeſſorio in 2. ibi argu. contra in 3. ibi ad hoc dicas ſoluit faciendo duo membra, in 4. ibi idem iudex declarat quis iudex poſtea cognoſcet in poſſeſſorio. in 5. ibi veruntamen limitat.

Circa articulum principalem in glo. poſitum Abb. hîc reaſſumendo verba Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 3. ff. de acquir. poſſ. & Anto. de Butri. hîc latiſsimè examinat 1. in remedio recuperandæ. 2. in remedio retinendo. 3. in remedio adipiſcendæ. Quantum ad primum facit tres caſus. Primus eſt quando actor, qui prius egerat petitorio fuit condemnatus & pronuntiatum petitorium pertinere ad rem. Secundus quando fuit condemnatus & reus ſimpliciter abſolutus, quia actor nihil probauerat. Tertius quando apparuit actorem non habere aliquod ius: tamen reus non deduxit de dominio ſuo.

*Cōdemnatus ſuper petitorio an poſsit poſſeſſorium intentare.*

Circa primum, qui eſt arduus & difficilis, in quo Doct. magis cōmuniter recedunt à Bar. Abb. hîc cōcludit, quòd ſententia lata in petitorio contra actorem, in qua fuit pronunciatum de iure rei ex eo, quòd ipſe reus ſimpliciter non ſe defendit, ſed iuxta l. circa. ff. de proba. voluit deducere dè dominio ſuo, & illud probauit, pariet exceptionē circa poſſeſſorium recuperādæ, non poteſt poſtea actor deducere poſſeſſoriū, & iſtam opinionē, quę eſt communis, tenuit hîc Io. de Imol. Ioan. And. & Hoſt. in c. 2. ſuprà eo. & in c. cū dilectus, infrà eod. Io. de Imol. Ang. Ludo. Ro. Paul. de Caſt. Raph. Cuma. Alex. Aret. & Iaſ. in d. §. nil cōmune. in 1. lectura gl. & mouentur duobus principalibus fundamentis, primo quotieſcunque conſtat notoriè de non dominio petentis reſtitutionē, non admittitur intentans remediū reſtitutorium. c. conſtitutus. vbi Innoc. ſuprà de fil. presb. c. literas. infrà de reſt. ſpol. c. ſignificaſti, infrà de diuor. c. ad decimas. de reſtit. ſpol. in 6. ſententia autē dicitur facere notoriū. c. fi. & ibi traditur, infrà de coh. cle. & mulier. ſi ergo habuit ſententiā in petitorio, dūmodo in prōptu faciat fidē de illa non intentabitur poſſeſſoriū, in c. ſuborta, infrà de appel. quòd habet per ſtatutū, vel aliàs remoueatur appellatio, nō tamen remouebitur illa, quādo cōſtat notoriè de iniquitate ſententiæ. in ſimili dicit Bald. in l. vnic. C. ſi de mo. poſſ. fuc. app. quòd habet prohibeatur ne quis debeat tertio prouocare. l. 1. C. ne lic. in vna ea. cauſa. cle. 1. de ſententia & re iud. ſi tamen notoriè conſtat de iniquitate ſentētiæ, admittetur appellatio. Secundò adducūt text. in c. 1. infrà de reſt. ſpol. vbi habetur, quòd aliquis intentauerit remedium reſtitutoriū & aduerſarius deducat petitorium, & iſte patiatur cognoſci in petitorio, ſi pro illo iudicetur in petitorio nō audietur amplius ſuper poſſeſſorio etiā recuperandæ, ſi ergo cognitio petitorij impediat ne amplius poſſeſſorium intentetur poſtquā difinitum fuit petitorium, debet à modo ceſſare poſſeſſoriū, quia iſte à principio potuit impedire petitoriū, & ſuſpēdere illud poſtquam paſſus eſt, imputetur ſibi. Tertiò, pro iſta opinione adducitur deciſi. Bar. in l. 1. §. ſed & ſi quis. ff. de oper. no. nunt. dū allegat d. c. 1. de reſt. ſpol. vbi vult, quòd licet remediū demolitorium, quod datur quando aliquis ædificauit poſt nuntiationē habeat iſtud priuilegiū, vt non poſsit impediri per aliud remedium, ſi tamē aduerſarius, qui ædificauit intentauit confeſſoriam, & iſte nuntians paſſus eſt, ſi pronuntietur pro ædificante, nō poterit poſtea agere remedio demolitorio poſtquam conſtat notoriè, quod non habet ius. Quartò, pro hac opinione, videtur eſſe tex. in c. cauſam matrimonij, ſuprà de offi. deleg. vbi videtur decidi, quod ſi actum fuerat poſſeſſorio recuperandæ, deinde ſuper petitorio fuit facta perſecutio, & dati duo iudices, dicit tex. quod ſi in petitorio per vnū iudicē fuerit lata ſententia, (quia nulla cū debuerit ab vtroq; ferri) nō impedietur reſtitutio. ergo præſupponit, quòd ſi fuiſſet lata ab ambobus impediretur reſtitutio. Quintò, facit tex. in c. cū dilectus, infrà hoc tit. vbi ſi vtrunq; fuerit ſimul proſecutum, & appareat de dominio vnius, quāuis alius iuſtam cauſam haberet, in poſſeſſorio non audietur, ſed petitoriū impediet. Ideo clarè apparet pronunciationē petitorij impedire poſſeſſoriū. Sexto, facit regula quę habet dolo petis, quod oportet te reſtituere. l. dolo. ff. de excep. dol. c. dolo. de reg. iur. in 6. ſed ſi quis in poſſeſſorio obtineret, teneretur ſtatim reſtituere illi, qui obtinuit in petitorio. c. cū eccleſia. c. cum ſuper. infrà eo. non debet ergo audiri in poſſeſſorio. Septimò, poſtquam ſcit rem quam poſsidet non eſſe ſuam, dicitur eſſe in mala calumnia illam re-

tinendo.l.fi. C.vnde vi. ſi ergo petat vt poſsideat, videtur calumnioſè petere.ex quo debet repelli ab agendo. l. qui cum maior. §. qui ſe patris. ff. de bon.lib. Octauò facit,quia circuitus eſt vitandus. l.dominus.vbi gl.ff.de cond.ind.& dicit Bal in l.2. col.5. C. de reſc.vend.quòd ſi vendidi rem alicui, & fui deceptus in pretio, ille emptor poſtea vēdat alteri, & ſimiliter ſit in pretio deceptus,licet aliàs contra illum ſecundum emptorē non competeret mihi remedium illius l.2.vt euitetur circuitus, ſi agam contra primum emptorem, & deinde ille primus contra ſecundum, potero deinde directò contra ſecundum agere.Ita ergo dicendum eſt,vt euitetur circuitus, qui fieret ſi poſſem agere poſſeſſorio,& deinde ille cōtra me ageret ad repetendum rē, ne tantus fiat circuitus nō debeo permitti intentare poſſeſſorium. Nonò facit,quia difficilius perditur ius,quod quis habet,quàm ius quærendum.l.fi.C.de acq.poſſ.not.in l.ſeruus.de pact. ſed ſi iſte, qui intentat poſſeſſoriū poſsideret rem quam petit,teneretur reſtituere illi in cuius fauorem fuit lata ſententia in petitorio,& ſic perderet poſſeſsionem quam habet, multò fortius debet impediri ad poſſeſsionem quærendam. Decimò facit text. in cap.dudum.infrà de con.coniug.vbi ille, qui petebat reſtitutionem vxoris, quæ facta fuit monialis, quia conſtitit quod eo volente, & vouente etiam continentiam,ingreſſa fuit monaſterium, & ſic notoriè apparuit de non dominio, non fuit facta ſibi reſtitutio. Contrariam tamen opinionem habuit Bar. in l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff.de acq.poſſ.vbi voluit quod ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, nec poteſt ſibi opponi de non dominio.l.ſi quis à ſe fundū. C.ad leg.Iul. de vi, & omnia iura ita clamāt.Ita prædo & iniuſtus poſſeſſor ante omnia debet reſtitui. c.ſolicite. c.item cum aliquis. c.in literis,infrà de reſt.ſpolia.

Secundò pro iſta opinione Barto.videtur text. apertus (ſi non cauilletur) in c.porro. infrà de diuor.vbi mulier reſtituitur, dato quod notoriè appareat de parentela,& licet varij dētur intellectus, non ſunt niſi diuinatiui,quia tex.non dicit tantūmodo quod maritus malè fecerit expellēdo vxorē,ſed expreſsè decidit,quod debet fieri reſtitutio.

Tertiò iſtud probatur clarè per tex.in cap.literas.ad finem,infrà de reſt. ſpol.& ibi Abb.in octauo notabil.ita ponderat. Nam ibi dicitur,quod ſi notoriè appareat de parentela,non fiet reſtitutio, quo ad thorum,vt euitetur peccatum,quo ad alia tamen fiet reſtitutio, & ſic notorietas non dominij nō impedit reſtitutionem niſi peccatum poſſet committi ſi fieret.

Quartò iſtud voluit gl.in c.1.in c.ſolicite, infrà de reſt.ſpol.c.porrò,infrà de diuor.in c.ſuper cauſa.vbi Præpoſ.2.q.4.dum allegat Docto.in c.literas.infrà de reſt. ſpol. quod ſpoliationis reſtitutio impeditur per notorietatem non iuris quando peccatum poſſet committi.

Quintò facit ratio,quia ſi ſententia lata in petitorio pareret exceptionē, quo ad poſſeſſoriū recuperādæ nō admitteretur concurſus,& cumulatio.l.fundi.l.fundū.ff.de excep.rei iudic. tamē Bar. ab omnibus approbatus in dict.l.naturaliter.§.nihil commune.in prima combinatione vult,quod cumulari poſsint petitoriū,& poſſeſſ.recuperādæ.

Sextò facit regula ad hoc,vt ſentētia lata in vna cauſa pariat exceptionē rei iudicatæ.quantum ad aliā requiritur idētitas in tribus, quòd ſit idē modus agēdi,quòd ſint eędē perſonę,& quod habeāt eundem effectū.l.cum quæritur. cū l.ſeq. ff.de excep.rei iud.Bart.in l.& an eandē.§.item cum quis. eo.tit.& ideo dicit tex notabiliter vbi bona glo.in l.fi.ff.de excep.rei iudic.quòd ſi habeo duas actiones ad petendū eandē rem licet tendant ad eundem effectum, ſi ſuccubuero in vna,nō impedior aliā intentare,& in ſimili dicit gl. not.in c.Abbate ſanè.in gl.magna.de re iudic.in 6. quod ſi in eodē libello intentauero rei vendicationē & publicia. tamen fui proſecutus alterā,licet ſuccumbam non impedior venire ad aliā. plura ad hoc ſimilia cumulauit Soc.cōſi.18.viſis inueſtituris.col.fi.ſed notoriū eſt,quòd remediū petitoriū & poſſeſſorium ſunt diuerſa:pariter tēdunt ad diuerſos effectus,vt apertè probat tex.in d.§.nihil commune, ſequitur ſententiam in vno latā non debere nocere alteri.

Septimò facit illud, quod Abbaſmet voluit, ſuprà proximè in gl.præcedēti ſuper verb.intētare, dum voluit,quòd probationes nō faciunt notoriū niſi quādo tractaretur de eodē effectu, & ad eundem finem.c.veniens.2. infrà de teſtibus hoc modo limitans.c.fi.infrà de cohabit.cleric.& mulier.ſi ergo ſententia non faciat notorium niſi quando tractatur de eodem effectu,non debet ergo nocere poſſeſſorio, quia(vt notum eſt)habet effectum diuerſum à petitorio.

Octauò facit text.in c. cum dilectus, infrà hoc tit.vbi ſi ſimul fuerit agitatū petitorium,& poſſeſſorium,dato quòd actor in petitorio nihil probauerit,& probatum ſit contra ipſum,ſi tamen probet in poſſeſſorio debet ferri ſententia ſuper poſſeſſorio, & ſaltem operabitur effectum, vt conſequatur fructus perceptos à tempore ſpoliationis vſque ad tempus litis conteſtatæ, & vt obtineat expenſas factas in poſſeſſorio, vt ibi volunt Doct. & habetur vbi vidimus in c.cum ſuper.ſuprà eo.ſi ergo quando vtrunque ſimul intentatur,vnū non impedit cognitionem alterius:idem dicendum eſt ſi ſeparatim tractentur,cum idem debeamus iudicare de partibus ſeparatis, quod de toto vnito.l. quæ de tota. ff.de rei vend.l.falſa. §.fin.ff.de cond. & demonſt.

Nonò facit, quia diſpoſitio non habet tantum effectum quo ad præcedentia quantū habet quo ad ſequentia: imo magis influit in ſequentibus.l. auia. l.duos.ff.de cond.& demōſt.iuncta l.filium. ff.de leg.pręſt. Bart.in l.quiſquis.ff.de leg.3.l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium.ff. de edend.latè Iaſo.in l.3.§.filius autem.col.3.ff.de lib.& poſth.ſed Abba. hîc voluit ſequendo Imo. Ioan.And.Hoſt.in cap. cum dilectus,infrà eod.quòd ſententia ſuper petitorio,non impedit poſſeſſorium recuperandæ ratione ſpoliationis poſt ſententiam factæ:ideo debet habere minorē vim ad ſpoliationē pręcedent.

Decimò corroboratur,quia diſpoſitio noua nō habet effectum niſi ad ſequētia,non autē ad præcedētia.c.audita,infr.de reſt.ſpol.& ideo dicit Bar. latè in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.quod leges & ſtatuta nō habent vim niſi quo ad futuros, nō

autem



autem ſe extendunt ad præteritos. Poſtquā ergo non apparet de dominio niſi per ſententiam,quę ſuperuenit poſt ſpoliationem, non debet habere effectum ad ſpoliationem præcedentem.

Vndecimò facit illud,quòd Abb. & alij voluerunt in iſto articulo dum allegant c. cum teneamur.inf.de appel.quòd pro ſpoliatione ſecuta ſententia non impeditur per ſententiā,multò fortius dicendum eſt, in ea quæ fuit facta ante iudicium, quia vt dictum eſt ſuprà,ſententia non habet eundum effectum in pręcedentia,quem ad ſequentia.

Duodecimò & vltimò facit, quia ille qui ſpoliauit alium re ſua, dato quòd ſpolians fuerit dominus,perdit tamen dominium illius rei. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. iſte ergo qui ſuccubuit in petitorio, quia non deduxit cauſam dominij ſibi competentis ex remedio l.ſi quis in tantam, dato quòd ſuccubuerit in cauſa deducta, nō debet impediri ad petendum ex alia cauſa.l.& an eandem. §.actiones.ff.de excep.rei iudic.& iſta opinio Bar. videtur verior in qua fuię.Dy.in c.qui ad agēdū. de reg.iur.in 6.Bald.in l.ordinarij. C. de rei vend. Petr.Ancha.hic col.fi.Card.in c.cum dilectus. infrà eod.& in cap.in literis. infrà de reſt.ſpol. idem Card.in cle.vni.ad fi.de cauſa poſſ.& propriet.gl. & ibi Prępo.in c.ſuper cauſa.2.q.4.& 3.q.1.in ſumma.col.7.gl.in c.1.& in c.ſolicitè,infrà de reſt.ſpol. Abb.in c.literas.eo.tit.Et iſtud maximè procedere debet propter regulam, quòd ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus.c.in regulę,non obſtant ſuprà in contrarium deducta,quòd quādo notoriè conſtat de non dominio, ſpoliatus non debet audiri. Nam omnia iura ad iſtud allegata, & omnes rationes,quæ communiter adducūtur, loquuntur tantummodo in poſſeſsione reprobata à iure, in qua quis non auditur niſi habeat titulum.Nam c. conſtitutus, ſuprà de fil.presb.loquitur in beneficialibus, in quibus poſſeſsio, niſi habeat titulum, non ſufficit.c.1.de reg.iur.in 6.c.literas,infrà de reſt. ſpol.ſimiliter.c.ſignificaſti, infrà de diuor.& c.dudum, infrà de conuer. coniug.loquuntur de poſſeſsione liberi hominis,quam maritus prętendit in vxore, & econtra:& iſta eſt pariter reprobata ſine titulo.l.cum hæredes. §.fi. ff.de acquir.poſſ.eodem modo. cap.ad decimas.de reſt. ſpol. in 6.loquitur de poſſeſsione decimarū in parrochia aliena, quæ reprobatur à iure ſine titulo,& ita voluit tex.& in iſtis non eſt mirandum,ſi obſtet exceptio dominij notoria, quia etiam ſi non conſtaret de dominio alterius partis, & de non iure agentis ad hoc, vt intentans remedium reſtitutorium in iſtis poſſeſſoriis à iure reprobatis poſsit obtinere,non ſufficit probare de poſſeſsione, ſed debet etiam iuſtificari titulus ſaltem coloratè.cap.tranſmiſſa.& ibi Abb.infrà de reſt.ſpolia.idem Abba.in c.ex parte. in c.ex conqueſtione. eod. titul. & de his habetis duo inferre.

Primò vnam limitationem, & illud quod in variis locis dicitur,qualiter exceptio dominij notorij,hoc eſt quando notoriè conſtat de non iure petentis reſtitutionem, quod impediat reſtitutionem,vt habeat locum in poſſeſſoriis à iure reprobatis,niſi interueniat titulus:in aliis autē ſpoliatus audietur,nec obſtabit exceptio dominij notoria.

Secundò,quod intentans remedium reſtitutorium pro talibus poſitionibus debet eſſe cautus, vt iuſtificet ſaltem colorate de titulo,quod eſt notādum pro marito repetente vxorem,vt iuſtificet de matrimonio, pro patre repetente filiū, vt iuſtificet de paternitate,pro tutore repetēte pupillū,qui aufugerit,vt iuſtificet quomodo fuit datus tutor.

Circa ſecundum caſum Abb. quando in petitorio quis fuit condemnatus, quia nihil probauit non tamē impedietur per ſententiam in petitorio latam quominus poſsit intētare poſſeſſorium recuperandæ, in hoc omnes concordant. Bar.hîc & cęteri in l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acq. poſſ.Et tenendo opinionem Bar.in priori articulo iſte eſt indubitatus,quia ſi non impediatur,quando conſtat de dominio rei, multo minus quando reus fuit tantummodo abſolutus,quia iſta ſententia non habet eundem effectum, quem haberet ſententia declaratoria dominij.l.ſed & ſi poſſeſſori.in princ.ff.de iureiur.

Circa tertium caſum,quando ſententia fuit lata contra actorem ex eo quòd apparuit quod nō habebat ius,tamen nō conſtitit de iure rei. Si nos ſumus in prophanis, talis ſententia non impedit, remedium recuperandæ. Nemo enim poteſt alteri retorquere dominium tertij, quiá dicetur ſibi quantum ad te habeo liberas ædes.l.loci.§.compe tit.ff. ſi ſeruit. vend. Et ad iſtud eſt doct. notabilis Bar.(ad quem ſemper recurritur)in l.alienā.ff.ſolu. matri. quod quando intento actionē perſonalem contra aliquem, quæ non oritur ex contractu facto inuicem,non poteſt fieri retorcutio dominij.l. ſi quis cōductionis.C.loca.& ideo ibi infert,quod ſi prælatus alienauit aliquam rem ſine ſolemnitate,& vult illam repetere iuxta authen. quæ res.C. de ſacroſan.eccle.nō impedietur per aduerſarium, qui vult docere,quod non erat ſua,nec ſuę eccleſiæ.Bar.in d.l.ſi alienam.& Alex.latè ponūt quando poſsit opponi de dominio ipſius opponentis, vel de dominio ipſius tertij. Si verò ſumus in beneficialibus,dicatis adhuc generaliter in poſſeſſoriis (quæ à iure reprobantur ſine titulo) ſententia lata in petitorio, per quam apparuit actorem non habere ius, impediet poſſeſſorium recuperandæ, quia actor deberet iuſtificare de titulo,vt diximus, ſuprà in fine primi caſus,& ſic declaratum eſt primum membrum de interdicto recuperandæ.

Quantum ad ſecundum membrum principale de interdicto retinendæ, aduertendum eſt primo, quia Abbas videtur ingredi articulū,quando iam erat probatū de poſſeſſorio, & apparebat de iuſta poſſeſsione: tamen thema quæſtionis eſt vtrum à principio ſentētia lata in petitorio præiudicet cognitioni poſſeſſorij.Secundò aduertendū eſt qualiter Abbas fuit diminutus,nam debuit facere tria membra prout in articulo præcedenti, & dicere, quia aut quærimus, quando in petitorio fuit pronuntiatum in fauorem rei ipſum ſimpliciter abſoluendo, & non fuit pronuntiatum de dominio in fauorē alicuius,& in iſto caſu clarum eſt talem ſententiam non nocere,per ea quæ dicta ſunt ſuprà in præcedenti art. aut in 2.loco fuit pronūtiatum in fauorē rei,quia apparuit actorem non habere ius:tamen nō fuit pronuntiatum de iure rei.

Iſto etiam caſu non impeditur poſſeſſorium, per ea,quæ voluit Bar.in l.ſi alienã.ff.ſolut.matri. Aut verò,& tertio caſu (& iſte eſt caſus Abb.)fuit pronunciatum cõtra actorem in fauorem rei,& pronuntiatum ius competere reo ab initio litis, talis ſententia in petitorio non impedit poſſeſſoriũ retinendæ. l.naturaliter. §.nihil cõmune. ſecundum primam lecturã.ff.de acq.poſſ.& ita Bar.in d. §.nihil cõmune.vbi Ludo.Ro.& Soc.ſequuntur.Verũ eſt,quòd Alex.ibi tenet contrariũ dicẽs,quod opinio Bart.minus poteſt ſaluari in iſto arti.quàm in præcedẽti per regulã l.dolo facit.ff.de doli except. vos tamen teneatis iſtam concluſionẽ Abb. quæſiuit Bar.in d.§.nihil cõmune,per fundamenta de quibus vidimus in præcedenti art. Et ad regulam l.dolo facit.poteſt reſpondere dupliciter.Primò,vt non habeat locũ in poſſeſſoriis. Ita Bar.poſt gl.in l.fin.C.quorũ bono.in l.1.C.quorũ leg.in l.1.C.de edic.D.Adria.toll.in l.ſi quis cõductionis.C.loca. in l.3.§.qui vi à me.ff.de vi,& vi arma.Vel ſecũdò, quod illa regula nõ poteſt cadere in iſto caſu. Nã qui intentat interdictum,vti poſsid.nihil petit ſibi reſtitui.tãtummodo petit, vt poſſeſsionem quam habet alius pacificam. Notandũ igitur eſt Bart.in §.nihil cõmune. d.l.naturaliter de acq.poſſ.materiam cõcurſus petitorij,& poſſeſſorij prohibiti,vel conceſsi amplè tractaſſe,& tamen cõcludit cõcurſum petitorij,& poſſeſſorij fieri poſſe,niſi ſentẽtia, quæ fertur in petitorio obſtet in poſſeſſorio adipiſcẽdæ,vt patet ex l.fundũ.& l.fundi.ff.de except. rei iudic.tamẽ dicit iſtud non ſemper eſſe verum, ſed ita demum ſi reus probauerit ſe dominũ,ſufficit agere ne ille cõcurſus impediatur, & ſic ſe habet, vt nõ ſemper ſententia lata à perſona iudicis, valeat in cõcurſu petitorij & poſſeſſorij,niſi in interdicto adipiſcendæ, & recuperandæ *non in retinendæ* poſſeſsionis interdicto,quod diſtingue,aut iudicium eſt idẽ, aut diuerſum. Quod ſi ſit idem iudicium non poſsit,ſi diuerſum poſsit in odium violenti poſſeſſoris.iuris enim quadã fictione poſſeſsio remanet penes ſpoliat. l.ſi cõſtiterit. finium regundorum.Sed varij ſunt modi poſſeſſorij.

Primò modo eſt aliquod poſſeſſoriũ habens cauſam proprietatis mixtã & in iſto,quia proprietas debet examinari æquè principaliter : ſententia lata in eo impedit cognitionẽ petitorij, & de iſto loquitur hîc. Abba.& reperiuntur duo poſſeſſoria iſtius naturæ,interdictum de iti. actuq; priua.l.1.§. hoc autẽ interdictum , & interdictum de aqua ex caſt.ducẽ.l.1.§.fi.ff.de aqua quoti. & æſti.quæ iura probant quòd petitoriũ examinatur æquè principaliter,& ideo ſentẽtia ſuper eo lata impediet cauſam petitorij,quia fuit eadẽ res,idem ius,& eędem perſonę.l.quæritur.ff.de except.rei iud.& iſtud eſt, quod voluit Bart.& alij communiter in l.naturaliter,§.nihil commune.ff.de acquir.poſſeſ.

Secundò quãdoq; poſſeſſoriũ requirit examinationẽ petitorij:non quòd dicatur petitoriũ mixtũ cũ poſſeſſorio , ſed quia poſſeſſoriũ eſt à iure reprobatũ niſi cõſtet de titulo, vt eſt in beneficialibus,in decimis,in poſſeſsione mariti, vel vxoris & ſimilibus,vt habetur in c.tranſmiſſa. & in c. ex parte,infrà de reſti.ſpolia.& in tali poſſeſſorio ſententia lata non præiudicat petitorio, nec impedit quominus petitorium intẽtetur.l.pen.ff.de his qui ſunt ſui.vel alie.iur. l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus. ff.de re iud. c.veniens.2. infrà de teſti. & ratio eſt, quia in tali poſſeſſorio non requiritur,quòd petitorium plenè examinetur,ſed ſufficit coloratè, vt habetur in d.c.ex parte.

Tertiò modo cõtingit petitorium examinari, in cauſa poſſeſſorij,& hoc incidẽter,vt actione cõfeſſoria.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſerui.vend.& iſto caſu ſententia in tali poſſeſſorio lata non impedit petitoriũ intentandum , & ita loquitur tex. in l.ſi ante.ff.de except.alleg.per Alex. & ratio eſt euidẽs, quia quando petitoriũ incidenter venit in iudicio probatur per ſolã poſſeſsionem ſine titul. theorica eſt Bar.in l.quidã in ſuo.ff.de cõdit.inſti.

Quartò modo in examinatione poſſeſſorij deducitur petitoriũ pro confortatione poſſeſſorij,vt eſt in interdicto vti poſsidetis.de quo in c.licet cauſam.infrà de probat.& iſto caſu quia principaliter nõ examinatur petitoriũ ſentẽtia lata in poſſeſſorio non impediet petitorium poſtea intẽtandũ:& ſic examinatio petitorij in poſſeſſorio non obſtat niſi quãdo ęque principaliter deducitur petitoriũ.

Capio glo.in verbo facultatem,in qua formatur vna quæſtio poſtquam in text.dicitur,quod ſi quis nõ poteſt probare in petitorio(quia pars aduerſa ſubtraxit probationes ) poſt concluſionẽ in cauſa admittetur,ad deducendum poſſeſſorium.

Quærit glo. quid operetur ſententia in poſſeſſorio poſtquam in petitorio debet condemnari, ex quo petitorium abſorbet & auocat poſſeſsionem.c.cum dilectus.infrà eo.reſpondet glo. quod tres conſequetur vtilitates.

Prima erit quantum ad reſtitutionem fructuũ quos violẽtus percepit à tempore deiectionis vſque ad tempus *litis* conteſtatæ,& cũ glo.videntur tranſire Io.And.& Hoſt. & Abb. ſimpliciter dicit tamen Io.de Imol.in col.fi.quod reſpectu expẽſarum & damnorum bene conſequetur vtilitatem: ſed quantum ad fructus illos teneretur reſtituere obtinenti in petitorio, quia ſiue naturales fuerint ſiue induſtriales poſtquam non fuerint cõſumpti ab eo, debent eſſe domini, vt habetur in c.grauis. infrà de reſti.ſpol.& in l.ex diuerſo.ff.de rei vend.

Vos tamen teneatis cum glo.prout voluit glo. (& ibi vidimus)in c.cum eccleſia. verbo reducentes.ſuprà eo.& in c.cum ſuper.ſuprà eod.& in c.ſignificauerunt.glo.fi.infrà de teſti.Io.And.in c. qui ad agendum.de reg.iur.in 6.in Mercu. in addi.ad Spec.in tit.de petit.& poſſeſſorio.§.1.verſic.quid ſi primũ & ab vno.Nec obſtat illud quod voluit Io. de Imo.quia quis non debet ex dolo ſuo reportare commodum.c.& ſi neceſſe.infrà de diuor. cap. pen.ſuprà de his,quæ vi met.cauſ.fiunt.

Secũda eſt vtilitas,quia poſito quòd actor non probet de dominio,(& in hoc reus veniret abſoluendus) ſententia in poſſeſſorio in fauorẽ actoris operabitur,vt retineat rem,& contra reum denuò agentem,ſi non cõſtaret de dominio ſuo, poterit ſe tueri.l.fi.C.de rei vend. & cũ hac vtilitate trãſit Abb. & dicatis iſtud habere locum non ſolum in prophanis,ſed etiã in beneficialibus, quòd ſi conſtet de poſſeſsione alicuius , dato quod non habeat ius tuebitur aduerſus petitorem non probantem de



iure ſuo,vt voluit Compoſt.in c.mandatũ. circa 5.col.de reſcript.Innoc.in c.ex inſinuatione. ſuprà de procur.D.de Rota deciſ.40.nota.quod ſi reus.70.nõt.quòd vbi conſtat.& 419.not.an reus, in antiq.& in deciſ.15.in cauſa beneficiali.in nouis.

Tertia vtilitas eſt , quia adiudicata ſibi poſſeſſione poterit excipere cõtra rerum dominium, de remedio l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.qualiter cecidit à iure ſuo,& nõ poteſt repetere illam rem, & iſtam gloſ.ad iſtud allegauit Frede.de Senis , in conſil.48. Domine Franciſce, dicit tamen Abba. hîc quòd ad hoc,vt remedium l.ſi quis in tantam. habeat effectum excipiendo , non ſufficeret ſimpliciter excipere peti,quòd per ſententiam declaretur cecidiſſe à iure ſuo,& per conſequens repellatur,quia violentus nõ dicitur ipſo iure priuatus dominio rei ſuę, ſed debet ſequi ſententiã probationis,vt voluit glo.amittat.in d.l.ſi quis in tantã.

Circa iſtud ad cognoſcendum , ſi excipiendo de aliquo remedio conſequamur eandem vtilitatem quã haberemus agendo , ex eo quod ſolet dici cui damus actionem multo fortius exceptionem.c.qui ad agendum. de reg.iur.in ſexto.l.inuitus.§.cui damus. ff.de reg.iur. l.1.§.quod autẽ.ff.de ſuperficie.l.necnon.§.penul.ff.ex quib.cauſ.maior. l.nam & poſtea. §.ſi minor. ff. de iureiur. Dicendum,quòd ſi excipiendo deducamus illud remedium & petamus , idem quod deduceretur & peteretur agendo , & ſi petatur & concludatur eodem modo per exceptionem, idem conſequemur quod in agendo , vt eſt tex.in l.Papinianus.§.ſi filius.ff.de inoffi.teſt.vbi Bar.nota.declarat.& idem Bart.in dicta l.nam & poſtea.§.ſi minor. quod eſt notandum in actu practico, quia quotidie poteſt contingere. Inquantum Abba. voluit allegando Innoc.in cap.inter dilectos,infrà de exceſsi.præla. quòd ſi criminoſo petente beneficiũ opponatur de crimine,quòd ideo priuatus ſit beneficio,iſtud nõ ſufficiet niſi peteret ipſum per ſententiam priuari,idem voluit Abb. in dicto cap.inter dilectos. ad finem.& in cap. ſi diligenti. colum.7. ſuprà de foro competenti.

*Finis cap.Paſtoralis,extra de cauſa poſſeſ.& propriet.*

## SEQVITVR CAP. CVM DILECTVS.

IN iſto cap.& duobus ſequentib. examinabimus tantummodo articulos neceſſarios ad declarationem tex.& glo.omittendo ordinem Abba.& glo. & in hoc c.declaratis breuiter aliquibus notabilibus videbimus de tribus.Primò quomodo ſimul petitorium,& poſſeſſorium poſsint cumulari, & examinari. Secundò qualiter debeat ferri ſententia ſuper vtroque. Tertiò quomodo executioni demandabitur,quia in hoc cap. deciditur quædam quarta quæſtio : ſi vultis ſcire,vbi ſint aliæ tres eiuſdem conſultationis,primam habetis *in* cap.cum dilectus, ſuprà de ord.cognit.ſecundam & tertiam, in cap. dilectus, infrà de fide inſtru. & omnes hæ Decretales, ſunt Innoc.tertij. hoc dicit in ſumma iſte tex.ſi poſſeſſorio , & petitorio ſimul agatur vtrunque eadem ſententia terminari debet, ſuper poſſeſſorio prius, deinde ſuper petitorio,in pronuntiando:executio tamen petitorij præferri debet. Diuiditur in duas partes , in prima ponitur conſultatio, in ſecunda (ibi ad quartum) deciſio , quæ habet tres partes, prima ponit modum procedendi, ſecunda (ibi licet in pronunciatione)modum pronuntiandi,tertia (ibi in executione) modum exequendi.

Nota ſecundum Petr.Ancha.;Cardin. Ioan.de Imol.& Abb.in eodem libello poſſe cumulari plures actiones , & de hoc Bartol. latiſsimè poſuit in l.edita.in materia cumulationis. C.de edend.in l. naturaliter. §.nihil commune.col.3.de acqui.poſſ. Abba.in c.2.col.penul. ſuprà de libel.obla. In quibus locis poſuerunt ſex regulas ( ad quas ſemper recurritur) in quibus impeditur cumulatio , & ſi aliquo caſu altera illarum regularum non concurrat,cumulatio permittitur.Et adhuc circa hoc eſt aduertendum,quia aut nos loquimur, quando contra plures datur idem libellus,aut verò loquimur,quando contra vnam & eandem perſonam. Si quidem contra plures, aut illi plures ſunt conſortes eiuſdem negotij,rei,vel obligationis,& poſſunt eodem libello cõueniri. l.3.§.1.& ibi latè Bar. ff.de duob.reis, aut verò pro diuerſis obligationibus, vel negotiis conueniuntur , ſi non contradicant , procedet libellus argumento. l. eo quòd à multis. C.ſi cert.peta. Si verò contradicerent , & vellet quilibet ſuum libellum , deberent dari plures,vt habetur in authen.offeratur. C.de litis conteſtat. & ita diſtinguit Salicet. in dict.l.eo quòd à multis.Si verò contra vnam & eandem perſonam daretur libellus ratione plurium obligationum, bene procederet.l.non eſt nouum.ff.de actio.emp. l.hæredes.§.1.ff.famil.herciſcund.

Secundò nota.ſecundum Bal.hîc,quòd quamuis plures actus ſic ſe habeant, quòd vnus debeat prius fieri, & poſtea alius,poſſunt tamẽ dici ſimul facti. Nam quamuis in libello debeat prius fieri mentio de poſſeſſorio, vel petitorio, & deinde de altero ipſorum , dicuntur tamen ſimul propoſita, quod eſt notandum pro teſtibus *dicentibus* aliquos actus ſimul factos, vbi vnus fit prius , quàm alius,& ad hoc eſt bonus tex.& ibi Bart.in ſpecie, not. in l.in operis. ff.loca.de quo etiam Anto. de Butr.& Abb.in cap.tranſlato,ſuprà de conſti.facit tex.in l.hæredes palàm.§.vno contextu.ff.de teſta.

Tertiò nota. ſecundum Abba. quòd quamuis in eadem ſententia pronuntietur ſuper petitorio, & poſſeſſorio, & dicatur eadem ſcriptura,dicuntur tamen eſſe duæ ſententiæ.l.etiam.§.1.ff.de minor.gl.in cap.cum dilectus.verbo eadem,ſuprà de ordi.cognit. Et breuiter circa iſtud dicatis , quòd in eadem ſententia poſſunt cõtineri plures actus, & plura negotia,vt probatur in l.eo quòd à multis. C. ſi cert. petat. vbi plures contractus poſſunt fieri in eodem inſtrumento. Ad idem text.in l.licet inter priuatos. C. de pact.per quem decidunt

ibi Bald.Salic. & Paul.de Caſt. quòd plures poſſunt facere teſtamentum, in eadem ſcriptura in qua non erit niſi vna ſubſcriptio notarij, vt videmus, quòd quando maritus, & vxor ſimul faciunt teſtamentum, de quo in l. patris & filij.vbi Iaſon poſt alios.col.fin.ff.de vulg.& pupil. ad idem tex. in l.ædiles.§.fin. ff. de ædilitio edict. l.cum plures. ff.de euict. Tamen ad cognoſcendum vtrum ſit vna diſpoſitio, vel plures debemus aduertere ad effectum, quia ſi tendant omnia ad eundem effectum, vt quia plures res in eodem contractu fuerunt venditæ vno pretio. non cenſebitur niſi vna diſpoſitio. Si verò quælibet res tenderet ad ſuum effectum particularem, tot dicentur eſſe diſpoſitiones, quot erunt res.Barto.iſtud tradit.& ibi latè omnes in l.ſcire debemus.col.2.ff.de verb.oblig.& habetur in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. Vtilitates enim ſunt multæ cognoſcere ſi ſit vna diſpoſitio, vel plures. de quibus Barto. & ibi Iaſo. in dicta l. ſcire debemus.

Quartò nota qualiter maius dignum attrahit ad ſe minus dignum, nam proprietas tanquam dignior trahit poſſeſsionem, & ad hoc eſt bo.tex. in cap. quod in dubiis, infrà de conſecra.eccle.vel alta. Plura ad iſtud, quod quando duo ſunt connexa, magis priuilegiatũ trahat minus, imo quòd faciat ſuum priuilegium, in aliud non æquè priuilegiatum. Iaſ.multas cumulauit deciſiones in l. ſi emancipati.col.2.& 3.C.de colla.Felin.in cap.1. col.1.& 2.infrà de exceſſ.& in c.1.infrà de pręſcrip.

Quintò nota (& ad iſtud ſolet allegari vbique iſte tex.) quòd quãdo in eodem iudicio ſimul intentatur petitorium & poſſeſſorium, ſiue ab vna parte ſiue à diuerſis, licet in poſſeſſorio fiat pronuntiatio, maximè propter expenſas. l.vtique.ff. de rei vend.ille tamen, qui vincit in petitorio debet cõſequi vtrunque, & ita colligunt hîc omnes, & Bart.in l.naturaliter. §.nihil commune. col.fin. ff.de acquir.poſſeſ.Cyn. in l.ordinarij.in 2.quæſt. C.de rei vend. Alex.in conſil.76.in cauſa.col.1.in 2.parte, & conſil.130.viſa facti.col.1. & 2.in 5.parte, & in cõſi.59.in cauſa.col.1.eadem parte.vbi etiam plus dicit, quòd ſi obtinẽs in petitorio haberet titulum recentiorem, & iuniorem quàm ſit poſſeſſorio alterius, vt quia alius poſſedit, per viginti annos & vltra, & iſte acquiſiuit titulum modicum ante initium litis, vel etiam lite pendente debet obtinere. Allegat tex.in l.ſiue.§.ſi duobus.ff.de pub.in rem actio.& Ioan.And.in additio ad Spec. in tit.de cauſ.poſſ. & propriet. §.nunc dicendum. in addit.incipiente huius §.in fi.

Expeditis text. videndum eſt, de primo articulo, ſcilicet ſi petitorium, & poſſeſſorium poſſunt ſimul cumulari.aduertendũ eſt primò, quia iſtud poteſt intelligi diuerſimodè.Primò ſi poſsẽt ſimul & eodem libello, & dicẽdum eſt, quòd in caſibus in quibus admittitur cumulatio de quibus, infrà in theorica non inconuenit, quòd eodem libello poſsint exprimi. l.eo quòd à multis. C.ſi cert.pet. vbi plures contractus poſſunt poni in vno inſtrumento. l.licet inter priuatos. C.de pact.per quem tex.ibi Bald.Salic.& Paul.de Caſt.decidunt qualiter in eodem inſtrumento maritus, & vxor poſſunt facere teſtamentum, vel alij plures. de quo etiam in l.patris & filij.ff.de vulg.immo & diſpoſitiones diuerſæ, vt teſtamentum & contractus, in eodem inſtrumento poſſunt fieri, vt voluit glo.& ibi omnes. in l.qui teſtamento. §.fin. ff.de teſta.& de hoc non loquimur hîc. Secundò modo poteſt intelligi, quòd ſimul poſſunt intentari, id eſt, quòd euacuato vno ſtatim ingreditur aliud, & iſtud poteſt fieri.cap.cum olim.infrà eo.cap. querelam.ſuprà de elect. cap.ſignificauerunt, infrà de teſtibus, & de hoc etiam non quærimus hîc. Tertio modo poteſt intelligi, quòd poſsint ſimul cumulari coram eodem iudice in eadem inſtantia, ſimul propriè intentari & examinari, & iſta eſt propria materia huius c. in quo ſunt præſupponendi aliqui caſus tanquam indubitabiles. Primus quãdo poſſeſſorium haberet cauſam petitorij mixtam, vt eſt interdictum de itine. actúque priua. Interdictum de aqua ex caſt. ducend. iſto caſu nunquam admittitur cumulatio, quia in quolibet examinatur plenè petitorium.l.1.§.fin.ff.de aqua quoti.& æſti. ita Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune.in fi.primæ combinationis. ff. de acq.poſſ. vbi alij omnes ſequuntur.Et dicit Abba. vbi vidimus cap.paſtoralis.glo.verbo.cauſa.in fine, ſuprà eód. quòd iſto caſu de poſſeſſorio non poteſt redire, quis ad petitorium, vel econtra, & ideo debet impediri cumulatio, quia militat illa regula, quòd ſententia lata in vno parit exceptionem rei iudicatę. l.fundi.l.fundum.ff.de except.rei iud. Secundus caſus, quando competerent pro diuerſis rebus, vel iuribus non impeditur cumulatio, ſiue ab vno, ſiue à diuerſis intententur. cap. dilecti, infrà de capell. monacho. traditur in cap.fin. ſuprà de ord.cog.& ita Bart.in ſuis combinatio.ſemper idem decidit. Tertius caſus, quando petitorium non deduceretur principaliter, ſed aſſeſſoriè, vel ad confortandum poſſeſſorium nunquam impeditur cumulatio. cap. ex conqueſtione. cap. tranſmiſſa. cap.ex parte. infrà de reſti.ſpolia. Etiam ſi eſſet poſſeſſorium retinendæ, vt per Bart.in l.ſi duo.ff.vti poſsi. Bal.in l.ordinarij. C.de rei vend.habetur in c.licet cauſam.infrà de probat.

His præſuppoſitis licet Barto.& alij poſt eum, in d. §. nihil commune, faciant circa iſtud plures combinationes, quia non videntur niſi diuerſificare caſus, non autem deciſiones & rationes, & ſi vellemus ponere combinationes ſecundum caſuum diuerſitatem, eſſent ponendæ ſeptemdecim, prout declarauimus, in cap.paſtoralis, ſuprà eodem, ad habendam breuem reſolutionem huius quæſtionis, quia conſiſtit in eo ſi militent aliquæ regulæ impedientes cumulationem. Primò præſupponatur, ſex eſſe regulas, quarũ altera impedit duo iura, ſimul cumulari, & quotiens petitorium, & poſſeſſorium inuicem ſic ſe haberent, quòd militaret aliqua regula, nunquam permittetur cumulatio: ſi autem aliqua regula non militet, admittetur cumulatio. Et ſic ab iſtis regulis dependet reſolutio, non à combinationibus, & has regulas poſuit Bartol.in l.edita. C.de edend. col.5. in l.naturaliter. §.nihil commune. colum.5. ff.de acquiren. poſſeſ. Abb.in cap.2.col.penult.ſuprà de libelli obla.

Prima quando ſententia lata, in altero iudicio produceret



produceret exceptionem, ad aliud.l.fundi. l.fundum.ff.de except.rei iud.

Secunda quando ſunt contrariæ actiones. l.1. C.de furt.

Tertia quando habent (quantum ad effectum, & executionem) diuerſos effectus & inuicem repugnantes.l.quod in hæredem.§.1.ff.de tribu.c. vt quis duas.de elect.in 6.

Quartò quando per vnam conſequor illud quod volo petere per aliam actionem.l.1.§.fi.ff. ſi famil. furt feci.dica.

Quinta quando vna actio eſt maior altera, vt actio criminalis, quæ non compatitur actionem ciuilem.l.fi.C.de ord.iud.

Sexta quando requiritur, aliquis ordo inter actiones, vt vna debeat prius iuſtificari, quàm poſſit perueniri ad aliam. l.qui de inoffic. teſtament. & iſte regulæ ſemper ante oculos debent haberi ad cognoſcendum cumulationem, ſi fieri poteſt vel non.

His præſuppoſitis, dum quæritur ſi poſſeſſoriũ & petitorium, quando tendunt ad idem, & quodlibet æque principaliter intentatur, & illud poſſeſſorium non habet cauſam proprietatis mixtam, poſsint ſimul coram eodem iudice in eadem ſententia proponi & examinari, faciatis duos caſus principales. Primus erit quando ab eadem perſona intentatur vtrumque. Secundus quando actor intentat vnum & reus aliud remedium, quantum ad primum faciatis duas concluſiones.

Prima eſt concluſio, quod petitorium, vel poſſeſſorium recuperandæ, vel adipiſcendæ poſſunt ſimul cumulari.c. paſtoralis. ſuprà eo.l. cum fundum.§.fin.ff.de vi & vi arma.l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acq.poſſ.& ita Bart.in illo §.nihil commune.in 1.2.& 3.combina.vbi alij communiter ſequuntur, & ratio quia plura remedia poſſunt ſimul intentari.l.non eſt nouum.ff.de actio.emp. l.cum duobus. §.ſi plures. pro ſocio.ff.l. hæredes. ff. famil. herciſ. niſi concurreret aliqua regula de ſupradictis impedientibus cumulationem. Tamen in iſto caſu nulla regula concurrit, de prima ſatis dictum eſt in cap.præcedenti.quod ſententia lata in petitorio vel poſſeſſorio non impedit quominus poſsit quis venire ad aliud remedium: de ſecunda, ſcilicet contrarietate, de tertia, ſcilicet electione, pariter de quarta, quando idem conſequitur notum eſt, quod non poſſunt militare, quia proprietas & poſſeſsio ſe compatiuntur, nec habent eundem effectum nec pariter aliquid commune, vt cadat electio, vt dicit tex.in d.§.nihil cõmune.ſimiliter non obſtat quinta nec pariter ſexta regula cumulationis: cum nihil commune petitorium, & poſſeſſorium habeant. dict. §. nihil commune.

Secunda eſt concluſio, quod quando ab eodem petitorium & poſſeſſorium retinendæ intentantur, non admittitur concurſus, quia obſtat regula contrarietatis, intentando petitorium aſſerit aduerſarium poſſeſſorẽ.c.examinata.de iud. ſuprà l.in rẽ.in prin.ff.de rei vend.l.vnica.C.de alie.iud. mut. cauſa.fact.intentando poſſeſſorium retinendæ aſſerit ſe poſſeſſorem.cap.licet.infrà de probat. §.retinendæ.inſt.de interd.l.1.in princ.& §. 1.ff. vti poſſ.& ſi eſſet ſibi contrarius, tamen in tribus caſibus admittitur cumulatio; primus in iuribus incorporalibus in quibus poſſeſſor ſeu quaſi poſſeſſor poteſt intentare confeſſoriam vel negatoriam.l.ſicuti.ff.ſi ſeruit.vend.ſecundus quando petitorium, intentatur ratione, vnius poſſeſsionis, vt puta ciuilis, & poſſeſſorium, ratione naturalis.d.§. nihil commune.ſecundum quintam lectu. tertius quando ignorabat petitor ſe poſsidere, quia poſſidebat per ſeruum, filium aut alium, vt probat d. §.nihil cõmune.ſecundum aliam lect.& iſta communia habetis ex dictis Bar. quem ſequuntur alij communiter.in d. §. nihil commune. in 1.2. & 3. combina. Petrus de Ancha. & poſt eum Henric. Boycus.

Quantum ad ſecundum membrum, quando vnus intentat petitorium, & alius poſſeſſorium, non faciendo differentiam, ſiue actor petitorium, ſiue poſſeſſorium intẽtet, faciatis has cõcluſiones.

Prima eſt quod quando intentatur pro diuerſis poſſeſsionibus, quia intentans petitorium agit ratione ciuilis poſſeſsionis, & intentans poſſeſſorium ratione naturalis, vel econtra ſemper admittitur concurſus. d. §. nihil commune, ſecundum quintam lect. & ibi Bart. in 4. 5.6.& 7. combina. Ancha.& Henric.Boyc.hîc.

Secunda eſt concluſio, quando ille qui conuenitur petitorio confitetur ſe poſſeſſorem non poteſt cumulari petitorium & poſſeſſorium ratione eiuſdem poſſeſsionis, quia tunc obſtabit regula contrarietatis l.1.C.de furt.l.mater. C.de rei vend. ſi enim poſsidebat nõ poteſt recuperare nec adipiſci poſſeſsionem, nec ſimiliter vti poſsidetis cõpetere, quia ſi petitor contendat ſe poſsidere, eſſet ſibi contrarius petendo rem quam poſsidet, prout declarat Bar.in d.§.nihil commune.maxime in 6. & 7.combina.

Tertia eſt concluſio quando intentaretur remedium petitorium, & poſſeſſorium recuperandæ pro violentia ante initium litis facta: & intentans poſſeſſorium, vult vti priuilegio dato remedio reſtitutorio, vt ante omnia examinentur, tali caſu non admittetur concurſus.l. ſi quis à ſe fundum. C. ad leg.Iul. de vi.l.1. de eo per quem fact. erit.C.l. ſi quis. emptionis. §.ſi quis autem. C.de pręſcrip.30.vel 40.anno.c.paſtoralis.ſuprà eo.c.in literis.ſuprà de reſt.ſpolia.

Quarta concluſio, quando intentaretur remedium poſſeſſorium, adipiſcendæ, & intentans petitorium, offert in promptu iuſtificare de dominio, non admittetur concurſus.arg.l.3.§.illud ſciẽdum.ff.ad exhibend.ita Bart.in l.1.C.de edict.Diui.Adria.toll.l.fin.C.quorum bono. & eſt de mẽte Abb.in cap.paſtoralis.circa tertiã col. ſuprà eo. dum voluit, quod ſententia lata in petitorio impedit poſſeſſorium adipiſcendæ quando in promptu conſtat de ſententia, & ſic militat illa regula, quod ſententia lata in vno parit exceptionem rei iud.in alio.

Quinta eſt concluſio, quod quando partes, conſentirent vt procedatur in poſſeſſorio recuperandæ vel adipiſcendæ cum petitorio, concurſus eo caſu admitteretur.cap.1.& ibi materia traditur infrà tit.proximo.

Sexta eſt concluſio, quod poſſeſſorium recuperandæ pro violentia commiſſa poſt initium litis admittitur cum petitorio.l. ſi conſtiterit. C.finium reg.

Septima & final. eſt concluſio, quod in aliis omnibus caſibus petitorium cum poſſeſſorio admittitur, poſtquam regulariter cumulatio actionũ poteſt fieri.l. non eſt nouum. cum ibi traditis per glo.ff. de actio.empt. & conuenti & reconuentio. cap. 1. vbi late per omnes ſuprà de mutuis peti.l. cum Papinia.& authen.& conſequenter.C.de ſententiis & interlo.& Spec.in tit.de reconuen. & de his concluſionibus.per Bar.in d. §. nihil commune.in vlt.combinationibus.

Circa ſecundum articulum qualiter debeat ferri ſententia, in vtroque iudicio faciatis duas concluſiones.

Prima quod ſi pendente iudicio plene liqueat de altero, & proceſſus ſit iuſtificatus & bene probatus, in illo iudicio debet iudex ſuper illo ferre ſententiam, reſeruando adhuc cognitionem alterius.c.ſuborta. infrà de re iudica. & ibi omnes intelligendo illum tex. vt non reſtringatur quando conſtaret de vno per confeſsionem partis, ſed aliàs quomódocunque, idem probatur in c.2.ſuprà eo. vbi factis examinationibus, teſtium iudex ſi videat alterum plene inſtificatum poteſt ſuper illo ſolo procedere ſuſpendendo aliud. Ad idem text. in l.fin. C. de compenſ. quod ſi aliquid ſit liquidum, & aliud illiquidum, debet ſuper liquido cõpenſari facit quod habetur in cap.1.ſuprà de mut. pet.& in c.ſuper eo. infrà de appella. quod in materia etiam reconuentionis, & conuentionis, ſi liquet de vna, ſuper illa feratur ſententia, ſuper alia reſeruatur ius alterius, & ita voluit Spec. in tit. de pet.& poſſ.§.1.verſi.quid ſi pro vno.& in tit.de reconuentio.§.videndum.verſi.& ſi iudex.Ioa.And. & Ancha.in c.paſtoralis.ſuprà eo. Abb. hîc col.5. & Henric.Boyc.

Secunda eſt concluſio, quod quando liquet de vtraque debet iudex ferre ſententiam ſuper quolibet, primo pronuntiando ſuper poſſeſſorio, deinde ſuper petitorio, per iſtum tex. vt volũt hîc omnes Spec.Ioan.And.Ancha.& Alex.in locis.ſuprà allegatis, verum eſt quod quamuis iſte text. dicat primo pronuntiandum ſuper poſſeſſorio deinde ſuper petitorio, ſi tamen fuerit in pronuntiatione dictum primò de petitorio, & deinde de poſſeſſorio, non vitiabitur ſententia, quia iſte ordo pronuntiandi eſt ordo vnius cauſæ, ſcilicet petitorij ad aliam cauſam, ſcilicet poſſeſſorij, cuius peruerſio non vitiat ſententiam, vt voluit Bart.in l.prolatam. C. de ſententiis. & interlo. & in l. 1. C. de appella. Abb.hîc col.4. & debet iudex ſuper vtroque pronuntiare, quod ſi vellet ſuper altero tantum decidere, poſſet ab eo appellari, vt voluit Spe.in d.tit. de pet.& poſſe.§.1.verſi.quid ſi is.allegat tex.in l.1.in fine.quæ ſententiæ ſine appella.& ſi forte aliquis quæreret poſtquam ſententia, in petitorio debet abſorbere poſſeſſorium, quare eſt quod pronuntietur in poſſeſſorio? dicatis iſtud eſſe propter expenſas quæ factæ fuerunt in cauſa poſſeſſorij, & propter fructus qui fuerunt percepti ante litis conteſtationem, propter damna, propter intereſſe, l.vtiq;.vbi bo.tex.ff.de rei vend. Alex.per illum text.ita declarat iſtud. c. & hanc materiam in conſil.76.in cauſa.in prima parte, in conſil. 45. viſa facti.col.2. in 3. parte. in conſil.130. viſa facti. col.1.in quinta parte.& conſi.159.in cauſa eadem. parte prima.

Circa tertium articulum, qualiter ſententia debeat executioni demandari, faciatis ſex concluſiones.

Prima eſt, quod ſi fuerit lata ſententia ſuper altero tantum, quia de eo liquebat & de alio non, debet ſuper illo executioni demandari, etiam ſi eſſet tantummodo lata ſuper poſſeſſorio.c.ſuborta.infrà de re iud. Abb.poſt Anto.But. & Henric. Boyc.hîc Ioan.And.& Ancha. in c. paſtoralis. ſuprà eod. & ideo infert. Abb. poſt Antho.de Butr. contra vnam deciſionem Specul. in tit.de pet. & poſſe.§.1.verſic.quid ſi is, & idem voluit Spec. (licet eum non referat) in tit. de executione ſententiæ.§.1.verſi. ſed pone. in quibus locis dixit Spec. quod ſi fuit ſententia lata in poſſeſſorio pro actore, & in petitorio pro reo, à ſententia poſſeſſorij reus non appellauit, actor appellauit à ſententia petitorij, ex quo impeditur eius executio.l. 1. ff. nil noua. appel. pend. non poterit ſententia poſſeſſorij executioni demandari, per iſtum text.in quo habetur quod petitorium abſorbet poſſeſſorium, dicit tamen Abb.poſt Antho.de But.illam deciſionem non eſſe veram, quia poſtquam pronuntiatum eſt ſuper poſſeſſorio, & ab eo non fuit appellatum, ex quolibet de eo non debet impediri executio per appellationem petitorij, quia habendum eſt acſi non fuiſſet adhuc terminatum petitorium, quo caſu cognitio non debet impedire executionem alterius.d.c.ſuborta. infrà de re iud.& per ea, quæ diximus in articulo præcedenti, in prima concluſione.

Secunda eſt concluſio, quod quando fuit lata ſentẽtia ſuper vtroque in fauorem vnius, vel actoris vel rei, debet ſuper quolibet executioni demãdari.l.pen.& fin.ff.de publi.in rem act.Io. And. & Petr.de Ancha.in cap. præced. Abb. hic in 4.col. qualiter autem demandabitur executioni, ſuper petitorio, & ſuper poſſeſſorio, poſtquam petitorium abſorbet poſſeſſorium, dicemus ſtatim poſt concluſiones.

Tertia eſt concluſio, ſi fuerit lata in petitorio pro actore & in poſſeſſorio pro reo, demandabitur executioni in petitorio auocando poſſeſsionem: ſimiliter demandabitur in poſſeſſorio, non vt poſſeſsio remaneat penes reum, ſed quantum ad expenſas, damna & intereſſe. De primo eſt iſte tex.ſecundum glo.in c.cum ſecundum. in c. cum ſuper glo.ſuprà eo.& in c.cum eccleſia.verb.reducentes.& vbique Abb.dicemus etiam ſtatim.

Quarta eſt concluſio, ſi feratur ſententia in poſſeſſorio pro actore & in petitorio pro reo, non quia reus docuerit de dominio ſuo, etiam non apparuit de dominio alicuius, ſed fuit abſolutus ex eo quod actor nihil probauerat in petitorio, præualebit ſententia poſſeſſorij, quæ executioni demandabitur, quoad petitorium tantummodo reſpectu expenſarum. iſtud voluit.glo. in c. præced. in glo.magna & ibi diximus dum allegat l.fin.C.

de



de rei vend. Quod dicatis etiam habere locum in beneficialibus, vt volunt domini de Rot. in deciſi. 40.not.quod reus in deciſi.70. not. quod ſi multa.& in deciſio.419.nota an reus.in antiq.allegant vbique Compoſtel. iſtud volentem. in c.mandatum.ſuprà de reſcript.per d.l. fin. C. de rei vend. & idem voluit.Inno.in c.ex inſinuatione.ſuprà de procur. de quo eſt glo.in cap.olim.glo.fi.ſuprà de reſcript.

Quinta eſt concluſio, quod ſi fuerit lata ſententia in poſſeſſorio, pro actore & in petitorio pro reo ex eo quod apparuit actorem non habere ius, tamen non docuit reus ſe habere ius, debet ſententia in poſſeſſorio executioni demandari, & in petitorio tantummodo, quoad expenſas per ea quæ dicta ſunt in præcedenti concluſione, ita voluit Abb.hîc in 4.col.Ioan.And.& Anch.in d.cap. præcedenti. Et facit quod voluit Abb.in d.c. præcedenti.gl.mag.verb. cauſa. in illo articulo, quod ſententia lata in petitorio non impedit poſſeſſorium, quando fuit lata ex eo quod actor non habuit ius, non tamẽ conſtitit de iure rei, quia quantum ad ipſum reum habeo liberas ædes.l.loci corpus.§.competit.ff.ſi ſeruit.vend.faciunt tradita per Bar.in l.ſi alienam.ſolu.matrimo.

Sexta & vltima eſt concluſio, quod quando fuit lata ſententia in poſſeſſorio pro actore, & in petitorio pro reo, quia reus docuit ius habere in re petita, ſecundũ l.circa.ff.de probat.de mandabitur ſententia executioni ſuper petitorio pro ipſo reo, per quam auocabit poſſeſsionem, & pro actore, quantum ad expenſas & fructus per iſtum tex. vt voluit Abbas poſt alios hîc Ioan.And.& Petr. de Ancha.in c. præcedenti. Abbas in conſiliis in fine præcedentis articuli allegatis. Et ſi aliquis diceret in caſibus in quibus petitorium, auocat poſſeſsionem, quid proderit ſententia lata ſuper poſſeſſorio, & quomodo executioni demandabitur? In eo dicendum eſt, quod licet aliqui voluerint in iſto caſu ſententiam ſuper poſſeſſorio eſſe tantummodo verbalem, tamen erit realis ſententia & executioni demandabitur: non quidem quod poſſeſsio remaneat vel tradatur illi qui obtinet in poſſeſſorio, ſed demandabitur taliter quod obtinens in poſſeſſorio conſequatur vtilitatem ex ſententia, ita quod cogetur alius obtinens in petitorio ad ſoluendum expenſas, damna & intereſſe ad reliquendum vel ad tradendum fructus perceptos vſque ad litis conteſtationem, & ita declarat Card.in c.cum eccleſia.§.1.ad finem ſuprà eo, & in clemen.vnica.in penul.quæſt.de cauſ.poſſ.& propriet.& iſtud bene probat text.in d.c.cum eccleſia.in quo Romanus Pontifex caſſauit electionem, & non ſimpliciter pronuntiauit verbaliter, dato quod clerici qui obtinuerant in poſſeſſorio fuerint condemnati in petitorio, de quo diximus ibi in glo. in verbo reducentes, & ſic abſolutum eſt c.Dilectus.

## SEQVITVR CAP. CVM OLIM.

IN hoc cap. prout in præcedenti non ſequemur glo. nec doctri. Abb.ſed materiam breuiter exponemus in notabilibus, & hoc habeat in ſumma iſte tex.ſecundum vnam lectu. Beneficiũ debet adiudicari illi cui eſt facta prouiſio per eum qui eſt in quaſi poſſeſsione diſponendi, reſeruata tamen cognitione proprietatis in alio iudicio, vel ſic ſecundum aliam lectu. ſententia lata in poſſeſſorio non impedit cognitionem petitorij, vel ſic ſecundum aliam lectu. ſententia lata in poſſeſſorio inter aliquas partes non præiudicat in petitorio quoad aliud tertium: diuiditur in tres partes, in prima ponitur conſultatio. in 2. ibi quoniam deciſio.in 3.ibi reſeruata.limitatio ad deciſionem.

Primo not. ex iſto text. ſecundum Abb. quod de iure communi diſpoſitio dignitatum in eccleſia cathedrali non ſpectat ad epiſcopum, quia ſi ita eſſet, Romanus Pontifex hîc non ſe fundaret in quaſi poſſeſsione diſponendi ſed in iure communi prout facit in cap.cum venerabilis.infra de religio. domib. de hoc tamẽ articulo late ponunt Compoſtella Hoſtien. & alij & ibi Abb. plene in c.cum eccleſia Vulterana. ſuprà de elect. Dominicus latiſsime vbi Præpoſitus in 5. col.& duabus ſequen.in c.1. 21.diſtinct.Ioan.de Selua in tract.de beneficio. in ſecunda parte. quæſt. 22. & dicunt quod ad Cardinales ſpectat prouiſio Papatus.clementin. ne Romani de elect. c.in nomine Domini.23.diſtinct. ad Papam creatio cardinalium, vt dicit Ioan.And.in c.ſane.infrà de conuer.coniug. Decius in rub.3.col.ſuprà.de conſtitu.reſpectu verò archiepiſcopi & epiſcopi, quamuis antiquo tempore ſolus Roma. Pontif.diſponeret, vt dicit gl.in c.quanquã.de elect.in 6. hodie tamen canonici eccleſiæ cathedrialis habent poteſtatem eligendi.c.1.ſuprà de elect.& idem in Abbate & quocunque alio prælato alicuius collegij electio ſpectat ad illos de collegio, vt habetur in d. cap.1.de elect.quantum ad canonicatus aut præbendas vel dignitates eccleſiæ cathedralis, primò recurrẽdum eſt ad conſuetudinem, ſtatutum, vel priuilegium. d.cap.cum eccleſia Vulterana.illa ceſſante videndum ſi aliquis habeat ius patronatus. c. nobis infrà de iure patro.aliàs his non exiſtentibus diſtinguendum, Aut epiſcopus habet bona diſtincta & ſeparata à capitulo, & ipſe ſolus poteſt cum conſilio tamen capituli, aut bona ſunt communia, & non poteſt ſine conſenſu capituli.c. ea noſcitur.c. noua.c.quanto.infrà de his quæ fiunt à præla.ſine conſenſ.cap.

Circa præbendas eccleſiæ collegiatæ prælatus illius eccleſiæ habet facultatem cũ capitulo ſuo, quia epiſcopus non habet tantam communionẽ in eccleſiis collegialibus quantam cum eccleſia cathedrali.cap.requiſiuiſti.infrà de donat.alia autem beneficia dicuntur eſſe ad collationem epiſcopi, & habet de iure communi in quocunque beneficio ſuæ diœceſis fundatam intentionem. c. omnes Baſilicæ.16.q.7. c.regenda.10. quæſt.1. cap. conquerente.ſuprà de offi.ordina.ca.pro illorum.

infra

infrà de præb.cap.quia diuerſitatem.infrà de conceſsio.præben. c. ad aures. infrà de exceſſ. prælat. domini de Rota deciſione 167. de collatione. in nouis.Cætera late videatis.in d. ca. cum eccleſia. ſuprà de elect,& in d.c.1.21.diſtinct.

Secundò notetis quod qui ſemel conſenſit in iudicem non poteſt amplius eum recuſare tanquam ſuſpectum.ita voluit Spec. in tit. de recuſa. §.ſi recuſatio.verſi.2.& in tit.de excep.§.viſo verſi. porro. & facit regula, quod ſemel approbo amplius reprobare non poſſum. l. ſi vxor. §.fin. ff.de adult.l.quod ſi nolit.§.in factum.de ædilitio edict. verum eſt tamen quod in alia cauſa poſſet reprobari, quia approbatio non extendit ad aliud negotium.l.1.§.ſi duæ.ff.quor.legat.Oldra. conſil.18. circa princ.col.1. & ideo dicit Innoc. in c. accepimus. ſuprà de ætate & qualita,quod ſi ſemel quis fuerit examinatus quando habuit beneficium curatum, ſi conferatur aliud beneficium curatum, poterit iterum examinari.

Tertiò not. procuratorem poſſe quandoque præiudicare domino ſuo, quia hîc procuratores conſenſerant in iudices qui erant ſuſpecti,ex quo domino ſuo præiudicauerunt vt non poſsint recuſari,intelligendo tamen, (vt dicit glo.1.ad fin.) quando ad hoc habebat ſpiritualem poteſtatem aut dominus illud ſciebat: nam regulariter procurator quãuis generalem poteſtatem vel etiam cum libera habeat,non poteſt præiudicare domino in donando vel diſsipando bona domini.l. contra iuris.§.1.ff. de pact.l. filiusfam. ff. de dona. aut in faciendo aliquid ex quo imminet pœna. l. 1.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius dicent.non obtemp. l.3. §. ſi procurator.ff. quod quiſque iuris.l.ſi procurator. ff. de condict.indeb. Alex. vbi alia plura cumulat conſil.22.viſo inſtrumento.col.penul.& fin. in prima parte conſil. 83. in cauſa. & lite eadem parte, conſil.95. viſis proceſſuris. in ſecunda parte conſilio 41. viſo puncto. in tertia parte: & in conſilio 115. attentis narratis. in quinta parte. Verum eſt tamen in omittendo,& in negligendo procurator præiudicat domino.l.1.§. fi.ff.quando appell.ſit.Alex.in ſupradictis conſiliis. de hac materia late Abb.& Fel.in c.1. ſuprà vt lite non conteſt.Iaſ.in d.l.1.ff.ſi quis ius.dicen.non obtemp. in d.l.3.ff.quod quiſque iur.

Quartò not. quod ille, qui eſt in quaſi poſſeſſione prouidendi vel diſponendi in beneficiis,debet præferri ſi occurrat prouiſio noua,& illi cui fuit facta per eum prouiſio, adiudicari debet beneficium.Ita quotidie allegatur iſte text. & Abb. hîc in quarta & ſequen.notab.idem probat tex.& ibi plene Abb.in c.conſultationibus. infrà de iur. patro.& c. querelam vbi Abb.ſuprà de elect.idem Abb.in c.ex literis.infrà de iur. patro. & in conſil. 54.videtur primo.col.2.in prima parte domini de Rota deciſio.675.vtrum ſicut patronus. in antiq. Oldra.conſil.312.thema.quæſtionis eſt tale.Federi.conſil.234.ſuper primo puncto.col.fi. dominus Decius vbi alios allegat in conſil. 129. col.1. ad finem. & in conſil. 134. & in conſil. 215. in cauſa. columna ſecunda. Rochus de Curt. in tractat. de iur. patro. verbo competens alicui. quæſt. 14. Ioan. de Selua, in tract. de beneficio, in ſecunda parte 7. quæſt. & ratio eſt (vt volunt in dictis locis)quia diſponere dicitur eſſe quidem fructus, vt voluit glo.in c.cum olim.infrà de maiori. & obedien.fructus autem debet eſſe poſſeſſoris.§.ſi à nõ domino.inſtit.de rerum diuiſio.l. bona fides.ff. de acq.rerum dominio.glo.in c.grauis.infrà de reſti. ſpolia. Intelligatis iſtud quòd quamquã poſſeſsio præſtet facultatem de cætero diſponendi,etiam ſi aliàs ſemel tantum diſpoſuerit,quamuis enim iſte tex. faciat mentionem de bino actu, denotat ſolum contingentiam facti, nam vnus ſolus actus præteritus ſufficeret, vt ſentit glo. 1. Idem voluit glo.& ibi vidimus.in c.cum eccleſia.verbo trium epiſcoporum.ſuprà hoc tit. & ita omnes declarãt in locis ſuprà allegatis,verum eſt quod requiritur, vnus actus de præterito iam conſummatus, nam ſi aliquis aliàs non præſentauit, vel diſpoſuit per præſentationem ſeu prouiſionem, quam facit de nouo, non acquirit quaſi poſſeſsionem reſpectu huius prouiſionis, ſed bene quantum ad futuras prouiſiones,& ita ad literã probat tex. vbi Card. & Abb.in d.c.conſultationibus.infrà de iur. patr. vbi noluit admittere præſentationem niſi appareat quod aliàs præſentauerit. Aduertendum eſt etiam ſi volumus ſcire quæ requirantur ad hoc vt acquiratur quaſi poſſeſsio præſentandi vel prouidendi recurrendum eſt ad conſilium Calder.in tit.de iure patro.& in 12. conſilio vbi videtur ponere quatuor requiſita.

Primò quod aliàs ſaltem ſemel iſte contulerit vel præſentauerit.

Secundò quod fuerit in bona fide credens ius ſibi competere.

Tertiò quod præſentatio fuerit admiſſa per ſuperiorem.

Quartò(& hoc notandum eſt in practica ad deducendum)quod talis præſentatus,vel cui facta erit collatio tenuerit & poſſederit ſcientibus quibuſcunque,& pro rectore fuerit habitus. Iſta omnia late declarat Rochus de Curte in d.tracta. de iure patro. verbo competens alicui.14. quæſt. & Ioan. de Selua in tracta. de beneficio in ſecunda parte in 7.quæſt.

Quintò nota. qualiter ille cui eſt facta prouiſio de beneficio poteſt agere etiam non vocato collatore,dicit tamen Innoc.in c. dilectus ſecũdo. & ibi Petr.de Ancha.& Ioa.de Imol. quod ſi collator velit interuenire,ipſe poteſt,& ratio eſt quia quoties in aliquo iudicio intentatur aliquod ius in quo prætendo intereſſe poſſum interuenire. l. à ſententia.ff.de appel.& diximus ſuprà in c. cum eccleſia.in tex. verum eſt tamen quod interuẽtio fit dupliciter:quandoque aſſumendo ipſam cauſam, quandoque interueniendo & aſsiſtendo, vt per Bart.late in l. ſi perluſorio. ff. de appel.ſi quidem loquamur de beneficio in quo fuit facta prouiſio per collationem, non poteſt collator interuenire aſſumendo cauſam quia per collationem fuit acquiſitum ius beneficiato.c. ſi tibi abſenti.de præb.in ſexto, ſi verò fieret prouiſio per electionem antequam confirmatio fuerit ſecuta, quia nullum ius quæſitum eſt electo. cap. tranſmiſſa. de elect. poterunt, imò debebunt electores aſſumere cauſam,& proſequi illam,& ita concludunt





Ancha.& Ioan.de Imol.poſt Inno.in d.c. dilectus ſecundò infrà de præbend.

Sextò not.quod ſententia lata ſuper poſſeſſorio non impedit quominus poſsit intentari petitorium,ita colligunt Anchar.Ioàn. de Imol. Bal. Card.& Abb.aduertatis tamen quod iſte tex.hoc non probat. Primò quia non agebatur de poſſeſſorio,imo ſuper petitorio, ex eo quod fuit adiudicatum beneficiũ archidiacono,& iſtud videtur ſapere naturam vt declarauimus poſt glo. 3. in c. cum eccleſia.ſuprà hoc tit. Præterea poſito quod ageretur poſſeſſorio (vt iſti text. videntur loqui) prima parte huius rub.iſtud quod fuerint remiſsi in petitorio non eſt inter eaſdem partes, ſed reſpectu epiſcopi qui nõ interuenerat in cauſa.Ideo iſte tex.non probat concludenter quod ſententia lata in poſſeſſorio inter eaſdem perſonas,non impediat petitorium inter eaſdemmet partes, & de hoc habetis tex.apertum in & an eandem.§.fi. ff. de excep.rei iud.Bar.tradit in l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acq.poſſ.in fine primæ lecturæ.& vidimus in c.paſtoralis.in glo.in verb.cauſa ad finem ſuprà hoc tit.

Septimò not.quod ſententia inter aliquos lata non facit præiudicium alteri qui non interfuit in cauſa ad idem cap. penult. vbi latiſsime materia iſta traditur infrà de re iud. l.ſæpe vbi pleniſsime Alexand.ff. l.1. C. res inter alios acta. l.1. & 2. C. quib.res iud.non noc.verum eſt tamen quod licet non faciat plenum præiudicium, facit tamẽ præſumptionem,de quo glo.ſingularis in l.duobus.in principio,& ibi Iaſ.ff.de iureiur. dicens iſtud eſſe notandum quia ſi hincinde eſſent probationes æquales & alter haberet ſententiã vnam inter alios latam deberet obtinere,imò plus voluit Bart. in l. admonendo.col.12.ff.de iureiur.quòd talis ſententia facit ſemiplenam probationem, quoad alios, ſunt tamen multi caſus qui ponuntur per Abb. in d.cap.pen.infrà de re iud.& per Alex. in d. l.ſæpe. in quibus ſententia inter aliquos lata facit præiudicium aliis, ſed in illis caſibus requiruntur tria principaliter.

Primò quod ille tertius ſciuerit, & intellexerit illam agitari.

Secundò quod fuerit lata ſententia iuſtifficato negotio, aliàs ſi eſſet lata per contumaciam non noceret.

Tertiò quod partes non columniauerint in ipſo iudicio,& ita declarat Soc. in conſil. 18. proſequendo ordinem col.2.in conſil.149.in cauſa.col. fi.& 266.circa præſentem conſultationem col.6.

Octauò & vltimo not. ſecundum Innoc. hîc quod agenti poſſeſſorio, in beneficialibus poteſt excipi de defectu tituli, nam intelligendo, vt loquatur de materia tituli, quod archidiaconus petebat ſe mitti in poſſeſsionem,fuerunt admiſsi archipresbyteri, & canonici opponentes de defectu tituli, & quod epiſcopus à quo habebat titulum non poterat conferre in hoc articulo Abb.melius quod alibi hîc(ad quem ſemper recurritur)poſuit ſuam theoricam notabilem,primo ponendo concluſionem,deinde tres limitationes. Cõcluſio eſt, quod agenti poſſeſſorio non poteſt opponi de defectu tituli.c.conſtitutus. ſecundo. infrà de appella.c.poſt electionem.infrà de con.præb.c. accecedens. infrà de accuſa. & ratio eſt quia exceptio debet eſſe proportionabilis actioni, vt conueniat ad excluſionem ipſius. arg.l.1.ff. de excep. ſed intentio agentis poſſeſſorio,verſatur magis in facto quàm in iure, cum poſſeſsio dicatur potius facti, quàm iuris.l.denique.ff.ex quib.cau.ma. in int.dicens de non titulo videtur verſari circa ius merito non aliqua eſt proportio,& ita declarat Decius in d.c.conſtitutus.2.col.fi.infrà de appel.limitatur.

Primò quando concurreret infamia ſuper illo defectu, ita quod eſſet plene de hoc diffamatus. tex.in d.c.accedens.infrà de accu.

Secundò limitatur quando titulus fuiſſet habitus clam & occulte,argumen. text.in c. 1. vt eccle.bene.& facit quod voluit Bart.in d.l. dolo. C. de dol. & in l.poſt contractum. ff. de dona. quod quando aliquid fit, præſumitur dolus. l.fin. ff. de rit. nupt.l. non intelligitur. §. ſi quis palam. ff. de iur.fiſc.

Tertiò & vltimò limitatur, quando collator habebat præſumptionem iuris contra ſe, quia de iure ad ipſum non ſpectabat collatio,per iſtum tex.hîc. & in hac reſolutione fuit idem Abb. in c. conſtitutus ſuprà alleg.in d. cap.poſt electionem. infrà de conc.præbend. & d. c. accedens.de accu. infrà col.2.vbi videtur quod ſemper recurritur ad Abb.hîc. de quo etiam per eundem Abb. in cap. inter dilectos.col.fi.infrà de exceſſ.prælat.

Notandum tamen eſt quod ius conferendi, per vnum hominis nudum & ſimplex actum,nõ præſcribitur,vt ex l.4. C.de ſeruis fugitiuis patet. & d.c.eccleſia. ſuprà.quæ quidem collatio confirmatur non vi præſcriptionis, ſed pacificæ cuiuſdam poſſeſsionis.At factum procuratoris cur domino nocebit? cur domino oberit? l.ignorantis. C.de procurat. niſi procurator nitatur mandato quodam & ſpeciali, & priuilegiato,ad totius cauſæ progreſſum perficiendum, atque abſoluendum,quod quidem mandatum pertinere videtur ad quemlibet litis actum, quod intelligendum quidem eſt, niſi cauſa de nouo ſuperueniſſet,qua tunc dominus renuntiare poſſet facto procuratoris,quinimo etiam quandoque procurator factum domini reuocabit.l.ſi hominem.ff.mandat. quod eſt notatu dignum, ſed ſi procurator in iſto conſenſu dolum commiſiſſet, eo caſu non oberit domino ſi ſit euidens caſus,ſed in litis proſecutione ipſi oberit domino. l. ſi procurator. ff. de except. doli.negligentia ſeu culpa bene nocebit, etiam ſi procurator non eſſet ſoluendo,vt in iſto caſu, in quo procurator non eſt ſoluẽdo, & eſt ratio quia beneficium ſpirituale non accipit æſtimationem, vt liquet ex c.querelam. infrà de ſymo.quod ſi eccleſia læſa foret,poſſet in integrum reſtitutionem petere arg.l. minor 25.annis primæ.ff.de minoribus,& ſic abſolutum.eſt cap. pen. huius tituli cum ſuis gloſsis.

ISTE tex. duos habet intellectus. primus vt congruat titulo. & hoc dic. in ſumma poſſeſsio non ſufficit ad probandum dominium: alius eſt intellectus, ſecundum quod verba iacent, & hoc dicit, Sententia lata ex vna cauſa ſuper dominio non præiudicat quominus ex alia cauſa poſsit peti. Diuiditur in duas partes. in prima ponitur cōſultatio, in ſecūda ibi ad hęc deciſi.

Primò not. ſecundum Abb. hîc quando aliquis vult agere ratione ſubiectionis poteſt dare libellum contra perſonam quam prætendit ſibi ſubiectam, nec cogitur dare contra aliam quæ ſimiliter prætendit ſubiectionem, nam hîc patriarcha grandem dedit libellū contra Abb. & conuentum S. Georgij Venetiarū, in quibus prætendebat ſubiectionē. Et iſtud eſt notandū in his quæ quotidie contingūt, quia ſi volo aliquē feudatariū meum, hominem meum vel emphyteotam, aut aliam ſubiectionem prætendere, licet vnus alius ſimiliter prætendat, poſſum tamen contra illum quem dico mihi ſubditum dare libellum.

Circa iſtud breuiter licet Abb. poſt Innoc. in c. inter quatuor. ſuprà de ma. & ob. in cap. auditis infrà de præſcrip. multa adduxerit, de quo eſt etiā glo. in c. cum venerabilis. glo. 1. infrà de relig. dom. idem Abb. in c. cum inter. in c. cum ſuper. infrà de re iud. Bar. etiam mentionē facit. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vend. in l. deinde. §. hoc autem. ff. delib. ho. exh. in l. 1. §. huius interdicti. ff. vti poſsi. Deci. in c. cum dilecta. col. 4. infrà de conf. vbi dicatis diſtinguendo, quia aut illa perſona prætēdit libertatem in ſubiectionem quam peto, & hoc caſu clarum eſt, quod contra illam debeo dare libellum, per iſtum text. & d. l. 1. C. de lib. hom. exh. aut verò non prætendit libertatem, ſed dicit alium habere talem ſubiectionem erga ipſum, & tunc aut volo agere contra ipſum actione perſonali, quia dico quod ipſe & ſui prædeceſſores ad hoc ſe obligauerunt, & ex illa obligatione volo ipſum conuenire, debeo hoc caſu contra eum dare libellum, vt eſt de mente dominorum de Rota deciſi. 85. not. quod ſicut colonus in antiquis, vbi dicunt quod in caſu. l. 2. C. vbi in rem act. ex. & cap. quoniam. §. pen. ſuprà vt lit. non conteſt. in quibus habetur quod quando conuenio aliquem pro aliquo iure quod tenet ab alio tertio, ipſe poteſt vocare alium tertium in iudicio, vt ſuſcipiat cauſam pro eo. illa iura habent locum quando ago iure reali, ſecus ſi agerem actione perſonali: vt not. in dict. c. quoniam. §. penul. ſi vero ago iure reali & tunc eſt in electionę mea vel agere contra illum quem dico mihi ſubditum, vel agere contra alium qui ſimiliter prætendit ſibi ſubditum, poſtquam reperimus aliqua iura in quibus cauſa fuit intentata contra ſubditum, vt in c. querelā. ſuprà de elect. in c. cum ſuper. dę re iud. infrà in c. cum venerabilis. infrà de rel. domi. reperimus etiam aliqua iura in quibus cauſa fuit intētata contra alium qui ſimiliter prętendebat ſubiectionem. in cap. cum inter quatuor. ſuprà de ma. & obed. in c. auditis. infrà de præſc. verum eſt tamen vtilius eſſe agere contra vtrumque, quia per ſententiam latam contra ſubditum non præiudicatur alteri qui ſimiliter prætendit ſubiectionem. d. c. cum ſuper. vbi Abb. & alij. Alex. in l. pen. ff. de re iud. Circa 30. col. nec per id ſententia lata contra alium, qui prætendebat ſubiectionem præiudicabit iſti ſubdito (quia etiam fortius eſt) ſi ille alius habebat veram ſubiectionem non poſſet mihi remittere inuito ſubdito, de quo Abb. late in c. cū deputati. col. antep. ſuprà de iud. Guid. Pap. deciſi. 239. vbi dicit quod quis non poteſt alienare ſubditos ſuos eis inuitis, & circa iſtam materiam quando daretur libellus tantummodo contra illum ſubditū, vtrum ipſe poſsit in iudicio vocare alium qui prætendit in eo ſubiectionem, vltra ea quæ habentur in d. l. 2. C. vbi in rem act. excer. in c. quoniam. §. pen. ſuprà vt lite non conteſt. videatis Ioan. de Imo. vbi late ponit. in c. inter quatuor. colum. pen. ſuprà de ma. & obed. quomodo autem debeat concipi libellus ponit Io. Fab. in §. præiudiciales. col. 7. inſt. de actio.

Secundò not. quòd ex poſſeſsione non probatur dominium, ita Abb. & Bal. notant hîc. de hoc Bar. ad quem ſemper recurritur in l. pen. ff. de cōd. inſt. & in l. ſi prius. in ſecunda oppoſitione primæ partis. ff. de oper. no. nunt. diſtinguit dicens, aut dominium deducitur principaliter in iudicio aut deducitur incidenter: ſi deducatur principaliter, poſſeſsio non ſufficit, dato enim quod prius poſſideat, ex hoc non probatur dominus. l. in rem princ. ff. de rei vend. notatur in l. ſi fur. ff. de cond. inſt. in l. 1. C. de non num. pec. ſi vero deducitur incidenter, poſſeſsio de præſenti ſufficit ad probationem dominij, & quia quis nunc poſsidet pręſumitur dominus. l. 1. ff. famil. herc. l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. & ibi not. ff. ſi ſerui. vend. poſſeſsio autem de præterito non ſufficeret, vt quia aliquis aliàs poſſedit non ſufficit ad probandum dominium de præſenti. l. & quæ. §. 1. ff. de mino. Quomodo autem cognoſcatur quando dominium principaliter deducitur vel incidēter, declarat Bar. hîc dicens tunc principalirer deductum, quando diſpoſitio ſola tendit ad effectum dominij, & ad alium finem non tendit, incidenter vero dicitur deduci quando ad alium finem fuit deductum, & in ſimili dicit idem Bal. in l. 1. C. de fal. cauſ. adiec. leg. quod verba enuntiatiua dicuntur principaliter propter ſe emiſſa quando ad alium finem nō exprimuntur, & diſpoſitio non tenet niſi ſuper illis, ſi vero ad alium finem & pro alio negotio tendant dicuntur incidenter deducta, de quo per Soc. conſil. 228. in cauſa Gabrielis. col. 2. & hoc eſt notandum pro declaratione eorum quæ habentur in l. optimam. C. de contrah. & commit. ſtip. & per Bar. in l. ex hac ſcriptura. ff. de probatio. quod verba enuntiatiua propter ſe emiſſa probant, ſi emittantur propter aliud non probant.

Tertiò not. ſecundum Abb. hîc quod ſolutio cenſus nō inducit probationē ſubiectionis: quamuis Abb. & conuentus Sancti Georgij ſoluerit cenſum 50. ſolidorum: non tamen ex hoc conſtitit fuiſſe monaſterium ſubiectū, & ad iſtud Abb.





mouetur tali fundamento, quia ſolutio cenſus poteſt fieri diuerſis reſpectibus, quandoque ratione ſubiectionis, quādoq; ratione pēſionis, quandoq; ratione procurationis, vel aliis modis. cap. recepimus. infrà de priuil. c. quanto. c. præterea. infrà de cenſ. probatio autē debet eſſe cōcludens. c. in præſentia. infrà de probat. cū ergo alio reſpectu, quàm ſubiectionis potuerit fieri ſolutio, nō ſequitur ergo concludenter, quòd ſubiectio facta ſit, & hanc deciſionem Abb. ſequitur Socin. conſi. 74. in pręſenti conſultatione. col. 5. verſi. ad ſecundum. & ad hoc bene facit deciſio Bald. in l. 2. C. de probatio. quòd præſumptio non poteſt cadere ſuper actu deformi: faciunt etiam quæ latè cumulauit Iaſon in l. non hoc. colum. 2. & 3. C. vnde leg. & vnde cogn. ad iſtam regulam, quòd probatio debet eſſe concludens.

Quartò noretis, quòd ſola ſolutio annua ſine titulo non obligat ſoluentem, vt cogatur in futurum ſoluere, vt in ſimili dicit text. in l. creditor. C. de vſur. & de hoc artic. Abb. hîc per vnā bonam col. idem Abba. vbi omnes alij in c. peruenit. infrà de cenſ. Bart. magiſtraliter, ad quem ſemper recurritur in l. cum de in rem verſo. poſt gloſſ. ibi. ff. de vſur. idem Bar. Bal. Sal. Alex. Aret. & Iaſ. in l. ſi certis annis. C. de pact. glo. bona. in c. ſeruitium. 8. q. 2. in c. nullus. 1. q. 1. Guid. Papæ. deciſ. 408. in quibus locis faciunt tres caſus.

Primus eſt, quando non allegatur titulus, ſed ſola præſtatio annua probatur, & tunc ſi fuerit tantum tempus de cuius initio non eſt memoria, & probetur ſolutio tanti temporis, iſtud ſufficit, cum illud tempus habeat vim tituli. c. 1. infrà de præſcrip. in 6. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua. quotid. & æſt. l. 1. in fin. ff. de aq. pl. arc. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. infrà de verbo. ſigni. & in hoc tempore non requiritur bona fides, vt dicit Bal. in c. ſi diligenti. in fin. infrà de præſcrip. Si verò eſſet minus tempus non ſufficeret, quia ſolum tempus non eſt modus inducendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & oblig. dict. l. creditor. C. de vſur.

Secundus caſus eſt, quādo allegatur titulus inualidus, vt quia dicit pactum factum cum pupillo, vel cum rectore beneficij, nō interuenientibus ſolemnitatibus in talibus contractibus à iure requiſitis, vel aliàs apparet titulum eſſe inualidum hoc caſu ſolutio annua, etiam 10. 20. annorum vel vltra, non ſufficeret. d. l. ſi certis annis. C. de pact.

Tertius caſus eſt, quando allegatur titulus validus, & probatur perceptio annua. Iſto caſu ſufficit probare de decem annis, & probatio 10. annorum inducit præſumptionem, quod titulus allegatus pręceſſerit, & iſtud probatur in d. l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. duo tamen in hoc requiruntur. Primò, quòd probentur ſolutiones plures, & pro quolibet anno vnica, non ſufficeret probare de vna ſolutione facta pro 10. annis, vt voluit Bart. in l. cum qui. ff. de ann. leg. quem refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. ſi certis annis. col. 2. & 4. idem Iaſ. in l. fin. col. 47. C. de iur. emphy. Secundò requiritur (& iſtud eſt menti tenendum in actu practico) quòd probetur ſolutiones fuiſſe factas virtute tituli allegati, & non ſufficeret ſimpliciter probare ſolutiones factas, quia potuerūt fieri alia de cauſa: probatio autem debet eſſe concludens. c. in præſentia. de probat. & ita in ſpecie Alex. conſi. 113. ſuper primo dubio in prima parte.

Limitationes & declarationes ad dictos caſus videre poteritis in locis ſuprà allegatis. Nō omitto tamen præmiſſa habere locum etiam quo ad acquiſitionem hominum & ſubdictorum. ſi enim aliquis tanquam homo meus per 10. annos fecit mihi coruatas, vel ſeruitia aut ſoluit talliam probando perceptionem decem annorum, prout ſupra dictum eſt, cum allegatione tituli iuſti, & liciti: cogetur in futurum, tanquam homo meus talia ſeruitia præſtare. Specul. in ſpecie hoc voluit per dict. l. cum de in rem verſo. in tit. de homa. §. 1. verſic. 3. quæritur, aliàs in tit. de feud. §. quoniam ſuper homagiis, & fidelitate. Iacob. de Sanct. Geor. in tit. de homag. col. 5. & eſt de mente Bart. in dict. l. cum de in rem verſo. Et dicunt Specul. & Iacob. in dictis locis, quòd ſine titulo poſſum acquirere hominem ſubditum per tempus triginta annorum, ſi tanto tempore tanquam ſubditus præſtitit ſeruitia. allegant text. in l. cum ſcimus. de agr. & cenſi. lib. 11. l. cum qui. de ædif. priuat. cod. lib. in l. iubemus. C. de fund. reipub. cod. lib. Tamen tales homines ſubditi non dicuntur ſerui, ſed remanent liberi, vt voluit Bart. in l. talem. §. 1. ff. de hære. inſt. gl. Inſt. de iur. perſ. in princ. ſuper verb. aut ſerui. & de hoc Guid. Pap. 314.

Quantum ad præmiſſa non omittatis vnum dictum notabile Abb. in dict. cap. peruenit. circa finem. infrà de cenſ. quòd caueant in conſcientia allegantes titulum ſi ſciant ſe non habere, vel non habuiſſe titulum, vel etiam ſi credant.

Quintò & vltimò noteris, quòd ſententia lata ſuper alia re ex vna cauſa non impedit petitionem illius rei ex alia cauſa, ad idem text. in l. ſi modo. §. 1. & §. denique. in l. & an eandem. vbi Bar. ff. de excep. rei iud. Regula eſt, quòd ad hoc, vt ſententia producat exceptionem, quo ad aliam cauſam requiritur identitas in re, in cauſa petendi, & in perſonis. l. cum quæritur. cum l. ſeq. ff. de excep. rei iud. imo fortius dicit Bar. in l. ſolutum. §. per liberā. ff. de pign. actio. quòd ſi ſimpliciter deduxero intentionem meam, & poterant comprehendi plures cauſæ, ſi poſteà proſequor tantummodo vnā cauſam, non impedior de nouo agere ex alia cauſa. Et dicit glo. not. in c. Abbati. verb. dominij circa medium. dum allegat iſtum tex. quòd ſi in libello deducam rei vendicationem, & Publicianam, poſtea proſequar alteram, non impedior in alio iudicio proſequi aliam.

# DOCTA SIMVL ET PERVTILIS

## REPETITIO NOTABILIS §. QVI VERO.

### CAP. EXTIRPANDAE, DE PRAEBENDIS. IN ANTIQVIS

Gregorij IX. Papæ inclyti, Decretalibus. Authore D. Petro Rebuffo, Iurium Doctore, & Equite, ſacrorum canonum Pariſiis publico profeſſore, atque cauſarum in ſuprema curia patrono meritiſsimo.

LICET vſque ad hæc tempora tot, & tanta reperiãtur Doctorum ſcripta, vt locus non detur niſi transſcribere de loco ad locum, vel materias ordinare, volens tamen precibus auditorum ſatisfacere (ſaltem vt detur materia aliquid latius cogitandi, & vt à laboribus ſubleuari poſsint, cum caſus aliquis occurrit) audaci animo decreui materiã huius §. per modum repetitionis coadiuuare, in qua primò ante ingreſſum textuarium declarabimus quædam fundamenta & terminos, de quibus in text. fit mentio. Secundò veniemus ad textum, in eo expediendo notabilia Abba. & alia attingendo, de quibus litera mentionem facit. Tertiò dicta Abba. quæſtiones, voce vſque ad minimum verbum declarabimus in ſcriptis, per concluſiones reſoluemus cũ cõmuni approbatione. Quartò & vltimò, quia materia prouiſionis beneficiorũ tam vacantium, quàm vacaturorum eſt quotidiana, pauci intelligunt, & ſolet replere burſas, illam reſoluam per membra, articulos & quæſtiones.

Quantum ad primum, quia in textu fit mentio de eccleſia parrochiali, de præbenda, de dignitate, de vnione beneficiorum & de vicario, de quolibet pro intellectu textus pro nunc aliquid dicemus, plenius tamen infra dicturi.

Quo ad eccleſias parrochiales pręmittatis qualiter iure pontificio parrochiæ fuerunt introductæ, diſtinctæ & diuiſæ per Dionyſium, c. primo. 13. quæſtione prima. cap. paſtoralis. vbi gloſſ. infrà de his, quæ fiunt à prælatis, ſine conſenſ. capituli. cap. cum olim. ſuprà de conſuetu. quo iure pontificio regulariter omnia beneficia excepto Papatu & Epiſcopatu dicuntur introducta, vt in illis locis habetur.

Et hoc fuit, quemadmodum in temporalibus ratione ſeruitij temporalis fuerunt ordinata, & conſtituta officia. l. penultima. C. de teſtamento milit. Ita & pro ſeruitio ſpirituali ordinata fuerunt beneficia. cap. conceſſo. duodecima quæſtione ſecunda. cap. fina. & cap. penult. 1. quæſt. 2. gloſſ. in cap. fin. ſuprà de offic. vicar. bonus tex. in cap. fi. de reſcript. lib. 6.

Et ideo videbimus infrà, quòd beneficiatus tenetur reſidere, & ſeruire in beneficio: cum propter ſeruitium detur beneficium.

Cognoſcitur autem eccleſia parrochialis ſeu curata, quando in ea quis tenetur miniſtrare ſacramenta eccleſiaſtica, vt baptiſare, pœnitentiam concedere, ſeu pœnitentes in confeſsione audire, & alia ſimilia. Ita Abba. (quem alij ſequuntur) in cap. de multa. col. pen. ſuprà eod. tit. nec curandum eſt habeat, vel non habeat iuriſdictionem, vt ibi latè videre poteritis.

Secundò præmittatis, quid dicatur eſſe præbenda, & licet plerique voluerunt dicere, quod ſit quoddam ius ſpirituale, ratione cuius quis habet facultatem aliquos fructus, vel reditus temporales percipiendi. argum. textus in dict. cap. dilecto. ſuprà eod. Tamen prębenda accipiendo generaliter: dicitur omne ius cuius prætextu, quis percipit aliquos fructus, vel reditus. Nõ dico ſpirituales, quia non competeret laico, qui eſt incapax merè ſpiritualium. cap. decernimus. ſuprà de iudi. Poteſt tamen laicus habere præbendam: iſta voluit gloſſ. & ibi per omnes. in cap. cum M. Ferrarienſis, in verbo reciperet, ſuprà de conſtitut. Abb. in rub. ſuprà eod. Et ideo dicit Ioan. Andr. in cap. fin. de præben. lib. 6. quòd appellatione beneficij non comprehenditur præbenda: de quo tamen videbimus in parte fi. huius repet. in quæſt. illa, ſi aliquis habuit quæſtionem à Rom. Pont. ad conſequendum aliquod beneficium, vtrum poſsit conſequi præbendam. Illud autem quod dicitur, in d. c. dilectus. quòd præbenda ſit quoddam ius ſpirituale, verum eſt quando præbenda eſt annexa canonicatui, vel alteri beneficio, quia tunc aſſumit qualitatem illius cui fuit annexa, vt videbimus ſtatim.

Tertiò præmittatis quid dicatur dignitas, quia licet in hoc varij reperiantur Docto, altero tamen de quatuor modis cognoſcitur beneficium habẽs dignitatem. Primò quando habet aliquod non à iure introductum cum dignitate, vt eſt Archidiaconus. Secundò quando habet iuriſdictionem. Tertiò quando in creatione talis officij aſsignatur illi dignitas, vt videmus in multis eccleſiis collegiatis in quibus Ro. Pontif. conſtituit ſacriſtam primam dignitatem, aliquãdo cantoriam, & ſimiles qui à iure dignitatem non habent. Quartò quando ex conſuetudine tale beneficium ſolitum eſt habere dignitatem, ita declarant ſcribentes in d. c, de multa. ſuprà eod. Domi. de Rota in deciſi. 166. in antiq. & in deciſio. 205.

Quartò pręmittatis quod vnio ſeu annexio beneficiorũ ſpectat ad epiſcopũ de omnibus beneficiis exiſtẽtibus in ſua diœceſi: & Ro. Pont. reſeruatur tãtummodo vnio epiſcopatuũ: alij inferiores ab epiſcopo (niſi illud habeant ex conſuetudine, vel



priuilegio) non poſſunt beneficia vnire. cap. ſicut vnire. vbi Abbas. & alij de exceſsibus prælatorum. infrà. Cle. 2. (& ibi per omnes) de rebus eccleſiæ non alien. Et talis vnio fit tribus modis. Primò, quòd vnum beneficium vniatur alteri tanquam acceſſorium, & hoc modo accipitur in tex. hoc caſu attenditur qualitas beneficij cui fuit facta vnio. Ita dicit gloſ. in c. 1. in glo. magna. infrà ne ſede vacante. Et ideo licet in impetratione beneficiorum debeat fieri mentio de quocunq; beneficio. c. ſi motu proprio. de præbend. in 6. & dicemus plenè, infrà in 4. parte. Tamen de beneficio hoc modo annexo nihil eſt exprimendum, vt dicit Ioan. And. in c. ſuper eo. de præbend. in 6. D. de Rota, deciſio. 319. in antiq. Secundò modo fit vnio nõ acceſſoriè, ſed æquè principaliter, vt quando duo epiſcopatus inuicem vniuntur, & tunc quodlibet beneficium eſt de per ſe cõſiderandum, & retinet priuilegia & facultates, quæ prius habebat, vt dicit Bart. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pigno. actio. & glo. in d. c. 1. Tertiò modo fit vnio, quãdo ex duobus beneficiis fit vnum beneficium prout videmus, quòd quandoque ex duabus materiis, vt aqua & farina fit vna res, videlicet panis, & de ea non tractamus hìc, quia tunc non conſideramus, niſi vnum beneficium, vt habetur per glo. in dict. cap. 1.

Quintò præmittatis, quòd vicariorum in iure reperiuntur quatuor ſpecies. Quidam ſunt vicarij perpetui, vt quando aliquis habet plura beneficia, & vnum annexum alteri in illo annexo, ad ſeruiendum in diuinis cõſtituitur vice, & loco ipſius aliquis clericus, vt ibi perpetuo deſeruiat, talis dicitus vicarius perpetuus, & non poteſt deputari, ab ipſo beneficiato, ſed ſuſtituendus eſt ab epiſcopo, vel alio ſuperiore, & dicitur verè beneficiatus, nec poteſt remoueri niſi ex cauſis, ex quibus quis priuatur beneficio. Iſta habentur in cap. ad hæc. & ibi per Abb. ſuprà de offi. vicar. de quo plenius videbimus infrà, an dicatur rector parrochialis, & iura facientia mentionem de curato habeant locum in illo, & de iſto vicario loquimur in textu, de quo dicemus qualiter debeat conſequi congruam portionem. Alius eſt vicarius temporalis, & eſt ille, qui pro aliquo tempore deputatur ad ſeruiendum in aliquo beneficio, vel quia beneficiatus ex aliqua cauſa iuſta, & legitima eſt abſens, vel quia de per ſe ſolus non poteſt commodè ſeruire, vt videmus in hac ciuitate, in qua vicarij de per ſe ſeruiunt, & habent vicarios temporales, & iſti tales poſſunt remoueri ad nutum, & de iure non requiritur, quod deputẽtur & ordinentur ab epiſcopo. iſtud fuit introductũ tantummodo per ſtatuta ſynodalia, vt pro ſigillo apponendo in licentia Epiſcopus cõſequitur pecunias. Iſta traduntur in cle. vnica. vbi Zaba. latiſsimè in 4. q. de offic. vica. Alius eſt vicarius iuriſdictionis, qui habet officium circa iuriſdictionẽ & inſtitutum, & ad exercendum ea, quę ſpectãt ad epiſcopum, & iſte talis eſt temporalis, & remouibilis ad nutum, & de illo habetur in toto titu. de offic. vicar. lib. 6. Alius eſt vicarius temporalis, qui loco illius, qui habet iuriſdictionem ordinariam deputatur in aliqua prouincia, vel ciuitate. l. 1. & 2. C. de officio eius. qui vices alter. gerit. & in rub. & in l. 1. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdic. vt videmus, quod Dux Sabaudiæ, Dux Ferrarię, Marchio Mantuæ, & cæteri in Italia dicũtur vicarij Imperatoris, & in quibuſlibet ciuitatibus Italiæ maximè Ducatus Mediolani, conſtitui à principe pro iuſtitia miniſtrãda, qui dicantur vicarij, de quibus plenè tradit Iacobus de ſancto Geminia. in tractatu feudorum, in verbo vicarius perpetuus. Iſti duo vltimo conſtituuntur circa exercitium iuriſdictionis, & ſpiritualis & temporalis, & de iis non loquimur in textu iſto. Sed de eo, qui deputatur ad aliquod ſeruitium ſpirituale in eccleſia.

Circa ſecundum propoſitum, videlicet declarationem textuariam, inquantũ in ſupraſcriptione. cap. fit mentio Decreta. hanc fuiſſe factam in concilio generali, intelligatis de concilio Lateranenſi ſecundo loco facto. Duo fuerunt concilia Lateranenſia. Primum tempore Alex. tertij, Anno 179. & de illo ſemper in ſupraſcriptionibus Decretalium fit mentio, dum dicitur in concilio Lateranenſi. Secundum fuit tempore Innocentij 4. Anno 215. & de illo fit mentio in ſupraſcriptionibus, dum dicitur in concilio generali. Ita Ioan. And. in c. nemo deinceps. de elect. in 6. in cap. cum Apoſtolica, infrà de his, quæ fiunt à prælato ſine conſen. cap. 1. Non autem intelligatis, quod vocet concilium generale in ſupraſcriptione: quia in eo fuerit Rom. Pontif. nam omne concilium dicitur generale, in quo adeſt Pontifex ſupremus, vt voluit gl. in c. futuram 12. q. 1. ſed ideo appellatur hìc generale, quia poſterius & in eo fuit maior congregatio prælatorum.

Iſte textus, (prout dicit Abbas in repetitione) propter varios intellectus in verſiculo alioquin, & quia perturbatè decidit materias, reputatur difficilis, & hoc ſecundum magis communem intellectum, dicit in ſumma. Rector parrochialis per ſeipſum & nõ per vicariũ ſeruire tenetur, ſi tamẽ eccleſia parrochialis præbendæ, vel dignitati ſit annexa, per vicarium perpetuum legitimè inſtitutũ, reditum neceſſarium habentem, portione congrua ſibi aſsignata, deſeruire poteſt, aliàs ſit priuatus eccleſia parrochiali, inde patronus, aut alius in fraudem penſionem ſuper beneficio conſtituere poteſt.

Diuiditur in duas partes principales prout duo ponit dicta. Secunda ibi, illud autem. Prima ſubdiuiditur in tres. Primò dat regulam. Secundò exceptionem ponit. Tertiò tranſgreſſores punit. Secunda ibi, niſi. Tertia ibi, alioquin. Caſus de ſe clarus eſt, excepto verſic. alioquin. in quo diuerſimodè ſecundum varios intellectus, de quibus infrà videbimus, poni poteſt.

Primò notab. ex iſto textu, ſecundum Petr. de Ancha. Ioan. de Imo. & Abba. Sicul. tam in lectura, quàm in repeti. quòd onus adiectum alicui in quo requiritur induſtra perſonæ, non poteſt explicari per alium. Nam in rectore parrochiali requiritur induſtria, cum literati, & periti pœnitentiam condignã melius nouerint aſsignare quàm ignari, & eſt vtilius pœnitentibus. glo. in c. inueſtituram. de pœnit. diſtin. 1. Oratio etiam à iuſto eſt efficacior, quàm oratio ab impio. c. ipſi ſacerdotes.

1.q.1.ideo per ſeipſum debet deſeruire.

Circa iſtud nota. An actus poſsit per alium explicari, licet dicatur materia ſatis brocardica, & plura hinc inde poſsint adduci de quibus per Io. And.in mercur.in regula poteſt quis per alium,& in c.qui peccatum. de reg.iur. in 6.& ſoleat communiter dici, quod quando requiritur induſtria perſonæ per alium, non poteſt explicari. c.fi.& ibi plenè per Docto. ſuprà de offic.deleg. c.is cui.eodem tit.in 6.l.vnica.§.ne autem.& ibi Bald. C. de cadu.tollen.l.nemo.vbi Barto.& Alex. in apoſtillis remiſsiuè. ff.de duob. reis. l.ſi non ſortem. §.libertus.ff.de cond. indeb. l.fideicommiſſa.§.ſi.ff.de legat.3.Ludo Roma.conſi.330.circa primũ.col.2.

Aduertendum eſt,quia dupliciter poteſt intelligi:vno modo,quod poſsit per alium fieri, qui tamen faciat nomine meo tanquam procurator, mandatarius,aut negotiorum geſtor.Alio modo, quod per alium poſsit fieri, qui tamen faciat nomine ſuo, vt eſt ceſsionarius, hoc eſt, quòd alteri poſſum cedere ius quod poteram explicare.

Quantum ad primum modum,de quo Doct. intelligunt, in hoc not.diſtinguatis: aut ille actus conſiſtit,in dando aut in faciendo,ſi quidem conſiſtat in dando,quia dare eſt vniformę,à quocunque explicetur, benè poteſt per alium fieri.l.Areturſa.ff.de ſtatu homi.l.fin. ff. de condict. inſtit. Et hoc caſu faciendo per alium videor, in ſpecie feciſſe,nam conditiones debent ſpecificè ad impleri. l.qui hæredi. l. Mæuius. ff.de condit.& demonſt. tamen conditionem, quæ eſt in dando,per alium adimplere poſſum. dicta l.fin. de cond. inſtitu. Si verò ille actus conſiſtat in faciendo. regulariter tranſit ad hęredes,vt eſt bonus tex.(quem ibi Bal. dicit eſſe de mera philoſophia.) in l. veteres. de contrah.& commit.ſtipula.C.de quo plura Iaſ.in l.2.§.1.ff.de verbo.obligat.ex quo per alium poſsit explicari, & ideò cum cõmuni concluſione Doc. quando eſt in faciendo , ſi eligatur induſtria perſonæ,non poteſt per alium explicari,aliàs regulariter , quis poteſt per alium , quod per ſeipſum. Nam(vt dicit tex.in l.1.ff.de procura.) edictum de procuratoribus in quo quis exercet per alium negotia ſua,dicitur eſſe prohibitorium,ſcilicet quod omnibus , & in omni caſu permittatur , niſi expreſſa reperiatur prohibitio,& habemus regulam no. quod quando aliquid permittitur,cenſetur in omni caſu permiſſum niſi expreſsè reperias prohibitum.l.ab eo.ff.de probatio.gloſ.bona & no. in l.inter corporalia.in gloſſ.magna.ſuprà de tranſla. præla.Et ideo erit regula,quod omne factum poteſt explicari per alium niſi in eo eligatur induſtria perſonæ.

*Qualiter cognoſcatur,quando perſona eſt electa.*

In hoc autem iacet difficultas ad cognoſcendum,quando dicatur electa induſtria perſonæ,in quo breuiter ex tribus poteritis dicere , quòd electa ſit perſonæ induſtria. Primò ſi inſerantur aliqua verba iſtud importantia, vt perſonaliter , per te ipſum, aut alia ſimilia.de quibus in c.ſi.de offi. delegat.& per Iaſ.in l.1.in princ.circa ſi.ff.de offic. eius cui mand.eſt iuriſdict.

Secundò,quando habetur reſpectus non ad effectum diſpoſitionis , ſed ad perſonam agentem, ſeu cauſam efficientem,vt quando doctor locauit operas ſuas ad legendum,& ita Bart.in d.l.nemo. ff.de duo.reis Bal.in l.quiſquis.C.de epiſco.& cler. Bal.& Corn.in d.l.vnica.§.ne autẽ.C.de cadu.tol.

Tertiò quando illum factum non eſt vniforme apud omnes, & perſona cui dirigitur eſt qualificata, & in ſe plus aliquid habet, quàm communiter alij,vt quia eſt bonus artifex,& promiſit ædificare domum, eſt bonus ſcriptor, & promiſit ſcribere librum. dict. l.ſi non ſortem. §.libertus. ff. de cond.indeb.dict.l.fideicommiſſa. in fi.de leg.3. aliàs autem ſtandum eſt regulæ, quod per alium poteſt fieri.

Secundo modo,quando dicitur quis poteſt per alium explicare actum ſibi iniunctum, poteſt intelligi,quòd alteri poſsit cedere,qui nomine ſuo & iſtius cedentis explicet. Circa quod faciatis concluſionem, quòd omne ius competens alicui poteſt alteri cedi. l.2. C.ne liceat potentio. quem tex.ad iſtam regulam aſſumit Socinus, in tractat. ſuo regu.in 48.reg. Et facit pro hoc, quia omnia videntur permiſſa,quæ non reperiuntur prohibita.glo.in cap.iura corporalia.in glo.magna.ſuprà de tranſla.præla.dic. etiam l.2.ponit vnum caſum ſpecialem in quo ceſsio non poſsit fieri , videtur ideo ſentire , quòd in caſibus non exceptuatis ſit firma regula.l.nam quod liquidè.§.denique.ad fi. ff.de penu legat.

Hæc ergo declaratio primò non habet locum in iis , quæ non ſunt tranſmiſsibilia ad hæredes, quia illa non poſſunt cedi.iſta eſt regula,quæ traditur per text.no.in l.ex pluribus. ff. de adminiſt. tut.de qua plura Iaſ.in l.1.§. vſufructuarius. col.3. ff.de noui oper.nunt.

Secundò declaretis,quando illud tale ius competeret alicui ratione ſuæ perſonæ, vel quia induſtria eius eſſet electa,vel ex priuilegio ſibi conceſſum tale ius non poſſe cedi,vt ius quod competit cõſanguineo,qui poteſt vigore ſtatuti rem à conſanguineo venditam intra annum petere, vt probatur per text.in l.Apud Iulianum. aliàs idem Iulianus.§.ſi quis alicui.ff.de lega.1. plura Felin.in c. quæ in eccleſiarum col.4.ſuprà de conſtitutio.Et ideo Petrus Iaco.in libellis ſuis in titu.de actio.in rem , quæ pro re emphyt. dat.circa finem decidit, quòd ius prælationis competens domino directo , vt poſsit rem emphyteoticariam retinere pro ſimili pretio,quia ſibi competit in priuilegium & ratione perſonæ ſuæ non poteſt alteri cedi.

Tertiò declaretis , quando illud ius conſiſteret in excercitio meri facti, vt quòd quis poſsit colligere poma in horto vicini, non poteſt alteri cedi. l.ſi ita ſtipulatus fuerim.in princ.ff.de verb. oblig. l.Pomponius.ff.de ſerui.lega.

Succeſsiuè ex iis quæ Abba. in hoc principio, duo colligere habetis , quod non ſolum Epiſcopus , ſed & quilibet inferior prælatus poteſt diſpenſare cum clerico ſuper reſidentia ad quam tenetur in beneficio , & hoc nedum in beneficiato ſimplici,ſed etiam in rectore parrochiali, dummodo ad tempus,& ex cauſa concedatur diſpenſatio,de hoc autem perpetuò concedi non poteſt, text.eſt in c.ſi.de reſcrip.in 6.vbi Ro.Pont.nõ conſueuit in perpetuũ dare diſpenſationes de nõ reſidendo,imo cõceſſas per prædeceſſores reuocauit.

Difficul



Difficultas conſiſtit ſolum in hoc vtrum ſolus epiſcopus poſsit hoc facere , an verò etiam competat inferioribus prælatis.

De epiſcopo quòd ipſe poſsit,eſt ſatis clarum, quia ipſe habet poteſtatem diſpenſandi in omnibus caſibus,niſi expreſsè diſpenſatio fuerit reſeruata Rom. Pontif.gl.eſt in c.poſtulaſtis.verbo diſpenſatum, & ibi Abb.infrà de cleri.excommuni. glo.in c.pen.& ibi Abb.infrà de pœnis.gl.in c.nuper.circa fi.& ibi plenè Fel.in col.3.infrà de ſenten. excommu.glo.in c.excommunicamus.§.ſanè. verbo apoſtolica ſpirituali,infrà de hæreti.Abba.in c. per tuas.infrà de ſymo.& in cap.2. infrà de eo, qui cogno.conſang.vxo.ſuæ.Specu.in tit.de legato.in 2.parte,aliàs in tit.de diſpẽſa.§.nunc verò. de epiſ. longe poſt medium in verſi. in his igitur.& ſic de epiſcopo nõ eſt tanta difficultas, de aliis verò inferioribus prælatis, vt ſunt Abbates, quantum ad monachos, quantum ad ſubditos, aut alios ſimiles dubium magnum poterat eſſe, quia inferior ab epiſcopo non habet poteſtatem diſpenſandi, niſi ſibi expreſsè à iure concedatur, ita Inn.in c.2. infrà de eo,qui fur.ordi. ſuſ.idem Inno.in c.fin.in vltimis verbis, ſuprà de poſtu.præla.Abba.& poſt eum alij in ca.at ſi clerici. §.de adulteris.colum.7. ſuprà de iudic.

In hoc tamen caſu quantum ad diſpenſationem ſuper reſidentia ad tempus cauſa legitima interueniente concludatis , quòd non ſolum epiſcopus, ſed etiam quilibet prelatus inferior poterit diſpenſare , cum ſuo ſubdito : ita Abba. Anto. Hoſtienſ. Ioan.Andr. Franc.Zab.Petr.de Ancha. Ioan.de Imo.& Abba.ſicu.in c.relatum per illum tex.ſuprà de cler.non reſiden.licet ibi Collec. voluerit contrarium , ſequendo Archid.in cap.2. de priuileg. in 6. eandem concluſionẽ tenuit gloſſ.& ibi Io.And.in Nouel.& docto.in c.licet canon.in glo.pen.de elec.in 6.in ca.cum ex eo.in verbo,epiſcopis. eod.tit. & ſatis probat textus in d.c. relatũ. dum concedit talẽ diſpenſationem prælatis. Appellatione enim prælatorum non ſolum comprehenduntur epiſcopi , ſed & alij inferiores. cap.1. in vlti.verbis,ſuprà de æta.& quali.c.cum in eccleſiarum.& ibi,& latiſsime And.Barbat. Sicu.in primo not.ſuprà de offic.ordin. Collect.autem poſt Archid.dicebat,quòd quantum ad rectorem parrochialẽ ſolus Epiſcopus poterit diſpenſare,quantum verò ad alios beneficiatos reſidebat cũ communi,& mouebatur, quia textus in c.licet canon. in verſi.fi.loquens de diſpenſatione cõcedit illam ordinariis , & ſolus epiſcopus dicitur ordinarius. Ad illud eſt facilis ratio,quia quilibet prælatus inferior dici poteſt ordinarius,vt voluit glo.in c.ordinarij,infrà de offi.ordin.in 6.& in dict.c.cum in eccleſiarum,ſuprà de offi.ordin.

Præterea habebamus legem antiquam in d.c. relatum , quæ concedebat cuicunque prælato facultatem diſpenſandi in non reſidentia,lege noua ſuperueniens,(vt in illo c.licet canon.) ponens caſum in quo quis tenebatur ad reſidentiã perſonalem diebus ſecundum conſuetudinem antiquam conſtitutis , vt qui per legem antiquam poterant diſpenſare poſsint,& in caſu illo,per glo.nota. de cuius materia ibi plenè per Iaſo.in l. ſciendum.in prin.ff.qui ſatiſda. cogan. facit textus in l.1.§. lege Falcidia.ff.ad leg.Falcid.

Tertia cõcluſio eſt,ex dictis Abb.quòd doctor deputatus ad legendum non poteſt per ſubſtitutum legere.arg.l.vnicæ.§.ne autem.C.de cadu.tol. l.inter artifices. ff.de ſolut.l.fideicommiſſa.§.fin.ff. de legat.3. l.ſi non ſortem. §.libertus. ff.de condit. indeb.iſtud idem voluit Spec.in tit.de ſolut.§.fin. ad fi.Io.And.vbi plura in c.qui per alium,infrà de reg.iur.in 6.in mercu. Bart.in l.nemo.& ibi Alex. in apoſtil.ff.de duo.reis Petr.de Bella pertica,Cy. Sali.& Corne.& Bal.in d.§.non autẽ.Bal. & Sali. in l.quiſquis.1.C.de epiſ.& cler.Petr.de Ancha. & Io.de Imol.per illum tex.in c.quia nonnulli,ſuprà de cler.non reſid.latè Henric.Boic.in c.quia nonnulli.col.2.infrà de magiſtris.

Hæc tamen communis concluſio primo limitatur niſi conſuetudo eſſet in contrarium. l.quod ſi not.§.qui aſsidua.ff.de ædil.edic. Bart.in d.l.nemo.Bal.& alij in d.§.nemo autem,nam diſpoſitio ſemper interpretatur ſecundum conſuetudinem, & ſecundum ea,quæ conſueta ſunt fieri.c.cum M. Ferrarenſis, in verbo conſuetudinẽ,ſuprà de conſtitu.plura ad hoc per duas col. more ſuo cumulauit Iaſ.in l.vt liberis.col.2.& 3.C.de coll.

Secundò limitatur, ſi eſſet conſuetudo non ſolum communis , ſed etiam particularis illius doctoris:ita Bart.in d.l.nemo.& ad iſtud facit textus in l.qui cum alio cõtrahit.ff.de reg.iur.intelligẽdo ſane , quando contrahentes cum illo verè informati erant de ſuo conſi.aliàs non.l.ſi is cum quo. verſi.ſi.ff.vt in poſſeſ.lega.ſeu fideicommiſ.

Tertiò limitatur , niſi ſubeſſet neceſsitas infirmitatis,aut alia,vt eſt bonus tex.& ita in ſpecie,in illo tex.not.Petr.de Ancha.in c.1.infrà de celebra. miſſa.intelligatis hoc ſanè,quod poſsit ſubſtituere inquantum durabit neceſsitas,& nõ amplius,quia quando propter neceſsitatem quid permittitur, cenſetur tantummodo conceſſum quantũ durat neceſsitas,& quantum eſt opus,vt ſuccurratur neceſsitati, ita dicit text. in l.Senatuſconſulto. ff. de offic.præſid.in l.1.in fi.ff.de feriis.

Quartò limitatur , niſi adeſſet publica vtilitas. Vt quia doct.deputatus fuit legatus,vel ambatiator pro repub. l.quiſquis.prima.& l.ad ſimilitudinem.C.de epiſc. & cler. & ita Felin.poſt alios tradit in d.§.ne autem.

Quintò limitetis, niſi ita fuiſſet conuentum.c. fi.verſi.1.ſuprà de offi.deleg. quia ex conuentione contractus legem accipit.l.legem.C.de pact.in his autem caſibus,in quibus permittitur per ſubſtitutum poſſe legere,debet deputari idoneus.d.l.quiſquis.& ibi Bal.& alij Roma.ſing.663.ille cuius.

Sextò fallit,niſi vellet legere per filium.l.ſciendum.& l.filius.ff.de lega.Roma.ſingul.663.addidi ad d.l.ſciendum.

Quarta eſt concluſio ex dictis Abba. quòd ſacerdos malus,& improbus conficit ſacramentum euchariſtiæ prout & bonus. c. multi. c. dictum.c. non nocet.c.ſi fuerit.1.q.1. Et quantum ad hoc dicatis, quod circa ea, quæ concernunt officium ſacerdotale , vt miniſtrare ſacramenta , impius poteſt illa exercere prout & bonus. text. in cap.veſtra,& ibi per omnes,ſuprà de cohabi.cler.& mu-

lie. Iſtud etiam eſt de mente theologorum in 4. ſentent.diſtinct.14. quia presbyter non eſt ille,qui agit,ſed ſpiritus ſanctus diciturtantummodo miniſter & executor. Quantũ verò ad alia,quæ non concernunt officium ſuum, ( vt ſtatim dicemus) actus boni presbyteri eſt maioris momenti, quàm actus mali, & de iis etiam tradit Abbas in rubric. col.2.ſuprà de vita & honeſt.cleric.

Quinta eſt cõcluſio,quòd pœnitẽtia data à clerico presbytero perito eſt maioris efficaciæ,quantũ ad remiſsionẽ pœnæ debitę pro peccato,quàm peccatum pœnitentia data ab illiterato.gl.ordi.& not.in c.mẽſuram.de pœnit.diſt.1. ſecundũ quam concludatis, quòd quãdo quis ſcienter, & dolosè accedit ad presbyterũ imperitũ,& illiteratũ, ſi detur ab eo pœnitentia non condigna, non erit tutus quin teneatur in alio ſæculo complere pœnitentiam. Si verò ad literatũ acceſsit, vel ignoranter ad illiteratum quem credebat peritũ cum voluntate & popoſito acceptandi, & cõplendi maiorem pœnitentiam,ſi ſibi daretur:eo caſu erit tutus,& ita cum illa gl. voluit Abbas. & ibi alij in c. Deus qui.de pœnit.& remiſſ.

Vltimò voluit hîc Abbas quod oratio boni,& iuſti ſit melior, & magis meritoria,quàm impij.c. ipſi ſacerdotes.1.q.1.imò gl.voluit quod oratio impij dicatur potius nocere, quàm prodeſſe: de quibus etiã Abb.in rub.col.2.ſuprà de vita & honeſt. cler.& in d.c. Deus qui. Et circa hoc,ex mente S. Tho.2.2.q.83.in 16.ar,in deciſione dubij,quod aut peccator orat pro ſe, aut pro alio : ſi quidẽ pro ſe, aut orat tanquã peccator, hoc eſt, quia non petit niſi bona tẽporalia, & hoc caſu nocet ſibi oratio, quia prouocat irã Dei contra ipſum ; ſi verò petit iuſta, veluti quæ ſunt neceſſaria ad ſalutẽ animæ, licet de iuſtitia diuina, cum non ſit in gratia tanquã peccator nõ mereatur,tamen de miſericordia diuina exaudietur eius oratio. Sin autem orat pro alio, tunc debemus in oratione duo conſiderare, effectũ,ſcilicet orationis(& illum habet etiã oratio à malo prolata,)aut conſideramus effectũ operantis & orantis, & tunc non erit eiuſdem virtutis à malo prout à bono,& ita etiã poſt Diuum Thomam ſequitur Præpoſit.Medio,in c.1.49.diſtin.

Notetis ſecundò ex iſto text.ſecundũ Hoſt. Io. And.Petr.de Ancha. Franc.3.Io.de Imo.& Abba. hîc quod beneficiatus tenetur deſeruire in beneficio in ordine ſecundũ qualitatẽ beneficij.Ita quod ſi beneficium requirat ordinem presbyteratus,debet in ſacerdotio deſeruire, ſi ordinem diaconatus, ſubdiaconatus aut alium, in eo debet eſſe ordinatus & promotus. Et ad cognoſcendũ qualis ordo requiritur in beneficio,dicunt & concludũt, quòd Decanus,Prępoſitus,Archipresbyter,& Rector parrochialis ſeu Curatus debent eſſe in presbyteratus ordine,archidiaconus in diaconatu.c.1. ſuprà de æta.& qualit. epiſcopus in ſubdiaconatu. c.à multis.c.intelleximus.eo.tit.Canonicus ad hoc vt habeat vocẽ in cap.debet eſſe in ſubdiaconatu. cle.2.de ætate & qualit.quia debet eſſe ſimilis qualitas inter eligẽtes,& electũ propter conſtitutionẽ, quæ etiã ſimilis eſſe debet.c.1.in fi.ſuprà de poſtul. præla. c.transmiſſum. ſuprà de electio. Epiſcopus autem debet eſſe ſubdiaconus. idem etiam dicen-

*Quis ordo requiratur in quolibet beneficio.*

dum eſt,de canonicis illũ eligentibus. Circa quã materiã habetis primò aduertere ex eo, quòd ſolemus dicere nouẽ eſſe ordines.c.cleros.20. diſtin. & traditur plenè per Cardi.in c.cũ contingat, ſuprà de æta. & qualit. inter quos enumeratur Pſalmiſta, hoc eſt prima tonſura, ſeu clericatus : licet theologi in 4.ſent.diſt. 24. non ponãt niſi ſeptem ordines,dicentes priuam tonſurã eſſe tantummodo initiũ ſeu ianua ordinum, & ordinem epiſcopatus eſſe propriè officium,quòd ad obtinendum quodcunque beneficiũ etiam minimum requiratur clericatus,& prima tonſura,quia laici ſunt incapaces beneficiorum.c.2. vbi Io.And.Inno.& alij omnes,infrà de inſtit.nec ſufficit aliquem in habitu, & tonſura clericalibus incedere,cum voluntate,quamprimũ accipiendi primam tonſuram ſeu clericatum. Talis enim eſt incapax ad obtinendũ beneficium, & impetratio per eũ facta erit inualida.gl.eſt not.in c.ex literis.in gl.fi. ſuprà de trãſac. Io.And.Abb.Felin.& Deci.in cum adeo.ſuprà de reſcrip.& ibi Barba.licet D.de Rot. voluerint contrarium in deciſ.312.in antiq. quod nota pro actu practico. Quantũ verò ad alios ordines niſi conſuetudo loci requirat certũ ordinem, (quæ in hoc eſt attendenda,vt eſt glo.no.in c.1.60.diſt.)vel niſi ille,qui fundauit, & erexit beneficiũ requirat certum ordinem, vt videmus in multis teſtatoribus fundantibus quaſdã capellas,diſponentibus quod non conferantur niſi presbyteris,vel non præſententur niſi presbyteris,quo caſu requiritur ille ordo ſtatutus in fundatione, vel erectione beneficij, vt per Abb.(in c.dudum 1.col.pen.de elect.) latiſſimè,vbi plures remiſsiones per vnã bonam colo. ponit Roch.de Curt.in trac.iuris patro.verbo honorificum,in 4.q.ad fi. in aliis autem caſibus. ſufficit prima tonſuta, nec requiritur aliquis ordo ſacerd. niſi in caſibus, ſuprà mentionatis, de quibus in dict.cap.1.de æta.& qualit. & in cap.1.cum ſequen.text.diſtinct. Abb.in cap. cum in cunctis. §.inferiora.& ibi alij ſuprà de elect.in cap.dudum 1.ad finem eodem tit.

*Nouẽ ſunt ordines ſecũdum canoniſtas & 7. ſecũdum Theologos.*

Succeſsiue ex dictis Abb. ſecundo habetis colligere quod licet quis debeat deſeruire in beneficio in ordine ſecundum qualitatem beneficij,non tamen requiritur neceſſariò quod tempore collationis & promotionis beneficij habeat illum ordinem, ſufficit quod poſt collationem factam, quàm citius poterit conſequatur talem ordinem. l.ſi pro clerico.de præben.in 6.cap.licet canon. de elect. in 6. & circa iſtud ex mente Abba. in cap. dudum 1.col.pen. ſuprà de elect. vbi Cardi, Zab. latiſsime tradit Ioan.de Imo.in cap. fi. col.3. infrà eod.Card.in cap.nobis. §.cæterum. in fin. verbis. infrà de iure patro.aliquid Ludo.Rom. in conſil. 325.circa primum in prin.quod aut diſpoſitio iuris,ſtatutum,priuilegium,erectio ſeu fundatio vel cõſuetudo requirit in beneficio certum ordinem actualiter, vt quia dicitur quod beneficium non conferatur niſi presbytero,& tunc requitur quod tempore prouiſionis habeat ordinem.cap. nemo deinceps. de elect. in 6. vbi eccleſia parrochialis non poteſt dari in commendam niſi presbytero. & ita Domin. in cap. ſi eo tempore, de reſcriptis in ſexto. Zab. in conſilio 69. caſus talis eſt.

Abb.&



Abbas & alij in dict.cap. dudum. Aut verò ſtatutum, priuilegium, vel conſuetudo ſeu ius à nemine non requirunt ordinem actualiter, ſed potentialiter ſeu aptitudine,vt quia dicitur quod beneficiatus ſit ſacerdos,quod curatus debet eſſe ſacerdos, non requiritur tunc tempore collationis, vt habeat talem ordinem : ſufficiat ſolum prima tonſura per tex.in cap.2. de inſtit. & iſtud intelligatis etiam in eccleſia parochiali qualitercunque fiat prouiſio ſiue per collationem, vt eſt tex. in c. licet canon. & in c. cum ex eo.& in c.ſtatutum de elect.in 6.vbi iura requirunt tantũmodo quod infra aliũ poſtea promoueatur ſiue per inſtitutionẽ, vt eſt tex.in c.2.de inſti.in 6.ſiue per impetrationẽ à Rom.Pont.vt eſt text.in c.ſi pro clericis.de præben.in 6.ſiue per electionem,in hoc tamen Ioan. And.in glo.in d.c.licet.& in d. cap. cum ex eo.de elect. in 6. voluit quòd ſi quis eligatur ad eccleſiam parrochialem tempore electionis debet ſaltem eſſe ſubdiaconus,per tex.in c.præterea. ſuprà de æta.& quali. Tamen in contrarium eſt magis communis opinio vt dicit Abb.& Zab.in d. cap. dudum. idem Card. Zab. in d.cap. præterea.late Dom.in d.c.licet canon.in princ.col.fi. not. ex illis iuribus poſitis in rub.de elect.in 6. quia in dubio debent intelligi de materia rubr. ſub qua ſituantur l.imperatores. ff. de in diẽ adiec.cum ponantur in tit.de elect. debent etiam intelligi ſi per electionem prouideatur : imo videmus quod in impetrationibus non requiritur quod tempore illo habeat ordinem. d.cap. ſi pro clericis. tamen impetrationes ſunt odioſæ. c.quamuis.primo, de præben. in 6. electiones fundatæ de iure cõmuni. c.1.ſuprà de elect.multo ergo fortius debemus dicere in electione quàm in impetratione. arg. authen.multo magis.C.de ſacroſanct.eccle.

Aduertatis tamen quod licet non teneatur habere ordinem tempore collationis, debet tamen eſſe ætatis legitimæ ſecundum ordinem requiſitum,vt ſi conferatur eccleſia parrochialis quæ requirit ordinem presbyteratus,debet eſſe ætatis requiſitæ ad ordinem presbyteratus,vt eſt tex. no.in c.ſi eo tempore.de reſcrip.in 6.& ibi plene Archi. Præpo. Do.& Franc.

*Aetas ordinandorũ.*

Quæ autem ætas requiratur in ordinibus, dicatis quod ad primam tonſuram ſufficit ætas ſeptem annorum.cap.nullus.de tempo. ord.in 6.in aliis quatuor minoribus videlicet Hoſtiario, Lectori,Exorciſtæ & Acolyto à ſeptimo anno completo. ſuprà quandocunq; poteſt quis promoueri. glo.eſt ordina. 77. diſt. in ſumma in ordine ſubdiaconatus requiruntur 18.anni,in diaconatu 20. in presbyteratu 25.clę.fi.de æta. & qualita.in epiſcopatu 30.c.cum in cunctis.§.inferiora.& ſi vultis ſcire quæ ætas ſit neceſſaria pro quolibet beneficio,videatis plene Abb in c.ſuper inordinata(vbi de quolibet beneficio loquitur)infrà eod.tit. Do. in c.ſi eo tempore.col.pen. & fin. de reſcript.in 6. Card.Zab.in cap. cum contingat ſuprà de æta.& qualitate.

Et ſi forte quis diceret,quę eſt ratio quod tempore prouiſionis requiritur ætas, non tamen requiritur ordo neceſſarius, dicatis ideo eam requiri,quia beneficia non debent conferri niſi præditis ſcientia, moribus & ætate.c.cum in cunctis. de elect.conferuntur tamen non habenti ordines: imò requiritur, vt aliquis promoueatur ad ordines quod habeat beneficium.cap.cum ſecundum Apoſtolum ſuprà eodem.

Si vultis ſcire quando eædem quęſtio.de ætate agitantur, vtrum beneficiatus tempore prouiſionis legitimam habuerit ætatem vel non, quis teneatur illud probare,dicatis quod ille qui ſe fundat ſuper ætate vel opponendo vel excipiendo,& iſtud eſt de mente Do.in d.cap.ſi eo tempore.pro qua deciſione, eſt bonus textus in l. ſi minorem. C.de in integ.reſtit.mino.vbi Paulus de Caſt. facit hanc regulam, quod quando aliquis fundat ſe ſuper ætate,vel agendo,vel excipiendo tenetur illam probare,& ad hoc eſt bona concluſio Bartoli communiter approbata in l.in illa.prima,per illũ textum. ff. de verbo.oblig. quod quando aliqua qualitas eſt fundamentum alicuius, etiam ſi eſſet negatiua,ille debet talem qualitatem probare. Et ideo in ſimili dicunt D. de Rota deciſio. 254. in antiq.quod opponens ætatem debet eam probare punctualiter. l.cum de ætate. ff.de probat. de hoc vide Fel.in cap.dudum.nu.2.3. & 4. de præſump. ſuprà.Facit etiam quod decidũt Domini de Rot. in deciſio.80.in antiq. quod licet in impetratione beneficij quis teneatur exprimere valorem beneficij,non tamen tenetur poſtea de illo probare,ita licet tempore prouiſionis requiratur ætas legitima,non tamen tenebitur de ea probare.

Tertiò ex hoc notab. Abba. habetis colligere quod Cardinalis ad minus debet eſſe in ordine diaconatus,vt dicit Hoſtien. in cap.2.ſuprà de officio Archipresbyt. & circa hoc aduertere debetis quod quemadmodũ in eccleſia triumphanti ſunt tres ordines Hierarchiarum, ita & in eccleſia militanti eorum,qui ſunt ad latus Vicarij Chriſti,vt ſunt Cardinales,& tres ſunt gradus:alii ſunt Cardinales epiſcopi, & iſti ſunt ſeptẽ:Epiſcopus Hoſtienſis,Portienſis, Arbanenſis, Sabinenſis,Præneſtinus,ſanctæ Rufinę & Tuſculanus,& hi ſunt aſſidentes (hoc eſt in ſolennitatibus debent ſedere ad latus Pon. in cathedris, & nominationes eorũ fiunt ſine titulo, vt cum dicitur, à Dei gratia Hoſtienſis epiſcopus Cardinalis, alij ſunt presbyteri Cardinales,& ſunt in numero 28. & dicuntur aſſiſtentes : quorum officium eſt aſsiſtere in ſolennitatibus ſibi ſeruiendo,miniſtrando calicem, & alia neceſſaria in celebratione ſolẽnitatis:& ij denominãtur cum titulo,videlicet,à Dei gratia tituli Sanctę Marię maioris Cardinalis presbyter:alij ſunt diaconi & ſunt numero 16. qui dicuntur inſiſtentes, quorum officium eſt miniſtrare indumenta Rom.Pontif.quando vult accedere ad ſolennitatem, & ij denominantur ſine titulo,videlicet, à Sancti Stephani in Eliomonte diaconus, Cardinalis. De his omnibus latiſsime (vbi quilibet titulus Cardinalium enumeratur) poſuit Aluerotus in titu.epiſcopum vel Abbatem in col. 6.& ſeq.in vſib.feud.& ſic videtis quod ad minus debet Cardinalis eſſe diaconus, & ſunt 51. Cardinales.

Quartò habetis colligere quod epiſcopus poteſt cogere canonicum vt ſuſcipiat ordinem ſub-

diaconatus quando imminet neceſsitas vel vtilitas eccleſiæ, vt quia pauci ſunt canonici in capitulo ad regendum ſtatum eccleſiæ, & non poteſt ingredi ſine illo ordine, vt dicit tex.in clem.vt hi qui.infrà de æta. & quali.iſtud.communiter ſequũtur doct.in d.clem.2.& ad hoc facit quod traditur per omnes in cap.fin. ſuprà de cle. non reſiden. quod licet in pluribus caſibus quis non teneatur reſidere in beneficio, de quibus videbimus infrà poſt Abb.tamen propter neceſsitatem, vel vtilitatem eccleſię quis poterit cogi ad reſidẽtiam faciẽdam, aliàs priuari beneficio.Sed (prohdolor) hæc male obſeruantur temporibus noſtris, quia vt inquit Hoſtienſis in cap. 2. de officio Archipresbyt.canonici eccleſiarum, quantum ad honores, poteſtatẽ & dominia, vſque ad vnguem & vltra obſeruant iura ſibi conceſſa, ſed quantum ad ſeruitium, ordines & labores in capitulo pro eccleſia ſumendos, ſunt tanquam teſtudines & cancri.

Nota tertio, ſecundum Abb. hîc in lectura, & cum quartum. in repe.quod eccleſia parrochialis poteſt vniri præbendæ, & ſic maius dignum accedit minus digno. nec habet locum tunc regula, quod magis dignũ trahat ad ſe minus dignũ, quãdo vnũ venit acceſſorie ad aliud, vt probat text. in §.ſi tamen alienam purpuram.inſtit. de rer. diuiſio.cle.per literas de præbẽ.quãdo verò quodlibet eſſet æque principale mixtum ex pluribus, debet à digniori nominari, & ideo infert quod vniuerſitas in qua ſunt ſcholares clerici & ſcholares laici dicetur eccleſiaſtica, & debet habere rectorem clericum.& ita intelligitur text.in c.ex literis de iure patro. vbi ius patronatus quod eſt ſpirituale, accedit vniuerſitati temporali, & hoc caſu quando eccleſia curata vnitur præbendæ, attenditur qualitas præbendæ & non eccleſię parrochialis, ita quod non impedietur obtinens præbẽdam conſequi aliud curatum etiam ſine diſpenſatione. cap. ſuper eo. de præben. in 6. ex quibus habetis primam concluſionem elicere quod non ſemper magis dignum trahit ad ſe minus dignum quando magis dignum venit acceſſorie, & ita etiam notat Domi.in d. cap.ſuper eo. & de hoc Abbas (vbi alij omnes) in c. quod in dubiis.infrà de conſecra.eccle.vel alta.& probat text.in l.in immodicis.ff.de contrahen.emp. & vend. & in l.ſi mercedem.§.ſi eum fundum.ff.de actio.emp.

Secunda eſt concluſio quod mixtum ex pluribus in quibus vnum nõ venit acceſſorie ad aliud, æque principaliter debet denominari à digniori, iſtud idem voluit Bald.in authen.habita.col. pen. C.ne filius pro pat.Bart.in l.fi.circa medium.ff. de colla.illi.Abb.in cap.1. infrà de commo. Bart.in l. cum Senatus.ff.de reb. dub. Et ex hoc ibi Socin. refert ad quæſt.quotidianam. Si duo commiſerũt homicidium, quorum vnus eſt clericus & alter eſt laicus, propter communionem delicti iudex eccleſiaſticus coram quo clericus deberet conueniri, cognoſcet eorum vtrumque, & hæc deciſio eſt nota. ad ſaluandum aliquem ne ſuſpendatur, de qua plura cumulauit Hippoly. in ſuis ſing.numero 180. & ad hanc deciſionem & præmiſſam cõcluſionem ſolet allegari bonus tex.in l.ſi communem.ff.quemadmodum ſeruitus, de quo plura Feli. in cap.1.col.2.& ſeq.ſup. de præſcrip.Iaſ.in l.ſi emancipati. col.3.& ſeq.C.de colla.

Tertia eſt concluſio quod eccleſia parrochialis poteſt vniri ſimplici præbendæ, & circa hoc quia vnio præbendarum ſeu beneficiorum quotidie contingit: aduertatis primo quibus competit facultas vniendi beneficia. Nã altero de tribus modis quis dicitur talem facultatem habere: vel ex iure communi, vel ex priuilegio & conceſsione Papali, vel ex præſcriptione, de cuius initio non eſt memoria in cõtrarium, ita dicũt domi.de Ro. in deciſio.205.& deciſione 375.in antiquis. tradũt doct.in cap. expoſuiſti. infrà eodem. in cap. ſicut vnire.infrà de exceſ.præla.in clem.ne in agro.§.ad hæc poſt glo.ibi.de ſta.mona. in clemen.vnica de rer.permut.

De iure autem communi quis dicatur habere talem facultatem, dicatis quod Rom. Pontif. & etiã epiſcopus in beneficiis quæ ſunt in ſua diœceſi, vt expreſſe dicit tex.in d.cap. ſicut vnire.& ibi Abb.poſt alios in d.cap.expoſuiſti. & in d. clem.ſi vna.de reb. eccle.non alie. Nullus autem inferior epiſcopo à iure habet talem poteſtatem, nam tex. in d.cap. ſicut vnire.loquitur de Abbate cui non eſt permiſſum.illud idem dicit text.in clem.ne in agro.§.ad hæc.de epiſcopo.ratio eſt euidens, quia ad ipſum ſpectat diſpoſitio & prouiſio omnium beneficiorum exiſtentium in ſua diœceſi. ca.omnes baſilicæ.16.quæſt.7.c.regenda.10. quæſt.1.cap. pro illorum.hoc eodem tit.ſuprà cap. quia diuerſitatem. infrà de conceſſ.præbendæ.c. conquerente.ſuprà de offi.ord.legatus autem ex eo quod habet poteſtatem ordinariam & iuriſdictionẽ epiſcopalem.cap.1.& cap.2.de offic.lega. in 6. poterit ſimiliter vnire vnum beneficium alteri, & ita volunt Domi.de Rota in deciſio.58.& deciſio.118. in nouis.& in 459. in antiq. Alius vero non habet poteſtatem de iure communi: dicimus etiã quod ex priuilegio illud poteſt competere, & ita voluit glo.in d.clem.ne in agro.§. ad hæc, verbo ordinarios, & ibi Io.de Imo.& Zaba. late tradunt.quãdo autem aliquis acquiſiuit ex præſcriptione tanti temporis de cuius initio non eſt memoria, non eſt dubium tale tempus, poſſe concedere talem facultatem, quia illud tẽpus tantum operatur quantũ titulus vel priuilegiũ.l.hæc iure.§.ductus aquę. ff.de aqua quoti.& æſti.c.ſuper quibuſdam.§.præterea.infrà de verbo. ſignific. & per illud tempus acquiruntur ea quæ aliàs ſui natura ſunt impræſcriptibilia.cap.1.ad fin.de pręſcrip.in 6.& tantum poteſt illud tempus quantum imperator, hoc eſt poſſunt acquiri ea quæ reſeruata ſunt imperatori.ita Dom.And.de Iſer.in cap. vnico.col.2.in tit. quę ſunt regalia.in vſib.feud.& alia plura ad iſtud cumulauit Iaſ.in repe.l. quominus. col.8.de flu.ff.

Secundò poſſetis quærere ex qua cauſa debeat aut poſsit fieri vnio beneficiorum, reſponde quod propter vtilitatem, vel neceſsitatem, eccleſiæ vtilitatem: vt quia forte reditus cuiuſlibet beneficij ſunt adeo tenues quod nõ reperitur qui velit illa acceptare ex cauſa neceſsitatis, vt puta, quia ſi reperiantur aliqui, non tamẽ viri literati & periti.& ita declarãt Hoſtien.Innoc.Ioan. And. & alij



alij poſt eos in d. cap. expoſuiſti infrà. eod. Card. Zab.in d.cle.ſi vna. de reb.eccle.non alie.Et ſi cauſa fuerit inſerta in vnione, erat tamen falſa, vtrum ex hoc reddatur vnio inualida? glo.(quod magis communiter doct.ſequuntur) in cap.1. de in integ. reſtit.ſuprà videtur velle, quod ſi cauſa fuerit falſa non valeat, in contrarium voluit glo.12. quæſt. 2. in ſumma.& in c. ſine exceptione. quam ſequuntur Dom.de Rota in deciſio.168.& ſeq. & deciſi. 511.in antiq. & mouentur hoc fundamento potiſſimo, quia vnio beneficiorum dicatur quędam donatio, & ſic eſt diſpoſitio ſtricti iuris.l.eum qui. ff. de donatio, ſed quando in contractibus ſtricti iuris dolus vel falſa cauſa dedit cauſam contractui, non eſt ab initio nullus, ſed debet per ſententiam reſcindi. l. dolo. C. de inutilibus ſtipula. l. ſi quis cum aliter.ff.de verbo.oblig.& iſtud etiam probat tex.in l.eleganter. ff. de dolo. & Bartolus aliquid tradit in l.1.§. ſi vno. ff. de acquirend. poſſeſſ. vbi quęrit vtrum ex inutili contractu transferatur dominium.

Tertiò poſſet quæri quæ ſolennitas debeat obſeruari in vnione beneficiorum, dicatis, quod ſi fiat ab epiſcopo debet interuenire conſenſus capituli ſui.cle.ſi vna.de reb.eccle.nõ alien.non tamen requiritur ille contractus qui interuenire debet in alienatione rei eccleſiaſticæ.ita Dom.de Rota deciſio.116.in antiq.nam tex.in d.clem. ſi vna.ſolum requirit conſenſum capituli: ſi voluiſſet requirere contractum illum expreſsiſſet prout fecit in cle.1. & ideo noluit illud requiri.arg. textus in l. vnica. §.ſed nec ad deficientis. verſic. fin.in §.vbi autem. C.de cadu.tollen.& in hac vnione etiam ſi fieret à Roma.Pontif. non requiritur quod fiat mentio aliorum bonorum quæ habet beneficiũ, ad quod fuit facta vnio. Ita in ſpecie dicunt Domini de Rota.deciſio.169.& 442.in antiq.bene verum eſt, quod requiritur conſenſus patroni ſi illud beneficium erat de iure patronatus, vel electoris, ſi ſpectabat ad electionem aliquorum inferiorum. Aut ſi ſpectat ad omnimodam prouiſionem alicuius Abbatis aut alterius prælati, epiſcopus illis nõ vocatis non poterit facere vnionem, vt dicit tex. ſæpe allega.in clemen.in agro.§. ad hæc. de ſta.mona.Card.Zab.in d.cle.fin.in 3. oppo.de reb. eccle. non alie. & ratio eſt, quia in omni actu in quo quis prætendit ius ſiue principaliter ſiue ſecundario, debet vocari.l.de vnoquoque. ff. de re iud. & l.nam & ita.ff.de adop.plura Iaſ.poſt Bart. in l. decem.ff.de verbor. oblig. traditur etiam in cap.1. ſuprà de iureiur. Verũ eſt quod beneficiatus qui poſsidet beneficium de quo fit vnio, non debet neceſſario vocari, quia nullum prætendit præiudicium, ex quo quandiu viuet obtinebit beneficium: & vnio incipiet habere effectum poſt mortem ſuam, ita dicit Cardi.in dicta cle.ſi vna.

Quartò poſſet quæri ſi beneficia reſeruata poſſunt vniri, & quando quis habet ſpectatiuã ſuper primo beneficio vacaturo, an poterit acceptare beneficium quod fuit vnitum poſt datam ſpectationem? reſponde ex mente doctorum poſt l.fi. in cle.ſi.de reſcrip.quod ſi per ſpectantiuam non fuerit expreſſe affectum beneficium, vel non fuerit facta reſeruatio de illo, poterit fieri vnio, nec ſpectans poteſt illud acceptare, quia acceptatio non fit niſi de beneficio vacante: ſed quando beneficiũ vnitur, dicitur ſuppreſſum, nec vacat.c.cum acceſſiſſent ſuprà de conſtit. Si verò fuerit facta reſeruatio (vt quia Rom. Pontif.reſeruauerat collationi ſuę tale beneficium) licet non impediatur vnio: effectus ipſius ſuſpẽdetur donec ille cui data erat ſpectatiua mortuus fuerit, aut aliàs priuatus beneficio, & ita Domini de Rota deciſione 160.& deciſio.253.& deciſio.659.in antiq.& fuit de mente Io.And.in addi.ad Spe.in tit.de præl.in rub.

Quarta concluſio eſt ex dictis Abb.quod quando duo beneficia ſunt inuicem vnita, attenditur tantummodo qualitas principalis beneficij, non autem beneficij annexi, ita quod quis ſine diſpenſatione poterit obtinere plura beneficia curata, vt quia prius obtinebat vnam præbendam cui fuerat annexa eccleſia parrochialis ex quo præbenda (cuius qualitas ſolum conſideratur) non eſt incomparabilis, poterit aliud curatum ſine diſpenſatione obtinere, & ita dicunt hîc Hoſti. & Imo. & de hoc text.habemus hodie in cap.ſuper eo.de præb.in 6. quod eſt notandum pro limitatione c. de multa.ſuprà eodem, & ibi Pet.de Ancha. & de hoc eſt bona glo.in cle.1.in verbo alteri, & in cle. per literas, in verbo eccleſias. de præb.vbi illa glo. declarat & latius Card. & Ioan.de Imo. quando vnum beneficium eſt annexum acceſſorie alteri: ſi vero æque principaliter annexa eſſent (quia qualitas cuiuſlibet eſt attendenda, vt voluit glo. ord. in cap.1.in gl.mag.infrà ne ſede vacante. & alia ſimilis glo.in c. & temporis qualitas.16.quæſt.1.) ſi alterum illorum annexorum eſſet curatum vel incompatibile, impediret aſſequutionem alterius ſimilis ſine diſpenſatione, & quando non apparet vtrum acceſſorie vnum ſit annexum alteri vel æque principaliter, dicendum, eſt quod ſi vnum ſit dignius altero minus dignum cenſetur acceſſorium.arg.c.quod in dubiis.infrà de conſe. eccle. vel altar.c.vniri.eodem tit.in 6.ſi vero vnum non ſit dignius altero, in dubio dicendum eſt æque principaliter vnita eſſe.& iſta not. pro declara.huius text. vt habeat locum quando expreſſe appareret quod vnum beneficium eſt annexum acceſſorie alteri.

Notetur quarto ſecundũ Abb.hîc quod quando duo beneficia ſunt ſic vnita quod vnum ſit acceſſorium alteri: reſidentia debet fieri in maiori & principali eccleſia, & ex hoc vos habetis inferre quod licet clericus dicatur habere domicilium in beneficio c.ex ore.de priui. infrà glo. in c.cum nullus. de tempo. ord. in 6.hoc tamen caſu non dicetur domicilium habere niſi in maiori eccleſia, in qua reſidere tenetur.ita in ſpecie Feli. per iſtum tex.in c.dilectus.2.in fin.1.col.5. de reſcript. quia domicilium quantum ad beneficia dicitur eſſe in loco in quo fit reſidentia, vt ibi plene poſt alios, & ex hoc infert hîc ſecundò Abb. limitationem ad glo.ordina. in cap. non poteſt de præben.in 6. quæ voluit ſi quis habeat plura beneficia, eſt in electione ſua reſidere in quo voluerit, de qua gloſſ.ad illud propoſitum, idem Abb.in c. quia in tantum.col.2.ſuprà eod. Card. in cle. 1.in prin.verſi.nono quæro de pręben.& in conſi.246.

de iure

de iure communi. Felin.in c.poſtulaſti nume. 10. ſuprà de reſcrip.tamen ſi vnum beneficium ſit dignius altero,non erit in electione beneficiati, ſed in digniori tenebitur reſidentiã facere & ita etiam voluit Do.in d.c.non poteſt.col.2.

Circa tamen iſtud poſſemus dicere quando quis habet plura beneficia in quo reſidere debeat, aut vnum dependet acceſſorie ab altero, & tenetur reſidere in maiori per text. hîc & per ea quæ diximus in præcedenti no. ad fin.aut vnum non dependet ab altero & tunc debemus prius inquirere conſuetudinem, vel ſtatuta illarum eccleſiarum,& ſecundum tenorem debet reſidentiam facere,& ita dicit glo.in d.cap.quia in tantum.ſuprà eod.ſi vero poteſt vtrique commodè deſeruire,vt quia in eadem ciuitate habet præbendam in eccleſia cathedrali, & præbendam in eccleſia collegiata in capitulis ad quæ poteſt commodè accedere ex eo fortè quòd eodem die non congregatur capitulum, vtrique debet deſeruire, & iſtud eſt de mente glo.in d.c.non poteſt in d. cap. quia in tãtum.& Inno. in c.cum iamdudum. ſuprà eodem,ſi vero vtrique commodè deſeruire non poteſt & in altera eccleſia pro vtilitate vel neceſsitate ipſius requiratur eius pręſentia neceſſario tenebitur in illa deſeruire & poterit cogi ad id faciendum,aliàs priuari beneficio, ita Hoſtien.Inno.Io. And.& cæteri in c.fin. ſuprà de cleri.non reſiden. dum concludunt quod in caſibus in quibus quis non tenetur reſidere:ſi tamen eccleſia indigeat poterit ad hoc cogi vel beneficio priuari, ſinautem eccleſia non indigeat ſua præſentia,vel forte vtraque eccleſia indigeat, tunc tenebitur in digniori eccleſia deſeruire.arg.tex.in cap.Iulianus.in c.qui reſiſtit.11.quæſt.3.ſi vero vnum non ſit dignius altero,poſſet dici quod in primo beneficio teneatur reſidere arg.tex. in l. in operis. ff. locati & eorum quæ ponuntur per glo.in l.ciues.C. de incolis.lib. 10.& in l.1.C.de municip.& orig.eod. lib.C.quod quando aliquis habebat domicilium in duabus ciuitatibus & fuit vocatus ab vtraque,tenetur deſeruire in ciuitate originis, aliàs in ea in qua primo incolatum habuit.

Tertiò voluit Abb. in hoc no. quod quando quis vocatus fuit à duobus iudicibus, vel à dominis,tenetur accedere ad maiorem, vt dicit glo. in cap.peruenit.18.diſtinct.de quo per Bar.in l.2.§.fi. ff.de cuſt.reorum.plura Ludo.Roma.in conſi.47. non in neceſſariis, & iſtud intelligendum eſt, vt dicit Prępoſitus poſt Cardina. in c. qui reſiſtit.11. q.3 .quando poteſtas inferioris dependet ab ipſo ſuperiore,ſecus ſi inferior non habuerit poteſtatẽ ab eo qui erat ſibi ſuperior, ſed ipſi ambo habẽt ab alio,vt cum Archiepiſcopus & epiſcopus, vel epiſcopus & Abbas illo caſu immediate debet obedire,& ita intelligatur in d.c.qui reſiſtit.

Notetis vero ſecundum Abb. hîc poſt alios quando aliquod beneficium eſt vnitum alteri,debet in beneficio vnito deſeruire, vicarius perpetuus conſtitui,ab epiſcopo inſtitui,& ordinari,nõ remouibilis ad nutum cap. ad hæc. ſuprà de offi. vica.dequo habetur in clem.vnica,eodem tit.in c. perpetuus.ſuprà de fide inſtrumentorum. alij vero qui propter abſentiam beneficiati ex aliqua iuſta cauſa deputãtur per certum tempus ad ſeruitium eccleſiæ, dicuntur temporales vicarij, qui conſtituuntur mera voluntate, nec requiritur inſtituto epiſcopi,poſſunt remoueri quãdocumque. cap.cum ex eo.de elect.in 6.cap.peruenit 2.de appella.ſuprà.

Ex quibus dictis Abbat. habetis elicere ſeptem concluſiones, prima eſt quod licet fructus alicuius beneficij deputentur alteri beneficio,intelligitur tamen deducto ſeruitio, & deductis impenſis neceſſariis,& ad hoc eſt bonus tex.in cap.præſenti.ad fin.de offi.ord.in 6. vbi licet Epiſcopus, Abbas vel alius prælatus ex priuilegio,vel conſuetudine mortuo beneficiato poſsit percipere fructus beneficij,qui aliàs reſeruabantur de iure ſucceſſori,debet tamen relinquere quantum erit neceſſarium pro ſeruitio vſque ad nouos fructus, idem voluit glo.in c.ſi tibi conceſſo.de præb.in 6.quod ſi alicui pro ſoluendis debitis reſeruentur fructus pro vno, vel duobus annis, beneficiorum vacaturorum in diœceſi,intelligitur detractis neceſſariis pro ſeruitio beneficij,& idem habetur in cap.ſi propter debita.de reſcrip.in 6.debemus etiã dicere quod fructus dicuntur deducta impenſa.l. fructus.vbi glo.Bar.& alij.ff.ſolu.matrimonio, intelligatis tamen iſtud quando fieret mentio de fructibus ſimpliciter,ſecus ſi iungeretur terminus quotatiuus, vt puta tertia pars fructuum, quarta pars fructuum aut alius ſimilis,illo caſu intelligeretur de integris fructibus non facta deductione impenſarum.c.tua nobis.c.paſtoralis. infrà de decim.vbi decima quæ percipitur de fructibus, accipitur integraliter non facta deductione, ſeminis nec impenſarum, & ideo in d.cap. paſtoralis. Hoſtien.Inno.Ioand.And.& Abb.decidunt quod ſi aliquis dedit ad culturam prædium ſuum ſub tertia parte fructuum,debebit conſequi integraliter tertiam partem ſine deductione,& ex hoc poſſetis inferre quod ſi alicui conſtituatur penſio ſuper beneficio vſque ad tertiam partẽ fructuum, vel tertia pars fructuum applicetur alicui fabricæ nõ fiet aliqua deductio,ſed integraliter tertia pars percipietur.

Secunda concluſio eſt quando vnum beneficium vnitur alteri, in beneficio vnito debet conſtitui vicarius perpetuus, nec beneficiatus habens beneficium principale poterit ibi deſeruire per ſe aut vicarium temporalem,& ita vbique allegatur iſte tex.idem probat tex.in c.vnico de capell.mona.in 6.in c.de monachis. ſuprà eodem. in cap. 1. de præbendis in ſexto. Abb.& ibi alij in cap. perpetuus in primo not. ſuprà de fide inſtrum. in c. poſtulaſtis.ſuprà de reſcrip.Io.de Imo. & Zab.plene in cle.vnica.de officio vicarij.

Intelligatis tamen primo iſtud, quando illud beneficium vnitum erat acceſſorie & æque principaliter annexum,nam hoc caſu quando quodlibet eſt æque principale, non tenetur in altero conſtituere vicarium perpetuum, quia dicitur rector cuiuſlibet beneficij, nunc in vno poteſt deſeruire,poſtea in alio,& in eo in quo non deſeruit conſtituere vicarium ad tempus. cap. & temporis qualitas.16.quæſt.1. & no.per doct.in c.1. infrà ne ſede vacan. & ideo videmus in quibuſdam

partibus



partibus, quod duæ curæ erunt inuicem vnitæ:in ambabus tamen idem curatus etiam eodem die celebrauit vnam miſſam, & iſtud eſt quod dicit Hoſtien.& poſt eum alij in c.conſuluiſti. infrà de celebra. miſſa. quod licet eadem die non debeat presbyter celebrare niſi vnam miſſam, ex cauſa tamen poterit plures celebrare, & inter alias enumeratur illa quando habet duas parrochias vnitas, ſcilicet æque principaliter.

Secundò declaretis & limitetis non habere locum quãdo beneficium eſſet vnitum ad menſam monaſterij,abbatis,capituli, dignitatis vel ſimiliũ, hoc caſu beneficio totaliter vnito poterit deſeruiri per vicarium temporalem, nec debet inſtitui perpetuus.cle.frequens.verb. quidam etiam.& ibi glo.verbo ad menſam,vbi Ioan.de Imo.& Card. dę exceſſ.pręla.cle.vnica.verb.pręmiſſa, & ibi glo. verbo de menſa.vbi etiam Ioan.de Imo. & Card. de ſupplent.negli.prælatorum.cle.1.& ibi glo.verbo haberent.de reſcrip.cle.1.verſi. ſane.de iure patron.& ideo dicunt Domini de Rota quod beneficia vnita ad menſam nullo tempore dicuntur vacare,ita decidunt in antiq.deciſi.27.& quod in illis non debeat perpetuus vicarius conſtitui volunt D.de Rota deciſio.260.in antiq.

Illa autem beneficia dicũtur vnita ad menſam, quando non ſolum fructus,ſeu temporale, ſed etiam ſpiritualitas eſt ſimul iuncta & annexa, ita Inn. vbi alij poſt eum infrà de ſupplen.neg.præla. in c.vt ſuper.infrà de reb.eccleſiæ nõ alien.& melius declarat glo.in d.cle.vnica.de exceſſ. prælato. & iſtud poterit cognoſci quando in vnione expreſſe fit mentio quod facta eſt ad menſam, vel in ea dicitur,quod & temporalitas & ſpiritualitas eſt annexa,vt habetur in dictis locis: ſi vero non reperiatur vnio, vel in ea non ſunt talia verba, recurrendum eſt ad obſeruantiam.Si per 40.annos (quo tẽpore iura eccleſiaſtica præſcribuntur. c.de quarta.ſuprà de præſcrip.)fuerit obſeruatum.vt ibi conſtituatur tãtummodo vicarius temporalis,dicetur vnio ad menſam, nam ſi non apparet de qualitate beneficij, recurremus ad illud quod fuit obſeruatum.c.cũ de beneficio. de præben. in 6.& ita voluit glo.no.in cle. per literas verbo eccleſias, de præbend. & ſi non reperiantur nec inſtrumenta vnionis, nec conſtet de obſeruantia ſi vnum beneficium ſit dignius altero,minus dignum cenſetur vnitum acceſſorie: aliàs æque principaliter dicuntur vnita, ita volunt ibi Io. de Imo. & Cardina.Zaba.

Tertiò limitetis iſtud quod dicitur in eccleſia annexa debere conſtitui vicarium, habere locum tantummodo in eccleſia parrochiali annexa alteri beneficio, ſecus eſſe in alio quocunque beneficio annexo, ſi non ſit eccleſia parrochialis, vt eſt glo.no.in cle. vnica,verbo parrochialium.de offi. vica.quam ibi ſequuntur Petr.de Ancha.Ioan.de Imo.Boni. de Vita.& Card.Zaba.Dom.Gemi.in conſi.36.in cauſa Traganten.eccleſiæ.

Quartò limitetis niſi in vnione beneficij (& ſi ſit eccleſia parrochialis)dictum fuerit quòd beneficiatus de per ſe deſeruiret in eccleſia parrochiali, hoc caſu non debebit conſtitui vicarius perpetuus, & ita in ſpecie voluit Boni.de Vitali.in d. cle.vnica col.fi.ponderando rationem huius text. dum loquitur quod debeat ſtatui vicarius perpetuus, fuit introductum quia tenetur deſeruire in beneficio principali,ideo ſi vnio diſponat quod in eccleſia parrochiali poſsit per ſe deſeruire (quod poteſt contingere) ſi forte in eccleſia cathedrali (prout eſt in iſta ciuitate) eſſet eccleſia parrochialis & illa vniretur vni præbendę, cum in vtraque deſeruire poſſet,non debebit in eccleſia parrochiali deputari vicarius perpetuus, neceſſariò ponderando verba vnionis: ſed quia iſte textus ſecundum quod dicimus in iſta concluſione, diſponens de vicario perpetuo ordinando, loquitur de eccleſia parrochiali alteri annexa, dubitaret aliquis vtrum in alia eccleſia parrochiali poſsit vicarius perpetuus inſtitui,dato quod non ſit alicui beneficio annexa:dicatis quod alius reperitur caſus in iure in quo vicarius perpetuus ordinatur, quando aliqui religioſi habent prioratus, quibus inerat cura animarum, licet non ſit niſi vnum beneficium habẽs curam animarũ, ad exercitium curę debebit deputare vicarium perpetuum inſtituendum ab epiſcopo.c.cum ſingula in princ. de præb.in 6.cap. vnico de capell. mona. eodem lib. cle.vnica.verſi.fin. & ibi no.doct. de ſupplen.neg. præla.cle.ne in agro.§.cæterum.de exceſsi.prælat. Dom.de Rota in antiq.deciſio.228. & ſic habetis duos caſus in quibus vicarius perpetuus ordinatur: vnus in curiis prioratuum,alius in beneficiis parrochialibus annexis.

Et ſi forte contra hanc concluſionem & iſtum textum opponeretur, non eſſe deputandum vicarium perpetuum in eccleſia parrochiali annexa,quia vnio fit quãdo reditus beneficij ſunt adeo tenues, quod nõ reperitur aliquis qui velit deſeruire,vt habetur in c.expoſuiſti.infrà eodem. quomodo ſtatuetur vicarius perpetuus qui debeat habere congruam portionem?Reſponde ex his quæ ponuntur per doctores in c.ad audientiam. infrà de ele.edi. quod ſi rector principalis beneficij non habeat fructus ſufficientes vt ſibi & vicario perpetuo communicet, parrochiani debebunt contribuere,& ſi ſunt pauperes, epiſcopus prouideat, &(in ſubſidium)victum quærat manibus ſuis.

Tertia eſt concluſio, quod vicarius perpetuus non ſolum à rectore debet ordinari & deputari, ſed epiſcopus debet illum ſubſtituere:cap.ad hęc. ſuprà de offi.vica.Intelligatis de ſubſtitutione,hoc eſt auctoriſatione & licentia quæ requiritur ad hoc vt quis poſsit exercere curam vel officium curati in aliqua diœceſi: nam illa ſpectat ad epiſcopum.Et quantumcunque quis habeat facultatem conferendi beneficia,etiam pleno iure, adhuc ille cui beneficium eſt collatum, ſi ſit eccleſia curata, non poterit exercere curam ſine ſubſtitutione, & auctoriſatione epiſcopi.c. cum ſatis. ſuprà de offi. archi.c.ex tua.ſuprà de filiis presby.c.ſuper eo. ſuprà de offi.delega.cap.3.infrà de exceſ. prælato. & hoc modo capimus ſubſtitutionem in propoſito, quamuis terminus ſubſtitutio quatuor modis capiatur, de quibus plene,vbi materialiter per Abb. in c.auctoritate.col.3.infrà de inſtit.Hoc ideo fuit introductum, quòd in vicario perpetuo requiratur inſtitutio,quia enſetur eſſe beneficium vicaria

perpetua,

perpetua: iura enim loquentia in beneficiis comprehendũt vicariam perpetuam.c.poſtulaſti.ſuprà de reſcrip.vbi debet fieri mentio de vicaria perpetua quando impetratur aliud beneficium quemadmodum & de quocunque beneficio,ad idem c. Michael. ſuprà de fil. presbyter vbi filius presbyteri non poteſt ordinari ad vicariam perpetuam quam eius pater habuerat, quemadmodum & in alio beneficio deciditur,& iſtud clare probatur in d.cle.vnica.de offi.vicar.& ratio eſt,quia quando aliquod ius competens in eccleſia pro bonis temporalibus,eſt perpetuum & tranſmigrabile de perſona in perſonam, venit appellatione beneficij etiã ſi eſſet penſio,vt eſt de mente glo.in c.ſi pauper in gl.fi.de pręb.in 6.Inno.in c.poſtulaſti.ſuprà de reſcrip.not.Dec.in conſil.6.in tit.de præben.vicaria autẽ perpetua eſt huiuſmodi.perpetua quidem dicitur quia ad vitam eius debet durare.c.ad hæc. ſuprà de offi. vica. tranſmigrabilis dicitur quia eo cedente vel decedente vacat, & alius debet ordinari, vt not.in d. cle. de offic. vica. & ſic cũ dicatur beneficium requiritur inſtitu. canonica.c.1.de reg.iur.in 6.bona glo.vbi Abb.in c. contingit.glo.mag. circa medium ſuprà de dolo. & contuma.glo.in c.ex inſinuatione. in verbo probare.ſuprà de procura.

Et ideo ex hoc ſequitur cum dicatur vicaria perpetua, beneficium habens curam animarum quod talis non poterit obtinere aliam vicariam perpetuam,vt dicit tex.in cap.2.ſuprà de offic. vica. & ex hoc ſumitur ratio ad c. ſuper eo.de præben.in 6.quod eccleſia parrochialis annexa præbendæ non dicitur incompatibilis cum beneficio alio curato, cum vicarius perpetuus dicatur proprie habere curam animarum, & eſſe beneficiatus,& ſic ceſſat ratio. cap. de multa.ſuprà eod. in qua prohibetur pluralitas eccleſiarum parrochialium,quia ideo poteſt in qualibet deſeruire, inferatis ergo pro limitatione illius c.ſuper. quod ſi vnius eſſet facta taliter quod in beneficio vnito poſſet per ſe deſeruire, & non teneatur cõſtituere vicarium perpetuũ (prout fieri poteſt, vt dicimus in præcedenti concluſione)hoc caſu non haberet locum c.ſuper eo.cum militet ratio.c.de multa.& ſolum videatur habere locum quando habet vicarium perpetuum ſuper quod cogitabitis.

Et ex hac concluſione habetis inferre quod vicarius perpetuus qui inſtituitur ab epiſcopo(quẽadmodum & ſi eſſet principalis rector) habet eadem priuilegia, & iura quæ competunt vero rectori,ita dicit Bart. in ſimili in l.ſi filiæ.ff. de lega. 3. quod vicerector qui deputatur ab illis qui nominant & eligunt rectorem,habet eadem priuilegia quæ rector. Secus in illo qui deputatur ab ipſo ſolo rectore, de quo per Iacob. de Sancto Georgio,in trac.de feu.ſuper verbo vicarius.in vltimis verbis.

Quarta eſt concluſio ex dictis Abb. hîc quod vicarius perpetuus nõ poteſt remoueri etiã ſi principalis rector moriatur.c.ad hæc.ſuprà de offi. vicar.& ratio ad iſtud poteſt aſsignari,quia talis vicaria dicitur beneficium.cle.vnica (& ibi not.) de offi.vica,c.2.ſuprà illo titulo,beneficia autem debent eſſe perpetua.c.ſanctorum.70.diſtinct.glo.in c.fi.ſuprà.de tempo.ordin.& nullus alius à Rom. Pont.etiam legatus poteſt ad tempus cõferre alicui beneficiũ.Papa tamen poteſt.de his eſt glo. in c.paſtoralis 7.q.1.in c.vnico.verbo perpetui.de capel.mona. in 6.glo.in c.ſi gratioſe.de reſcrip. in 6. gl.fi.in c.veniens.ſuprà de filiis presbytero, & iſte eſt vnus caſus in quo ad tempus conceditur beneficium, alius eſt in commenda quæ ad tempus poteſt dari.c.nemo deinceps.de elect.in 6.Tertius in prioratibus manualibus c.cum ad monaſteriũ. §.tales.infrà de ſta.mona.cle.vnica.verſ.præmiſſa. de ſupp.neg.præla.& ita Fel.in c. fi.col.2.ſuprà de iud.Et ad illud quod dicitur mortuo principali rectore vicarium perpetuum non poſſe remoueri, facit,quia quando aliquis deputatus eſt ad officiũ habens iuriſdictionem ordinariam mortuo ordinante & deputante non expirat eius officium.c. 2.de offi.lega. in 6. vbi officium legati qui habet iuriſdictionem ordinariam non expirat mortuo committente,probatur etiam per tex.& ibi Alex. in 3.no.in l.& quia.ff.de iuriſd.omn.iud. Hoſtien. & poſt eum alij in cap.quoniam Abbas. ſuprà de offi.delega.

Quinta eſt concluſio quod in caſibus in quibus quis poteſt percipere fructus in non reſidendo,in beneficio (quos plene infrà poſt Abb. videbimus) poterit loco ſui conſtituere vnum? vicarium temporalem, nec requiritur in hoc auctoritas & licentia ſuperioris, vt habetur in c.ad audientiam ſuprà de cle.non reſiden.arg.tex.in cap. adiicimus.16.quæſt.1. & ideo Do. Cardi. Zaba.in cle.vnica.circa fi.de offici.vica.quod literæ de nõ reſidendo non requiruntur niſi eſſet ſuper hoc ſtatutum ſynodale.Inno.de con. poteſt introduci vt non teneatur relinquere vicarium,de quo eſt glo. in cap. cum omnes.& ibi Abb. & cæteri ſupra de conſtit. & talis vicarius ideo appellatur temporalis, quia remoueri poteſt ad nutum,etiam (quod plus eſt)ſi conſtituens iurauit illum non reuocaturum,non obſtante iuramento poterit illum reuocare licet incidat in periurium,ita Ioan. And. in c.tua.ſuprà de offi.vica.Do.in c.fi.de reſcrip. in 6.Card.in cle.2.de reſcrip.Bal.in l.aliquando.§.ſicut.ff.de offi.proconſul. & lega. & circa hoc non ſolum in vicario temporali ſed etiam in quocunque alio actu faciatis regulam, quoties à iure aliquis actus eſt reuocabilis, dato quod ille cui lex permittit poteſtatem reuocandi, iurauerit ſe non reuocaturum non obſtante iuramento poteſt reuocare,quamuis incidat in periurium. glo.eſt nota.in cap. fin.verbo reuocatus, de procura.in ſexto, vbi procurator qui poteſt reuocari quamuis conſtituens iurauerit illum non reuocaturum,poterit tamen reuocari, ad idem glo.in cap. vltima voluntas. 13. quæſt. 2. vbi teſtamentum quod reuocari poteſt, cum ſit deambulatoria voluntas vſque ad mortem. l. 4. ff. de adimen. lega. dato quod teſtator iurauerit ſe non reuocaturum,non obſtante iuramento poterit reuocari:de quo Bar. in l.ſi quis in principio teſtamenti. ff.de lega. 3.& in ſimili voluit Specul. & ibi Ioan. And.in addit. in tit. de legato.§.nunc tractemus. verſic. quid ſit legatus. Et tradunt Hoſtien. Ioan. Andr. & cæteri in cap.dilecto. ſuprà eodem. ex eo quod po-

teſtas



teſtas faciendi ſtatuta data eſt à lege, quod poſſint ſtatuta facta (ſi per canonicos fuerit factum ſtatutum) de certo numero canonicorum, & per eos iuratum poterunt, vltra numerum recipere vnum canonicum, quamuis incidant in periurium.Ratio autem,quòd iuramentum non poſsit impedire reuocationem actus, qui ſui natura eſt reuocabilis eſt iſta,quia tale iuramentum,ſeu conuentio de non reuocando eſt contra naturam, & ſubſtantiam actus,& ideo nõ impedit quominus ille actus retineat ſuam naturam.Ita probat textus in l.cum precario. ff.de preca.hoc modo declarat Ange.in conſi.225.punctus talis eſt.

Sexta concluſio, quòd beneficiatus ſine cauſa, non reſidens in beneficio priuari debet fructibus, & debent conuerti in vtilitatem eccleſię.cap.pen. ſuprà de cler.nõ reſi.De hoc autẽ cui debeant applicari fructus beneficij, quos perdit beneficiatus glo.in cle.2.verbo dimidiam de æta.& quali.& in clem.2. de vita & honeſta. cler.fecit differentiam inter diſtributiones quotidianas, & alios fructus dicens,quod & diſtributiones quotidianæ debent accreſcere aliis intereſſentibus, prout dicimus in legato facto duobus portio vacans accreſcet cæteris.§.ſi eadem.inſtit.de leg.l.1.ff.de vſufruct.accreſcen. Alij verò fructus in vtilitatem eccleſiæ conuertentur. Tamen communiter,vt Paul. de Elea. Guil.de Monte Lau.Cardin.Abba.& Io.de Imol. dicunt, quòd debemus aduertere ad fundationem diſtributionum quotidianarum, quia ſi diſponatur tantum pecuniam fore diſtribuendam inter præſentes, habeat locum deciſio illarum gl. Si verò dicatur, quod quilibet habeat certum, quid vt vnum ſolidum portiones abſentium non debent accreſcere præſentibus, nec hoc caſu habet locum materia iuris accreſcendi, quæ tantummodo militat, in vltimis voluntatibus, non autem in aliis diſpoſitionibus. l.ſi mihi & Titio. ff. de verborum obligat. Bartol. in l.re coniuncti. ad fin.ff.de lega.3. & ſic portio abſentium non accreſcit aliis, niſi appareat de voluntate fundatoris, debet ideo conuerti in vtilitatem eccleſiæ, & ratio eſt, quotiens quis incidit in pœnam propter iniuriam commiſſam alicui pœna venit applicanda iniuriato. cap.ſi quis deinceps. 17. quæſt.4. glo.in cap.de hoc verbo reſtituant.infrà de ſymo. glo.in cap.quia clerici.infrà de iure patron.Abba. in cap.de iure illo.eodem titul. facit text.in cap.ſi canonici.de offic.ordi. in 6.in cap.In quibuſdam. infrà de pœnis. ſi ideo clericus non reſidens incidit in pœnam priuationis fructuum propter iniuriam commiſſam eccleſiis,in non deſeruiendo talis pœna applicari debet eccleſiæ. Et ad hoc facit in ſimili, quando aliquis conſequitur lucrum reſpectu alterius, ſi aliquo caſu priuetur illo lucro debet conuerti, & applicari illi cuius prætextu fuerat vocatus ad tale lucrum. l.ſi legatarius. C. de legatis. l.poſt legatum. §.amittere. ff. de his quib.vt indig.Barto.in l.2.§.videndum.ff.ad Tertulian.ſed beneficiatus conſequitur fructus beneficij propter ſeruitium eccleſiæ.cap.fin.de reſcript. in ſexto, ſi illis priuetur,debent applicari eccleſiæ.

*Conſequens lucrum cõtemplatione alicuius ſi aliquo caſu priuetur, lucrum debet applicari illi cuius contemplatione fuerat vocatus ad tale lucrum.*

Vltima eſt concluſio, quòd vicariorum quatuor ſunt ſpecies.Quidã dicuntur perpetui,& ſunt illi, qui conſtituuntur in eccleſiis parrochialibus annexis. Quidam ſunt temporales, qui conſtituuntur à beneficiato,non reſidente in beneficio ex aliqua cauſa, & iſti ſunt in foro pœnitentiali. Quidam ſunt vicarij generales in aliqua prouincia, vt ſunt Legati, Gubernatores prouinciarum, Marchiones in Italia, & de his habetur in cap. penul.ſuprà de offi.vicar. Alij ſunt vicarij epiſcopi in diœceſi, de quibus habetur in toto titul. de offic.vicar.in ſexto. Et de hoc quod quatuor ſunt ſpecies vicariorum,& de poteſtate cuiuſlibet plenè habetur per Cardin. Zaba. poſt Petr. de Ancharano. in clem.vnica.de offic. vicarij. Anto.de Butrio,in cap.iam ſatis.ſuprà de offic. archidiaco. Baldus in l.aliquando. ff.de ofic.proconſ.& legat. Iacob.de Sancto Geor. in tract. feudo.verbo vicarius perpetuus.

Sextò notetis ſecundum Abba. hîc in lectura, quòd vicario perpetuo debet pro ſuſtentatione ſua congrua,portio de prouentibus beneficij aſsignari. Circa iſtud,quia materia eſt quotidiana, & his diebus plerique vicarij conqueruntur, vt perfectè intelligamus reſoluenda erunt aliqua, quæ videntur magis neceſſaria, ad intelligentiam huius materiæ,& quæ verſantur in actu practico.

Et primò de congrua portione aſsignanda vicario perpetuo reperiuntur tria iura ſucceſsiua facta. Primum in concilio Lateranenſi, tempore Alexandri tertij, & fuit textus in cap. de Monachis.ſuprà eod.titul.In quo diſpoſitum extitit,circa religioſos exẽptos,vt tenerentur vicariis perpetuis,quos præſentabant in eccleſiis in quibus percipiebantur fructus tẽporales,aſsignare congruam portionem,pro ſuſtentatione ſua hoſpitalitate tenenda,iuribus epiſcopalibus ſoluendis,& ſupportandis aliis oneribus. Sed quia illud diſpoſitum erat tantummodo in religioſis exemptis, ſuperuenit aliud ius ſecundum tempore Clementis quarti,& eſt text.in cap.1.de præbend.in ſexto. In quo fuit facta extentio ad quoſcunque alios ſiue religioſos ſiue ſæculares, dicta tamen iura ſolum diſponebant,quòd Epiſcopus nõ inſtitueret præſentatum in aliis eccleſiis,niſi prius aſsignata fuiſſet congrua portio. Ideo ſuperuenit tertium ius tempore Clementis quinti, in concilio Vienenſi, & eſt textus in clem.1.de iure patronat. per quam fuit diſpoſitum,quòd ſi pręſentans,ſeu rector principalis, qui percipit fructus illius beneficij annexi fuerit moroſus debet epiſcopus ſtatuere tempus, quo elapſo epiſcopus habebat poteſtatem congruam portionem aſsignandi,etiam ſi præſentans eſſet exemptus, & ille textus dat practicã, & modum petendi congruam portionem.

Secundò habetis aduertere,quòd in iure reperiuntur quatuor caſus, in quibus quis poteſt petere ſibi prouideri de beneficio congruo, ſeu de fructibus.

Primus eſt, quando clericus fuit ordinatus ſine titulo quo caſu ab epiſcopo ordinante poteſt petere, vt ſibi prouideat de beneficio congruo, & de hoc caſu habetur in c.cum ſecundum Apoſtolum.ſuprà eod.tit.& ibi glo.& Doctores.

Secundus caſus, quando beneficium eſt adeò tenue, vel quia reditus non fuerunt ab initio ſufficientes dati, vel quia deperditi ſunt,vt non poſſit in illo viuere beneficiatus, & de hoc habetur in cap.cum ſicut.infrà de conſecra.eccleſiæ,vel alta.in cap.ad audientiam.1.infrà de eccle.ædi.quod tunc prouidebitur, vel à patrono(qui primo fundauit) vel à parrochianis, vel ab epiſcopo,poterit etiam hoc caſu prouideri per vnionem alterius beneficij.cap.expoſuiſti.infrà eod.

Tertius eſt caſus, quando aliquis habens beneficium, quod benè ſufficeret alteri, ſed ſecundum ſtatum ſuæ perſonæ, quia nobilis, vel literatus non eſt ſibi ſufficiens, & petit de alio cum illo ſibi prouideri, de hoc habetur in cap.de multa. ſuprà eodem quod fieri petit per diſpenſationem,& de iſtis tribus caſibus non eſt materia noſtra,ſed de illis videatis in dictis locis.

Quartus eſt caſus, quando vicarius perpetuus petit à rectore principali,ſibi aſsignari congruam portionem, de quo iſte textus loquitur, & text.in c.ſicut. ſuprà de ſuppl. negli. præla.in c.de monachis. ſuprà eod.in c.1. de præben.in 6.in clem.1.de iure patronatus.

*Religioſi, vel alij poſſunt duobus modis habere eccleſias ſubditas primo modo quoad tẽporalia,& ſpiritualia.*

Tertiò habetis aduertere prout declarat Abb. plenè in cap.de monachis. colum.3.ſuprà eodem, quòd aliquando religioſi, vel alij habent eccleſias ſibi ſubditas, & quo ad temporalitatem, & quo ad ſpiritualitatem, & hoc caſu dicuntur illæ eccleſiæ vnitæ ad menſam, nec debet in illis conſtitui vicarius perpetuus, ſed temporalis remouibilis ad nutum, vt dicit textus in clem. vnica. verſicul. præmiſſa.de ſupplen.neglig.præla. & ibi bona gloſſ. in verbo, de menſa. alia gloſſ.not. in clem.1. §.quidam etiam. verbo ad menſam de exceſ.mo.& diximus ſupr.Et hoc caſu non eſt quærendum,de congrua portione,cum illi poſsint remoueri ad nutum.

Aliquando eccleſiæ ſunt ſubditæ tantummodo quoad temporalitatem. Ita quòd non habent niſi facultatem percipiendorum fructuum, & in eccleſiis vnitis inſtitui debet vicarius perpetuus, & iſte eſt caſus in quo habet locum congrua portio, & quando dicantur ſubditæ, quo ad temporalia, & ſpiritualia, vel quo ad temporalia tantum cognoſcitur ex verbis vnionis,& ſubiectionis.

Quartò aduertatis, quia in iuribus ſuprà allegatis fit mentio de iuribus epiſcopalibus,in quibus tenentur iſte vicarij perpetui, & de aliis oneribus, quòd *iura epiſcopalia*, quædam dicuntur de l. diœceſana, vt cathedralium, ſynodalium quarta text. alia portio obligationum vel decimarum, charitatum ſubſidium, procuratio viſitationis,& alia ſimilia, quæ enumerat text.in cap.conquerente.ſuprà de offic.ordin. Quædam iura dicũtur iuriſdictionis ſeu ex l. iuriſdictionis. vt collatio beneficiorum, inſtitutio, collatio ſacramentorum, coarctio delictorum, executio iuſtitiæ, & alia ſimilia, quę ſunt contentioſæ, vel voluntariæ iuriſdictionis. Et ſic circa ea, quæ ſunt de l. diœceſana religioſi, & eorũ eccleſiæ ſunt exemptæ etiam à iure,nullo alio ſtante priuilegio,quantum ad ea, quæ ſunt iuriſdictionis: religioſi non ſunt exempti niſi priuilegium ſpeciale habeant ad hoc. Capellæ autem aut beneficia ſecularia, quamuis annectantur, & vnitæ reperiantur loco religioſo, ſunt ſubditæ epiſcopo, & quantum ad ea quæ ſunt iuriſdictionis, & quantum ad ea, quæ ſunt de l.diœceſana. iſta omnia tradit gloſſa notabilis, decima quæſtione prima.in ſumma, & in cap.dilectus.ſuprà de officio ordinand. Et ideo ſi vultis ſcire, quæ ſunt iura epiſcopalia enumerantur per Abbatem,in dicto cap.conquerente.& in dicto cap.dilectus. & per Innoc. in cap. primo. infrà de ſtatu monacho.vbi videre poteritis, vnde quia in iuribus, ſuprà allegatis poſtquam fit mentio de iuribus epiſcopalibus, dicitur quòd vicarius perpetuus tenetur ad alia onera:intelligatis de decima Papali de receptione legatorum, & nuntiorum Apoſtolicorum, in quibus tenentur beneficiati.c.cum inſtantia.infrà de con.

*Qua ſunt iura epiſcopalia de l. iuriſdictionis.*

*Congrua portio debet aſsignari vicario perpetuo.*

His præſuppoſitis concluſio erit, quòd rector principalis tenetur vicario perpetuo aſsignare congruam portionem de reditibus beneficij. cap. de monachis. cap.auaritiæ. cap.in Lateranenſi.ſuprà eodem. cap. ſicut. ſuprà de ſupplen. neglig. prælat. cap.primo.de præbend.in ſexto, clem.1.de iure patronatus.

Et iſta aſsignatio congruæ portionis ſi principalis rector fuerit moroſus,fiet ab epiſcopo,quamuis ille principalis rector eſſet aliàs exemptus à ſua iuriſdictione, & iſte eſt vnus caſus in quo circa exemptos epiſcopus habet cognitionem dict. clem.1. de iure patronatus. In qua aſsignatione debet haberi reſpectus ad *iura epiſcopalia*, hoc eſt, vt habeat tantum, quod poſsit ſupportare iura epiſcopalia, & ſunt illa, quæ enumerantur in cap.conquerente.& ibi Abba. ſuprà de officio ordinand. quod poſsit hoſpitalitatem, hoc eſt pauperibus ſubuenire, & maximè pauperibus, ſi aliquos habeat pauperes, vt dicit gloſſ. fina. in cap. primo.ſuprà de coha.cler.& mulie.Vt poſsit ſupportare alia onera, veluti decimas Papales, recipere legatos, & *nuntios* apoſtolicos. cap.cum inſtantia. infra de cenſib. Iſta ſunt onera, quæ debent conſiderari vltra ſuſtentationem perſonæ, vt deciduńt Ioannes Andr.Arch.Petrus de Anchar. Franciſ.& Do.in dicto cap.primo.de præbend.in ſexto. & vltra, hoc quia iura, ſuprà allegata loquuntur ſimpliciter de ſuſtentatione perſonæ, in hoc debet haberi reſpectus quantum ad dignitatem. cap.ſtatuimus. ſuprà de maiori.& obedi. vbi presbyteri maiorem portionem conſequi debent, quàm diaconi, & dicit text. in cap. non agantur, 16.diſtinct.quod non debent veſci cibariis groſsis prout pauperes, & ruſtici: haberi debet etiam reſpectus ad nobilitatem, & ad literaturam. cap.de multa ad fin.ſuprà eodem. Et ad hoc,quòd in his reſpectus ſit habendus. gloſſ.not.in cap.1. 21.quæſtione prima.in cap.epiſcopus.ſuprà de præbend. in dicto cap.ſtatuimus. Et vltra hoc, quòd poſsit tenere vnum clericum ad ſibi deſeruiendum.cap. vt quiſque. ſuprà de vita & honeſtate cler. debet tamen talis reſpectus haberi, vt quantitas redituum conſideretur, quòd ſaltem principali rectori aliquid remaneat. cap. quoniam. ſuprà de vita & honeſta. cleri.facit tex.in l.ius alimentorum.ff. vbi pup.educ.deb. Quod autem iſtę omnes qualitates debeant conſiderari, in ſumma eſt textus in l.quæro. & in l.cum poſt. §. nuptiis. ff. de iure dotium. Traditur in authen. res quæ.C.commu. de legat. & in l.Marcellus. §.res. ff.ad Trebell. vbi dicitur, quod dos congrua debet conſiderari ſecundum quantitatem patrimonij patris, dignitatem mulieris,dignitatẽ mariti, numerum liberorum & aliorum onerum matrimonialium,& circa quantitatem, & taxationem horum,quia non eſt determinatum à iure, cum qualitates propter diuerſitatem perſonarum ſint diuerſæ. l.inter artifices.ff. de ſolu. relinquitur arbitrio epiſcopi ſeu alterius deputati ad aſsignandum illam portionem arg.l.1.ad fi.ff.de iure delib.glo.in c.de cauſis. ſuprà de offi.delegat.



Notetis tamen,quòd licet in his quę reperiuntur taxata,ſit relictum arbitrio alicuius, vt epiſcopi vel iudicis, ſi tamen non fuerit benè arbitratus, & non habuerit conſiderationem ad omnes qualitates, vel circunſtantias,poterit ab eo appellari. ita probat text.in cap.1.ſuprà de dilat.gloſſ.in c.ſuper his.verbo arbitrium,infrà de accuſa.glo.& Bartol. in l.ſi qua pœna (quæ eſt antepenult.) ff. de verborum ſignific. Abba. in cap. nos inter.col. fin.& in cap.inter.colum.2. infrà de purgat.cano. idem Abba.in cap.cum veniſſent.colum.tertia.ſuprà de iudic.

*Congrua portio de quibus aſſignanda.*

Circa hanc concluſionem, aliquis quæreret qualiter debeat aſsignari. An in reditibus, an in poſſeſsionibus,ſi beneficium habeat forte prædia. Petrus de Anchar. & Cardina. Zaba. in dict.cle. colum.2. de iure patronat.videntur tenere, quòd in prædiis & poſſeſsionib.(ſi talis eccleſia habeat) debet illi congrua portio aſsignari,vt ex reditibus prædiorum percipiat tantum, quod poſsit ea de quibus ſupradictum eſt ſupportare, & ſe ſuſtentare. Et mouentur,quia talis vicarius perpetuus dicitur beneficiatus, & habere beneficium. clem. vnica.& ibi no.de offi.vicar.Sed diſpoſitio faciens mentionem, vt prouideatur alicui de certa ſumma non comprehendit penſionem ſeu fructus, ſed prædia ex quibus percipiat fructus.cap.quamuis.in primo.de præbend.in ſexto.

Et pro hac opinione(quã in iudicando & conſulendo eſſe tutiorem exiſtimo propter authoritatem tantorum patrum)facit,quia quando ille,qui aliàs debebat habere hæreditatem, vel ius vniuerſum,vt eſt filius,qui debet ſuccedere patri, & hæreditas patris dicitur ſibi quaſi debita.l.fina.§.1.C. de cura.furio. l.fin.ad fin.C.de codicill.ſi fuerit illa priuatus reſeruata legitima, & congrua portione,debet eam in prædiis, & poſſeſsionibus non in pecunia,vel fructibus conſequi.l.ſcimus.in fi.principij(& ibi notant omnes.)C.de inoffic.teſtamen. Ita eſt dicendum in vicario perpetuo,qui deberet habere omnes fructus beneficij, & omnes poſſeſſiones ex eo, quod deſeruit in beneficio, & pro ſeruitio ſolent dari. cap.fina. de reſcript. in ſexto: poſtquam fuit priuatus reſeruata ſibi congrua portione,illam debet conſequi, in proprietate, & poſſeſsionibus. Tamen de iure poſſet ſuſtineri contraria opinio, quòd imo in fructibus debeat habere.nam textus allegati in dicto cap.de monachis.in cap.ſicut. & iſte text. & alij, ſuprà adducti dicunt de prouentibus: prouentus autem dicuntur reditus.Inno.in cap.paſtoralis.infrà de do.prętereа ponderemus dictionem de, dum dicitur de prouentibus & importat, quòd non mediantibus poſſeſsionibus ſibi tradendis,ſed immediatè & ſine alio miniſterio, aut medio habeat portionem congruam de reditibus. Iſta eſt materia dictionis, de, vt importet cauſam immediatam.text. & ibi Bartol.in l.1. §. nunc videamus. ff. de coniungen. cum ema.libe.traditur. *in l.ex hoc iure.ff.* de iuſti. & iure.Iaſo.ibi plenè. in l.non dubium.C.de legibus. Præterea pars debet eſſe eiuſdem qualitatis prout totum. l.fina.ff.de fund.inſtruc.inſtrumentóque legat. nam ideo dicitur portio fructuum debet dari in fructibus,& in prædiis,quę ſunt fructus. Præterea iſte textus (ſi rectè ponderetur in princip.cap.dicit.quod conſuetudo erat,quòd dabatur quarta pars fructuum vicario perpetuo) abolet illam conſuetudinem,& *dicit*, quòd debet dari congrua portio, intelligendum eſt ſecundum qualitatem de qua prius fuerat facta mentio, quia qualitas cenſetur repetita, vt traditur in l.in repetendis. vbi Bart. ff.delegat.3. Et ideo poterimus dicere, quòd ſi rector principalis antequam fuerit ſibi ſtatutum tempus ab epiſcopo, vel ante lapſum temporis aſsignet illam cõgruam portionem prout poteſt facere, vt dicit textus in dicto cle.1. de iure patronat. ex eo quòd cenſetur debitor, & habet electionem à iure, vel in reditibus, vel prædiis aſsignare, poterit conſtituere ſecundum,quod ſibi placuerit cum in alternatiuis, ſit electio debitoris. l.plerunque. ad fin. ff. de iure dotium. Si verò fuerit lapſum tempus, & epiſcopo deuoluta poteſtas aſsignandi erit, in electione epiſcopi eligere, vel in prædiis, vel *in* reditibus, *vt* ſentit glo.in dict. cle.1. in verbo in pœnam: dum dicit, quod epiſcopus poterit aſsignare vnum prædium, quod fortè non fuiſſet traditum per principalem.

Secundò aliquis poſſet quærere vtrum diſtributiones, quotidianæ oblationes, mortuaria ſeu anniuerſaria, vel alia ſimilia quæ ſunt incerta debeant computari,in congrua portione.

Circa iſtud Oldradus in conſil. 118. ex virtute gratiæ, & circa primum articulum videtur tenere iſta non fore computanda, & eſt de mente Domin. de Rota, deciſio.134.in no.766. in antiq. Ioannes Andr.in addit.ad Spec.in titul.de conceſ. præbend.in rubr.in quibus locis concedunt,quod diſtributiones quotidianę, & oblationes nõ computantur in fructibus beneficiorum, & in impetratione alicuius beneficij, non eſt de illis habendus reſpectus. Et inter cætera mouentur:diſtributiones enim quotidianæ, non dantur niſi pro ſeruitio, & opera perſonæ.l.prima.in primo reſponſo.ff.ſi menſor fal.mod.dixe. l.cum duobus.§.ſi in coeunda. ff. pro ſocio. & ideo non dicuntur ius reale, ſeu fructus rei. l.pecoris. ff. de ſerui. ruſtic. præd. Præterea iura loquentia de fructibus, ſeu de beneficio non comprehendunt diſtributiones

quotidianas.cap.licet.ſuprà hoc eo.tit.c.fi.circa fi. verſi.in illis.de conceſ.præben.in 6.

Præterea quia incertum eſt, quid offeretur, & quæ oblationes dabuntur,& pariter incertum eſt, ſi clericus intererit pro habendis diſtributionibus quotidianis non debent ideo haberi in conſideratione:cum multa contingere poſsint,vt non habeat arg.l.pretia.ff.ad legem Falcidiam.l.naturalem. §.primo. ff. de acquirend.rerum dominio. Iſtud etiam volunt Petrus de Ancha.in cle.vnica. in repet. colum.penult.de conceſſ.præbend.refert & ſequitur Felinus in cap.ad aures.colum.penul. de reſcript. vbi tamen limitant niſi talia incerta poſſent reduci ad certitudinem, vt videmus in quæſtis,quę fiunt per religioſos Sancti Anthonij, licet procedant ex oblationibus, quia tamen ſolent arrendarj,ſub certa penſione, & ſic incertitudo reducitur ad certum, debebit tunc computari, in fructu.arg.text.in cap.1.& in cap.2.infrà ne prę. vic.& l.ſi iactum retis.ff.de act.empt.& vend.

Et ſic cōcludatis,quòd talia incerta non computantur in fructu niſi ſolita ſint reduci ad certitudinem. Et ideo quia congrua portio debet aſſignari de fructibus vt ſuprà diximus, non debebunt computari,niſi reducibilia ad certitudinem. Et idem dicatis in omnibus aliis, quæ vicarius perpetuus aliunde habet, vt puta, quia propter perſonam ſuam quam aliqua mulier habuit gratam, & dedit pecunias ad celebrandum vnum trentenarium miſſarum,vel pro ſeruitiis,quę præſtat alicui domino, vel beneficiato habet omni anno certam penſionem. Iſta omnia non debent computari per ea,quæ dicit Abba.poſt alios in cap.cum in offic.circa fin. infrà de teſtam.quia lucra quæ beneficiatus conſequitur, intuitu perſonæ ſuæ non dicuntur de fructibus beneficij.

*Deſtructa cōgrua portione caſu fortuito,aut aliàs an vicarius perpetuus poſſit cogere Rectorem principalē, vt iterum ſibi aſſignet aliam congruā portionem.*

Tertiò poſſet etiam quæri, ſi ſtatuta congrua portione modo quo ſupra,ſucceſſu tēporis(prout quotidie contingit)vel caſu fortuito,aut aliàs fuerit deperdita, ita quòd non poteſt nunc percipere neceſſaria ad ſuſtentationem perſonæ ſuæ,& ſupportandum onera, vtrum poſsit iterum petere iſte vicarius perpetuus, vt congrua portio iterum ſibi aſsignetur? Reſpondeatis breuiter,quòd ſi fructus, qui remanent principali rectori, ſint adhuc ſufficientes, poterit peti denuo congrua portio: quemadmodum videmus in filia cui fuit dos conſtituta, quæ tamen fuit dilapidata, vel aliàs deperdita, ſi iterum nubat, debet alia dos à patre conſtitui, & ſi filio (prout paterfamil. fecit) prodigo fuerit aſsignata portio pro legitima, & illam dilapidauerit, debebit pro alimentis, iterum aliquid ei porrigi.authentic.quod locum, & ibi Iaſon, in ſecundo not. quod eſt in 4. colum. C.de colla.l.libertus. qui operarū.ff.de oper.liber. l.Imperator. ff.ad Trebellia. Barto.in l.ſi cum dotem.§.ſi poſt.ff.ſolut.matri. Bald.vbi Iaſo. in l.ſcimus.in princip.C.de inoffi.teſta.Idem Iaſ.in §.fuerat.in fi.inſtit.de actionib.

*Auctis fructibus principalis Rectoris,an debeat augeri portio congrua vicarij perpetui.*

Quartò quæritur, (quia ſuprà dictum eſt,quod congrua portio debet aſsignari habito reſpectu ad fructus beneficij. cap.quoniam. ſuprà de vita & honeſta cleric.) ſi fortè ab initio, quando fuit conſtituta congrua portio fructus erant ſatis tenues taliter,quod non fuit honorifica, demū fuerunt aucti,vtrum principalis rector debeat augere congruam portionem? Reſpondeatis quòd ſic, & idem econtrario, ſi portio congrua fuerit multum augmentata, & pars quæ remanſit principali rectori remanſit adhuc tenuis, de congrua portione debet fieri augmentatio principali rectori, & ad hæc faciunt, quæ voluit Abbas in cap.prohibemus.& in cap.quanto. infrà de cenſibus.idem Abba. in cap.propter ſterilitatem. infrà locati. Bartol.in l.ſed ſi merces. §. vis maior. col. fina.ff.locati. vbi dicunt, quod quemadmodum ſi ſuperueniat ſterilitas caſu fortuito, in fundo locato debet fieri diminutio mercedis; & portionis, ita econtrario ſi fuerit magna vbertas, debebit fieri augmentatio penſionis. arg. l.1. ff. de his qui ſunt ſui,vel alieni iuris.

Septimò & vltimò ſecundum Abba. hîc notetis, ex verſicul. illud qualiter penſio poteſt conſtitui alicui ſuper fructibus beneficij,alio exiſtente intitulato, dummodo non fiat in fraudem: & idem probari videtur in cap. conquerente. ſuprà de cleric. non reſiden.in cap. audientiam. ſecundo,ſuprà de reſcript.in cap.quamuis.1.de præben. in ſexto.

Et dicit Hoſtienſ.hîc, quem Petrus de Ancha. & Cardin. ſequuntur, quòd in dubio videtur in fraudem impoſita penſio niſi appareat de cauſa legitima.c.ad audientiam.1.infrà de eccle.ædific.

Circa iſtud tamen videretur dicendum, quòd non præſumatur in dubio fraus. Nam delictum nunquam præſumitur. l.meritò.ff.pro ſocio. plura Bartolus & Cæpo. in conſilio 1. colum. 1. Et dicit Baldus in l.prima. vbi Iaſo. colum. 5. plura adducit. C. de ſerui. fugit. quòd quando aliquis actus aliquando eſt licitus, & aliquando illicitus, præſumitur factus in caſu licito: de quo etiam Bartolus in l.non ſolum. §.ſed & reprobari. ff. de oper. noui nuntia. vbi dicit quod aliquid eſt licitum vno tempore, & prohibitum alio præſumitur factum in tempore licito, vt excludamus delictum. Suſtinendo tamen Hoſtienſ.dicatis, quòd illa habent locum quando nō fuit prohibita ſimpliciter, ſed quandoque permiſſa, quandoque prohibita. Hoſtienſ. autem loquitur, quando aliquid eſt ſimpliciter prohibitum, & licet permittatur aliquo caſu. Iſtud eſt mediata cauſa, ſed quando nos ſumus, in actu ſimpliciter prohibito (licet in aliquo caſu ex cauſa permiſſo) ſi probatur ille actus factus præſumitur in fraudem, vel per dolum, & ille qui vult excuſare actum debet probare cauſam.l.prima.C.ad legem Corneliam. de ſicar. vbi homicidium (quia eſt ſimplicer prohibitum) licet ex cauſa quandoque permittatur, vt propter defenſionem, vel quia dedit operam rei illicitæ, vel quia ſtatutum permittit, vt in bannitis, vt declarat Bartolus in l.omnes populi. in tertia quæſtione princip. circa princip. ff. de iuſtitia & iure: ſi aliquis commiſit homicidium niſi probet cauſam aliquam iuſtam, dicitur per dolum feciſſe, vt habetur in dict.l.1.Iſta eſt notab. declaratio Bart.per quam limitatur dict.l.merito.

in l.dolum.



in l.dolum.C.de dolo. Et facit quod voluit Bart. in l.Aurelius.§.idem quærit.ff.de libera.lega.quòd ſi quis confiteatur ſe occidiſſe hominem, tamen hoc fecit ad ſui defenſionem, illa confeſsio ſibi nocebit niſi probet, quòd fecit ad defenſionem, in caſu autem iſto conſtitutio penſionis prohibetur ſimpliciter, niſi interueniat cauſa. cap.prohibemus. cap.præterea. cap.cum clerici. cap.ſignificauit,infrà de cenſib, & ideo in dubio pręſumitur dolus niſi probetur cauſa.

Circa hanc materiam penſionum, (quia eſt quotidiana)neceſſarium erit videre de aliquibus. Primo declarare quid dicatur penſio. Secundò quibus modis fructus beneficiorum poſsint aſsignari pluribus. Tertiò vtrum penſiones ſint licitæ, & aſsignari poſsint. Quartò ex quibus cauſis poſsint aſsignari.Quintò cuius authoritate. Sextò vſque ad quam quantitatem. Septimò poſtquam fuerint aſsignatæ ſi poſſunt reformari.

Quantum ad primum, penſio dicitur eſſe ius percipiendi certam quantitatem pro fructibus ad tempus conſtitutam,& ita Ioan.de Imo.& Cardi. Zaba.in clemen. vnica.de ſupplen.neglc. prælato. & iſtud eſt capiendo terminum, penſio generaliter, quandoque aliter accipitur prout differt à cenſu,quia cenſus proprie dicitur quando aliquis habet & vtile,& directum dominium in aliqua re, ſeu omne ius, & ratione illius aliquid ſoluit alteri. Penſio vero quando ratione perceptionis fructuum,vel vtilis dominij aliquid annuatim datur, vt illud quod datur à conductore prædij, ab emphyteota ſuperficiario, libellario,locatore,ad longum tempus, feudatario & ſimilibus,vt dicit glo. in cap. conſtitutus. infrà de religio. domib. vbi gloſſ. voluit vnum aliud nota. quòd licet ille, qui non ſoluit penſionem poſsit expelli vt conductor. l.ædem. C. loca. emphiteota eccleſiæ ſi ceſſauerit per biennium. c.potuit.infrà de loca.& priuatur ſi per triennium. l.1. C.de iure emphi.tamen ſi cenſus non fuerit ſolutus etiam per mille annos,non cadit à iure ſuo,& ideo dicunt ibi Doct. eſſe multum aduertendum circa naturam contractuum, vt cognoſcamus ſi ob non ſolutionem tributi annui,debeat cadere à iure ſuo,de qua glo. Barto.in l.1.§.1.ff.de publi.Socin.conſilio 127. non inutilis. colum.3.

Quantum ad ſecundum in iure reperimus quinque modos,in quibus aliquis poteſt percipere de fructibus beneficij, & alius habeat titulum. Primus modus eſt, quando beneficiatus tradit in arrendamentum, vel ad firmam fructus ſui beneficij.de quo in clem.1.de reb.eccle.non alien.

Secundus, quando penſio conſtituitur ſuper fructibus beneficij, & alius habet titulum beneficij, & iſta propria eſt materia huius §. de qua Abb.& alij plenè in c.ad audientiam 2.de reſcrip. & in ſeq.q.latè dicemus.

Tertius eſt, quando de vno beneficio, quia eſt multum pingue, & habet magnos redditus,fiunt duo beneficia,& de hoc in c.maioribus.& in cap. vacante.ſuprà eod.& in c.ad audientiam. infrà de eccle.ædific.

Quartus eſt, quando in vno & eodem beneficio duo intitulantur, & quilibet eſt beneficiatus, & non eſt niſi vnum beneficium, & de hoc in c. dilecto.ſuprà eodem.

Quintus eſt,quando aliquis (qui nō poteſt ordinari ſine titulo ſecundum,quod voluit tex.in c. epiſcopus.& in c.cum ſecundum Apoſtolum. ſuprà eodem) fuit ab aliquo beneficiato, (vt poſſet conſequi ordines) intitulatus in ſuo beneficio,& de hoc in c.per tuas. 3. infrà de ſymo. De duobus primis dicemus in ſeq. quæſt. de aliis tribus aliquid ponemus poſt expeditionem omnium iſtarum quæſtionum,& hæc dico notanter,vt intelligamus naturam cuiuſque facultatis percipiendi fructus beneficij.

Quantum ad tertium, vtrum fructus beneficij poſsint dari ſub penſione, videbimus hîc de duobus primis caſibus.

*Fructus beneficij an & per quot tēpus poſſunt arrendari.*

Circa primum,quando in arrendamentum,vel fictum, ſeu ad formam traduntur:& concludatis, quòd fructus temporales,ſeu iura temporalia poſſunt arrendari vel vendi.cap.veſtra.& ibi per omnes,infrà de loca.Abba.per illum tex. in c.non ſatis.col.2.infrà de ſymo.in c.cum pridem. ſuprà de pac.Probat tex.à contrario ſenſu.in cap.peruenit. infrà de fideiuſſo.vbi habetur, quod fructus beneficiorum poſſunt capi ad ſatisfaciendum creditoribus clerici. Tamen not. quòd vltra terminum non debet fieri locatio, vel arrendamentum, aliàs caderet à beneficio, vt habetur in extrau.in tit.de reb. eccleſ. non alien. licet enim poſsint arrendari fructus beneficij,vel dari in ſolutum creditoribus: debet tamē taliter fieri ne ſit pernicioſum eccleſię, prout dicit tex.& ibi exemplificatur.in c.peruenit. ſuprà de arbit. Iura verò ſpiritualia non poſſunt arrendari,nec tradi ad firmā.c.1.c.2.ne præ. vic.ſu.

Circa ſecundum, vtrum in fructibus beneficij poſsit alicui aſsignari penſio ex aliqua cauſa ad vitam: concludatis,quòd ſic.cap.quicunque.2.12. quæſt.2.poſſeſsiones.16.quæſt.1.c.illud. 16.quæſt.6. facit tex. in c.ad audientiam 2.vbi plenè Abba. & Felin.in c.conquerente.de reſcrip. vbi Abb.& alij, ſuprà de cler. non reſiden. bonus text. in cap.niſi. ſuprà eodem, in cap.expoſuiſti. infrà eod.in c.paſtoralis.infrà de his quæ fiunt,à præla.ſine conſen. capi.in cap. conſtitutus. infrà de relig. domi. & à contrario ſenſu tex.in c.præterea. c.cum clerici.c. ſignificauit. infrà de cenſib. & in c.audiuimus.infrà de colluſio.detegen.Inno.Ioan.Andr.& cæteri. in c.auaritiæ.ſuprà eod. Henric.Boic. vbi plenè in c.prohibemus. & in c.ſignificauit. infrà de cenſib. & hoc ſatis ſuadetur, quod de vna præbenda poſſint fieri duæ.c.vacante.ſuprà eodem:poteſt etiam vnum beneficium vniri alteri. cap.expoſuiſti. infrà eod.poteſt etiam vnum beneficium ſupprimi, & annichilari,vt habetur in glo.in c.1. infrà ne ſede vacan. multò ergo fortius illud, quod eſt minus, ſcilicet aſsignare ad vitam alicuius pēſionem debet eſſe permiſſum.arg. l.in ſuis.in fine. ff.de liberis & poſthum.

*Retētio penſionis in reſignatione quando & quomodo poſſit deduci in pactum.*

Aduertatis tamen quamuis penſio poſsit reſeruari alicui ſuper fructibus beneficij, non debet deduci in pactum,vel in cōuentionem,aliàs committeretur ſymonia. ita Abba. vbi alij omnes, in cap. non ſatis. infrà de ſymonia, quia beneficia debent renuntiari purè, & liberè.gloſſa ordina.in

cap.ex parte. in verbo dimittere, ſuprà de officio delegat.glo.l.ille. ff.de hæred. inſtitu. Si tamen talis renuntians habeat in mẽte intentionem, quòd non renuntiaret niſi reſeruaretur ſibi penſio, dummodo non deducatur in pactum, non dicetur ſymonia talis, quæ requirat reſtitutionem, ſed tantummodo erit mentalis, quæ ſola pœnitentia deletur.cap.fin.in fin. infrà de ſymonia.cap.tua nos. in fin.& vbique Docto.eod.titul. Et ideo dicit gl. in cap.vnico.de cler.non reſiden.in 6. quod ſi clericus, vadit ad eccleſiam cum hac intentione, vt habeat diſtributionem quotidianam, aliàs non accederet, committit ſymoniam mentalem non requirentem reſtitutionem, & dicit Abba. in cap. conſuluiſti.infrà de celebra.miſſa, quòd presbyter celebrans cum intentione, vt habeat pecunias, (non aliàs celebraturus) committat mentalem ſymoniam, de quo etiam per Abba. in cap. ſignificatum.ad fin.ſuprà eod.vnde eſt, quod Felin. poſt plures in cap. ad audientiam. 2.colum.3.ſuprà de reſcrip. allegat Ioan. Andr. in dicto cap. tua nos. quod ſymonia mentalis non committitur niſi in his, quæ ſunt prohibita quia ſymoniaca, hoc eſt, quæ ſunt ſymoniaca de iure diuino; tamen text. in dict.cap.fina.infrà de ſymonia. Iſtud ad literam voluit etiam in his, quę ſunt ſymoniaca, quia prohibita hoc eſt, ſymoniaca de iure poſitiuo, & ita Hoſtienſ.Henric.Boic. & Ioan.de Ana.idem Hoſtienſ.& Innoc. in dict. cap.tua nos.& Ioan.Andr. allegatus per Felin. non loquitur eo modo quo ipſum refert, ſed iſtud voluit, quòd aliqui dicebant circa ea, quę ſunt ſymoniaca de iure diuino, ſymonia mentalis idem operatur, quod vſura mentalis, vt debeat fieri reſtitutio, in his quæ ſunt ſymoniaca de iure poſitiuo.ſola mentalis non requirit reſtitutionem, dicit tandem (quidquid ſit) tenendum eſt vtrobique eſſe ſolum mentalem.

*In his quæ ſunt ſymoniaca de iure poſitiuo, an committatur ſymonia mentalis.*

Notetis inquantũ diximus, quod quando fuerit pactus iure poſitiuo purgatur ſymonia, maximè in his beneficialibus, quæ ſunt introducta de iure poſitiuo, & ſic dicuntur ſymoniaca, quia prohibita. Authoritas tamẽ Papæ purgat ſymoniam, vt voluit gloſſ.ordina. & no.in cap. cum pridem. ſuprà de pac. alia ſimil. gloſ. in cap.ordinationes. 1.quæſt.1.per quas.limitatur.gl.in dict.cap.ex parte. ſuprà de offic. delegat. & ita declarat (vbi alia plura) Dom.Philip.Decius, in conſil.141.ad plura dubia.col.penult.& fin. & in conſil.436.viſa inſtitutione.col.2.& 3. Et ideo inoleuit practica curiæ Romanæ, quod quando aliquis vult reſignare beneficium in fauorem nepotis, vel alterius amici, conſtituit procuratorem ad renuntiandum, in manibus Roma. Pontif. in fauorem talis, quòd aliàs non poſſet in manibus inferioris etiam legati niſi ad hoc haberet poteſtatem. Videtis etiam quando quis vult reſeruare ſibi penſionem in beneficio, cõſtituit procuratorem ad renuntiandum reſeruata ſibi penſione ſeu fructus loco penſionis, & iſtud permittitur propter illas gloſſ. de quo tamen articulo an in Rom.Pontif.extendatur ſymonia videbimus in vltima quæſt.Abba.in apparatu ſuo in repe.huius §.

Quantum ad quartum videlicet ex qua cauſa, & quomodo poſsit conſtitui penſio in fructibus beneficij tria ſunt conſideranda. Primò vtrum requiratur cauſa. Secundò, quæ cauſa dicatur ſufficiens. Tertiò, quæ ſolemnitas debeat adhiberi.

Circa primum Hoſtienſ. Abbas & alij in cap. ſignificauit.infrà de cenſib.Idem Abba.in cap.vacante.ſuprà eodem.Felinus in cap.ad audientiam. 2.colum.prima, ſuprà de reſcript.Oldrad.plenè in conſilio 226. quidam epiſcopus, allegant textum in dicto cap.vacante. & in cap. peruenit, infrà de cenſibus.

Et iſtud comprobatur euidenti ratione, quia talis conſtitutio penſionis, dicitur quædam alienatio, quia ius conſtituitur alteri ſuper fructibus beneficij.cap.nulli.infrà de reb.eccle.non alienan. l.finali.C.de rebus alie. non alie. alienatio autem rei eccleſiaſticæ non poteſt fieri ſine cauſa. cap. primo.& ibi per omnes de rebus eccle.non alien. in ſexto, vbi textus requirit duo copulatiuè, ſcilicet cauſam, & ſolemnitatem, & ideo dicit gloſſ. not.in cap.1.in gloſſ. penult. & ibi Abba. & Ioan. de Imol. ſuprà de in integr.reſtitu.& gloſſ. in cap. penult.infrà de rebus eccleſ.non alien.quod quantumcunque in alienatione rei eccleſiaſticæ interuenerint ſolemnitates, ſi tamen cauſa non interuenit, erit nulla talis alienatio, de quo plura Socin. in conſilio 29. viſo quodam inſtrumento. colum.2.& 3.

Et talis cauſa debet iuſtificari, & probari. Sola enim aſſertio epiſcopi, vel alterius conſtituentis penſionem non ſufficeret, vt ſi diceret pro gratis ſeruitiis, per illum impenſis, quia fui informatus de cauſa, vel aliàs ſi non conſtet verè de cauſa, non valet talis alienatio, vt volunt omnes in cap.1.& 2.infrà de rebus eccleſ. non alien. & in cap.primo, eod.titul.in ſexto, quia alienatio regulariter eſt prohibita, niſi cum cauſa, vt in dictis iuribus, ſed quando actus prohibitus permittitur ex cauſa, non ſtatur aſſertioni illius, qui eſt prohibitus, ſed alio modo, & verè debet conſtare de cauſa.l.qui teſtamentum.ff.de probat. l.ſi fortè. & ibi Bartol.ff.de caſtren.pecu.idem Bartolus in l. cum quis decedens.§.Titia.ff.de legat.3.Alexand.& ibi alij poſt eum in l.ſi donatione. C. de collat. Et ad hoc quòd cauſa debeat interuenire, & de illa conſtare, eſt bona deciſio Abba.in cap.diuerſis fallaciis. ſuprà de cler.coniuga. in col.2. volens, quòd quando epiſcopo, aut alicui inferiori aliquid permittitur contra regulas iuris communis, intelligatur interueniente cauſa, & quod de ea conſtet. Iſtud de cauſa, quòd requiratur habet locum in epiſcopo. Secus in Roma.Pontif.vt dicemus in ſequenti quæſtione.

Circa ſecundum, quæ cauſę dicantur legitimæ recurratis ad glo.ordina.12.queſt.2.in ſumma quæ dinumerat quatuor cauſas ad quas omnes aliæ poſſunt reduci, propter neceſsitatẽ, vt pro ſoluendis debitis pro fabrica eccleſię propter vtilitatem: quia ille talis præſtabat ſeruitia eccleſiæ, vel pro bono pacis & concordiæ, propter pietatem, vt quia erat pius & aliàs vir literatus vel impotens & debilis. propter incommoditatem, quia talis res cuius fructus dati ſunt in penſionem, erat incommoda beneficio: ad iſtas etiam cauſas facit tex.in cap.relatum ſecundo, verſi.licet infrà de teſta.vbi

fructus



fructus beneficij poſſunt donari alicui in compenſationem ſeruitiorum, per eum factorum eccleſię, videmus etiam in ſimili.quod in caſibus alienatio prohibetur, poteſt tamen ex cauſa fieri.l.cũ plures.§.fi.ff.de admi.tuto.l.1.§. ſed nonnullos. ff. de tutel.& ra.diſtra.vbi tutor qui non poteſt alienare bona pupilli, poterit tamen magiſtro ſeu pędagogo pro ſeruitiis in compenſationem aliqua dare, intelligatis tamen quod penſio quæ conſtituitur commenſuratur cauſæ, & non excedat cauſam: vt puta aliquis præſtitit ſeruitia, vel omni anno præſtat, quæ merentur penſionem centum librarum, vel ille talis qui eſt debilis, vel impotens pro ſua ſuſtentatione ſatis haberet de 100. libris, non debet penſio conſtitui vſque ad 200. libras. & ita probat text.in d.c.relatum. dum dicit quod debet eſſe ſecundum ſeruitia. & ita Alex. & alij tradunt in d.l.ſi donatione.C.de colla. Oldra. in conſil.226.& Soc.in d.conſil.29.

Circa tertium quæ ſolennitas requiratur, doct. ſuprà allegati in d.cap.ſignificauit.infrà de cenſib. & in d.c.vacante.ſuprà eodem. concludunt quod debet primo apparere de cauſa, ſecundo fieri tractatus, tertio cauſæ cognitio, hoc eſt iuſtificatio, quarto cõſenſus capituli vel alterius prætendentis intereſſe in fructibus illius beneficij, vt puta quia forte monaſterium habebat illam eccleſiam ſibi ſubditam, de hac etiam ſolennitate traditur in c.1. infrà de his quæ fiunt à præla.ſine conſen.capi.& in c.1.infrà de reb.eccle.non alien.& in c.1.eodem tit.in 6.Soc.in conſil.ſupra allegato.

Quantum ad quintum, quis poſsit conſtituere penſionem in fructibus beneficij.

Concludatis quod non ſolum Roma. Pontif. ſed etiam epiſcopus in beneficiis ſuæ diœceſis, & non alius inferior. De Rom.Pontif.notum eſt, cũ habeat pleniſsimam poteſtatem ſuper beneficiis. cap.2.de præben.in 6.c.1.in fi. vt lite pend. eodem lib.cap.propoſuit.infrà de conceſsio.præben. cap. cuncta per mundum.11. quæſt.3. & in locis ſtatim allegandis, de epiſcopo quod poſsit iſtud, voluit Oldra.in conſil.226.Petr.de Ancha.in conſi.279. quæſtio proponitur.Ludo.Roma.conſil.369.Circa primum Abb. in c.conquerente. ſuprà de cler. non reſiden. Fel.in c.ad audientiam ſecundo, ſuprà de reſcrip.Domi.Phil.Decius in conſil.141.ad plura dubia. col.pen. & in conſil.436. viſa inſtitutione.col.2.& iſtud probat tex.in c.præterea.& ibi gl.in c.cum clerici.in c.ſignificauit.infrà de cenſib. in c.conſtitutus.infrà de relig.domi. & in c. vnico ad fin.infrà vt eccle.benefi. ſi de confe.in c. paſtoralis.infrà de his quæ fiunt à prælato ſine conſen. cap. & ſuadetur ratione, quia quando canon aliquid permittit, & non reſeruat facultatem Rom. Pontif.quibus epiſcopus in ſua diœceſi poteſt illud facere c.nuper.infrà de ſen.excommu.glo.fin. & ibi Abb.in c.pen.infrà de pœni.glo.in c. poſtulaſtis.infrà de cler.excommu.miniſtr.Abb.vbi alij in c.at ſi clerici.§.de adulteriis.col.7.ſuprà de iud. quod autem nullus inferior ab epiſcopo non poſſit, ſatis patet ex concluſione quam poſuit Inno. in cap.2. infrà de eo qui fuit ordi. de qua Abb. & ibi Decius poſt eum plene in d. §. de adulteriis. quod quamuis aliquid permittatur, ex cauſa contra diſpoſitionem iuris communis non tamen cõpetit inferiori prælato ab epiſcopo niſi de eo expreſſa fiat mentio, & licet epiſcopus poteſtatem habeat penſionem conſtituẽdi per ea quæ in proxima quæſtione diximus, non poteſt facere ſine cauſa, in Rom.Pontif.ſecus, in quo ſemper præſumitur cauſa, maxime in iſtis quæ ſunt de iure poſitiuo, vt dicit Inno.in c.cum ad monaſterium. infrà de ſta.mona.& Do.Dec.in d.conſi. ſuprà allega. Tamen intelligatis quando motu proprio iſtud faceret, ſecus ſi ſimpliciter ad requiſitionem alicuius.c.cum nominis.infrà de conceſſ. præben. Plura ad iſtud cumulata videatis per Iaſ.in l.ſi teſtamentum.col.2.C.de teſta.& in repetitio.l.quominus.col.2.ff.de flu.intelligatis & ſecundo quod quantum ad forum contentioſum, dato quod non appareat de cauſa, auctoritas Papę ſupplebit: ſecus in foro conſcientiæ.ita Inno. in c. quia pleriq; infrà de immu.eccle. Præpoſi.in c.per principalem.9.q.3.Hippol. in ſing.6. & 8.& de hoc plene videbimus in vlt.quæſt.apparatus Abbatis.

Circa iſtam partem antequam vlterius progrediamur in alia videndũ eſt de quæſtione quotidiana & vtili quando debeat ſolui penſio, & ſi penſionarius moriatur in principio anni, vtrum eius hæredes poſsint petere pro toto anno. Circa quod gloſ.in l.ædem. C.locati.quam ibi Bald. & cæteri ſequuntur, videtur velle quod in fine anni ſoluantur penſiones, idem Abb. Ioan. de Imo.& cæteri in c.propter ſterilitatem.infrà de loca.quia debemus ſemper interpretari in fauorabiliorem partem.c.in obſcuris.de reg.iur.in 6. ſuper hoc tamen pro perfecta intelligentia tria ſunt videnda. Primo quando dicatur debita penſio. Secundo quando debeat fieri ſolutio. Tertio ſi moriatur in principio anni, an debeatur tota penſio.

Quantum ad primum text.in l.ſi ſeruus communis Titij & Mæuij. §.ſeruus. ff. de ſtipu. ſeruo. quem Bar.ad hoc notat, decidit notabiliter quod quãdo obligatio eſt in plures annos multiplicata, in principio cuiuſlibet anni dicitur cedere dies, & habere effectum obligatio, niſi fuiſſet concepta reſpectu alicuius ſeruitij, quia ſpectatur complementum.l. iubemus.§. offerri.ff. de actio. emp. & ita cum Bar.dicit eſſe not.Iaſo.in l.qui hoc anno. in fi.ff.de verb.oblig.& ideo in propoſito in principio cuiuſlibet anni dicitur debita pẽſio, niſi pactum aliud inducat, quod præcipue eſt attendendũ in diſpoſitionibus.l.1.§.ſi conueniat.ff. depoſi.

Quantum ad ſecundum quando debeat fieri ſolutio, recurrendum eſt ad theoricam nota. Bar. in l.qui hoc anno.ff.de verb. oblig. vbi dicit quod quando aliqua penſio fieri debet in plures annos, & illa pluralitas ponitur cauſa multiplicãdę obligationis, tunc debetur in principio cuiuſlibet anni, & tunc debet fieri ſolutio.l.nec ſemel.in princ. ff.quando dies lega.cedit.l.1.C.eod.tit.& iſtud eſt de mente Io. de Imo. in d.c. propter ſterilitatem. infrà de loca.Bal.& Salic.in d.l.ædem.C.locati.niſi penſio perciperetur ex fructibus alicuius prędij, quia ſolutio fieri non debet niſi perceptis fructibus. l.Firmio. §. pater. ff. quando dies legat. ced. Bart.no.per illum tex.in l.ſi legatarius.§.fin.ff.de leg.3.concordat.Iaſ.in l.1.in princ.in 4.col.ff.de iu-

ſtit.& iure,& ideo ſi penſio fuerit conſtituta ſuper decimis alicuius territorij, vel ſuper fructibus alicuius prædij,non debet fieri ſolutio niſi perceptis decimis,vel fructibus,iſta tamen intelligatis ſi nō appareat de conuentione,quæ eſt attendenda, vt diximus ſuprà proxime, vel niſi conſuetudo aliàs ſe haberet, quia illa debet obſeruari. l. ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iur.

Quantum ad tertium ſi moriatur in principio anni an eius hæredes integram penſionem petere,poſsint, recurratur ad doctrinam Bart.in l.1.§. Diuus.ff.de var.& extra.cogni.vbi no. ponit concludens quod ſi penſio debeatur habito reſpectu ad aliqua ſeruitia vel ad aliqua onera ſupportanda,debetur pro rata ſeruitiorum & onerum.l. ſi vno.§.item cum quidam.ff.loca.l. diuortio.(& ibi plene per omnes.)ff. ſolu. matr. niſi conditionaliter penſio debeatur,vt puta ſi tale quid fuerit factum non debetur, donec completum fuerit,& ſi pars aliqua facta fuerit,nihil tamen peti poteſt. l. ſi in vehenda.ff.ad leg.Rhod.de iac. ſi vero penſio non debetur reſpectu ſeruitij, ſed tantummodo intuitu perſonæ vel propter dignitatem, vel aliàs ſimpliciter dato quod moriatur in principio anni,debet habere integram penſionem pro illo anno.l.poſt duos.C.de aduo.diuer.iudi.l.qui concubinam.§.vxori.ff.de leg.3.& iſtud eſt de mente Io. Calde.in conſil.2.in tit. de pecul.cleri. ad fi. & ex his poteſtis reſoluere quæſtionem propoſitam, & omnes alios caſus in quibus petitur aliquid annuum, ſi autem vultis ſcire quando beneficiatus moritur in principio anni vel ante recollectionem fructuū,an debeant eius hæredes conſequi fructus illius anni,videatis glo.& ibi doct. in c. præſenti. verbo reſeruari.de offi.ordi.in 6.Inno.& Io.And. in c.indecorum. ſuprà de ætate & quali. Hoſtien. Carder.Petr. de Ancha.Ioan. de Imo.& Abb. in c.fi.infrà de pœn.cler.Archi.in cap.ſtatutum.§.acceſſorum.de reſcrip.in 6.Bart.in l. diuortio.ad fin. prin.ff.ſoluto matrimonio.

Notetis etiam vnum in hac materia quotidianum,quod quando penſio fuit realis & ſuper fructibus ſucceſſori in beneficio tenetur ſoluere pro annis præteritis,in quibus prædeceſſor ceſſauit,ita Phil.Franc.poſt Do.in c.præſenti. per illum text. §.porro.de offi.ord.in 6.allegat etiam tex.bonum in l.imperatores.ff.de publ.& vect. idē probat tex. in l.fin.C.ſine cen.vel reliq. & dicit Ludoui. Ro. in d.l.imperatores, iſtud eſſe generale in quacunque penſione vel tributo reali,vt ſunt decimæ Papales,decimæ prædiales,canon emphiteoticarius, cenſus & alia ſimilia,idē tenet Guido Papę in deciſionibus Parlamenti Delphinalis quæſt.9.

Inquantum ſuprà diximus Roma. Pontif. & epiſcopum poſſe imponere penſionem ſuper fructibus beneficij difficultas poſſet oriri,quid in patrono vtrum tempore fundationis, & dotationis eccleſia poſsit ſibi reſeruare aliquam pēſionem: quod videretur dicendum per tex.in l.in traditionibus.ff.de pact.vbi in tradendo rem meam alteri poſſum imponere onus prout mihi placuerit, & dicit tex.in clem. quia contingit.de religio.domi. quod voluntatem teſtatoris nemo poteſt immutare etiam conuertendo in alios æque pios vſus, ſolus Rom.Pontif.habet hanc poteſtatem.vos tamen in hoc concludatis quod de conſenſu epiſcopi poterit patronus reſeruare ſibi pēſionem in beneficio, vel aliquam qualitatem imponere, vt diebus dominicis celebretur de tali ſancto, vel quod rector debeat eſſe ſacerdos. c. cum dilectus. vbi Abb. & alij ſuprà de conſuetu. vel alteri conſeruare penſionem.c.quanto.& ibi Abb. notat infrà de cenſ. vbi ſibiipſi patrono reſeruare fructus beneficij durante vacatione ipſius glo.eſt no.in c. 1.generali verbo fundatione,de elect.in 6.aliàs vero ſine conſenſu epiſcopi non poteſt patronus ab initio talia onera imponere.c. præterea ſecundo. vbi Abb.& idem Abb.in c.nobis.col.3.infrà de iure Patro.& dicit in cap. in Lateranenſi.ad finem. infrà eo.quod ſi aliquis fundauit capellam & ordinauit quod inſtitutio ſpectaret ad curatum, vel priorem,non valet hoc ſine conſenſu epiſcopi:& talis conditio reiicietur : & talis capella fundabitur:de hoc etiam per Abb.in c.ſignificatum.ſuprà eod.Felin. vbi plura in c. venerabilis.col.12.ſuprà de excep.Rochus de Curte in tract.iur. patro. ſuper verbo vtile.in 2. q. & ſuper verbo diœceſani conſenſu.12.q.

Quantum ad ſextum videlicet,vſque ad quam quantitatem poſsit penſio conſtitui, licet text. in extrau.Ioan.22.ſuſcepti regiminis. ne ſede vac.videatur velle quod tantummodo vſque ad dimidiam partem fructuum, dum decidit quod percipientes penſionem vel fructus beneficij, debent contentari dimidia parte : aliàs in totum priuentur, quia tamen quandoque fructus ſunt ſatis tenues,quod ſi dimidia pars leuaretur,reſiduū non ſufficeret pro clerico intitulato, ideo vos dicatis quod quantitas debet eſſe talis vt remaneat beneficiato pro ſuſtentatione perſonæ ſuæ, ſeruitio eccleſiæ,iuribus epiſcopalibus ſoluendis,& aliis oneribus ſupportandis. cap. cum cauſam & ibi Hoſtien.Innoc.Ioan.And.& Abb.poſt alios.infrà eodem,vbi tex.fortius dicit,quod non ſolum ſi penſio conſtitueretur perſonæ, ſed etiam ſi de fructibus beneficij erigeretur aliud beneficium (quod eſt magis fauorabile) propter argumentationem cultus diuini,debet remanere illi beneficio ſufficiens ad prædicta, quia non licet diſcooperire vnum altare ad cooperiendum aliud. iſtud etiam probatur per text.in c.1. vbi Abb. infrà de cenſib. vbi dicitur quod cenſus non debet ſtatui ſuper fructibus beneficij quando ſunt neceſſarij pro ſuſtētatione clerici, & ibi Abb.infert ad limitationem c.præterea ſecundo,infrà de iure patro.quod conſenſu epiſcopi poteſt reſeruari penſio patrono,intelligatur dummodo fructus ſint abundātes, probatur etiam ex his quæ diximus ſuprà quod licet vnum beneficium poſsit vniri alteri c. expoſuiſti. infrà eod. aut eccleſia donari loco religioſo. cap. conſtitu.infrà de religio.domi. debet tamen clerico deſeruienti in tali eccleſia relinqui portio congrua ſufficiens ad onera prædicta.c.de monachis. ſuprà eod. ſimile voluit tex.in cap.primo infrà de inſtitu. quod licet in eccleſia non ſit certus numerus clericorum,ex quo ſuperior habeat poteſtatem, quando ſibi placuerit ibi ordinare aliquos, intelligitur dummodo fructus ſint tanti quòd

ſuffic



ſufficiant vtrique, & iſtud quod debeat haberi reſpectus in aſsignanda penſione ad omnia præmiſſa volunt communiter omnes poſt Hoſtien.in c. vacante. ſuprà eod.Henric. Boyc.in cap. prohibemus.col.2.infrà de cenſi.in quibus locis videntur concludere quod in quantitate pēſionis duo ſunt conſideranda. Primo quod remaneat beneficiato portio ſufficiens ad onera de quibus ſuprà.Secundo vt non excedat cauſam propter quam fit conſtitutio, ita quod ſi cauſa non requirat vltra centum libras, vt puta pro ſuſtentatione alicuius clerici qui ſeruitia facit in eccleſia,fuit aſsignata penſio,& ſufficerēt pro ſtatu ſuo centum librę,vel ſeruitia non merentur maiorem ſummam, quantitas nō debet excedere illam ſummam,per ea quæ traduntur in l.ſi donationi.C.de colla.& iſtud eſt etiam de mente Oldra.in cōſil.225. quidam epiſcopus col.4.intelligatis etiam pręmiſſam concluſionem, quando beneficiatus haberet de ſuo patrimonio vnde poſſet viuere,adhuc tamen de fructibus beneficij debet ſuſtentari, & ad illud debet haberi reſpectus in aſsignanda penſione per ea quæ vult Abb.(vbi alij)in c.epiſcopus col.3. ſuprà eodem.

Quantum ad ſeptimum & vltimum, ſcilicet de reformanda & diminuenda penſione, conſtituta,tria breuiter ſunt conſideranda.Primo quando ab initio fuit exceſsiua, & aliàs indebite conſtituta.Secundo quando ab initio fuit iuxta ſolennitatem conſtituta, ſed ſucceſſu temporis ſuperuenit tenuitas fructuum, & tanta quod reſiduum non ſufficit beneficiato.Tertio quando pacto vel renuntiatione remittitur ſimpliciter, vel recepta pecunia.

Circa primum concludatis quod ſi non fuit ſolennitas obſeruata, de qua ſuprà in quarto articulo,videlicet quod cauſa non interuenit, vel ſolennitas non fuit adhibita: ſi alterum deficiat reformatio petetur per quam pronuntiabitur nulla conſtitutio non ſolum in parte, ſed in toto, ſi vero cauſa fuit probata & ſolennitas adiecta ſed interuenit exceſsiuitas,reformatio petetur hoc modo, vt reſcindatur conſtitutio penſionis & reducatur ad debitam quantitatem:non autem poteſt peti quod in totum reſcindatur, & nulla declaretur.Iſta eſt concluſio, quæ ſumitur ex glo. quam Ioan.de Imo & Abb.ſequuntur in c.1.in glo. pen. ſuprà de in integ.reſtit.ſimilis glo.in c. pen. infrà de reb.eccle.non alien.quod quando in alienatione rei eccleſiaſticę ſolennitates fuerunt obſeruatę, & ex cauſa legitima fuit facta, dato quod fuerit deceptio in quantitate, valet alienatio, ſed debet peti reductio ad debitam quantitatem, ſi alterum deficeret vel cauſa legitima, vel ſolennitas in totum diſpoſitio erit nulla,vt in ſimili habetur in l. 1.C.de reſcind. vend. quod ſi in venditione interuenit conſenſus, pretium & alię ſolennitates,licet vendens aut emens fuerit deceptus re ipſa valet contractus, ſed debet peti reſciſſio, vt iuſtum pretium ſuppleatur, & iſta videntur de mente Oldra.in d.conſil. 225. & iſtud notetis ſuper modo petendi reformationem, quia aliquando petetis conſtitutionem pronuntiari nullā aliquando reduci ad debitam quantitatem.

Circa ſecundum quando ex poſtfacto reperitur iniuſta, licet tex.in c.conquerente.ſuprà de offic.ordin.videatur decidere, quod quamuis clericus habeat beneficium tenue,& de fructibus illius fuerit facta aſsignatio alteri, nō debet diminui aſſignatio illius. Tamen in caſu noſtro cōcludatis, quod ſi ſuperueniat caſus ratione cuius clericus beneficiatus & intitulatus non poſsit conſequi neceſſaria,de quibus ſuprà,poteſt peti reductio ad debitam quantitatem, iſtud probat tex.in c. ſuggeſtum.infrà de decim.quòd quando priuilegium ſemel conceſſum incipit eſſe damnoſum, poteſt reuocari & reduci ad debitum ſtatum, idem probat tex.& ibi no.in l.ex facto.ff.de vulga.& pupil. hoc etiam probatur in text. nota. in cap.quanto. infrà de cenſib. quod ſi certa penſio conſtituta fuerit in beneficio ad faciendum vnum paſtum religioſis alicuius monaſterij, ſi numerus religioſorum fuerit auctus,quod vix ſufficerent redditus beneficij, debet reformari ille paſtus. de hoc etiā habetur per doct.in c.cum cauſam.infrà eod.& facit bonus tex.in l.Præſes.C. de ſer. & aqua. quod ſi ſeruitus aquæductus fuerit conſtituta in fonte alicuius & fons deſiccauerit ad ſtatum quod vix ſufficiat in prædio in quo oritur, debet diminui & reformari ad quantum aliud prædium. Et dicit ibi Bald. quod licet pater teneatur alimentare filium, ſi tamen diminuta fuerint bona quod ſolum ſibi ſufficiant, non tenebitur illo caſu. Et in ſimili dicit Bart.(vbi alij)in l.maritum.ff.ſolu.matrimo.& aliquid in l.ſi maritus. eod. titul. quamuis maritus pro dote non poſsit conueniri niſi in quantum facere poteſt,hoc eſt deducto ne egeat, ſi tamen mulier cuius dicitur deberi dos, effecta fuerit pauper,quòd integre dos ſit ſibi neceſſaria, maritus non gaudebit illo priuilegio,& ſic quando in re ad alium ſpectante,quis habet facultatem aliquam, ſi perueniat ad caſum quod non poſsit ſufficere vtrique,talis facultas debet reformari, & de hoc quod poſsit ex poſtfacto peti reformatio, tradit Lud.Rom.in conſil.369.circa primum.col. 3. & 4. vbi loquitur de quadam penſione conſtituta monaſterio Sancti Anthonij montis maioris,per aliud monaſterium Sancti Anthonij.

Circa tertium vtrū ſimplici renuntiatione,vel mediante pecunia poſsit remitti ius percipiendæ pēſionis,dicatis quod ſi remitteretur pure & ſimpliciter nihil dato vel recepto,valet talis remiſsio, quia iura etiam ſpiritualia nudo pacto remitti poſſunt.cap.ſtatuimus.cap.veniens.cap.ſuper eod. ſuprà de tranſact.& quamuis in renuntiatione beneficij requiratur quod fiat in manibus ſuperioris nihil valeret facta in manibus laici.cap.admonet. c.quod in dubiis.ſuprà de renuntia. Tamen quia ex iure percipiendi penſionem quis non dicitur habere titulum in beneficio, vt traditur in c. poſtulaſti.ſuprà de reſcrip.valebit etiam in manibus laici renuntiatio,per ea quæ voluit Archi.in c.deliberatione circa,fin.ff.de offi.legat.in 6. Dom. de Rota deciſio.290. & deciſio.328.in antiq. Abb.in in c.ad audientiam.2.col.2.ſuprà de reſcrip.

Quando vero renuntiatio fieret mediante pecunia,maior eſt difficultas,& videretur dicendum non poſſe fieri,quia ius patronatus quod eſt temporale,

porale,ex eo quod habet aliquid ſpiritualitatis annexum, non poteſt vendi nec per pecuniam remitti.cap.ex literis primo.cap.de iure.infrà de iure patro.& idem deberemus dicere in iure percipiendi penſionem cum videretur aliquid ſpiritualitatis habere propter conſenſum epiſcopi qui requiritur vt dictum eſt ſuprà aut alterius ſuperioris.Præterea in ſimili voluit tex.in cap.conſulere. infrà de ſymo.quod officia quæ quis habet in eccleſia non poſſunt pecunia comparari ſine labe ſymoniæ.& dicit tex.in c.per tuas 3.eod.tit. quod ſi quis fuerit ordinatus ad tit.beneficij, & ſic cum facultate conſequendi alimenta ex fructibus beneficij ſi faciat pactum de non petendo committitur ſymonia. Præterea text. in cap. præterea. 1. ſuprà de tranſactio.decidit, quod ſi quis remittat alteri ius patronatus aſsignata ſibi penſione, non valet tranſactio,ergo in ſimili remittendo penſionem recepta pecunia debet eſſe inutilis, ad idem text.in cap.præterea 2.eod.tit.de tranſact.quod ſi quis conſtituat penſionem ſe, eximendo à ſubiectione Matricis eccleſiæ,non valet tranſactio,in illis ergo iuribus probatur quod iura quæ habet aliquis ſuper rebus beneficij non poſſunt remitti mediante receptione alterius rei. Præterea voluit Abb.in c.non ſatis.infrà de ſymo (& de hoc ſuprà vidimus)quod non valet pactum per quod alicui ſoluitur penſio ſuper fructibus beneficij, vt contrariorum ſit eadem diſciplina. l. 1.ff. de his qui ſunt ſui vel alie iur.ideo non debet valere pactum per quod remittitur penſio.Præterea & vltimo,in conſtituenda penſione requiritur conſenſus epiſcopi.cap.præterea.c.cum clerici.c.ſignificauit. infrà de cenſib.eadem ergo ſolennitas debet obſeruari in illa reſoluenda.l.nihil tam naturale.de regul.iur.ff.& in c.1.de reg.iur.in antiq.

Pro reſolutione huius difficultatis vis tota conſiſtit in inquirendo an ius percipiendæ penſionis dicatur ſpirituale,vel ſpirituali annexum, an vero dicatur mere temporale,quia ſpiritualia vel ſpiritualibus annexa,non poſſunt permutari cum mere temporalibus : bene tamen valet permutatio, vel remiſsio cum alio iure ſpirituali, aut ſpiritualibus annexo,vt traditur per glo.& doct. in c. ſtatuimus.& in c. ſuper eo. ſuprà de tranſact.& in c. ad quæſtiones.infrà de rer. permu.Iura vero temporalia pro temporalibus permutari vel redimi poſſunt, non autẽ pro ſpiritualibus,& ideo ſi ius percipiendæ penſionis ſit ſpirituale, aut ſpirituali annexum non poterit recepta pecunia remitti, ſi dicatur mere temporale,valebit remiſsio.

Circa hoc ex mente doct.dicatis quod tale ius eſt mere temporale, ita Hoſtien.(quem alij omnes ſequuntur,excepto Inno.)in d.cap.pręterea.2. ſuprà de tranſact. & ideo ibi reprobatur remiſsio ſubiectionis mediãte penſione, quia ſubiectio eſt quoddam ius ſpirituale,& penſio eſt mere ius tẽporale,& ita debet intelligi ille text.& in c. præterea primo,eodem tit.quod ius patronatus quia eſt ſpirituali annexum non poteſt permutari cum penſione quæ eſt mere temporale.iſtud etiam voluit Abb.in d.c.ad audientiam col.2, ſuprà de reſcrip.quod ideo gratia quam habuit ille ad obtinendum primum vacaturum,non potuit remitti manente penſione, quia talis gratia erat quoddam ius ſpirituale, & penſio eſt temporale.Iſtud etiam probatur per tex.in c.poſſeſsiones.16.quæſt. 1. quod penſio poteſt aſsignari laico. & ita per illum tex.voluit Do.in c.quamuis.1.in fin. prin. de præb.in 6.& decidunt notabiliter Ioan.de Imo.in cle.vnica.in 4.col.& ibi Card. Zaba.in §. eadem. 6.quæſ.de ſupple.neg.præla. quòd penſio quia eſt ius mere temporale, non extinguitur, licet penſionarius efficiatur miles,vel matrimonium contrahat, nec etiam penſio poterit permutari cum beneficio,& ſic iure ſpirituali intelligẽdo de penſione temporali, non de perpetua & tranſmigrabili de perſona ad perſonam,quia talis eſſet beneficium.c.poſtulaſti.vbi Feli.col. 10. ſuprà de reſcr. idem Fel.in cap.noſtra. in primo correlario,eodẽ tit.ex his ergo apparet quod penſio ſit quoddam ius mere temporale, & ex hoc ſequitur quod poterit remitti pro alia re temporali, prout videmus quod prædia eccleſiaſtica poſſunt vẽdi. & ita voluit glo.& ibi doct.in d.c.ſuper eo. & c.ſtatuimus. ſuprà de tranſact. Verum eſt quod licet remittẽdo per pecuniam non diceretur proprie ſymonia, quamuis faciliter quis poſſet induci ad delinquẽdum,tales remiſsiones cum pecunia debent caueri.arg.l.conuenire.ff.de pact.dotat.& text. no.in c. peruenit.ſuprà de arbi.& iſtud tenendo non obſtabũt ſuprà in contrarium allega. de iure patronatus,quia eſt ſpirituali annexum, de titulo aſsignato eodẽ modo, quia dicitur habere quoddam ius ſpirituale,vt traditur in c.pen.infrà de iure patro.text.in c. præterea.1.& 2.ſuprà de tranſact. debent enim intelligi vt ſuprà dictum eſt,quia ſpirituale pro temporali remittebatur.tex.in c.conſulere. infrà de ſymo,loquitur in officiis habentibus ſpiritualitatem annexam, vt ibi declarauit Inno. & alij.Decilio Abb.in c.non ſatis. loquitur quando quis volebat renuntiare beneficio & ſic iuri ſpirituali cum intentione, vt conſequeretur penſionem,nos loquimur in iure mere temporali.Vltimum quod dicebatur eandem ſolennitatem debere obſeruari in diſſoluendo actum, quæ requirebatur in conſtituendo,habet locum quando per diſſolutionem generatur & fit præiudicium non ſolum renuntianti ſed alteri tertio, & ita traditur in d.c.nihil tam naturale. Et ex his pronuntiatis ſit expedita materia penſionum, & ſic ſecundus modus per quem alius vltra rectorem habet ius in fructibus beneficij.

Tertius modus percipiendi fructus alicuius eccleſiæ quãdo de vna pręcbenda fiunt duæ,& iſtud habet locum in eccleſiis in quibus numerus eſt incertus,ſtatim quod vnus deputatur in illa eccleſia,creatur nouum beneficium, & per mortem ipſius extinguitur,nec dicitur vacare.cap.dilecto. circa medium, ſuprà eod. in illis vero in quibus præbendæ ſunt certæ poteſt fieri diuiſio pręcbendarum & de vno beneficio fieri duo vel plura, quatuor tamen concurrentibus.

*Quatuor requirũtur ad hoc, vt de vna præbenda poſſint fieri duæ.*

Primò quod diuidens iſtud intẽdat facere aliàs ex ſola deputatione plurium ad vnũ beneficium, niſi appareat quod velit duo beneficia creare,non diceretur fieri diuiſio pręcbendæ, vt ad literam innuit tex.in d.c.dilecto.

Secundò



Secundò quòd interueniat conſenſus capituli. c.1.infrà de reb.eccle. non alien.

Tertiò vt quod cauſa legitima ſubſit,vt penuria clericorum.c.vacante.ſuprà eod.

Quartò quod reditus ſufficiant vtrique beneficio.c.cum cauſam:ſuprà eo. aliàs non poteſt fieri diuiſio pręcbendarum.c.maioribus.ſuprà eod.ita declarat Hoſti.& alij poſt eum in d.c.vacante.

Quartus eſt modus quando in vno beneficio plures inſtituuntur, ſed quia non poſſunt in eodem beneficio plures intitulari.c.cũ non ignores. c.maioribus.ſuprà eod.ideo doct. in cap. cum M. Ferrarienſis.ſuprà de conſtitu.& d.c. dilecto.concludunt quod ſi talis deputans omnimodo clericos non habens poteſtatem creandi nouum beneficium non valebit talis prouiſio, ſiue habeat poteſtatem, vt canonici, qui poſſunt canonicum creare ſi vacat vna præbenda duos elegerunt habentes intentionem vt vterque ſit canonicus, videntur nouum canonicatum creaſſe, & de ſuperexcreſcentibus tenebuntur ſibi præbendam conſtituere,idem in Romano Pont.qui pluribus prouidit de canonicatu, vt dixit intelligendo quod voluerat vtrumque eſſe canonicum.

Quintus eſt modus quando aliquis ordinatur ad titulum beneficij, & nõ poteſt ſuſcipere ordines ſine titulo.c.epiſcopus. c.cum ſecundũ Apoſtolum.ſuprà eod. & aliquis beneficiatus titulum in ſuo beneficio tradidit.de quo in c.per tuas.3.infrà de ſymonia talis ſic intitulatus debebit recipere ex fructibus illius beneficij quandiu beneficiatus qui dedit titulum viuet, alimenta ſibi neceſſaria,& ſi epiſcopus conſentiens,vel alius ſuperior ſucceſſor in beneficio tenebitur ſibi præſtare, & ſi tale beneficium ſit de patronatu alicuius & patronus conſentiat illo vacante tenebitur illum præſentare,& aliis præferre, iſta omnia habentur (vbi plenius traditur de materia)in c.pen.infrà de re patrona. Iſte tamen ſic intitulatus tenebitur in illo beneficio ſeruire.c.conquerente.ſuprà de cler. non reſiden.

Ex prædictis textualibus reſtat,vt deueniamus ad tertium quod fuit propoſitum ſuprà in tertio, videlicet ad apparatum Abba. in repe.huius §. & licet inordinate procedat quandoque formando quæſtiones vltra gloſſ. quandoque ingrediendo glo.demum opponendo, poſtea format quæſtiones ſequendo tamen ordinem ſuũ, & ex eo quòd expediuimus textualia,ingrediamur dicta Abb.in 4.col.verſi.veniamus nunc ad quæſtiones. Circa primam quæſtionem duo ſunt videnda. Primo quid dicatur parrochialis eccleſia. Secundo quo tempore parrochiales eccleſiæ fuerunt partitæ.

Quantum ad primum concludit Abb. quod eccleſia parrochialis dicitur à parrochia deputata ad regimen illius eccleſiæ.c. eccleſias. 13. quæſt.1. & parrochia dicitur ab alluſione vocabuli à partitione, hoc eſt quoties locus aliquis partitur, & limitatur deinde deputatur ad aliquam eccleſiã, ille locus dicitur parrochia, & eccleſia quæ habet deputatum dicitur parrochialis habens regimen & curam illius loci.c.1. infrà de capell. monacho. Iſtam cõcluſionem & doctrinam ad cognoſcendum parrochialem eccleſiam ponunt Innoc.Hoſtien.Ioan.And.Pet.de Ancha.Card.Zab.& Abb. in rub.infrà de parro.idem Abbas in cap.Apoſtolicæ.infrà de dona. & ſic ex hoc vos habetis duo inferre.Primo quod ſi quis habeat regimen alicuius populi,& habeat curam animarum,non tamẽ dicetur rector parrochialis : quia requiritur quod habeat certum territorium deputatum, & ſic non omnis cura animarum dicitur eccleſia parrochialis,& ita Cardi.in cle.1.de præben.& in cle. vnica de offi.vica. Cura autem animarum dicitur dupliciter.vno modo proprie & ſtricte pro cura pœnitentiali, quandò aliquis tenetur miniſtrare ſacramenta aliquibus,& illi tenentur ab eo ſuſcipere,hæc duo requiruntur. glo. ordi. in cle.dudum. verſi. ad hoc ſuperimpendent. de ſepul.quam ibi Ioan.de Imo.& Card.ſequuntur.Hoſtien.Petr.de Ancha.& Card.in cap.cum ſatis.ſuprà de offi. archidia.Abbas in c. dudum.2. in 9. nota.ſuprà de elect.in c.de multa ad fin.ſuprà eod.alio modo dicitur cura reſpectu iuriſdict. quod omne beneficium habens iuriſdictionem, dicitur habere curã animarum.d.c.dudum. circa med. & ibi per omnes ſuprà de elect.ex quo apparet quod non omne beneficiũ curatum dicitur eſſe eccleſia parrochialis,ſed requiritur certus locus diſtinctus,& illi eccleſiæ deputatus,& ideo in ſimili infert Ioan. And.quem ſequitur Ioan.de Imo.in c. quia nonnulli.ſuprà de cler.non reſidentib.quod ſi eſſet eccleſia ruralis in aliquo loco in quo nemo habitauerat, & veniant de nouo aliqui ad habitandum,ſi ille locus non fuit deputatus ad illam eccleſiam,illi non erunt parrochiani, nec illa eccleſia dicetur parrochialis.

Secundò habetis inferre quod omnis eccleſia quæ habet regimen in aliquo loco diſtincto, & ſibi deputato ſiue inferior ſiue ſuperior, dicetur eccleſia parrochialis, & ideo diœceſis quæ eſt limitata,appellatur parrochia, & epiſcopis dicitur eſſe rector parrochialis.c.veniens.vbi Io. de Imo. & Fel.ſuprà de præſcriptio.c.1. & ibi Io. de Ana. infrà de rapt.c.ad apoſtolicæ.infrà de dona.c. peruenit.c.ad apoſtolicę.infrà de decimis.c.2.infrà de magiſt.c.excommunicamus.§.adiicimus.infrà de hæreti.& ideo dicit gloſſ. in cap.2.de pœnit.& remiſi.in 6. quia rectori parrochiali quis ſemel in anno tenetur confiteri vel ab eo licentiam habere.c.omnis vtriuſque ſexus, infrà de pœn. & remiſsio : confitendo epiſcopo vel ab eo licentiam obtinendo.cũ dicũtur rector parrochialis videtur ſatisfeciſſe:aduertatis quod Abb. docendo qualiter cognoſcatur eccleſia parrochialis dicit tantummodo quod habeat parrochiam ſibi deputatam,dato tamen quod habitantes receſſerunt, vel mortui fuerunt aut alio caſu expulſi à parrochia, nihilominus dicetur ſemper eccleſia parrochialis,ita Abb.poſt alios in c.de multa.in fi.ſuprà eo. Ioan.And.& Ioan.de Imo.in d.cap.quia nonnulli. ſuprà de cle.non reſiden.Dom. & Arch.in d. cap. licet canon.de elect.in 6.Bene verum eſt quod iura pœnalia facientia mentionem de eccleſia parrochiali, vt eſt ille text.in cap.de multa.comprehendunt tantum eccleſiam parrochialem actu, & ſic habentes parrochiam. De hac autem materia quæ eccleſia dicatur parrochialis plene Io. Andr.

Card.

Card. Ancha.& Ioan.de Imo.in c.nonnulli. ſuprà de cle.non reſiden.vbi etiam decidunt quod ſi eſſent duo mandamenta habẽtia limites diſtinctos, & non habeant niſi vnam eccleſiam in qua audiunt diuina & percipiunt ſacramenta,tamẽ non dicenter duæ parrochiæ not.tex.in cap. cum non ignores.ſuprà eo. & ad hoc facit tex. in l.Caius.§.1.ff.de leg.2.quod diuiſio facta gratia commodioris culturæ non inducit pluralitatem prædiorum, ex quo diuiſio mandamentorum facta gratia cõmodioris vtilitatis non debet inducere pluralitatem parrochiarum.

Secundò ex dictis Abb. in prima quæſt. habetur,qualiter parrochiæ fuerunt diſtinctæ tempore Dionyſij.cap.1.13.q.1. Prouintiæ autem & diœceſes diuiſæ fuerunt ante aduentum Chriſti.c.1.80. diſtinct.cap.1.99.diſt.& de hoc tex.habetis(vbi per omnes habetur)in cap.paſtoralis.infrà de his quæ fiunt à præla.ſine conſenſu cap.Innoc.in c. conſtitutus.ſuprà de appella.aliquis. Abb. in diſputatione ſua (epiſcopus) circa medium plene Ioañ. de Selua in tract.de beneficio in 5.q.primę partis,iſte autẽ Dionyſius frater qui reperitur in chronicis fuit aſſumptus in ſummum põtificem anno 266. fuit 26.Papa,& ſtetit in pontificatu per ſex annos.

Circa ſecundam quæſtionem Abb.duo eliciũtur.Primum,(& iſtud quotidianum & vtile) quis dicatur eſſe parrochianus eccleſię,& cõcludit poſt Fed.in conſi.254.quæſt.ſubſequens. Quod parrochianus dicatur ille qui de facto habitat in aliqua parrochia cum intentione & animo ibi manendi habétque vere & non præſumptiue ibi domicilium ſiue audiat diuina,ſiue non.cap.1.18.diſt.c. ſi quis tranſlatus.22.quæſt.1.c.2.de ſepul.in 6.vbi habitans in duabus parrochiis dicitur parrochianus vtriuſque:requiritur ergo primo quod habeat intentionem ibi manendi, aliàs ſi acceſſiſſet ad locum cum intentione redeundi, non eſſet parrochianus illius loci.cap.is qui.de ſepul.in 6.requiritur & ſecundo quod verè inhabitet,nam ſi haberet domiciliũ præſumptiue, vt eſt ille qui habitat in aliquo loco licet non ſuæ originis,quamuis habet domicilium in loco originis.l.aſſumptio.ff.ad municip.ex eo quod vere ibi non habitat non dicitur parrochianus illius loci.c.fi. infrà de parrochi.nec curandum eſt ſiue ibi audiat diuina, ſiue non per ea quæ habentur in c. vt diuinis.infrà de parrochiis.

Iſtam concluſionem Abb.videtur ſequi Pet.de Ancha. in c. in noſtra.& ibi idem Abb. infrà de ſepul.vbi Petr.de Ancha. decidit de quodam capitaneo qui fuerat miſſus ad aliquem locum in quo mortuus eſt, & elegit ſepulturã in quodam conuentu:rector illius parrochie in quo mortuus eſt nõ debet habere quartam canonicam de legatis per eum factis illi conuentui,quia non erat cũ intentione manendi, iſta etiam concluſio fuit de mente Ioan.And.Petr.de Ancha.& Franc. in d.c. is qui.de ſepul.in 6.vbi etiam inferũt,quod ſi propter peſtem,vel guerram quis ſe retraxit in ciuitate,& ibi moritur,quia non habitat cum intentione manendi,non debet ſepeliri in eccleſia parrochiali in qua mortuus eſt: idem voluit Petr. de Ancha.in c.de vxore.col.2. infrà de ſepul. vbique allegando pro maximo fundamento in c. is qui. & iſtud videtur ſentire Inno.in cap.omnis vtriuſque ſexus.col.fi.infrà de pœni.& remiſ. vbi voluit quod licet ſcholaris, mercenarius, famulus,peregrinus & ſimiles qui habitant in aliquo loco nõ cum intentione ibi domicilium faciendi,poſſunt ſacramenta percipere à rectore illius parrochiæ. Tutius tamen eſt vt tales prius obtineant licentiam à proprio rectore parrochiali. Tamen quantum ad iſtum articulum Hoſtien.in cap.in noſtra infrà de ſepul.videtur fuiſſe in hac opinione quod ſola habitatio ſufficiat per tex.in c.1.cod.tit.de ſepul.vbi parrochianus dicitur illius parrochiæ in qua pabulum ſpirituale recipit: non requirit ibi text. quod habeat intentionem manendi.idem probat tex.in d.c. in noſtra, dum dicit illum eſſe parrochianum in loco in quo ipſe habitauit:& ſic ſola habitatio ponderatur. idem text. in cap.fin. cod.tit.ſcilicet de parro. vbi illi qui propter guerram confugerunt ad aliquam parrochiam,dicuntur parrochiani illius loci,& facit ad hoc tex.in c. cum cauſam. de elect.in cle. vbi intimatio debet fieri ibi loco in quo quis inhabitat ſiue ad tempus ſiue cauſa manendi ibi. idem voluit glo. in c. ſtatutum. §.cum vero. in verbo vnam dietam.de reſcrip. in 6.probat text. in l. 4. §. prætor ait. ff.de dam.infec.ad idem tex.in l.lex Cornelia. §.1.ff. de iniuriis, vbi dicitur quod iniuria dicitur fieri ad domum,etiam ſi illam domum inhabitet,tãquam conductam pro certo tempore,& per iſta videtur primum requiſitum Abb. quod debeat ibi habitare, cum intentione manendi non eſſe verum, præterea ſi requireretur animus, ſequeretur quod furioſus,vel infans qui fuit tranſlatus ad aliquam parrochiam etiam ſi per multa tempora ibi ſteterit,non dicãtur parrochiani illius loci,cum tales, non habeant animum.l.in negotiis.ff.de reg.iur.l.1.circa fin. C. de falſa.mo. tantum re vera dicitur parrochianus loci in quo inhabitat,vt habetur in c.pen.de ſepul.in 6.& dicit Petr.de Ancha.in d. c. de vxore. col.2.infrà de ſepu.quod ſi mortuo patre infans tradatur nutrici in alia parrochia & ibi moriatur, debet ſepeliri in illa parrochia, niſi in contrarium ſit conſuetudo. Præterea ſequeretur vnum abſurdum, quod ſi quis venit ad habitandum in aliqua parrochia & non declarauit animum ſi velit ibi perpetuo manere, aut domiciliũ facere,quod debeamus ſpectare decem annos antequam dicatur parrochianus, quia illud tempus eſt introductum ad eliciendum pręſumptum animum.l.peregre.ff.de acq.poſſeſ.glo.no.in l.1.in gl. mag.circa fin.C.de ſer.fug.& probat tex.in l.2. C. de iur.lib.11.Præterea & quòd ſola habitatio ſufficiat.nam bonum eſt argumentum de iuriſdictione temporali ad ſpiritualem & pœnitentialem,& quemadmodum ex ſola habitatione quis ſortitur iuriſdictionem temporalem,etiam ſi habeat alibi domicilium.l.1.& 2.C.vbi crimi. agi opor. bonus tex.in l.quiſquis. C. ſi cert.pet.Idem in ſpirituali ex ſola habitatione videmus.c.1.& ibi traditur.infrà de rap.& quòd ſola habitatio & ſolus ingreſſus tribuat domino illius loci iuriſdictionem,probat text.& quod voluit ibi mirabiliber Bar. in l.ſi dominum.ff.de fur.decidẽs quod ſi quis in alieno territorio



territorio cõmiſerit furtum, & cum re furtiua ingrediatur iſtud territoriũ ex ſolo ingreſſu propter mutationem territorij, dicitur committi nouum furtũ,& dominus huius territorij habet in eum iuriſdictionẽ. Idem voluit Bar.in l.nec legatarius.ff. de cond.fur.Abb.in d.c.1.infrà de rap.Et ſic ad cognoſcendũ vtrum quis habeat iuriſdictionem in aliquem,non curamus de domicilio, ſed ſufficit, quod in illo loco in perſonam ſuã cõtingat actus ratione cuius datur iuriſdictio. Ideo in propoſito deberemus dicere ad hoc, vt quis dicatur parrochianus non curamus,quod ibi habeat domiciliũ vel habitet cũ intentione manendi ſufficiat,quod in illo loco in perſonam ſuam contingat caſus ratione cuius datur ius parrochiale, vt quia ibi mortuus eſt contingit caſus baptiſmi, vel ibi duxit vxorem, vel ibi peccata commiſit pro quibus debet confiteri,aut aliud ius parrochiale euenit.

Inquantum etiam Abb.dicit,quod non ſufficit habitatio pręſumpta videtur obſtare tex.in c.cum nullus.de tempo.ord.in 6.vbi ſi aliquis habitat,in aliquo loco,quàm in loco domicilij,nõ poteſt ſuſcipere ordines, cum licentia epiſcopi illius loci, ſed debet requirere licentiam ab epiſcopo domicilij,qui dicitur ſuus parrochialis rector, & ſic videtis plura obſtare contra concluſionem Abb. & plures tenuiſſe cõtrariũ.quid dicemus in iſto arti.

*Differentia inter domiciliũ,& habitationem.*

Pro intelligẽtia clara habetis pręmittere differentiã longam eſſe inter domiciliũ, & habitationem. Ita Bar.in l.4.§.prætor ait.circa fi.ff.de damno infect.Io.de Ana.in c.1.col.2.infrà de rapt.

Domicilium enim non dicitur ex ſola habitatione,ſed requiritur animus,quòd velit ibi cauſare domicilium. l.domicilium.l.placet.cum l.ſeq.l. eius.§.fi.ff. ad municipa.& ſi non appareat de animo requiritur habitatio decem annorum. l.2.(& ibi traditur.) C.de inco.lib 11.

Habitatio autem dicitur ex ſola reſidentia in aliquo loco, dato quod non habeat animum ibi conſtituendi domicilium,arg.tex.in l.ſi quis ita.ff. de condi.& demon.& per Bar.in l.cũ de lanionis. §.Sabinus.ff.de fundo inſtru. inſtrumentoq; lega. Iis præſuppoſitis(prout dicit Abba.in c.in noſtra. col. fin. infrà de ſepul.) nos poſſumus conſiderare quatuor caſus in hac materia, tres primi ſunt indubitabiles in quibus omnes concordant,in quarto iacet difficultas.

Primus,quando aliquis habitat in aliqua parrochia,& cũ hoc ibi habet domiciliũ, clarum eſt, quòd eſt parrochianus illius loci.c.2.de ſepul.in 6.

Secundus caſus eſt,in vacabundo,qui non habet nec domicilium, nec habitationem denominatam: ille talis erit parrochianus illius loci, in quo ſe reperiet pro tempore.argum. c.1.& ibi traditur, infrà de rap.l.1.cum ibi traditis per gl.C.vbi de crimi.agi oporteat.

Tertius caſus eſt, quando quis habet domicilium in vno loco, & accedit in alium locum ſtatim rediturus ad domicilium, dicetur parrochianus domicilij, & non loci ad quem acceſſit.cap. antepe.de ſepul.in 6.arg.text.in l.ex facto magna. circa. fin.ff.de hære. inſtitu.l.1.cum ibi traditis per Bart. & Io.de Platea.C. de incol. lib.10.& in iſtis tribus caſibus omnes inclinant in rubric. infrà de parro.in dict.cap.in noſtra.infrà de ſepult.in dict. cap.is qui. de ſepult.in ſexto, in cap.omnis. infrà de pœnit.& remiſſ.

Quartus caſus eſt, (& in hoc eſt difficultas,) quãdo aliquis habet domicilium in aliquo loco, & iuit ad habitandũ in aliquo loco ex certa cauſa cum intẽtione finita cauſa redeundi ad domicilium,vt ſunt ſcholares in ſtudio,famuli & mercenarij,in domo patrisfam.ſollicitatores in curia, nutricij penes nutricem, & ij qui aufugiunt propter peſtem,vel propter guerram,donec ceſſauerit, peſtis,vel guerra milites metati in locis,in quo caſu doct.fuerunt varij.Nam Archi.Io.And.Domi. & Franc.in d.c.is qui.de ſepul.in 6.voluerũt,quod non ſunt parrochiani loci, in quo inhabitant.per. d.c.is qui. iſtud idem voluit Abb. hîc & in d.c.in noſtra.vbi Ioan.And. & eſt de mente docto.in c. omnis.de pœnit.& remiſſ.

Contrariam tamen opinionem(& iſta videtur verior,& tenenda)tenuit Hoſtien.in d.c.in noſtra. Federic.de Senis in d.cõſi.254.quæſtio ſubſequẽs. Petr.de Ancha. in d c.de vxore. colum.2.infrà de ſepul.& in d.c.in noſtra.idem etiam voluit in d.c. is qui.de ſepul.in 6 Henric. Boic.in c.abolet.infrà de ſepul.Carder.in conſi.3.eo.tit.de ſepult.& mouentur potiſsime, quia iura de hoc loquẽtia non ponderant domiciliũ, ſed habitationem,vt in c.1. c.de his.c.in noſtra.c.fin.infrà de ſepul.vbi ſimpliciter dicitur, quia pabulum ſuſcipit,quia ibi mortuus eſt, etiam probat tex. in c.queſti. 16.q.1.quòd decimæ perſonales debẽt ſolui rectori parrochiali,in qua quis habitat.Idem probat tex.in c.paſtoralis.infrà de his,quæ fiunt à præla.vbi oblationes debent eſſe rectoris illius parrochiæ, non diſtinguit de domicilio, & habitatione. Præterea pro iſta opinione facit, quia iura parrochialia percipiuntur ex eo,quòd quis celebrat diuina,& miniſtrat ſacramenta, vt habetur in rub. & c.1.infrà de parro. & in c.1.infrà de celebra. miſſa.ſed quando aliquod ius percipitur à perſona ratione alicuius oneris, ſtatim quòd habitat in aliquo loco, dato quod non faciat domicilium pro oneribus, quæ tunc occurrunt, tenetur tamen contribuere cum incolis,ita Bart.in l.prouidendum. C.de Decurio. lib.10. Tho.Parpalia. in repe.l.placet.circa 12.col. C.de ſacroſanct.eccle.ibi volunt, quòd pro oneribus occurrentibus nouus habitator poſsit tallecari, & ideo pro iuribus parrochialibus occurrentibus tempore habitationis,quis dicetur eſſe parrochianus. Nec obſtat text.in c.penul.de ſepul.in 6. quia ibi loquitur quando non venit ibi ad habitandum ex cauſa in loco,ſed venit cum intentione ſtatim recedendi.Et ideo dicit ibi Pet.de Anch. quòd ſi quis aufugiat propter peſtem cauſa habitandi per certum tempus, dicetur parrochianus illius loci. Secus ſi non cauſa habitandi, ſed cum intentione, ibi eſſe per vnum diem poſtea volens alibi habitare non diceretur tunc parrochianus.

Adhuc reſtat vnum,quod vrgebat,quod etiam cum intentione redeundi accedens ad locũ dicatur ibi parrochianus, prout ille qui eſt in loco cũ intentione recedendi, ſi committat delictum, dicitur iuriſdictionabilis illius loci.c.1.de rapt.l.1.C.

vbi de crimi. agi oportet. Reſpondeatis, quod de iuriſdictione temporali ad pœnitentialẽ non eſt bonum argumentum, vt videmus per text.& ibi Abba.in cap.quod autem.infrà de pœni.& remiſſ. quòd ſi ab epiſcopo cõcedantur indulgentiæ cuicunque, qui dederit aliquid eccleſiæ, licet extraneus adimpleat actum,& det eccleſiæ,non tamen conſequitur indulgentias.In ſimili videmus,quod licet quis poſsit prorogare iuriſdictionẽ alterius iudicis ſine conſenſu ſui proprij iudicis, vt traditur in l.ſi conuenerit. ff. de iuriſ.om.iud tamen in foro pœnitentiali quis non poteſt confiteri alteri, & ſic ſubire ſuam iuriſdictionem ſine conſenſu ſui proprij ſacerdotis. cap.omnis. infrà de pœnit. & remiſſ.idẽ videmus quod licet pro delicto hîc commiſſo extraneus poſsit puniri ab iſto iudice d.c.1.infrà de rap.Pro peccato tamen hîc commiſſo rector parrochialis huius loci non eſt ſufficiẽs, ſed debet confiteri proprio curato.glo.ord.& not. in c.1.16.q.1.Abb.in c.cum contingat. col.18.ſuprà de for.compe.in c.1.& ibi Io.de Ana.infrà de rap. in quibus locis aſsignant rationẽ differentię,nam pro delicto hîc commiſſo iſta reſpublica dicitur hîc offenſa, & pariter iuriſdictio iſtius iudicis merito permittitur quod poſsit punire, ſed quando quis peccat,ipſe ſummus Deus offenditur, & dedit illi proprium iudicem ſcilicet curatum parrochialem,debet ergo ad illum accedere.

*Cuius eccleſiæ dicãtur parrochiani ſcholares mercenarij.*

Secundò voluit Abb.hîc quod ſcholares mercenarij,& alij non facientes domicilium dicantur parrochiani illius parrochiæ in qua habitant,allegat ad hoc glo. ſing. in cle.1.in prin. verbo,parrochialis.de priuil.& illam glo.ad iſtud propoſitum ſingularem reputauit idem Abbas. in c.cum contingat.col.18. ſuprà de foro compe.idem Abb. in c.omnis.col.fi.infrà de pœn.& remiſſ. de hoc etiã eſt bona glo.in c.placuit.de pœn.diſt.6. & ad hoc faciunt quæ proxime diximus,quod quando quis in loco habitet ex certa cauſa : licet non cum intentione conſtituendi domicilium,dicitur parrochianus pro illo tempore.

*Quomodo rector parrochialis poteſt conſtituere vicarium.*

Circa tertiam : quia Abb.concludit poſt Ioan. Andr.in c.cum ex eo.de elect.in 6.Hoſtien.in cap. inſuper.verbo omnibus.ſuprà de offic.Arch.& in c.omnis.col.pen.infrà de pœni.& remiſſ.quod rector parrochialis ex cauſa, & pro aliquo paruo tempore poterit conſtituere vnum vicarium.arg. text.in c.ſi quis in clero. 7.q.1. & in hoc concordant communiter omnes. in d.c.omnis, quòd ſi rector parrochialis non poſsit de per ſe deſeruire in parrochia, poterit ſibi aſſumere vnũ vicarium. Iſtud idem voluerunt Franc.& Domi.in d.c.cum ex eo.Card.Zaba.in cle.vnica.14.q. de offi.vica.& in cle.1.q.21.de priuil. Doc. in cap. perlectum. 25. diſtinct.& in c.fi.de reſcrip.in 6.dicit tamen Card. in locis præall. quod non debent conſtitui vicarij clerici peregrini & extranei. arg.cap.1. de tempo. ordin.in ſexto.

Secundò dicit, quòd non requiritur licentia epiſcopi, niſi ſtatuto ſynodali ab illo diſponeretur.c.illud.c.nihil.7.q.1. & quamuis pro contraria parte Ioan.Andr.& Arch. in d.c.cum ex eo.plura allegauerunt,& inter cætera,quòd in iis in quibus eligitur induſtria perſonæ, non poteſt quis vices ſuas alteri committere.cap.fi.ſuprà de offi.delega. tamen pro reſponſione, & comprobatione huius cõmunis opinionis bene facit tex.in l.1. ff.de offi. eius cui mand.eſt iuriſd.vbi ea, quæ principaliter demandantur alicui iudici, licet ſua natura non ſint delegabilia:ex cauſa tamen & pro certo tempore poterunt delegari.

Circa quartam Abb.quæſtionẽ habetis hîc locum ordinarium,ad quẽ ſemper recurritur, quod licet clericus in beneficio per ſeipſum debeat deſeruire. c.quia nonnulli. c.relatum. c.conquerente.ſuprà de cler.non reſiden. Ioan.Andr.Archi. & Dom.in cap.cum ex eo. de elect. in 6.ſunt tamen duodecim caſus,quos originaliter hîc Hoſtien.in 2.col.cumulauit, in quibus quis poteſt conſtituere vicarium,& per alium deſeruire.Iſtud idem voluerunt Petr.de Ancha.Ioan.And.Cardin.Zaba. & Ioan.de Imo.Federic.de Senis,in conſil.146.de iure communi per Hoſtienſ. & alios in cap.inter quatuor. ſuprà de cleri. non reſiden. Sed quia hîc eſt locus ordinarius, & caſus ſunt quotidiani de vnoquoque aliquid plenius diſcutiemus.

Quantum ad primum, concludunt Hoſtienſ. & alij, ſuprà allegati, quòd ſi quis fuerit pluralis in beneficiis,quia propter perplexitatem non poteſt in quolibet reſidentiam facere, in altero conſtituat vicarium, & in maiori reſidentiam faciet per iſtum textum. Diceret aliquis, (quia hîc Docto. aſsignant rationem) iſtud fuiſſe introductum, propter perplexitatem, quòd perplexitas deberet in totum vitiare, & non verificari in altero extremorum. l.Titius.ff.de cond.inſtitu.Pro declaratione huius aduertere habetis, quòd perplexitas dicitur quando aliqua duo ſe offerunt,& alterum (qualecunque ſit) adimplendo, ſequitur vel impoſsibilitas vel contrarietas, aut aliquod inconueniens, vt habetur per gloſſ.13. diſtinctione, in ſumma vbi exemplificat de Iudæis, qui erant in perplexitate circa mortem Chriſti. Nam illum morti tradendo peccabant, occidendo innocentem, ſi morti non tradidiſſent, eorum legi fuiſſent aduerſati, diſponentem,quod qui dixerit ſe filium Dei, morte moriatur. In hac materia perplexitatis dicatis, quod aliqua eſt reſolubilis: aliquam non reſolubilem appellamus, quando eligendo alterum extremum non ſequitur impoſsibile, nec contrarietas : ſed tantummodo aliquod inconueniens,non reſolubilis dicitur,quando electo altero extremorum qualecunque ſit ſequitur impoſsibilitas vel contrarietas, vt in caſu dictæ l.Titius. quando teſtator dixit hoc modo, Si Titius ſit hæres, volo quòd Ioannes ſit hæres, non poteſt verificari in altero, cum ſequatur impoſsibile. Nam ſi Titius ſit hæres, alius non poteſt eſſe hæres : cum duo inſolidum non poſsint eſſe hæredes : ſi Titius non ſit hæres, alius non poteſt eſſe hæres, quia fuit inſtitutus ſub conditione ſi alius eſſet hæres. Et de hoc Bartol.ſentit, licet tamen non planè atque clare demonſtret, quòd perplexitas ipſa quædam reſolubilis ſit, & quædam non : & quando perplexitas non eſt reducibilis procedit contrarium ſuprà formatum quod in totũ & omnino vitietur diſpoſitio:quando verò eſt reducibilis, licet ſequatur aliquod

*Quid ſit perplexitas.*

inconue-



inconuẽniens non vitiatur: ſed debet euitari maius inconueniens, & eligere extremum, in quo militat minus inconueniens.c.duo.13.diſt.& ſic in propoſito,licet perplexitas ſit reſidere in quolibet beneficio,eſt tamen reducibilis eligendo reſidentiã in altero,& debet eligere in maiori beneficio, & iſta not.pro declaratione perplexitatis.

*Secundus caſus.*

Quantum etiam ad ſecundum caſum concludunt Hoſtien. & alij ſuprà allegati quod propter occupationem poterit clericus conſtituere vicarium in beneficio.c.1.de offi. Archid.c.1. ſuprà de off.archipresbyteri,vbi loquitur de vicario epiſcopi.c.1.infrà de celebra.miſſa. vbi loquitur de clerico occupato qui poteſt ibi aſſumere ſocium de quo etiam eſt text. in c. vt quiſque. ſuprà de vita & honeſta.cler.& quãuis in tit.ſuprà de offi. vica. & in eo.tit.in 6.iura loquentia de vicario faciant mentionem de epiſcopo,dicatis tamen quod quilibet alius inferior habens iuriſdictionem poterit conſtituere vicarium,non ſolum circa ſacramenta,ſed etiam circa iuriſdictionem contentioſam, ita Arch.in c.licet. canon.de elect. in 6. plene Lapus.in alle.5.& ad iſtud facit quia habens iuriſdictionem ordinariam poteſt conſtituere locum tenentem, vt videmus in legato. c.2. de offic. lega. in 6.& in aliis ordinariis probat tex. vbi Alex. & Iaſ.in l.more.ff.de iuriſ.om. iud. iſtud quod dicimus hîc propter occupationem poſſe conſtitui vicarius, intelligendum eſt ſanè : & tribus modis debet declarari.

Primò quod talis occupatio ſit propter vtilitatem,vel neceſsitatem eccleſiæ,ſi ex alia cauſa eſſet occupatus non ſufficeret. c.expoſuiſti.infrà eod.c. cum dilectus.c. inter quatuor. & ibi Hoſti. ſuprà de cler.non reſid.

Secundo intelligendum eſt, (& iſtud notetur pro omnibus aliis cauſis,infrà ponẽdis) dummodo occupatio fuerit cauſa immediata,ſecus ſi fuerit cauſa mediata, & renouata,vt putà clericus ſine aliqua iuſta cauſa fuit longo tempore non faciens reſidentiam, & demum ſuperuenit occupatio etiam iuſta,talis non proderit.Ita volunt Ioan. And.Arch.& Card.in c.1.infrà de cleri.ægro.& in c.ad audientiã.ſuprà de cler.non reſiden.vbi decidunt, quòd licet infirmitas ſit cauſa ſufficiens, vt clericus nõ perdat fructus beneficij, ſi tamen non ſit cauſa immediata, vt quia clericus non reſidebat, & demum ſuperuenit infirmitas, fructus non percipiet, cum ſit attendenda immediata, & non remota cauſa.arg.text. in c.maioris.in fin.infrà de baptiſ. & de hoc etiam eſt bonus tex.(& ligandus ad digitũ) in l.ſocium qui.§.1.ff.pro ſocio. per quẽ tex.Bar.& poſt eum alij in l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.ff.de vulga.in l.cũ oportet.ad fi. C.de bon. quæ liber.l.ſi verò.§.item quidquid.ff.ſolut.matri. decidit, quod licet ea quæ filius acquirit contemplatione patris dicantur profectitia, ſi tamen pater non fuit cauſa immediata, ſed remota & mediata dicentur aduentia.

Tertiò intelligendũ eſt, quòd poſsit conſtitui vicarius pro illo tẽpore in quo durat occupatio. Ita quòd finita occupatione debet deſeruire vicarius:quia quãdo quid permittitur ex cauſa ceſſare debet cauſa finita.l à filia.§.alumno.ff.ad Trebell. l.tutelas.ff.de capi.dimi. l.cui.§.ad differentiam. ff de muner.& hono.gl.in l.2. C.de epiſc.& cler.plura quotidiana, & notabilia cumulauit Iaſ.in l.1.in vlt.not.quod eſt in 10.col.ff.de offi.eius cui mand. eſt iuriſd. Ad hoc facit,quia quãdo propter neceſſitatem aliquid permittitur,nõ conceditur niſi inquantũ eſt neceſſe,vt ſuccurratur neceſsitati.l.Senatuſcõſulto.in fi.ff.de off.pręſid.l.1.in fi.ff.de feriis.

Notetis circa iſtum caſum vnum, pro declaratione ipſius, quod quãuis propter occupationem permittatur, quod beneficiatus per vicarium deſeruiat:non tamen ſtabitur aſſertioni ipſius beneficiati aſſerentis ſe occupatum : quia quando aliquid prohibetur(niſi cum cauſa)non ſtatur aſſertioni facientis actũ, niſi de cauſa appareat.l.ſi fortè.vbi Bar. ff.de caſtrẽ.peculio.l.qui teſtamentũ.ff. de proba.plenè tradunt Alex.& Iaſ.poſt alios in l. ſi donationes. C. de colla. in ſpecie in propoſito decidit Iaſ. in l.1.col.10.ff.de offi. eius cui manda. eſt iuriſdictio.

*Tertius caſus.*

Tertius eſt caſus,ſecundum Hoſtienſ. & alios quando ſtat ſtatutum,vel conſuetudo in eccleſia, quod quis poſsit deſeruire per vicariũ, & in hoc debuiſſent facere duos caſus:vnũ de ſtatuto,& aliũ de conſuetudine, quia aliter fiunt ſtatuta,& aliter introducuntur conſuetudines, cum in ſtatuto, vt ſtatim dicemus,requiratur cõſenſus,& authoritas epiſcopi,ſecus in conſuetudine,& quæ ſit ratio diuerſitatis plenè tradit Abb.in c.fi.col.4.& ſeq.ſupr. de conſue.faciemus igitur duos caſus: de ſtatuto hîc aliquid dicemus,de cõſuetudine reſeruabimus cùm dictis Abb. vbi plenè tradit, infrà circa 24. col.verſi.quo ad ſecundum.

Circa ſtatutum communis eſt concluſio,quod ſuper reſidentia,vel non reſidentia poteſt fieri ſtatutum,dũmodo interueniat cauſa, quæ ſit rationabilis.c.cũ omnes.ſuprà de conſtit.c.cũ dilectus. ſuprà de cler.non reſiden.dũmodo in tali ſtatuto interueniat auctoritas de conſenſus epiſcopi,quia canonici eccleſiæ cathedralis non poſſunt ſtatuta facere,niſi in his,quæ ſunt parui pręiudicij de cõſenſu & auctoritate epiſcopi.gl.eſt ord.& not.in c. 2.verbo ſtatutũ.de verb.ſigni.in 6.probat.tex.& ibi Abb.in c.cũ conſuetudinis.ſuprà de conſuet.& de his omnibus Oldra.cõſi.181.de authoritate Feder. de Senis 264.ſi canonici.vbi plus voluit,quòd vicarius epiſcopi ſi ad hoc non haberet ſpecialem poteſtatem non poteſt interponere auctoritatem, & conſenſum præſtare ad validandũ ſtatuta facta per canonicos.arg.tex.in c.fi.de offi.vica.in 6.ſi tamen epiſcopus eſſet mortuus, vel alio modo vacaret ſedes epiſcopalis, (quia tunc omnis iuriſdictio reſidet penes capitulum. cap. 1.& 2. ne ſede vacan.in 6.)poſſet capitulum facere ſtatuta, & ita Fede. de Senis, vbi alia plura allegat. in conſil.16. capitulum eccleſiæ.

*Quartus caſus ratione diſpenſationis.*

Quartus eſt caſus,ſecundum Hoſtienſ. & alios quando clericus, cum diſpenſatione habet plura beneficia nõ intelligunt, quod & in altero & maiori debeat reſidere,& in alio vicariũ conſtituere, quãdoquidem eſt caſus primus,de quo ſuprà iam eſt dictum,ſed volunt intelligere quando etiam non haberet niſi vnum beneficium,quod ſi fuerit ſecum diſpenſatum, vt poſsit deſeruire per vica-

rium propter iuſtã cauſam,& ad hoc allegant tex. in c.propoſuit.ſuprà de fil.presb.de hoc eſt bonus text.& ibi locus ordi.in c.relatũ.ſuprà de cler.non reſidẽ.vbi not.deciditur quòd clericus,dato quod habeat iuſtá cauſam deſeruiendi, per vicariũ niſi eſſet cauſa momẽtaria,adhuc nõ poteſt,niſi petita & obtẽta licẽtia à ſuperiori:ad idẽ tex.in c.cũ ex eo. de elect.in 6.& in talibus diſpenſationibus eſt bene aduertendũ qualiter verba concipiantur, cum ſtricte debeant interpretari.Nã ſi eſſet diſpenſatũ, vt nõ teneatur eſſentialiter intereſſe omnibus horis nõ videtur diſpenſatũ quin adhuc debeat reſidere in ipſo beneficio.gl.eſt bona, & not.in c.vnico.verbo,affuerunt de cler.non reſid.in 6. Et ideo ſitis cauti in materia diſpẽſationum, vt ponantur verba multũ pinguia. Et pro latiori declaratione huius caſus eſt aduertẽdum, quòd licet epiſcopus fecerit cum clerico aliquem actum, qui nõ poſſet valere ſine diſpẽſatione niſi expreſsè diſpenſet, & interueniat cauſæ cognitio nõ dicetur ſecũ diſpẽſatum, & actus potius reddetur nullus:requiritur, quòd expreſsè cõſtet de diſpenſatione. c.2.vbi gl. Hoſt.Io.And.Abb.& Io.de Ana. infrà de ſchiſma. gl.in c.fi.infrà de coniug. ſeruo.gl.in c.literas.infr. de cõceſ.præb.Hoſtien.Io.And.& Abb.poſt alios. in c.diuerſis fallaciis. ſuprà de cler.coniuga. Inno. Hoſt.Ant.de Butr.& Abb.in c.veniẽs.ſuprà de fil. presbyt.& ibi Henr.Boic.ponit theoricã no.quãdo actus factus ab aliquo ſuperiore cũ illegitimo ad illum actũ,videatur importare diſpenſationem,& concludit poſt alios in locis ſuprà allegat. quod reſpectu epiſcopi,vel aliorũ inferiorum ſi expreſsè nõ appareat de diſpenſatione,non videtur diſpenſationẽ importare,quia tales non poſſunt diſpenſare ſine cauſæ cognitione,vt per Inno.quẽ alij ſequuntur in c.cũ ad monaſteriũ.infrà de ſtatu monach.quantũ verò ad Papã ſeu ad principem ſuperiorẽ,quod in eo ſemper præſumitur cauſa, vt dicit glo.ord.in l.relegati.ff.de pœnis.& Imol.in d.c. cum ad monaſteriũ. ſi ab ipſis fiat actus cum illegitimo,videtur cũ eo diſpenſare.l.quidã conſulebant.ff.de re iud. l.Barbarius Philippus.ff.de offic. præto.niſi in duobus caſibus. Primus eſt quando ipſe Ro. Pontif.vel aliis princeps ſupremus ignorabat talẽ inhabilitatẽ. c.2.ſuprà de fil.presbyt. c.2. eo.tit.in 6.Secundus quando ille talis actus alium effectum poterat operari etiã quãtumcunq; minimũ,non inducetur diſpẽſatio.tex.eſt not.in c.non poteſt.in fi.de præben.in 6.&iſta not.pro diſpẽſatione quo ad reſidentiã,vel aliam materiã. Vnum nolo omittere ( quod eſt vtile in actu practico) quod quando diſpenſatio obtinetur ab eo qui ex priuilegio habet talẽ poteſtatẽ,vt eſt Comes Palatinus, vel legatus, aut alius, non ſufficit probare diſpenſationem ab eo conceſſam, ſed debet fieri fides de poteſtate illius concedentis, vel per vidimus, vel exemplo iudicialium authenticarum.ita Abb.per illum tex.in c.2.infrà de ſciſmat.

Quintus eſt caſus, propter remotionem loci c. ad audiẽtiam, infrà de eccle.ædifi.& in hoc faciatis vnam concluſionem generalẽ, quod quotiens quis debet perſonarum actionem implere,ſi ſit remotus à loco in quo debeat fieri implementum, & cõmodè accedere non poteſt,excuſabitur.Iſtud probatur per text.in l.iudices.C.de fide inſtru.vbi iudex, qui perſonaliter debet examinare teſtes, ſi ſint in loco remoto,poterit committere examinationem:in ſimili tex.in l.cum filiusfam. viatic.ff.ſi cer.peta.in l.ſi longius.§.1. ff.de iudic. quod pater debet præſtare auctoritatẽ & licentiam filio agenti.l.non ſolum.§.neceſsitatem.C.de bon.quæ libe. ſi tamen fuerit in locis remotis filius poterit agere ſine licẽtia patris.Ad idem bonus tex.in l.Mæuia. §.vxore. ff.de annu. lega. quod ſi fuerit legatum alicui quandiu habitauerit cum hæredibus, ſi accedat ad loca remota, hæredes conſequẽtur tantum legatum:facit etiam text.in l.quod niſi.ff. de oper. liber. vbi libertus, qui tenetur præſtare operas patrono,ſi patronus ad loca remota accedat excuſabitur, & in ſimili facit tex.in c.licet.infrà de pœnit.& remiſſ.in c.illa.12. diſt. quòd propter remotionem loci, quis excuſabitur à complemento voti.

*De religione.*

Sextus eſt caſus, propter religionem.c.conſultationibus.infrà de dona. cap.de monachis. ſuprà eod. Nam quando religioſus, vel ex diſpenſatione,vel per vnionem,aut alio modo obtinet eccleſiam parochialem, vel beneficiũ ſeculare, propter diuerſitatem habitus,& obſeruantiam regulę non poteſt per ſe deſeruire,ſed tenetur vicarium in beneficio conſtituere. c.1.vbi per omnes. infrà de capel.mona. niſi ex cauſa, quia erat bonus prædicator, vel aliàs vtilis illi eccleſiæ, fuerit ſibi permiſſum, quòd perſonaliter deſeruiat, & ita intelligatur.tex.in c.2.infrà de ſta.mona. & iſtud eſt, quod dicunt hîc Doct.quod propter religionẽ hoc eſt,ſi religioſus habuerit eccleſiã parrochialem per vicarium poteſt deſeruire,imò tenetur vicariũ conſtituere niſi fuerit ſecum diſpenſatũ,quòd in propria deſeruiat,& iſtud habet locum nedum in vero profeſſo,ſed etiam illo,qui vult ingredi religionem, & nondum eſt profeſſus, experitur tamen regulam, qui licet non priuetur beneficio quod obtinebat, donec facta profeſsione debet, tamen vicarium in illo conſtituere.c.beneficium.de regular.lib.6.

*Septimus in quo q is poteſt deſeruire per vicarium,ſed ratione diuerſæ nationis.*

Septimus eſt caſus,ratione diuerſæ nationis. c. quando.ſuprà de offi.ordi. Circa iſtud pro declaratiõne aduertatis, quòd beneficia nõ debent conferri clericis, qui ſunt extranei, vel diuerſæ nationis, c.bonæ.2.ad fin.de poſtu. præla.c.pen.de cler. pereg. & ideo dicit glo.notab.in c.ſi proponente. in glo.fi. ſuprà de reſcrip.vbi Abb.& alij,quòd in impetratione beneficiorum, ſi impetrans non ſit illius prouinciæ,in qua eſt beneficium,debet facere mentionẽ qualiter eſt extraneus,& diuerſæ nationis:aliàs impetratio erit ſubreptitia,& ibi Doct. tradunt qualiter extraneis nõ debent conferri beneficia intelligendo de beneficiis habẽtibus adminiſtrationem, in quibus requiritur exercitium & cõmunicatio cũ ſubditis,in aliis verò,vt ſunt pręceptoriæ S. Anthonij, extranei poſſunt conſtitui, vt videmus vltra montes, & in Italia, quòd alij ab Abbate præficiuntur in illis beneficiis.Ita dicit Abb.per illũ tex.in c.cum deputati.in 3.not. ſuprà de iud. & ibi ad propoſitum plura cumulantur per And.Barb.& ita debet intelligi text.in cap. ad decorem, infrà de inſtit.& ſic in propoſito noſtro dicatis,



dicatis, quòd à principio iſte bene fuit nationis beneficij,ſed in illo erant habitatores diuerſorum prouinciarum, vt eſt in ciuitate Auinionenſi,poterit illo caſu pro qualibet natione vnum vicarium ponere,quia quando aliquid debet explicari & diuerſitas linguæ impedit, iura permittunt, quod adhibeatur ſubſtitutus vel interpres. l.qui teſtamenta. §.fi.ff.de teſta.l.1.§.fi.& ibi per omnes. ff.de verbo.oblig.

*Octauus caſus.*

Octauus caſus eſt ratione prædicationis, quia rector parrochialis ex ſuo officio tenetur prędicare verbum Dei, & iuſtum eſt officium proprium eorum,qui habent curã animarum,vt ſunt epiſcopi, & rectores parrochiales, nec dicitur proprium officium religioſorũ, quod ad hoc teneantur, de hoc eſt glo.in cle.1.verbo, officiã.de regula.bonus tex.in cle.dudũ.§.huiuſmodi.verſi.verũ.de ſepult. Io.Andr.poſt Hoſtien. in c.excõmunicamus.col. pen.infrà de hæretic.Et ideo quia iſtud eſt officiũ curatorũ, ſi non ſunt tales (prout hodie multi reperiuntur)qui poſsint prędicare verbum Dei,permittitur, quod ad iſtud vicarios conſtituant.cap. inter cætera. ſuprà de offi.ord. c.quod Dei timorẽ.infrà de ſtatu. monac.c.cũ ex iniuncto. infrà de hæret.& ſi vultis ſcire vtilitates,vel priuilegia pręd-icationis videatur Hoſt.in d.c.quod Dei timorẽ.

*Nonus propter infirmitatem.*

Nonus eſt caſus, propter infirmitatẽ. c.1.& per totum.infrà de cleric.ægro.cum dilectus.c.ad audientiam.ſuprà de cler.nõ reſid.& circa hoc dicatis eſſe generaliter,quod infirmitas excuſat aliquẽ circa ea, quæ tenebatur perſonaliter implere, vt probat tex. in l.ſi filiusf.§.fi.cum l.ſeq.ff.de procu. quòd licet procurator, qui ſemel aſſumpſit onus cogatur adimplere, excuſabitur tamẽ propter infirmitatem,ad idem text. in l.ſi cui. §.tandiu.ff.ex quib.cauſis ma.vbi infirmitas cõputabitur in tempore abſentiæ.idẽ probat tex.in l.ex agentibus.C. de agen.in reb.lib.11.in ſimili dicit text.in c.quæſitum.ff.de re iud.& in l.2.§.1.ff.ſi quis cautio.quod propter infirmitatẽ excuſabitur ille,qui tenebatur perſonaliter comparere.Ad idẽ tex. in l.non ſolũ. §.fi.in l.poſt ſuſceptã. ff.de excuſ.tutor.in l.ſi longius.in princ.ff.de iudic.in l.licet.ff.de arbi.in l.cũ plures.de offi. deleg.in 6. vbi habens aliquod officium, vt tutor, iudex,arbiter,delegatus,quamuis perſonaliter debeant adimplere, excuſantur propter infirmitatem.idem probat tex. in c.præterea. infrà de obſerua.ieiunio. quod infirmitas excuſat à ieiunio.Et quãtum ad infirmitatẽ clerici,aduertendum eſt, ſi fuerit temporalis, vel perpetua. Si quidem fuerit temporalis conſtituendo vicarium percipiet fructus non ſolum groſſos,ſed etiam didiſtributiones quotidianas.c.vnico. de cler.nõ reſiden.in 6.ſi verò fuerit perpetua datur coadiutor. c.2.& pe.infrà de cler.ægro.& ibi dicũt Doc.quod ibi talis adiutor debet alimẽtari de fructibus beneficij,& ſi clericus detineatur tali infirmitate,quod nõ poſsit vacare etiã in tẽporalibus,coadiutor habebit adminiſtrationem nõ ſolum temporalium, ſed etiam ſpiritualium, & iſtud de infirmitate eſt ſanè intelligendum, quando immediatè ſuperuenit: ſecus, ſi ex cauſa mediata, vt diximus ſuprà in ſecundo caſu, pro quo etiam eſt bonus text. in l.2.§.2.ff.ſi quis cautio.

*Decimus eſt ratione peregrinationis.*

Decimus eſt caſus, ratione peregrinationis, vt quia clericus vult adimplere votum peregrinationis, durante abſentia debet poni vicarius.c.fi.infrà de voto.Intelligatis iſtud ſanè,quando votũ peregrinationis cum licẽtia ſui ſuperioris emiſit, quia non ſolum ſimplex clericus, vel religioſus prohibetur vouere ſine licentia ſuperioris,ſed etiã Abb. & epiſcopus.c.magnę.infrà de voto. Traditur plenè per Docto.in c.ſcripturæ.eod.tit.ratio eſt,quia clericus acceptando beneficiũ dicitur ſe obligare ad reſidentiã perſonalem.c.conquerente.ſuprà de cler.non reſid.non poteſt ideo per votũ & obligationem ſequentem derogare priori, ſine licentia ſuperioris. c.eam te. c.intellecto. ſuprà de iureiur. facit tex.in c.licet.eod.tit.in 6.& ibi glo.

*Vndecimus caſus.*

Vndecimus eſt caſus,propter abſentiã iuſtam, vel probabilem ſeu neceſſariã,& ad hoc declarandum præmittatis quinq; ſpecies abſentiarũ.Prima dicitur ex cauſa iuſta ſeu probabili & neceſſaria, vt propter vtilitatẽ publicam,ſicut milites in bello, vel legati. Secunda dicitur iuſta ſeu probabilis tantum, vt quãdo ex cauſa honeſta aliquis abeſt, vt propter ſtudiũ.Tertia dicitur neceſſaria,quãdo cum nõ fuit iuſta, neceſſariò tamen abeſt, vt ſunt banniti.Quarta dicitur voluntaria ſine contumacia,vt cauſa negotiationis, vt ſunt mercatores,vel propter ſolatiũ.Quinta dicitur volũtaria per contumaciam,vt quando quis ſine cauſa abeſt, & vocatus non vult venire. In duabus primis ſuccurritur regulariter,in aliis non.gl.eſt ordin.vbi Bar.& alij in l.fi.ff.de in integ.reſtit. & ideo in propoſito noſtro, ſi propter vtilitatẽ eccleſiæ clericus fuerit abſens,poterit vicarium requirere.c.cum dilectus. ſuprà de cleric.non reſid. vel ſi propter ſtudium, aut aliam cauſam iuſtam. cap. cùm ex eo. de elec.in 6.c.relatũ.de cler.nõ reſiden.ſi verò ex alia cauſa fuerit abſens,nõ debet percipere fructus beneficij,vt habetur in dic.locis.Notetis tamẽ quod licet duæ primæ abſentiæ ſint ſufficientes ad conſtituendũ vicariũ loco ſui, & percipiendũ fructus beneficij, adhuc non ſufficit eum ſubſtituere, ſed debet habere licentiam à ſuperiore, vt ſe abſentet. d.c.relatum.& ibi per omnes traditur,niſi conſuetudo eſſet, prout videmus quotidie, quod ſtante tali cauſa iuſta clericus ſe abſentare poteſt, nulla licentia petita. iſtud enim conſuetudine poteſt introduci,ita Abb. poſt Hoſt.in c. inter quatuor. ſuprà de cler.non reſid. Imo.& alij.in c.ibi ſeq.

*Duodecimus propter augmentũ cultus diuini.*

Duodecimus & vltimus caſus ſecundum Hoſtien. & alios propter augmentum cultus diuini, vt quod clericus vult per ſe deſeruire, & vltra hoc vult habere vnum vicarium, vel plures, vt augmentetur cultus diuinus,in multitudine canentiũ permittitur quod habeat vicarium vnum vel plures.c.illud.c.nihil.7.q.1.& traditur in c.clericos.ſuprà de offi.vica.imo plus videmus quod in fundatione,& dotatione eccleſię parrochialis debet dos eſſe tanta quod ſufficiat nõ ſolum pro rectore ſed etiam pro vno clerico.glo.& ibi Abb.in c.ſicut.infrà de conſe.eccleſiæ,vel alta.probat.tex.& ibi traditur ſuprà de vita & honeſt.cleric.videmus etiam quod ſi fructus alicuius eccleſiæ fuerunt aucti, vt augmentetur cultus diuinus,poterunt de nouo vltra numerum inſtitui clerici.c.1.infrà de inſtit.

*Decimus tertius caſus, quando pro breui tẽpore, & ex cauſa honeſta clericus ſe abſentaret.*

Vltra caſus per Hoſtien.& alios hîc poſitos decimus tertius erit, quando pro aliquo breui tẽpore ex cauſa honeſta, vt recreationis vel ſolatij, aut pro viſitandis parẽtibus clericus ſe abſentat, quia verba requirentia reſidentiam non debent ita amarè intelligi, quod non liceat intermiſsionem aliquam interuenire. cap. nunquam. vbi gloſſ. de conſecra.diſtin.5.c.ſi quis vnus.vbi gloſſ.36.diſtin. c.quibuſdam. & ibi glo.37.diſtinct.c. ſacroſancta, & ibi glo.22.diſt. c.ſacerdotibus.c.ſi laicus.31.diſt. debent enim verba intelligi cum temperamento. l.ſi quis venditor. ff. de ædil.edic. l.ſi cui. ff.de ſeruit. titul. generali. & ita (vbi plura alia adducit) voluit Ioan. Andr. poſt Vincen. quem ſequuntur Petr.de Anch.Cardin.Zaba. & Ioan.de Imo.in c. ex parte. ſuprà de cler. non reſidentib. de quo eſt bonus tex.& nota.in l.ſi quis ita.ff.de cond.& demonſtra. quando fuit legatum alicui dummodo cõtinuò habitet cum liberis, debet intelligi cum temperamento, quòd ſi aliquo tempore deſiſtat, dum tamen breui, non perdet legatum. Plura (& ad ſaturitatem) cumulauit Felin. in prooemio, ſuprà in verbo Rex pacificus, vbi loquitur de teſte, qui depoſuit ſe continuè vidiſſe, excuſabitur, dato quod dormiendo non viderit, & alias plures ibi adducit deciſiones. Ad iſtud tamen facit, quòd licet obligatio ſimplex, & pura ſtatim obliget, debet tamen cum temperamento intelligi, vt tempus aliquod largiatur debitori decem dierum, vel aliud ſimile ad quærendas pecunias. l.promiſſor. §.1.ff.de conſtit.pecu.l.quod dicimus.ff.de ſolut.§. fin.inſtitu.de inutilib.ſtipu.Bonus text.in l.ſi cum militi.§.1.ff.de compen.Bartol. latè in l.ita ſtipulatus.in 1.quæſt.ff.de verbo.oblig. Et ideo alias pluries conſultus reſpõdebam, quòd licet ſecundum erectionem aliquarum eccleſiarum canonici non conſequantur præbendas, & groſſos fructus niſi continuè deſeruiant, ſi tamen infrà annum per vnum menſem, vel aliud tempus honeſtum cauſa recreationis ſe abſentauerunt, vel intra menſem ſteterunt, per tres vel quatuor dies, vel in qualibet hebdomada per vnum diem non accedendo ad eccleſiam, ſi ſit factum ex cauſa honeſta, dato quod non ſit probabilis, debent conſequi fructus præbendæ.

Iſta omnia intelligatis, quando eſſet ibi multitudo miniſtrorum, & ex hoc non ſequeretur defectus in ſeruitio eccleſiæ, alias verò vel deberent requirere vicarium, vel per ſe deſeruire. argu. text. in c.ſignificatum. ſuprà eod.& facit quod habetur in c.penul.ſuprà de cler.non reſiden.quòd in caſibus in quibus quis excuſatur de nõ reſidendo, tamen propter paucitatem miniſtrorũ ipſe cogetur.

*Decimus quartus quãdo immineret periculũ mortis, vt tempore peſtis.*

Decimus quartus caſus eſt, quando immineret periculum mortis propriæ perſonæ, vel aliud ſcandalum, vt quia peſtis erat in loco beneficij, vel alia infirmitas contagioſa, aut bellum vel inimici odio capitali proſequentes clericum. Ita ſentit Abba. per illum tex. in c.per tuas.infrà de donat. Ioan.de Imo.per gloſ.fin. in cap.fi. col.2. ſuprà de cler.non reſiden. Ioan.And.in cap.vnico.col.2.de cler.non reſiden.in 6.Alex.in c.ad audientiam.ſuprà de cler.non reſiden. Et iſtud intelligatis ſanè, quãdo imminebat ſolum periculum ipſius clerici beneficiati, ita quod ſe abſentando euitabat periculum, & cum hoc nullum damnum, vel periculũ generabatur in ſuo populo, alias verò ſi propter abſentiam ſuam populus, vel eccleſia dãnum pateretur, vt quia ſacramenta nõ miniſtrarentur ab aliquo, vel hæreſes pullulabant, & præſentia ſua per prædicationem poſſet vtilitatem afferre, vel tyrannus offendebat populum, & ſua pręſentia illum conſolaretur, & ſic qualitercunque præſentia vtilitatem afferret, & abſentia damnum: debet potius ſe offerre morti & periculo, quàm ſe abſentare, & ita vbi latiſsimè Imo. Io.Andr. & alij omnes in cap.niſi.cum idem.colum.2.ſuprà de renuntia. & ideo dicit Ioan.de Imo.in d.c.fin. ſuprà de cler. non reſiden.quòd ſi eſſet defectus miniſtrorum, & ille non poſſet reperire vicarium, qui loco ſui deſeruiat, & ſatisfaciat, etiam tempore peſtis non poteſt ſe abſentare à beneficio, & iſtud not. quia quotidie contingit.

*Decimus quintus caſus eſt, quãdo clericus eſt abſens pro vtilitate, & negotijs eccleſiæ.*

Decimus quintus caſus eſt, quando clericus eſt abſens pro vtilitate & negotiis eccleſiæ, quia etiã ſi iurauerit continuè reſidere, habebitur pro præſente, non incurret periurium, & percipiet fructus beneficij.cap.ex parte, cap.cum dilectus.& ibi per omnes. de cler.non reſiden.ſuprà c.vnico.eodem tit.in 6. Nam propter vtilitatem publicam diſpoſitio quantumcunque præciſa, debet interpretari. l.iubemus nullam. C. de ſacroſanct eccleſ. l.item ſi verberatum.§.1.ff.de rei vendi.l.Lucius.de euict. plura cumulauit Ludo.Rom. in repet.l.ſi verò.§. de viro.in 10.fal.ff.ſolut.matrimo. Iſtud intelligatis, quando etiam vtilitas illius eccleſiæ, in qua vult percipere fructus, ſecus ſi pro alia eccleſia ſe abſentaret, quia tãtummodo fructus illius & non iſtius recipiet, & ita declarat Ioan.And. per illum text.in c.vnico. de cler.non reſiden.in 6.& ad hoc facit, quod dicimus ſuprà in 2.caſu, quod cauſa immediata, & non mediata debet attendi.

*Decimus ſextus caſus eſt in clericis, qui ſunt in ſeruitio Rom. Põt. legati, Car. Arch. epiſcopi, vel alterius infer. præla.*

Decimus ſextus, & vltimus caſus erit in clericis, qui ſunt in ſeruitio Roma Pontif. vel legati, vel alicuius cardinalis, vel archiepiſcopi, vel epiſcopi, aut alterius prælati inferioris, ſed & iſti omnes caſus ponuntur per Hoſtienſ. in cap. cum dilectus, vbi Petrus de Ancha. Cardin. Zaba.Ioan. de Imo.& Abba.de cler.non reſiden.& ad hoc videatis bonam gloſ.& ſignandam in l.verum. §.ex facto, ff.de mino. quæ enumerat plures caſus, in quibus quis excuſatur ab onere, in quo erat vocatus, & inter alios ponit, quando vocatus fuit à ſuo ſuperiore. De Roma.Pontif. probat ibi tex. in dicto cap.cum dilectus.intelligendo, (vt dicunt ibi Docto.) quando principaliter erat in ſeruitio Roma.Pontif. ſi verò principaliter erat pro lucro ſuo, vt ſunt ſcriptores bullarum, vel procuratores in palatio, & alij ſimiles, non gaudebunt priuilegio, nec dicuntur propriè familiares Rom. Pont. argum. textus in l.reipublicæ. & in l. non verè. ff. ex quibus cauſ. mai. iſtud benè probat textus, & ibi plura per Alexand. & Iaſo.in l.Scriniarios.C. de teſtam. milit. & officiarij ſequentes aciem, ſi principaliter vadunt pro eorũ commodo: vt ſunt ſecretarij capitaneorum, & alij ſimiles non gaudẽt priuilegio militar.de legato (licet in ſpecie tex. non loquatur) quia tamen & epiſcopo fit mentio. in c.de cætero.& in c.ad audientiam.eo.tit.de cle. non reſiden. ex eo tamen quod habet in prouincia ſibi commiſſa iuriſdictionem ordinariam & tantam quantam epiſcopus.c.2.de offi. lega. in 6. de eo dicendum eſt prout de epiſcopo quantum ad clericos prouinciæ ſibi commiſſæ.



De cardinali non reperitur text. expreſſus, & ideo Hoſtien.ſe fundat in conſuetudine quam habet curia Rom.ex quo dicit Ioan.And.& de Imo. in d.c. cum dilectus. quod niſi habeat priuilegiũ ad hoc vel talis ſit conſuetudo: familiares Cardinalum quãdiu ſunt abſentes non deberent percipere fructus beneficiorum, cum non detur iis priuilegium, niſi expreſſe de eo appareat, & priuilegium aliis conceſſum non debet extendi ad eos. c.ſane.infrà de priuilegiis.

De archiepiſcopo intellligendum eſt quantũ ad clericos ſuæ diœceſis, non autem reſpectu clericorum ſuorum ſuffraganeorum. arg. text. in c. paſtoralis.ſuprà de offi. ordina. nam ſuperior reſpectu rerum ſubditarum alicui inferiori non habet authoritatem niſi interueniente conſenſu inferioris.c.ſicut vnire.infrà de exceſſ.prælat.

De epiſcopo tex.eſt clarus.in c.ad audientiam. & quamuis ibi dicatur quod duos canonicos poteſt aſſumere epiſcopus pro ſuo ſeruitio, dicit tamen Hoſtienſis (quem alij ſequuntur) quod quantum ad numerum, debet haberi reſpectus ad numerum canonicorum in ipſa eccleſia, ita quod in illa remaneant tanti qui ſufficiant pro ſeruitio ipſius eccleſiæ, & quandoque poterit accipere epiſcopus tres vel quatuor, ſi in eccleſia eſſet magnus numerus, vt in eccleſia Andegauenſi, in qua ſunt triginta canonici, & iſtud ſuadetur, quia licet in multis caſibus (de quibus ſuprà vidimus) permittatur alicui vt non teneatur reſidere, ſi tamen eſſet defectus miniſtrorum & ſeruitij, poterit reuocari, & cogetur reſidere, quia ſeruitium eccleſię præponderat illi cauſæ.c.penul.ibi per omnes, eo. titulo.de cler.non reſid. Præterea ſolemus dicere, quod quando aliquid ſe habet ad plus vel ad minus, vel diuerſificatur ſecundum diuerſas qualitates, non eſt quantitas quota, vel numerus certus à iure taxatus, ſed debet arbitrari ſecundum diuerſitatem circunſtantiarum, vt videmus ad cognoſcendum quando aliquis ſit diues, quia in paupere ſufficerẽt centum aurei: reſpectu nobilis dicerentur inſufficientes, & requirerentur mille, vel decem mille & adhuc in rege nihil eſſet, ideo taxari debet ſecundum qualitatem perſonarum. iſta traduntur in authen.præterea, vbi Alexan. & Iaſ.C.vnde vir & vxor. per Bart. in l. ſi conſtante matrimonio.4.col.ff.ſolu.mat.

De inferiori prælato quod clericum ſibi tamẽ ſubdictum immediate poſsit aſſumere ad ſuum ſeruitium, & gaudere priuilegio abſentiæ, ponderatur tex.in d.c.de cætero.ex eo quod in ſupraſcriptione non apparet ad quem dirigatur ille tex. & facit etiam tex.in cap.relatum.eod.tit.vbi habetur quod quilibet inferior prælatus poteſt diſpenſare cum ſibi ſubdicto circa reſidentiam.

Pro limitatione omniũ caſuũ ſuprà poſitorum aduertatis, quod ſi clericus procuraſſet cauſam propter quam ipſe eſt abſens à beneficio (dato quod alias eſſet iuſta) ſi ſuperuenit ex ſua affectione & procuratione, non gaudebit priuilegio, vt poſsit fructus percipere. arg.l. 2.§.fi. ff.ſi quis cautio.& ita vnico verbo ſentit Innoc. (quem alij ſequuntur) in d.c. de cætero.pro quo eſt bonus tex. in §.tria onera ibi non affectatę.inſtitu.de excuſa. tuto.facit in ſimili quod not. voluit Bar. in l.1.§. cum quis. ff. de quæſtio. quòd ſi quis procurauit alium eſſe ſuum inimicum, vt repelleret eũ à teſtimonio, quia videbat partem aduerſam illum producturum, & dedit ſibi alapam, non repelletur vbi alias fuiſſet illegitimus. Et dicit idẽ Bart. in d. l.2.§.ſi ſeruus ſecundo, quod ſi quis dedit licẽtiam ſuo famulo vt poſtea eum produceret in iudicio non erit legitimus teſtis, & dicunt no.doct. in l.ſi quis plurium.§.ſi quis auctoritate.ff.de lega. 1. quod vbi ratione alicuius delicti plures iudices poſſunt cognoſcere: locus tamen eſt præoccupationi, ſi delinquens procurauerit quod vnus præocupet cognitionem, non gaudebit priuilegio, & alius poterit cognoſcere. Et ad iſtud plura cumulata videatis per Iaſ.in l.ſi vero.in prin. in col.2. ff. qui ſatiſda. cog.& iſta no. quia quotidie contingunt.

Circa oppoſitionem Abb. poſtquam expediuit duodecim caſus de quibus ſuprà vſque ad verſi. eſt etiam aduertendum. quinque habemus elicere. Primo quod rector beneficij (cui eccleſia parrochialis eſt annexa) ſi fuerit negligens in præſentando, vel conſtituẽdo cum authoritate epiſcopi, & hoc intra ſex mẽſes.c.2.infrà de conc.præb. vicarium perpetuum in eccleſia annexa, priuabitur poteſtate præſentandi, non ſolum pro illa vice, ſed etiam in omni vacatione occurrente, quãdiu viuet priuabitur & ſecundo fructibus illius eccleſiæ annexæ, qui ſupererant poſt congruam portionem vicarij perpetui, & de illis diſponetur prout dicemus in vltimo dicto. Hanc concluſionẽ Abb. ſequuntur hîc Hoſtien.Ioan.And.Petr.de Anch. Card.Zaba.Colle.& Io.de Imo. Verum eſt quod Hoſtienſis, quantum eſt ad poteſtatem conferendi pro alia vice vtrũ debeat priuari, dicit quod de hoc conſulendus eſt ſuperior, cum text.non aperiat.arg.text.in c.iura alia. infrà de ſenten.excommu. Pro latiori declaratione iſtius articuli habetis primo aduertere quod ideo talis rector incidit in duas pœnas, ſcilicet primò quod priuatur poteſtate præſentandi, ſecundo quod priuatur fructibus illius beneficij annexi: quia duo committit delicta: vnum negligendo ponere vicarium perpetuum, alium vſurpando integraliter fructus illius beneficij, & quando duo delicta etiam ex eodem facto reſultant, debet pro quolibet ordinari pœna, ita Ioan.And.in mercuriali in cap.Odra.de reg.iur.in 6.probat.tex.& ibi notat Abb.in primo nota.in cap.cum in cunctis.§.fi.ſuprà de elect. vbi illi qui ſcienter elegerunt indignum, quia duo committunt delicta, ſcilicet peccando in electione, priuabuntur illa facultate eligendi pro illa vice. Et quia offendunt eccleſiam dando indignum ſponſum, priuabuntur per triennium fructibus beneficiorum quæ habent in illa eccleſia, & ſi non commiſiſſent niſi vnum delictum, vt quia fuerũt negligentes in eligendo tempore ſtatuto: aut ele-

gerunt ignoranter indignum, non punientur niſi pro illa vice,nec priuabuntur fructibus beneficiorum.c.innotuit.c.cũ Vintonenſis.ſuprà de elect.his præſuppoſitis quantum ad articulũ illum quod rector priuetur fructibus illius beneficij annexi, quandiu ipſe viuet,ſatis apertè probat iſte textus cum dicit,illa ſcilicet eccleſia priuetur,& ſolemus dicere quod quando,pœna imponitur pro delicto vero cenſetur perpetua, hoc eſt ad vitam, ſi non fuerit limitatum,tempus.c.ex literis.ſuprà de conſtitut. & in hoc tenendum eſſet cum communi opinione. Quantum vero ad aliud quod priuetur poteſtate præſentandi, vel cõferendi non ſolum pro illa vice ſed in quacunque alia vacatione,licet communiter doct.hoc teneant hîc, & in conſulendo, & iudicando non eſſe tutum recedere ab hac opinione, tamen non erit ponere os in cælum, tenere quod de rigore iuris dicatur priuatus,tãtum pro illa vice. Nam videmus quod ille qui eſt non ſolum negligens ad eligendum, conferendum vel præſentandum,ſed etiam ſi delictum committat indignum ſcienter eligendo, non priuatur niſi pro illa vice.c.cum.in cunctis.§.fin.ſuprà de elect.c.cum.Vintonenſis.c.ne pro defectu.c.quia propter.c. Cumana.c. alicui. eod.tit. imo fortius voluit glo.nota. in c. ſi electio. verbo integrũ. de elect.in 6.quod licet pro illa vice dicãtur priuati,& ad ſuperiorem deuoluatur poteſtas, ſi prouiſio à ſuperiore facta non ſortiatur effectũ, dato quod dicatur durare illa vacatio, poterunt de nouo eligere : & dicetur extincta prima vacatio,& ſic in propoſito , quia loquimur de delicto commiſſo in omittendo de alio ſcilicet de vſurpatione fructuum ſit punitus, non debet vltra illam vicem puniri.Præterea pœna debet commenſurari delicto,& pro ea parte in qua quis delinquit debet puniri & non in toto.l.reſcriptum.ff. de his quib.vt indig.c. ad liberandum. infrà de Iudæ. ſi ergo in vna vice præſentandi fuit negligens, pœna non debet extendi ad aliam vicem in qua forte erit diligens. Videmus in ſimili quod ſi quis contrahens matrimonium aliàs in caſu prohibito , puniatur vt non teneat matrimonium illud, non tamen punietur quin aliud matrimonium contrahere poſsit.c.ex literis.infrà de eo qui duxit in vxo.quam poluit per adul.probat tex.per arg.à ſpeciali in c.1.& in c.ex literis. infrà de eo qui cogno.conſang.vxo.ſuæ.Præterea tex.in c.2.ſuprà de ſupplen.neg.præla.iſtud videtur decidere cum loquitur de religioſis habentibus eccleſias ſeculares annexas,ſi fuerint negligentes in conſtituendo in eiſdem vicarium perpetuum, licet ad ſuperiorem deuoluatur poteſtas prouidendi,non tamen præiudicatur eis pro alia vice. ibi enim tex. loquitur prout hîc de habentibus ius in beneficio.Præterea in iſto tex.non eſt aliquod verbum faciens mentionem de poteſtate conferendi,vel præſentandi: tantummodo dicitur, illa ſcilicet eccleſia priuetur,hoc eſt fructibus illius eccleſiæ, & non apparet de prçſentatione.Debet ergo declarari per iura antiqua,& alia iura loquentia de priuatione,debent interpretari iſtũ tex. l.ſed & poſteriores.ff.de legi.glo.in l.ſciendum. in princ.ff. qui ſatiſda.cóg. facit text.& ibi doct.in l.1.§.lex falcidia.ff. ad leg. fal.& deciſum erat per alia iura ſuprà alleg. quod prima vice quis debeat puniri & nõ vltra,præterea Abb. quem alij ſequuntur in c. ex literis. ſuprà de conſtit.decidit quod quando pœna imponitur propter contumaciam , purgata contumacia ceſſat pœna,& ideo purgata negligentia,ſi iterum offerat ſe vacatio, & ſit paratus præſentare rectorem,non debet amplius durare pœna, & ita poſſetis de rigore iuris ſuſtinere.

*An quãdo & quomodo delictũ prælati noceat eccleſiæ.*

Secundò voluit Abb. hîc quod delictum prælati non nocet eccleſiæ.cap.cum venerabilis.ſuprà de excep.cap.delictum.de reg.iur.in 6. de quo per Abb.in c.verum.colum.pen.ſuprà de foro compe. imo non ſolum delictum, ſed nec tranſactio à ſolo prælato facta nocebit eccleſiæ.c. de cætero.vbi Imol. & alij de tranſact.ſuprà glo.in l. præſes. C. eod.tit.& iſtud eſt vnum regulare in adminiſtratore alicuius rei,vt ibi traditur. Iſtam concluſionem communem primo declaretis habere locum in iam quæſitis eccleſiæ, ſecus in quærendis.glo. ord.& no.in §.fi.16.q.6.Abb.in d.c. verum. & facit tex.in l.fi.C.de acq.poſſ.& ea quæ habentur. in l. ſeruus.C.de pactis.

Secundò declaretis niſi in negligendo & omittendo,quia in his præiudicat eccleſiæ ſuæ,& iſtud probat tex.in c.1.& 2.& ibi glo.ſuprà de præſcrip. qualiter præſcriptio propter negligentiã & omiſſionem prælati currit contra ſuam eccleſiam , & ita Abb.in d.c.1.col.3.glo.in d.c.delictum.

Tertiò declaretis quando in iſto delicto interueniret conſenſus ſui capituli : hoc caſu præiudicaretur eccleſiæ.c.2.ſuprà de ordi.cogna. Abb. in c.quia clerici.infrà de iure patro.& de hoc eſt bona glo.in c.cum ſecundum apoſtolum, qui altari ſeruit. ſuprà eod. & facit quod voluit Bar. in l.aut facta.§.fin.ff.de pœnis quod propter delictum particulare alicuius etiam ſi omnes deliquiſſent.non debet puniri committens,niſi eos congregauerit, ita concludit eo caſu puniri poſſe.

*Quæ pœna punitur rector non ponẽs vicariũ perpetuum in eccleſia annexa.*

Quartò Abb.ponit theoricam not.ad cognoſcendum quam pœnam incurrat ille qui non prouidet de rectore in aliquo beneficio, quando vacat , & habet ad hoc poteſtatem:& concludit per tria membra.

Primum quod ſi talis vltra hoc quod habet poteſtatem prouidendi, habet proprietatem beneficij , hoc eſt habet aliquod ius in ipſo beneficio,in percipiendo partem fructuum vel omnes fructus,& tunc punietur dupliciter , primo quod priuabitur poteſtate conferendi vel præſentandi, ſecundo priuabitur illo iure quod habet in beneficio,& iſtud probatur per iſtum tex.

Secundum membrum quando habet ſimpliciter poteſtatem prouidendi & nõ fauet delicto, hoc eſt fuit tantummodo negligẽs in prouidendo,& iſtud non fecit , vt faueret alicui qui poſſidebat beneficium vt interim perciperet fructus, ſed tantummodo fuit negligens,aliam pœnã non incurret niſi quòd pro illa vice priuabitur poteſtate prouidendi.c.2.ſuprà de ſupplen.negli. præla.c. 2.infrà de conceſ.præben.

Tertium membrum quod ponit Abbas eſt, quando cum negligentia fauet delicto, & eſt negligens atque moroſus, vt interim alius percipiat



fructus, dupliciter punietur:primo priuabitur pro illa vice poteſtate prouidendi, ſecundo ſatiſfaciet eccleſiæ quantum aſcendunt fructus per alium percepti.c.de multa.verſi.iis quoque.ſuprà eod.& iſta fuit originalis theorica Hoſtien. hîc quem ſequuntur Pet.de Ancha.Card.Zaba.Ioan.de Imo. & Henr.Boyc.Vos tamen dicatis quod deciſio dictorum trium caſuum dependet tantummodo ab vna concluſione , videlicet quod incident in pęnam ſecundum quod deliquerunt , quia pœna debet correſpõdere delicto l.reſcriptum. ff. de his quib.vt indig.probat.text.& ibi notat Abba. poſt alios in c.in cunctis.§.fin.ſuprà de elect.Nam non habetur reſpectus vtrum habeat proprietatem vel non.quia ibi lectores qui non habent proprietatem ſi ſcienter eligunt indignum, non ſolum priuantur pro vna vice poteſtate eligendi ſed fructibus,ſuorum beneficiorum per triennium,& ſi fecerint ignoranter, non incident in tantam pœnam.Ecce quod diuerſificatio pœnæ attẽditur ſecundum diuerſitatem delicti, non autem regulariter , quod præſupponunt & hîc docto. & ideo poſſemus inferre in caſu huius c.quod ſi iſte non vſurpaſſet ſibi fructus , quia forte alius habebat ius percipiendi ad vitam, vel ad tempus non deberet incidere in pœnam niſi priuationis prouidendi de vicario perpetuo , ſuper quo tamen cogitabitis.

Quartò voluit hîc Abb. quod vicarius conſtitutus à ſuperiore propter negligentiam prælati, mortuo prælato remanebit vicarius , & ſucceſſor debet eum pati in beneficio , & propter culpam prædeceſſoris cogetur contra voluntatem ſuam ſine eius propria culpa illum habere in beneficio, quia id permittitur ſine culpa , dummodo interueniat cauſa. c.quoniam frequenter. §. ſin autem.ſuprà vt lite non conteſt.iſtam concluſionem tradunt hîc Hoſtienſis,Ancha. Card. & Ioan. de Imo. ex quibus habetis duo. Primo quod licet deueniamus ad tempus in quo aliquid fieri non poſſet,vt ſi tempore iſtius noui ſucceſſoris vacauit illa eccleſia contra eius voluntatem , non deputaretur vicarius perpetuus,ſi tamẽ factum fuerit,vt quia deputatus fuerit viuente prędeceſſore, debet ratum permanere , quia multa fieri prohibetur quæ facta tenent, c.ad apoſtolicam.infrà de reg.l.patre furioſo(& ibi more ſuo vſque ad nauſeam cumulauit Iaſ.(per 4. col.)ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.

Secundò quod aliquando ſine culpa quis priuatur iure ſuo, licet non ſine cauſa , & iſtud probat tex.in l.item ſi verberatum. §.1.ff.de rei vendi. in l.Lucius.ff.de euic.glo. ord.& ibi tradunt ſcrib. in c.2.ſuprà de conſtit.

Quintò & finaliter voluit Abbas quod quando propter delictum commiſſum eccleſiæ quis priuatur fructibus , debent conſeruari in vtilitatem ipſius eccleſiæ. Nam licet rector principalis propter negligentiam conſtituendi vicarium perpetuum priuetur fructibus illius eccleſię annexæ: illi tamen conſeruabuntur in vtilitatem eccleſiæ, arg.tex.in d.c.de multa.verſi. his quoque.ſuprà eo. & iſtud eſt regulare quod quando quis incidit in pœnam propter delictum commiſſum in eccleſia,talis pœna venit applicanda eccleſiæ offenſæ.c.ſi quis deinceps.17.q. 4.c.de hoc. infrà de ſymo.glo.in c.quia clerici.infrà de iure patro. Abb. in c.de hoc.eod.tit.

Circa dicta Abba.in verſi. eſt etiam aduertendum vſque ad verſi. quæro.penes quem duo habetis colligere.Primo quòd vicarius temporalis, mortuo conſtituente,non dicitur habere amplius poteſtatem,& ſic vicarius epiſcopi , mortuo epiſcopo , nullam habet poteſtatem. c.1.& ibi not. de offi.vicar.in 6.Nam mortuo epiſcopo omnia deuoluuntur ad capitulum.c.pen. & fin. infrà ne ſede vacan.& de hoc,quod mortuo epiſcopo expiret poteſtas vicarij,in ſpecie ponit Hoſtien.vbi alij poſt eum. in c. quoniam Abbas. ſuprà de officio delega.Bart.in l.aliquando.in decima quæſt.ff. de offi.Proconſul.& lega.Ludo.Rom.in l.fundi. col. vlt. ff. de acq. poſſeſſ. & ſi dicatur quod vicarius habet iuriſdictionem ordinariam.c.2.& ibi no.de offi.vica.in 6. ſed mortuo conſtituente non expirat poteſtas iudicis ordinarij.l.& quia.ff.de iuriſd. omn. iudi. videmus in legato ex eo quod habet iuriſdictionem ordinariam mortuo Rom. Pont. non expirat ſua poteſtas.c.2.de offic.lega. in 6.reſpondeatis quod quando poteſtas ordinaria dicitur taliter de per ſe ſubſiſtere , quod facit vnum tribunal ſeparatum à conſtituente , illo caſu non expirat mortuo conſtituente,& ita procedunt iura allegata in contrarium. Si verò talis poteſtas ordinaria non faceret aliud tribunal ſeparatum à conſtituente,vt in vicario epiſcopi,quia eſt vnum tribunal cum epiſcopo , & ab eo non appellatur ad epiſcopum.c.2.de conſue.in 6.Poteſtas dicitur tunc taliter dependere à conſtituente, quod mortuo conſtituente expirat,& ita declarat Alexan.in l.more. in 3.not.& Iaſ.in 5.not.ff.de iuriſdict.omn. iud. & ideo inferatis quod iudices ordinarij , qui conſtituuntur à dominis terrarum , quia non faciunt niſi vnum tribunal cum domino , & ab eis non appellatur ad dominum , mortuo domino, non habent poteſtatem.

Secundò voluit Abb. quod vicarius perpetuus conſtitutus ab aliquo , quando vltra conſtitutionem interuenit authoritas , & inſtitutio ſuperioris,mortuo conſtituente non deſinit eſſe vicarius, & iſtud probatur in c.ad hæc.ſuprà de offi.vica.& de hoc diximus ſuprà in no.ibi videre poteritis.

Circa verſi.quæro penes quem,vſque ad verſi. his expeditis.Abb.formauit quæſtionem ſatis vtilem : an cura animarum dicatur eſſe penes vicarium perpetuũ, an penes rectorem beneficij,cui cõmiſſa eſt parrochialis eccleſia.Magna eſt vtilitas iſtud cognoſcere,propter diuerſa iura inducentia aliquid ſpeciale in beneficiis curatis,vt de promouendo infrà annum,de non habendo alium ſimilẽ curatum, quod debeat eſſe ætatis 25.annorum. cap. licet canon. de elect. in 6.c.quia nonnulli.ſuprà de cler.non reſidentib. c. de multa. ſuprà eod. extrau.execrabilis.de præben.c.cum in cunctis. §. inferiora.ſuprà de electio.tandem Abb.concludit quod vicarius perpetuus dicatur in exercitio & actu habere curam animarum , & prælatus ſuperior habitu: & ideo diſpoſitio loquens de curato, quando vicarius perpetuus vltra hoc quod habet exerci

exercitium curæ,percipit manu ſua commoditates & fructus aliquos,habebit locum in tali vicario perpetuo,quando vero principalis rector perciperet omnes fructus,& illi vicario perpetuo daret certam penſionem,ille principalis rector eſſet curatus,& ita reſidet poſt Guil.de Mon.Laudu.ſequendo glo.in c.expoſuiſti.infrà eod.& per tex.in cle.vnica.de offi.vica. & in d.extra. execrabilis.in fi.& iſtud quod dicit Abb.hîc idem voluit ipſe in d.c.expoſuiſti in fin.

In hoc articulo reperio tres fuiſſe opiniones. Prima fuit Archi.Petr.de Ancha.& Ioan.And. & Philipp.Franc.poſt Ioan.de Ligu.in cap.ſuper eo. de præben.in 6.Petr.de Ancha.in cle.vnica.de offic.vica.& in c.expoſuiſti.infrà eod.Card.& Ioan. de Imo.in d.cle.vnica.volentes quod vicarius perpetuus dicatur proprie habere curam animarũ, ponderando text.in d.c.ſuper eo.& text.in d. cle. vnica.de offi.vica.cum his quæ plene ibi traduntur, vbi apparet quod diſpoſitiones loquentes de eccleſia curata comprehendant vicarium perpetuum, & dicunt eſſe glo. de hoc in cle.dudum.in verbo ſacerdotibus.de ſepul.& tex.in cap. querelam.ſuprà de iureiurando & ideo infert Io.Andr. (quem alij ſequuntur) quod rector principalis in impetrationibus beneficiorum non tenetur facere mentionem quod eccleſia principalis ſit curata, adducens ad hoc gloſſ. in clem. 1. in gloſſ. 5. de præben.

Secunda fuit opinio Card.Zaba. in conſil.30. in cauſa dubia.quem refert, & videtur ſequi Fel. poſt alios multos quos allegat in c.poſtulaſti.col. 1.ſuprà de reſcrip.& in hac opinione fuerunt Do. de Rota deciſio.228.in antiq.Henric.Boic.in cap. expoſuiſti, vbi alium articulum non tangit infrà eod.dicentes, quod licet vicarius perpetuus habeat exercitium curæ pœnitentialis:rector tamen principalis dicitur etiam curatus, & in impetratione beneficij debet facere mentionem qualiter illud principale beneficium eſt curatũ,& ad iſtud adducunt duo iura.tex.in cle.2.§.cæterum.de ſta. mona.vbi dicitur,quod ſi prioratus habet curam animarum,& in eo nõ deſeruiatur per vicarium, debet prior habere 25.annos,ſi verò per vicarium deſeruiatur,debet habere 20.annos. ergo præſupponitur quod vtroque caſu etiam ſi deſeruiatur per vicarium perpetuum adhuc dicatur beneficium curatum.Secundò põderatur tex.in extrau. execrabilis.circa fi.de præben.dum tex.dicit quod beneficium curatum dicitur quod non regitur per vicarium perpetuum quantum ad pœnam illius decretalis:ergo vltra diſpoſitionem illam debet cenſeri beneficium curatum, & pro iſta opinione Henric. Boic. vbi ſuprà ponderat tex. in c. ex tranſmiſſa.ſuprà de præſcript. in c. ex parte. in c.in natura. infrà de ſepul. vbi rector principalis pro iuribus parrochialibus,vt ſunt decimę vel ſepulturæ intentat actiones, quod non poteſt contingere niſi quia eſt curatus.

Tertia fuit opinio glo. in c.expoſuiſt. eod.tit. Guil.de Mon.Laudu.in d.cle. vnica de offic.vica. Abb.hîc.& in d.c.expoſuiſti.quod ſi prælatus non percipiat niſi certã pẽſionẽ ſuper fructibus beneficij annexi & reſiduũ remaneat vicario perpetuo, ille vicarius erit curatus, ſi verò rector principalis percipiat omnes fructus, & vicario perpetuo det certam penſionem,rector principalis erit curatus: ſin autẽ quilibet percipit de fructibus,tunc quoad exercitium & actum hoc eſt quantum ad actus pœnitentiales & ſacramenta alia, vicarius perpetuus erit curatus, & rector principalis, quantum ad alia,vt curam contentioſam, ſcilicet proſequi in iudicio iura parrochiæ,dicetur eſſe curatus, & quantum ad ſacramenta in habitu tantum.

Quid autem dicendum ſit in hoc articulo inter has vacarias opiniones, vos poteritis concludere per duo aut tria membra. Aut iſte prælatus & rector principalis habet aliquam iuriſdictionẽ in locum illum, vel in vicarium perpetuum, vel alios,dato quod non habeat exercitium: dicetur tamen habere curam animarum, quia ad hoc vt beneficium dicatur curatum,nõ requiritur quod habeat curam animarum in miniſtrandis ſacramentis,ſed ſufficit quod habeat aliquam curam, ſcilicet in iuriſdictione miniſtranda.c. dudum.ſuprà de electio,tradunt omnes in c.de multa. in fi. ſuprà eod. Aut vero talis rector principalis nullũ habet exercitium ſacramentorum,nec exercitium iuriſdictionis, & tunc conſiderandum eſt vtrum illud beneficium, in quo eſt vicarius perpetuus, dependeat à beneficio principali, ita quod aliàs non erat niſi beneficium principale, & ex illo fuit creatum illud beneficium in quo eſt vicaria perpetua, vt videmus in aliquibus partibus in quibus ex vno prioratu regulari vel ſæculari fuit facta vna eccleſia, in qua ponitur vicarius perpetuus, & in hoc caſu principalis non dicitur amiſiſſe qualitatem curatam, & adhuc dicetur curatum.iſtud videtur fuiſſe de mente Card. Zab. in conſil.30.allega.dum dicit quod ſi titulus principalis ſit immediatus,hoc eſt, quia à principio habebat illam qualitatem & non peruenit mediãte vnione,vel creatione beneficij,dicetur retinere illam qualitatem,idem voluit Ioan.de Imol. in cle. vnica.col.3.de offi.vica.& ad hoc quod conſtituatur vicarius perpetuus, & in eum trãsferatur exercitium curæ,per hoc tamẽ non extinguitur qualitas curata in principali beneficio, prout videmus in ſimili,quod quamuis creditor cedat actiones ſuas alteri, & in ceſſionarium tranſmittatur exercitium actionum,hîc poterit agere etiam nomine ſuo proprio.l.1.vbi Bart. latè. C.de actio. & oblig.traditur.in l.qui ſtipendia.vbi Iaſ.C.de procura.tamen penes creditorem remanent actiones directæ.l.3.& ibi glo.ff.pro ſocio. glo.in l. quis ergo.ff.de pecu.l.3.C.de noua.l.nomen. C.quæ res pig.obli.poſsit.

Aduertatis tamen quod licet hoc caſu & rector principalis & vicarius perpetuus quilibet dicatur curatus, iſtud debet intelligi diuerſimode, & ſecundum diuerſos reſpectus: quia duo non poſſunt inſolidum eſſe curati alicuius beneficij, quemadmodum vna ſponſa non poteſt habere duos.c.1.infrà de ſpon.duo.ita nec beneficium poteſt habere duos ſponſos.c.inter corporalia. ſuprà de tranſla.epiſcopi.Traditur per Inno.& alios. in c.cum non ignores.hoc eodem tit.& ideo decidit Oldra.in conſil. 67. quæſtio talis eſt, quod ſi in aliqua



aliqua eccleſia curata, ſunt tres vel quatuor deſeruientes, vt eſt in eccleſia Nepo.neuter illorum dicetur propriè & inſolidum curatus:ideo tamen dixi iſtos duos eſſe curatos diuerſis reſpectibus:vicarius enim perpetuus dicetur curatus quo ad eã quæ tendunt ad exercitium & adminiſtrationem ſacramentorũ ac ſeruitium eccleſiæ, & ex hoc ipſe obligatur ad promouendum infra annum,ipſe debet eſſe ætatis 25. annorum,ipſe non poteſt obtinere aliud ſimile beneficium curatum.cle.vnica de offi.vica.quia hæc omnia habent reſpectum ad exercitiũ curæ,quo ad alia vero, vt exprimere beneficiũ curati quod eſt curatum, aut aliis ſimilibus rector principalis dicetur curatus, & ita procedant quæ plene Felin.ponit in c.poſtulaſti.col. 2.& in c.in noſtra.correlario 10.ſuprà de reſcript.

Si verò illud beneficium in quo eſt vicaria perpetua, non proceſsit à principali beneficio:ſed aliàs erat de per ſe, & fuit vnitum illi principali, hoc caſu principali non dicetur curatum reſpectu illius beneficij annexi,quia qualitas annexi,& acceſſorij non debet redundare & influere in principali.c.ſuper eo. & ibi omnes de præben. & ideo de acceſſorio vel annexo vel eius qualitate non fienda mentio in impetratione,vt plene. Fel.in d. cap. in noſtra.in 30. corrol. & iſtud videtur fuiſſe de mente Cardin.in dict.conſil.30.& hæc reſolutio videtur magis conſona eſſe opinioni communi doctorum.

Circa dicta Abb.in verſic. his expeditis, cum octo col.poſtea ſequentibus habetis primo examinatam materiam quando à iure pro aliquo facto imponitur pœna. Nam requiritur monitio & poſtea ſententia condemnatoria, ad hoc vt incidat in pœnam,an verò ipſo iure, & ſtatim dicatur incidiſſe. & in hoc (quia articulus eſt vtilis & quotidianus)procedemus reſoluendo materiam, poſtea ex dictis Abb. colligemus quatuordecim concluſiones.

Quantum ad primam materiam, vt perfecte & ordinate habeatur,faciatis 4.articulos. Primus erit quãdo diſpoſitio loquitur per verba affirmatiua.Secundus,quando per verba negatiua, an requiratur monitio. Tertius (præſuppoſito quod non requiratur monitio) an ſaltem debeat ſequi ſententia condemnatoria.Quartus,& iſte eſt magis neceſſarius: quamuis de eo non faciant hîc mentionem in caſibus omnibus, in quibus dicemus pœnam incurſam ipſo iure,an ſaltem requiratur ſententia declaratoria.

Quantum ad primum articulum, licet Innoc. hîc & poſt eum Hoſtienſis,in verbo priuatum.Io. And. in glo. fin. Petr. de Ancha. in prima oppo. Card.in 2.col.Ioan.de Imol.in glo.fin.& Henric. Boic.in prima theorica, & Abb. hîc concludant quod diſpoſitio pœnalis per verba affirmatiua concepta, ipſo iure imponant pœnam,nec requiratur ſententia cõdemnatoria. c.ſi quis ſuadente. 17.quæſt.4. c.de multa.ſuprà eod.l.1.& 2.C. de ſecund.nupt.quia tamen glo.ord. in c.in pœnis. de reg.iur.in 6. & in c. ſi diligenti. verbo procedant. ſuprà de foro compet.in l.vnica, verbo habeatur. C.de iuriſd.om.iud.in authen.habita. C. ne filius pro patre,diſtinguere ſolet acta per verba pręſentis vel præteriti temporis, ita vt loquatur diſpoſitio pro priuatis prout in iſto text. & tunc intelligitur ipſo iure, aut per verba futuri temporis, vt priuetur:quia tunc intelligitur per ſententiam, & ideo ex mente Bart.& Bald.in l.iubemus nullam. §.ſane.C.de ſacroſanct.eccle.Antho.de Butr.in d. c.ſi diligenti.in glo.in verbo,procedant. Iaſ.in l.2. in quinto notab.C.de iure emph.Soc. in c.Iudæi. 2.infrà de Iudæ.& aliquid in conſil.22. ſequendo ordinem col.1.& 4.in quibus locis tractauit hanc materiam,& ibi alias remiſsiones, videre poteritis: licet plura hinc inde poſſent adduci, ad euitandum minores ſpinas,faciatis hanc breuẽ theoricam, diſpoſitio autem aut pœnalis venit ad declarationem iuris antiqui,aut aliquid de nouo inducit. Primo caſu, per qualecunque verbum loquatur, intelligitur ipſo iure. c. quicunque.§.1.de hær.in 6.& ratio eſt,quia diſpoſitio declarans antiquam preciſe intelligitur:nec recipit modificationem,ita Bar.not. per illũ tex.in l.1.§.nuntiatio. col.3.& in 3.membro ſuæ theoricæ.ff.de nou.ope. nuntia. Secundo caſu quando non venit ad declarationem iuris antiqui,& tunc aut reperiuntur alia iura in quibus reperitur expreſſe declaratum,aut ipſo iure,vel per ſententiam,& tunc ſtandum erit illis iuribus.c.2.cum ſua glo.& ibi Abb. ſuprà de foro compe. & facit glo. in l. ſciendum. in princ. ff.qui ſatiſda. cogan.qualiter vna lex debeat declarari per alias in illa materia loquentes: ſi vero non reperiantur aliæ in illa materia mentionem facientes, videndum eſt quibus verbis concipiatur, quia ſi verbis præſentis vel præteriti temporis dicetur canon late ſententię per iura hîc allegata per doct. ſi verò verba ſint futuri tẽporis, videndum erit an habeant ſecum iuncta verba præciſa, vt ſi dicatur ipſo iure excommunicetur omnino, aut priuetur, illo caſu intelligitur ipſo iure.l.fin.iuncta glo.C.loca.& ratio eſt,quia verba dubia interpretantur per alia verba eis iuncta.l.1. & ibi not.Socinus.ff.de reb.dub. vbi vna pars diſiunctiue, vel copulatiue declaratur per aliam,de quo Iaſ.in l.1.in princ. in 4. col.ff. de iuſti.& iure, vbi decidit quæſtionem notabil. quod licet legatum ſpeciei percipiendæ ex aliquo fundo non debeatur,niſi in tẽpore in quo ex illo fundo percipiuntur fructus, & ſi aliàs eſſet indeterminatum, deberetur in principio cuiuſlibet anni, ſi ſimul fiant duo legata,vt ſi teſtator dicat:lego omni anno decem libras argenti,& duo modia vini,ex tali vnione: quia legatum vini non debetur niſi in tempore vindemiarum, ſolutio legati argenti interpretabitur, vt non fiat niſi in illo tempore, vbi aliàs deberet fieri in prin.anni, quia ſimul iuncta debent æqualiter interpretari. l.iam hoc iure,cum vulgaribus.ff.de vulga.Si vero nõ apponantur verba præciſa,vidẽdum erit an verba pœnam imponentia importent executionem, videlicet ſi dicatur vt de bonis ſuis capiantur,eo caſu intelligitur ipſum prius incidiſſe in pœnam, ipſo iure,quia qui vult conſequens,videtur pręſupponere neceſſarium eſſe antecedens ad illud.l. ad rem. & l. ad legatum.ff.de procu.& faciendo actum cõſequentem præſupponamus præceſsiſſe actum præcedentem.l.ſi auia.C.de iure deliber. & ita dicit Socin. d.conſil.

d.conſil.22.col.4.ſi vero verba non importẽt executionem,tunc videndum erit an ſonent in actum iudicialem, vt excommunicetur,priuetur, vel bãniatur, & debet intelligi per ſententiam d.l. vnica.de iuriſ.om. iud.Si vero non importent actum iudicialem, vt perdat, intelligitur ipſo iure. l.fin. cum ſua glo.ad fin.C.de iur.emph. & ad iſtud in ſimili facit quod voluit glo.ord.in l.ſi ſoror.C.de colla.quod quando verba referuntur ad iudicem, oritur officium iudicis, & debet adiri iudex, ad hoc vt competat remedium: quando indeterminate ponuntur ipſo iure competit actio,& iſta eſt tutior via, & theorica in hac materia, ad euitandum multa contraria,quæ hincinde adducuntur.

Quantum ad ſecundum videlicet, quando diſpoſitio pœnalis concipitur per verba negatiua, Doct.faciunt duos caſus.Primus eſt quãdo adducitur tẽpus intra quod actus debuit fieri.Secũdus quando nullum tempus fuit præfixum:in primo tria habemus videre. Primo quod non requiratur monitio quando tempus eſt adiectum. Secũdo vtrum lapſo tẽpore admittatur purgatio moræ.Tertio ſi ante tempus ſumus in caſu in quo non poteſt perfici actus, an incidat tunc in pœnã non ſpectato tempore.

Super primo Inno. Hoſtien. Ancha. Card.Io. de Imo. hîc & Abb. in ſua theorica concludunt, nullam requiri monitionem, nec interpellationẽ: ſed ſtatim lapſo tempore,ipſo iure incidit in pœnam:quia dies interpellat pro homine. c. quia licet canon.de elect.in 6.cap.potuit. infrà de loca.l. magnam. C.de contra. & commit.ſtipula. traditur per Bart. & alios in l. ſi inſulam. ff. de verbo. oblig.& in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio.in l.ſi mora.ff.ſolut.matr.& dicit text.not.in l. cũ ſtipulatus ſum mihi à Proculo.ff.de verbo.oblig.& ibi Bart.in ſpecie, quod ſi quis promiſerit mihi ad Paſcha ſoluere centum, & antea,quandocunque ab eo petiero,quod ſi non fecerit,promiſit nomine pœnæ lapſo tempore: incidit ipſo iure in pœnam,imo plus voluit ibi tex. quod ſi protogauero tempus incidit tamen in pœnam ipſo iure, & ex prorogatione cõſequitur tantummodo exceptionem,& per illum tex.dicit Bal.in l.1. col. pen. C. quando dies legati cedit, quod ſi maritus legauerit vxori centum ſoluenda intra tale tempus poſt mortem ſuam, cum hoc quod ante lapſum anni hæres non poſsit cogi ab vxore, lapſo tempore incidit in pœnam.idem Bal.in c. 2.in tit. an ille qui inter fra.in vſib.feud.voluit per illum text. quod ſi quis promiſit mihi ſoluere centum ad paſcha.& poſtea quandocunque ab eo petiero & adiecerit pœnam,lapſo tempore incidit in pœnã. idem Bal.in c.ſi. §.præterea. col.3. C. de iure dot. vbi text.ſing. voluit quod ſi extraneus promittat dotem,tenetur intra biennium ſoluere, aliàs incidit in pœnam, quod lapſo biennio ſi res fuerit immobilis, tenetur ad fructus, ſi mobilis ad vſuras:quamuis ſit in poteſtate viri vel ante bienniũ vel poſt biennium petere:per hoc tamen non euitatur pœna quominus in illam incidat,lapſo tempore.Et de his plene per Socin.in conſil.288.circa primam q.col.16.& per Ang.in d.l.ſi inſulam.col. 5. & ſi aliquis diceret in diſpoſitione pura in qua non apponitur tempus, quis ſtatim obligatur. §. omnis.inſtit.de verbo.oblig.l. eum qui Kalendis. §.1.ff.eod.tit. & tamen requiritur interpellatio ad hoc vt conſtituatur in mora,idem ergo dicẽdum quando eſſet adiectum tempus.Reſpondeatis iſtã diuerſitatem procedere ex eo, quòd quando non adiicitur tempus, promittens ignorat quando interpellabitur ab alio, & non eſt neceſsitatis ſoluere,ſed quando tẽpus adiicitur, apparet quod creditor limitauit ſibi diem, in qua prætendit ſibi ad impleri promiſſum:ideo huic rei eſt imputãdum quare ante diem non præparauit ſe,vt videmus in ſimili,quod ſi aliquis fuerit vocatus in iudicio & non fuerit informatus qua de cauſa,nec fuerit ſibi ſtatutum tempus intra quod potuit præparare aduocatos & procuratores, debet ſibi dari dilatio ad iſtud faciendum, quia ignorabat quando vocaretur,ſed ſi fuerit ſibi aſsignatum tempus, vt intra octo dies haberet comparere & reſpondere de tali negotio,debet interim ſe præparare:quia nulla dabitur dilatio.Iſtud habetur in c. præterea. ſuprà de dilatio.Bart. in authen.offeratur.C.de litis conteſta.

*Quomodo admittatur purgatio moræ.*

Quoad ſecundum, ſi poſt tempus admittatur purgatio moræ.glo,in c.licet canon.de elect. in 6. voluit quod non,allegando tex.in cap.licet.ſuprà de ſuppl.neg.præla.& quia in hoc varia iura reperiuntur quod quando iſta duo concurrunt, ſcilicet dies & pœna, nunquam admittitur purgatio moræ: quando verò alter tantummodo eſſet,ſcilicet appoſitio diei ſine pœna vel pœna ſine die admitteretur purgatio moræ.l.traiectitiæ.§.de illo. ff. de actio. & obliga.l. magnam. C.de contra. & commit.ſtipula.Bart.in d.l.ſi inſulam.ff. de verbo. oblig.& in d.l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cau.

*Quomodo incidatur in pœnam ſtatuti.*

Super tertio quando ſumus circa finem temporis,ita quod veriſimiliter ante tempus non poteſt impleri:adhuc tamen non incidit in pœnam, & debet ſpectari implementur totius temporis. l. in illa.l.inſulam.ff.de verb.oblig.& iſtud in ſpecie decidit tex.in c.commiſſa de elect.in 6.quod licet ille cui erat collatum beneficium curatum, & tenebatur promoueri infra annum, ſi ſit in penultima die anni, quod non eſt veriſimile, quod ante annum promoueatur ad ordines, adhuc tamen non eſt priuatus beneficio,& iſtud eſt vtile: quia poterit illud permutare cum alio, & valebit permutatio,ita Do.de Rota.in deciſio. 167. in antiq. Oldra.7.ſpecie in conſil. 202. factum tale eſt in primo dubio.poterit etiam conſequi diſpenſationem à ſuperiore vt teneatur promoueri propter ſtudium intra ſeptem annos,per c. cum ex eo. de elect.in 6.& ſic nullo modo ante completum tempus incidit in pœnam: de quo per Hoſt. & alios in c.non magno. & in cap. ſuper ſpecula.infrà ne cler.vel mona.

Super ſecundo membro quãdo diſpoſitio pœnalis concipitur per verba negatiua magis communiter doct.hîc,excepto Abb.concludunt quod non incidat in pœnam,niſi præceſſerit monitio.l. ſi legati cauſa. col. ſeq.ff. de verbo. oblig. vbi ſi quis promiſerit dare ſeruum,& caſu quo non dederit pro pœna promittit decem, ſi non fuerit interpellatus,dato quod fuerit lapſum tempus intra





quod potuit dare, ſi ſeruus moriatur, non incidit in pœnam,& ita text.allegati per gloſſ.hîc ſcilicet, in c.2.in c.ex parte. & c.pen.ſuprà de cler.non reſiden. faciunt mentionẽ de monitione antequam clericus propter non reſidentiam priuetur beneficio,& hanc opinionem Inno.hîc originaliter, & poſt eum Hoſtien.Io. And.Petr.de Ancha.Zaba. & Io.de Imo.tenuerunt. Idem voluit gloſſ.vbi Io. And.Petr.de Ancha.& Ioan. de Ana.in c.excommunicationi. infrà de rapt.Io.Andr.& Io.de Ana. & ibi alij in c. excommunicamus. §. moueantur. infrà de hæret.Ioan.And.in cap.2.infrà de magiſt. Archi.Petr.de Ancha.Domi.& Franc.in cap.licet canon. de elec.in 6.Bart.in l.inficiando. §.infamis. ff.de fur.Ange.Io.de Imo.Areti.& ibi Alex.latiſsimè in 4.col.vbi alios plures allegat. in l. ita ſtipulatus.ff.de verbo.obligat.idem Alex.in additio.ad Bar.in l.Mutianæ.ff.de condit.& demonſtr. Alex. poſt alios.in l.1. C. de his quib. vt ind.Bald.& alij in authen.hoc amplius.col.pen.C.de fideicõmiſſ. idem Bal.& ibi ordinariè traditur poſt glo. in l.& ſi poſt tres.in princ.ff.ſi quis caut.& pro iſta communi opinione vltra ea, quæ hîc allegantur per doctores,adducunt text. in d.c.excommunicationi,infrà de rapt.vbi ſecundum glo.requiritur monitio. ad idem text.in dict.c.excommunicamus.§. mouentur. infrà de hæreti.vbi iudices temporales negligentes punire hæreticos, nõ incidunt in pœnam,niſi præmiſſa monitione,& tex.in d.authen. hoc amplius. C.de fideicommiſſ.& §.ſi verò non implens.in authen.de hære.& falcid.Vbi hæres nõ implens voluntatem defuncti non incidit in pœnam priuationis hæreditatis, niſi fuerit monitus, ad idem tex.in §.ſi autem hæres ea quę.in authen. de eccle.titu.vbi non ſoluens legata pia non incidit in pœnam ſi nõ ſit monitus.idem probat tex. in l.qui crimen. C.qui accuſa.non poſſunt, quod accuſator qui promiſit proſequi accuſationẽ non punitur ſi non fuerit interpellatus. Idem probat tex.in authẽ.caſſa & irrita. C.de ſacroſanct. eccle. quòd poteſtates temporales, & ſyndici locorum debent moneri antequam incidant in pœnam, & text.in l.ſiquis filiũ. §.ſtipulatio.ff.de collat.bono. quòd ſtipulatio pœnalis locũm non habet, niſi fuerit interpellatus,& per iſta in locis tenent communiter Docto.cum Inno.hîc.Sed quia glo.in l.1. C.de his quib.vt indig. ex qua mouetur Abb. hîc multum aſtringit cõtra communem opinionem: dantur in illis locis plures ſolutiones ad illam gl.

*Nota hîc plenè intellectum glo. in l.1. C. de his quib. vt indig.*

Prima, quæ fuit Baldi, quod ibi committebatur mora re ipſa, & erat mora irregularis, quæ habet locum in aliquibus caſibus ex priuilegio, ſine interpellatione, vt dicit glo.ordin.in l.mora.in glo. magna ad fin. ff. de vſur.inter quos caſus ponitur fauor minoris ætatis: ſed vtilitas publica eodem priuilegio gaudet quo minor. l. res publicas. C. quibus ex cauſis maiores. l.Titia Seio. §.vſuras.ff. de lega.2. vtilitas enim publica eſt, vt vindicetur mors defuncti. l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquiliam,ex quo re ipſa priuilegio reipub.dicitur mora irregularis contracta ſine iudicis relatione.Hoc videtur fuiſſe de mente glo.in §.mixta.verbo iudicium.inſtitu. de actio. hæc tamen ſolutio non ſatisfacit ad propoſitum,quia quod clericus reſideat in beneficio,conferunt ad cultum diuinum,& priuilegium eccleſiæ,vt viſum fuit ſuprà in duodecimo caſu,quando per vicarium, quis poſsit deſeruire,& ſic dicendum eſſet,quòd etiam iſto caſu re ipſa contraheretur mora, & non requireretur aliqua iudicis relatio. Contrarium volunt hîc omnes excepto Abb.ideo dabatur alia ſolutio per Salicet.in d.l.1. C.de his quib.vt indi. quòd quando diſpoſitio pœnalis incipit à conditione,(vt in iſto caſu) ſi clericus nõ reſideat in beneficio, priuetur illo,debet præcedere monitio,quia nõ erat diſpoſitio quod eum interpellarent,ſed quando incipit à diſpoſitione, vt in materia illius legis per quã dictũ fuit quòd hæres vindicet mortem defuncti,& poſtea ſubiicitur cõditio,& ſi non vindicauerit priuetur ſucceſsione.Nõ requiritur aliqua interpellatio,prout videtur probare tex.in l.ita ſtipulatus.ff. de verb.oblig. Iſta etiã ſolutio non ſatisfacit,quia eſt contra text.apertũ in l.ſi pœnã. ff.quando dies legati cedit.vbi pręceſſerat diſpoſitio,& tamen nõ incurritur pœna,niſi interpellatio præceſſerit.Prętereà idem dicendum eſſet in caſu, vbi iſte textus incipit à diſpoſitione, quòd debeant reſidere in beneficio. Ideo Ludouicus Romanus,in l.cognitione. dabat aliam ſolutionem,quia in l.prima ſuprà allegat. non requiritur monitio, quòd ex illo facto, ſcilicet vindicandi mortem defuncti, non veniebat aliquid dandum,vel implendum in perſonam tertij, & ſic non erat aliquis, qui curam haberet interpellandi. Ideo iura voluerunt, quòd in mora ipſa re conſtitueretur ſine monitione: in aliis verò caſibus in quibus iura ponunt monitionem præcedentem, veniebat aliquid dandum, vel faciendum alteri, & ideo voluerunt, quòd ille deberet interpellare. Iſta etiam ſolutio non ſatisfacit. Nam idem eſt in iſto caſu, quia ex reſidentia non venit aliquid dandũ,vel faciendum tertio:ſed concernit tantũmodo cultum diuinum, fuit ideo quarta ſolutio Pauli de Caſtro, quòd quando aliquis ratione officij tenetur quid implere,aut facere, nõ requiritur aliqua monitio, vt in hærede, qui debet vindicare mortem defuncti,ſed ſi non ratione officij quis teneatur,requiritur monitio.Iſta ſolutio eſt contra tex.in l.1.§.magiſtratibus. ff.de magiſt.conue. vbi iudex, qui ratione officij tenetur dare tutorem, ſi nõ fuit interpellatus non incidit in pœnã,eſt etiam contra tex. in d.authen.hoc amplius.C.de fideicõmiſ.& contra tex.in d.l.qui crimen. C. qui accuſa. non poſſunt, & idem deberemus dicere in caſu iſto, in quo ratione officij & beneficij, quis tenetur reſidentiam facere: propterea vltimo & quinto loco Alexander in dicta l.prima. C. de his quib. vt indignis.& in dicta l.ita ſtipulatus.columna quarta.ff.de verborum obligatione. dabat aliam ſolut. dicendo, quòd gloſſ. dictæ legis primæ intelligitur quando hæres fuerat monitus, quod non datur ſibi aliud tempus, niſi illud intra quod potuit vindicare:& ita neceſſario debet intelligi illa glo. dum allegat textum in dicta l. ita ſtipulatus, qui decidit iſtud, & debet intelligi ſecundum textum, qui allegatur, de quo Bartolus in l.non ſolum. §. liberationis.columna 2. ff.de libera.legat. & ita videntur omnes communiter in locis ſuprà

allegatis tranſire. Contrariam tamen opinionem tenet Abb.hîc quòd non requiratur aliqua monitio, ſed ſtatim quòd actus potuit impleri, ſi non impleuerit, incidat in pœnam, & mouetur primo per d.gl.in d.l.1.C. de his quib.vt indig.adducit & poſtea tex.in c.cupientes.de elect.in 6.in c.quamuis.de offic. ordina. eod.lib. vbi iura præcipientia aliquid, requirunt tantũmodo tempus intra quod illud potuit adimpleri, nec faciunt mentionem de monitione. Adducit & deinde deciſionẽ Spec. in titu.de citatione.§.ſequitur. verſi.ſed ſi non expreſsiſſent, quòd citatio facta ſine termino obligat aliquem, vt compareat quàm citius poterit, per ea quæ traduntur in c.comparati.ſuprà de appella.in c.cum dilecti.ſuprà de dolo & contu. adducit, & deniq; rationem, quod quandoque monitio adhibetur non ad hoc, vt pro ſubſtantia requiratur, ſed ad iſtum effectum, vt iudex ſit certificatus, nam ſine monitione poſſet certificari, non requiretur talis monitio.arg.tex.in c.prudentiam. de reſcript. & ſic per multa concludit, quòd ſine monitione dicatur quis incidere in pœnam ſtatim quod potuit monitionem adimplere & minimè adimpleuit.

Quid autem ſit tenẽdum in iſto articulo: quia Bart.& Ludo.Rom. in l.in cognitione.ff.ad Sylani.Bald.& Salic.in d.l.1.C.de his quib.vt indig.videntur fuiſſe in iſta opinione. Ideo pro habenda reſolutione tria erunt videnda. Primò an debeat præcedere monitio. Secundò an debeat fieri in iudicio, vel ſufficiat extraiudicialis. Tertiò an ſufficiat vna, vel requirantur plures monitiones.

*De monitione.* Quantum ad primum aduertatis, quòd licet in locis prædictis dicant communiter Doct.quando diſpoſitio pœnalis concipitur per verba negatiua, quòd tunc requiratur monitio. Secus ſi per verba affirmatiua, vt viſum fuit in præcedenti articulo: potuit tamen quandoque eſſe, quod diſpoſitio concipitur per verba affirmatiua, & tamen erimus præcipuè in materia iſta, vtputa ſi fuerit dictum ſi quis cõueniat. Ideo ne decipiamini, faciatis hîc duo membra. Primum quando diſpoſitio aliquid prohibet, & imponit pœnam, tunc habeat locũ materia præcedentis articuli: ſed quando diſpoſitio aliquid præcipit, & poſtea imponit pœnam ſiue verbis affirmatiuis, ſiue verbis negatiuis, habeat locum materia iſta; ſed ideo ſolent dicere Doc.vt videamus ſi per verba affirmatiua, vel per verba negatiua, ex eo quòd quando diſpoſitio prohibet ſecundum communem vſum loquendi pœna apponitur verbis affirmatiuis, ſed quando aliquid præcipit vel diſponit, pœna apponitur verbis negatiuis. Ita declarat magiſtraliter text.in l.cum quid.in l.continuus. §.penu.ff.de verb.oblig.& ideo in ſimili dicit Bar.in l.inter ſtipulantem. in princip.ff.eod.titul.quod verba quæ communiter apponuntur per procuratores & aduocatos, ceſſat & eſt abſque eo, quamuis affirmatiuè concipiantur, habent ſenſum negatiuum; & dicit gl.not.quam Ange. ibi commendat in l.fi.§.fi.ff.de except.rei iud.quod debemus attendere ad ſenſum verborum, ſi prohibeant vel percipiant, ad hoc vt cognoſcamus ſi ſentẽtia ſit affirmatiua, vel negatiua. Hoc ergo præſuppoſito, quãuis opinio Abba.de rigore iuris poſſet ſuſtineri per ea quę ſtatim dicemus, tutius erit tranſire cum communi opinione, quòd quando diſpoſitio aliquid præcipit, & apponit pœnam, ſi cõtra fiat vel illud non fiat ad hoc, vt pœna incurratur, debet præcedere monitio, per ea quæ iam ſuprà viſa ſunt, pro qua opinione ſtringit multũ text. in l.1.§.ſi ita legatum.ff.ad leg.Falci. vbi ſi teſtator legauit alicui penum, & caſu quo hæres non ſoluerit, quod tradat decem: dubium vertebatur, quia locus erat legi falcidiæ vtrum deberet conſiderari tantummodo penus, an verò haberi reſpectus ad illa decem.& dicit text.ante moram hæredis, & ſic ante interpellationem conſiderabitur æſtimatio penoris, & ſic ante monitionem non erit locus pœnæ. idem probat tex.in l.fideiuſſor obligari.§.fin.ff.de fide inſtru.quòd ſi quis ſub pœna promiſit ſoluere, ſi alius non ſoluat, non incidit in pœnam niſi pręcedat monitio, & pro iſta opinione facit ratio, quia verba iſta ſi nõ fecerit, ſi non ad impleuerit, non habent effectum niſi ſecuta negligentia vel mora, & antea non poteſt dici non feciſſe. Ita probatur per text.& ibi Bart.& alij no.in l.ſi duo.§.fi.ff.de conſtitu.pecu. Sed mora nõ dicitur, quando tempus non adiicitur in diſpoſitione niſi facta mentione, vel interpellatione.l.mora.in prin. ff.de vſur.l.ſi ex legati.cauſa.ff.de verbo.obliga.& dicit tex.ad hoc no.in l.ſi decem. cum petiero illa eod. tit.quod monitio eſt illa, quę cauſat moram, & ita etiam tenuit Pau.de Caſt.in conſi.20.vltra ea, quę ſuperius col.1.ſecũdum antiquam impreſsionem, & in conſi.379. ex dubiis col.2.Bart.quem alij ſequuntur in d.l.ita ſtipulatus col.pen.verſic.6.quæro.ff.de verbo.oblig.vbi dicit, quod quicquid ſit tenenda eſt iſta opinio. Verum eſt, vt dixi, quod opinio Abba. de rigore iuris poſſet ſuſtineri, pro qua bene facit text. in l.ſi ita ſtipulatus fuero abs te.ff.de verb.oblig.vbi ſi quis promiſerit facere inſulam, & lapſum fuerit tempus intra quod potuit feciſſe, poterit conueniri ad intereſſe, nec tex.facit mentionem aliquam de monitione. Idem probat tex.in l.ſtipulationes non diuiduntur.§.fin.& in l.continuus.§.item qui inſulam.illo eo.tit.ad idem tex.in l.datio.§.ſi per venditorem.ff.de actio. emp. vbi dicit, quòd ſi emptor cũ poterit petere vinum venditum, & non petierit dicitur eſſe in mora, & periculum ad eũ ſpectat nec tex.facit mentionem de monitione. Præterea ſolemus dicere, qui certus eſt, amplius certiorari non debet. l. 1. in fin. ff. de actio.emp. Præterea expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.l.3.cum vulgaribus.ff.de leg. primo.ſed quando tempus non adiicitur, quis videtur obligatus ſtatim, quod poteſt.l.eum qui.§.1.ff.de verb.oblig.ſed ſuprà dictum eſt, in præcedenti articulo, quia quando tẽpus fuit expreſſum non requiritur monitio. Idem dicendum erit, quando ſubintelligitur tacitè, & facit quia ſolet dici eadẽ eſt via tanti & expreſsi. l.cum quid.ff.ſi cert.petat. Pro hac opinione Abba.facit etiam textus in l.ſi peculium.§.fi.ff.de teſtam.liber.vbi textus nullam facit mentionem de monitione, & ſic hæc opinio de rigore iuris poſſet ſuſtentari, non tamen in iudicando, vel conſulendo recedendum erit à communi opinione, pro qua vltra præmiſſa facit



facit tex.in c.non eſt.infrà de ſponſ.in c.2.infrà de accuſa.vbi illa iura ſemper requirunt monitionẽ, & ideo dicit tex.in c.nouit.ſuprà de iudi.quod ad hoc, vt recurratur ad eccleſiam pro puniendo delinquente debet præcedere monitio fraterna, & in ſimili dicit Abba.in d.c.2.de accuſat.quòd licet non requiratur interpellatio extraiudicialis niſi ex quadam vrbanitate antequã citari faciam aliquem.l.quidam Hyberus.ff.de ſer.vrb.pręd. tamẽ illa eſt neceſſaria ad hoc, vt condemnetur in expenſis primæ citationis, vt tradunt Doct.in l.omnes. C.de epiſco.& cler.in l.edita.C.de eden.& in l.debitores.C.de pignor.

Hanc cõcluſionem communem limitant primo Alex.in dict.l. ita ſtipulatus.col.4.ff.de verbo. oblig.niſi ſtatuto ſynodali diſponeretur, quòd clerici deſeruire habeant, aliàs priuentur beneficiis, quia ſtatutum diſponens idem quod ius cõmune, debet aliquid operari, ita voluit Bart.in l.2.ff. de vſucap.in l.4.§.prætor.ff.de dam.infec. & facit tex.in c.ſi Papa.de priuil. in 6.in l.ſi quando. ff.de leg.3. Adducit Feder. de Senis, idem tenentem in conſil.109.quęſtio magis intelligitur. Circa quam tamen limitationẽ poteritis audacter tenere contrariũ prout in ſpecie Card.Zabarel.& poſt eum Io.de Imo.col.5.in c.ex tuæ.ſuprà de cler.nõ reſid. & mouentur, quia tale ſtatutum ſynodale non eſſet niſi quædam monitio generalis, quæ tamen non admittitur niſi in caſibus à iure expreſsis.cle.1.de iudi. regulariter enim debet fieri citatio in propria.l.1.§.denuntiari.ff. de ven.inſpi. & bonus eſt tex.in l.ſi eo.C.de remiſſ. pigno. quod citatio generalis ſeu per proclamationem ſert. per edictũ non habet locum vbi certi ſunt citandi de quo Ang.conſil.279.viſo facto.D.de Rota. deciſio.10. in antiq.Fel.vbi plene in c.gratiam.col.1.ſuprà de offi.delega.& in c. exhibita.col.2.de iudi. Iaſ. poſt alios in l.decem.ff.de verbo.oblig. Si tamen vultis ſuſtinere limitationem Alex.dicatis habere locũ quando tale ſtatutum fieret per monitionem generalem, vt quia epiſcopus moneret quoſcunque clericos ſuæ diœceſis vt habeant reſidere in ſuis beneficiis, hoc caſu iſta monitio ſufficeret quantuncunque ſit generalis, quia quando ſunt plures vel infiniti citandi, tũc citatio fiat voce præconis, vel generalis, & ita videatis Feli. & Iaſ.in locis ſuprà allega.

Secundò limitabat Alex. in d. l. ita ſtipulatus. quòd quantum ad Deũ, & quantum ſeipſum quis dicitur incidere in pœnam nulla præcedente monitione, & illud quod voluit Abba. hîc & in c.excommunicationi.infrà de rap.quòd quamuis delictum fuerit occultum dicitur, tamen quo ad Deum, quis incidere in pœnam.c.cum non ab homine.infrà de ſenten.excom.

Aduertatis circa hoc, quia procedunt in delictis perfectis, & conſummatis: bene verum eſt in illis, quod delinquens ſtatim eſt ſuſpenſus quo ad ſe.c.fi.ſuprà de cohabi.cler. & mulier. & ideo dicit tex.inſtit.de obliga.quæ ex delic.naſc.in prin.& in l.1.in princ.ff. de ſuo.in l.rerũ amotarum.ff.rerum amo. quod ſtatim commiſſo delicto, quis dicitur naturaliter obligatus ad pœnã.ita Bart.in l.ex hoc iure.in fi.verbis.ff.de iuſt.& iure.vbi volunt, quòd delicta dicantur iure naturali. Ita etiam Ioan.Fab. Chriſtoph.Por.& alij reprobata ibi gl.in verb.pœnæ.in §.ius autem gentiũ inſtit. de iure natu. gen. & ciuili.& ibi declarãt, in his delictis quæ ſunt de iure naturali, vel diuino.in his verò quæ ſunt de iure poſitiuo donec delicto conſummato, & perfecto non dicitur incidere in pœnam, in propoſito autem noſtro delictũ, non dicitur conſummatum, & perfectum niſi facta monitione, & lapſo tanto tempore, intra quod potuit perficere actum cum non dicatur delictum reſultare, niſi propter moram, vt dictum eſt ſuprà. & ideo quantum ad pœnam introductam.l.poſitiua.non dicitur ſtatim illam incurrere.

Tertiò poſſetis limitare, quando appareret expreſsè de volũtate illius debemus implere actum, quia ſe declarauit, quòd nõ faceret illud hoc caſu non requiritur aliqua monitio.arg.tex.in cle.vnica.de dolo.& contu.in c.eum qui.eo.tit.in 6.quòd quando quis appellauit ab interlocutoria & dicit, quod nolebat amplius comparere, nõ requiritur quod citetur, & ideo Bart. no.in l.fi.col.fi.ff.de in integ.reſti.voluit quod ſi quis declaret ſe nolle cõparere, non debet aliquo modo citari. Iſtud idem probat bonus text. & ibi Domi. de ſanct. Gemi. Philip.Fran.& alij in c.ſi capitulo.de cõceſ.præb. in 6.bonus text. vbi traditur per omnes.in c.quoniã.§.porrò.ſuprà vt lite nõ conteſta.& ideo dicit Bar. (quem alij ſequuntur) in l.qui Romæ.§.Seia. ff.de verb.oblig. quòd quando apparet de voluntate illius, non requiritur aliqua alia interpellatio ſuper quo cogitabitis.

Quartò poſſetis limitare, in caſibus in quibus re ipſa exprimitur, vt in minoribus contrahitur mora irregularis, quod tũc nulla pręcedente monitione incideret in pœnam, quos caſus ponit.glo. ordin.in glo.mag.ad fi.ff.de vſur.

Quantum ad ſecundũ, videlicet ſi monitio deberet eſſe iudicialis, an verò ſufficiat extraiudicialis, concludatis extraiudicialem ſufficere. gl.eſt nota.quã Bar.& alij ibi ſequuntur.in l.qui Romę. §.cohæredes.verbo, teſtato.ff.de verbo.obliga.in l. amplius.verbo nõ cõmitti. ff. rem ratã haberi.in l. fideiuſſor obligari.§.fi.verbo reus.ff.de fideiuſſo.& de hoc latiſsimè, & ad ſaturitatẽ per quatuor col. tradit Iaſ.in l.ſi in legati cauſa.ff.de verb.oblig. Tamen notetis, quòd ſi ille qui debet interpellari, vel moneri non reperiretur ad hoc, vt monitione generali, vel per edictum procedatur cõtra eum requiritur iudicialis. c.ex tua.& ibi tradunt omnes, ſuprà de cler.non reſidentibus.

Quantum ad tertiũ, ſi requirantur plures monitiones an ſufficiat vna. Concludatis regulariter non eſſe neceſſe niſi ſemel interpellare: tex.eſt bonus, & ad literam in l.Titia Seio. §. vſuras. & ibi Bar.no.ff.de lega.2. in c.ſi quis epiſcopus.& in c.ſi quis epiſcoporũ.18.diſt.Bar.in l.qui Romæ.§.Seia. ff.de verbo.oblig. & in l.ſi quis mihi bona.§.ſed ſi mandauit.ff.de acq.hære.Abb.in c.2.vbi alij, infrà de accuſ.& in c.ex tenore.ſuprà de cle.nõ reſiden. tradunt omnes in c.cũ cauſa.ſuprà de offi.delega. Fallit tamen in duobus caſibus. Primus ad cõſtituendũ ſuperiorem, in negligentia requiritur monitio.c.1.& ibi not.Anto.de But.& alij ſequuntur,

ſuprà de ſupple. neglig. prælat. Secundò, quando eſſemus in caſu, in quo fieret monitio iudicialis requiritur trina, & per interualla temporũ, nec ſufficeret vna peremptoria pro omnibus, ita gloſſ. in cle.1. de vita & hon.cler.tradunt omnes in cap.ex tuæ.ſuprà de cleri.non reſidentib.

Super tertio articulo. An in caſibus in quibus ſuprà diximus non eſſe neceſſariã monitionem ad hoc, vt pœna verbis negatiuis concepta incurratur, quis ipſo iure incidere in pœnam dicatur, an verò deberet ſequi ſententia condemnatoria. in hoc concludatis, vt ſuprà diximus in 1.artic. quod cõſiderandũ eſt, (quibus verbis pœna imponatur, vtrum ſint præciſa, vel importantia executionem, vel præteriti, aut futuri temporis, & ſi vultis latiſſimè videre, quæ verba dicantur preciſa, videatis And.Barba.in c.ſi diligenti.in gl. ſuper verbo perdent.ſuprà de foro compe.plene. Fel. in c.Rodulphus.col.16.& ſeq.ſuprà de reſcript.

Super quarto & vltimo art.ſcilicet in caſibus in quibus pœna ipſo iure imponitur, an requiratur adhuc ſentẽtia declaratoria. Licet iſte articulus ſit quotidianus, & plura in eo poſſent adduci: ne trãſgrediamur materiã propriam huius §. cũ habeat amplam dotem, ſufficiat recurrere ad ea, quæ latè ponit Feli.in d.c.Rodulphus.col.22.cum 3.ſeq.de quo etiam per Soci.conſi.12.quoniam prius.col.1. & 2. per Gemi.poſt Io.And.in c.1.ad fi.de homici. in 6. Et in dictis locis, quantum ad propoſitum tria concluduntur.

*Concluſio eſt, quòd ſemper requiritur ſententia declaratoria.*

Primò, quòd ſemper requitatur ſentẽtia declaratoria per quam iudex declarabit illũ talem incidiſſe in pęnam à lege impoſitam, non autẽ condemnabit eum. c.cum ſecundum.in fi.de hære.in 6.Bar.per illum tex.in l.eius qui delatorem.de iure fiſci.ff.Io.And.in c.1.col.fi.de hæret.in 6.

Secundò, quòd requiritur citatio, & ad hoc allegantur duæ glo.no.in cle.fi.verbo conſtiterit.de cenſib.& in cle.2.verbo conſtiterit de pœnis, quia citatio etiam in actu principis debet interuenire. cle.1.de re iud.& iſtud eſt vnum regulare, quod in quocũq; actu in quo poſſit quis aliqualiter debet citari.l.nã ita Diuus.ff.de adop.l.de vnoquoq;.ff. de re iudica. vbi etiam habetur quod prætendens ſecundario intereſſe, debet vocari, de quo in l.decem.Iaſ.poſt alios.ff.de verb.obliga.

Tertiò, quòd licet à pœna legis non poſſit appellari.l.ſi qua pœna.ff.de verb.ſig.tamẽ à ſentẽtia declaratoria, per quã iudex declarat aliquem incidiſſe in pœnã legis poteſt appellari. gl.eſt no.in c. cupiẽtes.§.quod ſi ſuper viginti.verbo priuatos.de elect.in 6.de quo Fel.in c.cũ non ab homine. col. pen.& fi.ſupr.de iudi.Et ſic expediti ſunt iſti quatuor articuli, reſtant concluſiones ex dictis Abb.

Prima eſt concluſio, quòd clauſula poſt plura capitula poſita, quantũcunq; odioſa vel pœnalis, refertur ad omnia præcedentia.c.inquiſitione.c.de cætero. ſuprà de appel.& de hoc eſt bon. tex.in l. 3.§.filius.ff.de lib.& poſth.vbi exhęredatio (quę dicitur odioſa.l.cum quidẽ illo tit.) ſi ponatur ſimpliciter ante, vel poſt plures gradus inſtitutionũ, vel ſubſtitutionũ refertur ad omnes.idem probat tex.& ibi Bald. not.in l.quiſquis.C.ſi cer.petat.de quo art.cũ duodecim limitationibus, latiſſimè tradit Iaſ.in l.1.C.delib. præte.vel exhær. Et ad hanc concluſionẽ bene facit, quod diſpoſitio relata ad plures perſonas reſpicit quẽlibet pro ſua virili, hoc eſt æqualiter.l.reos.§.cũ in tabulis.ff.de duob.reis. l.1.& ibi glo.C.ſi plur.vna ſenten.§.ſi plures.inſtit. de hæred.inſtit.l.ſi pluribus.ff.de legat.1. Et determinatio reſpiciens plura æqualiter determinat.l. iam hoc iure. & l.Lucius.ff.de vulga.l.in teſtamẽto.C.de teſta.mili.Et iſta omnia intelliguntur niſi ex præcedentibus appareret, quòd magis deberet referri ad vnũ quàm ad aliud, nã præcedentia declarant clauſulã dubiam, & indeterminatã, vt probat text.in l.1.C.de impube.quòd ſubſtitutio reciproca relata ad plures, vbi aliàs vnũquemq; concerneret, pro ſua virili, ſi tamẽ fuerunt inſtituti inæqualiter, inſtitutio præcedẽs interpretabitur ſubſtitutionẽ ſequẽtem, & ideo dicit Bar.not.in l.2.ad fi.prin. ff. de vulga.quòd inter alias cõiecturas ex quibus interpretari debet inſtitutio eſt illa, ſcilicet ex aliis verbis præcedentibus, probat etiam tex.in l.cum ita.§.in fideicommiſſo.ibi(quaſi ad vlteriores gradus.)ff.de legat.ſecundo.

Secunda eſt concluſio, quòd priuilegium conceſſum alicui, quia clericus vel ratione alterius qualitatis nõ competit niſi actualiter exerceat illam qualitatem.l.generaliter.C.de epiſc. & cler.c. generaliter.16.q.1.& de hoc eſt bonus tex.vbi Bar. in l. qui ſub prætextu. C.de ſacro ſanct.eccleſ.dicens, quòd ſcholaris matriculatus ſi non ſtudeat, vel intret, non gaudet priuilegio, & ſi alicui artifici competat priuilegium niſi exerceat artem, non gaudebit illo.l.ſemper.§.fin.ff.de iur.immu.ad idẽ tex.in l.1.vbi Bar. C.de colle.lib.11.& dicit Petr.de Ancha.in conſil.233. Primo inquirendum eſt de quodam qui dicebat ſe capellanum Rom.Pontif. quod licet ſit deſcriptus in matricula, quia tamen non ſeruiebat actualiter, nõ gaudet priuilegio familiarium.Rom.Pont.allegat etiam ad hoc tex.in l.fin.C.de reſtit.mili.& in l.fin.quæ eſt per eadem verba. C. cui non obſt. lon. temp. præſcript.ideo dicebat Alex.in l. Centurio.col.5. ff.de vulg.quòd milites noſtri temporis, qui actualiter non exercent militiam non debent gaudere priuilegio militum.probat text.in l.ſcriniarios.C.de teſta.milit. vbi Pau.de Caſt.& Alex.& in ſimili dicunt Doc. in c.clerici.ſuprà de iudi.& in l.cum quid. ff.ſi cer. peta. quod Doctor non legens, vel non exercens alium actum doctoratus, non debet gaudere priuilegio Doct.de pręmiſſis tamẽ videatis latiſſimè per Fel.ſuprà in procem.ſuper ver.Gregorius.col. pen.& fi.vbi dicit hoc habere locum, quando diſpoſitio loqueretur, per verba importantia actum prout in text.in c.licet canon.de elect.in 6.c.vnic. de cler.nõ reſidentibus.eo.lib.& de hac etiã materia latè Do.Tho.Parpalia in d.l.qui ſub prætextu.

Tertia eſt concluſio, ex dictis Abba.hîc, quod quando quis inuitatur ſub conditione negatiua, ad aliquod lucrum, non poterit illud cõſequi donec deſierit non poſſe, nec per cautionem ſibi ſuccurretur, niſi in vltimis voluntatibus, in quibus cautio Mutiana præſtatur.l.Mutiana.ff.de condit. & demonſtrat.

Circa iſtud aduertatis, primo pręſuppoſito pro fundamẽto, quod ex diſpoſitione cõditionali non oritur



oritur actio niſi conditio euenerit, & fuerit parificata.l.cedere diem. ff. de verborum ſignific. l.legata quæ ſub conditione.ff.de condit.& demonſt. Et ideo dubium erat ſi ante euentum conditionis per cautionem quis audiretur promittendo, quòd ſi conditio nõ euenerit quòd reſtituet cum fructibus. & circa iſtud dicatis, aut loquimur in conditionibus negatiuis, aut in conditionibus affirmatiuis: ſi in negatiuis, vt puta, ſi non aſcendas Capitolium, ſi non conuenias hæredes meos. & in illis (quantum ad vltimas voluntates) admittetur cautio ad conſequendum relictum d.l. Mutianæ.l.Titio fundus.ff.de condit.& demonſt. l.cum filius.§.qui Mutianam. ff. de leg. 2. in contractibus verò nunquam admittitur talis cautio. Ita glo.vbi Bar.in d.l.Mutianę.in glo.1.glo.in l.dedi.prima.in princ.in 3.glo. & ibi Bart.& alij. ff. de condict.ob cauſ.gloſ.magna.in l. 1. vbi Bart. C.de pact.glo. in verbo naturam. in l. ita ſtipulatus. ff. de verbo.obligat. Iaſ.poſt alios latiſſimè in l.ſiue apud acta.col.4.5.& 6.C.de tranſact.niſi illud tale quod eſt in contractu, ſui natura non tranſmitteretur ad hæredes, vt ſi alimenta fuerint promiſſa alicui, ſi nunquam exeat ciuitatem Valentinam dando cautionem conſequetur alimenta.Ita Bal. in authen.cui relictum.col.fin.C.de ind.vidu.tollend. & iſtud quod in contractibus non ſit locus tali cautioni, probatur per text. in §. ſi quis ſtipulatur.Inſtit.de verbo.obligat.quem Abb. hîc allegauit.& illum ad hoc Ludo.Ro.in d.l. dedi. dicit eſſe ſingularem.Nam ibi deciditur quòd ſtipulatio facta ſub conditione negatiua, quæ conſiſtit in poteſtate ſtipulatoris (quia quandiu viuit non eſt verum dicere quòd non faciet) eiuſdem eſt effectus, ac ſi fuiſſet facta poſt moram ſuam. & quando aliqua diſpoſitio confertur poſt moram alicuius, non eſt locus cautioni Mutianæ. l.hæres meus.§.quanuis.cum glo.ff.de condit. & demon. Rationem autem diuerſitatis quare in vltimis voluntatibus, & non in contractibus admittatur talis cautio, latiſsimè tradit Bart. in d.l. ſiue apud acta. & Socin. in d.l. Mutianæ.col.4.ff.de condit.

*Quando poteſt peti lucrum.*

& demonſt. Si verò loquamur in diſpoſitione facta ſub conditione affirmatiua, quod tamen ad vltimas voluntates prouiſum eſt per totum tit. ff. & C. vt lega. ſeu fideicommiſſ. no. caue.quòd hæres debet cauere de ſoluendis legatis eueniente conditione: quantum verò ad cõtractus ſi cauſa legitima interuenerit de nouo, vt quia ille diſſipat bona ſua, & aliàs tenetur ne eueniente conditione poſſit adimplere, ſubſiſtente tali cauſa ante euentum conditionis poterit agi contra ipſum, vt caueat.l.in omnibus.ff.de iudic.l.ſi creditores.vbi Bart.ff.de priuil.credi.traditur per Alex. in l.2. §.1. ff.ſolut.matrim.

Quarta eſt concluſio, quod citatio etiam non adiecto tempore valet & tenet, & citatus ſtatim quàm citius poterit tenetur accedere.allegat Abb. Specul. in ſpecie iſtud dicentem in titu. de cita.§. ſequitur. verſicu. quid ſi non expreſſerit. vbi allegat text.in c.cum comparati.in fi. ſup.de appella. Verum eſt quod Bart. in l.qui ante Kalendas circa fi.& in l.liber homo.§.1.ff.de verb.oblig.tenuit, quod debet dies apponi, & text.in l.aut qui aliter. §.1.ff. quod vi aut clam. pro quo etiam eſt text.in l.2.C.vbi in rẽ actio.& in l.fi.C. de iure dot.impe. vbi ad literam requirũt certum tempus. Tamen cõmunis cõcluſio cõtraria eſt, cum Spec.pro qua (vltra per eum allegata) deducitur text.in c.cos.de ſenten.excommu. in 6.in c. dilecti. ſuprà de dolo & contumac. & facit text.in c.quamuis. de offic. ordi.in 6.& iſtam cõmunem opinionem tradunt Areti.Alex.& Iaſ.in d.l.liber homo.§.1.Felin.in c. conſuluit. col.2. ſuprà de offic.deleg. Decius poſt alios in dict.c.cum parati.col.2. Ludo.Rom. l.1.§. nuntiatio. ff. de oper.no.nunt. & in l. de illo. §.ſi quis ipſi prætori.eo.tit.

Quinta cõcluſio (quæ ſequitur ex præcedenti) quod citatus ad certum tempus ſi fuerit impeditus, & non potuerit in tempore venire tenetur etiam poſt tẽpus quàm citius poterit, quia citatio facta ad tempus, duo continet præcepta: vnum quod veniat, & quantum ad illud tenetur obedire etiam poſt tempus, ſecundum quod veniat in illo tempore, & quãtum ad illud excuſabitur propter impedimentum. Ita decidit text.in c.cum dilecti. ſuprà de dolo, & contu. idem probatur in l. Celſus.ff.de arbi.veruntamen quòd Bart. in l.aut qui aliter.§.1. ff.quod vi aut clam.per text.in l.fin.eod. tit.videtur velle, quod lapſo tempore non debeat comparere, & idem Bart.vbi plenius, in l.qui ante Kalendas. ff. de verbo.oblig.quia poſt tempus dicitur circunducta citatio.l.& poſt edictũ.ff.de iud. Ideo videatis quæ ponit plenè Abb.in dict.c.cum dilecti.antepe.& ſeq.quod ſi fuerit citatus ad proſequendum, in cauſa habeat locum d. c. cum dilecti. Vbi verò ad aliquid de nouo ferendum, & tunc ſi adhuc pars aduerſa eſſet præſens, aut eius procurator, valebit comparitio, aliàs non, & ideo dicit Decius, vbi Felin.latè in cap.conſuluit.col.2. de offic.delega. quod iudex lapſo termino poteſt expectare partem vſque in diem craſtinum.

Sexta concluſio ex dictis Abba. eſt quòd pro delicto quantumcunque occulto, quis dicitur incidere in pœnam quantum ad ſe. c.porrò. c.cum non ab homine.de ſenten.excommu.gloſ.ordi.in cle.1.circa fi.verbo eo ipſo.de hæreti. & ideo infrà infert aliam concluſionem Abba. & erit ſeptima. quòd ſi clericus committat delictum etiam occultum, quantum ad ſe priuatus eſt beneficio, nec dicitur facere fructus ſuos, & indiget noua collat.c.tua.de ſymo.infrà. Circa iſta ſunt tria ſatis notabilia: primum, quòd pro occulto delicto incurratur pœna, intelligatis de pœna, quæ ipſo iure imponitur, & non requirit ſententiam condemnatoriam, quod quando accidat viſum eſt ſuprà, & hoc caſu procedat gloſſ. in dict.clem. prima, quam ibi Petrus de Ancha.Cardin.& Io. de Imol.ſequuntur. de qua etiam Felinus, in cap. porro. infrà de ſentent. excommunica. probatur etiam per text. in cap.fina.ſuprà de cohab. cler. & mulier. vbi ſtatim quòd clericus commiſit delictum dicitur ſuſpenſus quo ad ſe, de quo Abba. in cap.veſtras.colum.5.eodem titul. & dicit Bart. in l. ex hoc iure. in fin. verbis. ff.de iuſtitia & iure: de quo ſuprà viſum fuit, quòd ſtatim commiſſo delicto obligatione naturali, quis tenetur ad pœnam.

Secundum quòd ſtatim delicto commiſſo cleric.dicatur priuatus ſuo beneficio, dicatis non habere locum niſi expreſsè diſpoſitio fecerit mentionem, quòd pro illo delicto ſit ipſo iure priuatus beneficio,& dato quod diſpoſitio imponat pœnã ipſo iure excommunicationis, vel ſuſpẽſionis,aut irregularitatis, ſi vltra hoc, non priuet eum beneficio ipſo iure requiritur ſententia priuatiua, & interim dicitur retinere cum titulo beneficium, & non vacat nec poteſt impetrari: iſta fuit deciſio no.Innoc.in ca.cum in noſtris. in prima gloſſ. quam ibi circa fin.ſequitur Abb.Io.de Imo.& alij infrà de conceſſ.præbend.vbi dicunt, quòd ſi quis commiſerit homicidium,vel aliàs incurrerit irregularitatem ipſo iure, adhuc tamen non vacant beneficia ſua, donec fuerit illis priuatus per ſententiam,& illud eſt vtile:quia interim poterit obtinere diſpenſationem. Et iſtud quòd non priuetur beneficiis, ſtatim probat tex.in c. ex literis. infrà de exceſſ.prælat.vbi dicit text. cedat beneficio. in c.clerici.infrà,ne cleri.vel monac.& in c.fi.ſupr. de tempo.ordin.gloſſ.not.in clem. 2.verb. ſuſpenſus.de vita & honeſt.cler.in c.fin.in glo.pen. in fi. infrà,de iure patrona. vbi voluit quòd quantumcunque pœna imponatur pro delicto,non tamen ſequitur priuatio beneficij, niſi de hoc expreſsè fiat mentio.de hoc articulo latiſsimè videatis Fel. in c.2.col.1.& 2. & in c.ſciſcitatus. col.2.ſuprà de reſcrip.Idẽ Felin.in c.inquiſitioni.col.1.infr.de accuſat. & ideo intelligatis concluſionem Abb. hîc quantum ad pœnam quæ ipſo iure imponitur, quantum verò ad priuationem beneficij, niſi de ea fiat expreſſa mentio, non dicatur priuatus beneficio.

Tertium,quod pro delicto (ratione cuius clericus priuatur beneficio) ſi percipiat fructus non faciet ſuos, licet in iſta opin. fuerit Paul. de Caſt. in l.prædonis.ff.de petitio.hęred.& in l.1.C.de his quib. vt indig. tamen ex proxime dictis teneatis cõtrarium, cum non dicatur adhuc priuatus beneficio, dicetur facere fructus ſuos.de quo latiſsimè Fneli.in c.de quarta.col.10 de præſcript.

Octaua eſt concluſio, quòd eccleſia non iudicat de occultis. c.erubeſcant.32.diſt. c.ſi omnia.6. quæſt 1. Intelligatis tamen tribus modis non procedere.Primò,quantum ad forũ pœnitentiale. ca. omnis vtriuſque ſexus.infrà de pœnitentia & remiſſ. Secundo,niſi per modũ monitionis generalis,de qua in c.ſi ſacerdos. ſuprà, de offic. ordina. Tertiò, quando à lege poſitiua ſeu edicto eccleſiæ fuit impoſita pœna pro aliquo delicto, ſtatim quod quis committit illud delictum, dicitur incurriſſe illam pœnam, & eſſe iudicatus. cap.cum non ab homine. infrà de ſenten.excommu. & ſic per indirectum punit delicta occulta, de quo tamen articulo, quando & quomodo de occultis cognoſcat eccleſia, latè Henric.Boic. in cap.ſicut tuis.infrà de ſymo.

Nona eſt concluſio, quod tempus ſex menſium de quo in cap.2. infrà de conceſ. præbend. datum ad cõferendum beneficium,quo lapſo deuoluitur poteſtas ad ſuperiorẽ, non habet locum in confirmatione vel inſtitutione, aut alia promiſsione, quia in illis non eſt tempus limitatum. Sed ſi debens confirmare, vel inſtituere fuerit negligens, recurratur ad ſuperiorem, qui aſsignet ſibi tempus, quo lapſo deuoluetur poteſtas ipſi ſuperiori. Idem tenuit Abba. in cap. illo.2. infrà de conceſ.præben. in cap.poſtquam.in fin.verbis.ſuprà de ele.in cap.paſtoralis.infrà de iure patronat. & ibi dat aliam practicam, quòd facta requiſitione appellatur, iſtud enim fuit de mente Hoſtienſ. & Ioan.And. vbi alij in cap.cum eccleſia.ſuprà de elec.plenè gloſ.pragm.ſanctio.in tit.de colla.circa med.in §.viſum. in verbo reſpectiuè:& dicit bona gloſſ.in clemen.fi.de beneficio,in verbo epiſcopi, ſed nunquid de præbend. quod tempus ſex menſium,non habet locum in executore Apoſtolico, quominus eo lapſo poſsit conferre.

Decima eſt concluſio, quòd vbi tenetur quis aliquid adimplere ſiue ſtatim, ſiue in tempore, non debet tamen adhuc ita præcisè aſtringi, ſed aliquod tempus debet indulgeri.argumen.text.in cap.ſi tibi abſenti. de præbend. in 6. pro quo melius facit text.in l.quod dicimus.& ibi gloſ.adducit concord. ff. de ſolutio. l.ſi quis venditor. ff. de ædili. edict. Verba enim non debent præcisè intelligi, ſed cum aliquo temperamento. ita Ioan. Andr.& alij in c. ex parte.ſuprà de cler. non reſid. vbi allegant d.l.ſi quid venditor.& alia plura.

Vndecimo eſt aduertendum (& iſtud nolo omittere, quia quotidianum)nam Cardin.Zaba. hîc in vltim. colum. (quem refert Abba.) videtur voluiſſe, quòd ſi opponatur clerico, tu non feciſti reſidentiam in beneficio ex eo, quòd tenebatur illud facere, ſcilicet reſidere,non debet opponens probare illam negatiuam, ſed clericus, qui ad hoc erat obligatus,debet docere qualiter fecit reſidentiam.argum.l.quemcunque.§.fin. ff.de public.in rem actione. cap.cum in iure. ſuprà de officio delegat.& ſic videtur velle, quod opponens negatiuam non teneatur illam probare. pro quo facit text.in l.1.C.de proba.& in l.fina. C. de ſolu. quod ſi creditor dicat debitori ſuo,quod non ſoluit, debitor tenetur probare ſolutionem, & ideo glo.(quam omnes ſequuntur in l.2.in glo.magna. circa medium,dum allegat l.1.de proba. C. de iure emphi.) voluit,quòd ſi dominus opponat emphiteotæ qualiter non ſoluit canonem, & incidit in priuationem rei ſuæ emphiteoticariæ, dominus nihil debet probare, ſed emphiteota qualiter ſoluit.

Circa iſtud breuiter concludatis,quod quoties quis fundat intentionem ſuam ſuper negatiua dicendo, tu non ſoluiſti, tu non feciſti tale quid, tenetur neceſſario illam probare, etiam ſi aduerſarius contra quem opponebatur teneretur illud facere,ita Inno.(quem omnes ſequuntur)in c. ſuper his, & ibi remiſſoriè in 7.colum.Felin.infrà de accuſatio. per text. in l.ei qui. in l.ab ea parte. in l.in exceptionibus. ff.de probat. & ideo ſi quis ſub pœna excommunicationis tenebatur infrà octo ſoluere centum cuidam mercatori,& oppono ſibi,quòd ſit excõmunicatus oſtendendo qualiter tenebatur ſoluere, & qualiter lapſum eſt tẽpus,adhuc teneor probare, quod non ſoluerit, & hanc concluſionem tenet Bar.quẽ ibi alij ſequuntur.in l.in illa.1.ff.de verb.oblig.vbi allegat.tex.in l. ſi quis



ſi quis conſortium. C. de fabric.lib.11.in l.2.C. ſi quis cautio.in l.magis.§.nam paſsim.ff.de reb.eorum.in l.3.§.ſi in diem. & in l. qui commeatus. ff. de re milita.iſtud etiam pleniſsime tradit Iaſ. in l. 2.circa 65.col.verſi.in eadem glo.C.de iure emph. & ad hoc 29.deciſiones cumulauit Fel.in c. ex literis.col.pen.& fi.ſuprà de probationibus.

Quæ concluſio limitatur primo per Inno. & alios in locis prædictis non habere locum quando opponens erat ille cui debebat dari vel fieri vt creditor qui opponit debitori qui non ſoluit, & ita procedit.tex.in d.l.1.C.de probat.& glo. in d.l. 2.C.de iure emph.

Et ex hoc ſecundo limitatur etiam ſi ſecundario conſeruaret ſuum iudicem, vt quia oppono alicui quod eſt excommunicatus quia non ſoluit,& facio ad fines vtilitatis reipublicæ quod puniatur, non teneor probare hoc caſu quod non ſoluerit.

Tertiò limitatur in caſu l.ſi ex cautione.C. de non nume.pecu.cap.ſicut cautio. ſuprà de fide inſtru. quando opponitur creditori quod non numerauit pecuniam tenetur illud probare, & ratio ibi aſsignatur. & per Bal.in l.in contractibus. §.1. C.de non nume.pec.

Quartò limitatur quando opponitur alicui quod non eſt legitimus in iudicio, vt quia opponitur monacho quod non habet licentiam ab Abbate, vel filio quod non habet à patre, ipſe tenebitur hoc probare & non opponens, cum in omni iudicio debeat legitimari perſona. ita Bart. (quem alij ſequuntur)in l.2.ad fi.C. de edic. Diui Adr.tollen.traditur in rub.C.qui admitti.

Quintò limitatur quando quis haberet præſumptionẽ iuris pro ſe,vt quia dicit quòd non deliquit,quòd nõ eſt malus,quòd res ſua non debet ſeruitutem,in alium transfert onus probandi contrarium.l.omnimodo.C.de inoff.teſta.quod filius qui vocatus fuit ingratus à patre petendo legitimam,ſi dicat ſe non fuiſſe ingratum,trãsfert onus probandi ingratitudinis in hæredem.

Sextò limitatur quando ille actus de quo opponitur requirebat ſcripturam, vt ſi dico clerico quod non habuit dimiſſorias.c.legum.2.q.1. caſus autem in quibus requiritur ſcriptura ponuntur per glo.notabilem. in c. primo in glo. magna de cenſib.in 6.

Septimò limitetur quando aliquis opponens alteri haberet per ſe ſtatum naturalem,vt quia dico quod non eſt clericus & à natura non producatur aliquis clericus, in aliud transfertur onus probandi,ita Bar.no. in l. ſi priuſquam. in quarta parte & quinta oppoſitione. ff. de no. oper.nunt. ſed quia negatiua regulariter eſt probabilis & fundans ſe ſuper ea tenetur probare: ideo dicatis ſecundum Bar.in l.in illa.de verbo.oblig.quod probatur per coniecturas & illas quando quis habere poterit ſufficier, concluſio enim eſt quod in actibus qui ſua natura non poſſunt vere & realiter probari,probatio per coniecturas,inditia vel præſumptiones ſufficiunt, vt videmus in filiatione.c. Michael.ſupra de filiis presbyt.l.filium meum diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur. vt videmus etiam in his, quæ fiunt in familia teſtes domeſtici ſunt legitimi.l.conſenſu. C. de repud. & pro concluſione iſta allegatur bonus textus in l. non omnes.§.à Barbaris.ff.de re mili.de qua concluſione Alex.in conſil.24.animaduerſis.col.5. in prima parte,& in conſi.53.viſo themate.in eadem parte.Socin.in conſil.46.cum in præſenti.col.5.

*Qualiter probari debet negatiua.*

Duodecima concluſio quod in his quæ ſunt notoria non requiritur citatio nec ordo iudiciarius.c.ad noſtram.3. ſuprà de iureiuran. quamuis regulariter in quocunque actu quis debeat citari. c.1.de cau.poſſeſ.& proprie.ſuprà clem.paſtoralis. de re iudi. Tamen in notorio facti permanentis non requiritur citatio nec iudiciarius ordo.c. veſtra.& ibi plene per omnes ſuprà de coha.cleri. & mul.Bart.in l.ictus fuſtium. ff.de his qui no. infa. Socin.(vbi plura de citatione)in conſil.12.quando ad præmiſſorum.col.1.

Decimatertia concluſio, quod epiſcopus in extraiudicialibus, ſine conſenſu capituli procedere poteſt in iudicialibus, vt dicit Inno. in c. ad aures.ſuprà de tẽpo.ordina. Breuiter dicatis quod in his quæ concernunt alienationem vel adminiſtrationem rerum eccleſiæ, & agitur de magno præiudicio, non poteſt ſine ſuo capitulo aliquid facere.c.1.c.quanto.c.ea noſcitur. infrà de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſ. capitu. de his vero quæ concernunt correctionem, vel punitionem delictorum vel exercitium iuriſdictionis in cauſis ciuilibus, ſi de conſuetudine epiſcopus ſolus cognouit poterit ſine ſuo capitulo.c.non eſt.de con ſue. in 6.ſi vero non ſit conſuetudo, & tunc illa ſint pauci momenti,vel præiudicij:vt ponere clericum in carcere in pane & aqua, quod duobus diebus illa poterit facere ſine ſuo capitulo. Si vero ſint maximi præiudicij vt excommunicare clericum,illum ſuſpendere vel deponere à beneficio non poterit ſine conſenſu ſui capituli, ita Innoc. Ioan.And. Hoſti.Ancha. Card.& Abb. in c. 1.vbi Henric. Boyc. ponit theoricam infrà de exceſsib. prælator.

Vltima eſt concluſio, quod contra clericum fraudulenter ſe latitantem procedi poteſt ſine citatione,vt voluit Inno.in c.ad petitionem. infrà de accuſa.de quo articulo tex.eſt (& ibi per omnes traditur)in c. quoniam. §. 1. ſuprà vt lite non conteſt.& ſi vultis cognoſcere qualiter contra abſentem cõtumacem procedatur,recurratis ad glo. vbi per ſcriben.traditur in c.conſultationibus. ſuprà de offi.delega.

*An quis de iure poſsit habere plura beneficia.*

Circa dicta Abb. in verſic. quæro hîc dicitur. Abb.ipſe ingreditur articulum quotidianum & vtilem, vtrum de iure quis poſsit obtinere plura beneficia, & procedit hoc ordine, quia recitat Doc.antiquos,deinde adducit opiniones tenentium quod poteſt quis de iure habere plura beneficia,poſtea recitat opinionem contrariam quod imò non poſsit quis de iure eſſe pluralis, finaliter ponit reſolutionem ſuam,& vt clarius declaret diuidit ſex articulos, & dicit in hoc Doc. fuiſſe varios,quia Inno.in c.dudum.2. ſuprà de elect. & in c.cum iam dudum. ſuprà eod.tenuit. quod quis poteſt habere plura beneficia,dummodo non ſint curata,vel dignitates, & non requirant reſidẽtiam ſtatuto vel conſuetudine eccleſiæ, & hanc opi.

Inno.Ioan.And.in c.gratia.in glo.de reſcrip. in 6. & ibi Archidia.in lectura, Rofredus in tracta. libello.in tit.de præben.verſi.quomodo quis poſsit habere plures præbendas'Pau.de Elea.& Zenſcly. in cle.gratiæ.de reſcrip.ſequuntur. Contriam vero opi.(quod quis non poſsit eſſe pluralis) tenuit Ioan. gloſator Decreti in 21.q.1. in ſumma,niſi in ſex caſibus ibi poſitis. & in c. ſanctorum. 70. diſ. Bernard.gloſator Decretalium in c.literas. in glo. fi.infrà de conceſſ.præb.in c. cum non ignores.in glo.1.in c.præterea.in c.fi.in c.ad hæc. in glo. 1.ſuprà eod.Goffre.in c.1.& 3.ſuprà de cler. non reſid. Vincent.in hoc §.noſtro.in cap.graue. & in c. ſuper inordinata.hoc eod.tit.Ioan. de Ligna. in cle. gratiæ.de reſcrip.& Hoſtien. in d. c.ſuper inordinata.in c.graue. hoc eodem tit.& in d.c.literas.infrà de conceſſ. præb. & ſic pro qualibet opinione ſunt ſex quos enumerat hîc Abb. & dicit Specul. in tit.de legato.§. dicendum.reſtat (qui eſt §. pen. in tractatu diſpenſationum)in verſi.illud.& Guil. de Mõtelaudu.in d.cle.gratiæ.recitant opiniones aliorum nec declarant in quam partem inclinẽt.

Pro prima opinione adducuntur tex. in c. inſinuatione.ſuprà de procura.in c.cam te.ſuprà de reſcrip.in cap. cum apoſtolicæ. ſuprà de excep. in quibus fit mentio qualiter quis habet plura beneficia, verùm eſt tamen quod illud expreſſe non decidunt ſed enunciatiue loquuntur.Secundò adducitur tex.in c.gratia.de reſcrip. in 6. & in clem. gratiæ.eod.tit.vbi habetur quod ſunt quædam beneficia quæ non poſſunt obtineri cum aliis: ergo prẹſupponit quod aliqua alia ſunt quẹ ſunt cõpatibilia. Tertiò adducitur text.in c.de multa.ſuprà eodem.vbi inhibetur ne quis habeat plures curas vel dignitates,ergo de aliis beneficiis videtur permittere, qui vnum prohibet aliud permittit. cap. qualis.25.diſtinct. c. nonne. de præſump. Quarto probatur argum. à ſpeciali. Nam ſpecialiter prohibitum eſt monachis & religioſis ne diuerſa habeant beneficia.c.fi.infrà de relig.domi.c.cum ſingula.de præben.in 6.debet ergo in aliis permitti,vt plura habeant beneficia. Quinto iſtud probatur quia remedium nouum non videtur tollere aliud remedium à lege antiqua competens. l. quotiens. ff.de actio. & oblig. & obligatio noua non videtur diſſoluere antiquam.tex.no.in l.vnica.§.ſciendum,C. de rei vxor.actio. quod maritus qui erat obligatus vxori ad dotem,legando in teſtamento non videtur feciſſe animo cõpenſandi,ſed vtrumque debetur,& ita debemus dicere quod per collationem beneficij non videatur ſublatus titulus, qui habebatur pro alio beneficio.Sextò iſtud ſuadetur.nam prohibitum eſt in eadem eccleſia & ſub eodem tecto habere plura beneficia. cap. 1. de con.in 6.c.literas.infrà de conceſ. præben. videtur ergo permittẽdum quod in diuerſis eccleſiis poſſit eſſe quis pluralis.Septimo forficatur:nam iura voluerunt quod ſi quis impetrat beneficium à Rom.Pontif.tenetur mentionem facere de quocunq; alio beneficio quod obtinet quantuncũque etiam minimo. c. cum adeo. c. ad aures.c. ſi proponente.c.poſtulaſti.ſuprà de reſcrip. cap.ſi motu proprio.de præbe.in 6. Si ideo permitteretur pluralitas beneficiorum, fruſtra iura requirerent expreſsionem aliorum, nec eſt dicẽdum quod illud habet locum in Ro.Pontif.qui poteſtatem habet diſpenſandi:quia ex expreſsione ſibi facta & promiſsione de alio beneficio ſubſequuta nõ videtur diſpenſaſſe ſuper pluralitate.tex.eſt no.in cap.non poteſt.de præbend.in 6. Octauò pro iſta opinione facit tex.in c.dilectus.2. ſuprà de reſcrip. vbi quis habebat duo vel tria beneficia.& in c.officij. infrà de ſenten.excommu.vbi quis fuit excommunicatus à pluribus epiſcopis,in quorum diœceſi habebat beneficia.& tex.in c. relatum 2. infrà de teſta. quòd bona clerici qui habebat plura beneficia debẽt diuidi inter illas eccleſias. Nonò facit,nam omnia cenſentur permiſſa quæ non reperiuntur prohibita.l.ab ea parte.ff.de proba.glo.no.in c. inter corporalia.in glo.mag.ſuprà de tranſlat.præla, ſed non reperitur expreſſe prohibitũ de pluribus beneficiis ſimplicibus.tex.in c.ſanctorum.70.diſt. in c.cum non ignores.in c.adhæc.in c.præterea.& aliis ſimilibus allegatis pro contraria parte, loquuntur de eccleſia ,non autem de eccleſiis ſimplicibus fundatis,vt ſunt capellaniẹ.Diſpoſitio autem loquens de eccleſia tanquam de aliquo vniuerſali non comprehendit particularia beneficia in ea exiſtentia.argum.c.quamuis 1.de præben.in 6.prout dicimus de territorio quod comprehendit ius vniuerſale & non particulare, prædia ſcilicet exiſtentia in territorio.l.pupillus.§.territoriũ. ff.de verbo.ſignific.glo.in c.2.de conſtitu.in 6.probat.tex.in cle.ne Romani.circa med.de elect. Fel. in c.Rodulphus.col.10.cum ſeq.ſuprà de reſcript. & ſic bene verum eſt, quòd ipſas eccleſias non poteſt quis habere plures, vt hîc vnam, & alibi aliam:cum habeat regimen ipſius eccleſiæ. Secus eſt dicendum de capellaniis ſimplicibus,quæ ſunt in pluribus eccleſiis quòd hîc vnam,& alibi aliam poſsit habere.Decimò iſtud probatur per text. in c.is cui. iuncta glo.3. de præbendis in 6. quod ſi mandetur alicui, vt prouideat clerico idoneo de beneficio non habenti beneficium ſufficiens,poterit prouidere.illa enim diſpoſitio erat ſtricte interpretanda.c.quamuis.1.eodem tit.& tamen permittit quod habenti prouideatur de alio.Vndecimò videtur ad literam.text. in c. quæris. ſuprà de æta.& quali. vbi clerici (habentes plura beneficia, debent omnibus ſpoliari, ſi non promoueantur ad ſacros,ergo videtur prẹſupponere quod ſi promoti eſſent ad ſacros, licite retinerent illa plura beneficia. Duodecimò facit text. in c. denique.4. diſtinct. qui nimium emungit elicit ſanguinem. & rigor debet temperari, ne multæ animæ illaqueentur.cum ideo videamus nõ ſolum his temporibus ſed etiam prioribus clericos obtinere plura beneficia ſimplicia,ſine diſpenſatione,ne tantæ animæ illaqueentur, dicendum eſt quod licite obtinerent & obtinent illa beneficia. Nam multa per patientiam. c.literas. infrà de conceſſ.præben. Decimotertiò & vltimo facit quod habetur in c. fraternitatis 33.diſt.quod ſi perueniamus ad tempus in quo cauſa de nouo interuenit propter quã legis conditor(ſi de ea cogitaſſet)aliud diſpoſuiſſet,illud debet cenſeri pro diſpoſito, & de hoc videatis text.& bo.glo.in l.tale pactum.in glo.fin.ff. de pactis.de qua Iaſ.in l.Titius.§.Lucius.col.1.& 2. ff.de



liberis & poſthum.ſed hodiernis temporibus fructus beneficiorum ſunt depopulati,expenſæ & onera ſunt adeo magna, quòd vix vnum ſolum beneficium ſufficiat,& refrigeſcit charitas fideliũ, quæ ſi fuiſſent conſiderata à legis conditore permiſiſſet pluralitatem beneficiorum,ſimplicium.& in hoc debet ſufficere ſola veriſimilitudo,vt habetur in d.glo.l.tale pactum.

*An plura beneficia poſsint obtineri ſine diſpenſ.*

Alia & contraria fuit opinio quod de iure quis plura beneficia(etiam ſimplicia) ſine diſpenſatione non poteſt obtinere. Et primo adducitur text. in c.ſanctorum.70.diſtinct. vbi ad literam prohibetur ne quis intituletur in diuerſis eccleſiis. Secundò quia beneficia introducta ſunt ratione ſeruitij.c.fi.de reſcrip. in 6. & ideo fuit ſtatutum, vt clericus teneatur reſidere in beneficio. cap. quia nonnulli.c.relatum.c.conquerente. & cap.fi.ſuprà de cler.non reſiden.impoſsibile eſt ſecundum naturam quem in pluribus locis eſſe, vt habetur 4. phyſicorum.Tertio iſtud videtur decidere text.in c.quia in tantum.in c.cum non ignores.in cap.ad hæc.in c. præterea ſuprà eod. vbi prohibetur pluralitas beneficiorum.Quarto arguendo à conuerſis,quia qui altari ſeruit,de eo viuere debet.c.cum ſecundum apoſtolum. ſuprà eodem. Ergo econuerſo qui de altari viuit, altari ſeruire debet. Quinto probat text.in c. quia nonnulli. ſuprà de cler.non reſiden. vbi dicitur quod vix poteſt aliquis ſeruire in vno beneficio. Sexto,nam bonum eſt argumentum de matrimonio corporali ad matrimonium ſpirituale.c.inter corporalia. ſuprà de tranſla.prẹla.ſed in matrimonio corporali quis nõ poteſt habere duas vxores. c. gaudemus. infrà de diuor.c.acutius. 26.diſtinct. ideo in ſpirituali quis non debet habere duo beneficia. Septimo quia numerus beneficiorum debet eſſeplenus: & ſi ſit certus debent ordinari tot clerici quot ſunt præbendæ,ſi vero numerus ſit incertus, debent ordinari quantum ſuppetunt facultates eccleſiæ.c.1.& 2.infrà de inſtitu.c. cum M. Ferrarienſis. ſuprà de conſtitu.c.dilecto.& c. pro illorum. ſuprà eodem. Octauo quia officia temporalia non dantur plura vni perſonæ: quinimo incapaces & ſpurij admittuntur antequam quis habet duo officia.l. generaliter.§.1.ff. ad municipa. multo fortius in ſpiritualibus debet reprobari pluralitas. Nono facit, quia ſinguli in ſingulis eccleſiis debent proponi. c.eccleſiam.13.q.1.c.epiſcopi.81.diſtinc.non debent ergo in diuerſis eccleſiis ordinari. Decimo à ſimili probatur. quia in duabus ciuitatibus quis non debet habere officia temporalia.l. magiſtratus. §. 1.ff.de Decurio. multo fortius in ſpiritualibus in quibus eſt maius periculum. Vndecimo,nam in diuerſis collegiis non ſubordinatis inuicem non poteſt aliquis aggregari.l. 1. in fin. ff. de colle.illi. Duodecimo qui habet beneficium reputatur inhabilis ad aliud conſequendum.c.ſubordinata.infrà hoc eod.tit.c.cum teneamus. ſuprà eod. & ſic ſi ſit inhabilis ad aliud, pluralitas cenſetur prohibita.Decimotertio nam impetranti beneficium à Rom.Pontif.requiritur expreſsio aliorum beneficiorum quæ obtinet.c.cum adeo.c.ſi proponente. c.poſtulaſti.ſuprà de reſcrip. c.ſi motu proprio.de præbend.in 6.Et iſtud non fuit ex alio introductũ niſi eſſet Rom.Pontif.informatus ſi habeat beneficium, quia habenti nollet prouidere ſine cauſa legitima ſecum diſpenſando. Decimoquarto ſuadetur ratio.nam clericus dicitur eſſe vſurarius, & non vſufructuarius, vt traditur in c. præſenti. de offic.ord.in 6.Abba. latiſsime in repetit.cap. cum eſſes.ſuprà de teſta.Præpoſi.in c.1.44.diſtinc.& ſic non debet habere niſi ad neceſsitatem, ſed quodlibet beneficium quantumcunque minimum, habet fructus ad neceſsitatem vnius clerici. cum à principio non permittatur fundatio beneficij niſi aſsignetur dos quẹ ſufficiat ad minus pro duobus. c.nemo.de conſecra.diſtinct.2.c. vt quiſque. & ibi glo.ſuprà de vita. & honeſta. cleri. ſi ergo habeat ad ſufficientiam duorum,nõ debet quærere aliud beneficium.Decimoquinto ſi pluralitas permitteretur, ſequeretur abſurdum. Nam ſi vnus epiſcopus prẹciperet vnum, & alius in cuius diœceſi eſt aliud beneficiũ, prẹciperet aliud, clericus eſſet in perplexitate & neſciret cui obtemperare: & iſtud eſt probatum c.1.21.quæſt.1.vbi dicitur quod nemo poteſt duobus ſeruire. Decimoſexto facit text.in cap.paſtor.1.q.2. vbi habetur quod dando alicui qui iam aliquid habet,nihil aliud eſt quàm perdere.Decimoſeptimo facit tex.in c.cum teneamur. ſuprà eod.vbi dicitur quod ſi mandetur alicui vt prouideat de beneficio perſonæ idoneæ, non poterit prouidere habenti aliud beneficium. Decimooctauò probatur arg.tex.in c.1.de conſue. in 6.vbi prohibetur pluralitas beneficiorũ in eadem eccleſia.& dicunt ibi Doct.maxime Do.col. fi.quod habeat locum in beneficiis ſimplicibus:ſi ergo in eadem eccleſia prohibeatur ( in qua non datur occaſio vagandi)multo fortius in pluribus, nam iura multum abhorrent vagationem clericorum.c.quia in tantum.ſuprà eod. & videbimus infrà in ſecũdo articulo.Abb.Decimonono,nam erubeſcimus ſine lege loqui. §. conſideremus. in authen.de trien. & ſemi.l. illam. C. de colla. Sed nullus text. reperitur qui permittat pluralitatem beneficiorum,iura autem quæ pro contraria parte adducuntur, loquuntur enuntiatiuè, ex quibus non licet ſumere argumentum.glo.ordina.in l.vnica in glo. magna. circa medium. C. quando non pet.part.peten.accreſ. Viceſimo,nam quoties plures cauſæ militant circa prohibitionem alicuius,licet aliquæ ceſſent,dum tamẽ remaneat vna, adhuc locum habet diſpoſitio.§. affinitatis.Inſtit. de nup.ſed plures cauſæ.in c. quia in tantum militant in prohibitione pluralitatis beneficiorum, quamuis aliquæ ceſſent, remanet illa quòd datur cauſa vagandi. Viceſimoprimo & vltimo, nam quando opiniones ſunt diuerſæ, tenenda eſt illa quæ eſt magis fauorabilis eccleſiæ.c.iuuenis. infrà de deſp.impuber.c.ad audientiam.infrà de homicidio in l.ſunt perſonæ.ff.de religio.& ſump.fune. ſed illa opinio quod quis non obtineat niſi vnum beneficiũ,eſt fauorabilis eccleſiæ propter cultum diuinum in multitudine beneficiatorum, vt diximus ſuprà in 12.caſu.in quo quis poteſt per vicarium deſeruire. Alia multa poſſent adduci pro iſta opi.quæ colliguntur in locis ſtatim allegandis,iſta magis ſtringunt.

Quid autem dicendum ſit in hac contrarietate opi.

opi.Abb.hîc volens perfectè declarare iſtum articulum poſuit ſex membra. Primo vtrum de iure quis poſsit eſſe pluralis in beneficiis. Secundo an conſuetudine poſsit induci vt quis non teneatur deſeruire in beneficio & percipiat fructus. Tertio ſtante dicta cõſuetudine vtrũ de iure quis poſsit eſſe pluralis in beneficiis. Quarto ſi conſuetudine induci poſsit pluralitas beneficiorum. Quinto quis poſsit diſpenſare in pluralitate beneficiorum. Sexto ſi in conſcientia diſpenſatus licite teneat plura beneficia.

Quantum ad primum concludit, quem de iure non poſſe obtinere plura beneficia, etiam ſimplicia, de beneficiis curatis, vel habentibus dignitatem aut ſuperioribus: iſtud eſt indubitatum. c. de multa.ſuprà eod.& ſimiliter in eadem eccleſia, & ſub eodem tecto. Iſtud eſt in ſpecie prohibitum.c.1.de conſuet.in 6.cle.fi.de præbend.Sed dubium erat de ſimplicibus. Simplicia appellamus beneficia, quæ non habent curam animarum, perſonatum, vel dignitatem. vt dicit glo.in cap.1. de reg.iur.in 6.Ioan.Andr.in c.1.de con. in 6. in c. de multa.ſuprà eod.propoſi.in c.miror. in fi. 50. diſt. & in iſtis ſimplicibus quantumcunque ſint modici valoris, & etiam ſi eſſet paucitas clericorum ſine diſpenſatione, non poſſunt plura obtineri, & inter alia allegat text.in c.ſanctorum.70.diſtinct. cum aliis iuribus ſuprà adductis, adducit vnam rationem, quia quodcunque beneficium eſſet 20. ſolidorum, requirit reſidentiam. ca. conquerente. vbi omnes ſuprà de cler.non reſiden.& talis reſidentia debet fieri per ſe, & non per alium. c. quia nonnulli.c.relatum.eod.tit.de cleric. non reſiden. c.licet canon.de elect.in 6. Mouetur etiam aliquiquibus rationibus ſuprà adductis: tandem reſpondet ad id quod dicitur de paucitate valoris, quia in hoc cauſu debet fieri vnio, & ſine vnione non poteſt eſſe pluralis.Iſtud probat text.in cap.vnio. 16. quæſt. 1. ad id quod dicitur de paucitate clericorum: licet illa ſit cauſa, vt poſsint plura beneficia obtineri: debet tamen fieri cum diſpenſatione.vt dicit tex.in c.1.21.quæſt. 1. & iſta opin. Abb. ex rationibus ſuprà adductis, videtur eſſe magis communis, quam tenent Ioan.de Ligna. Petr. de Ancha.& Io.de Imo.in cle.gratiæ.de reſcript. Archi.Petr.de Ancha. & Gemi.in c.gratia.de reſcri. in 6.Hoſtien.in c. cum iamdudum. in c.ſuper inordinata.& in c.literas.inf.de conceſſ.præben.Pet. de Ancha.in c.eam te.ſuprà, de ætat.& qualita.in c.dudum.2.in textualibus.ſuprà, de elect, vbi dicit quòd incurrit infamiam.glo.prag.ſanct.in titu.de coll.circa prin.in verb.pluralitatis. Ioan. de Silua in tract.de benefic.in 3. parte. quæſt.39. vbi plures ad hoc allegat, & vltrà ibi allegatos, qui lętantur in remiſsionibus, videant Ludo. Rom. conſil.356. circa princ.Abb.conſil.96.ad primam, in 2. parte. Oldra.conſil.67.quæſt. talis eſt. & melius conſil. 165.thema.Calder.in conſil.5.& 27.in tit.de præb. Feder.de Sen. in conſil. 120. quæſitum eſt.135. caſus talis eſt.205.ad aures.226.reuerende pater.Pet. de Ancha, conſil.59. in publicis. Lapus latè in alleg.36. vtrum abſque diſpenſatione.& allegat.116. Philippus. Et iſta cõmunis cõcluſio habet etiam locum in altaribus exiſtentibus in eccleſiis, quia dicuntur eſſe beneficia.vt eſt glo.not.in clem.2.in glo.1.ad fi.de decim. & ideo dicit Domin.de ſancto Gemi.in c.1.col.fin. de conſuet. in 6. quòd iura loquentia de beneficio, comprehendunt talia altaria. & ex iſta communi concluſione deſtruitur glo.21.quæſt.1.in ſumma.dum ennumerat caſus in quibus quis poſsit eſſe pluralis in beneficiis. Inquantum ponit propter tenuitatem fructuum beneficij, vel propter tenuitatem clericorum: reprobatur illis duobus caſibus, quòd etiam in illis ſine diſpenſatione quis nõ poſsit eſſe pluralis.Idem dicatur de glo. in d.c.dudũ.2.ad fin.in verbo intitulatam.ſuprà de elect.& aliis ſimilibus.

Tamen ad iſtam communem concluſionem ponatis pro limitatione caſus ſequentes qui ſunt de mente doct.in locis allega.ſuprà.

Primus quando vnum beneficium habet in commendam & aliud in titulum. c. qui plures.21.q. 1. c.dudum.2 in fin.de elect.ſuprà.

Secundus caſus quando vnum dependet ab alio.c.eam te.ſuprà de æta.& qualita.

Tertius quando ſunt inuicem annexa, iſto §. noſtro.& cap.ſuper eo.de præben. in 6.

Quartus quando ex priuilegio, conſuetudine vel ſtatuto non requiritur reſidentia.c. fin.ſuprà de cleri.non reſiden.& de iſto caſu videbimus infrà in tertio membro Abb.

Quintus caſus quando vnum beneficium haberet in ſtipendium vel ſtationem, vt ſunt noſtri ſcholares vel Doc.Theologi, vt traditur in c. pen. infrà de præbend.in 6.

Quantum ad ſecũdum articulum Abb.ſi conſuetudine poſsit induci quod clericus non teneatur reſidere in beneficio, & percipiat fructus, poſtquam retulit opinionem antiquorum ponit duas concluſiones.

Prima eſt concluſio quod in beneficiis curatis non valet conſuetudo vt quis per alium deſeruire poſsit, quia talia beneficia requirunt induſtriam perſonæ.c.licet canon.de elect.in 6.cap.quia nonnulli. ſuprà de cler. non reſiden. vbi dicitur quod per ſe ipſum deſeruire debeat, & cum electa ſit induſtria non poteſt alteri committi. c. fi. ſuprà de offi.delega.c.is cui.eo.tit.in 6.

Secunda concluſio eſt quòd in beneficiis ſimplicibus poteſt conſuetudine induci, vt non teneatur quis reſidere, & percipiat fructus. c. cum omnes.& ibi glo.fin.ſuprà de conſtitu.glo.in cap.dudum.2.in glo.pen.ſuprà de elect.glo.in c. fi. verbo fructus. de reſcrip. in 6. Imo quod plus eſt, etiam ſi non relinquat ſubſtitutum: cum vbique dicatur deſeruire in eccleſia.c.quamuis.21.diſt.c.quamuis. 7.quæſt.1.

Limita primo niſi eccleſia pateretur defectum miniſtrorum, hoc caſu conſuetudine non obſtante teneretur reſidere. cap. pen. ſuprà de cleri. non reſident.

Limita ſecundo, niſi clericus vagaretur. c. non oportet epiſcopum.7.q.1.Inno.in c.ex tuę.ſuprà de cleric. non reſid. & hanc reſolutionem cum iſtis concluſionibus videntur ſequi communiter Doc. in d.c.cum omnes.in tex.& in glo.fi.in hac etiam opin. fuerunt hîc Doc. dum enumerantur caſus de quibus ſuprà vidimus, in quibus per vicarium

quis



quis poteſt deſeruire in beneficio in tertio caſu. Io.And.Do.in c.fin.in glo.in verbo fructus. de reſcrip.in 6.Lap.in allega.36. vtrum abſque diſpenſatione.circa fi.Calde.in conſil.vnico de cler.non reſid.Feder.de Senis.conſi.246.de iure communi. Petrus de Ancha. conſilio 233. primo in quorundam eſt. & Abba. in conſilio 96.ad claram deciſionem.colum.2. in ſecunda parte. Et quamuis iſta ſit communis opinio, videtur tamen ſuper hoc primò dicẽdum quod de iure non procedat: nam iura diſponunt quod clericus teneatur reſidere in beneficio quantumcunque minimo. cap. conquerente (vbi omnes) ſuprà de cler. non reſiden.Sed conſuetudo contra ius non valet.c. cum cauſam.ſuprà de elect.c.ad noſtram.ſuprà de proba.c.clerici.ſuprà de iud.c.cæterum.ſuprà de iuracalum.c.cum cauſam.de re iudicata.

Secundò, nam diſpoſitio legis eſt rationabilis, c.erit autem lex.4.diſt. conſuetudo autem diſponens contra ius dicitur irrationabilis, quia contra rationem, & ideo venit extirpanda.c. corepiſcopi. 68.diſt.c.vides.10.diſt.c.fin.ſuprà de conſuetudine.

Tertiò, nã diſpoſitio contra ſubſtantialia actus nõ debet valere, quia eſſet inducere actum & non actum, vt ſi induceretur quod homo eſſet ſine anima, argumento.l.pacta conuenta. cum ibi traditis.ff.de contra.emp. idem in conſuetudine deciditur.in c.3.ſuprà de conſue.quod non valet cõſuetudo, vt ſententia à non ſuo iudice lata valeat, ſed de ſubſtantia perceptionis fructuum beneficiorum eſt quod deſeruiatur & fiat ſeruitium.c. fi.de reſcrip.in 6.& beneficia fuerunt introducta propter illam cauſam. cap.paſtoralis. infrà de his quæ fiunt à præla.ſine conſen.cap.

Quartò bonum eſt argumentum de ſtatuto ad conſuetudinem & è contra.c.1.de conſtit. in 6. in c.fi.ſuprà de conſuetu. ſtatutum autẽ per quod diminuitur cultus diuinus non valet.c.pen. ſuprà de conſtit. ſed conſuetudo per quam diſponitur, vt clericus non deſeruiens percipiat fructũ, diminuit cultum diuinum quantũ ad ſeruitium quod faceret ibi, ex quo dicendum eſt quod non valeat.

Quintò iſtud videtur decidere ad literam text. in cle.ne in agro.§.fi.de ſtatu.monach.vbi expreſſe dicitur quod monachi teneantur reſidere in prioratibus: non obſtante cõtraria conſuetudine, reprobatur ergo ibi cõſuetudo, ſed quotieſcunq; conſuetudo reprobatur, non poteſt induci quacunque diuturnitate temporis, authen.nauigia & ibi per omnes.C.de furt.Bar.in l.de quibus. in lectura circa 3. col.ff. de legib. Et ex his videtur de iure dicendum (quod Abbas tradit) talem conſuetudinem non idem valere, & opinio communis fundatur tantummodo in d.cap. cum omnes. quod nullo modo videtur probare iſtud. Nam ibi nullum verbum de conſuetudine antiqua per quam inductum erat, vt abſentes perciperent fructus ſolummodo, ille text.dicit, quod in eccleſia Trecenſi canonici fecerunt ſtatutum, vt de cætero ipſi perciperent fructus præbendarum in abſentia, & illi qui poſtea de nouo crearentur non perciperent, niſi eſſent pręſentes, in morte canonici, poſtea creati de hoc queſti fuerũt propter inæqualitatem.Rom. Pont. ibi decidit quod antiqui canonici æquentur in moribus, & in mores antiquos in perceptionibus præbendarum: ſed antiquam conſuetudinem text.nõ aperit. & quæ erat illa antiqua cõſuetudo, nec ſimiliter decidit, quod in abſentia percipiãt, ſolum dicit quod ſint æquales & antiqua cõſuetudo obſeruetur.Potuit enim eſſe antiqua conſuetudo, vt non perciperent fructus, niſi reſidentes, & quamuis eſſet eadem cum iure communi non eſt inconueniens, nam ſtatuto quandoque etiam ſuper reſidentia idem quod de iure communi fuerat diſpoſitum.c. cum dilectus.& c.ſeq.ſuprà de cler.non reſid. & de ſtatuto diſponente idem quod ius commune Bart. plene. in l.omnes populi.in 7.& vltima quæſt. princ. ff. de iuſtit.& iure, & cum ille text. non magis appareat de conſuetudine contra ius quàm de conſuetudine ſecundum ius, non debet ex illo inferri quod velit decidere de cõſuetudine contra ius. nam probatio debet eſſe concludens, & neceſſaria, hoc eſt neceſſario inferre illud ad quod inducitur, taliter quod ſi aliud poſſet inferri, non concludit.c.in præſentia. ſuprà de probat.l. non hoc. vbi latiſsime (more ſuo) Iaſ.C.vnde cogna.

Tenendo tamen communem opin.pro ea facit tex.in extra.ſuſcepti regiminis Ioan.22.in ti.de elect.vbi valet conſuetudo quod mortuo beneficiato hæredes percipiunt fructus pro primo anno ſequenti, vel quod fructus primi anni dentur fabricæ eccleſiæ aut epiſcopo pro ſoluendis debitis ſuis, tamen iſti tales percipientes fructus non deſeruiunt in beneficio, & valet conſuetudo, ideo indici poſſet per conſuetudinem, vt non deſeruiens percipiat fructus, ad idem tex.in cap.ſi propter.de reſcrip.in 6. & tex.in c. præſenti. de offic. ordin.in 6.vbi ex conſuetudine inducitur vt fructus beneficij applicentur ſuperiori loco.facit etiã bona deciſio Ioan.And. in cap.nemo.poteſt plus iuris.de reg.iur.in 6. quod conſuetudo valeat, vt beneficiatus per teſtamentum poſsit diſponere de fructibus primi anni poſt mortem ſuam.

Et ideo pro reſoluẽdo iſto articulo & ad ſolutionem contrariorũ in contrarium adductorum habetis aduertere quod conſuetudo cõtra ius bene valet, dummodo fuerit rationabilis, hoc eſt ex cauſa iuſta ſeu rationabili, & honeſta introducta, vt puta in caſu iſto: quia clerici habentes beneficia ruralia morabantur in ciuitatibus in quibus eſt copia virorum literatorum. c. ſtatutum. de reſcrip.in 6. & fuit permiſſum per longa tempora quod percipiant fructus beneficiorum non reſidẽdo in illis, quia cauſa ab initio fuit honeſta, conſuetudo valet.c.fi.vbi Abb.declarat, ſuprà de iudi.

Eſt vnum aliud etiam aduertendũ quod quando conſuetudo inducitur contra ius, licet de iure ciuili ſufficerent decem anni, vt tradit Bart.in l.de quibus.ff.de legi.de iure tamen canonico requiritur quod ſit præſcripta, hoc eſt quod interuenerit tantum tempus quantum requiritur in præſcriptione, puta 40. anno. d.c. fin. ff. vbi declaratur ſuprà de conſuet. & ſi eſſet circa actus de quibus ius non expreſſe diſponit, vel prohibet, ſufficiunt decem anni, ideo iura quæ in contrarium adducuntur, volunt conſuetudinem contra ius non valere, quia deficiebat alterum de iſtis duobus,

ſcilicet

ſcilicet cauſa rationabilis. Aut quia non erat præſcripta. & ideo inſeratis pro declaratione iſtius materiæ quod talis conſuetudo de qua hîc Doct. loquũtur, debet eſſe præſcripta, hoc eſt obſeruata per quadraginta annos, & ſic videtur reſponſum duobus primis motiuis.

Ad tertium & quartum reſpondetur quod imo nõ minuitur cultus diuinus: & licet nõ deſeruiat in beneficio, alibi ſeruiendo eccleſiæ, & dicendo officium dicitur verſari in cultu diuino, cum vna dicatur tantummodo eccleſia, in qua vbique deſeruiri poteſt. c. quamuis. 21. diſtinct. Ad vltimum dicatis quod ibi eſt caſus ſpecialis in quo conſuetudo non valet, quia à lege expreſſe prohibetur. Et ſi teneamus hanc communem concluſionem aduertẽdum eſt circa primam, in qua dictum eſt, quod quantum ad beneficia curata non poſsit induci conſuetudo de non reſidẽdo cum electa dicitur induſtria perſonæ, quia iſtud non videtur ita indiſtincte verum: nam ex diſpenſatione quis excuſatur, vt per alium deſeruiat in beneficio curato. c. cum ex eo. de elect. in 6. c. licet canon. eo. tit. & lib. ſed diſpenſatio requirit cauſam. glo. ord. in c. non eſt, infrà de voto. ſi ergo cauſa interueniẽte poſsit diſpenſari ſuper reſidẽtem, idem poſſumus dicere quod conſuetudo dummodo cauſa iſta interueniat, poterit inducere, vt non teneatur reſidere, quia eandem vim habet conſuetudo quam lex. l. de quibus. ff. de legibus.

Secundò moueor, nam licet Doctor per alium ſubſtitutum non poſsit legere, cum dicatur electa induſtria perſonæ, ſi tamen conſuetudo ſit in ſtudio quod dando æquè idoneum, vel idoneiorem, admittatur per ſubſtitutum, valet talis conſuetudo. iſta omnia ponit Bart. in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duob. reis Bald. Sal. & Arna. in l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. toll.

Tertiò, nam in feudis fœminę regulariter non admittuntur, quia feudum requirit ſeruitium pręſtandum à perſona, quod nõ poteſt explicari per fœminam. c. 1. de ſucceſ. feud. c. 1. qui feud. dar. poſſ. c. 1. de na. feu. c. 1. epiſcopum vel Abba. tamen conſuetudine poteſt induci quod fœmina ſuccedat in feudo. c. ſignificauit. 2. & ibi per omnes. ſuprà de reſcrip. & hoc videmus in partibus Galliæ: in quibus feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonialium. Ioan. Fab. in auth. ingreſsi. C. de ſacroſanct. eccle. Iaſ. in præludiis feudo. circa medium. ſic ergo patet quod illa ratio qua electa eſt induſtria perſonæ non eſt ſufficiens ad impediendum conſuetudinem, & ſic poſſumus audacter tenere quod cõſuetudo valet, vt in beneficio curato quis non reſideat, dum tamen iuſta cauſa moueatur & deſeruiri faciat per æque idoneum, cum limitationibus de quibus in ſequenti concluſione. Ad hoc etiam facit quod dicemus in ſequenti tertio articulo Abb. quod propter multitudinem eorum qui non deſeruiunt in beneficiis, & tolerantiam ſuperiorum per tempora inueterata, ne tantæ animæ illa quearentur (iuſta cauſa ſubſiſtente) valere debeat conſuetudo.

Super ſecunda concluſione in qua Abb. ponit duas limitationes, addatis alias tres: & tertio limitatur non habere locum conſuetudinem in prioratibus & beneficiis regularibus. cle. ne in agro. §. fi. & ibi Io. de Imo. & Card. de ſtatu mona. ex eo quod tex. ibi expreſſe reprobat conſuetudinem.

Quartò limitetis dum Abbas dicit quod in beneficiis ſimplicibus non teneatur relinquere ſubſtitutũ niſi ex fundatione beneficij debeat rector aliquid facere, vt puta qualibet hebdomada celebrare vnam vel duas miſſas, aut aliud opus in ipſo beneficio facere, conſuetudo non poſſet in hoc derogare, quia epiſcopus aut alius inferior à Rom. Pontif. non poteſt mutare diſpoſitionem fundatoris, nec conuertere in aliud opus quantũcunque pium. cle. quia contingit. in prin. de relig. domi. Abb. in c. tua nos. ſuprà de teſta. Alex. in l. 1. §. fin. ff. ad leg. falcidiam, intelligatis tamen illam cle. quando illud quod datum eſt pro illo opere eſſet ſufficiens, aliàs poteſt conuerti in aliud opus pium de quo Ioan. de Imo. Abb. & alij in cap. nos quidem. ſuprà de teſta. latiſsime Rochus Curtius in tract. de iure patro. in glo. in verbo pro eo. 15. q.

Quintò limitetis quando in inſtitutione aut fundatione beneficij dictum fuiſſet quod rector teneatur in illo reſidere, nõ obſtante quacumque conſuetudine introducta, vel introducenda, quia inſtitutio expreſſe reprobat conſuetudinem, non poterit amplius induci. authen. nauigia. C. de fur. Bar. in l. de quibus. col. 3. in lectura. ff. de leg.

Quantum ad tertium articulum Abb. ſtante conſuetudine quod clericus non teneatur reſidere in beneficio, an eo caſu de iure communi poſſit eſſe pluralis. Abb. facit duas concluſiones.

Prima ſi alterum beneficiorum ſufficeret ad ſuſtentationem clerici, non poteſt eo caſu plura retinere etiam ſimplicia, & mouetur, quia rationes prohibẽtes pluralitatem beneficiorum militant: hoc caſu pluralitas prohibetur, quia cenſetur negotiatio turpis, & nemo poteſt duobus dominis ſeruire: debẽt enim eſſe quolibet beneficio in quo ſunt plene intitulati clerici: & ea vocatione qua quis vocatus eſt, in illa debet permanere, hæc quatuor ponit tex. in cap. 1. 21. q. 1. dicit etiam text. in c. quia nonnulli. ſuprà de cler. non reſid. in c. quia in tantum. ſuprà eod. vbi ponitur quinta ratio quod nemo debet percipere ſtipendiũ plurium, iſta fuit etiam cauſa fundamentalis, vt quis impetrans beneficium à Rom. Ponti. teneatur exprimere alia quæ obtinet, vt ſit informatus ſi habeat ad ſufficientiam, cum habẽti ſufficiens nolit aliud conferre. c. cum teneamur. c. ad aures. cap. poſtulaſti. ſuprà de reſcriptis. Et pariter ab initio Chriſtianorum ea quæ dabantur vendebantur, & precium dabatur inter Chriſtianos, deinde quia vtilius erat retinere prædia vt ex fructibus ſubſtẽtarentur clerici, fuerunt inducta beneficia. cap. videntes. 12. q. 1. & ſic principalis intentio inſtitutionis beneficiorum fuit vt ſuſtententur clerici, ſi ergo habeant beneficiũ ſufficiens, non debent aliud obtinere. Dicimus autem quod habenti ad ſufficientiam nihil debet dari. c. clericos. c. paſtor. 1. q. 2. cum ergo remaneant omnes iſtæ rationes, quamuis ſublata ſit cauſa non reſidendi per conſuetudinem, ex aliis tamen debet remanere diſpoſitio antiqua prohibens pluralitatem beneficiorum, & ad hoc dicit eſſe glo. in cap. dudum. 2. in verbo

retinere.



retinẽre, ſuprà de elect. vbi volunt, quòd abſq; pacto habẽs beneficiũ ſufficiens, non poteſt obtinere aliud, intelligit illã glo. loqui, ſtante cõſuetudine, quòd non teneatur reſidere, quia ſi non eſſet conſuetudo erat indubitatum de iure, quod quis non poterat eſſe pluralis per ea quæ dicta ſunt ſuprà in 1. art. Concludit ergo Abb. poſito quod conſuetudo non requirat reſidentiam, ſi clericus habeat beneficium ſufficiens ad ſubſtentationem, non poterit aliud obtinere.

Secunda eſt concluſio Abba. quòd ſi beneficia ſint pauci valoris ſtante conſuetudine, quòd non teneatur clericus reſidere, poterit plura obtinere, & tot quot ſufficiant ad ſubſtentationem: allegat glo. ad hoc, quam dicit ſe hoc modo intelligere in c. dudum. 2. circa fi. in glo. verbo intitulatum in vltimis verbis, ſuprà de elect. & tex. in cap. gratia. de reſcrip. in 6. & in cle. gratiæ. eod. tit. quæ iura dicit debere intelligi ſecundum hos terminos, ſcilicet quando de conſuetudine nõ requiritur reſidẽtia.

Circa iſtum articulum Docto. cõmuniter non facta differentia an beneficia ſint ſufficientia, vel tenuia, volunt quòd data conſuetudine, vel ſtatuto, aut priuilegio de non reſidendo concedatur pluralitas in beneficiis ſimplicibus, ita Innoc. vbi Card. in c. fi. ſuprà de cler. non reſid. Inn. in c. cum iam dudum. vbi Card. in fi. ſuprà eod. idem Card. in d. cle. gratiæ. Lapus allega. 36. vtrum abſq;. Abb. in conſ. 96. ad claram deciſionem. col. 2. in 2. parte Feder. de Senis, conſil. 246. de iure communi. & Pet. de Ancha. conſi. 233. primo inquirendum eſt.

Aduertatis tamen, quòd licet in conſulendo, & iudicando non ſit recedendũ à communi: tamen iſta non poſſunt de iure procedere: nam ſupradictũ eſt (& in hoc omnes concordant) quòd quodlibet beneficium etiam minimum requirit reſidentiam. c. conquerente. ſuprà de cler. non reſid.

Secundò cõcluſum eſt, quòd beneficia quamuis ſint tenuia, nõ poſſunt plura ab eodem de iure obtineri, vt concludit Abb. ſuprà in 1. art. His præſuppoſitis, quamuis conſuetudo diſponat ſuper vno ſcilicet, ſuper non reſidentia, debet aliud remanere firmum, quòd quis non ſit pluralis in beneficiis, nec eſt facienda extentio cõſuetudinis de vno caſu ad alium caſum. ita Barto. in l. 3. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priua. per gloſſ. ibi iſtud probatur in c. cum contingat. infrà de decimis. in c. auditis. in c. cum olim. ſuprà de præſcrip. & hoc ſolet communiter dici, tamen præſcriptum quantum poſſeſſum, de quo latiſsime Fel. in c. poſtulaſti. col. 13. & ſeq. ſuprà de reſcrip. & in c. auditis. col. 5. ſuprà de præſcrip. Iaſ. in l. 3. in fi. princ. ff. de acq. poſſ. imò (quod plus eſt) in his quæ ſunt cõnexa, dũ tamen ſint ſeparabilia, diſpoſitio odioſa, & contra ius diſponens in vno non extenditur ad aliud. l. fi. §. Lucius. ff. de cond. indeb. vbi reſtitutio in integrum, quo ad principale non extenditur ad vſuras, niſi fuerit expreſsè dictum eſt, in ſimili dicit Do. poſt Io. And. in c. 1. in fi. prin. per illum tex. de filiis presbyter. in 6. quòd diſpenſatus, vt poſsit promoueri ad ſacros ordines, etiam presbyteratus non eſt diſpenſatus, vt obtineat beneficium curatum. Alia plura ad hoc cumulat Felin. in d. c. poſtulaſti. Ad iſtud facit, quòd quando diſpoſitio noua eſt contra ius, licet debeat aliquid operari. c. ſi Papa. de priuileg. in 6. ſufficit tamen, quòd habeat aliquem effectum operãdi, etiam minimum, dato quòd non operetur, ſecundum quod verba ſonant. glo. eſt not. in c. ſi duo. verbo inſolidum, & ibi ponderat Do. de procur. in 6. quam etiam not. ad hoc commendat Iaſ. in l. ſi quis poſthumos. §. ſi quis filiũ. col. 8. ff. de lib. & poſthu. & ideo voluit in ſimili glo. not. in l. fi. §. in computatione. in glo. mag. C. de iure delibe. quòd ſtatuta contra ius cõmune debent ſtrictiſsimè interpretari, vt minus lædant quàm ſit poſsibile, de quo per Iaſ. in l. 3 §. ſi is pro quo. col. 2. ff. quod quiſque iur. plura ad hoc cumulat Socin. in conſi. 38. pro deciſione circa finem, & quamuis dicatur, quòd conſuetudo latius debeat interpretari, quàm pręſcriptio, vt per plura oſtendit Felin. in cap. auditis. col. 6. ſuprà de præſcript. tamen conſuetudo non debet extendi de vna cauſa ad aliam, de quo per Anto. de Butr. & ibi plenè per alios in c. fi. ſuprà de offic. archid. imò videmus vnum plus, quòd ibi aliqua ſunt inuicem connexa, ita quòd vnum eſt paucæ vtilitatis ſine alio, tamen conſuetudo in vno non extenditur ad aliud, vt probat text. in c. cum contingat. vbi Abba. & melius Card. ibi not. ſuprà de foro compet. vbi habetur quotiens conſuetudine quis acquiſierit iuriſdictionem, nõ videtur acquiſita coerctio, niſi etiam illam exercuerit, iuriſdictio tamen eſt paucæ vtilitatis, ſine coerctione. c. ex literis. ſuprà de offic. deleg. l. fi. ff. de offi. eius. de hoc etiam habetur per Card. & ibi Io. de Imo. in c. paſtoralis. ſuprà de offic. deleg. Iaſ. in d. l. 3. in fin. princ. ff. de acq. poſſ. Ex his ergo omnibus conſtat, quòd conſuetudo inducta ſuper non reſidentia, cum ſit contra ius commune, non debet extendi ad aliam cauſam, ſcilicet pluralitatem beneficiorum, nec tenuitas beneficiorum iſtud poteſt facere, quia (vt dictum eſt) tenuitas non poteſt cauſare pluralitatem. Iſtud etiam probatur per text. in c. 1. de conſue. in 6. nam ſi aliquis ſit in aliqua eccleſia, patet ad ſenſum, quòd quoad omnia beneficia in illa exiſtentia dicitur reſidens, & tamen pluralitas reprobatur in eadem eccleſia, & ſic iſta non ſunt connexa reſidere, & habere vnũ beneficium, vel non reſidere, & habere plura. In ſimili probatur per gl. in c. fin. de reſcrip. in 6. quòd licet fuerit diſpenſatum ſuper reſidentia, non tamen cenſetur diſpenſatum ad obtinendum beneficia, niſi aliàs de iure ſit habilis, & canonicè inſtituatur, & ſic ibi probatur neceſſario, quòd diſpoſitio loquẽs in reſidentia, non ſe extendit, quoad obtinendum beneficia, ſed illud relinquit in iure communi. Ad hoc etiam facit, quod ſolet cõmuniter dici, quòd caſus omiſſus relinquitur in diſpoſitione iuris cõmunis. l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſolu. matri. l. commodiſsimè. ff. de liber. & poſthu. & ideo conſuetudo inducta ſuper non reſidentia non debet comprehendere pluralitatem beneficiorum, ſed quantum ad hoc remaneat iuris communis diſpoſitio, quæ prohibet pluralitatem, & ita de rigore iuris eſſet tenendum.

Circa 4. art. Abb. an cõſuetudine induci poſsit, vt quis ſine diſpẽſatione obtineat plura beneficia? in quo art. per plures rationes concludit conſue-

tudinem non valere, ſiue in pluribus curatis, ſiue in pluribus ſimplicibus,& tandem reſpondet his, quæ pro contraria parte adducuntur.

Quantum ad beneficia curata dicit illud eſſe notiſsimũ propter duo.Primò,quia illa conſuetudo eſſet oneroſa eccleſiæ,cum in quolibet beneficio deberet eſſe vnus rector. c.cum non ignores, ſuprà eod,& ideo reprobanda.cap.1.ſuprà de conſuet.Secundò,quia eſt periculoſa animabus.

Quantum ad beneficia ſimplicia mouetur per 12.motiua, quæ latè per ipſum poterunt videri, & illa habuit à Io.And.in c.qui cõtra.de reg.iur.in 6. & pro hac opin.benè faceret,nã conſuetudo contra ſubſtantiã vel naturã, ſeu ſubſtantiã actus non valet,nec aliquo tempore poteſt induci.gl.eſt not. in c.nõ putamus.verbo,officiali.de conſuetu.in 6. vbi cõſuetudo,quòd ab officiali ad epiſcopũ appelletur reprobatur, & ratio eſt, quia appellatio eſt à minori ad maiorẽ prouocatio, velle inducere contrarium eſſet cõtra ſubſtantiã actus,de quo etiam per Bar.in l.prolatã. ad fi. C.de ſent.& interlocut. om.iudic.in l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initiũ.col. 7.ff.de eden.Abb.& ibi Deci.plura.col.2.in rub.ſuprà de appel. Quia facere contra ſubſtantiã actus eſt facere de actu non actũ.l.cũ precario.ff.de preca.ſed natura, & ſubſtãtia inſtitutionis beneficiorum fuit propter ſeruitium quod fit per clericum. c.fi.de reſcrip. in 6. ideo inducere,quod nõ deſeruiẽs habeat beneficiũ eſſet facere cõtra naturam.

Præterea, & ſecundò omnis cõſuetudo contra ius indubio præſumitur irrationabilis.cap.3.& ibi Abba.in 5.no.ſuprà de eo qui mitti.in poſſ.cau.rei ſeruan.gl.in c.mala.8.diſt.Abb.in c.2. per illũ tex. ſuprà de probat. Ideo ſi ſit irrationabilis nõ valet, quia ad inducendũ conſuetudinem iſtud eſt potiſsimum,quòd ſit rationabilis.c.fi.ſupr.de cõſuet. Tertiò facit, quia ad hoc,vt præſcriptio cõtra ius valeat requiritur titulus, & ſola poſſeſsio non ſufficit.c.1. de præſcrip. in 6. c.ad decimas de reſtitu. ſpol.in 6.Ex quo debemus dicere,quòd poſſeſsio longa pluralitatis beneficiorũ ſine titulo & diſpẽſatione ſuperioris non videtur ſufficiens.Quartò ſuadetur,quia bonum eſt argumentũ de matrimonio temporali ad ſpirituale. c.inter corporalia.ſuprà de tranſla.præla.c.debitum.de bigam.ſed conſuetudine non poteſt induci, vt quis habeat duas vxores.c.fi.infrà de ſpon.duo.non debet etiam induci, vt quis obtineat duo beneficia. Quintò facit, nam lex canonica dicitur eſſe rationabilis. c. conſuetudo.5.diſtin.c.erit autẽ lex.4.diſtinct.conſuetudo contra legem canonicam debet dici irrationabilis,quia duo contraria nõ poſſunt ſimul eſſe.l.1.C.de furt.c.maioris.infrà de baptiſ.ſi vnum dicatur rationabile,aliud erit irrationabile,cũ non poſsint ſimul eſſe vera, vt plene & dialecticè declarat Bart. in l.ſi is,qui ducenta. §.vtrum.col.2.ff. de reb.dub.ſed lex canonica prohibet pluralitatẽ beneficiorum.c.ſanctorũ.70.diſt. & plenè dictum fuit, in præcedenti artic.ſequitur ergo quòd conſuetudo inducens contrarium eſt irrationabilis,& ideo nullo modo valere poteſt,c.fi.ſuprà de cõſue. Sextò,nam iura canonica dicũtur quodammodo ius diuinũ, & diuinitus ſicut priuilegiata.c.firmiter.§.1.ſuprà de fide catholica.c.erubeſcant.32.diſt. l.fi.in fi.C.de tempo.appel.ſed conſuetudo contra ius diuinũ non valet. c.fi.ſuprà de conſuet. Septimò facit, nam inferior legẽ ſuperioris tollere non poteſt. c.cum inferiori. ſuprà de maio.& obedien. cle.ne Romani.de elect. lex autem canonica facta extitit à Rom.Pont.cum alius nõ habeat poteſtatem condendi canones,c.tranſlato.ſuprà de cõſtit. conſuetudo autem non dicitur niſi ius introductũ ex tacito conſenſu inferioris. §.ex nõ ſcripto. inſti.de iure na. l.de quibus.ff.de legib. & ideo nõ debet eſſe tantæ virtutis,vt tollat legẽ canonicam, ſed tantummodo inducatur in his quæ ſunt propter legem,vel ſecundum legem, & quamuis iura ciuilia permittant conſuetudinem contra legem. d.l.de quibus.iſtud ideo eſt,quia de iure ciuili quilibet populus habet poteſtatem legis condendæ circa ea, quæ concernunt ſtatum eorum. De iure autem canonico iſtud eſt reſeruatum Rom.Pont. & ex hoc videmus, quod ſemper iura reprobant conſuetudinẽ,quæ eſt contra canones.c.cum cauſa.ſuprà de elect,c.clerici.ſupr.de iudi. c.ad noſtrã. cum ſimil.ſuprà de probat. Octauò pro hac opin. Abb.facit,quia quando aliquod nõ competit,niſi ex priuilegio ſuperioris(conſuetudine etiam tanti temporis de cuius initio non eſt memoria)nõ poteſt acquiri : & iſtud videtur de mente Io.And.in cap.2.circa fi.de præben.in 6. Vbi voluit,quod ex poſſeſsione ſeu conſuetudine quantumcunq; inueterata, & etiam per mille annos laicus non poteſt acquirere poteſtatem,& facultatem conferendi beneficia. Iſtud tamen ex priuilegio poſſet ſibi concedi.c.Adrianus.63.diſt.& iſtam cõcluſionem probat tex.& ibi Abb.in c.quanto.ſuprà de cõſue. vbi ſacerdotes quandoq; conſuetudine non poſſunt acquirere ius,confirmando tamen priuilegiũ Ro.Pont.poſſet illis competere,vt ibi in gl.1.& de illo dicto Io.And.facit magnum feſtum Abba. in c.nouit.col.7. ſuprà de hoc infrà, de ſymo.in c.ſuper quibuſdam.col.2.infrà de verb.ſign.Ideo cum obtinere plura beneficia prohibeatur à iure, niſi ex diſpenſatione Rom.Pont. & ſic ex priuilegio, conſuetudine non poteſt induci.

Contrariam tamen partẽ, ſcilicet quòd cõſuetudo operatur in pluralitate beneficiorũ,voluit idẽ Abba.in c.quia in tantũ.col.1. in c.cum iãdudum. col.4.ſuprà eod.dicens,quod ſi nõ habeat quis inefficacem numerum beneficiorum, & cauſa lucri non poſsideat plura,cõſuetudo poteſt inducere,vt habeat tot quot ſufficiunt ad ſuſtentationem, & idẽ Abb.in artic.proximè præcedenti voluit,quod de iure iſtud permittatur, in hac etiam opinione fuit Inno.in c.fi.ſuprà de cler.nõ reſid.& in c.cum iamdudum,ſuprà eod.dũmodo nõ requiratur reſidentia,& per ſtatutũ priuilegium,vel cõſuetudinem diſponatur,quòd clericus non teneatur reſidere in beneficio.Iſtud idem voluerũt archi.& alij Doc.in c.gratia.per illũ text.de reſcrip.in 6.Card. Io.de Imo.in cle.gratię.de reſcri.per illũ tex. Lap. in allega.36.vtrum abſq; diſpenſatione.Abb.conſ. 97.ad claram deciſionem. col.2.in 2.parte,& gloſ. prag.ſanctio.in tit.de collat.circa principium,verbo pluralitatis, & pro iſta communi opin.primò facit, nam conſuetudo tantum operatur quantum priuilegium.gloſ. eſt not.in cap.nouit.verbo, conſuetud



conſuetudinem.vbi Abb.& alij ſuprà de iudic.probat tex.& ibi Abb.in 5.notab.& in c.duo.ſuprà de offic.ordin.Idem Abb.in c.cum cõtingat.col.2.de foro cõpet.imò conſuetudo eſt fortior,quàm priuilegium, quia ex ſola conuentione priuilegium tollitur,vt per Abb.per illum tex. in c. cum acceſſiſſent.ſuprà de conſtit.probat tex.in l.2.C. de iure dom.impe.Bar.in l.1.C.de his qui ſpont.mune. ſub. lib.11. ſola autem conuentio non tollit conſuetudinẽ, ſed requiritur quod fuerit conuentum per tantum tempus,quantum requiritur ad inducendam cõſuetudinem,& ſic quod contraria conſuetudo fuerit inducta.ita Inno.in c.accedentibus. infrà de priuileg.Deci.vbi plura in d.c.cum acceſſiſſent.col.fi.ſed ex priuilegio ſeu diſpẽſatione Ro. Pont.quis poteſt licitè obtinere plura beneficia,vt dicit glo.ordin.21. quæſt.1. in ſumma glo.in c.dudum.2. ſuprà de elect. poterit ergo conſuetudine iſtud induci.

Secundò, nam ea quæ regulariter ſunt impræſcriptibilia, & quæ ſunt etiam reſeruata ſuperiori in ſignum ſupremę maieſtatis per tempus,de cuius initio nõ eſt memoria,poſſunt acquiri. c.ſuper quibuſdam.§.præterea.infrà de verbo.ſignifi.l.2.§. ductus aquæ.ff.de aqua quo.& æſti.cap.1.in fin.de præſcrip.in 6. & poſſeſsio ſeu vſus tanti temporis idem operatur, & habet effectũ,& habet eandem virtutem, quãtum titulus,& quantũ priuilegium, de quo ad Bart.in l.ſi publicanus.§.fi.ff.de publ.& dicit Andr.de Yſer.in titul.quæ ſunt Regal.verbo flumina publica.col.3.in vſib.feud.quod tale tempus tantum poteſt quantum Imperator.Refert & ſequitur(vbi plura alia ponit) Iaſ.in repe.l.quominus.col. 8.ff.de flumi. in propoſito:ergo ſi Ro.Po. poteſt diſpenſare, conſuetudo tanti temporis de cuius initio nõ eſt memoria poterit idẽ inducere.

Tertiò ad iſtud facit deciſio no. Io.Andr.in c. qui contra iura.in Mercurialibus de regu.iur.in 6. vbi in fi.verbis concludit,quòd conſuetudo illius temporis poteſt inducere vnionẽ beneficiorum, vbi aliàs requirebatur auctoritas ſuperioris.

Quartò, quia videmus iſtud fuiſſe obſeruatũ, & dictim obſeruatur non ſolum ab vno clerico vel duobus, ſed ab infinitis, & quaſi in omnibus prouinciis,& hoc ſuperiores tolerant ne dicamus tantos clericos illaqueari, conſuetudo in his operari prout in ſimili volunt Abb.& alij poſt gloſ.in c.in aliquibus.col.3.infrà de decimis.quod hodiernis temporibus conſuetudo, quæ minuit quartam decimarum ex quo à pluribus ita fit, & per longiſsima tempora,& ita fuit obſeruatum,ſuperioris tolerantia interueniente, ne tantæ animæ illaqueentur valet & tenet.

Quintò iſtud euidẽter oſtenditur de iure,nam licet conſuetudo induci non poſsit contra ea,quę ſunt iuris diuini vel naturalis, contra ea tamen, quæ ſunt inducta iure poſitiuo valet conſuetudo, dummodo duo concurrant. Primò, quod ſit rationabilis:aliàs nunquam valeret quantumcunq; longæua.glo.ordi. & no.in c.1.verbo rationabilia. de conſtitu.in 6.Secundò,quòd fuerit præſcripta & obſeruata per 40.annos.glo.bona.3.in cap.fi.de conſue.in 6.iſtis duobus cõcurrentibus valet conſuetudo contra ius poſituum.c. fi.vbi Abb.Io.de Imo.& alij latiſsimè,ſuprà de cõſue.Do.& Franc. in cap.3.& fi.de conſuet.in 6.Card.in cle.1.quæſt. 21.de elect. cle.2.in princi.quæſt.8. & in §.1.quæſt. fin.de reb.eccle.non alien.in quibus locis loquentes de conſuetudine ſe reſoluunt in his tribus concluſionibus. Primò,quòd quando non eſt contra ius, & ſuper hoc ius non prohibet,ſufficiunt decem anni per gl.3.in d.c.fi.de conſue. in 6. Secundò, quòd quando eſt contra ius, & tamen non in his,quæ ſunt reſeruata ſuperiori in ſignum ſupremæ maieſtatis,tunc requiruntur quadraginta anni per dic.glo.Tertiò quando contra ea,quæ ſunt reſeruata ſuperiori requiritur tempus de cuius initio non eſt memoria.d.c.ſuper quibuſdam.§.prę terea.& ſicut omni caſu conſuetudo poteſt induci contra ius poſitiuum, licet ſecundum diuerſitatem qualitatum requirantur diuerſa tempora, non tamen ratione aliqua ſic inducta valet conſuetudo:& iura quæ dicunt conſuetudinem contra canones non valere intelligunt, de illa quæ non eſt rationabilis vel præſcripta, ſed beneficia ſeu inſtitutio eorum & omnia alia, quæ ſuper his diſponũt introducta ſunt iure poſitiuo.c.cum olim.vbi Abb. ſuprà de conſue.probat tex.in cap. videntes.12.q.1.in c.2.de præben.in 6. dum voluit tex.quòd in beneficiis Rom. Pont. habeat pleniſſimam poteſtatem, & de hoc latiſsimè Ioan. de Sel.in tracta.de benefic.in 4.q. primæ partis. Ideo conſuetudo circa iſtud poterit operari:& ratio introducendæ cõſuetudinis eſſe poteſt tenuitas beneficiorum quorũ quodlibet non ſufficit ad ſubſtentationem,& inhoneſtum eſſet,vt mendicaret.

Sextò facit pro hac opinione, quia conſuetudo tanti temporis de cuius initio non eſt memoria,valet etiam ſi ſit damnoſa, vel gratioſa eccleſiæ,ita Bald.in tit.qui feu.dare poſſ. cap.1.col.3. in vſi.feud. Cardin.in cle.2.in princ.in 8.quæſt.& in §.1.quæſt.vltim.de reb.eccle. non alien.refert & ſequitur Dec. in cap.1. ad limitationem illius text. verſi.2.ſuprà de conſtit.

Septimò & vltimò,nam cõſuetudo idem operatur quod diſpenſatio, & diſpenſationem inualidam reddit validam,ita in ſpecie Specul.in titu. de lega.in ſecunda parte aliàs in tit.de diſpenſa.§. nunc epiſcoporum.verſi.conſuetudo.qui eſt circa fin.illius §.fi. Ideo per diſpenſationem quis poſsit plura obtinere beneficia. Idem dicendum eſt per conſuetudinem, & per iſta tenendum erit cum communi concluſione,valere conſuetudinem, vt quis poſsit plura beneficia ſine diſpenſatione obtinere, & dicatis audacter,quicquid Abba. & alij voluerint, quod in curatis non valeat talis conſuetudo, niſi fuerit tanti temporis de cuius initio non eſt memoria, & quòd per alium deſeruiatur in beneficio, talis conſuetudo valebit, cum illud tempus, vt dictum eſt ſuprà, & illa conſuetudo tantum operẽtur quantum titulus, vel priuilegiũ, aut diſpenſatio,& in hoc caſu : quia ſolus Roma. Pontiſ. (vt videbimus in ſeq.artic.)habet poteſtatem diſpenſandi quoad pluralitatẽ,ſed requiritur conſuetudo illius tanti tẽporis,quia minori tempore aduerſus ea, quæ competunt ſuperiori in ſignum ſuperioritatis non præſcribitur, nec conſuetudo inducitur. cap. ſuper quibuſdam. §. præ-

terea.& ibi Abb.infrà de verbo.ſigni. in aliis vero minoribus beneficiis, in quibus epiſcopus poteſt diſpenſare ſufficiet conſuetudo quadraginta annorum,& ſic præſcripta per illud quod voluit.gl. 3.in cap.fina. de conſuet.in 6. & diximus ſuprà in quinto fundamento.

Intelligatis tamẽ hanc concluſionem in diuerſis eccleſiis, quia in eadem non valeret conſuetudo ex quo text.in c.1.de conſue.in 6. Illam reprobat,& quando reprobatur conſuetudo à lege nullo modo poteſt induci authen.nauigia. C. de fur. Bar.in l.de quibus. in lectura in 3.colum. ff.de leg. Inno.etiam quod plus eſt,ſi eſſet conſuetudo tanti temporis de cuius initio non eſt memoria poſtquam eſt reprobata à lege non poteſt induci.iſtud voluit Card.in dict.cle.2. de reb. eccle.non alie.in quæſtionibus ſuprà allegatis.

Reſtat vt reſpondeamus ad ea, quæ adducuntur pro cõtraria parte,& primo inquantum Abb. dicebat,quòd in beneficiis curatis non poſſet procedere cum ſit damnoſa, & oneroſa eccleſiæ. Reſpond.per ea quæ diximus ſuprà in 6.fundamento pro communi opin.

Ad illud quod voluit idem.Abb.quod conſuetudo contra canones non valet, verum eſt, quando non eſſet rationabilis, vel legitimè præſcripta per 40. annos, aliàs ſi iſta duo concurrant rationabilitas, & quòd fuerit præſcripta, valet contra canones,vt dictũ eſt,ſuprà in quinto fundamento.

Et dum idem Abba. dicebat (allegando plura iura in quibus pluralitas beneficiorum prohibetur) habet locum de iure communi, aliàs ſi illud eſſet verum ſequeretur, quòd etiam diſpenſatio non valeret.

Et dum finaliter per alia plura dicit idem Abb. tale ius prohibens diuerſa beneficia eſſe impræſcriptibilia, habet locũ in præſcriptione ſimplici decem vel viginti annorum:ſecus in præſcriptione tanti temporis,de quo non eſt memoria in contrarium.c.1.de præſcrip.in 6.

Ad primum,quod adducebamus pro opinione Abbatis dicatis, quòd illud non eſt ſubſtantiale beneficij;quia ſubſtantiale dicitur eſſe aliquid quo remoto remouetur actus. l.pacta conuenta. ff. de contrah.empto.& vendit.Bart.in l.prolatam,C.de ſenten. & interloc.omn.iud. Decius (vbi latius in rubic.in col. collat.2. ſuprà de appel. ſcilicet data pluralitate beneficiorum in eadem perſona, non amittitur beneficium, quia aliàs ſequeretur quòd per diſpenſationem non poſſet obtineri.

Ad ſecundum dicendum eſt, quòd cõſuetudo antequam ſit perfectè introducta non habet adhuc præſumptionem pro ſe quòd ſit rationabilis, poſtquam tamen eſt perfecta,& legitimè introducta, præſumitur iuſta, licita & rationabilis. glo.eſt ordin.in c.illa,12.diſt.Aret.in c.2.ſupra de probat.

Ad tertium reſpondeatis,quòd imò cõtra prohibita à canone poteſt induci conſuetudo,vel tanti tẽporis de quo non eſt memoria in contrarium, quando illa prohibita aliàs erant impræſcriptibilia.c.1.de præſcrip.in 6.vel quando reſeruata ſuperiori. c.ſuper quibuſdam,§.prætereà.infrà de verb. ſignifi.aut per tempus quadraginta annorũ,quod aliàs erat ſimpliciter contra canonem per ea,quæ ſuprà diximus in quinto fundamento.

Ad quartum dicatis, quod inter clericum & beneficium videtur eſſe matrimonium, ſed illud ſolum habet locum in epiſcopo,qui dicitur ſponſus ſuæ eccleſiæ, & ideò illi permittitur de iure, vt poſsit deferre annulos, ita Abb.poſt Io.And.in c. clerici. col.4. ſuprà de vita & hone. cler.& ex hoc benè poſſet inferri, quòd conſuetudo non operaretur in epiſcopatibus.

Ad quintum reſpondeo, quòd non reputatur iniquum aliquid in aliquo eſſe rationabile generale, & aliud particulare contrarium etiam rationabile, vt videmus in omnibus ll. generaliter loquentibus,quæ quamuis ſunt rationabiles,tamen patiuntur limitationes per aliàs ll. in caſibus particularibus qui etiam dicuntur rationabiles.declarat glo.in c.ius generale.1.diſtin.

Ad ſextum poſito, quòd canones dicãtur quodammodo ius diuinũ non eſt incõueniens, quod in aliquo caſu particulari ex iuſta ratione limitetur,cũ & ipſe Ro.Pont. illud poſsit facere,vt latiſſime habetur in c.quę in eccleſiarũ.ſupr.de conſti.

Ad ſeptimum dicatis, quòd cõſuetudo dicitur quodammodo procedere authoritate ſuperioris, cum propter diuturnitatem tẽporis præſumatur ſcire, & tolerando videatur tacite conſentire. Ita declarat Abb.in c.fi.col.7.ſuprà de conſuet.

Ad octauum,& vltimum reſpon.quòd deciſio Io.And.habet locum, quando perſona erat inhabilis, & incapax tunc conſuetudo nihil operatur, & ita declarat Abb.in locis in dict.8. fundamento adductis.Ideo loquimur in actu indifferenti.

Circa quintũ art.Abb.dũ tractat quis poſsit ſuper pluralitate beneficiorũ diſpenſare,antequã ingrediamur articulum tria ſunt elicienda ex dictis Abba. hîc primò dũ declarat qualiter c.de multa. ſuprà eo.veniat ad corrigendũ c.ſanctorũ.70.diſt. quòd lex noua correctoria nõ corrigit niſi in caſu in ea expreſſo,vt euitetur iuriũ correctio,quantum ſit poſsibile.c.expediat.de elect.in 6.& de hoc artic.latiſsimè poſt alios Oldra. per Iaſ. in authen. quas actiones.C.de ſacro ſanct.eccle. Secundò,in col.poſtea ſeq. habetis colligere, quòd expreſsio caſus, qui magis frequenter accidit non excludit alios caſus ſimiles minus frequenter cõtingentes, de hoc eſt gloſ.no.in l.1.in gloſſ.1.C.de his qui ad eccl.confu.gl.in l.vnica.verbo ſponſam,C.de rapt. virgin.glo.in authen.Imo.verbo,parentibus.C.de actio.& obliga.gl.in l.2.verbo filio præcedente. ff. de vulga, de quo Iaſ. latè in l.1.col.6. C. de ſacroſanct.eccle.in l.1.§.huius ſtudij.ff.de iuſti.& iure.in authen.ex teſtamento.col.12.C.de liber.præter.vel exhere.Alex.in l.non hoc.C.vnde legi. Tertiò,dũ Abb.declarat.tex.in c.ordinarij.de offi.ord.in 6.dicit quòd non diſpoſitiue, vel principaliter verba inſeruntur, habetis colligere,quòd verba enuntiatiua legis non probant.glo.eſt no. & ibi plura per Iaſ.in col.9.in l.vnica.in iſto mag.verſi. vel tertio. C.quando non peten.par.pete.accreſ.

Redeundo ad art.per Abb.hîc factũ,quia materia iſta eſt vtilis & quotidiana aliqua erũt vidẽda circa diſpoſitionẽ pluralitatis beneficiorũ,nec extendemus fimbrias ad alias diſpẽſationes pro nũc priuſquã tamẽ videamus id quod tãgitur per Abb.





neceſſario pro declaratione fundamentorum ſunt præmittenda aliqua.

Primò quid ſit diſpenſatio,& ad hoc communiter adducitur glo.ordina.in cap.niſi rigor.1.q.7. vbi habetur qualiter diſpẽſatio eſt iuris communis relaxatio cũ cauſę cognitione ab eo,qui habet poteſtatem diſpenſandi.Ita Abb.poſt alios in c.de multa col.3.ſuprà eod.idem Abb.in c.cum in cunctis. col.1.in c.dudum.2. col.antepen. in c.cum ad monaſterium. col.pen. ſuprà de elect. in c.quæ in tantum.col.1.& in c.ad hæc.ſuprà.eod.Idẽ Abb.in c.nõ eſt.infrà de voto. & in c.2.infrà de ſciſmatici.

Secundò, quia in diffinitione dicitur cũ cauſę cognitione, dicatis quod in iure reperiuntur quatuor cauſæ propter quas diſpenſatio conceditur.

Prima eſt neceſsitas eccleſiæ.

Secunda euidẽs vtilitas.c.propoſuit.infrà eo.tit.

Tertia,prerogatiua perſonæ,vt nobilitas vel literatura:habẽdo tamẽ reſpectũ ſecũdario ad vtilitatẽ eccleſiæ.c.de multa.verſ.circa ſublimes. ſuprà eo.vbi Io.And.& alij.& iſtud etiã voluit Abb.hîc.

Quarta eſt cauſa ſola prærogatiua perſonæ,nõ conſiderata principaliter, vel ſecundario vtilitate eccleſiæ,vt dicit Abba.in c.innotuit.col.3.ſuprà de elec.& idem Abb.hîc dũ allegat Hoſt.Pet.& Abb. antiq.qui iſtud volebant,& de iſta cauſa vtrum ſit ſufficiẽs videbimus plenè infrà in artic.principali.

Tertiò ex quo diffinitio dicit cũ cauſæ cognitione notetis,quod quando diſpenſatio cõceditur à Ro.Pon. nõ requiritur neceſſario cognitio cauſæ,cum ſemper in eo præſumatur, ſed quando ab inferiore,vtputa epiſcopo ſemper requiritur,quòd interueniat cauſę cognitio,& ſola eius aſſertio nõ ſufficeret.gl.eſt vbi Io.And.& Abb.in c.2. infrà de ſciſma. Idẽ Abb. in c.diuerſis fallaciis.col.2.ſuprà de cler.coniuga.Felin.in c.præterea.col.3. ſuprà de teſtib.cogen. & aliquid in c.ſi quando.col.5. ſuprà de reſcrip. & propter hoc hodiernis tẽporibus reperiuntur paucæ diſpẽſationes cõceſſę ab inferioribus prælatis cũ raro legitima cauſa interueniat.

Quartò,quia diximus in ſupremo principe nõ eſſe requirendam cognitionem cauſæ, iſtud ideo eſt,quia in eo ſemper præſumitur cauſa.glo.eſt in l.relegati.in glo.fi. de pœnit.traditur in l.reſcripta. C.de prec.impe. offer.in l.fin. C.ſi contra ius, vel vtili.pub.& in c.quæ in eccleſiarũ.ſuprà de conſtit. iſtud tamẽ intelligatis quãdo princeps procederet circa ea, quæ ſunt iuris poſitiui:ſecus ſi circa ea, quæ ſunt iuris naturalis,vel diuini per illud,quod voluit gl.in c.non eſt.infrà de voto,& ita Iaſ.per illum text.in l.ſi teſtamentum.C.de teſta.quod circa teſtamentum quia eſt de iure gentium, reſcriptum principis ſine cauſa non valet.

Secundò intelligatis, quãdo princeps procederet ex certa ſcientia, vel motu proprio: ſecus ſi ad poſtulationẽ alicuius, quia in dubio videtur procedere poteſtate ordinaria, & iuris communis, & non poteſtate abſoluta:Ita voluit Inno.in c.innotuit.ſuprà de elec.declarat no. Pau.de Caſt.in cõſ. 282.in facto præſenti. ſecundum antiq.impreſsionem.Lud.Ro.in conſi.307.in caſu propoſitæ conſultationis.col.2.Hippol.in ſing.ſuis no.6.& 8.

Quintò aduertendum eſt,quia dictũ eſt,iam in principe cauſam ineſſe,non requiri cognitionem cauſæ in diſpenſatione,quod quando princeps facit actum cũ ſubdito (qui aliàs erat incapax ſine diſpenſatione) ſi ex certa ſententia faciat, vel aliàs ſit informatus de incapacitate,videtur cum eo diſpenſare.l.quidam cõſulebant.ff.de re iudic. traditur per Bal.& alios(vbi Iaſ.latiſsimè)in l.Barbarius Philippus.ff.de offic.præto.Abba.in d. c.2.infrà de ſciſma.& Fel.in d.c.ſi quando.ſuprà de reſcrip. in inferiore tamẽ niſi adhibeatur cauſę cognitio,non videtur diſpẽſare,vt habetur in dictis locis. Tamen illud quod dictum eſt, de ſuperiore habet locum, quando aliàs actus non poterat valere. Si verò in aliquo poſſet valere nõ inducetur diſpenſatio,niſi expreſsè ſuperior diſpenſet.c.non poteſt.de præb. in 6.Pau.de Caſt.& Lud.Ro.in cõſi.ſuprà allegat.

Sextò noteris,quòd in interpretatione diſpẽſationũ,maximè quãdo ad poſtulationem partis requiritur ſpeciale mandatum. ita Abb. in c. innotuit.col.4.in antep.no. ſuprà de elect. & in c. cum in cunctis.eod.tit.de quo articu. latè videatis poſt glo.in c.ad aures.& poſt gl.pe.in c.nonnulli.de reſcrip.ſuprà vbi traditur quando in reſcriptis ad lites,vel ad beneficia requiratur mandatum.

Septimò aduertatis, quòd ſi alicui concedatur diſpenſatio, vt poſsit obtinere plura beneficia, ſi tempore diſpenſationis de facto plura incompatibilia obtinebat,diſpenſatio nõ operabitur quo ad illa,ſed tantummodo ad ea,quæ poſt diſpenſationẽ conferrentur,ita Abb.in c.ad aures.col.fi.ſuprà de reſcript. Felin. in c. poſtulaſti. colum. penul. eo.tit.traditur.in c.dudum.2. vbi Io.And.ſuprà de elec.& in c.non poteſt.de prẹb.in 6.intelligatis tamen verum, niſi diſpenſans fuiſſet informatus, & in diſpenſatione fieret mentio qualiter iã obtinebat plura beneficia,& verba diſpẽſationis poſſunt iſtud comprehendere per tex.in l.ſi iam facta.ff.de cond.& demonſtra.& ita Paul.de Caſt.in l.& militibus.C.de teſta.mili.vbi allegat bonum tex.in l. ſi quis filio ex hæredato.§.irritũ. ff.de iniuſto rup. & facit quod voluit gl.in cle.1.de conceſſ.præben. & in c.ſi poſtquam.de elec.in 6.quod ſi mãdatur, vt prouideatur de beneficio vacaturo, ſi verba ſint prægnantia, vt poſsint cõprehendere beneficium vacans tempore mandati conceſsi ad illud, debet extendi mandatum. Et de hoc plura Soci.in d.l. ſi iam facta,ſi verò verba non poſſent extendi, vt quia fuit dictum, quod poſsit plura recipere, vel quod plura incompatibilia ſibi conferenda poſsit obtinere, aut alia ſimilia hoc caſu procedat illud quod voluit Abb.in dict.cap.ad aures.

Octauò notetis, quòd diſpenſatio ad plura beneficia habet tantummodo effectum in primis,ita quod habita diſpenſatione ad duo,poſtquam ſemel duo vigore illius obtinuit,dato quòd poſtea altero priuetur, vel per ceſsionem vel crimen, aut aliàs non poterit loco illius virtute diſpenſationis (poſtquam iam ſemel conſequuta eſt effectum) aliud obtinere.c.non poteſt.de prẹb.in 6.& ibi per omnes glo.in verbo vacare.in cle.ſi plures. de præb.quia diſpoſitio verificatur in primo actu. l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verborum ſignific.& ideo dicit text.not.in l.ſi ſocius pro filia. ff.pro ſocio.quod ſi ſocij fecerunt pactum, vt filiæ dotentur de cõmuni,intelligitur de prima dote,plura ad

iſtud adducit Anto. de Butr. conſilio 30. dubium quod inſeritur in princip.Sexdecim limitationes not.cumulauit Iaſo.in l.diuortio.§.ſi in anno.col. pen.& ſi ff.ſolut.matri. aliquid Paul.de Mon.pic. in rep.l.Titia.§.Titia.col.82.ff.de leg.2.

Intelligatis primo iſtud niſi apponerentur iſta, aut ſimilia, quod vno ceſſo vel remiſſo etiam ſemel vel pluries vel aliàs priuatus altero vel vtroq; poſsit alia duo quandocunque ſimul obtinere, ſi apponerentur verba ita generalia,& ſic appareret de mente concedentis,benè tunc extenderetur diſpenſatio ad vlteriora.ita Do.Gemi. in conſil.97. Titius habuit grat.aliàs incipit ſuper primo.& facit quod voluit gl.bona.in c.ſuſceptum.de reſcrip. in 6.quòd licet expreſſo vno modo vacandi, non comprehendatur alius modus, ſi tamen apponatur clauſula generalis,vel ex alia quacunque cauſa tunc habebit effectum,quo ad omnes modos.

Secundò intelligatis,quando diſpẽſatio habeat effectũ de iure aliàs verò licet de facto poſſederit duo beneficia,ſi tamen de iure non habuit effectũ, vt quia collatio fuit nulla, vel litigauit & fuit cõdemnatus hoc caſu diſpenſatio extẽdetur ad alia poſteriora, vſquequo habuerit integrũ effectum. Iſtud voluit Petr.de Ancha.in cap.2.col.1. de filiis presbyter.in 6.allegat.tex in c.hæc verba.de pœni. diſt.1. quòd verba debent intelligi cum effectu, & dicit Bal. no.in c.olim ex literis. col.2.ſuprà de reſcrip.quòd quamuis diſpoſitio intelligatur de primo actu, ſi tamen non habuit effectum in primo comprehendet poſteriores,donec conſequatur effectum.tex.eſt no.quem allegat in l.hæc conditio. ff.de condit,& demonſt.idem voluit Bal.in l.inuitus.ad fi.C.de procurat.Iaſ.in d.§.quod in anno.in vltimis verbis.

Nonò notandum eſt,quòd diſpenſatio ad plura beneficia cõceſſa debet taliter interpretari,& reſtringi, vt non cõprehendat niſi beneficia de quibus facit mentionẽ:ita quòd ad alia beneficia alterius qualitatis,quàm ſunt expreſſa, etiam ſi eſſent minora,non extendatur,vt ſi quis fuerit diſpenſatus, ad beneficia habentia dignitatem etiã quod plus eſt,ſi dicatur cui cura imminet animarũ non comprehendet beneficia curata,& ita traditur per gl. Io.And.& alios in c.non poteſt. de præbend.in 6.per tex.in c.cui nõ de ſacerdotali. eo.tit.traditur in c.2 de filiis presbyterorum.in 6.ad iſtum plura adducit,& declarat Felin.in c.poſtulaſti. col.12.& ſeq.ſuprà de reſcrip.& ideo ſitis cauti in impetrandis diſpenſationibus,quod exprimantur ſimplicia, & qualificata beneficia. dicit enim text.in cle.1.de præbend.(& iſtud videbatur mirabile) quòd ſi fiat prouiſio,vel mandetur prouideri de beneficio habente dignitatem,dato quod ponantur iſta verba dummodo cura animarum(ſi quæ inhæreat)non negligatur,ſi tale beneficium habebat curam animarum annexam, & non fuit diſpoſitiuè facta mentio de ea non comprehendetur.

Decimò eſt aduertendum, qualiter diſpenſatio ad plura beneficia,nõ videtur habilitare perſonã, vel prouiſionem,ſi aliàs erat inhabilis,vt puta quia erat aliquis criminoſus,aut collatio non fuit legitimè facta, diſpenſatio nihil facit, quo ad iſta niſi expreſsè dicatur,operatur tantummodo diſpenſatio, quod ſi ille eſt habilis, & prouiſio legimè fit, vbi aliàs(his etiam ſtantibus)non poterat obtinere incompatibilia,virtute diſpenſationis hoc poterit. Iſtud probat tex.in c.ſi gratioſè.de reſcrip.in 6.vbi dicit tex.ſi canonicè cõferantur. Idem probat tex. in c.2.de fili.presbyt.eod.lib.gl.in d.c. non poteſt. ad idem text.& ibi Petrus de Ancha. in 21.notab. Abb.in 4.col.in c.dudum.2. ſuprà de elec.Domi. in conſil.126.nuntius.aliàs pro declaratione, & ad iſtud habetur in cle.1.ad fin.de præben.& ideo dicunt Doct.in d.c.2.de filiis presbyt.quod ſi diſpenſatio concedatur alicui incapaci, vt ſpurio vel alteri criminoſo per quem habilitetur ad obtinendum vnum,vel plura beneficia cenſetur tantummodo perſona legitimata, & habilitata ad illud quod aliàs non poterat de iure communi,non tamen per hoc videtur diſpenſatum, vt poſsit obtinere incompatibilia,niſi de hoc fiat mentio & ſic diſpenſatio legitimans perſonam aliàs inhabilem, non ſe extendit ad incompatibilia. Ita econtrario diſpenſatio ad incompatibilia, non ſe extendit ad illegitimatã perſonam aut defectum collationis.

Vndecimò notetis, quòd ad hoc vt diſpenſatio dicatur conceſſa requiritur, quòd de ea fiat expreſſa mentio diſpoſitiuè nec ſufficeret ſi in verbis executiuis, vt puta non obſtante quod obtineas aliud beneficium curatum, aut aliter reperitur pluralitas beneficiorum adiecta, non tamen ex his importaretur diſpenſatio, & iſte eſt caſus cap.non poteſt.de præben.in 6.bonus tex.in cle.1.in fin.de præben.de quo Calder. in conſil.4. in titu.de præben. & dicunt Do.de Rota. deciſio. 280.in antiq. quod ſi in poteſtate procuratoris,in clauſula illa ratificans, vel in clauſula illa releuans, aut in alia executiua fiat mentio de ſubſtitutione procuratoris, ſi tamen in verbis in quibus conſtituebatur ille primus procurator, non eſt data poteſtas ſubſtituendi, non poterit aliquo modo ſubſtituere.

Duodecimò eſt aduertendum, quòd ſi conſideratur diſpenſatio ad plura beneficia, & non fuerit determinatus numerus, quia non fuit dictum,ad duo vel ad tria, ſi dicatur ſimpliciter ad plura, intelligitur tantummodo de duobus:cum pluralis locutio in duobus verificetur. l. vbi numerus. ff.de teſta. & ita traditur in cap. 2. de filiis presbyter. Si verò dicatur ad duo, & alia plura quantumcunque ſunt verba generalia, & non ſit determinatus numerus,vt euitetur infinitas nõ extenditur niſi ad tria, vel ad quatuor ad plus ſi verba patiantur.c.cum à multis.de reſcript.in 6.

Decimotertiò notandum eſt qualiter diſpenſatio ad plura beneficia, non ſe extendit, ad plura in eadem eccleſia,niſi de hoc expreſſa fuerit facta mentio. arg.text.in cap.1.de conſe.in 6.& ita Hoſtienſ.& alij in c.de multa.ſuprà eod.Felin.in cap. poſtulaſti.col.13.ſuprà de reſcript.

Decimoquartò aduertendum eſt, qualiter in diſpenſatione ad plura beneficia requiritur, quod fiat mentio de omnibus beneficiis, quæ quis obtinet tempore diſpenſationis,& ita per gloſſ. in c. non poteſt.de præb.in 6.& in c.11. de filiis presby. eodem lib.Dom.de Rota, in deciſi.280. in antiq. dicunt tamen ibi quod impetrando beneficium,

non



non tenetur quis facere mentionem quod eſt diſpenſatus, & iſtud videtur ſatis clare probare tex. in d.c.non poteſt.dum dicit quod ſi impetrans ſecundum beneficium curatum faciat mentionem de primo,non per hoc videtur ſecum diſpẽſatum nec ſecundum licite poterit obtinere, niſi diſpẽſationem aliàs haberet, vult ergo quod ſi diſpenſationem haberet poterit obtinere licite, & tamen de ea non facit mentionem nec requirit quod faciat mentionem.

Decimoquintò eſt etiam aduertendum quod ſi quis habuit aliàs diſpenſationem, & nunc de nouo impetrat aliam,& ſic ſecundam,tenetur de prima facere mentionem. probat text. & ibi per Doc.in d.c.2.de filiis presbyt. in 6. & ad iſtud facit deciſio not. Guil. de Cuneo. in l.3. per illum tex.de epiſco. audien. quam refert & ſequitur & alios plures connumerat Iaſ. in l. nec damnoſa. C.de precib. impe. offer.quod ſi quis pro homicidio aliàs habuit abolitionem ſeu gratiam, & deinde committat ſecundum homicidium & obtineat aliam remiſsionem, ſi non fecit mẽtionem de prima,non valet illa ſecunda,& dicit quod hac de cauſa aliquis ſeruus Bononiæ fuerat ſuſpenſus cum ſua gratia.

Decimoſextò eſt notandum ( & iſtud eſt quotidianum,quia de iure habemus) quod beneficia regularia non debent dari ſecularibus clericis. c. cum cauſam.c.cauſa ad noſtram. cap. officij.& c. cum in noſtrum.ſuprà de elect.c.inter quatuor.infrà de religio.domib.cap.nullus.de elect.in 6.& de hoc eſt hodie text. apertus in cle. ne in agro. §. pen.de ſtatu monach. & ſimiliter beneficia ſæcularia non debent conferri religioſis.cap.1. infrà de capel. monac. niſi eſſet dignitas epiſcopalis, vel beneficium curatum, in quibus de iure communi etiam ſine diſpenſatione poſſunt præfici monachi,& religioſi,vt per Abba.vbi late in c. quod Dei timorem.col.2.infrà de ſta.mona.Prępoſi.vbi refert alios in cap. 2.58.diſtinct.& de hoc articulo quando monachus poſsit beneficiis ſæcularibus præfici,habentur tres glo.ordinariæ.glo.in c.quorundam.73.diſtinct.in c.in noua.16.q.7. & in d.c. 2.58.diſtinct. ſi concedatur alicui clerico diſpenſatio ad plura beneficia, etiam ſi adiiciantur verba multum prægnantia cuiuſcunque dignitatis, vel habentia curam animarum aliámue qualitatem,ſi non fiat mentio de ſæcularibus, vel regularibus:ſi talis clericus fuerit ſæcularis,nullo modo poterit virtute illius diſpenſationis obtinere beneficia ſæcularia,ita Hoſt.& alij & ibi Barba. col. 2.in c.poſſeſsiones. infrà de reb. eccle. non alie.de quo etiam per gl.prag. ſanct.in c.1.de col.§.ſin autem. in verbo parrochiis,& iſtud videtur probari per tex.in cap.cum de beneficio. de prębend.in 6. vbi habetur quod ſi mandatur prouideri alicui ſæculari clerico de beneficio,intelligitur de beneficio ſæculari,& ſi mandatur pro monacho intelligitur de regulari, facit etiam pro hac deciſione, quod diſpoſitio relata ad perſonas in dubio intelligitur ſecundum qualitatem perſonæ.l. plenum §.& quid ſi.ff.de vſu & habita. & facit etiam illud vulgatum quod ex eodem fonte duo ſpiritualia concurrere non poſſunt.l.1.C.de dot.promiſ.quæ tamen concurrent hoc caſu: vnum quidem quia diſpenſatio ad incompatibilia quorum quodlibet aliàs per ſe poſſet obtinere, ſecundum quod diſpenſatio ad obtinendum beneficium quod aliàs etiam ſolum obtinere non poſſet.

Præterea iſtud videtur comprobari ex his quæ per omnes traduntur in c.2.per illum tex. de filiis presby. in 6. quod diſpenſatio per quam perſona aliàs inhabilis habilitatur ad obtinendum beneficia,non operatur vt poſsit obtinere incompatibilia, niſi de hoc expreſſa fiat mentio, ne diſpenſatio tendens ad vnum finem extẽdatur ad alium. dicitur etiam ibi:quod è contrario diſpenſatus ad plura beneficia,non videtur habilitatus circa perſonam, & intelligitur ſi perſona alias erat habilis, & nihil ſibi obſtabat niſi incompatibilitas beneficiorum,& ita in propoſito quia vltra incompatibilitatem beneficiorum eſt inhabilitas perſonæ, non extendetur talis diſpenſatio.

Decimoſeptimò notetis quod diſpenſatus ad plura beneficia etiam ſi dicatur cuiuſcunque dignitatis fuerit, niſi fiat mentio de dignitate epiſcopali non comprehendet epiſcopatus, & adhuc ſi fiat mentio de epiſcopali non comprehendet archiepiſcopatum, & idem poſſemus dicere de patriarchali dignitate:ita Inno.quem alij ſequuntur,in c.dilectus.ſuprà eod.Henric. Boyc.vbi alios adducit, in cap. quod dilecto. infrà de conſang. & affinita.

Decimooctauò aduertendum eſt quod diſpenſatio conceſſa ad pluralitatem beneficiorum videtur cõprehendere ne teneatur reſidere in vtroque,non tamen diſpenſatur ne in altero reſideat. glo.ordina.in d.c.non poteſt.de præben. in 6. Fel. in c.fi.infrà de ſymo.in cap.poſtulaſti.col.13.ſuprà de reſcrip. & de hoc latius diximus ſuprà in textualibus.

Decimononò eſt aduertendũ qualiter legatus vel epiſcopus in caſibus in quibus ſuper pluralitate beneficiorum poſſunt diſpenſare de quibus infrà videbimus, poterit extra prouinciam ſuæ legationis, vel diœceſis dare diſpenſationem. cum non dicatur diſpenſatio contentioſæ iuriſdictionis,& talia poſſunt extra territorium exerceri. glo.ordin.in c.nouit.ſuprà de offi.lega. ita in ſpecie dicit Collecta.in c.at ſi cleri.in vlt.verbis ſuprà de iud.& in ſimili dicimus quod habens poteſtatem conferendi beneficia, ſi fuerit extra locum ſuæ iuriſdictionis: poterit tamen conferre beneficia exiſtentia in ſua iuriſd.vt habetur in cap. poſt ceſsionem.infrà de conceſſ.præben. Iaſ. in l. extra territorium.col.2.in 2. limitatione. ff. de iuriſdict. omn.iud.

Viceſimò eſt aduertendum, & iſtud erit ſatis not.vtrum diſpenſatio conceſſa à legato ſuper pluralitate beneficiorum habeat effectum extra legaturam ſuam,taliter quod illius virtute poſsit quis obtinere beneficia quæ ſunt extra legaturam, & idem quærendum eſſet de epiſcopo,ſi extra diœceſim habeat effectum diſpenſatio, in quo articulo reperio Decium in conſil. 207. pulchrum eſt dubium, per totum illud conſilium voluiſſe diſpenſationem habere effectum extra legaturam, vel diœceſim,nam dicit ipſe quod quis nõ poſsit

obtinere plura beneficia concernit obſtaculum perſonæ ſuæ. c. is cui. de præben.in 6. vbi habens vnum beneficium non cēſetur idoneus ad aliud, ſed quando agitur de exercendo actu in perſonā trahit effectum extra territorium.l.legitimos,& ibi Bar.ff.de legi.tuto.l,magis. puto.§. illud.ff. de reb. eor.idem Bar.in l.pupillo ff.de tuto.& cura.da. ab his.in quibus locis dicitur,quod ſi pupillus habeat patrimonium in diuerſis territoriis, tutor datus à iudice territorij domicilij pupilli tutelā exercere poterit in rebus exiſtentibus extra territorium. Plura alia adducit ad oſtendendum, quod actus in perſonam factus vbique locorū habet effectum.

Tamen credo tutius eſſe de iure diſpenſationem non debere extendi extra territorium,ſed requiritur quod obtineatur ab epiſcopo illius diœceſis in qua eſt beneficium,vel à legato illius prouinciæ,aut à Rom. Pontif. qui habet poteſtatem vbique, & iſtud videtur voluiſſe glo. & ibi Ioan. And.in Nouel.Franc.& Do.in c.cum ex eo.verbo ſubiectas.de elect.in 6.eſt glo. ad hoc no. in c.dudum.2.circa.fi.verbo intitulatam in vltimis verbis ſuprà de elect. in quibus dicitur quod epiſcopi cuiuſlibet diœceſis debent diſpenſare.

Secundò pro hac deciſione videtur theorica Bar.in terminis.in l.1.in 7. q. princ. C. de ſumma trin.& fide catho. vbi quæſiuit quando ſtatutum permittat aliquid, vtrum habeat effectum extra territorium,tandem diſtinguit,quia aut loquimur circa ſolennitatem alicuius actus, tollendo ſolennitatis obſtaculum quæ requirebatur à iure,& eo caſu actus factus in illo loco cum ſolennitate illius loci, habebit proculdubio effectum vbique. l.fi.C.de teſt. Aut vero tollitur obſtaculum qualitatis perſonæ, vt quia inhabilis de iure efficitur habilis:& hoc caſu non habet effectum extra territorium §.ſi quis filium.in authen.qui.mod. nat. effi. ſui. & illam theoricam Bart. ibi communiter omnes ſequuntur in propoſito: ergo quia per diſpenſationem ad plura tollitur obſtaculū quod erat in perſona, vt fatetur Decius,non debet habere effectum extra prouinciam vel diœceſim.

Tertiò ad iſtud facit deciſio communis Doc. in c.per venerabilem. infrà qui fil.ſint legi.de qua late per Ludo.de Surgiis.in tract.legi.in 6.parte.q. 13. & per Mar. de Laud.in diſputatione legitimationis.col.12.quod legitimatus à Ro.Pontif.quando legitimatio fuit facta per modum diſpenſationis non habendo principaliter reſpectum ad legimationem matrimonij non operatur in terris imperij,& non ſubiectis eccleſiæ niſi quantum ad beneficia, & quantum ad ea quæ ſpectant ad Rom. Pontif. vbique locorum quantum ad ſuccedendum in temporalibus nō haberet effectum, cum ſola perſona dicatur legitima, & idem dicūt in alio principe legitimante aliquem, vt non extendatur extra locum ſuæ iuriſdictionis.

Quartò facit illud quod voluit Abb. poſt Inno.& Ioan.And.in cap.paſtoralis.infrà de priuile. quod ſi eccleſia aliqua vnius diœceſis fuerit donata vel vnita eccleſiæ alterius diœceſis, & rector velit alienare prædium eccleſiæ vnitæ,dicit tutius eſſe quod interueniat conſenſus vtriuſque epiſcopi,& ideo in propoſito videtur eſſe tutius quod interueniat diſpenſatio vtriuſque epiſcopi.

Ad illud quod adducebatur de l. legitimos.ff. de legitimi.tuto.& Bart.in l.pupillo. ff.de tuto.da. videtur tutius eſſe de iure quod vterque iudex det tutorem, & ita voluit glo. per illum tex. in l. non ſolum.§.qui teſtamento.ff.de excuſa.tuto. & in l. quæro. ff.de teſta.tutel.& in l.2.C.eod.tutius & videtur eſſe de mente Bart.in d.l.pupillo. dum dicit illud habere locum quando nullum præiudicium tertio,vel alius iudex non conquereretur.

His igitur prę́ſuppoſitis quæ videbantur neceſſaria in materia diſpēſationis pluralitatis beneficiorum: & nolui omittere,quia quotidie contingunt.redeundo ad articulum Abb.quatuor videbimus & breuiter.Primo de Rom Pontif. Secundo de legato.Tertio de epiſcopo. Quarto de aliis inferioribus prælatis.

Quantum ad Rom. Pontif. concludatis quod poteſt diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum. & iſtud volunt tex.in c.dudum. 2.ad fin.ſuprà de elect.in c.de multa.ſuprà eod.in c.literas.c. propoſuit.infrà de conceſ.præb.in c.1.de conſue.lib. 6.in c. ordinari. de offi.ordina.in 6.in c.ſuper eo. in c. non poteſt.& in c.cum ſingula. de præben.in 6.in quibus locis in ſpecie iura dicunt quod in pluralitate beneficiorum diſpenſat Ro.Pontif.

Secundò iſtud ſuadetur, quia in beneficialibus ipſe habet pleniſsimam poteſtatem.c.2. de præbe. in 6.cle.1.in fi.vt lite pen. c.1.22. diſtinct. ad ſaturitatem,vbi plures deciſiones cumulat Fel.in c.quæ in eccleſiarum.col.12.& ſeq.ſuprà de conſtitu.

Tertiò iſtud fortificatur,quia beneficia dicuntur introducta de iure poſitiuo.c.1.13.q.1. Abb. per illum tex.in c.olim. ſuprà de conſu. & videtur in hoc.§.in 2.col.iſtud velle idem Abb.vbi late in diſputa.ſua.Seius & Agerius in 2.& 7.col. Circa ea autem quæ ſunt iuris poſitiui poteſt diſponere Rom.Pontif. etiam illa tollendo & de hoc plene per omnes.in d. cap. quæ in eccleſiarum.ſuprà de conſtitu.

Quartò iſtud voluit Specu.in tit.de lega.§.nūc oſtendendum.verſi.36.latiſsime Ioan. de Selua.in tract.de benefic.in 8.q.primæ partis.

*De diſpēſatione legati à latere.*

Quantum verò ad legatum, aduertatis primo quod tria ſunt genera legatorum. aliqui dicuntur legati de latere:& iſti ſunt Cardinales qui mittuntur legati & vocantur de latere, quia ad latus,& in conſiſtorio Rom.Pontif.dicuntur ſtare, propter quod habent maiorem prærogatiuam quàm alij. Quidam dicuntur legati nati, & ſunt quidam epiſcopi,vel archiepiſcopi qui habent dignitatem legaturæ annexam dignitati epiſcopali vel archiepiſcopali:ita quod ſtatim quod creātur epiſcopi vel archiepiſcopi ſunt legati.Quidam dicuntur legati miſsi ſeu nuntij,& ſunt legati qui mittuntur à Rom.Pontif.qui non ſunt Cardinales,vel conſiſtoriales,iſta probantur per tex. & ibi plene per omnes in c.1.de offi.lega.in 6.in cap.volentes.ſuprà de offi.lega.glo.in c.pen.eod.tit.Abb. & alij in rub.eiuſdem tit. & quantum ad legatos natos,vel legatos miſſos non eſt difficultas, tales enim non habent poteſtatem diſpenſandi ad plura, niſi quantum haberet epiſcopus, quia à iure non videtur eis amplius concedi, circa iſta quòd epiſcopis.



epiſcopis.d.c.1.de offi.lega.in 6.Videndum eſt igitur ſolum de legatis de latere,& quoad iſtos faciatis primam concluſionem, quod in omnibus caſibus in quibus epiſcopus poteſt diſpenſare ad plura beneficia de quibus in ſeq.art.videbimus.in omnibus illis poterit legatus, nam ipſe tantam poteſtatem habet quantam epiſcopus, vel archiepiſcopus.c.ex parte. vbi Doct. ſuprà de tranſact. Spec.in tit.de lega.§.conſequenter.in prin. & facit tex.in c.2.de offi.lega.in 6. vbi habetur quod legatus habet iuriſdictionem ordinariam.

Secunda eſt concluſio quantum ad beneficia duplicia,quæ dicuntur habere curam animarum, dignitatem vel perſonatum.alia expellentur ſimplicia,vt dicit glo.in c.1.de reg.in 6. in talibus duplicibus beneficiis, vt quis ſit pluralis legatus etiā de latere non poteſt diſpenſare niſi in hoc habuerit ſpeciale priuilegium, & ita voluit Specu. in d. §.nunc oſtendendum. verſi.36.& in §. dicendum reſtat. verſi. duplex.in tit.de lega. & ad iſtud facit tex.& quod ibi volunt Doc.in c. officij.ſuprà de elect.qualiter legatus non poteſt diſpenſare vt nō profeſſus eligatur in Abbatem & ſic ſuper obſtaculo inhabilitatis perſonæ non poteſt diſpenſare, facit etiam pro hac cōcluſione tex. in c. dilectus. ſuprà de tempo.ordina.quod niſi à iure permittatur diſpenſatio, non competit legato, aut alteri inferiori,iura autem(de quibus ſuprà dum locuti ſumus de Rom.Pontif.)dum faciunt mentionem de diſpenſatione ad plura, nihil dicunt de legato, tantummodo loquuntur de Ro.Pont.facit etiam quod habetur in c. quod ad tranſlationem. ſuprà de offic.legati. quod illa quæ reſeruantur Roma. Pont.in ſignum ſuperioritatis videntur prohibita legato diſpēſato ad beneficia duplicia, per tex. in c.de multa. ſuprà eod. videbitur reſeruata Ro. Pontif.& de hoc quod legatus non poſsit tenent communiter Doc.vbi Io.And.& alij in c.de multa.ſuprà eodem.

Quantum vero ad epiſcopum plures & variæ fuerunt opiniones inter glo.& Doc. antiq. breuiter tamen reſoluendo articulum magis communis opinio reſidet in hoc quod curia Romana cōſueuit obſeruare,quod Ro.Pontif.ſolus diſpenſare poteſt quantū ad plura curata, plures dignitates vel perſonatus, quantū vero ad beneficia ſimplicia epiſcopi poſſunt de iure,tamen videtur verius, quod etiam quoad curata, dignitates & perſonatus epiſcopus poſsit diſpenſare, dummodo diſpenſet, propter neceſsitatem, vel euidentem vtilitatem eccleſiæ. Et iſtud eſt quod voluit hîc Abb.iſtud idem voluit Abb.antiq.Hoſtien. Ioan. And.Petr.de Ancha.Card.& Ioan.de Imo.in cap. de multa.ſuprà eod.Hoſtien.in c.expoſuiſti.col.fi. infrà eod.& in c.cum noſtris ad fi.infrà de cōceſ. præb.Ancha.Card.& Io.de Imo.in c.clericos. ſuprà de cler.non reſiden.& in cap. literas. infrà de conceſ.præbendæ.Spec.in tit. de lega. aliàs in tit. de diſpen. §. dicendum. aliàs videndus. Præpoſi. vbi alios plures allegat. in c.ſanctorum.70. diſtin. quod ita de iure debeamus dicere probatur primo per text.ſecundum communem intellectum, in d.c.ſanctorum.70. diſt. vbi permittitur epiſcopo diſpenſatio ad plures eccleſias. c.cum autem. de multa.non videtur corrigere iſtud cap.ſanctorum.niſi quando diſpenſatio fieret habito ſolo reſpectu ad prorogatiuam perſonæ:in aliis vero caſibus remaneat ius antiquum incorrectum. l.ſancimus.C.de teſta.l.præcipimus.C.de appella.

Secundò iſtud probat.tex.in c.ſicut.vnire.infrà de exceſ.præla.quod vnio inferiorum beneficiorū ab epiſcopatu ſpectat ad epiſcopum: ita ergo diſpenſatio ad plura, quæ videtur quædam vnio in eadem perſona.

Tertiò quia ſi præſupponamus per c. ſanctorum fuiſſe diſpoſitum epiſcopum poſſe diſpenſare ad plura, non eſt præſumendum quod per l. nouam dicatur ſublata poteſtas epiſcopi, niſi in his in quibus expreſſe diſponitur, aliàs faciliter ſubuerteretur ordo eccleſiaſticus.c.peruenit.11.q.1.

Quartò non eſt præſumendum quod vnico verbo voluerit Rom.Pontif. omnem poteſtatem epiſcoporum quantum ad hoc ſubuertere, vt dicit tex.in c.eccleſia.2.§.denique.ſuprà de elect.

Quintò nam epiſcopus cōtra ea quæ ſtatuuntur in conci.generali ex cauſa iuſta poteſt diſpenſare,vt probat tex.in ca.vacante.ſuprà eod.& in c. expoſuiſti.infrà eod.poteſt ideo communiter(c.de multa.)ex cauſa iuſta diſpenſare.

Sextò quia non dicitur compos mentis nec ſanè intelligere regulas iuris, qui contra canones ſanctorum patrum vult aliquid dicere.cap. nec eſt compos. ſuprà de ætate & qua.c. ſicut.7. q.1.ſacri autem canones permittebant epiſcopo diſpenſationem.d.c.ſanctorum.

Septimò pro hac opinio.facit quia licet ille qui habet generalem poteſtatem non poſsit ſe intromittere de his, quæ reſeruata ſunt particulariter alicui.c.ſtuduiſti.ſuprà de offi.lega.ex cauſa tamen neceſsitatis vel euidentis vtilitatis ſecus erit: tex.eſt no.qui ad hoc ſing.reputatur in l. ſi hominem.ff.manda.de quo Alex.in rub. & in l. 1.ad fi. ff.de offi.eus man.eſt iuriſdict. & in l. ex duobus. §.1.col. fin. ff.de vulga. plura ad iſtud per Iaſ. in l. omnes populi.in prima lectura ad fi.& in 2.lectu. col.3.ff.de iuſti.& iure.ſi ergo per cap. ſanctorum. permittatur generaliter epiſcopo diſpenſatio, dato quod in pluribus curatis vel aliis duplicibus fuerit reſeruatum,per c.de multa.Rom.Pontif. ex cauſa poterit epiſcopos diſpenſare.

Octauò facit quod voluit Abb. quem alij ſequuntur in c. at ſi clerici. §.de adulteris. col. 5. de iud.quod in caſibus in quibus prohibetur diſpenſatio epiſcopo ex cauſa poterit diſpenſare.& mouetur per tex.in d.l.ſi hominem.

Nonò in ſimili voluit Ludo. Rom. in conſil. 325.quoad primum.col.pen.& in conſi.428.in terminis q.col.fi. quod epiſcopus ex cauſa poteſt diſpenſare contra ſtatuta in concilio generali.

Vltimò pro hac opi.faciunt quæ plene adducuntur in cap. ex parte. ſuprà de offi. deleg.quod quando remouetur appellatio vel exceptio, non cenſetur remota illa quæ procedit ex iuſta cauſa, quia tamen Doc.reſtringunt iſtam concluſionem in aliquibus caſibus, pro clariori reſolutione faciatis has concluſiones.

Prima eſt concluſio, quod de ſtilo curiæ Romanæ nullo modo permittitur diſpenſatio cui-

quam

quam epiſcopo circa beneficia duplicia,& ita volunt omnes in locis quos ſuprà allegauimus.

Secunda concluſio quantum ad beneficia regularia epiſcopus diſpenſare non poteſt,ita Henr. Boyc.in c.de multa.in ſecundo quæſito allegat c. cum ſingula.de præben.in 6. & cle. vnicã de ſupplen.negli.prælat.Ioan.And.in ſpecie. in c. quæ à iure.in mercurial.de reg.iur.in 6. & ratio ad iſtud eſt, quia prouiſio beneficiorum regularium non ſpectat ad epiſcopum,vt habetur in c.fin.de regular.in 6.in c.ea noſcitur. infrà de his quæ fiunt à prælat.plenè per Doct.in c.1.21. diſt. niſi in caſum negligentiæ.d.clem.1.de ſuppl.negl.prælat.ille autem ad quem de iure communi non ſpectat prouiſio alicuius beneficij non poteſt diſpenſare ad illum obtinẽdum,vt dicemus in ſeq.concluſione.

Tertia eſt concluſio quod ad obtinẽdum plura beneficia in diuerſis diœceſibus non poteſt vnus epiſcopus diſpenſare:debet autem haberi diſpenſatio vtriuſque epiſcopi & illius in cuius diœceſi eſt beneficium ita glo.in c.literas (quam omnes ibi ſequuntur) infrà de conceſſ. præben. & in c.dudum 2.ad fi.in glo.magna.ſuprà de elect.Hoſtien.in cap.expoſuiſti.col. 1.infrà eod. & tradunt omnes in locis ſuprà in prin.huius articuli adductis quæ addatis ad ea quæ diximus ſuprà in 20. præſuppoſito.

Quarta eſt concluſio quod in eadem eccleſia quantum ad beneficia vniformia epiſcopus non poteſt diſpenſare.c.1.de conſu.in 6.

Quinta eſt concluſio quod in eadem diœceſi dum tamen non in eadem eccleſia, quoad plura beneficia curata, plures dignitates vel perſonatus quoad alia beneficia ſimplicia,vel in eadem eccleſia, quoad beneficia difformia, epiſcopus poteſt diſpenſare per ea quæ plene ſuprà diximus.

Quantum vero ad alios inferiores prælatos, vt abbates, collegia, capitula, concludatis vnico verbo,quod tales non poſſunt, niſi ex priuilegio aut conſuetudine illud competat, concluſio eſt enim in iure inferiores epiſcopos,non habere poteſtatem diſpenſandi, niſi in caſibus à iure expreſsis,Innoc.in cap.2.de cler.qui fur.ord.ſuſt.late Abb. vbi per omnes in c. at ſi clerici. §.de adulteriis.col.5.& ſeq.ſuprà de iudic.

Circa ſextum & vltimum articulum Abb. in quo quæſiuit ſi ille cum quo diſpenſatur ad pluralitatem beneficiorũ ſit tutus in conſciẽtia,quando cauſa legitima non interuenit,tandem conclu dit quod etiam ſi à Rom. Pontif. fuerit diſpenſatum quantum ad eccleſiam triumphantem non erit tutus, licet valeat talis diſpenſatio quoad eccleſiam militantem.& not.primo ex his quæ Beatus Thomas voluit in ſecunda parte ſuæ ſummę, in ſecunda illius ſecundæ.q.97.art.art.4.quod diſpenſatio ( vt voluit ibi Beatus Thomas ) dicitur commẽſuratio boni communis ad ſingula quando bonum commune diſtribuitur inter ſingulos ſecundum commenſurationem qualitatum. Et ad cognoſcendum ex quibus cauſis iſtud liceat, fuerunt tria inuenta : neceſsitas eccleſiæ euidens: vtilitas eccleſiæ : prærogatiua meritorum, ſcilicet literatura vel nobilitas,de duobus primis eſt text. in cap.expoſuiſti. infrà eodem.de vltima in cap. de multa. ſuprà eodem. & de ipſis tribus. in cap. tali. prima quæſt. 7. & ideo Romanus Pontifef non debet commenſurare bona eccleſiæ, quoad ſingulares clericos, dando plus vni quàm alteri, niſi interueniat aliqua de illis cauſis, aliàs diceretur infidelis & imprudens, contra illud Lucæ 12. quis puras eſt &c.

Secundò mouetur quia lex fundata eſt ſuper rationẽ.c.erit.autem lex.4.diſt. diſpenſare contra legem non eſſet niſi habere reſpectum ad ſolam perſonam,quod tamen iure prohibetur,vt voluit tex.& ibi glo.ord.in c.miramur. 61.diſt.

Tertiò ſi diſpenſatio fieret non habita ratione ad cauſam aliquam Rom. Pontif. eſſet acceptor perſonarum, quod iura abhorrent. c. nouit.circa med.ſuprà de iudic.

Quartò,quia bona eccleſiæ dicũtur bona Dei. c.cum ex eo.ad fin.de elect.in 6. nota. in c. cauſa. infrà de verbo.ſignifica.in c.expedit.12.q.1.in c. ita ſaluator.1.q.3.c.conuenior. 23.q.8. non debet ideo diſpenſare ad libitum voluntatis. Et ex his concludit diſpenſationem ſine cauſa non eſſe tutam in conſcientia : in hac opi. ſemper & vbique fuit Abb.idem tenet ipſe in c.cum in cunctis col. 1. in prin.in c.dudum.2.col.antepe.& in c.cum ad monaſterium.ſuprà de elect. idem Abb.in c. quia in tantum.col.3.in c.ad hæc & in c. de multa. col.4. ſuprà eod.in c. non eſt.infrà de voto.& in c. conſtitutus.col.4.infrà de religioſis dom. in c. per venerabilem.col.2.infrà qui fil. ſint leg. & in cap. 2. col.2.infrà de ſciſma.in iſta opin.fuerunt Hoſtien. Ioan.And. Ancha.& Card.Zab.in c.non eſt.infrà de voto.Ancha.Card.& ibi late Ioan.de Imo.col. 4.ſuprà eòd.Inno.in c.cum inter. ſuprà de renuntia.Hoſtien.in cap.dudum.2.col.12.ibi Ioan. And. col.7.Ancha.Card.in §.inſuper.q.6.ſuprà de elect. idem Ancha.in c.in cauſis.in 3.no.ſuprà de re iud. & in c.per venerabilem.infrà qui fi. ſint legi. Propoſi.in c.1.col.fi.44.diſt.

Contrariam tamen opin. voluit Innoc. quem ibi Hoſtien.Ioan.And.& Card.ſequuntur.in cap. ad monaſterium .infrà de ſta.mona.& ibi Henric. Boyc.in tertio quęſito,concludentes,quod imo valeat talis diſpenſatio facta à Roma. Pontif. quia ſecus in inferiore etiam ſine cauſa,quando fit circa ea quæ ſunt iuris poſitiui, vt eſt materia beneficiorum. Et mouetur primo : nam princeps ſuperior ſola voluntate facit legem.§.ſed quod prin cipi.inſtit.de iure nat.gent.& ciuili. Contraria ergo voluntate poterit vel in totum tollere,vel in totum diſpenſare.arg.tex.in l.nihil tam naturale. ff. de reg.iur.

Secundò, licet in dubio princeps viuere velit ſecundum leges, non tamen ſubiicitur, quin liceat ſibi illas tranſgredi.l.digna vox.C.de legib.

Tertiò, nam res de facili reuertitur ad naturam ſuam.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pac.primæua autem natura nõ prohibebat pluralitatem:iſtud ſolum fuit iure poſitiuo diſpenſando reductum ad primæuam naturam, & cum hac opi. vbi alios multos adducit,tranſit Felin.in c. ad audientiam, 2.col.4.ſuprà de reſcrip.& in c.1. col.7.verſi.fallit 4.ſuprà de conſtit.

Vos tamen quicquid in contrarium allegetur

teneatis



teneatis opinionem Abb. pro qua facit quod decidit idem Abb.in c.cum eſſes.5.q.princip.quæ eſt circa fin.ſuprà de teſta.vbi decidit quod diſpenſatio conceſſa à Rom.Pont.alicui clerico vt poſsit teſtari, de bonis eccleſiæ, ſeu de bonis per ipſum acquiſitis ex fructibus eccleſiæ,ſi non interueniat cauſa legitima non valet:quia licet variæ ſint opiniones, cuius dicantur eſſe bona eccleſiæ, illa eſt tutior & communior quod dicantur eſſe Dei. ca. cum ex eo.de elect. in 16.gloſ.in c.quoniam quicquid.16.q.3.in c.quod autem.23. q.7. & in c.expedit.12.q.1. Non licet ergo Rom. Pontif.ſine cauſa diſpenſare,quia manet poteſtas in quãtum durat cauſa.c.manet.24. q.1. alia plura per 2.col. ibi adducit quæ ſeruiunt pro hac opinione.

Pro iſta opi.etiam facit quia non ſolum bona eccleſiæ ſunt in libera adminiſtratione Ro.Pont. ex eo quòd dicuntur Dei, ſed nec etiam bona tẽporalia per ſæculares poſſeſſa dicuntur in libera poteſtate laicorum, vt poſsint diſponere prout voluerunt:nam ſunt data illis à Deo vt diſpenſent tã in vſu & neceſsitate ſua, quàm erga pauperes & proximos, quod ſi ſecus faciãt, væ ſibi, de quo bo.& no.tex.in c.ſicut.47.diſtinct.& dicit ſanctus Thomas in ſumma ſua,in ſecunda parte ſecundę q.32. art.5. in reſpon. ad ſecundum argumentum quod licet bona ſæcularium, & laicorum dicantur eorum quo ad Deũ,& proprietatem quãtum ad vſum dicuntur diſpenſatores,quia Deus poterat alteri (prout ſibi) & non debent diſpenſare ad libitum, ſed ex ratione debent moueri, aliàs non ſunt tuti.Facit etiam quod voluit idem Thomas ibidem q.119.in 3.artic.dum quærit vtrum prodigalitas ſit tantum vitium quantum auaritia, & in reſpon. ad argumenta dicit not. quod prodigus peccat in duobus,quantum ad ſe ſubtrahendo ea ex quibus in futurum poſſet ſuſtentari, quantum ad proximum ſubtrahendo ea ex quibus poſſet ſibi ſubuenire.Tandem dicit(quod aduertant clerici)diſpenſatores bonorum eccleſiæ ne diſtribuãt ſine cauſa:iſta omnia cogunt nos dicere quod licet alicui detur libera facultas diſpenſandi de aliquibus bonis, intelligitur dummodo immineat cauſa, & ſic Rom.Pont.qualiſcunque poteſtas fuerit ſibi à lege cõceſſa ad hoc vt ipſe & ille cum quo diſpenſatur ſit tutus in conſcientia,requiritur cauſa. Ea autem quæ pro contraria parte adducuntur, debent intelligi ex præmiſsis, dummodo moueatur aliqua cauſa iuſta,& ideo dicebat Phi. ſecundo politico.quod conditio l.non debet eſſe facilis ad tollendum.l.ſemel conditam. niſi interueniat cauſa rationabilis, & de hoc habetur per Archid.& Præpo.4.diſt.

Succeſsiue circa 4.Abb.in verſi.quæro.certum eſt quod per adeptionem quæ eſt in antepe. col. habetis quatuor colligere.

Primò quòd lex correctoria & pœnalis etiã ex identitate rationis nõ extenditur ad alium caſum quàm expreſſum. glo.in c. 1. verbo Italis.de tempo.ordina.in 6.glo.in cap.in fidei fauorem.verbo inquiſitionis.de hære.eod.lib.glo.in clem. 1.verbo eligatur. de elect.glo.in §.item iſta. verbo,in iudicium. inſtitu.de actio.& de hoc per Ioan. And.in mercur.in c.odia.col.fin.Card.Zab.in cap.per inquiſitionem.in 4.oppo.ſuprà de elect.& in c. cum dilectus. in 12.q.ſuprà de conſue.imo plus dicatis quod ex maioritate rationis non debet fieri extentio.authen.quas actiones.vbi glo. C. de ſacroſanct. eccle. & de hoc articulo quia plura poſſent adduci,non tamen dependent à materia huius §. latiſsime videatis per Iaſ. in dict. authent. quas actiones.

Secundò colligatis ex dictis Abba. quod licet habens beneficium curatum, aut aliud quod habet dignitatem,vel perſonatum acceptando ſecun dum ſimile,videatur ipſo iure priuatus primo beneficio.c.de multa.ſupra eod.ſi tamen alterum illorum primum vel ſecundum eſſet ſimplex aut ambo ſimplicia, per acceptationem ſecundi non vacat ipſo iure primum,etiam ſi vtrumque requireret reſidentiam continuam,datur facultas acceptandi vt eligat primum,vel ſecundum:& ita etiã idem Abb.tenuit in c.cum in cunctis.§.cum vero, ad fin.ſuprà de elec.in c.quia nonnulli.& in c.fin, ſuprà de cler.non reſid.in c.referente,& in cap. de multa.ſuprà eod.tit.Ioan.And.in add. ad Spec. in tit.de cle.non reſi.idem Ioan. And.Card. Petr.de Ancha.& Ioan.de Imo.in d.c.de multa. ſuprà eo. & in d.c.fin. de cler. non reſi.Ioan. de Imo.in d.c. in cunctis.§.1.Card.& Ioan.de Imo. in cle. gratiæ de reſcrip.& mouentur per text. in c. præterea. & in c.referente.ſuprà eod.vbi tex. dicit quod datur electio obtinenti talia beneficia acceptandi quod maluerit, ſequitur ergo quod non vacant.

Secundò mouentur per text. in c. de multa.1. eod. iunctis his quæ habentur ſuprà eodem, in proœ. vbi dicitur quod in hoc volumine Decretalium nihil ſuperfluum ponitur,ſed text. in c. de multa. diſponit quod acceptando ſecundum beneficium curatum dicitur vacare primum ipſo iure,ne ergo ſit fruſtratoria illa diſpoſito, dicendũ eſt quod antea non vacabat primum beneficium, & de nouo illud fuit ibi introductum.

Tertiò pro iſta opi.facit ponderando c.præterea.& c.referẽte. dum dicunt quod habet poteſtatem retinendi primum ſi velit,poſito etiam,quod illi text.loquerentur ex quadam gratia,prout voluit Hoſtien.in d.c.de multa.ſuprà eod.& in c.fin. ſuprà de cler.non reſid.poſtquam ipſi clerico cõpetit facultas, & text.non dicit quòd fiat collatio de primo vel ſecundo poſt electionem per ipſum fiendam relinquit tãtummodo in libera facultate clerici:ſequitur neceſſariò,quod non vacabat primum, aliàs ſine noua collatione non poſſet illud retinere,iſtud probat not.text. in c. ſi beneficia.de præben.in 6.vbi dicitur quod ſi alicui conferatur beneficium, & talis collatio erat inualida, quia forte reſeruatum, aut aliud erat impedimentum, iſtud tamen ipſe ignorabat, & acceptabit illud beneficiũ dimittendo alia prima beneficia,poſito etiã quod collata alteri eſſent, ſi poſtea certificatus de inualiditate vltimæ prouiſionis velit redire ad prima beneficia,iſtud poterit : & ad hoc datur ſibi gratia & facultas,& propterea ex hoc inferunt ibi Docto. poſt alios quos allegant quod prima beneficia adhuc non vacabant, & ſi talis clericus interim mortuus fuiſſet, etiam quod nõ repetiuiſſet, beneficia talia dicentur vacare per

mortem

mortem: aliàs ſi vacaſſent,qualiſcunque facultas ſibi competeret illa repetendi,non poſſet ſine noua collatione. Ecce ergo quod ſi beneficium vacauerit non habet effectũ facultas retinendi illud.

Quartò pro hac opi.facit text.in c. cum in noſtris.infrà de conceſ.præb.vbi fit mentio quod debeat fieri prouiſio de beneficio mandando prius quàm illud habeat dimittere, & ſic ab initio non vacabat.

Quintò facit,& ex hoc poſſunt reſolui quæ in contrarium adducuntur,nam licet de iure (vt ſuprà plene viſum eſt)prohibeatur pluralitas beneficiorum ſimplicium,ex eo tamẽ quod iura iſtud prohibẽtia non progrediuntur vlterius priuando vel puniendo,ſed ſtant in finibus & terminis prohibitionis, acceptatio contra prohibitionem facta non dicitur ipſo iure nulla, nec priuatur ipſo iure altero beneficio,ſed venit priuandus,& iſtud videtur ſuaderi ex communi concluſione, quæ habetur in l. non dubium. C. de legib. dum quæritur quãdo actus cõtra legẽ factus ſit ipſo iure nullus: & diſtinguitur aut prohibitio ſtat in ſimplicibus terminis & non eſt ipſo iure nullus,ſed venit annullãdus,aut vlterius progreditur annullãdo,vel priuãdo, & tũc ſecus,ita ergo in propoſito dicendũ eſt,quod per acceptationem pluriũ beneficiorũ nõ ſequitur ſtatim priuatio ipſo iure niſi in caſibus in quibus canon poſt prohibitionem inducit priuationem,vt in c.de multa. ſuprà eod. & in aliis caſibus ſuprà adducendis, verum eſt quod Inno.quem Hoſtien ſequitur.in c.de multa. ſuprà eod.fuerunt in cõtraria opin.quos aliqui vt Cald. ſecuti ſunt concludentes ſi beneficia requirant continuam reſidentiam de iure,ſtatuto aut conſuetudine, etiam ſi eſſent ſimplicia, acceptando ſecũdum ipſo iure priuatur primo:cum qua opi. fuit gl.in cle.gratiæ. verbo beneficium de reſcrip. alia glo.in propriis terminis in c.cum in cunctis. §.cum vero ſpectant.ad fi.ſuprà de elect.& pro hac opin.faceret: nam communis eſt omniũ concluſio quod beneficia etiam ſimplicia ſi requirant reſidentiam, ſunt incompatibilia, & nemo poteſt in eis eſſe pluralis, & de hoc latiſsime viſum eſt ſuprà:ſed quando aliqua duo ſunt inuicem incompaſibilia acceptando vnũ videtur repudiare aliud. l.1.C.de fur.c.ſollicitudinem.ſuprà de appel. c. ex ore.infrà de his quæ fi.à ma.par.cap.c.1. de poſtu. in 6.c.vt quis Deus.de elect.in 6.imo ipſo iure priuatur primo acceptando ſecundum incompatibile,vt dicimus in eo qui obtinet beneficiũ: quod ſi contrahat matrimonium per verba de præſenti, quia ipſi actus ſunt incompatibiles,ipſo iure priuatur beneficio,ita glo.ordin.in c. 1. ſuprà de cler. coniuga.& in c.vnico.eod.tit. in 6.ſed ad iſtud reſpõderi poteſt per ea quæ diximus ſuprà in quinto fundamento pro communi opinione. Et ideo poterit fieri concluſio quod per acceptationem ſecundi beneficij non dicitur vacare primum beneficium per text.in d.c.præterea.& in c.referente.

Primò limitatur in beneficiis qualificatis, de quibus in cap. de multa.ſuprà eo.quando vtrumque eſſet curatum vel habens dignitatem,vel perſonatum.

Secũdò limitetis in beneficio epiſcopali quod facta electione, acceptatione, confirmatione, & conſecratione, his quatuor concurrentibus omnia priora beneficia etiam ſimplicia dicuntur vacare ipſo iure.c.cum in cunctis.§.cum verò. ſuprà de elect.& ibi per omnes.

Tertiò limitetis in beneficio Abbatiali.& ita latiſsime.conſil.14.quæritur.per totum.

Quartò limitetis in eadem eccleſia quantum ad beneficia vniformia. c. literas. infrà de conceſ. præb. vbi.text. dicit quod ipſo iure vacabat primum quod erat ſimplex.

Quintò intelligatis niſi poſſeſsionem alterius illorum per vim accepiſſet, quia violentia præberet cauſam priuationis ipſo iure.cap. qui eum. de præben.in 6.

*Pro intellectu Cle. gratia.*

Tertiò ex dictis Abba. habetis colligere intellectum ad cle.gratiæ de reſcrip.quod ſi quis obtinuerit gratiam, & mandatum vt prouideatur de beneficio primò vacaturo,ſi antequam gratia cõſequatur effectũ,talis ſpectans adeptus fuerit aliud beneficium, etiam minimũ expirabit gratia ſua, quia debet gratia intelligi & interpretari ſecundum intentionem concedentis.c.cum cauſam. & c.fin.infrà eod.intentio autem Rom.Pont.dicitur eſſe prouidere de beneficio non habenti aliud beneficium.c.ad aures.c.poſtulaſti. ſuprà de reſcrip. & pro hoc intellectu facit, quia quando res peruenit ad caſum,in quo non potuiſſet habere effectum,caſus ſuperueniẽs annullat.l. ſi à me.ff.de iudic.c.placet.infrà de conuerſ.coniuga. l. ſi mulier. ff.ſolu.matri.l.poſt finitam.ff.de excuſat.tuto. ſed ſi conferretur beneficium per Ro.Pontif.qui non eſſet informatus quòd aliud beneficium obtineret non valeret prouiſio. c. ſi motu proprio. cum ſimilibus,de præben. in 6. Ille ergo caſus ſcilicet, quod habeat beneficiũ, ſi poſtea ſuperueniat,quia à principio impediuiſſet collationem,debet extinguere gratiã.Vos tamen nõ teneatis iſtum intellectũ. nam communiter Doct.in cle.gratiæ.vbi intelligũt illum tex.quando in gratia fiebat mentio de beneficio curato vel habente dignitatem aut aliter qualificato ſecundum c.de multa. ſuprà eo. & antequam gratia habeat effectum,conſequatur aliud ſimile beneficium incompatibile, hoc caſu expirauit gratia:quia ſi per adeptionem pacificam beneficij incompatibilis quis priuetur alio priori beneficio,in quo habet ius in re: multo ergo fortius priuabitur gratia per quam dicitur tantummodo habere ius ad rem.arg. text.in c.ex parte.3. de decimis.infrà.& ideo inferunt ibi quod ſi gratia faceret mentionem de beneficio ſimplici,aſſecutio beneficij etiam curati vel habentis dignitatem non faceret extinguere gratiam, & è contra ſi faceret mentionem de beneficio curato,& conſequeretur beneficium ſimplex non extingueretur gratia: iſtum intellectum ad iſtam cle.gratiæ. poſuit Io.And.poſt Archi.in c.ſi pauper.in glo. 1. de præben. in 6. vbi Petr.de Ancha. Geminia.& Franc. ſequuntur, dicentes quod quando reſcriptum de prouidendo eſſet de iuſtitia, vt quia mandaretur pro clerico paupere non habente beneficium vel patrimonium,aut pro clerico qui fuit ordinatus ſine titulo, cui debet prouideri de iuſtitia.c.epiſcopus.c.cum ſecundum apoſtolum. ſuprà



ſuprà eod.in his caſibus verum,quòd beneficium quantumcunque minimum impediet effectum mandati,ſi verò reſcriptum eſt gratioſum,vt quia mandatur pro alio aſſecutio beneficij non extinguit gratiam,niſi beneficium aſſecutum, & beneficium de quo fit mentio, in gratia ſint de qualitatibus poſitis.in cap.de multa.ſuprà eod.& ita intellexerunt illum tex.in cle.gratiæ Pet.de Ancha. Card.Io.de Imo.& ibi latiſsimè. And. Sicu.in c.in noſtra.ſuprà de reſcript.quòd autem debeat ita intelligi ille text.verba ipſius iſtud ſuadent: nam in principio loquitur,quando in gratia fit mentio de beneficio curato,aut habente dignitatẽ, & poſteà dicit, ſi aliud beneficium conſequatur ponderando dictionem aliud, quæ ſui natura repetit qualitates poſitas in priori oratione,vt eſt glo.ord.in l. ſi fugitiui.verbo,alia.C.de ſer.fugit. latè Iaſo.poſt glo.in l.penul.C.qui admi. Dum ergo dicit aliud beneficium,intelligit ſimile prioribus ſpecificatis, ſcilicet curatum vel habens dignitatem,& tenendo intellectum communem non obſtat, id quod dicitur per Abba.hîc, quia in reſcriptis Apoſtolicis, in quibus mandatur prouideri de beneficio non curamus de his, quæ poſtea contingunt, ſed attendimus qualitates temporis reſcripti conceſsi. c.ſi eo tempore.ſuprà de reſcrip. vbi ad literã text. probatur.in c.eam te.eod.tit.Nec obſtat,quod dicitur,quòd ſi res perueniat ad caſum, in quo non potuit incipere extinguitur,quia contraria habent locum, quando ille caſus ſuperueniẽs tendebat ad alium effectum, quàm diſpoſitio:ſecus, ſi ad eundem effectum tenderet:ita probat tex.in §.ex contrario.inſtitu.de lega.Barto.declarat.in l.pluribus. §.1.ff.de verb.oblig.traditur per Dy.& ibi Io.And. in mercuriali.in c.factum legitime. de regu.iur.in ſexto, ſed gratia de prouidẽdo tendit ad eundem effectum, quem aſſecutio beneficij,& ex his habetis inferre not.ampliationem ad c.de multa. ſuprà eod. vbi per aſſecutionem beneficij incompatibilis priuatur, quis ipſo iure alio ſimili beneficio. Amplietis ſiue habeat ius in ipſo priori beneficio realiter,& illud poſsideat pacificè,ſiue habeat tantummodo ius ad rem. Et ideo in ſimili dicunt Doc.poſt Inno.in c.in noſtra.ſuprà de reſtit.quod ſi quis litigabat ſuper beneficio curato, & demũ aſſequatur aliud curatum, videtur renuntiare liti, quod no.pro alia ampliatione ad dict.c.de multa. Imo generaliter faciatis concluſionem, quòd in omnibus caſibus,in quibus per aſſecutionẽ beneficij,quis priuatur prioribus beneficiis intelligatis, ſiue habeat ius in re, ſiue ad rem, vel aliàs quocunque modo. Notetis tamen incidenter vnum, quod licet aſſecutio beneficij curati,vel ſimilis faciat extinguere gratiam, de alio ſimili beneficio, ſi tamen in gratia fuerit Roma. Pontif. reſeruata prouiſio illius beneficij,ex quo reſeruatio incepit habere effectum dando gratiam, licet poſtea non ſequatur ille effectus, gratia non dicetur amplius beneficium reſeruatum,& ordinarius poterit prouidere, ſi aliunde non concederet reſeruatio per ea,quæ in ſimili dicunt Domi. de Rota deciſione 293.& 339. in antiq. quòd quando beneficium eſt reſeruatum, vel aliàs vacat in curia ſi ſemel fuerit facta prouiſio per Rom.Pontif.dato quòd poſteà non ſortiatur effectum non dicitur amplius reſeruatum, nec vacare in curia de quo etiam aliquid per Inno.& alios in c.inter cætera.ſuprà eod.

Quartò habetis ex dictis Abb. quòd renuntiatio tacita,quæ inducitur in exercendo actum contrarium tantum operatur, quantum expreſſa, de quo tamen videatis Inno.& alios in c.veniens.ſuprà de fil. presbyt.in c.cum pridem. ſuprà de pac. Barto.in l.non ſolum. §. ſi liberationis.ff. de liber. legat.& in l.poſtquam liti. C. de pac.faciunt,quæ plenè tradũtur in l.cum quid.ff.ſi cert.petat.quòd tantum operatur tacitum quantum expreſſum.

*Recipere pecuniam pro collatione eſt ſymonia.*

Circa vltimam quæſtionem Abba.duo habemus elicere. Primò & (iſtud eſt principalis materia huius quæſtionis,) quòd non ſolum inferior, ſed etiam Roma.Pontif. dicitur cõmittere ſymoniam recipiendo pecuniam pro collatione beneficij,quando beneficium eſt tale,quòd habet executionem ordinis,& poteſtatem clauium, vt ſunt beneficia curata, vel habet iuriſdictionẽ ſpiritualem ad excommunicandum,vt ſunt dignitates,in aliis verò ſimplicibus beneficiis in quibus talia non inhærent,non committeretur ſymonia, & ad iſtam ſuam concluſionem mouetur vna ratione,& plura deinde adducit iura.Dicit enim,quòd per collationem ordinum nõ datur executio,aut poteſtas clauium cum talia ſpectent ad curatos, aut ad habentes iuriſdictionem ſimplicibus ſacerdotibus non competunt,ſed per collationem beneficiorum talia videntur concedi in actu. c.ecce ſufficienter. c. cum in cunctis. 16.q.1.& ideo videmus, quòd alij quàm parrochiales curati, aut de eorum licentia non poſſunt talia exercere. cap.vt dominicis. c.vt nullus. infrà de parroch. c.omnis. infrà de pœnit. & remiſsio. c.1.13.q.1.c.1. & per totam illam.q.9.q.2.Sed ſic eſt quod ordo,& executio ordinis dicitur eſſe de iure diuino.c. verbũ. de pœn. diſt.1. & quamuis beneficia ratione temporalium bonorum dicantur de iure poſitiuo, ex eo tamẽ quòd annexa ſunt ſpiritualibus ſicut in vno committitur ſymonia,ita & in alio.c.ſi quis obiecerit.1.q.3.quem tex.etiam originaliter habetis per magiſtrum ſententiarũ.in 4.diſt.25.§. ſi quis obiecerit, & ideo ex hac ratione concludit quemadmodum Rom.Pont.ſymoniam non euitat in his, quæ ſunt ſymoniaca de iure diuino, vt eſt gloſſ. ordina.in c.ex parte.1.in glo.mag.circa fi.ſuprà de offi.delega.ita etiam in his, quæ ſunt annexa ſpiritualibus,& iſtam ſuam concluſionem Abb.dicit probari per glo.not.in cap.licet.in glo.fin.infrà de pœn. & per tex.in c.presbyter.in c.qui ſtudet.in c. Petrus. 1.q.1. & inter alia per text. vbi ad literam, quem ad hoc reputat ſingularem in c. ex multis. 1.q.3.& cum his reſidet hîc Abb.licet per verba latiora, & hanc concluſionem tenuit idem Abbas vbique in c.1.infrà de ſymo. & ibi Felinus qui dicit iſtam magis communem.Idem Abb.in c.cum pridem.ſuprà de pac. & in d.c.ex parte.1. ſuprà de offic.deleg. iſtud idem voluit Beatus Thomas, in ſua ſumma in ſecunda parte, ſecundæ quæſtio. centeſ.artic. primo, in reſponſione ad 7. & idem Thomas in quarta ſenten.diſtinct.25. iſtam opin. latè ſequitur (alios plures adducens)Barba.in dict. cap.ex parte.latiſsimè.& ad ſaturitatem per 12.col.

Præpoſi.in cap.latorem.ſeptima queſtione prima.

Cõtrariam tamen partem tenuerunt Hoſtien. Ioan.And.Cardi.Zabar.& ibi Ioan.de Ana.in c.1. infrà de ſymo. vbi alios plures adducunt, & cum hac opinio.fuit Decius in d.c.ex parte.& mouentur principaliter tribus motiuis.

Primò quia communis eſt concluſio, quòd in his quæ ſunt ſymoniaca, quia prohibita, hoc eſt quæ non ſunt ſymoniaca de iure diuino, ſed tantummodo fuerunt introducta de iure poſitiuo. Roma.Pontific.non ligatur crimine ſymoniæ per glo.in d.c.ex parte.& in dict.c. cum pridem.& ibi Abb.idem Abb. in c.non ſatis.infrà de ſymo.in c. dilecto.ſuprà eod.ſed ſymonia, quæ inducitur ſuper beneficiis eſt inuenta à lege poſitiua, quia beneficia iure poſitiuo inuenta ſunt.c.cum olim.vbi Abba. ſuprà de conſuet.ex quo ſequitur,quòd ſymoniam non committit Papa.

Secundò,quia in curia Romana dicitur ceſſare ſymonia,prout lex Iulia de ambitu ceſſat in principe,glo.in c.ſi.1.q.6.& in c.presbyter.82.diſt.vbiq; allegans legem vnicam. ff.ad leg.Iuliam de ambi. & de hoc latiſsimè Henric.Boic. in cap.1.infrà ne prælat.vic ſu.Bart.vbi alij. in d.l.vnica.& in l.1.C. eod.vbi Salic.plenè in rub.

Tertiò adducunt text. in c.conſtitutus. infrà de religio.domi. vbi pro omiſsione beneficij epiſcopus remittit penſionem annuam.

Breuiter pro reſolutione huius articuli teneatis opinionem Abbatis, quæ eſt tutior & communior,cum qua communiter Theologi in 4.ſenten. diſtin.25.& pro hac concluſione Abba. facit & ex hoc elici poteſt reſponſio ad contraria,& apertior declaratio articuli, quòd imò iure diuino ſymonia, quæ cadit in recipiendo pecuniam pro beneficiis habentibus exercitium ordinis, vel iuriſdictionem ſpiritualem dicatur fuiſſe prohibita.Nam nemo negat,quòd recipere pecuniam,vt dans aliquid ſpirituale exerceat, dicatur ſymoniacum iure diuino,& iſta eſt diffinitio ſymoniæ, de qua in ſumma.1.q.1. ſed quando aliquid per legem antiq. eſt diſpoſitum, ſi ſuperueniat lex noua, aliquem caſum nouiter inducens, qui tamen caſus eſt de materia legis antiquæ, talis lex antiqua ſe extẽdit ad illam legẽ nouam.Iſtud probat tex.& ibi Doc. in l.1.§.lex Falcidia.ff.ad leg.Falcid.Idem Bar.in l. 2.ff.de lega.1. & in l.omnes populi.in 6.q.princ.ff. de iuſtit. & iure. ſi ergo ſymoniacum erat de iure diuino pro conceſsione ſpiritualium recipere pecuniam, quamuis ius poſitiuum introduxerit beneficia, ex eo tamen, quod ſpiritualia ſunt illis annexa, & ſic loquuntur in materia iuris diuini. Lex diuina ſe extendit ad iſtam legem poſitiuam, & debet dici ſymonia,etiam de iure diuino, & ſic non obſtabit primum motiuum, quod ſuprà adducebatur,nec pariter ſecundum,quia illud habet locum in his, quæ ſunt tantummodo ſymoniaca de iure poſitiuo. Ad tertium latiſsimè And.Sicu. in d. c. ex parte, circa 5.col.& ideo erit concluſio cum Abb.quòd ſi beneficia habeant executionem ordinum, vel iuriſdictionẽ recipiendo pecuniam, pro illorum collatione eſt ſymonia etiam in Ro. Pontif. Si verò nullam habeant executionem,aut adminiſtrationem non dicetur ſymonia in Romano Pontifice.

Et pro iſta concluſione eſt in ſimili theorica Bar.ab omnibus approbata.in l.Barbarius Philippus.col.1.ff.de offi.præto.vbi concludit,quòd quando officium temporale habet iuriſdictionem, vel adminiſtrationem, ſi pro illa habenda detur pecunia hincinde committitur delictum. §. cogitatio.in authent.vt iud.ſin.quoquo ſuffra. aliàs verò dando pecuniam pro officio temporali, non eſt illicitum.l.1.§.1.ff.de pollic.

Secundò circa finem voluit Abba.quod ex eodem actu à pluribus facto reſultet delictũ ex parte vnius, non autem ex parte alterius.c.illicitum. 34.q.2. cum aliis deciſionibus per eum allegatis, & pro hac concluſione in ſimili eſt glo.no.in cap. debitores. ſuprà de iureiur. in glo.fi.vbi accipiens ad vſuram quando indiget, non peccat, dans autem deliquit, & in ſimili bonus text. in c.Lucretiam.aliàs in c.propoſito. 32.q.5. vbi Lucretia violata à filio Tarquinij, non commiſit adulterium, ſecus in violatores. Dicimus etiam quod quandoque contractus claudicat,reſpectu vnius erit validus,& non reſpectu alterius, vt ſi maior contrahat cum pupillo,ſine tutore.l.Iulianus.§.ſi quis.ff. de actio. in ſimili videmus in matrimonio contracto per puberem cum impubere,in quo impubes poteſt reſilire non autem pubes.c.de illis. 1.& ibi glo. adducit concordantes. Alia plura ad iſtud propoſitum videatis cumulata per Iaſ.in l.fi.col.3. C.de indict.vidui. toll.& ibi reſpondetur ad illud quod in contrarium adduceretur, quod diſpoſitum in vno correlatiuorum extenditur ad aliud per d.l.fin. quia illud habet verum, vbi eſt eadem ratio.Et per iſta ſumus expediti de omnibus dictis Abb.& per conſequens de tertio, ſuprà in principio propoſito, de quarto autem articulo,quia

iſte §.reperitur ſatis oneratus ſua mate-

ria:illud reſeruo in cap.nulla.1.

de conceſ. præben.& cum

laude Dei impoſi-

tus ſit finis in

iſto §.

SVBTI



# SVBTILISSIMA, AC DOCTISSIMA REPETITIO CAP. NVLLA. DE CONCESSIONE PRAEBENDAE, QVOD QVIDEM cap. extat in antiquis Gregorij IX. Papæ inclyti, Decretalibus.

ANTEQVAM condeſcendamus ad declarationem textualiũ huius notabilis Decretalis, materiam cuius pleniſsimè intẽdo examinare, præſupponenda erunt aliqua,quę ſeruiẽt ad declarationem infrà dicendorum.

Primò præmittatis,(quia in ſupraſcriptione dicitur hãc decretalem fuiſſe conditam in concilio Lateranẽſi) qualiter duo fuerint concilia Lateranenſia, vnũ tempore Alex.tertij, & fuit anno Domini 1169. Aliud fuit tempore Innocẽtij tertij,qui fuit anno 1215. Primum autem tempore Alex. eſt illud de quo ſæpè iura faciunt mentionẽ dum loquuntur de Lateranenſi. Aliud autẽ tẽpore Innocẽtij tertij,appellatur conciliũ generale.Iſta declarat Io.And. in c.nemo deinceps.col.2.de elect.lib. 6.in c.1.col.2. de deci.& in c.cũ Apoſtolica. col.3. de his quæ fiũt à prælat.iſtud notanter volui pręmittere ex eo,quòd in hac Decretali,quę fuit edita in concilio Lateranenſi,tempore Alex.3.prohibebantur prouiſiones beneficiorum,nõ vacantium. Reperimus tamen multa iura in quibus Ro.Pont. dat ad futura prouiſionem, vt in c.mandatum. & duobus ſeq.ſuprà de reſcrip.eo.tit.c.relatum.ſuprà de præſcrip.c.propoſuit.hoc eod. tit. ex quo videbatur,quòd correcta illa iura tamen fuerunt condita poſt concilium Lateranenſe, vide Card.in c. fin.de capellis monacho.

*Miniſteriũ quid.*

Secundò præmittatis,quia hìc in tex.(dum ſpecificantur beneficia eccleſiaſtica) fit mẽtio de miniſteriis, licet ſint plures ſpecies beneficiorum,nõ credatis tamen, quòd miniſterium importet qualitatem ſpecificam beneficij, ſed dicitur terminus generalis comprehẽdens omnia beneficia habentia adminiſtrationem, vt probat tex.in c.cum in cũctis.§.inferiora. & ibi Abb.ſupr.de elect.& ideo dicit Abb.in c.1.col.1.ſuprà de ætate & qual.præfi. differentiã eſſe inter miniſteriũ,& myſterium:miniſterium dicitur beneficium habens adminiſtrationem. Myſterium eſt ſacramẽtum.c.multi.1.q.1. & hanc declarationem glo. hìc & omnes ſequuntur: quo ad hoc facit quod voluit Petr.de Anch & Cardin.in cap.quoniam.ſuprà de offic.delegat. ſi committatur alicui aliquis actus cum miniſterio, intelligitur cum adminiſtratione, & iſtud ſuadet alluſio vocabuli miniſterium, quaſi miniſtratio,ad quam recurrimus ad cognoſcendum ſignificationem vocabuli. l.1.§. quoniam. ff.ſi cert. pet.l.1.& ibi Bart.& alij.ff.de acquiren.poſſeſ.& in l.1.ff.de teſt.

Tertiò præmittatis (quia hìc fit mentio, quòd nullum beneficium conferatur antequam vacet) qualiter appellatione beneficij comprehenditur omne beneficium. De hoc eſt text. bonus in cap. penult.de verb.ſignific. in cap.olim. vbi Anto.de Butr.eod.tit.Dominicus per illum tex.in cap.fi.in princip.de conceſſ.præb.lib.6. vbi officia & perſonatus, & dignitates, & præbendæ,& præſtimonia veniunt appellatione beneficij, & ideo dicit gloſſ. notab. in cle. ſecunda. in glo.1. ad fin.de decimis, quòd altaria, quæ ſolent dari in titul. veniant appellatione beneficij, & propterea Abba.& ibi Feli.in c.poſtulaſti.ſuprà de reſer.& in c.in noſtra. in princip.eod.tit.dicebat, quòd eius appellatione venit præbenda, verum eſt tamen quod in diſpoſitione odioſa, beneficij appellatione non venit eccleſia parrochialis. c. cum in illis.in princip. de præben.lib.6. & de hoc articulo per plures remiſſiones videatis D. Philip.Deci.in rub.col.fi.ſuprà de reſcrip.latiſsimè D.Ioan. de Selua. in tracta. de beneficio.in quæſt.primæ partis.

*Beneficia in multiplici differentia.*

Quartò præmittatis ex mente Hoſtien.Petr.de Anch.Card.& aliorum in c.ſuper inordinata. ſuprà de præbend. quòd multæ ſunt ſpecies beneficiorum,quædam ſunt regularia,& quędam ſæcularia. Regularia communiter ſunt quinque: tria, quæ appellantur duplicia & incompatibilia, ſcilicet Abbatia,officium, prioratus conuentualis,& prioratus clauſtralis,alia duo ſunt ſimplicia,prioratus ſimplex & monachatus, & de his omnibus in c.cum ad monaſterium.infrà de ſtatu monach. Secularia verò ſunt multiplicia:alia duplicia, & ſunt iſta Papatus, & quòd ſit beneficium eſt text. in c.1.infrà de maled. Patriarchatus, Archiepiſcopatus,& Epiſcopatus: & de his tribus in c.in nouo. 21. diſt.Cardinalatus prout probare videtur tex.in c.2.ſuprà de cler.non reſid. Abbatia ſæcularis,in c.primo.in c.ex trãſmiſſa. ſuprà de renũtiat. dignitas,perſonatus,officiũ, cura parrochialis, & de iſtis quatuor in c.de multa.ſuprà de præben.& ſic ſunt decẽ duplicia. Alia ſunt ſimplicia,vt ſunt altaria,de quibus in gloſ.cle.1.de deciſ. præſtimoniæ.de quibus.in cap.fi.de conceſſ.præb. lib.6.vel capellaniæ ſimplices, de quibus in cap.1.& cap.2. de capell.monacho. Quartum eſt, quòd diuerſis nominibus appellatur ſecundum conſuetudinem eccleſiarum,vt ſunt iſti presbyteri habituati in aliqua eccleſia percipientes pro ſeruitio certos annuos redditus, qui aliquando vocantur chorearij, quia quotidie in choro deſeruiunt,aliquando vocantur aſsiſtæ, quia aſsiſtunt in ſeruitiis diuinis.l. penult. ſuprà de cler.non reſid. Notetis tamen vnum, quòd beneficium non dicitur propriè niſi ſit perpetuum.c. ſanctorum.70.diſtin. c.vni.& ibi gl.de cappel.monacho.lib.6. Quomodo autẽ cognoſcatur dignitas,perſonatus, vel officiũ ex eo,

quòd videntur quodammodo ſynonyma,dicatis ſecundum Archidiaconum, vbi Domini. Petrus de Ancha.Dec.Philipp.Franc.in cap.1.de conſuet. libro ſexto.Abba.(poſt alios)in cap.de multa.col. penult.ſuprà de præbend. Primò debemus recurrere ad conſuetudinem, qualiter conſueuerunt nominari:conſuetudo enim multum operatur circa qualitates beneficiorum. cap. cum de beneficio. de præbend. lib.6. cenſetur enim conſuetudine.Beneficium dicitur habere dignitatem,quando habet iuriſdictionem. Perſonatus autem dicitur, quando habet prærogatiuam in choro, ſine aliqua adminiſtratione,officium verò quando habet adminiſtrationem ſecundum iuriſdictionem, & in dictis locis plenius videre poteritis.

*Vacare multis modis accipitur.*

Quintò præmittatis, ex eo quod principaliter hîc tractatus de beneficiis vacantibus, vel non vacantibus, quòd terminus vacans, inter alias ſuas ſignificationes reperitur habere principaliter quatuor. *Primò vacare nihil aliud eſt*, quàm operam dare. cap.penult. 33.quæſt.4. cle.dudum, de ſepult.cap.fundamenta.de elect.lib.6. Secundò modo vacatio dicitur immunitas, ſeu excuſatio, vt cum aliquis excuſatur à muneribus dicitur vacationem habere, vt probat ea rub.& tex.in l.1.ff. de vaca. & excuſ. munerum. l.vnica. C. de vaca. mune. patrimo. lib. 11. Tertio modo vacare nihil aliud eſt,quàm quieſcere,& deſiſtere.l.Diuus.ff.de feriis,& *ideo ſolemus dicere*, quòd dãtur vacationes,prout in his quatuor diebus proximis.Quarto modo (& ſic in propoſito noſtro) vacans dicitur illud quod nõ habet adminiſtrationem.Nam eccleſia carens prælato dicitur vacare, vt probatur in rubrica,infrà ne ſede vacã.& ideò dicimus, quòd mortuo aliquo antequam per hæredẽ adeatur hæreditas,bona dicuntur vacantia. l.1.l.vacantia.C.de bon.vacan.lib.10. Noteris tamen, quòd licet quandoq; in iure reperiamus eccleſiam eſſe viduatam,quãdo caret prælato,propriè loquendo illud habet locum in Epiſcopo, vel Abbate. c.ne pro defectu, ſuprà de elect.in aliis verò inferioribus non dicitur viduata, ſed vacare, quia iſti ſoli (ſcilicet epiſcopus & Abbas)dicũtur ſponſi eccleſiæ: alij verò inferiores non, de quo per Abba. poſt Ioan.Andr.in cap.clerici.col.4.ſuprà de vit.& honeſta cleric.

*Vacatio multis fit modis.*

Sextò pręmittatis(& iſtud videtur multum neceſſarium pro intellectu eorum,quæ traduntur in hoc c.)qualiter beneficia dicuntur multis modis vacare,quos hîc decreui cumulare, & ideo eſt aduertendum, quòd beneficium quandoque vacat de iure & de facto, vt quãdo vacat altero de duobus modis,de quibus infrà dicitur vacare de iure, ſi nullus teneat illud beneficium: dicitur etiam vacare de facto, quandoque vacat de iure, & non facto,vt quando aliquo modo de quibus infrà,ſed ſi in eo aliquis habeat coloratam poſſeſsionem, non dicitur tunc vacare de facto, & de iſtis duobus modis habetur in c.cum noſtras. in cap. literas,infrà hoc titul. Quandoque vacat de facto, & non de iure, vt quando aliquis haberet verum titulum in beneficio, quod non poſsidet, quia fuit ſpoliatus, vel perdidit poſſeſsionem, & de his ſuprà in toto titul.de his, quæ vi met. cauſa fiunt. quandoque non vacat neque de iure, neque de facto, & de hoc in iſto cap.noſtro. Et in quibus caſibus poſsit fieri collatio, vel prouiſio videbimus infrà in notabilibus. Noteris etiam, vnum aliud, quòd quando fit mentio de vacatione in ſupplicatione,comprehenditur omnis modus vacandi,glo.eſt notabilis.in cap.ſi propter.verbo vacabunt,de reſcript.libro ſexto.not.gloſſ. in cap.cupientes. in princip. verb. vacationibus.de electio. eodem libro, & ideo dicunt Doctor. in cap. ſuſceptum. de reſcript.libro ſexto, quòd *vtilius eſt*, quando fit impetratio ſimpliciter mentionem facere de vacatione, quomodo exprimere vnum modum vacandi, quando vacaret alio modo quàm expreſſò, non valeret impetratio, niſi adiiciatur clauſula, & alio quocunque modo vacet. Et ex hoc reprobatur quædam deciſio Baldi in cap.cum acceſsiſſent.ſupr. de conſtit.dicens,quod impetrans beneficium, debet exprimere modum vacationis,quam And.*Sicul.in* d.c.reprobat.& eſt de mente omnium in d.c.ſuſceptum.

Vlterius aduertatis, quod non ſemper morte, vel depoſitione beneficiati dicitur beneficium vacare:reperiuntur in iure tres caſus in quibus mortuo beneficiato,& alio quocunque modo priuato beneficium non vacat.

Primus eſt, quando beneficium fuit ſuppreſſum ex eo, quòd in præiudicium beneficiati nihil poteſt *fieri*, eo mortuo, vel *priuato, amplius non* dicitur vacare beneficium. Ita quòd non debebitur expectanti. cap.cum acceſsiſſent (vbi per omnes)ſuprà de conſtit.

Secundus eſt caſus,quando non eſt certus numerus beneficiatorum, vt in pluribus eccleſiis videmus in quibus canonici ad libitum creant beneficiatos, alter mortuo non vacat eius beneficium, & in hoc cauſa ſolemus dicere, quòd inſtituto illo beneficiato creatur beneficium, de nouo illo priuato, vel mortuo extinguitur beneficium.c.dilecto.ſuprà de præb.c.quia diuerſitatem. infrà hoc tit.ibi per Doct.

Tertius eſt caſus, quando beneficium eſt annexum ad menſam, licet in eo ponatur clericus ad deſeruiendum, eo mortuo non vacat beneficium.gl.eſt notabilis, in cle.1.verb. ad menſam.de ſupple.neg.præla.in cle. ſequens. §.quidam etiam. ver.ad menſum.de exceſſ.prælat. de quo per Imo. & ibi alij poſt eum in l. vt ſuper. infrà de reb. eccleſiæ, non alie.& quomodo cognoſcatur beneficium annexum ad menſam diximus in c. extirpandæ.§.qui verò in textuali.

Redeundo ad propoſitum quibus modis beneficia, vacent, dicatis primo, quod duobus modis *dicuntur* vacare. *Primò modo fictè* & interpretatiue,& iſtud contingit in tribus caſibus.

Primus eſt, quando beneficiatus detinetur ab hæreticis, ſciſmaticis, vel infidelibus. textus eſt in cap.ſi epiſcopus. de ſupple. negl. prælato. libro ſexto, & in hoc caſu Cardinales (ſi Romanus Pontifex eſſet captus)vel capitulum (ſi epiſcopus eſſet captus)ſuccederẽt in adminiſtratione,quemadmodum per mortem epiſcoporum,non autem ad prouidendum de nouo prælato quandiu viueret,vt traditur in d.c.ſi epiſcopus.





Secundus eſt caſus, quando epiſcopus eſt excommunicatus,& de hoc in c.1.& 2.ſuprà de præſcript.quo caſu (prout in ſuperiori) quo ad adminiſtrationem, & non prouiſionem ſuccedat capitulum niſi per annum in excommunicatione perſeueraret,de quo ſtatim dicemus.

Tertius eſt caſus,quando prælatus eſt *infirmus* infirmitate perpetua, vt podagroſus, leproſus aut alia ſimili, quia eſt inutilis quo ad officium ſuæ eccleſiæ. Dicendum ac ſi eccleſia vacaret. c.inter corporalia.verſ.denique.ſuprà de tranſlat.præla.& hoc caſu debet dari ſibi coadiutor, vt habetur in toto titul.ſuprà de cler. ægro.in iſtis autem tribus caſibus dicitur vacatio ficta ex eo, quòd dicuntur quodammodo mortui ciuiliter, cum actus neceſſarios exercere non poſſunt:mors autem ciuilis æquiparatur naturali, de quo per omnes in c.ſuſceptum.de reſcript.lib.6.& l.Gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth. non tamen iſta vacatio eſt talis, vt poſsit prouideri de nouo rectore, niſi adſint alij caſus de quibus dicemus ſtatim, & ideo appellatur ficta.

Alio & ſecundo modo dicuntur beneficia vacare, & iſtud contingit in pluribus caſibus. Primus erit (& iſte ſeruiet ad declarationẽ omnium ſequentium,)quòd ſi beneficium ſemel vacauit,& de eo fuit facta prouiſio, quam tamen nõ habuit, vel non eſt ſortita effectum,dicitur vacare:eo modo quo prius vacabat. iſtud eſt de mente. gloſſ.in c.ſi electio.in glo.antepe.de elect.lib.6.& ibi traditur per omnes. ex quo Ioan. Andr. notanter in addit.ad Speculato.in titu.de actio.ſeu petit.§.ſuper petiti onibus.circa fin. in addit. quod incipit. ſed quæro voluit,quòd ſi ſemel beneficium vacauit in curia,vel fuit reſeruatum à Rom.Pontif. & de eo fiat collatio, ſi tamen nõ ſortiatur effectum, dicitur adhuc vacare in curia,vel eſſe reſeruatum. Si verò fuit collatio ſemel acceptata, dato quòd poſtea iſte acceptans non adeptus fuerit poſſeſſionem,ſi demum renuntiauerit,aut moriatur ex quo per acceptationem *dicitur ius quæſitum in* cap.fin.circa fi.de conceſsio.præbẽ.lib.6.non dicitur amplius vacare eo modo, quo prius vacabat, ſed per mortem,vel renuntiationem iſtius.Et ideo notabiles Domi. de Rota, in deciſione 283. nota. quòd vbi Papa, & in deciſione 882. nota. quòd vbi gratia.dicunt, quòd ſi ſemel fuerit collatum beneficium, & acceptatum,dato quòd bullæ non fuerint leuatæ, aut ſi fuerint leuatæ mortuus eſt, in minori ante adeptam poſſeſsionem, dicitur vacare per mortem, & non eo modo quo prius, & ſi prius erit reſeruatum,non diceretur amplius reſeruatũ.Iſtud notabitis,quia multotiens contingit.

Secundus eſt caſus, per mortem beneficiati, quia mors omnia ſoluit. §. deinceps.in authen.de nupt.& de hoc caſu in cap. ſuſceptum.de reſcript. in ſexto,in cap.ſi epiſcopus. de ſuppl.negl.prælat. eo.lib.glo.in cap.cupientes.in prin.verbo vacationibus de elect.eodem libro, & taliter per mortem vacat, quod ſi clericus reſurgeret miraculoſè,non repeteret beneficium ſuum, ita Abb.in cap.fraternitatis. infrà de frig.& malefic.intelligatis tamen dummodo illud tale beneficium non ſit ſuppreſſum, & quòd ſit numerarium, & non ſit vnitum ad menſam, per ea quæ diximus in primo huius præeuidentialis.

Tertius caſus per renuntiationem, ſeu reſignationem.c.1.de renuntia. c.quòd ſuper eodem tit.c. admonet.eod.tit.& ibi declaratur in manibus cuius debet fieri renuntiatio.

Quartus caſus eſt, in epiſcopo habente etiam ſimplicia beneficia facta conſecratione, ipſo iure vacant omnia priora, ante tamen conſecrationem non. cap.cum in cunctis. §.cum verò. ſuprà de elect.& idem in Abb. poſt benedictionem. de hoc caſu vltimo plenè Oldrad. in conſilio 14. quæritur.

Quintus caſus eſt in archidiacono, decano, & aliis ſimilibus dignitatibus,ſi poſt collationem,& acceptationem non promoueantur ad ſacros.d.c. cum in cunctis.§.inferiora.ſuprà de elect.

Sextus caſus in epiſcopo, qui transfertur de vno epiſcopatu, ad alium, facta tranſlatione primus epiſcopatus vacat. cap. 2. ſuprà de tranſlat. prælat.de quo Ioan.in c.generali.de elect.lib.6.

Septimus caſus eſt in illo,qui indurauit ſuſpenſionem per *triennium*, & de *hoc traditur in* cap. cum bonæ.ſuprà de ætate & qualit.

Octauus caſus eſt in clerico, qui per annũ ſtetit in excommunicatione lapſo, anno ipſo iure priuetur beneficiis. c.rurſus.l. quicunque. c.ſi quis presbyter.11.q.3.& de hoc in d.c.cum bonæ.

Nonus caſus in eo,qui ſymoniacè obtinuit beneficium, vt illo priuetur ipſo iure.Inno.& *alij* in c.ex literis.ſuprà de tranſactionib.

Decimus caſus in clerico, qui contraxit matrimonium per verba de præſenti, etiam ſi non fuerit ſequuta carnalis copula gl. & ibi omnes.in c.1. ſuprà de cler.coniug.

Vndecimus caſus in eo,qui habuit beneficium pro derelicto,& intelligendum iſtud,quando non reſidebat in beneficio, & fuit monitus,vt redeundo intra certum tempus,lapſo tempore vacat beneficium. c.ex parte. & ibi traditur ſuprà de cler. non reſid.

Duodecimus caſus, quando clericus efficitur miles ſecularis,& exercet actus militares.glo.eſt in c.qualiter.& in c.fi.& vbique Abba. poſt alios ſuprà de cler. non reſid.Idem Abba.in cap.fin.ſuprà de cler.coniug.

Decimus tertius caſus eſt in clerico, qui exercet officium hiſtrionis,aut buffonis,aut aliud officium vile.glo.in c.qualiter.& in d.c.fin. ſuprà de cler.non reſid.traditur in cap.1.de vita & honeſta. cler.lib.6.

Decimus quartus caſus eſt in illo, qui obtinet vnum beneficium curatum, dignitatẽ aut perſonatum,ſi aliud conſimile acceptet,vacat primum. c.de multa.vbi materia,ſuprà de præben.

Decimus quintus caſus eſt,quãdo diſpenſatum fuit cũ aliquo,vt obtineret beneficia quandiu placuerit Rom.Pont. mortuo vacabunt talia beneficia.c.ſi gratioſè.de reſcript.lib.6.

Decimus ſextus, quando ſuſpenſus ab officio vel beneficio ſe ingerit adminiſtrationi, etiam intra annum vacat tale beneficium.c.1.de elect.lib.6. c.cupientes.c.interdum.eod.tit.

Decimus ſeptimus caſus eſt, quando electus

an•e confirmationem ſe ingerit adminiſtrationi. c.auaritiæ.de elect.lib.6.

Decimusoctauus caſus, quando alicui confertur beneficium curatum ſi intra annum non promoueatur ad ſacerdotiũ.c.licet canon.eo.tit.lib.6.

Decimusnonus caſus eſt, ſi aliquis fuerit electus in epiſcopum vel Abbatem, & facta præſentatione non acceptauerit infrà menſem, vel poſt acceptationem nõ proſequutus fuerit confirmationẽ intra tres menſes, vacat omne ius quòd habet ex elect.c.quàm ſit.eod.tit.lib.6.

Viceſimus, quando ab inferiore quàm à Rom. Pont. datur beneficium in commẽdam, lapſis ſex menſibus vacat commẽda.c.nemo.de elect.lib.6.

Viceſimus primus caſus, ſi aliqui clerici in ciuitate Romana, ſine licentia Rom.Pontif.fuerint conſentientes in electione, vel collocatione officiorum vltra annum.c.fundata.de elect.lib.6.

Viceſimus ſecundus, quando habens beneficiũ fuit monitus ab epiſcopis, vt oſtendat titulum ſuum, & maximè quando obtinet plura beneficia incompatibilia, ſi recuſet priuatur illis.c.ordinarij. de offi.ordin.lib.6.

Viceſimus tertius, quando quis etiã ex diſpenſatione obtinet plura incompatibilia, & poſtea acceptat vnum aliud incompatibile, & adipiſcitur poſſeſsionem, priuatur primo, & nullum ius conſequitur in vlti.d.c.ordinarij.in fin.& ille caſus eſt diuerſus.c.de multa. ſuprà de præben.nam in d.c. de multa. priuatur, tantummodo primo in c. ordinarij nullum ius conſequitur in ſecundo, & de hoc etiam in cle.ſi plures de præben.

Viceſimus quartus caſus eſt in illo, qui per vim apprehendit poſſeſsionem beneficij.c.eum qui.de præben.lib.6.

Viceſimus quintus in hæretico (& iſtud aduertant Lutherani noſtri temporis) de quo in c. quicunque de hæreti.lib.6.

Viceſimus ſextus in fautoribus, vel receptatoribus hæreticorum.c.vt commiſsi.de hære.lib.6.

Viceſimus ſeptimus, & proh dolor! contigit his temporibus iſte caſus in Hiſpaniis, qui incurſiones nouas in ciuitate Romana fecerunt, quòd ſi quis occiderit Cardinalẽ, aut familiares Roma. Pontif. atrocéſve iniurias intulerit, non ſolũ ipſe, ſed & filij, & deſcendentes vſque in tertiam generationem, priuantur omnibus beneficiis, quæ obtinent.c.felicis recordationis.de pœnis.lib.6.

Viceſimus octauus, in ingrediente religionem (poſt tamen profeſsionẽ expreſſam, vel tacitam.) c. beneficium.de regul.lib.6.

Viceſimus nonus, quando aliquod beneficium fuit de nouo creatum, dato quòd adhuc nullus illud obtinuerit, dicitur tamen vacare, & de hoc in cle.ſi.de reſcript.

Triceſimus in eo, qui habet præbendam in aliqua eccleſia, & virtute expectatiui conſequitur dignitatem habentem præbendã annexam, vacat prima præbenda cle. ſi iuſta.de præben. & iſte caſus non comprehendebatur in c. de multa. ſuprà de præbend. quia præbenda non eſt beneficium incompatibile.

Triceſimus primus in eo, qui impedit ſequeſtrationem beneficij ſuper quo litigabatur.priuatur enim omni iure, quod habet in dict.beneficio. cle.vnica.de ſequeſt.poſſ.& fact.

Triceſimus ſecundus caſus eſt in Abbatiſſa, quæ poſt electionem, & acceptationem intra menſem non procurauit benedictionem.cle.attendentes.de ſtatu monach.

Triceſimus tertius, quando per vim, metum, vel dolum quis fuit coactus renuntiare beneficio ſuo, & demum conferatur alteri procuranti tale facinus, beneficium non dicetur vacare per reſignationem, ſed aliàs per mortem, & ille cui facta fuit collatio, priuatur omni iure cle.multorum. de pœnis.

Triceſimus quartus, quando quis non attingens 27. annum, poſtulatione de ipſo facta conſentit, vacat beneficium, & omni iure priuatur, & redditur ineligibilis vſque ad 35. annum. cap. extraneum 8.in tit.de poſtul.prælat.

Triceſimus quintus in religioſo, qui acceptat electionem alterius ordinis de ipſo facto, non habito cõſenſu ſui prælati, vacat adhuc beneficium, & priuatur omni iure extra ſi religioſus Benedicti Chriſti in tit.de elect.

Triceſimus ſextus, ſi obtinens beneficium incompatibile collato ſibi aliàs incompatibili ſi renuntiet primo in manibus illius ad quem ſpectat collatio illius primi, & contendat ſe poſsidere vltimum, priuatur, & primo & vltimo, & quodlibet vacat extrauag. execrabilis Ioannis 22. in tit. de præbend.

Triceſimus ſeptimus in illis, qui contradicebant diuiſioni Epiſcopatus Tholoſani, qui fuit electus in Archiepiſcopatum, omnia beneficia perdiderunt.extrauag. nuper.Ioannis 22.in titulo de præbend.

Triceſimus octauus, & (in iſto bene aduertant beneficiati) quando clericus dat ad locationem, vel arrendamentum fructus ſui beneficij vltra triennium.extrauag.ambitioſa Pau.2.in tit.de reb.eccl. non alienand.

Triceſimus nonus in clericis, qui artem archimiæ volunt exercere.extraua. ſpondent.Eug.4.in tit.de crimine fal.

Quadrageſimus, quando quis conſtitutus in infirmitate, vel ex ſimplici reſignatione, vel ex permutatione renuntiauerit beneficio ſuo, & de illo fuit facta prouiſio alteri, & renuntians intra 20. dies moriatur, vacat beneficium, per mortem illius renuntiantis. De hoc eſt regula cancellariæ Apoſt.18.in ord.Item voluit, quòd ſi quis in infirmitate conſtitutus.

Quadrageſimus primus, quando confertur beneficium, vel datur ſpectatiua alicui non intelligenti idioma loci, in quo eſt beneficium, vacat beneficium, & nullum ius talis conſequitur.reg. eſt cancella.19.Item voluit quòd ſi contingat.

Quadrageſimus ſecundus, ſi reſignatio fuit facta in curia Romana, & non ſit notificata intra ſex menſes, vel ſi in manibus ordinarij, non fuit notificata intra menſem, aut ſi fuerit facta prouiſio à Romano Pontifice, & non adepta poſſeſsio intra ſex menſes, vel facta collatio ab ordinario, & non adepta poſſeſsio intra menſem, beneficium dicitur vacare: de hoc eſt regula cancellariæ



cellariæ Apoſtolicę 34.in ord.Item Dominus noſter, & iſtud eſt aduertendum, quia plures beneficiati habentes nepotes in ſtudiis, vel alibi reponunt bullas in arca, nolentes illis notificare.

Circa hanc materiam quando beneficia vacãt ipſo iure, notetis vnum quod clericus quamuis commiſerit delictum etiam de atrocioribus, vt homicidium vel alio quocunq; modo efficiatur irregularis, non perdit tamen beneficia ſua antequam per ſententiam priuetur.ita Abb.in c. cum noſtris col.penul.infrà eod.idem Abb.in c.ſi.infrà de exceſ.præla.& probat tex.in c.fraternitati.ſuprà de cleri. excomm. inferens quod excommunicatus celebrans licet incurrat irregularitatem, non priuatur beneficiis ſuis, ſed venit priuandus.

His expeditis veniamus ad textualia, & hoc in ſumma habeat iſte text. Beneficia non vacantia conferri non poſſunt nec in eis ius aliquod promitti ſi vacauerint intra ſex menſes conferantur, aliàs de epiſcopo ad capitulum, & extra ab epiſcopo ad archiepiſcopum deuoluatur poteſtas cõferendi.Suprà d.diuiditur in duas partes principales prout ponit duo dicta: ſecunda ibi cũ verò.Prima habet tres partes: primò ponit vnã concluſionem. Secundò ibi, ne deſiderare, aſsignat rationem. Tertiò ibi cũ enim in epiſcopis fortificat à ſimili deciſione, legali. Secunda principalis duas habet partes: primo ponit vnam concluſionem intra quantum tempus debeant beneficia conferri. ſecundo ibi, ſi autem epiſcopus prouidet circa negligentiam collatorum.

In tex.ibi in principio nulla: ponderetis quia loquitur vniuerſaliter & negatiuè denotans quod ſi in contrarium fiat, ſit ipſo iure nullum, vt in ſimili.glo.in c.1.in verb.non poteſt.de reg.iur. lib.6. de quo Iaſ.in l.1.in principio.in col. 1.ff. de verbo. obligationib.

In text. ibi tribuantur.notetis primo quòd beneficia non vacantia non poſſunt conferri.Cogita ſi poſsit dici.ideo non poſſe promitti beneficiũ vacaturum, quia promitti debet id quod eſt in poteſtate noſtra dare, quia promiſſa reſtituẽda ſunt. l.vna. C.de ſuffrag. & non poſſum ideo non debeo promittere & per promiſsionem perueniremus ad collationem l.ratio. ff.de ſponſal. nec poteſt quis donare quod non eſt ſuum, antequam ſit.l.2.in fin. ff. de his quibus vt indig. & tractare quodammodo videtur de alicuius morte. Impugnatur ratio text. quia bonus vir non deſiderat mortem proximi: ergo reſponde hoc eſſe introductum, & ideo ceſſante cauſa impulſiua nõ ceſſat lex gl.in l.2.in ſi.ff.de dona.idẽ tamen in ſpecie tex.vbi per omnes in c.1.ſuprà hoc titu.& ibi decidũt vnum aliud quod non ſolũ annullatur collatio quinimo ille talis qui viuentis obtinuerat beneficiũ, redditur inhabilis vt poſtea eo mortuo nõ poſsit ſibi conferri, quoniã dicimus quòd ſi quis viuente vxore ſuapſponſi ſit aliam accipere: & ſi cũ coit redditur incapax, vt mortua etiam vxore non poſsit eam ducere.c.ex tuarum.cap.fin.de eo qui duxit in matr.quam polluit per adult.de quo etiam per archidi.& alios.in c.in primis.2.q.1.

Amplietis primo iſtam concluſionem in acceptationem beneficij, quòd expectans non poteſt acceptare ante vacationem veram.c.ne captandę. de conceſſ.præb.lib.6.ita Do. de Rota in deciſione. 431.ſi impetranti in nouis, & traditur in cle. cum eo quem.de conceſſ.præb.

Amplietur ſecundo etiam ſi beneficium vacãret de iure, ſi tamen non vacat de facto non poteſt de illo fieri collatio, niſi expreſſe fiat mentio qualiter de facto non vacat. c. cum noſtris. & ibi per omnes Doct. infrà eo. & hoc quoad Papam vel legatum.

Amplietur tertio non ſolum in inferioribus ordinariis ſed etiam in legato de latere, talis enim non poteſt dare ius in beneficio non vacante, imo nec poteſt concedere expectatiuas. c.dilecto filio. & ibi Abb.in tertio notabili.ſuprà de præben.cap. cum dilectus, & ibi Abb. ſecundo notabili. ſuprà de iur.patrona.D.Philip.Dec.in c.ex parte.1.col.1. ſuprà de offi.deleg.

Quartò amplietis etiam ſi beneficiũ vacabat, ſed in illo erat lis inter aliquos incertum tamen eſt vtrum habeant ius vel non, pendente lite non poteſt tale beneficium conferri. c.2. vt lite pend. lib.6.cle.1.eod.tit.

Quintò amplietis in beneficio vacante ſub conditione, vt quando permutantes renuntiauerunt beneficiis in manibus collatorum, licet tunc dicantur vacare vt dicunt Dom.de Rota in deciſione 399.nota quod beneficia.in antiq.ex quo tamen vacant ſub condirione, quia vtrumque renuntians remittit ſub hac conditione, dummodo conferatur aliud, quia pure non vacat, non poteſt alteri fieri collatio.cap.8. de rer.permut.lib.6. cle. 1.eodem tit.

Sexto amplietis, vt nõ ſolum prohibeatur collatio, quinimo & promiſsio de conferendo prohibetur antequam vacet, de hac tamen ampliatione plenius videbimus in ſequent.not.

Iſta concluſio ſic ampliata comprobatur per text.in l.quædam.§.fin.ff.de donat.in l.2.§.fi.ff. de his quib.vt indig. vbi habetur quod ſi quis donauerit hæreditatem viuentis, non ſolum annullatur donatio, quinimo redditur incapax, quod ſi eo mortuo ſibi ſuccedat ab eo confertur hæreditas & applicatur fiſco, facit etiam quod voluit tex. in c.maioribus. in c.dilecto. ſuprà de præb. quod in vna præbenda non poſſunt ordinari duo clerici, quia aut fient duo beneficia de vno, quod eſt reprobatum per cõcilium Turonẽſe, aut ad beneficium vnius alter conſtituetur quod eſt reprobatũ per conciliũ Lateranẽſe. At ſi aliquis diceret quod res aliena bene poteſt vendi. l. rem alienam. cum ſimilibus.ff.de contrah.empt.de quo per Bald. & Sali.vbi plene in l.mater. C.de rei vend. & habebit effectum talis venditio: quod ſi perueniat ad manum vendentis retro transfertur dominium, & ſi non perueniat, præſtat vſucapiendi conditionẽ.l. clauibus.ff.de contrah.emp.l.Pomponius. §. ſi iuſſu.ff.de acq.poſſeſſ. Ita ergo debemus dicere quod collatio extraordinaria beneficij viuentis debeat valere, ſaltem ad iſtum finẽ vt poſtea eueniente vacatione transferatur ius. Reſpond. & ex hoc declaratur vna ratio ad concluſionem prædictam, quod quando ex aliqua diſpoſitione ſecundum illius naturã conſtituitur ius in re talis

diſpoſitio non poteſt fieri in re aliena, vt videmus in conſtitutione pignoris in qua conſtituitur ius reale. Iſtud voluit glo. in l.2. C. ſi res alie. pig. dat. ſit. in l.1. in princ. ff. de pig. ſi vero non conſtitueretur ius reale, vt infrà in vẽditione talis diſpoſitio poteſt fieri in re aliena, & ita ſentit. glo. in d.l. rem alienam in propoſito noſtro per collationẽ beneficij ſequuta acceptatione conſtituitur ius reale. c. finali. circa fin. de conceſſ. præb. li.6. c. ſi tibi abſenti. de præben. eodem lib. & ideo non poteſt beneficium alienum conferri, & ad iſtam concluſionem habetur regula cancellariȩ Apoſto. num. 20. item ſi quis ſupplicauerit. quod ſi quis impetrat beneficium viuentis, redditur inhabilis vt poſtea mortuo non poſsit obtinere, niſi aliàs expreſſe fuerit ſecum diſpenſatum.

Vltra alias ampliationes ſuprà poſitas, ſeptimo amplietis eſſe, ſi beneficiatus eſſet præſens quando confertur ſuum beneficium quod non valet talis collatio, ita Ioan. And. in c. is qui tacet. in prima q. de reg. iur. lib.6. in mercurialib. idem Ioan. And. vbi alij. in c. ex ore. infrà de his quæ fi. à maio. part. cap. vbi concludunt quod ſi beneficiatus expreſſe non conſentiat præſentia ſua cum taciturnitate non nocet. Super qua ampliatione eſſet cogitandum, & ſi caſibus occurreret, conſulerem beneficiato, quod expreſſe contradiceret, & quicquid dicatur per cõmunem concluſionẽ, crederem tamen quod de rigore iuris præſentia ſua etiam ſi taceat ſibi noceret, nam regula eſt quod actus qui nõ poteſt fieri inuito alio ſi fiat eo præſente & non contradicente, dato quod taceat videtur conſentire & ſibi præiudicare. glo. ord. in l. Gaius. ff. de pign. act. de qua Bart. vbi Alex. plene in l. quæ dotis. ad fin. ff. ſolut. matri. ſed inuito beneficiato non poteſt ſuum beneficium conferri alteri. c. conſultationibus. infrà de donat. ideo ſua præſentia quamuis taceat operatur conſenſum, ſed ſi conſentiat quod alteri conferatur ſuum beneficium, ſibi præiudicat, vt diximus in quarta l. ſuperius.

Sed vltimò amplietis quòd non ſolum prohibetur collatio beneficij viuẽtis, quinimo & tractatus deliberatiuus prohibetur. glo. & ibi per omnes. in c. bonæ memoriæ. 2. ſuprà de cler. vbi prohibetur epiſcopo exiſtente in agonia ne canonici deliberent de noua electione quod ſi ſecus fiat erit nullum, de quo per Berta. in tractatu de epiſcopo. in prima & ſecunda quæſt. primæ partis.

*Papa an vacatura cõferre poſſit.*

Iſtam concluſionem ſic ampliatam & comprobatam limitetis primo non habere locum in Rom. Pontif. & ita ſentit Abb. c.1. circa prin. ſuprà hoc tit. nam ipſe habet poteſtatem. in beneficiis pleniſsimam, vt poſsit non ſolum quando vacant illa conferre, ſed in non vacantibus ius etiam præbere. cap. 2. de præben. lib.6. & propter illam amplam poteſtatem vbi beneficium litigioſum non poteſt conferri: poterit tamen de eo prouidere cle.1. ad fin. vt lit. pend. & vbi beneficia debent eſſe perpetua. c. ſanctorum. 70. diſt. c.8. de c. monach. lib.6. poteſt ipſe ad tempus concedere. c. ſi tibi gratioſe. de reſcrip. lib.6. & dicit ibi glo. 3. poſtquam plura adducuntur per doct. quod quantum ad beneficia in Rom. Pontif. voluntas habetur pro cauſa, & ideo ſolet dici quòd poteſt priuare aliquem ſuo beneficio, vt dicit glo. in c. per principalem. 9. q.3. latiſsime Felin. in c. quæ in eccleſiarum. collat. 17. ſuprà de conſtit. Intelligatis tamen iſtam limitationem quando Rom. Pont. eſſet informatus qualiter beneficium non vacat, & iſtud faceret motu proprio: nam ad hoc vt ea quæ dependent à poteſtate abſoluta Rom. Pont. valeant, iſta duo requiruntur, quod de hoc ipſe ſit certificatus, & quod faciat motu proprio, & non ad requiſitionẽ alterius, vt hîc infrà deſignat Præpoſi. in d.c. principalem. quæ latiſsime Iaſ. in l. ſi teſtamentum. col.2. C. de teſt. Hippol. in ſing. ſuis. not. 6. & 8. Rationem ad iſtam limitationem poteſtis aſsignare, quia Rom. Pontif. cum habeat poteſtatem pleniſsimam beneficiorum cõferendo aliam, videtur tantum non conſtituere illum procuratorem. Beneficiatus enim dicitur procurator. c.2. infrà de donatio. ſed procurator à domino poteſt qualitercunque reuocari, etiam ſi dominus iurauerit illum non reuocaturum, vt habetur in c. fin. de procur. lib. 6. & iſtam rationem ſentit Philip. Franc. in c. quamuis. de reſcrip. lib. 6. & ideo inferatis quod Rom. Pontif. conferendo beneficium viuentis videtur illum beneficiatum ſuo beneficio priuare, dato quod non conſtet de expreſſa priuatione. Quia dominus conſtituendo ſecundum procuratorem, poſito quod expreſſe non reuocet primũ, dicitur reuocare & priuare primum. l. ſi quis procuratorio. §. fin. cum l. ſequen. ff. de procur. glo. in c. ſi duo. verb ſimul. de procur. lib.6.

Secũdò limitetis quando fama & rumor eſſet beneficiatum mortuũ, licet adhuc viuat, ſi conferatur beneficium ſuum, ille cui fiet prouiſio nõ incidet in pœnam de qua dixi ſuprà in concluſione: veruntamen collatio erit nulla. ita Cardinalis in ſpecie in conſil. 44. infraſcriptæ allegationes. in tertia col. iſtud idem voluit Bertach. in tracta. de epiſcopo. in tertia quæſt. 8. partis. Nam fama excuſat aliquem authen. hodie. C. de repud. l. ſi quidem. C. ſolu. mat. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. hær. Et faciunt ea quæ habentur in glo. c. in præſentia. infrà de ſpõſa. de illa muliere quæ audita fama qualiter maritus erat mortuus in bello, nupſit alteri, poſtea redeunte marito ſi non ſit in mora ad eum redire, erit ab adulterio excuſata.

Tertiò declaretis pręmiſſam cõcluſionẽ, quod non requiritur collatorem eſſe informatum de morte beneficiati, ſufficiat quod re vera ſit mortuus, dato quòd non ſit certificatus, valebit collatio, ita Ioan. monachi. vbi alij poſt eum in c. ſi tibi. de præb. lib.6. Dom. de Rot. in deciſione 172. in antiq. de quo gl. in c.2. de elect. lib.6. quæ refert Compoſtellanum ita ſentire. & ibi dicitur quod etiam valeat collatio facta ſub hac conditione, confero beneficium ſi vacat. de quo per Fel. in c. cum contingat. §. fin. ſuprà de offi. deleg.

Quartò limitetis niſi interueniat cõſenſus expreſſus beneficiati, ita Io. And. in cap. ex ore. vbi alij infrà de his quæ fi. à maio. par. cap. idem Ioan. And. in c. is qui tacet. col.2. de reg. iur. lib.6. & iſtud probatur aperte per text. in c. beneficium. de reg. iur. lib. 6. vbi text. dicit quod per ingreſſum re-

ligionis



ligionis non vacat beneficium, niſi in quatuor caſibus, poſt quantum ad propoſitum, quando conſentiente eo confertur alteri ibi tex. non requirit renuntiationem, ſed ſolũ collationem de conſenſu beneficiati, & ad iſtud facit quod ſolet dici quod viuente epiſcopo de conſenſu ſuo poſſunt electores tractare de ſucceſſore. c. ſi tranſitus. 79. diſt. de quo in d.c. bonæ memoriȩ. 2. ſuprà de elect.

Quintò limitetis niſi ipſemet beneficiatus dubitans de ſuo titulo, petat fieri aliam prouiſionem ſeu collationem nouam: talis enim collatio valet & iſtud eſt vtile quandoque de quo text. & ibi Abb. dicit non reperiri alibi. in c. poſt electionem. infrà hoc tit. idem Abb. in c. inter dilectos. circa fi. & ibi plenas remiſsiones ponit ſecundum. ſuprà de fide inſtrum. Roch. Curt. in tractatu iuris patronatus. in verbo honorificum. 40. quæſtione. & quamuis ſoleat dici quod illud quod meum cum amplius meum fieri non poteſt. §. ſed ſi rem. legatarij. inſt. de leg. illud limitatur duobus modis: primo, quando dubitatur de priori tit. d. cap. poſt electionem.

Secundò quando per ſecundum titulum confertur pinguius ius. §. ſed ſi vxori. inſt. de leg. & ita Ioan. And. in c. cum perſonæ, de priuileg. lib.6. Caueatis tamen quod agendo nõ producantur duo tituli. cap. vt quis duas. de elect. lib.6. in excipiendo poteſtis adducere plures titulos, & ita declarant omnes in d.c. poſt electionem.

Sextò limitetis niſi beneficium non vacans daretur in proprietatem alteri eccleſiæ, vt vniendo beneficium vnum alteri etiam antequam vacet. Iſtud poteſt fieri. cap. conſultationibus. & ibi per omnes, infrà de donat. ibi ponunt rationem diuerſitatis quare poteſt dari in proprietatem & non in titulum.

*Collator an puniatur conferens beneficium viuentis.*

Quia in principio ſuprà huius notabilis diximus quod acceptans beneficium non vacans redditur inhabilis vt veniente vera vacatione non poſsit conferri. Dubitaret aliquis vtrum idem debeamus dicere in collatore, quod veniente vera vacatione ſit priuatus poteſtate conferendi: & videbatur dicendum quod ſic. Nam iura puniunt conferentes ſeu collatores, quando peccant in collatione vt priuentur poteſtate pro illa vice conferendi, vt probat tex. in c. cum in cunctis. ad fin. ſuprà de elect. in c. quia nonnulli. ſuprà de cleric. non reſid. in cap. inter dilectos. infrà de exceſſ. præla. Præterea ſolet dici quod pœna impoſita in vno correlatiuo extenditur ad reliquum, vt per Bart. in l. fin. C. de indic. viduita. toll. Vos tamen concludatis contrarium, quod collator non priuatur poteſtate conferendi, licet malefaciat, & veniat arbitrariè puniendus, iſtud eſt de mente Cõpoſtel. originaliter quæ ibi Hoſt. Petr. de Ancha. Ioan. And. Card. Zaba. Ioan. de Imol. & Abb. ſicu. 2. ſequuntur in cap. bonæ. memoriæ. ſecundo ad fin. ſuprà de electio. vbi dicunt quod ſi canonici, viuente adhuc epiſcopo non ſolum tractant ſed deliberant de certa perſona eligenda, ex hoc non priuantur poteſtate eligendi poſt mortem epiſcopi, & ibi Abb. poſt Ioan. And. ponunt vnam maximam notabilem, quod nunquam collator priuatur poteſtate conferendi, niſi expreſſe canon illum priuet. Iſtud ſuadetur ex his quæ dicunt doct. in c. de multa. ſuprà de præben. vbi negligens in conferendo beneficium vacãs & patiens quod intruſus percipiat fructus, non priuatur poteſtate conferendi, niſi lapſo tempore ſex menſium. Et ſi ſuperueniat noua vacatio poterit cõferri. Præterea iſtud probat text. iſte in 3. parte primæ partis, dum dicit quod talis conferens beneficium non vacãs eſt animaduerſione dignus. idem voluit in c. denique. 7. q.1. loquens de canonicis eligentibus epiſcopum viuente alio quod indignationem incurrunt, & alij tex. in eadem quæſtione loquentes de electione vel collatione beneficij viuentis, ſolùm faciunt mentionem de indignatione vel animaduerſione, illa autẽ verba non important pœnam priuationis, imo nullam certam particularem pœnam important, ita Bar. not. in extrauag. qui ſint rebelles. in fi. verb. indignationem. Solum autem important in genere quod malefacit, & ex hoc non competit niſi pœna extraordinaria. l.1. ff. de extra ord. crimi.

Vltimò non procedit in feudo quod poteſt permitti & conferri per regem viuo eo qui illud tenet: & hoc quando ad regem venire debebat. §. ſi quis. de feudo dato in vicem legis commiſſo. ſequitur Matthæ. de Afflictis in deciſio. Neapol. 292. fuit.

*Dare & promittere paria eſſe probat hîc text.*

Secundò ex tex. (ibi promittantur.) notetis ſecundum Petr. de Anch. & Ioan. de Imo. quod paria ſunt, dare & promittere, & diſpoſitio reprobãs dationem dicitur reprobare etiam promiſsionẽ, de quo eſt etiam text. & ibi Bart. & Bal. in l. fin. C. ad leg. fal. in l.2. ff. de calum. in l. ſi mulier. ff. de condict. ob cau. intelligatis tamen iſtud in diſpoſitione prohibitiua vel annullatiua aut in diſpoſitione confirmatiua, ſecus eſt in diſpoſitione inductiua, in qua paria nõ ſunt dare vel promittere, ita Bart. in l. quod nomine. per illũ text. ff. de condict. inde. iuncta l. quod maritus. ff. de conſtit. pecu. Nam maritus qui habet priuilegium in repetitione dotis, vt non conueniatur niſi in quantum facere poteſt, ſi tradat integram dotem, non poterit intentare conditionem indebiti, quia valebit traditio, ſi vero promitteret non tamen animo nouandi, poſſet vti exceptione vt non conueniatur niſi in quantum facere poſsit, vt in ſimili dicit Alex. poſt alios in l. à Titio. ff. de verb. oblig. quod datio ſeu traditio ſine cauſa bene valet, non autem promiſsio niſi interueniat cauſa. l.2. §. circa. ff. de exce. doli. & dixit in ſimili Oldrad. notan. in conſil. 30. factum ſic ſe habet. quædam certæ perſonæ ſeruitus conſtituta & quaſi tradita, nulla interueniente cauſa valet, & tenet, ſecus in promiſſa, de quibus latiſsime Iaſon. in repetitione l. quo minus. col. 34. verſi. quæro. 27. ff. de flumi. aduertatis tamen quia poſſemus dicere iſtud notabile non probari in iſto tex. quod imo datio & promiſsio ſint diuerſa propter dictionem ſeu, cuius natura eſt, vt inter diuerſa ponatur. glo. rub. ff. de exceptio. Bart. late in l. ſi quis ita. ff. de auro & argen. lega. Alex. conſil. 193. ex themate. col.2. in ſecunda parte. Præterea poſſemus dicere iſtud notabile non eſſe verum per ea quæ vltimo loco diximus, & ad iura primo loco in contrarium alleg. reſpon. quod imo æqui-

parentur

parentur dare.& promittere,quia expreſſe de hoc text.faciunt mentionem,& exprimũt vtrumque, ad denotandum quod expreſsio alterius tantum non comprehenderet reliquum,aliàs eſſet fruſtratorium de vtroque mentionem facere.

Tertiò inſuper ex eiſdem verbis, tribuantur ſeu promittantur,notetis ſecundũ Petr.de Anch. quod quemadmodum diſpoſitio facta tempore illicito conferens effectum ad illud tempus non valet,ita etiã facta tempore prohibito, dato quod effectus conferatur in tempus habile,nam quemadmodum collatio beneficij non vacantis non valet, ita & promiſsio quæ confertur in tempus vacationis reprobatur. Et iſtud teneatis pro vna maxima,quod quando lex reſiſtit initio, aut aliàs initium eſt turpe, dato quod conferatur in tempus licitum, vel habile non valet diſpoſitio. tex.eſt notabilis.in l.ſi minor.ff.de ſeruis exporta. per quem decidit Bart.in l.1. §. nuntiatis.col. pen. ff.de no.operis nuntiatione,quod citatio facta die feriata in honorem Dei,licet veniat in diem non feriatam non valet hîc,nec valet citatio ante mortem beneficiati,licet veniat poſt mortem. c.bonę. 2.in fin.de elect. nec religioſus poteſt eligere ſepulturam, licet poſt mortem non ſit in abbatis poteſtate. cap.fin.de ſepultur.in 6. Panor. in d. c. bonæ.2.not.vlt.idem Bar.in l.ſi conſtante.§. quotiens.ff.ſolut.mat. quod fideiuſsio data per maritum conſtante matrimonio,de reſtituendo dotem licet conferatur in tempus ſoluti matrimonij non valet.Ad hoc etiam bonus text. (vide ibi Bart. & Bal.)in l.quod ſponſæ. C. de donat. ante nup. ad idem tex.notabilis.in l.1.§.1. de leg.3. quod teſtamentum factum tempore quo quis eſt pupillus, licet efficiatur maior & vellit ſuum teſtamentum valere,nihilominus tamen noua diſpoſitione teſtamentaria erit inualidum. Ad iſtud facit bonus tex.in c.ſi eo tempore.de reſcrip.lib.6.quod ſi tempore quo aliquis obtinuit mandatum de prouidendo erat inhabilis ad certum beneficium, licet tempore quo vacat beneficium reperiatur habilis,non poterit tamen virtute mandati illud obtinere, in ſimili facit deciſio Dom.de Rota.q.52. nota quod vbi duo ſunt, in antiq. quod ſi ſint duo impetrantes, ſecundus tempore primi acceptauit beneficium vacans,dato quod poſt ea primus repudiauerit vel aliàs extinguatur gratia ſua, acceptatio facta tempore illicito non confirmatur,pro quo facit text.in c.nõ firmatur.de reg.iur. lib.6.& in l.penul.ff.de reg.iur.& ſi opponatur.de l.in tempus,ff.de hæred. inſtit. vbi inſtitutio facta de perſona incapace, ſi conferatur ad tempus in quo erit capax,valet,& tenet.Reſpond. dupliciter primo quod loquitur ibi in diſpoſitione cõditionali:nos autẽ ſumus hîc in pura materia quæ non poteſt ſub conditione fieri,nam beneficia nõ poſſunt conferri ſub conditione.cap. 2.de elect.lib.6. Secundo dicatis ex mente Doct. in l. ſi filiusfam. ff.de teſta.quod quando incapacitas eſt generalis quo ad perſonas,vt quod minor non poſsit contrahere, quod pupillus non poſsit teſtari, quod maritus non poſsit donare vxori, in his ſimilibus caſibus procedat text. in l. ſi minor. ff. de ſeruis export.

Quando verò incapacitas non proueniret niſi particulariter reſpectu perſonæ in quam ſit diſpoſitio habito reſpectu ad perſonam diſponentem, (vt puta quia ſpurius inſtituitur à patre ſuo) quo caſu incapacitas eſt tantummodo inter ipſos, reſpectu verò aliorum non dicitur incapax, procedat eo caſu tex.in d.l.in tempus.& ex hoc poſſetis inferre vnam limitationem ad c. ſi eo tempore.de reſcrip.lib.6. quod ſi aliquis obtinuit mandatum de prouidendo, & tempore mandati non erat habilitatus ad obtinendum beneficium in quo pater fuerat beneficiatus, ſi tempore vacationis dicatur capax,quod nihilominus poterit obtinere illud beneficiũ. Nam quod filius presbyteri aliàs legitime natus poſsit obtinere beneficia non eſt prohibitum,niſi in beneficiis in quibus pater fuit beneficiatus.c.præſentium.cum ſequentibus.ſuprà de fil. presbyt. quod cùm iſta incapacitas non ſit niſi reſpectu vnius perſonæ,ſi tempore in quo cõfertur diſpoſitio reperiatur habilis, deberet ſufficere,ſuper quo tamen cogitabitis.

*Non debẽt promitti beneficia antequam vacent.*

In tex. ibi ſeu promittantur. notetis (& ad hoc quotidie alleg.iſte tex.)quod beneficia antequam vacent non poſſunt promitti, nec poteſt dari ius ad beneficia vacatura, idẽ probat.text.in c.relatũ. in c.ex tenore.infrà eodẽ tit. in c. dilectus. primo. ſuprà de præben.in c.conſtitutus.ſuprà de reſcrip. in c.præſenti.& deliberatione.de offic. lega. lib.6. in c.deteſtanda.de conceſſ. præb. eod. libro. ratio ad iſtud notabile ponitur in hoc tex.quia per talem promiſsionem inducitur votum captandæ mortis,de quo videbimus in vno notabili. Aduertatis, quia iure iſto decretalium non omnis promiſsio de beneficio erat reprobata, ſed tantummodo quando promittebatur beneficium vacaturum, ſi verò promiſsio concipiebatur aliis verbis, vt promitteretur beneficium quando facultas ſe obtulerit,talis promittebatur, vt eſt tex.in c. accedens.infrà eod.tit.Nam per talem ſecundã promiſsionem non inducebatur præciſe votum captandæ mortis,quia poterat prouideri de beneficio non expectata morte alicuius, vt ſi de nouo crearetur beneficium, & maxime in eccleſiis in quibus non eſt certus numerus,c. dilectus.primo. ſuprà de præb. hodie tamen qualitercunque fiat promiſsio, ſeu de primo vacaturo, ſeu quando facultas ſe obtulerit, vel aliis verbis, omnis talis promiſsio reprobatur.c.deteſtanda. de conceſsione præben.lib.6.ponunt omnes. in c. dilectus.primo. ſuprà de præben. & ex his habetis primam ampliationem ad iſtud notabile.

Secundò amplietis talem promiſsionem non ſolum ab initio eſſe inualidam,ſed etiam ſi occurrat vacatio beneficij non tenebitur conferre illud. c.relatum.infrà hoc tit.

Tertiò amplietis etiam ſi de tali promiſsione confectæ fuiſſent literæ patentes.c.ex tenore.infrà hoc titulo.

Quartò amplietis procedere etiam ſi interuenerit iuramentum, adhuc inutilis erit talis promiſsio,ita tenet expreſſe Ioan. And.in c. ex tenore.de conceſſ. præbendæ. Nam iſta eſt concluſio quod omnis diſpoſitio reprobata (quia contra bonos mores)nullo modo firmatur iuramento.c.





non eſt obligatorium.de reg.iur. lib.6.Bar.vbi etiã omnes in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff.de verb.oblig.Promiſsio autem quæ inducit votum captandæ mortis,dicitur contra bonos mores.traditur in l.pactum quod dotali, & ibi Iaſ. in principio.C.de pact.latiſsime.in l.fi. eod.tit. iſtud forſan videretur mirabile alicui. Nam videbimus quod ſi quis promiſit ſoluere vſuras tenetur adimplere iuramentum,ſed aget ſi velit poſtea ad repetitionem. c.debitores. ſuprà de iureiuran. dicatis, quod illa promiſsio vſurarum non continet turpitudinem niſi ex parte recipientis, ille autem qui promittit,quia erat in neceſsitate, & non poterat aliter habere pecunias, non dicitur turpiter agere,nec dicitur delinquere.Ita omnes in d. cap. debitores.in caſu autem iſto turpitudo eſt ex parte recipientis promiſsionem,quia inducitur in eo votum captandæ mortis,ex quo reprobatur iuramentum ſecundum communem Abb.& aliorum opinionem.in c.cum contingat.ſuprà de iureiur. dum decidunt quando iuramentum appoſitum ſuper contractu probato debeat obſeruari,& concludũt, quod ſi contineat turpitudinem ex parte vtriuſque nullo modo debet obſeruari. Si vero ex parte alterius tantum ille non tenetur nec debet obſeruare. Aliud vero in cuius perſona verſatur turpitudo,tenetur ad obſeruationẽ iuramenti.

Quintò amplietis iſtud notabile, vt habeat locum in legato de latere, ita probat. text. in cap. conſtitutus.ſuprà de reſcrip.in cap.dilectus.primo ſuprà de pręben.in c.deliberatione.§.prohibemus. & ibi Dom.& Philip. Franc. in notabili. de offic. leg.lib.6.& ſi forte quis diceret legatus poteſt reſeruare beneficia vacatura.c.cum dilectus.infrà de iure patronatus.c.præſenti.& d.c.deliberatione.de offi.leg.lib.6.Reſpond.ſecundum Petr.de Ancha. Card.Ioan.de Imo.& Abb.in d. c. dilectus. ſuprà de præbendis.quod per reſeruationem, non dicitur alicui nouum ius conſtitutum ad beneficium vacaturum, ſed tantummodo reſeruans qui habet poteſtatem, vt concurrat cum ordinario ad collationem beneficiorum,in ſua prouincia. c. 2. de offic.legati. lib.6. videtur itaque per ipſam reſeruationem collatorem impedire ordinarium,vt eueniente caſu vacationis non procedat ad aliquam collationem,& ſic nullum ius per reſignationem conſtituet.Nam & iſtud notetis.

Quatuor modis diſponitur ſuper beneficiis vacaturis:primo modo dando gratias expectatiuas, ſeu mandata apoſtolica, ex quibus ius ad beneficium conſtituitur, & de hoc loquitur noſtrum notabile,quod omnibus excepto Roma.Pont.eſt prohibitum.Secundo modo per reſeruationes, & iſtud permittitur legato de latere. Tertio modo in executionem iuris iam competentis, vt quando fuit creatus canonicus in executionem illius debetur ſibi præbenda, dato quod promitteretur prima vacatura eueniente vacatione, debet ſibi conferri nõ in vim promiſsionis ſimplicis, ſed ratione iuris iam ſibi competentis, & iſte eſt proprius intellectus in c. relatum. ſuprà de præben. Quarto modo fiunt promiſsiones generales non in vim expectatiuarum, ſed promittendo, beneficium vacaturum,& de hoc loquitur tex.in d.cap. deteſtanda.de conceſſ.præben.lib.6. & iſta Franc. & Dom.in vlti.verbo declarant.

Sextò amplietis quando non ſolum promiſsio beneficij vacaturi promittitur, imo etiam prohibetur ne quis alteri poſsit dare poteſtatem ad primum beneficium vacaturum conferendum.c. conſtitutus.vbi Abb.& alij hoc tit.imo quod plus eſt, ſi aliquis daret alteri poteſtatem generalem ad conferendum quæcunque beneficia vacatura etiam ſi ſit legatus de latere, nullo modo valeret talis conceſsio.glo.notabilis. in d.c.deliberatione. in verbo cuicũque.in fi.vbi Archid.Petr.de Anch. Ioan.And.Dom.& Philip.Franc.de offi.leg.lib.6. alia glo.notabilis quam ibi Doct.ſequuntur. in c. ſtatutum.in glo.fi.de præben.lib.6.Abb.in d. cap. conſtitutus.col.2.infrà hoc tit.Oldra.in conſi.77. quod epiſcopus. Domini de Rota in deciſione 288. Nota quod epiſcopus. deciſione 32. Guido conſil.189.circa.

Nota quod licet ordinarius in authen.idẽ Domini de Rota.in deciſione 397. item ſi epiſcopus dat & committi.in nouis. Soci.notanter in conſi. 260. in cauſa manutenentis. Et ſi aliquis diceret quod epiſcopus poteſt dare vicario ſuo poteſtatẽ cõferendi beneficia.c.fi.de offi.vica.lib.6.Reſpon. quod ad hoc vt vicarius epiſcopi poſsit conferre beneficia, requiruntur duo: primo quod ſit conſtitutus vicarius generalis, ſecũdo quod vltra hoc detur ſpecialis poteſtas conferendi beneficia, vt puta quod dicatur,conſtituimus te vicarium noſtrum generalem,adhuc iſtud non ſufficit: debet enim poſtea adiici,& damus tibi ſpecialem poteſtatem conferendi quæcunque beneficia vacatura. Et in hoc eſt caute aduertendum, quia ſi conſtitueretur vicarius tantummodo ad conferendũ beneficia, dato quod adiicerentur verba, generalem vicarium,quia ſpecies illa reſtringit generalitatem ſpecialis conceſsio. l.quæſitum.§. ſi fundus. & ibi Bart.ff.de fund. inſt.leg. vel ſi diceretur hoc modo,conſtituimus te generalem vicarium, præſertim ad conferendum beneficia, ſeu expreſſe ad conferendum beneficia, non valeret talis conſtitutio,& ita videatis in locis prædictis,& iſtud notetis propter iſtos epiſcopos & Abba. qui plures vicarios,& in diuerſis locis habent.

Septimò amplietis ex mente And.Bart.in cap. conſtitutus.col.1. ad fin. ſuprà de reſcrip. vbi loquitur de magno Rhodien.qui habet multas pręceptorias ad ſui collationẽ, & ſolitus eſt promittere antequam vacent, quod quamuis aliquis ſit in poſſeſsione tanti temporis de cuius initio non eſt memoria promittendi beneficia vacatura,non potuit ex illo tempore acquirere talem facultatem,quia ea quæ reſeruantur Roma.Pontif. in ſignum ſupremæ maieſtatis non poſſunt per illud tẽpus præſcribi.alle.tex.in c.cauſam quæ.ſuprà de præſcript.Bald.in l.1.col.2.C.de emanci.in l.2. C. de ſeruit.& aqua.& in l. reſcripta. C.ſi contra ius vel vtil.pub.deciſionẽ notabilem Ioan. And, 3.Io. monach.in d.c. cauſam quę.vbi laicus quocunque tempore non poteſt acquirere facultatem conferendi beneficia:& ad hoc facit quod voluit Abb. in c.ſuper quibuſdam.ad fi. infrà de verbo. ſignifi. quod quotieſcunque aliquis eſt incapax alicuius

iuris non poteſt illud acquirere etiam ex poſſeſſione tanti temporis de cuius initio non eſt memoria,& pro hoc poſſemus inferre aliam ampliationem quod Rex Franciæ quantumcunque per inueteratiſsima tempora fuerit in poſſeſsione promittendi beneficia vacatura, tamen non acquiſiuit talem facultatem , nec valet illa promiſsio: quia laicus eſt incapax ad conferendum beneficia.c.ſi quis deinceps.16. q.6. c.laici.eadem quęſtione.c.præterea.ſuprà de iure patro. cap.cum & plantare.infrà de priuil.

Quamuis idem And.ſic dicat ita fuiſſe iudicatum in curia Romana, forte non eſſet ponere os in cœlum,tenere contrarium,nam tãtum tempus de cuius initio non eſt memoria , dicitur habere vim priuilegij , & illud tempus tantum operatur quantum conceſſorio ſupremi principis.l.3. §. dictus aquæ. ff.de aqua.quotid.& æſtiua.l.in concedendo.ff.de aqua pluuia arcen.cap. ſuper quibuſdam.§.præterea.infrà de verb. ſignifi.& dicit And. de Iſern. in c.1. verſi. lumina publica.in 2. col. in tit. quæ ſint regal.in vſu feud.quod per illud tempus acquiruntur ea quæ ſunt reſeruata ſuperiori, ad hoc plura cumulauit Iaſ.in repet.l. quominus. col. 3.ff. de flumi. vbi loquitur de Venetis,qui in eorum Gulfure marino per tale tempus acquiſiuerunt contra imperatorem ſupremam poteſtatem , & ideo ſolemus dicere quod diſpoſitio reprobans conſuetudinem,vel præſcriptionem non comprehendit illam quæ eſt tanti temporis , de quo non eſt memoria.latiſsime Felin. in rubrica. col.fin.ſuprà de præſcri.Alex.& Iaſ.in l. nemo poteſt.in quæſtione Bart.an per pactum poſsit tolli præſcriptio.ff.de leg. 1. & per hoc poſſet ſolui illa deciſio Ioan.Andr.in c.2.de præben. lib. 6. & aliæ per And. Sicul.allegatæ , vt loquantur in minori poſſeſsione , vel præſcriptione , cum non faciant expreſſam mentionem de illa quæ eſt tanti temporis.Et ex hoc vnum aliud nouum poſſetis inferre quod promiſsio de beneficio vacaturo facta à Rege Franciæ valeat , præſuppoſito quòd ſit in poſſeſsione per tantum tempus de quo non eſt memoria promittendi beneficia vacatura.ſi enim illud tempus tantum operetur quantum priuilegium , laicus autem ex priuilegio poteſt diſponere de beneficiis eccleſiaſticis.glo.notabilis. in cap. imperium.10.diſt.de qua Fel.in c.in noſtra.col. 6. ſuprà de reſcrip.in c.2.colum. 2.ſuprà de maio.& obed.Dominus Philip. Decius in c. decernimus. colum.8.ſuprà de iudi.& in conſil.134.viſo primo puncto.col.3.ſequitur ergo quod laicus ex illo tẽpore.poterit talem facultatem ſibi quærere,in quo tamen cogitabitis propter auctoritatem And.nam non puto hoc eſſe verum propter turpitudinem, de qua in text.

Iſtud notabile ſic ampliatum limitetis primo vt non habeat locum in Roma.Pontif.ille poteſt ad beneficia vacatura dare. c. cæterum.c. mandatum.c.literis.c.Abbatem.cap.conſtit.c.capitulum. ſuprà de reſcript.c.relatum.ſuprà de præb. c. propoſuit. infrà hoc tit. quale autem ius acquiratur per literas apoſtolicas ad beneficia vacatura dicemus plene ſtatim in materia mandatorum apoſtolicorum,& de hoc quod Rom. Pontif. habeat talem poteſtatem , non eſt dubium , cum & ipſe beneficia nondum vacantia non ſolum promittere ſed & conferre poteſt,vt videbitis plene ſuprà in ſecundo notabili.

Secundò limitetis , niſi quis haberet ſpeciale priuilegium ad hoc : nam ea quæ competunt ratione ſupremæ maieſtatis bene poſſunt dari in priuilegium alteri,vt habetur in l.1.ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſdict. & ideo dicunt doct. in c. deliberatione.in §.prohibemus.de offic. leg. lib.6. quod licet legatus non poſsit dare ius ad beneficia vacatura , ſi tamen ſpecialem ad hoc habeat poteſtatem,illud poterit.

Tertiò limitetis ſecundum Petr. de Anch. & Ioan.de Imol.in l.dilectus.1.col. 2. ſuprà de præb. niſi aliquis fuiſſet receptus in canonicũ,& poſtea promitteretur prima vacatura,talis promiſsio valeret , cum etiam illi de iure canonico debeatur prima vacatura. c. relatum. ſuprà de præben. vos tamen dicere poteritis , in hoc quod licet iſti canonici non male faciant,illa promiſsio tamen nihil valet & nullius eſt effectus , cũ de iure debeat conſequi primã vacaturam in promittendo illud quod debetur nihil valet , & nulla oritur obligatio.l.quæ bis idem.ff.de verb.obli. expreſsio enim eorum quæ tacite inſunt , nihil operatur. l. 3. ff. de leg.1.videmus in ſimili quod confirmatio poſita ſuper actu de ſe valido,nihil operatur , vt habetur in l.imperium.per Bar.ff.de iuriſd.omn.iud. & iſtud videtur de mente omniũ in d.c. relatum.

Quartò poſſet limitari niſi aliquis fuiſſet in poſſeſsione tanti temporis de quo non eſt memoria in contrarium,promittendi beneficia vacatura per ea quæ diximus ſuprà in 7.ampliatione.

Circa iſtud notabile,in quo fit mentio de promiſsione beneficij vacaturi,intendo latiſsime examinare materiam illam quotidianam mandatorum apoſtolicorum, ſeu expectatiuarum , & primo habetis promittere quod inter alios modos quibus conceditur aliqua prouiſio ſuper beneficiis vacaturis , ſunt tres modi principales. Et de vnoquoque dicemus. Primus eſt quando Roma. Pontif.concedit literas ſuas ad prouidendum de beneficio vacaturo,& appellatur mandatum apoſtolicum.c.mandatum.cum ſequentibus.ſuprà de reſcrip.Secundus ab aliqua vniuerſitate denominantur aliquibus collatoribus,vt habeãt illis prouidere,& appellantur nominationes de quibus in §.1.& §.inſuper.in tit.de collationibus in pragma. ſanct.Tertius eſt qui appellatur reſeruatio,vt quãdo Rom.Pont.vel legatus reſeruat ſpecialiter vel generaliter collationi ſuæ aliqua beneficia , & de hoc in c. præſent.& c. deliberatione. de offic.leg. lib.6.formam,naturam, & effectum cuiuſlibet latiſsime infrà declarabimus, modos autem quibus prouidetur de beneficiis vacantibus latiſsime tra demus in ſecunda parte iſtius c.

Secundò habetis aduertere circa primum modum prouidendi in beneficiis vacaturis quod in iure talis prouiſio diuerſimode vocatur,quandoque appellatur mandatum apoſtolicum. c. mandatum.ſuprà de reſcr.c.mandato.& c.mandatum. de præben.lib.6.iſte tamen terminus mandatum eſt multum generalis comprehendit enim diſpo-



ſitionem quancunque,& quando aliquid generaliter alicui cõmittitur.l.1.ff.manda.l.1.ff.de procur. alias ſignificationes termini mandati , cumulauit And.Sicul.in d.c.mandatũ.col.2.Quandoque appellatur gratia.c.gratia.c.ſi gratioſæ.de reſcrip.lib. 6.c.gratiæ.Iſte tamen terminus gratia, habet alias ſignificationes , ſignificat enim diſpoſitionem in beneficiis vt hîc,ſignificat etiã donum ſpirituſſancti.c.gratia.1.q.1.& dicunt Theologi.quòd iſta duplex eſt,quædã gratia dicitur gratis data,quædam gratia gratũ faciens , de quo Abb.ponens alias ſignificationes gratię.in c.1.infr.de cõmod.latiſsime And.Sicul.in c.certum.col.6.ſuprà de reſcrip.

*De gratia.*

*Quæ ſunt literæ de gratia, & de iuſtitia.*

Quantũ autem ad conceſsiones apoſtolicas circa beneficia vacatura iſte terminus gratia,non eſſet multũ generalis , quia literæ ad beneficia quædã appellãtur de iuſtitia,& aliæ appellãtur de gratia, alię appellantur de iuſtitia,quãdo pauperi clerico mandatur prouideri , vel quando ordinato ſine tit.mandatur prouideri, & iſtæ habent alium effectũ literę de gratia.c.ſi pauper clericus.& ibi gl. & Doc.de pręb.lib.6.c. accepimus.& ibi traditur. ſuprà de æta. & qual.quandoq; appellantur expectatiuæ ab alluſione vocabuli , quia quis expectat ius in re ſeu in beneficio , & de hoc in c. ſi ſoli.de conceſſ.præben.lib.6.Quandoq; appellantur literæ Apoſtolicæ.c.literis.ſuprà de reſcrip. Qualitercunq; nuncupentur ad cognoſcendum effectum illarum,infrà in vnaquaque videbitur.

*Quis prius dedit mandatum.*

Tertiò habetis pręmittere,quòd antiquitus Ro. Pont.nõ ſolebãt grauare ordinarios per tales modos prouidẽdi, & ideo in volumine Decretalium non reperitur aliqua deci. Reſpondeamus de hac materia.Primus ille fuit,qui incepit cõcedere tales prouiſiones Alex.3. qui erat tẽpore,quo fuit facta iſta Decret. noſtra ſuperuenit.poſtea Inno.3.deinde Honorius 3.demũ Gregorius 9.& de iſtis quatuor habemus deciſiones,in hoc volu.Decret.demum Inno.4. qui tantummodo fecit vnã Decretalẽ.c.1.de conceſ.præb.lib.6.poſt eũ Bonifacius 8. qui magis ampliauit,nouiſsimo loco Clemens 5. in cõci.Viennen.Iſti ſeptẽ Ro.Pont. Decre.ad iſtã materiã dederunt, vt dicit Io.And.in c.duobus.in fi.de reſcrip.lib.6.& in additionib.ad Spec.in tit.de conceſ.præb.in princ.Petr.de Anch.in cle.vnica.in prin.de conceſ.præb.Abb.in c.mandatum. & in c. capitulũ.ſuprà de reſcrip.gl.prag.ſanctio.in tit.2.de elect.aliàs in tit.de reſeruat.ſemper verò reſeruationes à principio,quando cõceſſæ fuerunt,iſta mandata Ro.Pontif.dabant tantũmodo literas monitorias, per quas monebantur ordinarij,vt conferrent beneficiũ vacaturum, deinde quia per monitorias non obtẽperabatur proceſſerunt per pręceptorias,illis pręcipiendo,vt mandata adimplerent. Sed quia ſi non obſeruetur mandatum Apoſtolicum ſimplex,qui contra facit venit tantummodo puniendus,non autẽ annullatur diſpoſitio in contrariũ facta.c.ſi ſoli ibi puniendus.de cõceſſ. pręb. lib.6.c.ſi eo tẽpore.de elect.eod.lib. c.dilectus.2.ſuprà de præb.c.prudentiã.§.adiicimus.ſuprà de off. deleg.c.ſuſcitatus.ſuprà de reſcrip. ideo Ro.Pont. dederunt certos executores quibus mãdabatur,vt haberẽt cõpellere ordinarios:hinc euentum eſt,ꝙ dabantur tres literę ſic ſucceſſu tẽporis,vt traditur in c.ſi ex inſinuatione.in c.mandatum.in c. Abbatem. ſuprà de reſcript. vbi dicitur quod dabantur monitoriæ , præceptoriæ & executoriæ ad cõpellendũ. Sed quia adhuc non ligabantur manus ordinarij per ſolas cõpulſorias,niſi in tribus caſibus, quando apponebatur clauſula Decreti,vel quãdo executor inhibebat collatori , aut quãdo iam erat collatus canonicatus,de quibus omnibus eſt text. in c. ſi ſoli.de conceſ.præb.lib.6. Nouiſsimo tẽpore Ro.Pont.progreſsi ſunt vlterius,dando in executorialibus poteſtatẽ prouidendi.c.ſi capitulo.de cõceſ.pręb.lib.6.c.ſi Apoſtolicę.c.mãdato.c.ſi propter.cap.quia ſæpè.c.ſi clericus.cap.mandatum.de præben.lib.6.cle.vnic.de conceſſ. præben.ſed quia diuerſæ formæ reperiuntur circa executores prouiſores,de hoc videbimus infrà in 6.quæſt.

Quartò aliquis quæreret,quia cõmuniter ſolet dici,quòd per talia mãdata Apoſtolica quis habet ius ad rẽ,licet nõ habeat ius in re,vtrũ iſtud ſit ita indiſtinctè verũ,breuiter reſpõ.quòd ſi cõcedantur tantũmodo literę monitoriæ,vel pręceptoriæ nullũ quæritur ius nec ad rẽ nec in re.gl. eſt ord.(quã ibi omnes ſequuntur)in c.veniẽs.ſuprà de renunt. & in c.literis.ſuprà de reſcri.vbi Inno.Hoſti.& cæteri alij:quãdo verò conceduntur compulſoriæ,& nulla facta eſt prouiſio,aut data poteſtas ad prouidendum,nullũ ius hoc caſu requiritur ad rẽ niſi in talibus caſibus,de quibus ſuprà diximus per text. in c.ſi ſoli.de cõceſ.pręb.lib.6.quando autẽ concedãtur literæ prouiſionales,vt quia mãdatur,quòd prouideat,benè acquiritur ius ad rem. cap.pen.de præb.lib.6.c.fi.de conceſ.præb.iſta declarat gl.ord. quam ibi ſimpliciter Doc.ſequuntur.in d.c.ſi ſoli. in glo.mag. in 2.parte.Non tamen dicitur acquiri ius in re.Nã illud nõ quæritur niſi facta prouiſione,& demum ſubſequuta acceptatione per ſolam prouiſionẽ ante acceptationẽ quæritur ius ad rem poſt acceptationem.c.fi.§.fi.& ibi declarãt Petr.de Anch.Domi.& Philip.Franc.de cõceſ.præb.lib.6. & iſtud eſt vtile ſcire,quia quando non eſt adhuc quæſitũ ius in re , poteſt Ro.Pont.reuocare illam talem conceſsionem,vel in totum reuocando,vel apponendo clauſulam,anteferri.c.pen.de præben. lib.6.c.fi.de conceſ.præb.eod.lib.

Quintò quæritur, vtrum requiratur mãdatum expreſſum ad obtinendũ talem expectatiuam, an verò valeat,poſito quòd nõ conſtet,quòd ipſe impetrauerit, vel procuratorẽ habuerit:concludatis, quòd in reſcriptis ad beneficia nõ requiritur mandatum.glo.ord.in c.nonnulli.§. ſunt & alij.in glo. mag.in fi.ibi Abb.in 2.notab.& 6.in 8.col.ſupr.de reſcri.gl.in c.ad aures.in gl.1.vbi Dom.Dec.in vltimis verb.eod.tit.Abb.per illum tex.in c.ex ore.1. infrà de his quæ fi.à maio.par.capi.Imo dic plus, quòd ſi in tali mandato apponeretur aliqua conditio,vtputa, ſi ille fuerit idoneus vel literatus, aut aliàs ſimilis,ad purificandũ talem gratiam ſeu conditionẽ non requiritur mandatum, ita volũt Do. de Rot.in deciſ.297.purificatio,in nouis. tradunt Doct.in cle.vnica.ſuprà glo.in verbo,præſentia.de conceſ.præb.Aduertatis tamen vnũ, quòd ad acceptandum prouiſionẽ requiritur ſpeciale manmandatũ.de quo Abb.in c.accedẽs.ſupr.de præb. & de hoc latius infr.dicemus.Et incidenter vnum

menti teneatur,quòd requiritur expreſsè acceptatio partis vel procuratoris, nec ſufficeret ſi procurator poſtquam executor fecit prouiſionem, peteret literas,quia per hoc nõ dicitur acceptaſſe,de quo notanter Calderin.in conſi.2.in tit.de præb.

Sextò quæritur,quæ ſit forma mãdati Apoſtolici, dicatis ex mente Io.And.quem Pet.de Anch. Domi.& Philip.Franc.ſequuntur in c.ſi ſoli.col.1. de cõceſ.præb.lib.6.Pet.de Anch.in cle.vnic.col.1. eo.tit.quòd à iure non reperitur certa forma,ſcilicet quòd omnia debeant confici ſub vna forma, tamen reperiũtur plures formæ,quæ diuerſificantur ſecundum qualitates executorum, ſecundum qualitates beneficiorum,ſecundum perſonas quę grauantur, & ſecundũ clauſulas quæ inſeruntur. Et vt poſsitis recurrere ad loca, in quibus reperiuntur formæ, & intelligatis effectum cuiuſlibet ex mente dictorum Doct.in locis alleg.habetis in iure has formas mandatorum.

Prima eſt per quam mandatur collatori,vt habeat procedere, & ſecundum hanc formam ſi nihil aliud addatur non impediuntur manus collatoris, quin poſsit alteri prouidere. cap. ſi ſoli. de conceſ.præb.in 6.c.dilectus.2.ſuprà de præb.traditur in c.ſi eo.de elect.lib.6.

Secunda eſt,quando mandatur,& cũ hoc præcipitur collatori, vt habeat prouidere nullo dato executore,nec appoſita clauſula Decreti,& eundẽ effectũ habet prout pręcedens.c.mandatum.ſuprà de reſcrip.cap.ſi ſoli.de conceſ.præben.lib.6.

Tertia eſt, quando mandatur collatori vt prouideat appoſita clauſula Decreti, nullo dato executore, tunc afficiuntur manus collatoris, vt non poſsit alteri conferre.c.ſi eo.de elect. lib.6.traditur in c.dilectus.2.ſuprà de præbend.

Quarta eſt forma, quãdo mandatum dirigitur collatori, & cum hoc datur executor non tamen mandatur executori, quòd prouideat, ſed quod compellat collatorem, & de iſta forma dicatis prout de prima, niſi executor inhibuiſſet collatori vel & ſecũdò niſi iam fuiſſet prouiſum de canonicatu expectanti.c.ſi ſoli.de conceſ.præb.lib.6.

Quinta eſt,quando nõ mandatur aliquid collatori,ſed datur executor,vt habeat cõpellere collatorem non appoſita clauſula Decreti, nec data poteſtate executori,vt prouideat & de hoc dicatis prout de præcedenti,vt ille tex.in dict.cap.ſi ſoli.

Sexta,quando mandatur ſoli executori cũ hoc quòd habeat prouidere ſi collatori inſinuauerit inhibendo ne alteri conferat, etiam quòd nõ ponatur clauſula Decreti,afficiuntur manus ordinarij.c.ſi poſtquam.de præben.lib.6.

Septima eſt,quando mandatur collatori,& datur executor cum poteſtate prouidendi, & in ea dicatis prout in pręcedenti,vt habetur in glo.mag. ad fi.in d.c.ſi ſoli.

Octaua eſt, quando executor conſtituitur, vt habeat prouidere in negligentiam collatoris ordinarij,& hoc caſu debet prius requiri ordinarius, & demum adiri executor.c.ſi capitulo.de conceſſ. præben.lib.6.

Nona eſt,quando apponitur clauſula Decreti. quòd ſi ſecus factum fuerit ſit irritum, & inane. & hoc caſu ſiue mandetur ſoli collatori, ſiue deputetur ſolus executor, ſiue mandetur vtrique,ſiue mandetur, quòd compellatur, aut prouideat in omni caſu,afficiuntur manus collatoris. cap. ſi eo.de elect.lib.6.glo.in dicto cap.ſi ſoli.ad fi.

Decima eſt, quando mandatur prouideri primo de canonicatu,deinde de præbenda,& iſta eſt communis forma de qua in dict. cap. ſi capitulo. & habet effectum ſecundum,quòd diximus ſuprà in aliis formis, inſpiciendo ſi apponatur clauſula Decreti vel non, vel ſi mandetur prouideri, aut compelli.

Vndecima eſt, quando mandatur primo prouideri de prębenda,& poſteà de canonicatu valet, nec vitiatur propter præſentationem ordinis.cap. ſi clericus.

Duodecima eſt, quando mandatur prouideri vltra canonicatum, vel præbendam de dignitate, perſonatu vel officio, & hoc in cap. quia ſæpè.de præben.lib.6.

Decimatertia eſt,quando quis creatur canonicus,vel recipitur in canonicum,& mandatur prouideri de prima prębenda,de qua in cap.relatum. ſuprà de præben. & ſecundum iſtam formam, ex mente concordatorum regiorum deberent concipi mandata Apoſtolica.

Decimaquarta eſt, quando nõ apponitur tempus intra quod debeat fieri acceptatio per expectantem. iſta eſt in text. & in princip. de conceſſ. præben.in 6.

Decimaquinta eſt, quando apponitur tempus intra quod debeat fieri acceptatio per expectantem, & de hac in cle.8.de conceſ.præben.

Decimaſexta eſt,quando non reperiuntur perſonæ quibus fiat prouiſio, vt ſi mandatur, quòd prouideatur duobus vel tribus idoneis, & de hoc Bart. in cap.16.cui. & infrà cap.ſi cui. de præbend. libro ſexto.

Decimaſeptima, quando mandatur prouideri cum aliqua qualitate,vt ſi fuerit repertus idoneus vel ſi fuerit literatus, aut aliàs ſimile, & tunc requiritur purificatum ante vacationem, & de hac in cle.vnica,de conceſ.præb.

Decimaoctaua eſt,quando mandatur prouideri de certo beneficio indiuiduo, de hac in cap.ex parte 1.de offic.deleg.ſuprà.

Decimanona eſt, quando ponitur clauſula, dummodo ſimilem gratiam minimè conceſſerimus, & de hac in cap.1. mandatur. & cap.literis. ſuprà de reſcrip.

Viceſima, quando ponitur clauſula, anteferri ſimilem gratiam obtinentibus,& de hac in c.pen. de præben.lib.6.

Viceſimaprima eſt, quando mandatur prouideri de beneficio vſque ad certum valorem, non poteſt prouideri, de penſione niſi adiiciatur. & de hac in c.quamuis primo.de præben.

Viceſimaſecunda eſt,quando mandatur prouideri de beneficio in aliqua eccleſia,vt quia eſt cura,quæ habet multa beneficia, non poterit prouideri de ipſa cura.c.fi.ſuprà de præb.

Viceſimatertia eſt, quando mandatur prouideri de beneficio in diœceſi, non poterit prouideri de eccleſia cathedrali.c.quamuis.1.in princip. de præben.lib.6.





Viceſimaquarta eſt,quando mandatur ſimpliciter prouideri de beneficio non poteſt prouideri de cura. cap.cum in illis.de præb.lib.6.traditur in cle.1.eod.tit.

Viceſimaquinta eſt, quando mandatur prouideri de beneficio ſacerdotali non poterit prouideri de non ſacerdotali,quod eſt minus, & ſic expreſſa vna qualitate etiam maiori non comprehenditur minor.c.cui de non ſacerdotali.de præb. libro ſexto.

Viceſimaſexta eſt,quando mandatur prouideri clerico ſæculari, vel de beneficio ſæculari non poteſt prouideri de beneficio ſolito regi per regulares,& econtra.c.cũ de beneficio.de pręb.lib.6.

Viceſimaſeptima,quando mandatur prouideri de beneficio vacaturo certo modo, vt per mortem, vel per renunciationem non prouidebitur de vacante alio modo.c.ſuſceptũ. de reſcrip.lib.6.

Viceſimaoctaua eſt,quando apponitur clauſula motu proprio,vel ex certa ſcientia,& tunc tollitur omnis ſubreptio.c.ſi motu proprio.de præb. libro ſextò.

Viceſimanona,quando mãdatur cap.vt prouideatur de beneficio vacaturo, non poterit prouideri de beneficio ſpectante ad collationem particularium.c.mandato.de præb.lib.6.

Triceſima,& vlti.pro nunc quando mandatur prouideri de beneficio ſpectante ad collationem non prouidebitur de beneficio ſpectante ad electionem, vel præſentationem, aut inſtitutionem. cap.cum illis.§.1.de præb.lib.6.Et iſtas omnes formas volui ita amplè declarare vt ſitis cauti in ponendis clauſulis circa mandata de prouidendo.

Septimò quæritur,quia ſecundum concordata à duodecim an citra in ciuitate Bononienſi,inter bonæ memorię Leonem X.Pontific.ſupremum, & Franciſcum Chriſtianum Regem noſtrum,facta & conuenta traditur, quædam forma mandatorum Apoſtolicorum ſi Rom.Pontif. conceſſerit,vel concedat mandatum ſub alia forma,an tale mandatum valeat?circa hanc quæſtionem:quia plures proceſſus pẽdent adhuc indeciſi, in ſupremis curiis Parlamentorum ex eo,quia Ro.Ponti. conceſsit plura mandata ſub alia forma,procedemus tamẽ modo diſputationis, relinquendo pro nunc ipſam deciſionem ipſis ſupremis dominis. Et pro parte negatiua,quòd non valeant mandata ſub alia forma facit illa regula trita, quòd forma in actu requiſita ad vnguem debet obſeruari. cap.cum dilecta.& ibi Felin.col.5.cum duodecim ſequentibus more ſuo, plura cumulauit, ſuprà de reſcript.& ideo dicitur communiter,quòd forma mandati obſeruanda eſt.l.diligenter.ff.mand.cap. venerabili. ſuprà de offic.deleg.forma dicitur eſſe illa,quæ magis attẽditur,quàm materia,(dat enim eſſe rei, & illam conſeruat in eſſe) l.Iulianus.§.ſed & ſi quis.ff. ad exhib. cap.ſi motum. de conſecra. diſtinct.1.c.1.infrà de conſer.eccle.vel alta.hinc dicit glo.ordina. in c.1. infrà de baptiſmo, quod ad effectum baptiſmi pro forma datum eſt, vt dicatur,In nomine patris,& filij,& ſpirituſſancti,ſi diceretur in nomine trinitatis, non valet.facit deciſio Bald.quam ibi Docto.ſequuntur in l.1.ff. de liber.& poſthum. & ibi Iaſ.ad hanc materiam plura per quatuor col. cumulat. quòd ſi ſtatutum dicat notarium debere in inſtrumento apponere nomen, cognomen, & agnomen contrahentium, ſi per alia nomina quæ falſa demonſtrarentur, contrahentes deſignarent, quòd in indiuiduo non ſeruatur forma, non valet contractus, & illam deciſionem Baldi commemorat Socinus in conſi.24.viſo ac diſcuſſo.col.2.& 7. & in conſi.33. proſequendo ordinem. col.3.facit etiam pro hoc dictum Bart.per illum tex.in l.fi.§.omnium.C.de admi.tut.quia text. ibi pro forma requirit, quòd tutor expreſsè promittat,quòd ſine vlla dilatione non prętermittet defenſionẽ pupilli,& ſi promitteret per verba æquipollentia non valeret,idẽ voluit Bar.in l.legitimos.in princ.ff.de legit.tut.& in l.Prætor.in princip. ff. de no.operis nunt. in quibus locis dicit, quòd per hoc fecit ceſſare multas tutelas,& hac deciſione Alex.in conſi.129.ponderatis his,in fin.in 1.parte.ad idem facit text.in l.qui per ſalutem.ff.de iureiuran. quòd ſi delatum fuerit iuramentum ſub certa forma, vt ſuper brachio Sancti Anthonij,aut ſuper canone (te igitur)ſi iuratum fuerit alio modo,quamuis ſit fortè execrabilius, vel ſub maiori obteſtatione non videtur ſatisfactum,cum non ſit obſeruata forma,ad iſtud etiam facit tex.& quę ibi plenè traduntur in l.non dubium. C.de legi.quòd quando l.aliquid prohibet ne fiat niſi cũ aliquibus qualitatib. dato quòd non fuerit incerta clauſula decreti,vel etiam poſito, quòd vlterius non progrediatur, annullando nihilominus actus erit nullus.ad idem tex.in cap. prouida.de elect.lib.6. vbi datur forma procedẽdi per iudicem,qui cõfirmat electionẽ, quãdo ab eo fuit appellatum,& dixit tex.dato quòd veritas ita ſe habeat,ſi tamen non obſeruetur forma,proceſſura iudicis erit nulla,idem probat tex.in c.fi.eod. tit.vbi pro forma datur, quòd in cõfirmanda electione debent vocari coelecti, & contradictores, & ſi non appareant, in eccleſia cui de paſtore fuit prouiſum,debet fieri citatio generalis : ſi non obſeruetur forma, dato quòd nulli ſunt cõtradictores,confirmatio reddetur nulla.Plura alia poſſent adduci,quæ ponuntur per Felin.in d.c.cum dilecta.& per Iaſ. in d.l.1.ff. de lib.& poſth.quæ ibi poteritis videre.Pro parte affirmatiua.

Quòd imò valeat mandatum ſub alia forma conceſſum, & iſtam partem tenere non eſſet deuiare à veritate iuris.Primò facit glo.notab.(quæ videtur ponere manum ad radicem)in cle.1.verb. inhibentes circa medium,de iure patro. quàm ibi Ioan.de Imol. per duas bonas col. declarauit, voluit enim illa gl.quòd quando aliquis habet aliàs iuriſdictionem in aliquo actu, & de nouo datur ſibi certa forma, ſi non apponatur clauſula decreti annullatiua valebit actus ſuus, non obſeruata forma. Nam d.clem. dat vnam nouam formam ordinariè,circa inſtrumentum eorum,qui pręſentantur à monachis, & non procedit vlterius annullando, ſi contra fiat ex quo ordinarius ante illam diſpoſitionẽ habebat poteſtatem inſtituendi, ſi non obſeruet formam, valebit tamen inſtitutio. Et ita dicit Abb.per illam glo.in c.fi.circa fi.ſuprà de reſtit.ſpoliat. Idem Abbas in c.dilectus.2.ad fi. ſuprà de præben. vbi aſsignat rationem diuerſita-

tis. in caſu autem concordatorum, non datur noua poteſtas Rom.Pontif.quia de iure ſibi competebat, & etiam tenore pragmaticæ ſanctionis ſolum forma noua fuit inuenta,nec apponitur clauſula annullatiua, debet ergo valere mādatum ſub alia forma. ſic quod in rub.de firma,& irreuocabili concordat. ſtabilita.in verſi. nec non.ponitur clauſula Decreti.

Secundò pro hoc facit,quia omiſsio formæ accidentalis non habet reddere actum nullum, & ea, quæ dicuntur de forma omiſſa habent locum in ſubſtantiali,ita Bar.in l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſac.in l.1.§.ſi plures.circa.fi.verſ.quarto quæritur.ff.de actionib. exercito. forma accidentalis appellatur illa,quæ apponitur in actu, poſtquam eſt in eſſe deductus, forma ſubſtantialis dicitur, quæ requiritur quando res deducitur in eſſe, vt videmus in conficiendo pileo rotunditas, concauitas & piloſitas adhibetur, quādo fit,& illa appellatur ſubſtantialis, quia non diceretur pileus ſine illa forma.iſtud eſt de mente Bald.not. (allegat.Ariſt. & Auerroē) in l.vniuerſa. C.de precib.Imper.offe. in caſu autem iſto forma data in cōcordatis,quia dicitur accidentalis,cū ſine illa forma gratia Apoſtolica deducatur in eſſe, meritò ſi non obſeruetur non reddit actum nullum.

Tertio facit, quia quando l.procedit ſolū permiſsiue,non autem loquitur prohibitiuè, vt puta quia dicit diſpoſitio non fiat niſi cum hac forma, tunc dicitur procedere non permiſsiue, quando expreſsè prohiberet diceretur prohibitiuè,& inter hæc eſt differentia. Primò caſu, quando non permiſsiuè actus in cōtrarium factus non eſt nullus ipſo iure, niſi apponeretur clauſula annullatiua. Et ita notāter decidit Sal.in l.fi. C.de ſent.ex per. reci.iuncta l.pen.quia l.pen.procedit, non permiſſiue,quòd non feratur ſententia ſine ſcriptis.l.fin. diſponit,quòd ſi contra fiat ſit nulla:ex illa. l.fi.ſequebatur, quòd re ſola nō permiſsione actus contrarius nō reddebatur nullus, quando autem prohibitiuè procedit, diſpoſitio habeat locum. l.non dubiū.C.de legib.Iſtam declarationem Sali.commemorat,& ſequitur Iaſ.in l.pen.col.16.C.de ſumma trinit.& fide catho.& in d.l.nō dubiū.col.8.Io. de imol.in cle.1.de iure patro. ſed in dictis cōcordatis, tam in titulo de mandatis, quàm in forma mandatorum, verba ſunt tantummodo non permiſsiua, & non apponitur clauſula annullatiua, vel autoritatiua.

Quartò facit ponderando verba illorum concordatorum. in tit.de mandat.dum dicitur, quòd ad euirandū proceſſus mandata dabuntur ſecundum formam poſtea traditā.Ibi oſtenditur, quòd forma fuit inuenta ad vtilitatem, ſeu ad effectum eorum conſequendū, ſed quando forma traditionis habitę ſolo reſpectu ad vtilitatem,vel effectum ſi fuerit omiſſa non vitiat actiones,ita in terminis Bal.in d.l.vniuerſa.C.de preci.imper.offe.

Quintò facit tex.not.in l.fi.§.fi.ff.mand.vbi tex. probat, quòd quando curamus tantummodo de effectu, non requiritur,ꝙ forma mandati obſeruetur,ſufficit ſi fuit per æquipollēs,quem tex.ad hoc commendauit Iaſo. in l.hac conſultiſsima. in fin. C. qui teſta.face. poſſ. in l.3.colum.1. C. de inſtit. & ſubſtitut.& in l.puberem.C.de iur.delib.

Sextò & vltimò facit, quòd voluit Ange.& ibi Alexan.col.5.in l.1.in princ. ff. de vulga. & pupil. authen. ſed cum teſtator. C. ad l.Falcid. loquens qualiter teſtator ſi vult prohibere falcidiam debet illud expreſsè facere, tamen per verba generalia importantia prohibitionem,& valet prohibitio,& ideo dixit Alex.in l.prætor.in prin.ff.de noui operis nuntia. & in conſi.80.viſis themate.in 5. parte. quòd deciſ.Bart.in l.fin.§.omnem. C.de admi.tut. cum aliis §.allegat.habet locū, quando nec in ſpecie nec in genere eſſet permiſſum illud de quo in illo tex. quia nō curamus quibuſcunq; verbis diſpoſitio accipitur. l.quoniā indignum. C. de teſta. l.2.C.commun. de legat. & iſta vltima videretur, quòd de iure ſi mandata Apoſtolica concipiantur alia forma, quàm illa de quibus in concordatis, valeant nihilominus.

Octauò quæritur, ſi requiratur ſcriptura ad effectum gratiæ Apoſtolicæ, breuiter concludatis, quòd de iure non requiritur ſcriptura, ſed poſtquam Ro.Pontif.conceſsit gratiā, vel fecit prouiſionem,ſtatim habet effectum, & ſi moriatur non factis bullis valet, & tenet.ita originaliter Achid. in proœmio 6.circa col.vlt.& ibi Io.And.in col.2. Philip.Frāc.& Domi.in §.fi.Bal.in l.humanum.in vltimis verbis.C.de legib.in l.ſi qua per calumniā. col.2.verſicu.denuo.C.de epiſc.& cleri.in l.falſus. col.7.verſic.ex prædiis. C.de furt.Domi.de Rota deciſ.882.nota. quòd gratia.in antiq. Abb.in c.in noſtra.in fi.ſuprà de reſcript.in cap.noſti.ſuprà de elect.& in c. ex diligenti. infrà de ſymon.vbi Io.de Ana.& Feli.idem Feli.latè in rub.col.4.& ibi Do. Philip.Decius.col.pen.in 1.2.lectura.ſupr.de cōſti. & pro hac concluſione cōmuniter allegatur tex. in l.contrahitur. ff.de pign.vbi ad effectum diſpoſitionis non requiritur ſcriptura, melior text.in c. inquiſitionis.25.q.2.& in cle.dudum. §.fi.verſ.nos autem de ſepult.verū eſt tamen quod licet prouiſio Apoſtolica ad hoc, vt dicatur habere effectum non requirat leuationē bullarum, tamen non poterit in iudicio,vel alibi talis prouiſio probari, niſi per ſcripturā.arg.text.in d.c. ex diligenti. infrà de ſymo.vbi ita Abba.Io.de Ana.& Feli.tranſeunt,& alij in locis ſuprà alleg. & ad hoc habemus duas regulas cancel.vna eſt in ordine 25.per quā diſponitur, quòd iudices non debent procedere ſuper prouiſione Apoſtolica,niſi exhibitis bullis,& ſola ſignatura in ſupplicatione non ſufficeret, alia eſt regula in ordi.29.per quā diſponitur,quod executor Apoſtolicus, nō poſsit procedere ad purificationem gratiæ ſeu fulminationem proceſſus niſi leuatis bullis Apoſtolicis, & iſtud notetis, quia pluries vidi quoſdam clericos mittere in poſſeſſionem beneficialem ſuper ſola ſignatura ſine bullis Apoſtolicis.

Vtilitas circa iſtud,quòd effectus ſequatur ſine literis, licet probari non poſsit diſpoſitio reſultat, quia ſi fuerit data gratia vel facta prouiſio ex eo, quòd ſtatim habuit effectum, ſi ille cui fuit facta moriatur, ante leuationem bullarum dicetur tamen vacare beneficium per ſuam mortem,& non eo modo,quo prius vacabat. Secunda vtilitas reſultat: quia ſi beneficium vacabat in curia, & fuit



collatum exiſtenti extra curiam, ſi moriatur ante leuationem bullarum, non vacat amplius in curia. Tertia vtilitas, quòd ſi beneficium erat reſeruatum facta collatione, & non leuatis literis non dicitur amplius reſeruatum priuſquam collatio habuit effectum, iſta omnia ſunt de mente Dom. de Rota. in d.deciſ.882. Innoc.in c.inter cæteras: ſuprà de præb.Ioan.Andr.& alij in cap.ſi electio.de elec.lib.6.

*An beneficium poſsit permutari ante leuationē bulla.*

Iſta tamen cōcluſio ſecunda,quòd ad probandum prouiſionem Apoſtolicam, requiratur ſcriptura recipit tres declarationes.Prima in actu tangente conſcientiam teſtes ſufficiant, & ita Felin. in dict.c.ex diligenti. Domi.Dec.in d.rubr. ſuprà de conſtit.alleg.tex.in cle.dudum.§.nos autem.de ſepult. & iſtud videmus quotidie, quando aliquis ſuper excommunicatione recipit abſolutionem, vel ſuper irregularitatem, rehabilitationem, aut diſpenſatur,quòd poſsit audire leges,& in aliis ſimilibus tangentibus cōſcientiam dantur à pœnitentiario Apoſtolico,literæ in quibus dicit ſe viuę vocis oraculo habuiſſe à Rom.Pont. de voluntate Rom.Pont. non habetur niſi aſſertio illius pœnitētiarij,quòd ſufficit. de quo eſt bonus tex.in c. nobiliſsimus.97.diſt.Ludo.Roma.plura in conſi. 59.ad diſcutiendum.col.2.in fi.Bal.in l.iuriſiurandi.col.2.C.de teſti.

Secundò declaratur, quando ageretur de probanda aliqua cōiectura,vt quia dicit ſe fuiſſe priorem in data, aut aliud ſimile,ſcriptura non requiritur,ſed per teſtes poterit probari, vt dicunt Feli. & Dec.in locis ſuprà alleg.per gl.8.c.duobus.verbo appareret.de reſcript.lib.6.& in cap.ſi à ſede.de præb.c. lib. facit, quod habetur in l.hæredes palā. §.1.ff.de teſta.& per glo.ord.& not.in l.2.C.de bono. poſſeſ. ſecundum tabul. quod in teſtamento requirantur ſeptem teſtes,ad probandum aliquam coniecturam teſtamenti non requiritur illa ſolemnitas,ſed ſuo teſtes ſufficiunt.

Tertiò declaretis,quando bullæ fuiſſent ſemel leuatæ, & deperditæ per teſtes poterit probari prouiſio duobus concurrentibus, primò quòd probetur perditio illarum:ſecūdo quòd teſtes,qui deponunt ſunt periti cognoſcentes vitium talium literarum,& deponant ſe illas vidiſſe non habentes defectum,neque vitium hoc: modo probatur tenor diſpoſitionis,quę requirebat ſcripturam.Iſta traduntur in c. cum olim. infrà de priuil. Bart. in auth.ſi quis in aliquo. C.de edendo. Fel.vbi plura in c.ſicut.infrà de re iudic.

Nonò quæritur,circa executores mandatorum vtrum debeant eſſe qualificati, ſecundum quòd diſponitur in c.ſtatutum. in princ. de reſcrip.lib.6. & in cle.2.eo.tit. Reſpon.breuiter ex mente Ioan. And.Philip.Franc.& Domin in d.c.ſtatutum.§.in nullo.& traditur etiā in cle.1.de offic.deleg. quòd debeamus aduertere ad qualitatem mandati,quia ſi executor habet procedere cum cauſæ cognitione, vt quia ſibi mandatur, quòd aliquid faciat,& illud tale non ſubintelligitur tacitè à iure, vt puta ſi dicatur,ſi fuerit doctor,ſi fuerit talis nationis,debet eſſe alterius de qualitatibus in dict. cap. comprehenſis, ſi verò non requiritur aliqua purificatio,(vel apponitur illa, quæ tacitè ineſt) à iure, vt puta ſi ſit idoneus, non requiritur aliqua qualitas in executore de mentionatis in dictis locis: iſtud etiam volunt Domini de Rot.in deciſio.236. ſi in forma communi.& deciſione 370.ex hoc & propter,& deciſ.403.in nouis. idem Domini de Rot. deciſ. 99. nota quòd executor. 392.nota quòd ſi in forma communi.565.vtrum capitulum. Et iſta differentia ſuadetur, quia quando executor non habet purificare gratiā in aliquo, hoc eſt non habet cognitionem, adhibere videtur ſolum deputatus acceſſoriè ad gratiam, & poteſtas ſua non expirat mortuo mandante.c.ſi ſuper gratia.de off. deleg.lib.6. Sed quādo debet cauſæ cognitionem adhibere,cenſetur commiſſus principaliter,& poteſtas expirat mortuo mandante, re exiſtente integra. c.ſi cui nulla, vltimo reſpon.de præb. lib.6. Iſtud autem quòd diximus de executore, intelligatur etiam de ſubdelegato ab executore: debet enim eſſe illius qualitatis, cuius & ipſe executor. d.c.ſtatutum. §.in nullo.intelligendo, quādo omne negotium ſubdelegatur, ſecus eſſet ſi certum miniſterium,aut certus clericus,vt videmus quotidie, quòd priuſquā executor fulminauit ſeu purificauit gratiam, committit eam cuicunq; etiam ſimplici clerico, vt mittat illum expectantem in poſſeſsionē,hoc caſu ſiue ab executore ſiue etiam à Roma. Pontif. quia talis commiſsio ad vnum actum non requirit aliquam de prædictis qualitatibus.ita voluit gloſſ.in d.c.ſtatutum. in princ. verbo,cauſam.& in dict.§.in nullo. verbo,vices & vbique per Doct.Dom.de Rota in deciſ.99.quòd executor in antiq.

Decimò quæritur,quæ debeant exprimi in gratiis ſiue mandatis Apoſtolicis, quia iſte articulus eſt quotidianus & vtilis,faciemus duas partes,primò declarabimus clauſulas, quæ ſolent apponi. Secundò videbimus de qualitatibus,quæ neceſſario ſunt requiſitæ, declarando tantū effectum cuiuſlibet clauſulæ & qualitatis, non extendendo fimbrias propter vacationes proximas.

Quantum ad primum,ſcilicet de clauſulis,prima clauſula eſt, quòd ſemper in reſcripto ſubintelligitur,ſi preces veritate nitātur, & tenetur quis verificare omnia,quæ exprimit c.ex parte.ſuprà de reſcrip.etiam ſi in reſcripto apponeretur alia clauſula motu proprio, ſemper ſubintelligitur ſi preces veritate nitantur,de quo videatis Fel.in c.cauſam quę.ſecundo,colum.2. ſuprà de teſtib.de qua clauſula latè per omnes in d. c.ex parte. intelligatis tantum ſecundum quod dicemus in clauſula ſequenti.

Secunda eſt clauſula,dum dicitur,vt aſſeris vel vt aſſeritur, & cum inter iſta duo differentia eſt, quia quando dicitur vt aſſeris,tenetur probare aſſerta in bulla, quando dicitur vt aſſeritur,vel aliàs imperſonaliter non tenetur illa iuſtificare.ita Do. de Rota deciſ.74.notab.quod vbi alicui, & deciſ. 727. Nota quòd ſi ponatur. in antiq. & pro hac differentia allegant tex.in authen.ſi quando.C.de conſt.pecunia.

Tertia eſt, quod quæ de ſtylo curiæ conſueta eſt apponi,illa ſemper ſubintelligitur, etiam ſi nō apponatur.c.cū M.Ferrarienſis.& ibi Fel.in 4.no. c.quòd cū.in 2.col. ſuprà de conſtit. vbi cumulat

plures deciſiones ad illud, quòd in diſpoſitione conſueta ſemper ſubintelliguntur, & eſt de hoc glo.ord.c.& not.in l.fi.C.de fideiuſſ.Iaſ. plura per duas col.in l.vt liberis.col.3.& 4.C.de collat.intelligatis tamen hoc, niſi illa eſſent ſubſtantialia, vt ſunt qualitates de quibus videbimus in 2.parte huius quæſtionis,quamuis longo tempore ſint ſolitę apponi, ſi omittantur nõ habentur pro appoſitis, ita Fel.in d.c.cum. in fi.tertiæ col.facit deciſio notabilis Paul.de Caſt. in l.errore. C. de teſta.quòd ea quæ ſunt introducta ad conſeruandum iuris rigorem,dato quòd ſint ſolita poni,ſi omittantur non habentur pro appoſitis.

Quarta eſt clauſula,quòd mandatur prouideri de beneficio ſpectãte ad collationem, electionem, inſtitutionem, aut aliã prouiſionem, & hoc ideo quia expreſſo vno modo prouidendi non cõprehenderentur beneficia, in quibus prouidetur alio modo, & ideo apponuntur omnes modi, aut ſaltem clauſula generalis.iſta probantur in c.cum in illis.§.fi.de præben.lib.6.facit tex.(& quæ ibi plenè traduntur)in c.ſuſceptum.de reſcript. Et adnotetis circa iſtud, quòd ſi in gratia fieret mentio de vno modo vacãdi ſeu prouidendi, & in executorialibus comprehenderentur omnes,iſtud non ſufficeret, quia verba executorialia, aut literæ executoriales non ampliant gratias. text. eſt bonus in cle.1.vlti.reſpon.de præben.& notetis,quia pluries vidi executoriales & ampliores gratias.

Quinta eſt, quando pluribus collatoribus dirigitur gratia,ſolet dici ſi ad vos cõmuniter, vel diuiſim,& hoc ideo quia ſi mandatur alicui,vt prouideat de beneficio ad eius collationem ſpectante, non comprehendetur in gratia beneficiũ, quia eſt de ſua collatione,& alterius,& econtra ſi mandetur capit.& canonicis,non cõprehendetur beneficium ſpectans ad collationem particularem canonici.Iſta omnia probantur in c.mandatũ. quod eſt fi.de præben.lib.6.Dom.de Rot.in deciſ.241.& 271.in antiq. Aduertatis ad vnum quod eſt notabile, quia ſi in aliqua eccleſia canonici ſeruirent per hebdomadas, & hebdomadarij haberent poteſtatem prouidendi de beneficiis vacantibus in eorum hebdomada,aut aliàs per turnum facerent prouiſionem, ſi mandetur cap.& canonicis,comprehendentur talia beneficia,quia canonici videntur nomine capituli habere illã poteſtatem, non autem particulariter,ex eo quòd mutatur de perſona in perſonam.dict.l.quæſitum. §.ſi quis. ff. de fundo inſtr.inſtr.lega.l.annua.§.1.ff.de annu.legat. Domi. de Rot. in ſpecie deciſ.119.nota. quòd vbi impetrans, & deciſ.259.in antiq.

Sexta clauſula quæ ſolet apponi, à quibuſcunque cenſuris eccleſiaſticis à iure vel ab homine,& eccleſia,iſta clauſula apponitur propter duo : primò quia excommunicatus non poteſt impetrare reſcriptum etiã gratioſum.c.1.de reſcrip.lib.6. Secundò quia excõmunicato non poteſt fieri aliqua prouiſio de beneficio,ſiue dando ius in re,ſiue ius ad rem.c.poſtulaſti.de cleric.excom. mini. & ideo dicit Abba.poſt Io.And.in c.cum noſtris.col.pen. in hoc tit.quòd ex excommunicatione beneficiatus non perdit beneficium quod obtinet.c.ſi celebrat.de cleri. excom.mini.reddit tamẽ eum inhabilem ad beneficiũ obtinendum,idem dicit etiam in c. venerabilẽ.col.2.ſuprà de elect.quòd excommunicatus non poteſt eligi,& de hoc quòd excõmunicato non poſsit fieri prouiſio Do. de Rot.in deciſ.363.Nota quòd excommunicato in antiq.& dicit gloſ. not.in c.propoſuit. quam ibi omnes ſequũtur, infrà de cleri.excõ.mini.quòd ſi probetur longo tempore ante prouiſsionem, quòd aliquis fuit excommunicatus præſumitur adhuc eſſe excommunicatus. Notetis tamen,quòd excommunicatus poteſt acceptare beneficiũ, quia acceptatio non eſt niſi quoddam præambulum ad prouiſionem per executorem fiendam, & prohibito actu non prohibẽtur pręparatoria.l.ſi quis officiũ. ff.de rit.nup.excommunicatus enim dicitur æquiparari ſeruo,vt traditur in l.eos.ff.de teſtamẽ.& in §.minor. inſtit. de capit. diminutio. ſeruus poteſt contrahere,& conſenſum ſuum declarare,& alios actus,qui ſunt iuris gentium exercere.l.quidã.ff.de pœnis.traditur in l.quòd attinet. ff.de reg.iur.in c. acceptatio. nõ eſt niſi quædam declaratio voluntatis, & ex ea donec facta prouiſione nullum ius ſpirituale conceditur,vt habetur in clem.vnica.de conceſsio. præb. & ideo excommunicatus poteſt acceptare. Ita concludunt Dom.de Rota in deciſ. 126.Nota,quòd excommunicatus,& in deciſ.720. nota quòd excommunicatus.

*De motu proprio.*

Septima clauſula, quæ ſolet apponi motu proprio & nõ ad requiſitionẽ alicuius operatur,ꝙ per eam tolluntur omnes ſubreptiones.c.ſi motu proprio.de præb.lib.6.& de hac clauſula latè per duas bonas col.Felin.in c.cauſam.quęſt.prima.col.2.& tribus ſequentib.de reſcrip.eſt etiã bon.tex.in cle.ſi Romanus.de pręb.vbi habetur,quòd per iſtã clauſulam non derogatur iuri tertij,ita quòd ſi beneficiũ eſſet de patronatu laico,niſi fiat expreſſa derogatio, motus proprius nõ cõprehenderetur.arg.l. 2.§.ſi quid in flumen.ff.ne quid in flu.pub.de qua clauſula Io. An. Pet.de Anch.& Philip. Franc.latè ponunt in d.c.ſi motu proprio. Duo tamẽ notetis,primò quòd legatus, vel alius inferior non vtitur,& ſi vtatur nullius eſt effectus.gl. 2.in cle.2. & ibi omnes tradunt de offi.ord.Calder.in conſ.3. in tit.de pręb.Et quod clauſula ex certa ſciẽtia.nõ tantum operatur quantum motus proprius, ita D.de Rot.in deciſ.3.licet curia Romana,in nouis.

Octaua clauſula eſt,necnon quæcũque & qualiacunque beneficia & cætera,pro expreſsis habẽtes, operatur quod vbi quis tenebatur exprimere quęcunque etiã minima beneficia quæ obtinebat tẽpore conceſsionis gratię.c.ad aures.c.poſtulaſti. ſuprà de reſcrip.c.nõ poteſt.c.ſi motu proprio de pręb.illa clauſula tollit ſubreptionẽ quę induceretur ex nõ expreſsione.ita Bal.in c.ſuper literis.col. 2.ſuprà de reſcrip.Ant.de But.in conſi.2. viſis literis legitimationis.ad fin. Alex.in l.ſed & ſi quis.§. quæſitum.vbi Iaſ.ff.ſi quis caut.Fel.in c.non nulli. colum.8.& in c.in noſtra.in 9.correlario.ſuprà de reſcrip. pro quo alleg.text.in l.qui iure.ff.de teſta. mili.in c.1.ſuprà de tranſact.in c.illa.ſuprà de elect. in cap. ſi motu proprio. de præben.lib.6. Et facit quod dicunt Aug.& Alexan.in l.1.in princip.in 8. col. ff. de vul. & pup. quod prohibitio falcidiæ inducitur etiam per verba generalia,quia illud quod exprimitur



exprimitur in gratia, dicitur expreſſum ſecundùm Bart. ibi de quo etiam Bart. in l.prætor. in princ.ff.de noui operis nunt.

Nona clauſula eſt etiam in quibus ius expectatur ſiue in re, ſiue ad rem : ideo ſolet apponi, quia de iure vel ad rem vel in re,vel quod aliquis expectat debet fieri mentio.c. in noſtra. ſuprà de reſcrip.& ad hoc facit quod habetur in c. 2. de filiis presbyt.lib.6.& diximus late.in c. extirpandæ. §. qui vero in materia diſpenſationis, quod ſi quis obtinuit diſpenſationem, & de nouo impetrat aliam, licet per eam non tribuatur ius in re neque ad rem,ſed tantummodo quis habilitatur, in ſecunda debet facere mentionem de prima.

*Vide Dom. conſil. 15. Dec.conſil. 233.viſo tenore.& cõſ. 275.viſo tenore.*

Decima clauſula eſt, ſi pro alio ſcripſerimus. Iſta fuit inuenta quia Romanus Pontifex non vult vnum ordinarium grauare in duobus beneficiis niſi de hoc faciat expreſſam mentionem. c. mandatum.ſuprà de reſcrip.& ibi Ant.de But. Io. de Imo Abb.tradũt de iſta clauſula,de qua etiam Ioan.Ant.in c.penul.de præb.lib.6.Ioan. de Imol. in c.capitulum.col.3.ſuprà de reſcript. Aduertatis tamen, quod poſito quod non reperiretur inſerta illa clauſula,nihilominus tacite ſubintelligitur, & ideo dicatis & iſtud notetis pro omnibus aliis clauſulis:poſito quod reperiatur inſerta in gratia, non facit eam conditionalem.nam regula eſt notab. conditiones quæ tacite inſunt à iure, ſi exprimantur in gratia,non reddunt illam conditionalem,ſed inducunt tantummodo monitionem, nec requiritur purificatio cõditionis.l.mutuo.§.1. ff.de tutel.quando vero apponuntur conditiones quæ tacite non ſunt à iure,important veram conditionem,& requiritur purificatio ante prouiſionem. Iſta eſt doctrina notab. glo. quam ibi doct. ſequuntur,& maxime Petr.de Anch.in col.penul. in cle.1.in glo.mag. de offi. deleg. & ideo in propoſito quia ineſt tacite à iure, non dicitur facere conditionem.

Vndecima eſt clauſula quæ ſolet apponi, non obſtante quod pro alio ſcripſerimus, nõ adiiciendo alia verba,cui volumus te anteferre : hoc caſu iſta clauſula habet tantummodo effectum vt tollat ſubreptionem, quia ſecundo impetrans debet facere mentionem de primo,non autem operatur vt in aliquo præferatur, iſtud eſt de mente Ioan. And.& aliorum in c.pen.per illum text. de præb. lib.6.Ant.de Butr. & ibi late Io. de Imol. col.pen. in c.mandatum.ſuprà de reſcript. Fel.in c.cauſam quæ.circa ſextam col.eod.tit.

Duodecima clauſula eſt, cui ſeu quibus te volumus anteferri, & iſta clauſula habet effectum vbi aliàs ſtantibus pluribus impetrantibus priores poſterioribus debeant præferri.c.duobus.cap.tibi. de reſcript. lib. 6. tamen talis clauſula operatur quod prioribus impetrãtibus etiã habentibus ius ad rem iſti debeant præferri. text.in 3. c.& pen. de præb.lib.6.& in c. authoritate. & vbique per doct. de conceſ.præb.eodem lib.glo.in d. cap. tibi.verb. proxime: & de hac clauſula late Fel. in c. cauſam. quæ col.13.& in c.capitulũ.col.7.ſuprà de reſcrip. Card.Zab.in conſil.18. diebus lapſis. colum. 2. in conſil.105.ſuper præmiſsis.col.2.Calderi.in conſi. 8.in tit.de reſcript.& dicunt Ioan.Ant.Dom. Pet. de Anch.& Philip.Franc.in d.c. fin. in principio. de conceſſ.præben.quod etiam ſi ſimpliciter concipiatur talis clauſula, præiudicatur quantum ad prælationem prioribus non ſolum qui ſimpliciter expectant,ſed etiam ſi habeant ius ad rem, vt quia fuerint creati,vel recepti in canonicis, & in hoc magis communiter Doct. in locis proximè alleg.videntur ſentire in hoc tantum vltimo Do. de Rota in deciſione 640.ſi aliquis expectans. in antiq.& plenius Card.Zab.in conſil.136. præmitto ante concluſionem.col.4.videntur aliter dicere quod ſola clauſula anteferri, non adiectis aliis verbis non præiudicat habẽtibus ius ad rem, quia vltima conceſsio non videtur præiudicare priori niſi in ea expreſſe fiat mentio,& ſi fiat mentio debet intelligi cæteris paribus, per tradita in cap. quamuis.de reſcrip.lib.6.in c.ſi poſtquam. in cap. eum qui. de præb.eodem lib. intelligi ergo debet prioribus,qui ſunt eiuſdem qualitatis, ita quod ſi tertius haberet ius ad rem,vel ante conceſsionem acceptaſſet beneficium etiam nõdum ſubſequuta prouiſione, illud plus quod hæc vltra ſecundum operabitur vt clauſula anteferri, non ſibi noceat: & ſi volumus vt præferatur prioribus habentibus ius ad rem aut aliquam qualitatem quæ non datur ſecundo impetranti,oportet quod cũ clauſula antiferri,fiat mentio dicendo quibus te volumus anteferri, etiam ſi habeant ius ad rem, aut aliquid aliud fuerint conſequuti, quod volumus haberi pro expreſſo. & dicit Card.Zab.in d. cõſi. 136.iſtud probari per tex.in alle.cap. pen. de præb. lib.6.vbi Rom. Pontif. non ſolum poſuit clauſulam anteferri, ſed etiam facit mentionem de iure ad rem,& ad hoc bene facit quod voluit Abb. in c.extirpandæ.§.qui vero.circa vltimam col. ſuprà de præb. quod diſpoſitio noua derogans priori non derogat niſi ſecundum quod cantant verba ipſius,& alleg.tex.in c.non debet.infrà de conſang.& affinit.& in c.exigit.de pœnis. lib.6.& hæc pars vltra de iure videretur verior, licet prima ſit communior.

Decimatertia clauſula quæ plerunque apponitur, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, de qua eſt regula cancel.in ord.16. diſponens quod nunquam Romanus Pontif.vult præiudicare iuri tertij,& iſta clauſula habet duos effectus : vnus quod non præiudicatur illi qui habet ius in re,illi autem qui habet ius ad rem, bene præiudicatur, de primo probatur per textum in cap.quamuis. de reſcript. libro ſexto, in cap. ſi poſtquam. de præb. eod.lib.De ſecundo patet, quia faciendo mentionem de iure,intelligitur de quæſito & non de quærendo,vt eſt de mente glo. in cle. auditor. verbo debitum.de reſcrip.ius autem ad rem non dicitur perpetuum ex eo quod poteſt reuocari, vt probat tex.in cap.pen.& c.fin.de conceſ.præb. lib. 6.in c.pen.de præb.eod.lib. Sed quando fit mentio intelligitur de permanente. l. pro parte. §.verſum.ff.de in rem verſo.l.qui concubinam. §. cum ita.2.ff.de leg.3. Præterea ius ad rem dicitur, ſub conditione ſi acceptauerit.& plura poſſunt cõtingere,vt non conſequatur, vt traditur in cle. vnic. de conceſſ.præb.ſed faciendo mentionem de actu intelligitur de puro & non conditionali.l. ſi ita.

ſcripſiſſet.ff.de leg.2.l.Paulo Callinico.§.Pōpeius. de leg.3.Per iſta cōcludit And.Com.in conſi.256. approbo ſentētias.Calderi.in cōſi.8.in fi.de reſcri. & de hoc effectu late Fel. in c.ſuper literis. col. 7. verſi.quinta regula,& in c. cauſam quæ.col. 13.ſuprà de reſcript.Secundum habet effectū hæc clauſula,quod vbi aliàs deberet fieri mentio de poſſeſſione alterius, etiam ſi de iure vacaret beneficiū. c.cū noſtris.c.literas.infrà hoc tit. ſi apponatur talis clauſula. ſufficit.ita Io.And. Card.Io. de Imol. & ibi Abb.in d.c.cum noſtris.

Decimaquarta clauſula, dummodo cura animarum non negligatur, dicatis circa eam quòd nihil operatur: videtur tantummodo quandam monitionem inducere ex eo quod tacite à iure ſubintelligitur, quod ſi ſit beneficium curatum debeat in eo deſeruiri.cap.extirpandæ.§.qui vero. ſuprà de præb. & iſtud quod nihil operetur voluit glo.& ibi omnes.in cle.1.in prin.de præb.glo. in cap. non poteſt. in glo. mag. circa medium.de præb.lib.6.

Decimaquinta etiā ſi ad illud quis per electionem conſueuit aſſumi operatur: quia licet fieret mentio de aliquibus ſpeciebus prouidendi, vt ſi diceretur ad prouiſionem,præſentationē,&(quod plus eſt) adduceretur clauſula generalis & alia quæcunque diſpoſitio, non tamen cōprehenderetur modus prouidendi per electionē.cle. 1.& ibi per omnes de præb. Et aſsignant rationem Ioan. de Imol.& Petr. de Ancha. quia clauſula generalis non comprehendit caſus maiores expreſsis, vt not.in c.qui ad agendum.de procur.lib.6.Sed electio eſt maior,quia per eam plures grauantur,ſcilicet electores, in aliis modis prouidendi à communiter accidentibus pauci grauantur, & ideo ſi volumus comprehendere electionē,oportet quod de ea fiat mentio,aut quod ſimpliciter apponatur clauſula generalis,non ſpecificata alia ſpecie.Circa iſtud tamen aduertatis habere locum quando ſub clauſula generali poterant comprehendi aliæ ſpecies quàm electio, vt quia fuerunt enumeratæ vna vel duæ:ſecus ſi non poterant comprehendi aliæ,vt quia fuit dictum ad collationem,prouiſionem,poſtulationem,nominationem,pręſentationem,inſtitutionem, & aliam quācunque diſpoſitionē,hoc caſu compræhēderet electio,quia clauſula generalis quę nō poteſt verificari niſi in vno, dicitur eſſe ſpecialis.c. ex parte. primo.& ibi Abb. ſuprà de offi.deleg.l.2.& ibi per omnes.ff.de lib.& poſt.facit quod voluit Bart. & ibi late Ludo.Ro. in l.1.ff.de donat. cauſa mort. & aliàs diximus in l.2.ff.de leg.1. quod poteſt dando licentiam filio, vt poſsit donare cauſa mortis, oportet quod expreſſam faciat mentionē quod dat licentiam, vt poſsit donare cauſa mortis, & licentia generalis non ſufficeret.l.filiusfamilias.ff. de don. titulo genera.ſi tamen fuerit dictum quod dat licentiam, vt poſsit teſtari,legare,fideicommittere codicillari,aut aliam vltimam voluntatem facere,quia hęc verba generalia non poſſunt referri niſi ad donationem cauſa mortis, videtur de ea expreſſe facta mentio.Ad iſtud faciunt quæ late cumulauit Iaſ. in l.qui Romę.§.duo fratres.in 4.quæſt.ff.de verb. oblig.quòd diſpoſitio quæ non poteſt referri niſi ad vnum, ad illud neceſſario eſt referanda.alleg. tex.not .in l.fundus qui locatus.cum l.ſequen. ff. de fund.inſt.inſtru.lega.

Decimaſexta clauſula ſolet apponi,etiam ſi cura animarum illi immineat, & hoc ideo fit,quia quandoque dignitates, officia vel perſonatus habent curam animarum, non ſufficeret hoc caſu facere mentionem de qualitate principali quod eſt dignitas. vel officium:debet etiam fieri mentio de cura.iſta traduntur in cle.1.de præb. in cap. cum illis.eodem tit.lib.6.intelligatis hoc niſi cura animarum eſſet annexa,quia de qualitate beneficij annexi non eſt fienda mentio. c. ſuper.Do. de præb.lib.6.Inno.& alij poſt eum, vbi vidimus in c.extirpandæ.§.qui vero.de præb.

Decimaſeptima clauſula eſt, ad veſtram aut alterius cuiuſcunque diſpoſitionem,ideo ponitur hæc clauſula, quia quandoque ille cui dirigūtur mandata, licet ſit collator ordinarius pro illa vice, eſt forte priuatus poteſtate conferendi, quia ad alium fuit deuoluta propter ſuam negligentiam,aut alio modo, ſi nō apponerentur illa verba,gratia non comprehenderet beneficium,quod re vera poteſt conferre, quamuis aliàs ſit ordinarius collator.ita habetur in cle. ſi de beneficio.de præb. & ibi ponitur de iſta clauſula,& in clem. 1. eodem tit.

Decimaoctaua clauſula quæ ponitur etiam ſecundum formam concordatorum,non obſtante certo numero canonicorū in veſtra eccleſia, ideo apponitur,quia quando virtute dictæ gratiæ quis creatur canonicus, vel mandatur quod recipiatur in canonicum ad effectum conſequendi primam vacaturam, debet neceſſario fieri mentio de numero canonicorum illius eccleſię,& ad tollēdum illam ſubreptionem ponitur talis clauſula, iſtud probat text. & ibi Bart. Ioan.de Imo.& Abb.poſt alios in c.conſtitutus.ſuprà de reſcrip.& dicunt ibi vnum mirabile verbum, de quo infrà videbimus, quod etiam ſi impetrans talem qualitatem aut aliam ſimilem ignoraret,vitiabitur gratia,niſi fiat mentio, & ideo propter ignorantias(quæ multoties contingunt)fuerunt inuentæ tales clauſulæ.

Decimanona eſt clauſula (& iſta apponitur quaſi in omnibus reſcriptis)non obſtantibus quibuſcunque iuribus,ſtatutis, conſuetudinibus, vel priuilegiis in contrarium facientibus,& iſta clauſula eſt neceſſaria ex eo quòd reſcriptum contra ius cōmune,vel ius particulare niſi de eo fiat mētio, & illi derogetur, non valet.c. nonnulli.ſuprà de reſcrip.c. eam te.ſuprà de ætat. & quali.bonus tex.in c.pe.infrà de cap.mona. & ideo ſunt inuētę tales clauſulæ,& habent effectum, quòd per illas derogat concedens iuribus in contrarium facientibus,de quo latiſsime Fel.in d.cap.nonnulli. col. 10.& ſequentibus ſuprà de reſcrip.Ioan.And. Do. & Philip. Franc. in cap. cum non deceat. de electione.lib.6.Bar.in l.ſi quis.in principio teſtamenti. ff.de leg.3.Alex.& Iaſ.in l.cauſas.C. de tranſact. in auth.quod ſine.C. de teſta. Circa iſtud notetis tres declarationes, prima eſt quia quandoque in aliquibus priuilegiis vel ſtatutis expreſſe diſponitur quod non valeāt ea quæ in contrarium fient & concedentur,niſi fiat expreſſe mentio de verbo

ad ver



ad verbum, vel niſi exprimatur tenor illius priuilegij, qualitercunque concipiantur verba derogatoria,ad euitandum quod non obſtent, ſolent adiungi iſta verba,non obſtantibus & cætera, etiā per quæcunque verba derogatoria, vel alia ſimilia,vt dicunt Doctores in locis præallegatis, & ſic requiruntur duæ derogationes prima generalis, non obſtantibus quibuſcunque:ſecunda ſpecialis per quaſcunque clauſulas derogatorias aut alias ſimiles, & iſtud dico quando in iuribus contrariis eſſent poſitæ clauſulæ derogatoriæ. Secunda eſt quod ſi ſtatuta,vel priuilegia contraria dentur iuramento firmata,debet fieri mentio de iuramento etiam ad euangelia.ita glo.ord.quam Io. And. Domi.& Philipp. Franc. multum commendant. in cap.cum non deceat.in glo.fin. circa medium. de elect.lib.6.Ioan.de Imo.in c. conſtitutus. & ibi Abb.ſuprà de reſcrip.pro quo eſt text.in cap.1. de conſue. lib.6. Tertia quod ſi iura, vel priuilegia contraria ſint temporalia, requiritur expreſſa derogatio.ita Ioan.And.Domi.& Philip.Franc.in c. cum aliquibus. de reſcript. lib. 6. allegant ad hoc tex.iuncta glo.1.in c.ſi propter.eod.tit. quod ſi aliquis habet priuilegium,vt percipiat fructus primi anni beneficiorum vacantium in tali diœceſi, & poſtea alteri detur vna gratia ad percipiendum pro quinque annis fructus beneficiorum in illa diœceſi, etiam adiecta clauſula, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis in contrarium facientibus,non tamen per eam derogatur illi priuilegio annuali & ſic temporali,ſed debuit alia & ſpiritualis fieri.

Viceſima clauſula,non obſtante quod alia beneficia obtineas. hæc clauſula ſolum tollit ſubreptionem quæ inducebatur ex eo quod non exprimit omnia beneficia, non tamen concedit diſpenſationem,vt poſsit illa obtinere ſi erant aliàs incompatibilia.cap.non poteſt.§.fin.de præb.in 6. Imò dicatis aliud quod clauſula iſta ſi generaliter concipiatur non adiecta clauſula motu proprio, vel clauſula pro expreſsis habentes,de quibus ſuprà, ſola non ſufficeret ad tollendum ſubreptionem,niſi in ſpecie fieret mentio de aliis beneficiis: non obſtante quod tale & tale beneficium obtineas.gl.prima no.(quam omnes ibi ſequuntur)in cle.2.verbo,ſpiritualis.de offi.ord.& ita Domi. & Philipp.Franc.in d.c.non poteſt.§.fi.Io.de Imo.in c.in noſtra.col.fi.ſuprà de reſcrip.vbi commendat illam glo.

Viceſimaprima clauſula eſt,non obſtante collatione alteri facta, & iſta habet effectum vt videatur tollere collationem inualidam,non autem validam.quoniam princeps non videtur in dubio velle præiudicare iuri tertij.c.quamuis. de reſcrip. lib.6.c.1.ſuprà eo.& ita volunt Compoſt.Hoſtien. Ioan.And.Abb.& ibi Fel.in c. cauſam quæ. ſuprà de reſcript.idem Fel.in c.ſuprà eo. col. 2. ſuprà de offi.deleg.latiſsime Io.de Selua.in tractatu de beneficiis,in tertia parte.in 13.quæſtione.

Viceſimaſecunda clauſula quæ ſolet communiter apponi, amoto quocunque poſſeſſore. iſta operatur & habet effectum,quod non erit fienda mentio de poſſeſſore,vel detentatore beneficij, & ita Abb.poſt Ioan.Ant.Card.& Ioan. de Imol. in c.cum noſtris.col.4.infrà hoc tit.Ioan.de Imol. in c.cum vniuerſorum.cir.finē. infrà de rer. permut.

Viceſimatertia clauſula, ſupplētes omnem defectum.videtur tollere tantummodo effectum iuris poſitiui non autem defectum iuris naturalis ſeu incapacitatem perſonæ.c.1. vbi Ioan. de Imol. Card.& Abb.ſuprà de tranſact.Fel.in c.poſtulaſti. col.12.tertius caſus.& in c.ex parte.col.16. verſiculo.& iſtis adde.ſuprà de reſcript.

Viceſimaquarta quæ ſolet plerumque apponi, decernentes irritum de manda. habet effectum vt ignorantes ligentur, ita quod ſi fuerit facta collatio etiam inſinuatis literis, ſit ipſo iure nulla.c.ſi eo tempore.de elec. lib.6.c.1.de conceſſ.præb.eod. lib.c.dudum.ſuprà de pręb.Card.Zab.in conſi.18. quidam fratri.in fine.& in conſi.69. vacante quadam.in princ.Antho.de Butr.conſil.43.caſus talis. imo dicatis quod etiam legatus de latere poteſt vti hac clauſula, & ligabuntur etiam ignorantes, licet plerique voluerint tenere cōtrarium, vt probat text.in c. cum dilectus. infrà de iur.patro. vbi nō diſtinguit inter ſcientiam & ignorantiam. Ita latiſsime Dominicus referens quamplures tenuiſſe hāc opinionem.in c.ſi apoſtolicæ.de præb.in 6.

Viceſimaquinta clauſula, quocunque modo vacet.eſt multum vtilis, quia ſi exprimatur vnus modus vacandi non venit alius. c. ſuſceptum. de reſcript. lib. 6. & ideo ad euitandum iſtud, quia forte quis ignorat,vel aliàs errat in modo vacandi,apponi ſolet talis clauſula.glo.eſt no.in d. cap. ſuſceptum.verbo expreſſe.Dom.de Rot.in deciſi. 28.ſi mandetur.143.habens gratiam.& 196.habens gratiam.in nouis. & iidem Dom. de Rota. in deciſio.493.nota quod clauſula. 613. ſi aliquis in antiquis.Soc.plene in conſil.32. ex his quæ ſuperius. colum.6.

Viceſimaſexta quæ ſolet apponi circa fin. nouerint ſe indignationem Petri & Pauli incurſuros, iſta clauſula non videtur importare certam pœnam à iure traditam: veniunt tantummodo puniendi extraordinarie:ita Bar.in extrauaga.qui fuit rebell.ſuper verbo indignationem.Bal. in authen.ſtatuimus.col. 2. C. de epiſ. & cler. vbi dicit quod princeps inferior alicui apponendo illam clauſulam, dato quod contraueniat, non eſt ipſo iure priuatus feudo vel beneficio.alle.tex.in §.1.in auth.de mand.princip.& in §.1. in auth.de quæſt. idem Bal.in c.1.§.porro.col.2.verſi.Item nota.quę ſit prima cauſa beneficij amit.in vſi feud.vbi dicit quod licet non ſit priuatus poſſet tamen priuari contraueniens omnibus beneficiis,& de iſta clauſula,& aliis ſimilibus, vt ſub pœna excommunicationis,maledictionis anathematis. Dom.in c.1. in principio.de ſepul. lib. 6.in c.1. §.pen.de cenſibus.eod.lib.Fel.remiſsiue.in c.veniens.in princ.ſuprà de præſcript.

Viceſimaſeptima quæ ſolet apponi in literis executorialibus, ſi eſt idoneus. quia de iure ineſt tacite, illa conditio non facit gratiam conditionalem,ſed monitionem inducit.ita Inno.in c. fin. ſuprà de præſumpt.glo.in clem. 1.in glo. mag. de offi.deleg. Bart. in l.muto. §.1.ff.de tutel.Bald.in l. neque.col.fi.C.de probat.

Viceſimaoctaua quæ quandoque apponitur

reſpectu

reſpectu filiorum presbyteri, dummodo incontinentiæ paternæ non fuerit ſectator, licet de iure tacite inſit vt libidinoſis non conferantur beneficia: propter tamen præſumptionem incontinentiæ paternæ vbi aliàs conditio quæ tacite ineſt, neceſſario non eſſet purificanda, ſecus erit in hoc caſu. ita Hoſtien. per illum tex. quem alij ſequuntur. in c. literas. ſuprà de fil. presbyt.

Viceſimanona clauſula eſt, moneas & inducas. licet aliqui voluerint dicere quia executor non habeat per hæc verba poteſtatem prouidendi, ſed tantummodo compellendi, ex eo tamen quod quodlibet verbum debet eſſe cum virtute aliquid operandi. c. ſi papa. de priuil. lib. 6. & verbum moneas iſtud importabat, neceſſe eſt quod verbum inducas aliquid plus operetur, & ex eo etiam quia copula, &, ſui natura ponitur inter diuerſa. c. licet cauſam. ſuprà de probat. glo. in rubrica. ff. de iur. & facti igno. Bar. (vbi late) in l. 1. in princ. ff. de iuſt. & iure. verbum inducas, debet aliquid diuerſum importare à verbo moneas, & ita ex his, & aliis pluribus Dominic. in cap. ſi pauper clericus. de præben. lib. 6.

Triceſima clauſula contradictores quoſcunque per cenſuram eccleſiaſticam compeſcas, hæc duos habet effectus: primus vbi aliàs iudex delegatus non cognoſceret contra tertium niſi quando impedit ſuam iuriſdictionem. c. 1. ſuprà de offi. deleg. ſi apponatur clauſul. hæc, quomodocũque aliquis tertius contradicat, dummodo de facto contradiceret, poterit per ſententiam excommunicationis contra eum procedere. Secundus effectus vbi iudex delegatus, lata ſententia & executioni demandata, ſi ſuperuenirent impedientes, nõ poſſet cognoſcere, cum extinguatur poteſtas. c. quærenti. ſuprà de offi. deleg. talis tamẽ clauſula operatur, vt per aliquod breue tempus poſsit contra contradictores procedere. iſti duo effectus ponuntur per glo. in c. pro illorum. verbo contradictores & ibi Hoſtien. Io. And. Card. Pet. de Anch. Ioan. de Imol. & Abb. clarius & Henric. Boyc. ponens not. theoricam.

Triceſimaprima clauſula, mittas in poſſeſsione & miſſum manu teneas, hæc eundem effectum prout & præcedens habet: & iſtud eſt vtile, nam glo. fin. in princ. in cap. non ſolum. de appel. lib. 6. voluit quod iudex appellationis, vel alius qui eſt tantummodo deputatus in vna cauſa, ſi fuerit per tertium attentatum non poterit contra eum procedere, iſta tamen clauſula efficit vt ipſe poſsit etiam priusquam expectans fuerit miſſus in poſſeſsione, & ita per omnes in d. c. per illorum.

Triceſimaſecunda clauſula quæ ſolet apponi quando aliquis fuit creatus à canonicis in canonicũ tanquam ſupernumerarius, & poſtea vadit ad curiam & obtinet gratiam per quam mandatur canonicis, vt prouideant de prima præbenda, ſolet apponi iſta clauſula, ne nomen canonici ſit in vanum, & de hac habetis glo. in c. ſi apoſtolicę de præb. lib. 6. aliæ plures clauſulæ ſolent apponi ſecundum diuerſitatem mandatorum de quibus ſuprà emunerando formas mandatorum, ſicut & altæ duæ quas reſeruo infrà in particularibus quęſtionibus, vna eſt, quam duxerit acceptandam, & de hac in quæſt. in qua fiet mentio de acceptatione beneficij, alia eſt, dignum arbitramur, & de hac in quæſtione quando ſunt plures expectãtes, quis debeat præferri.

Circa ſecundum articulum quæ qualitates debeant exprimi in gratiis apoſtolicis, primo ponemus aliquas concluſiones, ſecundo enumerabimus qualitates.

*Quæ ſint in reſcriptis exprimẽda.*

Prima eſt cõcluſio quod expreſsio qualitatum (de quibus hîc) fieri debet quando impetratio fit à Rom. Pont. vel à legato, ſecus ſi ab ordinario. tex. eſt in cle. 2. de offi. ordina. Felin. late in c. Michael. in 29. correllario. ſuprà de filiis presbyteror. Io. de Selua. in tractatu de beneficio, in tertia parte quæſtione 12. in 13. qualitate.

Secunda eſt concluſio, quia deciſiones de quibus infrà pro maiori parte loquuntur in gratiis, quantum ad beneficia vacantia, & non quantum ad vacatura, & ſolemus dicere eſſe differentiam inter gratiam quantum ad vacantia, & gratiam quantum ad vacatura, vt habetur in cap. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. lib. 6. & in cap. ſi cui nulla. de præben. lib. 6. tamen in hac materia quantum ad expreſsionem eadem debet eſſe deciſio. Et ita in terminis dicit Ioan. And. & ibi Domi. & Philip. Franc. in c. non poteſt. §. fi. de præb. lib. 6.

Tertia concluſio omnia ea quæ reperiuntur in iure debere exprimi neceſſario ſunt exprimenda, etiam ſi eſſent talia ex quibus ſuperior non redderetur facilior, vel difficilior ad concedendum, vel denegandum, iſta fuit deciſio notabilis Dom. in c. dudum. col. pen. de præben. lib. 6. vbi alle. text. in c. ſi motu proprio. eod. tit. & lib. de quo Fel. in c. poſtulaſti. col. 1. in c. ſuper literis. col. 5. in c. in noſtra. col. 7. & in 3. 16. & 20. correllariis. Ioan. de Selua. in dict. tractatu de beneficio. in 11. quæſt. 3. partis in quarta qualitate, & ad iſtud bene facit tex. in l. proſpexit. ff. qui & à quibus. quod poſtquã lex aliquid decidit non curamus de ratione, ſed debet obſeruari legis diſpoſitio, nam lege condita non debemus iudicare de lege, ſed ſecundum legem. c. in iſtis. 4. diſt. & iſtud habet maxime locũ, quando ſumus in diſpoſitione in qua aliquis inuitaretur ad lucrum ſeu retraheretur à lucro, ad vnguem debet obſeruari lex, nec debemus eo caſu arguere, à ceſſante ratione, ita Bart. in d. l. proſpexit. & in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. Fel. in c. ſi quando. col. 7. ſuprà de reſcript.

Quarta concluſio quando à iure non diſponitur de aliqua qualitate ſi debeat exprimi, vel non exprimi, debemus tunc recurrere ad naturã qualitatis, ſi ſit talis per quam ſuperior ſe redderet facilem, vel difficilem ad concedendum, vel denegandum, & illa debet exprimi. c. ſuper literis. ſuprà de reſcrip. Domi. in d. cap. dudum. & aliis in locis proxime allegatis: ſi vero eſſet talis qualitas per quam non redderetur facilior vel difficilior, vt quia impetrans non dixit quod eſt abbas vel neget, quod capella ſit bene cõſtructa, vel male ædificata, talis qualitas non debet exprimi. glo. ordinaria. in cle. 1. verbo vel alteri. de præb. & Doc. in locis iam allegatis.

Difficultas tamen conſiſtit ad cognoſcendum quæ ſunt illæ qualitates, quæ reddunt faciliorem, vel



difficiliorem ſuperiorem, & ideo dicatis ſecundum Lappum in allegatione 89. factum tale. in col. 3. quia de iure non habemus certam regulam recurrendum eſt ad cõiecturas, & inter alias ponit duas: vna eſt ſcilicet ſtylus illius curiæ: alia eſt conſuetudo principis qui aliàs propter ſimilem qualitatem ſe reddidit faciliorem vel difficiliorem, aliàs autem cum non reperiantur determinata à iure, erit relinquendum arbitrio iudicantis. c. in cauſis. ſuprà de offi. deleg. l. 1. in fi. ff. de iure delib.

Notetis vnum circa iſtud, qualitates non ſunt neceſſariò exprimendæ, ſi tamen exprimantur, & falſo an vitient gratiam. Abb. in d. c. ſuper literis. col. 7. dicit vnum notabile verbum, quod ea quæ inſeruntur, ſeu exprimuntur gratia demonſtrationis, vt quia impetrando beneficium dixit quod erat perſonatus & re vera erat, per hoc non vitiabitur gratia, ſi vero exprimeretur in vim taxationis, quia Rom. Pontif. non vult prouidere niſi de illo tantum, vt ſi dicatur dummodo ſit perſonatus falſa expreſsio vitiabit, & ad hoc bene facit deciſio Dominorum de Rota. in antiq. quæſt. 35. Nota quod falſa demonſtratio, vbi concludũt quod qualitas falſa per quam ſuperior non redditur magis facilis aut difficilis non vitiat gratiã, allegat. demonſtratio falſa. ff. de condict. & demo. Inno. in c. in noſtra. ad fin. ſuprà de reſcrip. & in c. cum noſtris circa medium. infra hoc titul. Facit etiam deciſio notabilis Fel. in c. exhibita. col. pen. ſuprà de iudiciis, dum reſpond. ad l. vni. in princ. C. de rei vxor. actio. vbi habetur quod ſi directe exprimatur id quod non debuit exprimi, non vitiat, dicit Felin. non habere locum quando exprimendo diceretur mendacium, ad facilius inducendum ſuperiorem, vt quia ex primo falſum valorem beneficij, vti de iure communi non debet exprimi valor, de qua quæſt. videbimus infrà.

*Ignorantia non exprimẽtis quando excuſet.*

Quinta concluſio quod ſi non exprimatur qualitas requiſita, & hoc fiat propter ignorantiam impetrãtis, ſi gratia erat reducibilis ad ius cõmune nõ vitiabitur, & ignorantia excuſabitur. c. gratia. (vbi Io. And. Anch. Phil. Frãc. & Dom. qui melius declarãt) de reſcri. lib. 6. de quo Abb. in d. c. ſuper literis. (vbi omnes) ſupr. de reſcrip. in c. cõſtitutus. eod. tit. Nã in d. c. gratia. erat reducibilis ad ius commune, quia ibi fuit omiſſa qualitas ſcilicet beneficij, quia erat collatum impetranti, & dixit tex. quod ſi de iure communi poteſt vtrumque beneficium obtineri, ignorantia excuſabit. Si vero gratia erat talis quæ non poterat reduci ad ius commune, ignorantia non habet excuſare. c. conſtitutus. ſuprà de reſcript. Nam ibi obtinuit impetrans vt reciperetur in canonicum alterius eccleſiæ quæ habebat certum numerum, dato quod ignoraret numerũ eccleſiæ non excuſabitur, quia gratia non poteſt eſſe valida ſecundum ius commune quo diſponitur vt non rumpatur numerus, & ex hac diſtinctione reſoluitur illud quando ignorantia excuſet, dummodo ante probetur quod iſte ignorabat illam qualitatem, dicatis breuiter quod ſtandum erit ſuo iuramento, ignorantia regulariter per iuramentum probatur. glo. ord. in c. præſumuntur. de regul. iur. in 6. in c. ſtatutum verb. proprium iuramentum, de reſcript. lib. 6. & de hoc plane Dominus Philip. Doc. poſt Abb. in c. cognoſcentes. col. pen. in prima lectura. & col. antepen. in 2. lectura. ſuprà de conſtit.

*De gratia perinde valere.*

Sexta erit concluſio qualiſcunque fuerit gratia ſiue perinde valere, ſiue ſit neutri, ſiue in vim permutationis, aut alia per quam aliquod ius datur, debet fieri expreſsio qualitatum de quibus infrà. Iſtud voluit glo. notabilis & liganda ad digitum, in cap. ſi apoſtolicæ. verbo præferri. de præb. lib. 6. alleg. ad hoc textus in l. ſi vt proponis. C. de nupt. qualiter eadem ſolemnitas requiritur in reformãdo actum qui requirebatur in eo concedendo, & de hoc eſt alia glo. notabilis in c. quamuis. & in glo. pen. de reſcrip. lib. 6. & quantum ad gratiam perinde valere, facit quia talis gratia nihil eſt niſi quædam ratificatio, vel confirmatio, ſed in ratificatione requiritur eadem ſolemnitas, quæ in actu faciendo interuenire debuit. l. bonorum. rem rat. haberi. ff. vbi habetur, quod debet fieri intra tẽpus intra quod actus debuit geri. & facit glo. in c. vt quis duas. & in c. quam ſit. de elect. in 6. Quod ratificatio appellationis debet fieri intra decem dies intra quos debuit appellari. Videmus etiam quod in confirmatione alienationis rei eccleſiaſticæ requiritur eadem ſolennitas quæ debuit interuenire in alienatione fienda, vt traditur in cap. per tuas. ſuprà de arbi. & in c. cum dilecti. infrà de emp. & vendit. & de hoc quod in gratia perinde valere, hæc omnia debeant interuenire, in ſpecię Domi. in conſi. 128. factum certe, etiam per totum conſilium, de gratia ſimiliter Domi. de Rot. in deciſione 236. impetrans. in nouis Felin. in c. in noſtra. de reſcript. ſuprà in 15. & 16. correlariis Ludo. Rom. conſil. 362. quo ad primum. de gratia, quo ad permutationes beneficiorum. Do. de Rot. in deciſio. 543. nota quod ſi aliquis. & deciſio. 722. ſi aliquis in antiquo, & circa iſtud non omittatis quod voluit Domin. in conſilio proxime alleg. qualiter gratia, perinde valere, aut alia per quam aliquod ius de nouo datur, non præiudicat alteri cui ius fuerat quæſitum, qui erat prior, dato quod ſit poſterior prioris gratiæ, ad cuius confirmationem fuit impetrata iſta perinde valere, & ad hoc adduxit text. in c. quamuis. de reſcrip. in 6. & pro hac deciſione facit quod voluit Bart. in l. 1. col. 4. C. qui dicit, quod ratificatio veniens ad confirmandum actum non retrotrahitur in præiudicium tertij cui ius fuerat iam quæſitum. l. ſi partem. §. fi. ff. quemadmodum ſeruit. amitt. iuncta l. ſeruum. filij. §. 1. ff. de lega. 1. & traditur in l. ſi indebitum. §. fi. & ibi Bart. ff. rem rat. hab. Et ſic inferatis duo in practica vtilia ad cognoſcendum de viribus gratiæ perinde valere, aut alterius ſimilis. Primo quod ſi per talem gratiam aliquid nouum impetratur, vel talis gratia venit ad confirmandum aliã priorem quæ erat nulla, vel inefficax, in ea requiruntur omnes qualitates quæ requiruntur in noua gratia. Proprie enim dicitur gratia noua & non ſimplex ratificatio, vel confirmatio, & iſtud comprobat, quia Bart. in l. more (vbi per omnes.) ff. de iuriſdict. omni. iud. dicit quod confirmatio poſita ſuper actu inualido, dicitur noua datio. Secundo inferatis qualiter tales gratiæ quantumcunque

confirma

confirmatoriæ,aut ratificatoriæ non præiudicant alteri cui ius erat quæſitum.

Septima concluſio quod gratiæ apoſtolicæ debent confici & ſcribi & aliàs ſolemnizati ſecundum ſtylum curiæ Roma. ita quod ſi in ſcriptura nomine ipſius gratiæ, vel ſubſcriptione, tam in plica quàm extra plicam, aliquid omittatur, nulla erit gratia, & (quod plus eſt) erit magna præſumptio falſi. c.licet. c. quàm graui. de crimi. fal. Card.in conſil.14.in tit.de reſcript. & de hoc plura cumulauit Felin.in c.2.col.7. ſuprà de reſcript. aliquid Iaſ.in l.1.col.3. C. de ſacroſanct.eccle.facit quod ponit idem Felinus in c.in noſtra.in 12.corrella.ſuprà de reſcript.quod gratia per manda.vſitata debet ſcribi.

His concluſionibus præhabitis, prima eſt qualitas qua præponitur nomen Rom. Pont. deinde nomẽ illius cui dirigitur gratia, prius ſalutatio & benedictio apoſtolica:ita quod ſi iſta omittantur gratia erit nulla, & de hoc per omnes ſuprà in procœmio. Traditur etiam in procœmio clementinarum, & iſtud eſt vnum commune in omnibus reſcriptis & epiſtolis,vt probat tex.& ibi in ſpecie Ang.in rubr.procœm Inſtit.& dicit Bald.in procœmio Digeſtorum in decima quæſt.quod ſi apponeretur ſigillum & non eſſet appoſitum nomen non valeret aliquo modo diſpoſitio. l.ad teſtium. §.1.ff.de teſta.quid autem importet ſalutatio apoſtolica traditur in procœmio ſexti decret.

*Debet exprimi clericus.*

Secunda qualitas, quia ille pro quo datur gratia nominatur clericus.Iſtud tamen de iure communi non eſt neceſſarium, ſed de ſtilo curiæ, ita Abb.per illum tex.(& ibi omnes) in c. cum adeo. ſuprà de reſcrip.Domi.& Philip.Franc.in c.ſi pro cleri.pauperibus.de pręb.lib.6.verum eſt quod alij ordines non ſunt exprimendi, etiam ſi beneficia pro quibus ſcribitur requirerent illum ordinem, ita Domi.in d. c. ſi pro clericis. per illum text. & per tex.in c.ei cui.eo.tit.vbi probatur quòd impetrans non debet habere ordinem requiſitum ad beneficium, ſed ſufficit quod ſit ætatis ad conſequendum ordinem,de quo dictus Abb.in c. cum in cunctis.§.inferiora.col.pen. ſuprà de elect. Do. Philip.Dec.in c.ad aures.col.13.ſuprà de reſcript. dicunt tamen quod ſi ex fundatione beneficij requireretur actualis ordo,& quia eſſet dictũ quod non prouideatur niſi ſacerdoti,deberet eſſe in illo ordine,non tamen teneretur exprimere. c. nemo deinceps.de elect.lib.6.

Tertia qualitas, quia debet fieri mentio cuius diœceſis ſit clericus impetrans beneficium,& maxime ſi ſit alterius diœceſis, ita Abb. in c. ſi proponens. per gloſſ. fin. ibi ſuprà de reſcript. idem Ioan.de Imol.in col.fi.& And.ſic.col.pen.ad iſtud habetis reg.cancel.apoſt.in ordine 19. quæ diſponit quem non poſſe obtinere beneficium curatum, niſi intelligat idioma illius loci, & ideo ſi Germanus vellet obtinere beneficium in his partibus,deberet fieri mentio de ſua diœceſi & ſi vellet conſequi curatum, derogaret illi regulæ cancel.Notetis tamen quod ſufficit facere mentionẽ vel de diœceſi in qua habet domicilium, vel in qua habet beneficium, vel ex qua ſumpſit originem,ita Domini de Rota in deciſione 628.Nota quòd ſi aliquis in antiq. facit in arg. text. in cap. ordinibus. lib. 6. & ea quæ habentur in capit. fin. ſuprà de foro comp. qualiter, ex altero de illis nomine quis dicitur habere domicilium in aliquo loco.

*Quod pater immediate tenuit beneficium.*

Quarta eſt qualitas quod ſi filius eſſet legitimus, & vellet cõſequi beneficiũ in quo pater immediate fuit beneficiatus, aut virtute gratiæ in beneficio paterno poſt vacationem illius prouideri,requiritur quod de hoc fiat mentio, quia iura abhorrent vt filij promoueantur immediate ad beneficia paterna,ne videatur quædam ſucceſſio c.2.cũ aliis ſimilibus.ſuprà de fil. presbyt.ſi vero vellet conſequi beneficium quod pater habuit, tamen poſt patrem alius obtinuit, non eſſet de hoc fienda mentio,cum filius beneficiũ quod pater immediate habuit, poſsit obtinere. c.ex trãſmiſſa eod.tit.de fil.presbyt.vel etiam ſi vellet filius conſequi in eccleſia in qua pater eſt beneficiatus vnum beneficium,dum tamen non ſit paternum. de hoc non debet fieri mentio, quia de iure bene permittitur.cap.ad hoc.& ibi Ioan.And.Card. & Anch. eod. tit. & iſta intelligatis quantum ad filios legitime natos.

Quinta eſt qualitas reſpectu filiorum à presbyteris illigitime natorum, vltra ea quæ diximus in præcedenti qualitate, ſi velint conſequi aliquod beneficium in eccleſia in qua pater ſit (aliud etiam quòd non ſit beneficium paternum) poſito quod non ſint legitimati & diſpenſati ad obtinendum beneficia,non poterunt tamen in eadem eccleſia.c.cum decorem.& c. ſeq. ſuprà de fil.presbyt. & ideo erit fienda mentio de hoc. Itẽ ſi quis impetrat beneficium quod dicat acceſſoriũ, & ſit principale,non valet impetratio.Petr.Anch. in c.acceſſorium. de regul.iur.lib. 6.refert Dec. in c.præterea.col.pen.de offic. delega. iſtæ ſunt qualitates quæ requiruntur reſpectu perſonæ impetrantis. Aliæ autem qualitates ipſius impetrantis, vt quod ſit nobilis, diues,doctor,literatus aut aliter qualificatus, non ſunt neceſſariò exprimendæ,ita Abb.notat Io.Andr.in cap. ad aures. & ibi Felin.in princ.ſuprà de reſcript.Felin.in cap.cum adeo.col.fin.& in c.poſtulaſti.col.12. ſuprà de reſcrip.& ideo eſt euidens, quia iſtæ qualitates non redderent ſuperiorem difficilem,imo potius magis inclinaretur ad concedendum. c. de multa.in fi.ſuprà de præb.

Sexta eſt qualitas, quando (& nunc ingredimur qualitates,de prouideri) mandatur quod tale beneficium habeat curam animarum.c.cum in illis.in princ.de pręb.lib.6.Abb.(vbi Fel.Do.& cęteri.)In dict.c.ad aures. ſuprà de reſcript. traditur in cle.1.de præb.in cle per literas.verbo prouideri. eod.tit.Nec ſufficeret exprimere hoc modo, dum tamen cura animarum non negligatur, aut facere mentionem in verbis executiuis vel literis executorialibus. Iſta duo ſingulariter probat text.in dict.cle.1. de præb. intelligatis quando cura animarum principaliter ineſt, ſecus ſi eſſet annexa beneficio, de ea tunc non eſt neceſſario fienda mentio.c. ſuper. Dominic. & ibi omnes de præbend.in 6.

Septima eſt qualitas quod tale beneficium

habeat



habeat dignitatem, aliàs non comprehenderetur in gratia faciente mentionẽ de beneficio. ita Abb. per illum text.in dict.c.ad aures.colum.3.ſuprà de reſcrip. Felin. & Doct. ſequuntur iſtud.idem ſentiunt Domini de Rota, in deciſione 202. nota, quòd ſi quis non, & deciſione 257.in antiq.& ratio eſt, quia qualitas quæ redderet difficiliorem ſuperiorem,neceſſariò eſt exprimenda. cap.poſtulaſti.ſuprà de reſcript.quem text.ad hoc not.reputat Alex.in conſ.114.Ponderatis his.col.2.in 1.parte. Sed in confirmanda dignitate, quia eſt de beneficiis incompetibilibus, difficilioram ſe præberet ſuperior.argu. text. in cap. de multa. ſuprà de præben.facit etiam text.in c.fi.ſuprà de præb.vbi ſi mandatur prouideri de beneficio in aliqua eccleſia,nõ comprehenditur ipſa eccleſia,nec dignitas.

Octaua qualitas, (quæ infertur ex præcedenti) quòd ſi beneficiũ habeat perſonatum, de eo erit fienda mentio, ex quo quantum ad incompatibilitatem æquiparatur dignitati,& beneficio curato. d.c.de multa.ſuprà de præb.

Nona eſt qualitas,quando beneficium requirit continuam reſidentiam.ita Abb. Feli.& Domini. in dict.cap. ad aures. ſuprà de reſcript. per text.in cap.fina.ſuprà de cler. non reſid.& iſtud intelligatis, quando reſidentia requiretur ex ſtatuto illius eccleſiæ, aut conſuetudine particulari. iuxta ea, quæ habentur in cap. cum omnes. ſuprà de conſtitut. Si enim attendamus ius commune, ſecundum quod in quocunque beneficio, etiam minimo requiritur reſidẽtia, ſecundum omnes in dict. cap.fi.de cleri. nõ reſi.de hoc non eſt fienda mentio. Nam qualitates, quæ inſunt de iure communi, vel quæ ſunt intrinſecæ, non debent exprimi. glo.in clemen.1.in verbo, vel alteri.de præbend.ſi etiam attenderemus conſuetudinem generalem, qua introductum eſſet ne quis teneatur ad reſidentiam, non haberet etiam locum iſta qualitas cum potius diceret mendacium, & ſibi noceret. dicatis ergo de reſiden.ex ſtatuto,vel conſuetudine illius eccleſiæ.

Decima qualitas, quòd beneficium eſt electiuum.clem.1. de præbend. cap. cum in illis. primo,de præben.in 6. Feli.in c.in noſtra. correlario 31.ſuprà de reſcript. Et circa iſtud aduertatis, quia ſi ſit dignitas,ad quam quis ſoleat aſſumi per electionem, non ſufficeret nominare aliquas ſpecies prouidẽdi cum clauſula generali, ſed eſſet neceſſe alterum de duobus, aut ſpecificare electionem, aut apponere clauſulam generalem, cum ſpecificatione particularium, & ita voluit gloſſ. quam omnes ibi ſequuntur.in dict. clemen.1. de præben. & de hoc(quòd qualitas electiua debeat exprimi.) Domini.de Rota, in d.deciſ.202.& in deciſ.257.

*Exprimatur an ſit ſacerdotale.*

Vndecima qualitas, quòd tale beneficium ſit ſacerdotale,ita Feli.& Domi.de Rot.in locis proximè allegatis, intelligatis iſtud quando ex ſtatuto, vel fundatione diſponeretur, quòd beneficiatus deberet eſſe ſacerdos,per text.in cap.nemo deinceps. de elect.in 6. non autem credatis, quòd ſi eſſet beneficium,in quo de iure requiratur aliquis ordo,vel ſacerdotij, aut alius quòd de hoc debeat fieri mentio.Nam (veluti diximus) ſuper qualitates, quæ inſunt de iure,cauſa non debet exprimi, & etiam ordo requiſitus,non eſt neceſſario exprimendus,dummodo impetrans ſit ætatis legitimæ ad ordinem.c.ei cui.de præb.lib.6. c.ſi pro clericis pauperibus. & Domi. Ioan. de Serua. eodem tit. Dominus Phil.Dec.in d.c.ad aures.colum.3.ſuprà de reſcript.

Duodecima qualitas eſt, quia debet fieri mentio de patronatu laico : nam Ro.Pont.prouidendo de beneficio in dubio, non comprehendit beneficium, quod eſt de patronatu laico.gl.ordin.in cap.2.verb.collatio. & ibi per omnes.de præbend. lib.6.Abb.in c.dilectus.3.col.pen.ſuprà de præben. Cardi.Zab.in conſil.69. vacante quadam parrochiali.Fel.in c.in noſtra.in 38.corre.ſuprà de reſcri. melius quàm alibi,& plenius Io.de Ser.in tract.de beneficio. in 3.parte.in 12. qualitate.3.q.vbi plures ampliationes,& limitationes ad hoc cumulauit.

Triceſima qualitas eſt,quòd fiat mentio de hoſpitali, ſi volumus illud comprehendi in mandato per tex.in clem.per literas.de præb.ita Fel.in d. c.in noſtra.correl.31.Ioan.de Seru.in dicto tractatu de beneficio.in 2.q.3.partis in 10.correl.

Decimaquarta eſt qualitas, debet fieri mentio qualiter beneficium eſt ſolitum regi per laicos, ſi volumus comprehendere beneficia,quæ aliàs fuerunt obtenta per laicos,ita Io.And.in c.quia ſæpè. de præb.lib.6.Domi.de Rot.in deciſ.32.nota,quòd vbi alicui in antiq.

Decimaquinta qualitas, debet fieri mentio de beneficio creando poſt datam literarum,quia gratia non comprehendit niſi beneficium creatum tẽpore datæ.cle.literas.& ibi per omnes de reſcrip. imo plus dicunt Domi. de Rot.in deciſ.545.quidã patronus in antiquis, quòd ſi ante datas aliquis teſtator fundauerat vnũ beneficium, nondum tamen authoriſatum ab epiſcopo, dato quod poſt datam fuerit authoriſatum,non comprehendetur in gratia,quia beneficium recipit ſuum eſſe ab authoriſatione.c.nemo.de conſe.diſtin.1.ibi alia plura per vnam col.adducunt.

Decimaſexta,quando ille collator cui dirigitur gratia, non habet niſi vnum beneficium ad eius collationem,de hoc debet fieri mentio gl.in cle.1. verb.incerta.de præb.Io.Maria. in c.in generali. de reg.iur.lib.6.Felin.in c.in noſtra.in 14.correl.Io.de Serua.loco ſuprà alleg.in 13.qualita.

*De principalo.*

Decimaſeptima qualitas, ſi volumus comprehendere in mandato rectoriam alicuius eccleſiæ, vel beneficium principale eccleſiæ, non ſufficeret dicere, quòd prouideatur de beneficio in tali eccleſia, ſed debet fieri mentio de ipſa eccleſia, aliàs principale beneficium nõ cõprehenderetur. Iſtud voluit text.in c.ſi(vbi omnes.)ſuprà de præb.quia aliud eſt dicere in eccleſia, aliud de eccleſia. Iſtud etiam voluit Archid.in c.Ne captandæ.de conceſ. præb.in 6.glo.in cle.1.verb. incerta de pręb.intelligatis tamen, niſi verba aliter eſſent concepta generaliter, in quibus ipſa principalis eccleſia poſſet comprehendi,ita dicit not.Ioan.de Imo.in cle.1.in 3.col.de ſupplen.negli.prælat.

Decimaoctaua qualitas, quòd fiat mentio de canonia,& prębenda,aliàs loquendo de beneficio non comprehenderetur præbenda.dict.cap.fin.de præb.& ibi Abba.Card.& cæteri. Iſtud idem vo-

luit Archid.in c.cui de non ſacerdotali.de pręben. in 6.Domi.de Rota, in deciſ.136. voluerunt Domini.& 247. habens gratiam in nouis. idem Domini de Rot.in deciſ.133.nota, quòd illi cui in antiquis. Iſtud tamen declaretis tripliciter, primo ſi in illa eccleſia non eſſet aliud beneficium, quàm præbēdæ.arg.tex. in c.Abbate Sanctæ Syluanæ.de verbo.ſignif.in l.cogi.ff.ad Trebel.in l.quotiens.ff. de verb.oblig.& ita Abb. & alij in ſuprà allegatis. Secundo niſi mandaretur prouideri de beneficio competenti,& ille pro quo mandatur eſt qualitatis, quod ſimplex beneficium non eſſet ſibi competens.arg.tex.not.in l.ſed & ſi iſtud.§.1.ff.de vſuf. in l.plenum. §.equitij.ff.de vſu. & habit.vbi verba intelligi debent,ſecundum qualitatem perſonæ,& ita in locis iam alleg. pro quo facit text. in c.non cogantur.4.diſt.gl.2.in c.epiſcopus.ſuprà de pręb. Tertiò niſi verba eſſent multum generalia, vel eſſent facti, aliqua ſpecificatio aliquarum qualitatum, ſubſequuta clauſul.generali, hoc caſu comprehenderetur præbenda, ita limitat dict.c.fin.Io. de Imo.in clem.1.col.3. per illum tex.de ſupplen. neglig.prælat.

*Etiam de beneficio minimo.*

Decimanona, quòd ſi beneficiū quantumcunque minimum habeat qualitatē, requiritur quòd fiat mentio de ea,quia appellatione beneficij comprehenditur tantummodo beneficium ſimplex ſine aliqua qualitate.dict.cap.fin. de præben.& de hoc eſt reg.cancel.Apoſt.in art.63.

Viceſima ſi volumus comprehendere beneficium eccleſiæ cathedralis,de hoc debet fieri mentio, nam dicendo de primo beneficio, in tali diœceſi vacaturo, non comprehenditur beneficiū cathedralis eccleſiæ. text. eſt ad literam in c.quamuis.1.in 1.reſp.de pręb.in 6.de quo Fel.in d.c.in noſtra. in 39.correl.ſupr.de reſcri.& dicūt Io.And. & alij,quòd etiam ſi beneficium eſſet modicum,non comprehenditur.In hoc tamē Domini de Rot.dicunt fuiſſe ſententiatum,in cōtrarium in Rota, & hoc habetur in deciſ.309. non quòd vbi ſententia in antiq.hoc tamen duobus modis declaratur.primo niſi mandaretur Decano, & eiuſdem eccleſiæ cathedrali, dato quòd non fiat mentio in eccleſia cathedrali illud tamen comprehenderetur. Ita Domi. de Rot. in deciſ.112. Nota quòd vbi expectans in antiq. Secundo niſi mandaretur epiſcopo, & ad epiſcopum ſpectaret collatio, ita Do.de Rota.213.nota,quòd vbi expectans in antiq.

Viceſimaprima qualitas, quādo clericus ſæcularis vult obtinere beneficiū regulare virtute gratiæ,vel ſolitum regi per regulares,& eccleſia regularis beneficiū ſæculare,requiritur quod fiat mentio,quia gratia in dubio data ſæculari intelligitur de beneficiis ſæcularibus, & regulari de beneficiis regularibus.tex.eſt in c.cū de beneficio.de pręb.in 6.ad quem tex.multa not.cumulauit Fel.in d.c.in noſtra.in vlti.correl.refert Io.de Seru.in d.tract.de beneficio.in 2.q.tertiæ partis.32. qualit. & dicit regula cancel.in ordi.41.quod licet in ſupplicatione, quę porrigitur Ro.Pont.fiat mentio, de beneficio regulari dando in commendam ſeculari, vel de ſeculari dando in commendam regulari,ſi in ſignatura non fiat expreſſa mentio de commenda, ſed ſolum ponatur, fiat vt petitur vel conceſſum, vt petitur, non valet impetratio, vt ſæcularis obtineat regulare,& econtra.

Viceſimaſecunda eſt,quòd ſi quis vult in mandato cōprehendi beneficia, quæ poſsidentur à familiaribus Cardinalium, de hoc eſt fienda mentio,& ita voluit Fel.in c.in noſtra.in 15.correl.ſupr. de reſcri. de hoc habetis deciſionē Rotæ in terminis quæſt. 721. not. quòd Dominus noſter. & habetur regu. cancel.expreſſa.in ord.30. vbi plus dicit,quòd debet exprimi nomen & tit. Cardinalis.

*Archipreſbyteratus.*

Viceſimatertia qualitas,quādo debet fieri mentio de archipresbyteratu. ita Do. de Rot.in deciſ. 106.in antiq.ex eo,ꝙ archipresbyte.habet quādam pręeminentiā.c.1.& toto tit.ſupr.de offi.archipreſ.

Viceſimaquarta ſi quis vult cōprehendere beneficium vnitum, debet mentionē expreſſam facere.Ita Io.And.in addit.ad Spec.in tit.de præb.in 1.addit.cir.medium.Do.de Rot.in deciſ.160.253.& 638.in antiq.plenè.Cald.in conſi.vltim. per totum conſi.in tit.de reb.eccleſ.nō alie.Feli.in d.c.in noſtra.in 27.correl. & iſtud ſuadetur euidēti ratione, quia de iure quod aliquis alius habet in beneficio, vel de poſſeſsione,debet fieri mentio.c.cū noſtris. cap.literas.infrà hoc tit.& dicit Feder. de Senis. in tract.de re perenni.in 4.q.quòd de reſeruatione facta per Rom.Pont.alicui debet fieri mentio,& de hoc eſt bonus text.in c.cū olim. ſuprà de re.iudic.

*Valor.*

Viceſimaquinta qualitas(& iſta eſt vltima)quādo ad beneficiū,quòd impetratur,quia debet fieri mētio de valore beneficij, iſtud tantū non eſt introductū de iure cōmuni,& dicit glo.in cle.1.verb. vel alteri.de præb. Abb.vbi alij omnes in c.ad aures.ſuprà de reſcri. fuit tantū per regul.cācel.introductū, & eſt reg.61.in ordin.& primus, qui introduxit ſecūdum magis cōmunem fuit Vrbanus 6. qui ſecūdum chronicas in ciuitate Romana fuit Præſidens tempore quo Clemēs 5.erat in ciuitate Auinionēſi ann.1369. de quo Do.de Rot.in deciſ. 292.licet impetrans in nouis.Pet. de Anch.in cōſ. 138.plura in cōſi.295. viſis cōſi.& 298.efficacibus. Secūdū alios primus introductor d.regulę fuit Bonifacius 9.vt dicit gl.in prag.ſanct.in tit.de annatis circa princ. in verbo anatarienſ. & illi Bonifacius 9.in ciuitate Romana immediate ſucceſsit Vrbano.6.& eodē tempore in ciuitate Auinionenſi Benedictus 13.anno 1370.& quēadmodum in eccleſia vtroq; tempore fuit ſciſma,non eſt mirandum ſi à malo initio ſucceſſerit rigoroſa diſpoſitio. Ita tamen qualitas nō habet locum quoniā motu proprio fit prouiſio à Ro. Pōt.& ita in terminis dixit tex.in reg.cancel.& Doct.in locis præallegat.licet Abb.voluerit cōtrariū in d.c.ad aures. Secūdo nō habet locū in expectatiuis, quia de primo beneficio vacaturo, non eſt certū cuius ſit valoris, & ita ſi recte pōderentur verba dict.regulæ,ibi probatur dū in fi.poſtquam poſuit concluſionem de valore exprimēdo dicit tandem, quòd in expectatiuis de beneficiis obtentis, debet exprimi valor: ergo ſecus in beneficiis, quæ impetrātur vigore expectatiuæ. arg.l.cum Prætor. ff.de iudic. c.nonne.ſuprà de præſumpt.Tertiò nō habet locū in Cardinalibus.ita Pet.de Ancha.in dict.conſil.395.col.penul. & circa valorem beneficij, quis teneatur probare an impetrans an opponens, & quis valor debeat

attendi



attendi an ſecundum taxam decimæ, an ſecundum valorem hodiernum, & ſi debeant comprehendi diſtributiones quotidianæ, & alia plura ad iſtud videatis latiſsimè cumulata per Felin.in d.c. ad aures.col.2.cum 8.ſequentibus. ſuprà de reſcri.

Viceſimaſexta qualitas, & nunc ingredimur qualitates beneficiorum, quæ obtinet impetrans, quia debet fieri mentio de quocunque beneficio etiam minimo.c.ſi motu proprio.c. non poteſt.de præben.lib.6.c.cum adeo.c.ſi proponuntur. ſuprà de reſcript. c.cum teneamus.ſuprà de præb.glo.in c.referente.& in c.ſuper inordinata.eod.tit.Fel.in c. in noſtra.col.4.& in c.poſtulaſti. col.8. ſuprà de reſcrip.gl.parua. ſuper verbo beneficium.in cle.2. de off.ordi.& ratio eſt, quia obtinens beneficium non eſt idoneus, & capax ad aliud beneficium. cap.is cui.de præben. lib.6.Abba.in dict.cap.ſuper inordinata.de præben.& ideo dicunt Doct.maximè Dominicus, & Philip.Franc.in c. non poteſt. §.fi.de præben.lib.6. quòd licet expreſsio aliorum beneficiorum non inducat diſpenſationem, operatur tamen, vt non poſsit apponi de pluralitate beneficiorum.

Viceſimaſeptima qualitas,quod non ſolum de beneficio,quod quis obtinet,ſed etiam de iure ad rem hoc eſt,de alia expectatiua, quā aliquis haberet,debet fieri mentio tex.(vbi latiſsimè omnes)in c.in noſtra.ſuprà de reſcrip.de quo Ioan.de Serua. in tractatu de beneficio.in 11.quæſtione.3.partis.in 1.qualitate. & dicit Hoſtienſ. & poſt eum Petr.de Ancha.& alij in d.c.in noſtra.quòd hoc habet locum non ſolum,quando diuerſis temporibus obtinentur plura mandata, quod poſteriora debent facere mētionem de prioribus,ſed etiam ſi eodem tempore quis obtineat plura mandata ad diuerſas eccleſias,vnum debet facere mentionē de alio. arg.text.in cap.ex tenore. ſuprà de reſcrip.& iſtud ſuadetur euidenti ratione,quòd debeat fieri mentio de iure ad rem: quantum ad incompatibilitatem æquiparamus ius in re, & ius ad rem.cle.gratia.de reſcrip.ſi ergo debeat fieri mentio,de iure in re,vt dictum eſt in præcedenti qualitate,idem erit dicendum de iure ad rem, facit quòd dicemus in ſequenti qualitate, quòd de collatione nondum acceptata debet fieri mentio.

Aduertatis tantum, quòd de diſpenſatione ſi quam aliquis habeat(quia per eam non gratia,ius nec in re, nec ad rem acquiritur, ſed tātummodo habilitatur perſona) non eſt fienda mentio. Ita Domi.de Rota.in deciſ.120.in antiq.

Viceſimaoctaua qualitas, quēadmodum proximè diximus, quòd de iure ad rem debet fieri mentio. idem dicamus de collatione facta alicui, dato quòd nondum per eum fuerit acceptata, ita voluit gl.notabilis.in c.gratia. verbo ignoranti.in fin.verbis de reſcrip. in 6.quam Io.And.& Philip. Franc. ſequuntur. nam per collationem validam ius ad rem.c.ſi tibi abſenti.de præbend.in 6.c.fuit. in fi.de conceſ. præbend. eodem modo acceptatio prius ſubſequuta quærit ius in re.imo ius ad rem, quod acquiritur ex collatione, eſt fortius quàm ius quæſitum ex expectatiua, quia non requiritur amplius niſi acceptatio,ſed in expectatiua requiritur collatio, vt habetur in c.ſi capitulo. & in c.ſi ſoli. de conceſ.præben.in 6. De hac qualitate Ioan. And. vbi plura ad vtramque partem adducit in cap.ignorantia.de regul.iur. in 6.in nouella. Philip.Franc.in cap.ſi motu proprio.in glo.ſuper verbo taceat.de præb.in 6.Felin.in c.in noſtra.col. 5.verb.inſertus,ſuprà de reſcrip.Aduertatis tamen, quòd de pręparamētis ad collationē,& quia fortè canonici ſe congregauerunt in capitulo. vel ſi tales fuerint canonici.& procederent ad collationē, de his non eſt fienda mentio.Iſtud voluit gl.prag. ſanctio.in tit. de collationibus.§. viſum eſt nobis. ſuper verbo non habeant.Nam res dicitur integra dato, quod præparamenta ad collationem fiant text.eſt not.in c.vbi periculum.§.ſanè. de elect. in 6.refert & ſequitur Ioan. de Serua. in tractatu de beneficio,in 12.q.in 16.qualitate.

*Electio.*

Viceſimanona qualitas,quæ infertur ex præcedentibus,qualiter de electione, dato quòd nō fuerit acceptata debeat fieri mentio, quia per eā quęritur ius ad rem.gloſſ.ordin. & not.in c.quanto.in glo.mag.ad finem.63.diſtin.Abb.in c.noſti.& in c. tranſmiſſam.ſuprà de elect.col.3. idem Abb.in c.1. 2.c.quod autem.& in c.nobis.infrà de iur.patron. bonus eſt text. quàm ad hoc ponderant Dominicus & Philip.Franc.in c.quàm ſit.§.1.de elect.in 6. vbi dicunt,quod quemadmodum alius,qui habet in aliquo beneficio ius ab alio,debet facere mentionem de eo.c.cum noſtris c.literas. infrà hoc tit. ita de electione alterius nondum acceptata. Notetis tamen,quòd de poſtulatione non debet fieri mentio, quia per eam non quæritur ius ad rem, cum poſtulantes poſſunt variare, ante præſentationem.c.bonæ.2.& ibi Abba.in 11.notab.ſuprà de poſtul.prælat.Ioan.de Seruadate.de hoc vltimo.in dict.tract.in 3.parte.in duodecima qualitate 21. q.

*Præſentatio.*

Triceſima qualitas,quę etiam ex præmiſsis infertur,quòd de pręſentatione facta per patronum ratione ſui beneficij, debet fieri mentio. nam per eam acquiritur ius ad beneficium,nec clericus poteſt variare. Ita voluit Panor. in c.cum autem.infrà de iur.patro. Card.in cle.8.in princ.in 1.oppoſitione,de ſupp.negli.prælat. Dominic. & Philip. Franc.in c.2.de præb.in 6.Fel.in c.cum Bertoldus. col.2.ſuprà de re iud.Rochus de Curte. in tractatu iuris patronat. ſuper verbo honorificum in 9. quæſt. Secus eſſet de præſentatione laici, quia per eam non acquiritur ius ad beneficium, cum laicus poſsit variare cumulando, & præſentando plures diuerſis temporibus. cap. quàm autem. vbi Abb.infrà de iur.patro.idē Abb.in c.1.& 2.& in c. noti.eo.tit.Fel.& Rochus in locis proximè alleg.

Triceſimaprima qualitas, quòd ſi quis ſe intruſerit in beneficio,poſteà impetrat aliud, vel expectatiuam conſequitur,debet facere mentionem qualiter ſe intruſit in alio beneficio, iſtud voluit glo.nota.in c.eum qui.verbo obtinebat circa medium.de præb.in 6.per illum tex.vbi intruſus non eſt melioris conditionis, quàm habens titulum,ſi ergo debet fieri mentio de alio beneficio, vt diximus in 16.qual.ita etiā & de intruſione. Iſtud voluit Abb.tamen alleg. illam gl.in c.per inquiſitionem.in c.quiſquis.in c.qualiter.ſuprà de elect.& in c.præterea. infrà de iur.patron. Feli.in c.in noſtra. col.4.ſuprà de reſcript.Ioan.de Serua.in dict.tract.

de beneficio.in 3.parte. q.11.in 5.qualitate. Dec.& alij per illũ tex.in c.inter cæteras.de reſcrip. Adde etiam, quòd non ſolum de iniuſta detentione debet fieri mentio, ſed etiam de fructibus perceptis. Ioan.And.in addit.ad Spec.in titul.de lapſis & diſpenſatio. §.videndum circa finem.verſi.ſed pone aliquis, quia ex perceptione fructuum fuit factus inhabilis ad beneficia ſecundũ Hoſti.c.dudum. in 2.de elect.& ibi Io.Andr.Imol.in c.poſtulaſti.col. pen.de reſcri.Fallit ſi in eccleſiæ vtilitatem quęſiſſet. Nicol. de Milis. in reperto. in verſicul. gratia. §.16.Aufre.in deciſio.capel.Thom.quæſt.483.quidam nobilis.

Triceſimaſecunda,quòd de intruſione in beneficio,quod impetratur debet fieri mẽtio,ita Cald. in conſi.13.in tit.de reſcri.& in conſi.11.tit.de præb. & mouetur primò,quia de poſſeſsione alterius debeo facere mentionem.c.cum nominis.c.literas.in hoc.tit. de qua veriſimiliter poſſum ignorare,cum ſit factum alienum , multò fortius de poſſeſsione mea , in qua non præſumitur ignorantia. l.quiſquis.C.de reſcind.vend.Secundò,quia qui iniuſtè poſsidet beneficium , redditur inhabilis ad illud obtinendum etiam ex titu. c.commiſſa.§.porro.de elect.in 6.clem.ne in agro.§.cẽtum. de ſtat.mona. de qua inhabilitate debet ſuperior informari, per ea quæ traduntur in c.poſtulaſti. ſuprà de reſcrip. Tertiò adducit text.in dict.c.eum qui. de præben. in 6. & per hoc facit illud , quòd dicemus in ſequenti qualitate.

Triceſimatertia qualitas , quòd ſi quis impetrauit beneficium viuentis , & poſtea eo mortuo facit nouam impetrationem , debet fieri mentio qualiter eo viuente ipſe impetrauerit , ita in terminis Abba. in cap.proximè præcedenti. in col.1. & faciunt dicta in præcedenti qualitate : & has qualitates tres proximè præcedentes noteris(quia quotidie contingunt)plures enim ſe intrudunt in beneficiis ſine titul. & plures improbant beneficium viuentis.

Triceſimaquarta qualitas , quod ſi quis fuerit ſpoliatus aliquo ſuo beneficio ex eo , quod habet adhuc ius in beneficio,de hoc tenetur facere mentionem.ita Abb.in c.cum teneamur.ſupr.de præb. & in cap. ad aures. in fin. ſuprà de reſcript. Felin. in cap.in noſtra. colum.6. ſuprà eodem titul.latiſſimè in cap.poſtulaſti.colum.penult.& fin.eodem titul.quia licet quis ſpolietur beneficio , habet ius ad illud proſequendum.(cap.conquerente. cap.in literis. ſuprà de reſt.ſpolia.) ex quo dicitur habere beneficium. l.qui actionem. ff. de regul.iur. & faciunt quæ diximus in 26. & quatuor ſequentibus qualitatibus.

Triceſimaquinta qualitas , quòd ſi quis habet canonicatum , & præbendam in aliqua eccleſia, non ſufficit facere mentionem de canonicatu, ſed vtrunque debet exprimi. ita Abba.in cap.cum adeo. colum.prima. & ibi And. Sicul. Felinus & Dominus Decius , ſuprà de reſcriptis , & de hoc Domini de Rota , in deciſione 449. quidam habens,in nouis.& deciſione 547. vtrum canonicus. in antiq. Nam dato quòd quis ſit canonicus,non ſequitur quòd habeat præbendam, vnde verum eſt, quòd prima vacatura ſibi debet dari. cap. relatum.ſuprà de præbend. nec ſequitur,habet præbendam, ergo eſt canonicus , cum laici , qui non poſſunt eſſe canonici , quandoque habeant præbendam.gloſ.ord.(vbi omnes) in c.cum M.Ferrarienſis.verbo,recederent.ſuprà de conſtit.

Triceſimaſexta qualitas , quòd ſi habeat aliud beneficium in commendam , de eo debet facere mentionem.gl.in cap.nemo deinceps. verb. commendare. de elect. in 6.quia commendatarius dicitur beneficiatus , vt ibi traditur. & in cap. cæterum.ſuprà de ætate & qualit.in cap.dudum. ar.fi. ſuprà de elect.de quo etiam Calder.in conſilio 6. titul.de præben.

*Beneficia in cõmendam.*

Triceſimaſeptima qualitas de penſione , quæ eſt tranſmigrabilis de perſona in perſonam,quam quis percipit in eccleſia vel beneficio , debet fieri mentio, ſecus eſſet ſi penſio extingueretur cum perſona. Iſtud voluit Calder. in dicto conſilio 6. de præbendis , textus in cap. poſtulaſti. ſuprà de reſcript. vbi de vicaria perpetua debet fieri mentio , non autem de temporali, & eſt bona gloſ. in c.ſi pauper.in glo.fi. de præben.in 6. Idem de præſtimoniis debet fieri mentio. Oldrad. conſilio 81. quod proceſſus.

Triceſimaoctaua qualitas, de beneficio manuali, hoc eſt de illo iure , quod ſui natura eſt beneficium & perpetuum, ſed tamen conceditur aliquibus per certum tempus , & demum aliis per aliud tempus : de tali debet fieri mentio. Calderinus conſilio 9.in titulo de reſcrip. ita Felinus in dicto cap. in noſtra. in 19. correllario. Ioan.de Serua , in dicto tractatu de benefic.in tertia parte. quæſtione 11.in 9. qualitate. De ripa in cap.ad aures. numero 65. de reſcript. & circa hanc qualitatem, & alias præcedentes ex mente Docto.in cap. poſtulaſti , per illum textum , ſuprà de reſcriptis, & melius quàm alibi per Calderi. in conſilio 6. & in conſilio 30.in titul.de præbend. habetis reſolutoriè concludere , quod quotiens aliquis habet aliquod ius,ratione cuius percipit fructus temporales in eccleſia , ſi illud tale ius ſeruiat in beneficium , quia fuit deputatum ab habente poteſtatem creandi beneficia , & eſt tranſmigrabile de perſona in perſonam , de eo debet fieri mentio,ſiue appelletur penſio , ſiue præbenda, ſiue præſtimonium , aut alio nomine. Si verò non eſt , nec ſonat in nomen beneficij,vt quia capitulum,quod non habet poteſtatem creandi beneficia , ſed ſolus epiſcopus. cap.nemo. de conſec. diſtin.prima. cap. ſicut vnire. infrà de exceſſ. prælat. aſsignaret Sacriſtæ, aut alteri certam penſionem, vel ſi illud tale non eſſet tranſmigrabile de perſona in perſonam,de eo non debet fieri mentio,aliàs ſecus.

Triceſimanona qualitas , quòd quamuis beneficium ſit litigioſum , ſi litigans habet ius in illo vel ad illud, dato etiam, quòd non poſsideat, debet fieri mentio , de tali iure. Iſtud fuit de mente Cardin. in cap.in noſtra. 8.quæſtione, ſuprà de reſcript.dum reſpon.ad c.ſi tibi conceſſo.de præb. in ſexto,quòd ſi quis non habet pacificam poſſeſſionem beneficij curati , non vacat primum nec habet locum.c.de multa.ſupr.de pręb.quia in impetrationibus non curamus de poſſeſsione,vel pacifica,vel non pacifica,cũ videamus,quòd ille qui

habet



habet tantummodo actionem ad proſequendum beneficium,& ſic ius ad rem, tenetur de hoc facere mentionem , vt de expectatiua , de collatione nondum acceptata,de electione nondum præſentata , & de præſentatione à clerico nondum facta inſtitutione,vt plenè fuit dictum ſuprà, & ad hoc benè facit textus in clem.1.vt lite pend. iuncto c.2. de præben.in 6. vbi beneficia,quæ vacant in curia Romana ſpectant ad collationem Romani Pontificis.d.c.2.& ſi alter collitigantium,qui habet ius in beneficio,vel ad beneficium,moriatur in curia dicitur reſeruari collatio Romano Pontifici. dict. cle.1. & ſic diſpoſitio loquens de iure ad rem , vel in re habet locum etiam ſi lis pendeat, ad iſtud etiam facit,quòd diximus ſuprà qualiter de intruſione debet fieri mentio.c.eum qui.de præb.in 6.

Quadrageſima qualitas,quę infertur ex præcedendi, quod ſi quis lite pendente fuerit poſſeſſor, & habuerit recredentiam,de illa debet fieri mentio, quoniam poſſeſsio dicitur tradere maximum ius,vt probat tex.in dict.cle.1.vt lit.pend. dicit poſito , quòd litigetur ſuper beneficio , ſi poſſeſſor moriatur in curia Romana,collatio ſpectat ad ſolum Rom.Pontiſ.& ibi Cardin.Zab.in 2.3.4.oppoſitionibus declarat qualiter ex poſſeſsione quis habeat maximum ius.facit quod dictum eſt ſuprà de intenſione,de qua debet fieri mentio.

Quadrageſimaprima qualitas,de intitulatione ad aliud beneficium,vt quia promotus ad ordines fuit intitulatus ſuper beneficio alterius,debet de ea fieri mentio.ita Ioan.de Ana.in c.per tuas.3.in vltimis verbis per illum text. infrà de ſymo. refert & ſequitur Feli.in c. in noſtra.in 35.correlario, ſuprà de.reſcript.Ioan. de Serua.in d.tract.de beneficio.in 11.q.3.partis.in 19.qual.ponderantes.pro hoc text.in c.conquerente. ſuprà de cler. non reſid. Et licet præfati Doct.ita teneant de ſtricto rigore iuris non eſſe neceſſarium,quod exprimatur illa intitulatio,& videtur voluiſſe Card.in d.c.in noſtra. in 10.quæſt.ad hoc adducit,quę habẽtur in c.cum ſecundum Apoſtolum. ſuprà de præb. vbi intitulatio facta ad conſequendum ordines habet effectum(donec habuerit beneficium)vt ab ordinario alatur,& pro hac etiam opinione facit quod diximus ſuprà qualiter de pẽſione aſsignata ſuper beneficio, quamuis ſit ad vitam penſionarij , ſi non eſt tranſmigrabilis de perſona in perſonam,de ea non debet fieri mentio. gloſ.fi.in cap.ſi pauper.de præb.in 6.Card.in conſi.6.tit.de præben.

Quadrageſimaſecunda qualitas , de beneficio renuntiato ſi in manibus collatoris renuntiatio facta non extitit,debet de eo fieri mentio. ita Do. de Rota,deciſio.573.quidem Cardinalis, in antiq. quos refert & ſequitur Felin.in d.c.in noſtra. correlario.39.Ioan.de Serua,loco proximè alleg.in 18. qualitate , quia renuntiatio quæ non fit in manibus collatoris non valet, neque tenet,& adhuc dicitur beneficiatus renuntians in odium ſuum , vt habetur in c.quòd ſuper dubiis. vbi Inno. c.cæterum. ſuprà de renunt. intelligatis iſtud de iure in re,ſecus de iure ad rem,vt puta de expectatiua,vel collatione nondum acceptata , vel de electione, renunciatio facta in manibus cuiuſcunque valet , & tenet. Ita Domini de Rota , in deciſione 290. & deciſione 328.in antiquis.

Quadrageſimatertia & vltima , quantum ad beneficia,quæ quis obtinet vel iura, quæ habet ad beneficia , quòd de qualitate ipſorum beneficiorum eſt fienda mentio , vt ſi ſint dignitates , curæ vel habentia alias qualitates. Ita Abba.in c.ad aures.colum.fin.&ibi Felin.col.2.& Dominus Dec. colum.vltima.Et mouentur primo per illum textum , dum reprobat reſcriptum , quia non fecit mentionem de dignitate , ſecundo per regulam traditam in cap. poſtulaſti. quòd qualitas redderet difficiliorem ſuperiorem, debet exprimi. 3.per tex.in clemen.2.de offi.ordin. dum requirit,quòd debeat fieri ſpecialis mentio. Imo dicatis plus, quòd per regulas cancellariæ debet fieri mẽtio de valore beneficiorum , quæ quis obtinet , vt habetur in reg.61.

Ad euitandas tamen ſubreptiones , quæ poſſent eſſe non exponendo beneficia, quæ quis obtinet , qualitates beneficiorum , iura ad beneficia, aut valorem ipſorum ſecundum ſtylum curiæ Romanæ , apponitur clauſula , necnon & quæcunque beneficia , cuiuſcunque valoris , pro expreſsis habentes. quæ clauſula tollit dictas ſubreptiones , vt diximus ſuprà in hac quæſtione , in octaua clauſula.

Quadrageſimaquarta qualitas, quia debet fieri mentio de priuilegio , quod habet collator ordinarius in collatione vltra ius commune,aut ſaltem apponatur clauſula , Non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis.Ita voluit textus, & ibi traditur in cap.cum aliquibus.de reſcrip.in 6.

Quadrageſimaquinta qualitas,debet fieri mentio de numero canonicorũ,quando quis recipitur vltra numerum,ſub expectatione primæ præbendæ.cap.conſtitutus.ſuprà de reſcrip. Item oportet exprimere confirmationem , vt no.Ioan.Andr.& alij in dicto cap.conſtitutus.Nicol.de Milis.in repet. in verb. gratia.§.105. & ſequent. Archidia. in cap.duobus. de reſcript.in ſexto, in c. ſi à ſede.de præbend. eod.lib. Lappus in alleg.15.18.vbi etiam voluit, quòd de aliis priuilegiis ipſius eccleſiæ,debet fieri mentio , aut ſaltem apponi clauſula,non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis , & de hoc etiam in c.dilecto.ſuprà de præb.

Quadrageſimaſexta qualitas , debet fieri mentio de poſſeſsione alterius colorata. cap. cum noſtris.cap. per literas.& ibi per omnes in hoc titul. niſi apponeretur altera de illis duabus clauſulis,amoto quocunque poſſeſſore, vel , dum alteri non ſit ius quæſitum , & de hac qualitate idem Lap.in dict.allegatione 15. Domi.de Rot.in deciſ. 179.& 206.in antiq.

Quadrageſimaſeptima qualitas eſt , quia debet fieri mentio, de iure ad rem, quòd habet alius in beneficio impetrato , vt ſi habeat aliam expectatiuam , vel ſi fuerit facta collatio nondum acceptata , vel electio nondum præſentata. ita dicendum in cap. quàm ſit. §. primo. per illum textum,de elect.in ſexto,probat textus in cap. penult. de præben.eo.libr. Felin.cap.in noſtra. correlario 28.ſuprà de reſcript. Domi. de Rota.in deciſione 22.in antiq.

Quadrageſimaoctaua qualitas , quia ſi benefi-

cium fuerit reſeruatum à Roman.Pontific. de reſeruatione debet fieri mentio, de hoc eſt regula cancel.63. Domi.de Rota, deciſ.873.& 877. & in deciſio.258.in antiq.

Quadrageſimanona qualitas, quia debet fieri mentio de lite pendente in tali beneficio, vt probatur in cap.ſuper literis.& ibi traditur de reſcrip. Felin.in cap.cæterum.colum.2.& ſequen. eo.tit.& in cap.ad aures.col.7. traditur in cap.1. & 2.vt lit. penden.in 6.

Quinquageſima & vltima qualitas, quòd de aliis literis qualitercunque emanauerint ſuper tali beneficio, dummodo ſint validæ, debet fieri mentio. Ita gloſſ.fina.in cap.ex tenore.3.de reſcriptis.Felinus latè in cap.in noſtra.colum.5. eod.tit. Et ex his omnibus qualitatibus, habetis formam concipientem impetrationes beneficiorum, & attendatis etiam ad clauſulas de quibus, ſuprà diximus, vt applicentur ſecundum naturam impetrationis.

*Inſinuatio mãdati an ſit neceſſaria.*

Vndecimò quæritur, poſtquam vidimus formam mandatorum qualiter debeant executori demandari ad hoc, vt effectum conſequantur, vtrum ſit neceſſaria inſinuatio, & præſentatio ordinario collatori. Circa iſtud breuiter faciatis quinque caſus.

Primus eſt, quando in mandato Rom.Pontif. reſeruat collocationi ſuę, primum beneficium vacaturum dato, quòd non adiiciantur clauſulę Decreti in mandato habet effectum, nulla etiam ſubſequuta pręſentatione, & manus ordinarij dicuntur ligatæ, etiam ſi executor non proceſsit ad aliquam prouiſionem. Iſtud voluit Domi.de ſancto Gemi. Petrus de Anchar. & Franc. reprobata ibi gloſ.1.in cap.tibi qui.de reſcript.in ſexto, moti hac ratione, quia ſi dicamus, quòd inhibitio facta per executorem collatori, vbi nulla ſuberat clauſula Decretoria, in mandato habeat afficere ordinem cap. ſi ſoli.de præbend.in ſexto, multo fortius in Roman. Pontifice, qui aliàs habet poteſtatem conferendi omnia beneficia.cap.2.de præbendis in ſexto, vt reſeruatio aliquid operetur vltra poteſtatem ordinariam iuxta cap. ſi Papa. de priuileg.in ſexto, debemus dicere, quòd ſola reſeruatio afficit manus ordinarij ignorantis ne fruſtratoriè dicatis poſita.

Secundus caſus eſt, quando in mandato ponitur inhibitio, dato quòd nõ adiiciatur Decretum domini manus ordinarij ignorantis afficeret, & ita Petr.de Anch.Domi.& Franc.in d.c.& tit. per rationem de qua proximè ſuprà.

Tertius eſt caſus, quando in mandato ponitur clauſula irritans, & Decretum ſiue ſolum ſiue cum inhibitione, & reſeruatione non requiritur etiam hoc caſu repræſentatio, & inſinuatio ordinarij fienda. quia talis clauſula etiam ignorantem impedit. c. ſi fortè inter. de elect.in 6. cap. primo.de conceſſ.præbend.& vbique Petr.Domi. Domi.de Rota, deciſione 5.in nouis. Iſtos tamen caſus ſemel intelligatis, niſi in mandato eſſet aliqua conditio, quæ non eſt de iure communi, & requirit purificationem antequam fuerit purificata etiam, quòd plus eſt poſito, quòd fuerit mandatum præſentatum, & inſinuatum ordinario donec facta purificatione nõ impediatur, quin poſsit alteri conferre, vt puta ſi mandetur prouideri de primo beneficio vacaturo, quòd duxerit acceptandum, ex quo hæc verba habent conditionem ſi non acceptauerit, poteſt ordinarius alteri conferre, & ita ad literam textus in cap.primo.de conceſsio.præben.in ſexto, vbi per omnes. & maximè Philip.Franc. in verſic.ex parte: hanc tamen declarationem ſublimitetis, niſi fuiſſet adiectum intra quòd debuit purificari conditio, illo durante ordinarius non poteſt conferre alteri, etiam ſi non facta fuerit præſentatio, ſic ſumus in altero de his tribus caſibus. Ita voluit textus in cle. in primo reſponſo, de conceſsione præbendæ.

Quartus caſus eſt, quando non apponitur aliqua de his tribus clauſulis, ſed mandatarius fuit creatus canonicus hoc caſu, etiam non facta præſentatione ligantur manus ordinarij, vt alteri de prima vacatura non poſsit prouideri. Iſte eſt caſus in cap.ſi poſtquam, de præbend.in 6.& traditur in cap.relatum,& in cap.fin.ſuper gloſ.de præbendis ſuprà.

Quintus eſt caſus, quando nec reſeruatio nec inhibitio nec clauſula Decreti ſunt adiectæ, nec pariter fuit creatus canonicus ad hoc, vt ordinarius collator impediatur de non conferendo alteri, requiritur, quòd fiat ſibi præſentatio. Et non ſufficeret facta executori. Iſtud voluit Compoſtel. in cap.capitulum. colum.7.ſuprà de reſcript. & hodie eſt deciſum expreſsè in cap. ſi capitulo. vbi per omnes de conceſsione præbendę, in ſexto. gloſſ. in cap.tibi. verbo notificauerat.de reſcriptis libro ſexto.

Circa iſtud, tamen habetis aduertere ad duos caſus: vnus eſt, quòd mandatarius non habet executorem non tantum ad prouidendum, ſed ſolum ad compellendum ordinarium, ſola præſentatio, & inhibitio non ſufficeret. Alius eſt, quòd habet executionem ad prouidendum ſi facta pręſentatione inhibeatur ordinario, dicuntur manus ipſius ligatæ. Iſti duo caſus probantur in c. ſi ſoli. de conceſſ.præb.in 6.Et ſic habetis quando requiratur præſentatio, & quando non.

Duodecimò quæritur, intra quantum tempus debeat pręſentari mandatum collatori ordinario, breuiter reſoluendo concludatis duos caſus.

Primus eſt, quando nullus alius præſentauit mandatum, & non eſt à iure ſtatutum tempus nec vnius nec duorum annorum: quia priuilegium dicitur perpetuale. l. falſo. C. de diuerſ. reſcriptis. Iſtud eſt de mente Docto.in cap.plerumque.& in c.ſi autem. ſuprà de reſcript.vbi declarando illud, quòd ſolet dici ſi quis intra annum non præſentauit reſcriptum ad lites, amplius eo non vtatur, habeat locum, quando alius habebat ſecundum reſcriptum, quod præſentauerat.

Secundus eſt caſus, quando eſt alius impetrans qui pręſentauit ſuum reſcriptum, tunc primus dicitur conſtitutus in negligentia non præſentando ſuum altero de duobus modis. Primus quando expectauit quod, ſecundo impetrãti fuerit prouiſum.c.tibi qui.de reſcript.in 6.2.quando fuit aſsignatum ſibi tẽpus vel ex tenore mandati, vel fuit





ab ordinario ſtatutum lapſo illo negligentia ſibi nocet.c.ſi tibi abſenti.in 6. & ita vbi latius Domi. Philip. Franc.& Anch.in d.c.tibi.

Decimotertiò quæritur, (quia ſuprà diximus ordinarium collatorem non eſſe impeditum niſi in mandato eſſet reſeruatio, inhibitio, vel Decretũ aut collatus canonicatus aliàs requiritur quod mandatum præſentetur) quibus debeat præſentari tale mandatum? Reſpon. quod collatori ordinario.c.ſi capitulo.de conceſſ.præb.in 6.c.duobus.& c.tibi qui. de reſcri. eodem libro.Et quando mandaretur pluribus tanquam vniuerſis, vt alicui capitulo non ſufficeret præſentare particularibus ſeparatim, vt eſt de mente glo.in dict. c.ſi capitulo.verb.factam.Nam habemus in iure duas regulas: prima eſt quando aliquid tangit plures in vniuerſum, non ſufficit ſi quilibet particulatim illud faceret, ſed requiritur quod congregati vniuerſaliter illud faciant.l.2.C.de decur.lib.10.cap.Piſanus. ſuprà de reſti.ſpo.Secunda regula quando in aliquo actu maior pars præiudicat minori, ille actus debet fieri per vniuerſum, & non particulariter. l. iuriſgentiũ.§.ſi.cum l.ſequen.ff.de pact.iſtas regulas tradit Barr.in l.omnes populi.in ſecunda quæſtione principali. in 3. illius ſecundæ de iuſtit. & iur.& eſt etiam de mente Abb. in c.1. infrà de his quæ fiunt à maiori part.cap. & in c. cum omnes. ſuprà de conſtit. & ideo dicit nota. Bart. in l. aut facta.§.fin.ad fi.ff.de pœnis. quod ſi campana fuerit pulſata in aliquo loco, & particulares loci illius, cum fuſtibus, & armis iuerunt ad rixam, vel occiſionem alicuius ſi non fuerat in domo communitatis concluſum quòd ita fieret, communitas non poſſet puniri, ſed tantummodo particulares. Et ideo non ſufficeret ſi mandatũ præſentaretur cuilibet canonico in domo ſua: requiritur quod præſentetur in capitulo, vt diximus ſuprà quando collatio ſpectat, vt in vniuerſo, ſecus ſi ſpectaret pluribus, vt in particulari, vt quia ſunt duo priores nõ facientes nec capitulum nec collegium, tunc ſufficeret facta particulariter, imo præſentatio facta alteri tantum ſufficeret. ita glo. in d.c.ſi capitulo. verb.factã.Car.Sic.de quo Fede. in conſil.1.aliquid Abb.in c.3.infrà de iure patron. Et dicatis quod præſentatio facta ordinario vicario, vel procuratori generali non ſufficeret, ita Io. And.Anch.Do.de Franc. in d.c.ſi capitulo. & ad hoc bene facit textus in l. Itẽ veniunt.§. petitam. ff.de petit.hæred.in l.more.in fin. princ.ff. de vſu. in l.cum mancipium. §. circa procur. ff. de ædili. edict. vbi declaratio debet fieri domino & non procuratori, dico plus dicatis, quod ſi collator ordinarius bene ſciret mandatariũ habere mandatum, ſi tamen non fuit facta præſentatio, non ſufficit.iſta probat tex.in d.c.& ibi nutant omnes, & ad iſtud eſt bona.glo.in l.nomen.in glo.ſi.C.quæ res pig.oblig.poſsint.in l. ſi cum emptore. vbi latiſsime Iaſ.in princ.ff.de pact.vbi habetur quod ſi quis ceſſerit alteri debitum, nihilominus debitor principalis poteſt ſoluere cedenti, ſi non fuerit facta mentio ceſsionis, dicunt illæ glo. quod ſi debitor principalis ſciebat ceſsionem, adhuc non ſufficit niſi à ceſsionario, vel eius procuratore fuerit ſibi literis denuntiatum. Circa iſtud poſſet aliquis dicere ponamus denuntiationem factam collatori ordinario, poſtea mortuus eſt antequam vacet aliquod beneficium, an debeat alia fieri poteſtas ſucceſſori, ex eo maxime, quia diximus quod non valet facta vicario aut procuratori. Dicatis breuiter quod non requiritur noua præſentatio. Nam concluſio eſt firma quod quando beneficium eſt affectũ, collator etiam ignorans dicitur ligatus. c.ſi eo tempore. de elect.in 6.c.ſi poſtquã.de præb.eo.lib. Sed ſtatim quod fit præſentatio ordinario dicitur affectum beneficium, & ideo non requiritur amplius quod fiat alia pręſentatio, debemus idem dicere de ſucceſſore, quod de procuratore, quia factum in perſonam prædeceſſoris bene nocet ſucceſſori ex eo quod dicitur eadem perſona cum prædeceſſore. §.1.in authent.de iure iuran.à parent.præſtito.l. fin. C.de hæred.inſti.ita Card.in c.cæterum.& ibi Ioan.de Imol.in fin.verbis.ſuprà de reſcript.

*Succeſſori an ſit inſinuandum.*

*Capitulo qualiter ſit præſẽtatio.*

Decimoquartò quæritur qualiter debeat fieri præſentatio, de hoc habetis glo. in c.ſi capitulo. ver. factam. de conceſſ. præbend. quod debet fieri in capitulo, & ſi canonici non ſunt congregati, debet requiri habens poteſtatem conuocandi capitulum, & ſi denegent, executor debet præcipere, vt conuocet capitulum. Si verò nolunt congregari aut ſi fuerint congregati, & nolunt permittere quod fiat præſentatio, facta diligẽtia ſufficiet, ac habebitur, ac ſi fuiſſet facta præſentatio. de quo per Federi.de Senis.in conſi.190.quia in pręſenti, vbi interim declarat formam practicãdi præſentationẽ mandati. Et circa iſtud aduertatis quia ſi capitulum libenter velit audire mandatarium non ſufficiet quod pręſentetur mandatum ſuum, ſed debet fieri lectura de ipſo, aut tradi copia aut quod offerat lecturam, aut quod per eum non ſtet, quia quando debet denuntiari non ſufficit exhibitio inſtrumẽti, ſed debet fieri lectura. Iſtud probat tex.not.in cle.cauſam.de elect.Bart.in l.nõ. ſolum.§.morti.col.7.ff.de noui operis nuntia. vbi decidit quod ceſsionarius denuntiando debitori ceſsionem, debet exhibere inſtrumentum & facere lecturam, iſtud ſequitur vbi alia plura Socin. in regula ſua 79. in tractatu fallent. Vtrum autem ſufficeret ſola præſentatio mandati, an vero requiratur quod literæ executoriales ſiue rigoroſæ præſententur.gl.in d.c.ſi capitulo. (quem ſequuntur omnes) dicit quod ſi in mandato fiat mentio qualiter datus eſt executor, & ſub qua poteſtate non requiritur præſentatio executorialium literarum.aliàs ſecus.

*Executor an debeat eſſe in præſentatione.*

Decimoquintò quæritur ſi executor debeat eſſe in præſentatione, & quid debeat agere executor, circa iſtud aduertendum, eſt ad qualitatem executorum.nam aliqui dantur ad prouidendum ſtante negligentia collatoris ordinarij & iſto caſu non requiritur præſentia executorum, nec requiritur quod executori fuerint præſentatæ literæ executoriales, quia ſola pręſentatio facta ordinario collatori dicitur ſtatim afficere præbendam: & iſte eſt caſus in d.cap.ſi capitulo. executor autem non debet formare aut fulminare proceſſum, niſi caſus requirat, ita Dom.in conſil. 14. in cauſa. col. 2.ante negligentiam collatoris, ordinarij executor

nihil habet agere.d.c.ſi capitulo. aliqui vero ſunt executores dati ad prouidendum ſimpliciter, & dicitur in negligentiã vel in defectũ ordinarij collatoris:iſto caſu nõ ſufficeret pręſentatio partis,ſed executor debet etiam adire collatores ordinarios, & adhuc non ſufficeret præſentatio executoris, ſed debet alterum de tribus facere, vel reſeruare ſibi collationem primæ vacaturæ aut inhibere ne alteri habeant conferre, aut apponere cauſulam Decreti irritaturam.Ita in terminis voluit text.in c.1.ſi ex parte.de conceſſ.præb.in 6.& Federi.in d. conſil.290.col.4.Verum eſt quod text. in c.ſi ſoli. eo. tit. videbatur requirere quod fieret inhibitio, nihilominus debet declarari per d.c.1.quia ſola reſeruatio ſufficeret. Iſta ſunt intelligenda quando non eſſet in mandato reſeruatio Roma. Pontif. inhibitio aut appoſitio clauſulæ decreti,vel quod creatus eſſet canonicus, in iſtis omnibus caſibus (vt ſuprà pluries diximus) non requiritur aliqua præſentatio nec partis, nec executoris, cum ordinarius ignorans dicatur impeditus,ſufficiat quod tempore vacationis expectans proſequatur prouiſionem,quia aliàs negligentia ſibi noçeret.c.tibi qui.de reſcrip.in 6.

*Quando ſunt plura mandata, quod præferatur.*

Decimoſextò quæritur,& iſta quæſtio eſt quotidiãna & vtilis,ſi concurrant plura mãdata,quod ſit præferendum,de quo habetur glo.in gratia.c.ſi ſoli.in glo.mag.in prima parte de conceſſ.præb.in 6.aliquid.glo.in c.quia ſępe.in glo. ſit,de præb.eo. lib.traditur per omnes.in c.duobus.de reſcrip.eo. lib.quia illa glo.indiget aliqua ſuppletione,Doct. in d.c.duobus.inuolutè loquuntur,intendo latius & ordinate proſequi iſtũ articulum per theoricã & mẽbra.Et ideo diſtinguatis, aut nos loquimur de pluribus mandatis obtentis ab eadem perſona in eadẽ eccleſia, aut de pluribus mãdatis obtentis à diuerſis perſonis, quantũ ad primũ caſum,quia iura non reprobant eandẽ perſonam poſſe conſequi plura mandata ſiue ſub eadem data, ſiue ſub diuerſis datis,dummodo vnum faciat mentionẽ de altero,iſta habentur in c.in noſtra. ſuprà de reſcrip.Nec eſt inconueniẽs,quod in eadem re quis habeat plures titulos, licet dominium non poſſit multiplicari,cauſæ tamen poſſunt eſſe diuerſæ, & non dicentur contrariæ ſed diſsimiles, vt voluit glo.in c.3.in glo.mag.de re iud.in 6.& in c.ſi à iudice.in glo.mag.de appel. eod. lib. hoc caſu cum poſſit in eadem perſona concurrere diuerſitas mandatorum,dummodo non deroget per vnum alteri,ſi mandatarius vtatur vno, dato quod ſuccumbat,poterit poſtea vti altero, iſtud voluerunt Domini de Rota in deciſione 49.nota quod vbi quis,& in deciſi.18. Nota quod vbi aliquis in antiq. quia quando plura remedia competunt ad idem,ſuccumbens in vno non repellitur ab alio.l. Aurelius.§.fin.ff.de liber.leg.l. habebat.ff. de inſtitoria acti.l.in delictis.§.ſi detracta. ff.de noxa. l.cũ qui.C.de inoffi.teſta.Quantum vero ad ſecũdum caſum quando plura mandata competunt diuerſis.glo.in d.c.ſi ſoli.facit tria membra, aut omnia mandata proceſſerunt à Roma.Pontif.aut ſecundo caſu aliqua procedunt à Rom.Pont.& alia ab alio,vt forte legato, vel etiam aliquis fuit nominatus ab aliqua vniuerſitate, aut vero & tertio caſu nullum proceſsit à Roma. Pont. ſed ab aliis inferioribus. Circa primum membrum, quando omnia proceſſerunt à Rom.Pontif. adhuc ſubdiſtinguntur tribus modis,aut quilibet fuit creatus canonicus aut alter habuit canonicatum, & alius non,aut & tertio caſu nullus fuit creatus canonicũs. Quantum ad primum, quoniam vterque à Romano Pontif. fuit creatus canonicus, ſubdiſtinguatis, aut non ſunt pares in data, aut ſunt pares in data. Quantum ad primum: concluſio eſt quod prior in data præfertur poſteriori.c.tibi qui.de reſcript.in 6.cap. eum qui.de præb. eo.lib.& vbique per omnes.facit tex. in c.duobus. de reſcrip.eo.lib. & quæ plene traduntur in cap.1. ſuprà de reſcript.Domi.in conſi.107.ſuprà primo dubio.Amplietis iſtud habere locum etiam ſi poſterior in data primo præſentaſſet mandatum ſuum,vt dixit tex.in d.c.tibi qui. & in primo cap. eum qui.

Amplietis ſecundo etiam ſi primum mandatum eſſet in forma pauperum, & ſecundum eſſet mera gratia,ſemper primum præfertur ſecũdo.Ita Domini de Rota in deciſio. 127.in antiq. glo. in cle.vnica.verb.executorem de conceſſ.præb.Amplietis tertio, etiam ſi primum eſſet generale,vt puta, in diœceſi, & aliud ſpeciale in aliqua eccleſia illius diœceſis: vel primum generale ad beneficium primo vacaturum, ſecundum ſpeciale ad certum beneficium,iſtud probat tex.in cap.ex parte primo.ſuprà de offi.deleg.& de hac ampliatione habetis per Dominos de Rota. in deciſio. 106.in nouis.& in deciſio.323.in antiq.

Quartò amplietis etiam ſi in ſecundo mandato eſſet clauſula decreti, vel alia per quã afficeretur prima vacatura,per hoc tamen non præferretur ſecundus primo,quia pręſentatio dicitur afficere præbendam.c.ſi capitulo.de conceſsio præb. in 6.& tamen præſentatio non operatur,vt ſecundus præferatur.c.tibi qui.de reſcrip. in 6.Secundo ad iſtam concluſionem poteſt eſſe quia qui prior eſt tempore,potior eſt iure.c.qui prior.de reg. iur. in 6.Et quia mandatum de prouidendo in dubio comprehendit primum beneficium vacaturum. c.mãdato.c.ſi clericus.c.non poteſt.de præb. in 6. c.auctoritate.de conceſsio præbend. illo tit. facit tex.in l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſignifi. Si ergo comprehendit primum,& mandatarius non proſequatur prouiſionem illius,ſibi præiudicaret & extingueretur mandatum. dict. cap.ſi clericus. ideo debet præferri alteri. Iſtam concluſionem limitetis primo, niſi primus expectans fuerit negligens.cap.tibi qui.de reſcript.in 6.& d.c. ſi clericus.vbi habetur,quod ſi primus expectauerit collationem fieri ſecũdo,ſibi præiudicat taliter quod amplius non vtitur ſuo mãdato, verum eſt quod ſi fuerit creatus canonicus aut receptus in canonicum,licet virtute mandati non debeat conſequi præbendam,de iure tamen communi quo diſponitur canonicum debere habere præbendam.c.relatum. ſuprà de præb. conſequetur poſt ea aliam præbendam,dummodo non fuerit aliquis expectans.d.c.ſi clericus.

Secundò limitetis niſi in ſecundo mandato eſſet clauſula anteferri,vel alia clauſula per Rom. Pontif.



Pontif.mandaret illum præferri anterioribus.cap. pen.de præb.in 6.gl.in d.c.ſi ſoli.de conceſſ.præb. Card.Zab.conſil.18.diebus elapſis.

Tertiò limitetis & ex hac faciatis vnam concluſionem generalem,quod quando prima vacatura habet qualitates, quæ non poſſunt comprehendi in primo mandato, & ſecundum mandatum poteſt illas comprehendere, vt puta vacauit beneficium curatum, & in primo mandato non fit mentio de cura, in ſecundo fit mentio aut vacauit dignitas,& in primo de ea non fuit facta mentio,in ſecundo vero fit mentio, & ſic de aliis qualitatibus,ſecundum præfertur primo,quia primum non potuit conſequi effectum.c.quia ſæpe. & ibi per omnes de præben.in 6.

Quartò limitetis, & in hoc faciatis ſimiliter concluſionem generalem, quod quando mandatarius primus non eſt qualificatus ad obtinẽdum primam vacaturam,& quia non eſt ætatis 26.annorum,& vacauit beneficium curatum,ſecundus autem eſt qualificatus,hoc caſu ſecundus præfertur primo.c.eum qui.de præb.in 6.gl.in d.c.ſi ſoli.

Quintò limitetis quando primus erat impetrans ab vno Rom.Pont.ſecundus ab alio,deinde ab iſto ſecundo Rom.Pontif.fuit conceſſum man datum vni alteri tertio adiecta clauſula, quod præferatur habentibus mandata à prædeceſſoribus ſuis:iſte ſecundus quia vincit tertium & tertius impedit primum,præferetur illi primo. caſus eſt in c.pen. de conceſſ. præb. in 6. & facit regula quæ habet, ſi vinco vincentem te, multo fortius vincam te.l.de acceſsionibus.ff.de diuerſ.& temp. præſcript.

Sextò limitetis quando mandatum primi erat conditionale & ſecundum erat purum, conditio autem nõ fuit purificata ante vacationem, ſecundus pręfertur illi primo.c.ſi pro te.de reſcrip.in 6. cle. vnica. primo reſpon. & ibi per doct.maxime. in glo. executorem.de conceſsio præben.Domi. conſilio 107.

Septimò limitetis niſi in primo eſſet poſita clauſula quam duxerit acceptandam, & primus voluit gratificare ſecundo, nolens adhuc acceptare, ſecundus poterit præferri. Ita Domini de Rot. in deciſio.37.in antiq.& facit quod habetur in c.1.de conceſſ.præb.in 6.quando apponitur talis clauſula ante acceptationem non venit beneficium in mandato.

Octauò limitetis,& de hac vnam concluſionẽ generalem faciatis,ex qua oriuntur plures limitationes, quod in omnibus caſibus in quibus mandatum non comprehendit primam vacaturam, beneficium vacat in curia Romana. c.2. de præd. in 6. (vel ſi conſuetudo ſit in eccleſia,) quod vacante præbenda, & antiqui canonici poſsint eligere,ſi velint.c.fi.de conſuet.lib. 6. vel ſi fuerit facta renuntiatio beneficij modici valoris in fraudem expectantis.c.2.de renunt. in 6. & in aliis ſimilibus caſibus in quibus mandatum non ſe extendit ad primam vacaturam. qui caſus traduntur per glo. fi.& ibi per Doct.in cap.quia ſæpe.de præb.in 6.ſi ſecundus mandatarius habeat aliquas clauſulas per quas derogetur illis priuilegiis vel conſuetudinibus, poterit tunc præferri primo. ita probat tex.in d.c.2.de præb.in 6.& glo.in dicto c. 2.de renun.eo.lib.Aduertatis quantum ad omnes limitationes ſuprà poſitas,excepta prima, licet ſecundus præferatur primo expectanti:per hoc tamen non extinguitur effectus mandati, niſi expreſſe illi renuntiauerit,vt dicemus in limitatione ſequent.vel fuerit negligens,vt dictum fuit in prima limitatione,aut Roma.Pont. reuocauerit primum prout facere poteſt.cap.penul.& fi.de conc. præb.in 6. Vltra iſtos caſus ſi nõ habeat effectum in prima vacatura ſortietur in ſecunda:& ſi fuerit in ſecunda impeditus habebit tertium, & ſic de vlterioribus poteſt conſequi. c. eum cui. de præb. in ſexto.

Nonò & vltimo limit.quando primus promiſit ſecundo,& ita iurauit quod nõ acceptabit primam vacaturam, ſecundus ſibi præfertur:ita Do. de Rot.in deciſio.123.in antiq.adducentes ea quæ habentur per glo.in c.cum inter.de renunt. ſuprà c.ex multiplici.infrà de deci. vbi quis iuri ſuo poteſt renuntiare;& ad hoc facit quod habetur c.ſuprà dubij.ſuprà de renunt.quòd iure ad rem, quis poteſt renuntiare etiam in manibus cuiuſcũque.

Quantum ad ſecundum caſum primi membri videlicet ſi mandatarij fuerunt pares in data,circa iſtud concludatis quod ſi alter fuerit curatus canonicus & alter non,ille qui eſt curatus, in canonicum debet præferri, ſi vero vterque eſt creatus canonicus,vt in caſu iſto, ille qui primo præſentauit eſt præferendus,ſi vero vterque ſimul & eodẽ inſtanti præſentauit,locus erit gratificationi,& eſt in electione ordinarij collatoris præferre quẽ voluerit,vt hæc membra deciduntur per text.in c. duobus.de reſcrip.in 6.glo.mag. in d.c.fi.ſi ſoli. de conceſſ.præbend.eo.lib.de quo articulo Domi.de S.Gemini. in conſili 024. graduatus in vtroque, aliàs ſuprà permiſſo.& Pet.de Ancha.in conſil.55. vltra prædictam. in quibus conſiliis notanter declarant illud c.duobus. & dicunt,quod eſt contra regulas iuris communis, & ſi non fuiſſet illa deciſio nullus admitteretur. Nam reſcripta debent interpretari ſecundum ius commune. c. cauſam. ſuprà de reſcrip. ſed de iure communi quando plures concurrunt ad idem, & non apparet de quo ſentiãt diſpoſitiones propter incertitudinem quibus repellitur.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutel. l.ſi fuerit.& ibi Bart.ff.de reb.dub.maxime quãdo in illo iure non poſſunt eſſe duo, prout in beneficiis duo in eodem non poſſunt beneficiari. cap. cum ignores.c.maioribus.ſuprà de præb. & ideo quia ille text.in c.duobus. eſt contra ius commune,non debet extendi vltra caſus in eo poſitos, & ideo inferunt quod ſi alter præſentaret executori ſuo ſuum mandatum,per hoc tamen non deberet præferri,quia ille text.loquitur quod præſentetur, & ex hoc poſſetis inferre vnum aliud, quod ſi in altero mandato eſſet clauſula decreti irritans, per hoc tamen ille non debet præferri alteri,quãuis clauſula irritans dicatur afficere præbendam, prout creatio canonicatus.c.ſi eo tempore.de electio.in 6.c.tibi qui.& ibi glo.de reſcript.eo.lib. c.1. in primo reſpo.de conceſſ.præb.eo.lib.tex.in d. c. duobus.loquitur tantummodo de creatione canonicatus,ita de pręſentatione aut gratificatione,

in aliis

in aliis caſibus debet remanere diſpoſitio iuris communis.l.ſi cum dotem,in princ.ff.ſolut.matri. l.ſi ita ſcriptum. ff. de lib. & poſth. de iure autem communi,(vt diximus) nullus venit admittẽdus.

Circa ſecundum membrum principale quando vterque fuit creatus canonicus, licet Io.Andr. in d.c.ſi ſoli.de conceſ.præb. in 6. in glo. videatur facere longam diſtinctionem, factum tamen poteſt reſolui, per ea quæ diximus in primo membro,quia aut ſunt diſpares in data, & prior debet præferri.c.tibi qui. c.ſi pro te.c.duobus.de reſcrip. in 6.c.eum qui.c.ſi clericus.c.ſi apoſtolicę.de pręb. in 6.nec curamus quis primo præſentauerit,vt dixit tex.in d.c.tibi qui.& in d.c.eum qui.& ſic ampliabitis,& limitabilis, prout dictum eſt ſuprà in proximo mẽbro. Et ſi aliquis forte diceret quod poſterior in data qui primò præſentauit. Et receptus fuit in canonicum, debet præferri primo, eo quod primus habet ſolum titulum, & ipſe ſecundus habet titulum & poſſeſsionem, maxime canonicatus arg.l.quotiens. C. de rei vend. quod ſi duobus fuerit res vẽdita,& vltimus mittatur prius in poſſeſsione, præfertur alij. Reſpon.quod illud nõ habet locum in beneficialibus,ita Hoſti.& Io. And.in c.continebatur.de his quæ fiũt à prælat.ſine cõſen.cap.Ludo.Rom.in conſi.7.viſis his quæ in themate,& in conſil. 298. circa præmiſſa.Abb. in c.quod autem. infrà de iur. patro. & ratio eſt quia in beneficialibus ſolus titulus ſufficit, vt dicatur acquiſitum ius: nec requiritur miſsio in poſſeſsionem.c.ſi tibi abſenti: de præb.in 6. ſecus in prophanis.l.traditionibus.C. de pact. Præterea in contractibus ſola voluntas ſufficit ad reuocandum. l. ab emptore.ff.de pact. ſecus in ſpiritualibus.c.fin.infrà de ſponſa. duorum. c.quod in dubiis de renuntia.facit etiam quia in prophanis licitum eſt contrahentibus ſe decipere. l. in cauſæ. ſecunda.§.pen.ff.de minor.quod ſecus in eccleſia quæ debet eſſe cultrix iuſtitiæ, & veritatis. c. per tuas.infrà de donat.c.1.verſic. diuerſum. in titulo de alie.feudi.in vſi.feudo. Si verò fuerint pares in data,dicatis ſecundum cap.duobus.de reſcript. in ſexto,quod primus præſentans præfertur,vtroque præſentate,locus in gratificatione,in aliis vero caſibus nullius effectus erunt mandata, ſecundum quod declarauimus ſuper allegatis Dom.& Petr. de Ancha.in conſue.

*Poſſeſsio in beneficialibus attenditur.*

Circa tertium membrum principale quando alter mandatarius fuit creatus canonicus & alter non, dicatis breuiter quod ſi ſint diſpares in data prior eſt præferendus,dato quod poſterior fuerit creatus canonicus,& non primus,dato etiã quod poſterior primo pręſentauerit ita reſidet glo.mag. circa medium.in d.c.ſi ſoli. de conceſſ.præb.in 6. alleg.text.in c.ſi apoſtolus. de præb.eod.lib. & ſic videtis quod non curamus ſi poſterior habeat mandatum,ex quo afficiatur præbẽda,quia prior ſi nihil habeat afficiens præbendam, in præferendis creatio canonicatus afficit præbendã.c.ſi poſtquam.de præb.in 6. Similiter præſentatio afficit præbendam.c.ſi capitulo.de conceſſ. præb. eo.lib. tamen primus qui nihil habet de his præfertur, ſecundo iſtud etiam fuit de mente Archidiac. in d.c.duobus.& in d.c.tibi qui.de reſcrip.in d.cap.ſi capitulo.de conceſ.præb. alleg.tex.in dict.c. duobus.inducendo hoc modo, quia ibi dicitur ſi ſint duo habentes mandata, & non apparet, quis eſt prior, recurrimus ad eum qui eſt creatus canonicus:ergo à contrario ſenſu ſi appareret de prioritate mandatorum non debemus curare quis fuerit creatus canonicus.Idem probat tex.in d.c.tibi. quia præſentatio quæ dicitur afficere præbẽdam, vt diximus,nunc non operatur,vt ſecũdus præferatur primo. Amplietis & limitetis, vt diximus ſuprà in primo membro,ſimiliter decidatis quando ſunt pares in data, prout diximus in ſecundo caſu primi membri.

Circa concluſionem ſuprà poſitam quam diximus habere locum in quolibet membro, quod prior in data debeat præferri,addantur duæ limitationes:vna eſt quando ſecundo expectanti fuit facta collatio à Rom.Pont.faciendo mentionem de prima expectatiua per ea quæ notanter voluit Archidiac.in c.ſi poſtquam. de præb.in 6. quem ibi Ioan.And.Pet.de Ancha.Dominicus & Phil. Franc.ſequuntur, vbi voluit quod ſi ſit aliquis expectans & Romanus Pontif. conferat alteri ſi faciat mentionem de expectante, valebit collatio, de quo per Cald.in conſi.3.in tit.de præb.Alia eſt limitatio quando in primo mandato erat taxatum tempus,intra quod debet mandatarius acceptare primam vacaturam,lapſo illo tempore pręfertur ſecundus cle.vni.c.verſic. 1. & ibi glo. infra menſem.de conceſſ.præb. de quo Felin. (vbi alia plura ad hanc materiam cumulauit) in c. capitulũ.col.3.& ſeq. ſuprà de reſcript. aduertatis etiam quando expectantes ſunt pares in data quis debeat pręferri,habetis regulam cancellar. in ordine decimaquinta,quæ vult quod ſi in altero mandato ſit clauſula motu proprio, ille debet præferri: hoc ceſſante graduatus præfertur non graduato, & ſi vterque ſit graduatus, magis graduatus præfertur alteri cæteris paribus. Præſens in curia præfertur abſenti, vtroque præſente vel abſente, non beneficiatus beneficiato cæteris paribus:diœceſanus non diœceſano, & demum iis omnibus ceſſantibus recurrendum eſt ad c. duobus. de reſcript.in 6.eſt & alia regula cancella. quæ ponitur in vltimo loco poſt poteſtatem vicecancellarij apoſtolici qualiter illuſtres præferuntur aliis, demum officiales, apoſtolici poſtea graduati, & demum nobiles, & iſtæ omnes qualitates conſiderantur antequam veniamus ad clauſulã, duobus.

Circa ſecundam partem principalem quando vnus habet à Rom.Pontif.mandatum,& alius ab inferiore, vt puta à legato qui poteſt vnũ beneficium in eadem eccleſia,& non plura reſeruare. c. poſſunt. verſ.cæterũ.de offi.leg.in 6.& traditur in c.dilect.infrà de iur.patro.vel quia aliquis fuit nominatus ab aliqua vniuerſitate,vt habetur in titulo de collationibus cir.medium in pragma.ſanct. quæ (quantum ad hoc) non eſt ſublata per concordata regia. De materia nominationum videbimus in membro ſeq. quia aliquis fuit receptus in canonicum ab aliquo capitulo quo de iure debet conſequi primam præbendam vacaturam. c. relatum.ſuprà de præb.cap.ſi clericus.verſi.verum. de præb.in 6.glo.in c.deteſtãdum.vbi dicitur non

eſſe



eſſe correctum,per iura nouiſsima, de conceſſ.in ſexto in his aliis caſibus ille qui habet à Roma. Pontif.etiam poſito quòd eſſet poſterior, in data debet præferri quibuſcunq; aliis. c.hi qui c.ſi cum. c.ſi apoſtolicæ. de præb. in 6. & dicunt Domi. de Rot.in deciſio.55.nota quod vbi aliquis in antiq. quod ſi aliquis inferior haberet priuilegium, vel facultatem nominandi in aliqua eccleſia ad beneficia vacatura, ſi fuerit expectans apoſtolicus etiam poſterior in data debet præferri,& ideo decidit not.glo.in pragm.ſanct.tit. de collationibus videlicet nõ tamen intendit ſuprà verſi. effectum, quod ſi fuerit aliquis nominatus in aliqua vniuerſitate, & alius expectans habens mandatũ apoſtolicum, etiam poſterius in data debet præferri nominato, de quo per Ioan.de Serua. in tractatu de beneficio in tertia parte.in 15.quæſt.cir.medium.

Iſta concluſio debet declarari primo niſi ille inferior virtute, auctoritate apoſtolica,& non ordinaria,quia hoc caſu ſi autoritate apoſtolica faciat dicetur à Rom. Pontif.factum eſſe.d. c.hi qui. de præbend. in ſexto. & tunc erit dicendum prout diximus ſuprà in præcedenti parte.

*Quãdo fiat autoritate apoſtolica vel non.*

Ad cognoſcendum autem quando quis faciat authoritate apoſtolica, vel propria recurrendum ad ea quæ tradũtur in c.cum aliquibus.de reſcrip. in l.3.cap.licet. ſuprà de offi.ord. & in l.ſæpe. ff.de offi.præſid.vbi ponuntur tres qualitates.Prima eſt quando mandabatur inferiori, vt faceret aliquid quod aliàs non ſibi competebat ordinariè.Secundo quando etiam auctoritate apoſtolica facias. Tertio quando non ſimpliciter mandatur, ſed pręcipitur.Et iſta tria probantur in text.iuncta gl. fi.in d.c.cũ aliquibus.Et ſi forte occurrat caſus in quo quis habeat poteſtatem ordinariam,& etiam delegatam, in dubio videtur potius vti delegata, per quam latius ſuſtinetur actio, quàm ordinaria, ita Io.Andr. in cap. ſi poſtquam. colum.1. de elect.in 6. vbi alleg. text. in l.3.ff. de teſta.milit. Secundò declaretis niſi inferior cui mandatur à ſuperiore aliàs, habebat poteſtatem, aut quia Romanus Pontifex, mandat capitulo Valentino,vt aliquem recipiat in canonicum (& capitulum de iure communi poteſt iſtud facere.cap. relatum.ſuprà de præb.) illum recipit. quia non videtur receptus authoritate apoſtolica.d.c.cum aliquibus. hoc caſu erit dicendum prout ſi fuiſſet receptus ab inferiore, ita Anth. Ac.vbi latiſsime declarat dictum cap. cum aliquibus in conſil.215. ſcripſit Papa pro Titio, vbi concludit, qualiter Rom.Pont.ſcripſerat capitulo pro quodam,vt reciperetur in canonicum demum ſcripſit pro alio dando executorem: ille ſecundus debuit præferri quia primus non cenſetur authorit. apoſtolica receptus.

Quantum ad tertiam & vltimam partẽ, quando illi plures expectantes habent ab inferioribus faciatis tres caſus: primus quando vterque habet à legato: & in hoc non eſt diſputandum quis debeat præferri,quia aut habent ab eodem legato, & ſecundus nullum habet ius, quia legatus non poteſt reſeruare niſi vnum beneficium.c.præſenti. verſic.cæterum.ſuprà de offic.leg.aut habent à diuerſis legatis,& primus nullum habet ius:nã finita legatione expirant reſeruationes.d.c.præſenti.in 1.

Secundus eſt caſus quando vnus habet à legato,& alius ab alio inferiore:qui habet à legato debet præferri tanquam à digniori.d.cap. hi qui. de præb.in 6.

Tertius caſus quando vterque habet ab inferiori,vt puta quia vterque fuit creatus canonicus à capitulo.quantum ad primam præbendã poſtea vacaturam vnus non debet præferri alteri, vt dicitur habere ius ad rem, ſed eſt in electione capituli conferre cui voluerit,ita voluit Abba. in c.relatum.ſupr.de præb.Verum eſt quod quilibet poteſt agere contra capitulum ad conſequendum præbendam:& ideo dicit glo.in c.ſi apoſtolicæ.de præben.in 6. quod tunc erit vtile, vt ille qui eſt creatus canonicus accedat ad Rom.Pontif.& obtineat mandatum, vt ſibi prouideatur de prima præbenda.

Quantum verò ad plures nominatos qui debeant pręferri,dicemus in materia nominationũ.

Decimoſeptimò, quæritur quod tempus debeat attendi circa validitatem mandati,an tempus datæ an tempus quo præſentatur, vel executioni demandatur,iſtam quæſt.tetigit glo.in c.dilectus. (vbi aliquid Io.And.Anth.de Butr. & latius Abb. & Imola) de præb.Felin.late per duas col. in cap. cæterum.col.pen.& fin ſuprà de reſcrip. Card. in clem.literas. quæſt.1.in 6.articulo de reſcript. Do. & alij in c.ſi eo tempore.de reſcrip.in 6. & in c. ei cui.de præb.eod.lib. ex quorum dictis pro reſolutione faciatis has concluſiones.

Prima eſt concluſio quantum ad ſubſtantiam mandati, ſi mandatum ſit debitè conceptum, & ſint expreſſa ea quæ requiruntur, ita quod ſi primus in data adinueniat qualificata aliqua quæ aliàs debuiſſent exprimi,nõ vitiabitur mandatum. c.conſtitutus.ſuprà de reſcrip.c.gratia.eo.tit.in 6.

Secunda concluſio quantum ad perpetuationem mandati, ſi ab initio habuit aliquem effectum, vt quia fuit creatus canonicus vel aliàs ius habuit ad rem per præſentationem mandati, vel appoſitionem clauſulæ derogatoriæ, vel inhibitionem factam per executorem,attendimus tempus datæ, ita quod ſi poſtea concedens mandatum moriatur vel aliàs expiret, poteſtas ſua erit, tamen perpetuatum mandatum, nec extinguetur aliquo modo, ſi vero ab initio mandatum aliquem effectum non habuerit, vt quia ſimpliciter mandabatur prouideri (& nihil fuit factum) ex quo acquiritur ius ad rem,non attendimus tempus datæ, ſed tempus quo executioni demandatur,ſi concedens fuerit viuus aut habeat poteſtatem:aliàs non perpetuaretur. Primum dictum probatur in c.ſi ſuper gratia. de offic.deleg. in 6.ſecundum probatur in cap.ſi cui nulla.in fin. de præb.eo.lib.& ſecundum hanc declarationem concordantur illa duo iura quæ videntur contraria.ita Domi.& Phil.Franc.in d.c. ſi ſuper gratia.

Tertia eſt cõcluſio reſpectu eius pro quo conceditur mandatum, ſi aliàs nulla ſubreptio poterat excogitari, attenditur tempus vacationis beneficij ſeu executionis mandati, ſi impetrans ſit debite qualificatus, dato quod tempore datæ non ſit qualificatus ſi tempore vacationis ſit de-

benè

bitè qualificatus ſufficit.c.is cui. cap. eum cui. de præb.in 6.vbi text. voluit quod ſi tempore datæ mandati impetrans non erat ætatis ad ſacerdotium,dum tamen tempore quo vacat beneficium ſacerdotale ſit legitimæ ætatis, ſufficit: ſi verò in reſcripto aliqua ſubreptio poſſet excogitari quantum ad beneficium quod exprimitur debet attendi tempus datæ.c.ſi eo tempore.de reſcript.in 6.vbi deciditur quod ſi in mandato fiat mentio de beneficio curato,& impetrans tacuit quod nō erat ætatis legitimę,attenditur tempus datæ & ita debet concordari d.c.ſi eo tempore.& c.ei cui.ſuprà allegatum, ita Abb. in d. cap. dilectus. idem Abb.in quæſt.in cunctis.§.inferiora.col.pen.ſuprâ de elect.

Quarta concluſio reſpectu beneficij quod volumus etiam comprehenſum in mandato quantum ad beneficium,attendimus datam ſi erat beneficium, ita quod ſi non erat adhuc creatum, licet poſtea de nouo creetur beneficium non tamen in mandato comprehenditur clem.literas.de reſcrip. Quantum verò ad qualitates beneficij dummodo tempore datæ eſſet beneficium, ſufficiat quod tempore vacationis,vel executionis habuerit qualitates de quibus in mandato ad hoc vt dicatur comprehendi, iſta fuit originalis deciſio Oldra.in conſil.55.quidam impetrauit,vbi voluit quod ſi mandetur prouideri de beneficio vſque ad valorem quinquaginta ſolidorum, dato quod tempore conceſsionis mandati non valeret quinquaginta,ſi tempore vacationis valeat quinquaginta comprehendetur in mandato, refert & ſequitur(vbi plura addit) Fel.in c.cæterum.col.fi. ſuprà de reſcrip.

Quinta concluſio reſpectu eorum quibus dirigitur mandatum quantum ad hoc qui debeant comprehendi,debet attendi tempus datæ.c. cæterum.ſuprà de reſcript. quantum verò ad inobedientiam,vel negligentiam debet attendi tempus executionis.c.ſi capitulo.ad fi.de conceſſ.præb.in 6.c.dilectus.2.ſuprà de præb.

Decimooctauò quæritur quid debeant facere mandatarius,& executor quando vacat beneficiū quod comprehenditur ſub mandato, circa iſtud attendenda eſt forma mandati, quandoque mandatur ſoli ordinario,non dato executore, & hoc ante mandatarius debet recurrere ad ordinarium, vt prouideat ſibi iuxta mentem mandati, quod ſi recuſet debet adire ſuperiorem, qui conceſsit mandatum ad compellendum ipſum.c. dilectus.2.ſuprà de præb. c. nullus. infrà de iure patro.habet etiam actionem contra ordinarium cui dirigebatur mandatum, vt prouideat de alio beneficio competenti,vel aſsignet ſibi competentes fructus,ita dicunt omnes in d.c.dilectus. & faciūt quæ habentur in principio. c. ſecundum apoſtolum. ſuprà de præb. quandoque mandatum dirigitur collatori, & datur etiam executor ad compellendum tantummodo ordinarium,& hoc caſu executor non habet poteſtatem prouidendi, ſed tantummodo compellendi ordinarium,& ipſe ordinarius non obſtante compulſione poteſt alteri conferre, niſi in tribus caſibus: quando apponitur clauſula Decreti, vel mandatarius creatur canonicus,vel executor inhibet ordinario.c.ſi ſoli.de conceſſ.præb.in 6.& ideo mandatarius debet adire executorem, vt inhibeat ordinario, & hoc caſu quando fuit inhibitum poteſt petere ab ordinario,vt ſibi conferat quod ſi recuſet accedat ad Rom.Pontif. & interim ordinarius non poterit conferre,iſta habentur in d.c.ſi ſoli.

Quandoque datur executor ad prouidendum in negligentiam ordinarij collatoris,& tunc facta præſentatione reſcripti prout dictū fuit ſuprà,mādatarius debet facere alterum de duobus, vel adire ordinarium collatorem, & petere quod ſibi cōferat,ſi autem ordinarius recuſet, ſtatim deuoluitur poteſtas ad executorē, vel debet adire executorem,& petere quod aſsignet tempus ordinario ad ſibi conferendum: ſi intra tempus ordinarius non conferat poteſtas deuoluitur executori: ex tunc in iſtis duobus caſibus executor poteſt conferre. Iſta probantur in c.ſi capitulo. in fi.verbis de conceſſ.præb.in 6.& ideo notetis,quia executor antequam fiat aliquid de illis duobus, non poteſt prouidere.

Quandoque datur executor ad prouidendum pure nec adiicitur negligentia nec apponitur aliqua conditio,& tunc facta præſentatione reſcripti ordinario,vel ſi aliàs beneficium ſit affectum, nō eſt opus amplius venire ad ordinarium,ſed debet adiri ipſe executor,quia Romanus Pontif.dando executorem ad prouidendum videtur tollere poteſtatem ordinarij: & ſolus executor debet ſe interponere. Iſta probantur in c.1.& ibi per omnes. de conceſſ.præb.in 6.glo.in c.ſi capitulo.eo.tit.

Quandoque datur executor ad prouidendum ſub conditione,& hoc caſu mādatarius debet iuſtificare,& purificare conditionē, quia ante purificationem ipſius,ordinarius poteſt cōferre etiam ſi eſſet clauſula decreti,vel alia affectiua, ita Inno. in principio de conceſ.præb.c.ſi ſoli.lib.6.ſi tamen non ſtetit per mādatarium quo minus purificata fuerit conditio,ſed fuerit impeditus,vel per ordinarium vel per executorem, dicentur adhuc affectæ manus prædictæ:ita Domini de Rot. in deciſio.164.225.& 395.in antiq. iſtud quod diximus ante purificationem,& conditionem non eſſe ligatas manus ordinarij, habet locum niſi eſſet adiectum tempus intra quod debent purificari ante lapſum temporis, & ordinarius non poteſt ſe intromittere.d.cle.vnica.1.reſpo.de conceſ.præb.

Aduertatis vnum quātum ad ea quæ diximus in hac quæſtione in caſibus in quibus executor poteſt prouidere quod ante prouiſionem executoris mandatarius non dicitur habere ius in beneficio,etiam ſi executor recuſaret ſibi prouidere. c.fin. ad fin. de conceſ. præb.in ſexto.& ideo hoc caſu recuſante executore debet mandarius recurrere ad Romanum Pontif.c.nullus. de iur. patro. & per ea quæ habentur in c.paſtoralis.de offi. delega. ſuprà. & caueat mandatarius ne ante collationem ingrediatur beneficium, quia diceretur intonſus.ita voluit Dec.in c.ſi ſoli.in c.1. & c. executor.de conceſſ.præb.in 6.

*Extinguitur mandatum.*

Decimononò quæritur quando mandatum ſeu gratia dicatur extingui.circa iſtud Ioan. And. in c.inter dilectos.infrà de exceſſ. præla. Petrus de Ancha.



Anchar.in conſilio 58. circumſcriptis.ponunt aliquos caſus. Primò quando fuit ſubreptum,ſecundo quando non obſeruatur forma mandati,tertiò quando moritur mādatarius,quartò quando conditio non potuit purificari, quintò quando mandatarius efficitur inhabilis. Addatis ſextum caſum, quando mandatum non ſortitum fuit aliquem effectum, & Romanus Pontifex, eſt mortuus.cap.ſi cui nulla.in fin.de præben.in ſexto.Septimò, quando fuit conceſſum à legato & legatus eſt mortuus,aut alio modo expirauit poteſtas legati.c.præſenti.de offic. leg.in 6. Octauò quando fuit reuocatum à Romano Pontif. cap.penult. de præben.in 6.c.fin.de conceſſ.præb. eo.lib.nonò quando mandatarius declarauit, quòd noluit vti, quia in facultate, quæ cōpetit alicui ſubintelligitur clauſula ſi velit vti.l.filio præterito.ff.de iniuſt. rup.teſtamento.habetur.in c.potuit.infrà de loca. & in terminis. Ioan.And.in cap.pen. de præbend. in 6.Franc.de Zabarelis in cōſi.105.ſuper præmiſſo.Decimò quando conſequutus eſt mandatarius beneficium incōpatibile cum eo, de quo fit mentio in mandato clauſ.gratiæ de reſcrip.vndecimo, quando fuit negligens mandatarius. cap.tibi qui. de reſcript.in 6.cap.ſi clericus.de præbend. eo.lib. quando autem dicatur negligens,ibi tex.declarat ſi patiatur ſecundum mandatarium, præſentare mandatum ſuum, & illi ſecundo conferatur beneficium.

Circa iſta duo tamen aduertatis, primò quòd licet executor extiterit per octo menſes, vel per annum & vltra, & non fecerit prouiſionem, per hoc non concluditur ad prouidendum, quia de iure non eſt limitatum tempus executori Apoſtolico, intra quod debeat prouideri. gloſſ.not.in cle.ſi de beneficio.in gl.4. ſuprà verbo epiſcopi,de præben.glo.in tit.de collationibus.verſicul.viſum eſt nobis.verbo reſpectiuè,in pragmat.ſanct. Ioan. de Serua.in tractatu de beneficio. in 3.parte in 34. quæſtione. Philip. Franc. in cap.gratia. in fin. de reſcrip.in 6.

Secundò aduertatis,quodlibet mandatū quandoque non habere effectum in prima vacatura,& quando iſtud contingat, caſus ponuntur per glo. & latius per Doct.ibi in c.quia ſæpè.in glo.fin. de præben.in 6.per hoc tamen non extinguitur mandatum,ſed debet aſſumere vires in alia poſtea vacatura, & ſi adhuc in eadem impediatur ſemper retinet vires quouſque effectum conſequutum fuerit.c.ei cui.de præb.in 6.

Viceſimò & vltimò quæritur, quando gratia ſeu mandatum expirauit altero de caſibus proximè poſitis,vtrum poteſtas conferendi beneficium, quòd comprehendebatur, in mandato redeat ad collatorem ordin.an verò adhuc remaneat in poteſtate Rom.Pontif.concludatis breuiter ex mente Compoſtel.in c.capitulum.col.antepe.ſuprà de reſcript.per Abba. (vbi omnes alij) in c.inter dilectos.col.pen. infrà de exceſſ.prælat. quòd poteſtas reuertitur ad ordinarium: niſi Romanus Pontif. reſeruaſſet ſibi collationem,& ad iſtud facit, quòd voluerunt Domi.de Rota, in deciſ.283. & 882. in antiq. quòd quando beneficium eſt reſeruatum Rom.Pontif.& poſtea de illo prouidet,ſi prouiſio non eſt ſortita effectū in aliquo, dicitur adhuc remanere reſeruatum, tamen circa iſtud in Regno Francię(in quo non habent locum reſeruationes, & in c.2.de elect.in pragm.ſanct.)eſſet dicendum, quod ſemper poteſtas reuerteretur ad ordinariū. Et ex his ſit expedita materia mandatorum.

*De nominationibus.*

Nunc veniamus ad materiam ſecundam nominationum ſcilicet, & primò quæritur, quid ſit nominatio, & vtrum ex ea ius quæratur. De hoc aliquid ponit gloſſ.& ibi Docto. in cap.bonæ.1.in glo.fin.ſuprà de poſtulat.prælat.Abb.in cap.quòd ſicut.verſi.1.& ibi Card. & Ioan.de Imol.ſuprà de elect.glo.pragma.ſanctio.vbi latè in titul.de collationibus poſt principium. in §. volens. in verbo nominationes.quam refert, & ſequitur nihil addito nihilque remoto Ioan.de Serua. in tractat.de beneficio. in prima quæſtio.tertiæ partis.colum.3. tamen vt perfectè habeatur reſolutio dicatis qualiter nominatio aliquādo accipitur reſpectu qualitatis exiſtentis in aliquo, aut quæ aſſeritur eſſe, vt quia aliquis nominatur filius, nominatur Doctor,vel Rector, aliquando accipitur reſpectu iuris ad quod aliquis vocatur.

Primò caſu, faciatis duas concluſiones.prima concluſio, quòd in antiquis ſola nominatio dicitur facere ius,& probationem, vt ſi à centum annis,& vltra quis fuit nominatus Doctor, vel in inſtrumento antiquo, aliquis nominatur talis,illa nominatio plenè probat: ita per omnes in l.cum aliquis.C.de iure deliber. in cap.cum cauſam.vbi Felin.col.2. ſuprà de probatio. vbi etiam plus volunt, quòd ſola verba enuntiatiua in antiquiſsimis benè probant. Et ad iſtud facit illud commune,quia tale tempus habet vim priuilegij, vt conſtituti.l.2.§.ductus.ff.de aqua quotid.& æſtiu. cap. ſuper quibuſdam. §. prætereà. infrà de verborum ſignific. Secunda concluſio in his, quæ non ſunt antiqua, ſola nominatio non dicitur facere probationem, vt quia quis nominatur filius,ex hoc non probatur, quod ſit filius niſi concurrant aliqua adminicula. l. non epiſtolis. l. non nudis. C. de probat.l.ex his.C.de teſta.milit. & ibi per Bal. l.neque profeſsio. & ibi latiſsime Iaſ. C. de teſta. gln.in cap.Michael.ſuprà de filiis presbyt.in c.per tuas.de probat.& ibi ad ſaturitatem Felin.& Do. Decius vbi docent qualiter debeat probari filiatio.glo.in c.tranſmiſſæ.& in c.per venerabilem.infrà qui filij ſunt legit.Bar.in l. 1. quæ incipit Senatus.cap.quod.§.idem Iulia.ff. de liberis agnoſc. & ad iſtud facit quod voluit idem Bart. in proœm. digeſtorum in 2.col.de quo Abb. in c.1.ad fin. ſuprà de iudi.& alij poſt eum quod ex eo ſolo quod quis nominatur doctor vel mercator non probatur eſſe talem, cum requiratur quædam qualitas expreſſe in eo.

*In tēporalibus tripliciter capitur nominatio.*

Secundò caſu, quando nominatio accipitur reſpectu iuris ad quod aliquis vocatur, faciatis duo membra, aut loquimur in iuribus, & officiis temporalibus, aut in iuribus vel beneficiis ſpiritualibus.

Circa primum membrum,quando aliquis fuit nominatus ad officium temporale vt rector,conſul, decurio, & hoc caſu nominatio accipitur tripliciter.

Primò pro quadam nominatione tractatoria, vt quando ciues volunt eligere conſules, vel conſiliarij rectorem inuicem tractando nominarunt aliquem, vel aliquos, vt cogitarent & viderent ſi eſſent idonei ex iſta nominatione, non acquiritur aliquod ius.l.nominationes.C. de appel.l.nominationem.C.de decur.lib.10.Bar.in l.1.§.ſolent. per illum text.ff.quando appel.ſit.vbi dicit, quòd licet ille, qui fuit electus ad officium, teneatur intra decem dies appellare à tempore notitiæ, aliàs inuitus cogetur ad ſumendum officium. l.hi qui ad ciuilia. C. de appel.à tali tamen nominatione tractatoria, quia nullum ius quæritur non tenebitur appellare.

Secundò accipitur nominatio pro electione, ſeu nominatione deliberatiua, vt quando conſiliarij, deliberando de nouo conſule, vel de nouo rectore aliquem nominant: talis nominatio (quæ dicitur quædam electio) tribuit ius. Ita quòd nominãtes non poſſunt variare, & nominatus tenetur intra decem dies appellare. l.ſi ad ſcribatur.C. de appellat.Barto.in dict.l.prima.§.ſolent.ff.quando appel.ſit.

Tertio modo accipitur, quando aliquis non habet poteſtatem deputãdi aliquem ad officium, ſed tantummodo facultatem nominandi ſuperiori, vt videmus ſecundũ ordinationes Regni Franciæ, in ordinationibus 31. & 32. qualiter vacante officio Præſidis, vel conſiliarij alicuius Parlamenti, alij conſiliarij habent poteſtatem Regiæ maieſtatis nominare tres, in tali nominatione antequam præſentetur ſuperiori poſſunt variare: poſtquam fuit præſentata, non poſſunt amplius variare. Ita traditur in c.bonæ.2.ſuprà de poſtul.prælat. Cald.in conſi.5.in tit.de elect.

Circa ſecundum membrum reſpectu iuris, ſeu beneficij ſpiritualis, ſeu eccleſiaſtici faciatis duos caſus, primus eſt quantum ad beneficium vacans, ſecundus quantum ad beneficium vacaturum. Quantum ad primum nominatio aſſumitur tripliciter, prout ſuprà diximus in officio temporali.

Primò pro nominatione tractatoria, vt quando canonici volentes eligere epiſcopum, tractando inter ſe nominant aliquem, vel aliquos ex tali nominatione nullum ius quæritur. c.quòd ſicut. & ibi Abb.& alij omnes.ſuprà de elect.

Secundò accipitur pro nominatione deliberatiua, vt quia eligendo nominarunt aliquem, vel aliquos, aut vt in ſcrutinio fuerunt aliqui nominati, & poſtea publicatum ſcrutinium, ex tali nominatione acquiritur ius, & dicitur propriè electio. gloſſ.notab.in c.quanto.in glo.magna.circ.fin.63. diſtin.& in c.contra ſanctorum. 16.q.vltima. Abb. in d.c.quòd ſicut.

Tertiò accipitur nominatio propriè pro nominatione canonica, & dicitur quando aliqui inhabiles, aut aliàs imperiti, qui de iure non poſſunt aſſumi, vt quia minores, vel non qualificati nominantur ſuperiori, vt vnum habeat aſſumere, & hoc caſu differt à poſtulatione, quia poſtulatio eſt quando vnus nominatur, nominatio quãdo plures. ita Hoſtien.Inno. c.alij.in c.bonæ. 1.in vltimo. not.ſupr.de poſtula.præla.& hæc nominatio quãtum ad effectum æquiparatur poſtulationi, quòd antequam fuerit præſentata, licet variare, poſtea non.c.bonæ.2.eod.tit. de poſtul.prælat.traditur in d.c.bonæ.1.Cald.in d.conſi.50.in tit.de elect.

Quantum ad ſecundum membrum, reſpectu nominationum, quo ad beneficia vacatura faciatis duos caſus. Primus eſt, quando à Rom.Pontif. vel à legato nominantur collatoribus ordinariis aliqui, quibus debeat fieri prouiſio, & de iſtis fuit latè viſum in materia mandatorum. Secundus caſus eſt (& iſta eſt propriè materia noſtra) quando ab vniuerſitatibus nominarentur aliqui ſcholares, quibus debeat fieri prouiſio, quæ omnia in ſequentibus plenè videbuntur.

Secundò quæritur, qualiter fuerint introductę iſtæ nominationes. reſpõdeo, quòd initiũ ſumpſerũt de anno Domini 1438. tẽpore Caroli 7. Regis Francię, quia prius fuit concilium Baſilienſe congregatũ authoritate Eugenij 4. qui certa Decreta fecerat, & inter alia ſtatutum fuit, quòd collatores ordinarij, & patroni eccleſiaſtici tenerentur à cætero conferre tertiam partem omnium beneficiorum ad eorum collationem, vel præſentationem ſpectantium viris graduatis, ſecundum gradus de quibus infr.fiet mentio, & tale Decretum per eccleſiam Gallicanam congregatam in ciuitate Bituricenſi, fuit declaratum, quòd de illa tertia parte duę partes cõferrentur graduatis qui nominarentur ab vniuerſitatibus. Iſta habentur in tit.de collationibus, in prag.ſanct.& ſic nominationes, non ſumpſerunt originem à concilio Baſilienſi, ſed à congregatione eccleſiæ Gallicanæ, declarantis cõcilium Baſilienſe: & illo tempore erat differentia inter graduatos ſimplices (qui erant graduati, non tamen nominati ab vniuerſitatibus) & graduatos nominatos, qui nominabantur ab vniuerſitatibus, quia primi, ſcilicet ſimplices non poterant conſequi niſi tertiam partem, ſecundi nominati, aliàs duas tertias. Poſtea tempore Sixti 4.Rom. Pont. & Ludouici 11. Regis Francię, de anno 1422. inita fuerunt concordata, quibus fuit ſublata pragmat. ſanct. & de hoc eſt tex. in extrauag. Sixti 4. & in extrauaganti ad regimen, in titul.de pręben.& dignitat. illa tamen concordata, non fuerunt recepta in regno Franciæ, ſuperuenit Ludouicus 12. qui anno 1490. decem ordinationes ſeu capitula, de nouo fecit in hac materia nominationum, quæ habentur in ordinationibus regiis in primis decẽ capitulis, de nouo ſtatuendo pragmaticam eſſe obſeruandam, & quod turnus graduatorum inciperet anno 1500. in craſtinũ Paſchæ, & collatores ordinarij teneantur conferre regiſtra collationum & illa exhibere nominatis quotiens voluerint, vt videant beneficia, quæ cadunt in eorum turnum: ſed quia eccleſiæ Romanæ ſemper fuit odioſa pragmat.ſanctio, Iulius 2. in concilio Lateranenſi, de anno 1512. in 4. ceſſione citari fecit principes Gallicanos, & prælatos viſuros reuocationẽ pragmaticæ: deinde in 6. ceſſione, de menſe Februarij, illam reuocauit. Demum Leo decimus, immediatè ſucceſſor, in octaua ceſſione, quæ fuit decimaſeptima Iunij anno 1513. illam reuocationem confirmauit, nouiſsimè idem Leo decimus, cum Franciſco Chriſtianiſsimo Rege noſtro, in ciuitate Bononienſi, anno 1516. concordata innuit, in quibus



in quibus fuit reditum ad materiam nominationum. Et de hoc in titul.de electio.§.ſtatuimus.1.in concord. regiis. in quibus fuit immutatum circa pragmatic.ſanct. primò, quia tenore pragmaticæ graduati ſimplices, & non nominati conſequebantur tertiam: tertiæ ſecundum concordata, requiritur, quòd omnes ſint nominati. Secũdo, quia per pragmaticam non plenè declarabatur qualiter debeant fieri nominationes, & qualiter documenta ſuper illis debeant habere ſigillum, & ſubſcriptionem ſcribæ vniuerſitatis, & in aliis multis, de quibus infrà videbimus.

Tertiò quæritur vtrum requiratur mandatum, vel præſentia illius, qui nominatur ab aliqua vniuerſitate. Reſpondeo, quòd valet nominatio, & ſi nominatus non fuerit præſens, vel non habuerit procuratorem, qui petierit nominationem: Nam in reſcriptis ad beneficia non requiritur mandatum. glo.in c.ad aures.in glo.1. & in c.nonnulli.§. ſicut.& alij.in gloſ.magna.ad fin.& vbi per Abba. & alios, ſuprà de reſcrip.

Quartò quæritur, ſi requiratur ſcriptura de tali nominatione. Reſpond. quòd licet ad eſſentiam actus ſcriptura non requiratur. l.in re. ff. de fide inſtrument.l.contrahitur. ff.de pignor.niſi in caſibus, qui in glo.magna.in c. 1.de cenſib.in l. 6.enumerantur. In nominationibus tamen requiritur ſcriptura, vt dicit text.in dictis concordatis, & talis ſcriptura pro ſolemnitate debet habere ſigillum vniuerſitatis, & ſubſcriptionem ſcribæ ſeu ſecretarij, & hoc introductum eſt: quia vt ſcriptura aliqua, quæ non habet ſolemnitates in inſtrumento publico, quæ fit tantummodo ſuper his, quæ dependent ab officio alicuius, faciat plenam fidem, non ſufficit ſigillum authenticum, ſed requiritur ſubſcriptio notarij, vel teſtium. Iſta plenè traduntur per Abb.(& ibi alij omnes.) in c.poſt ceſsionem.ſuprà de probat.

Quintò quæritur, ſi ex tali nominatione acquiritur aliquod ius, licet gloſ.in titul.de collat.§. volens. verbo, nominationes. in fin. in pragmat. ſanctio.voluerit, quòd nullum ius quęratur, prout in ſimili dicitur, quòd ex ſimplici expectatiua non quæritur ius, vt voluit gloſ.in cap.literis. ſuprà de reſcript. & in cap. veniens.verbo renuntiaſſe. ſuprà de renuntiat. Vos tamen dicatis, quòd imò quæritur ius ad rem facta inſinuatione, prout infrà dicemus. Nam quoniam apponitur clauſula Decreti, beneficium dicitur affectum. c.ſi eo tempore.de reſcript.in ſexto. cap.tibi qui. eo.tit.cap.1. & cap.ſi ſoli.de conceſſ.præben. eo.lib. & quando beneficium afficitur dicitur quæri ius ad rem.cap. ſi poſtquam. de præbend.eo.lib. ſed clauſula Decreti tam in pragmat. ſanctiò. quàm in Concord. regiis, & vltra hoc ligantur manus ordinarij, ne poſsit alteri conferre, quòd ſi recuſet conferre nominato, ad immediatum ſuperiorem deuoluitur poteſtas, & ſic patet, quòd ius ad rem quæritur.

Sextò quæritur, vtrum tales nominati ab vniuerſitatibus dicantur prouiſi authoritate Apoſtolica, vel ordinaria, & iſtud eſt vtile cognoſcere: maximè quantum ad prælationem cum authoritate Apoſtolica, expectans debeat præferri. cap.hi qui.de præbend.in 6.Reſpon. quòd authoritate ordinaria dicentur prouiſi ex eo, quòd tales collatores habent aliàs poteſtatem conferendi. Ita Domi.in cap.is cui.colum.3.de præbend.in ſexto, vbi in caſu illius cap.in quo.Roma.Pontif. mandabat ordinario, quòd prouideret perſonis idoneis, taliter prouiſi dicuntur ordinaria poteſtate habere beneficia, ad hoc alleg.text.in c.cum aliquibus.de reſcrip.eo.lib.

Septimò quæritur, quæ debeant exprimi in literis nominationum: text.in dictis Concord. Regiis, dicit debere fieri mentionem de aliis beneficiis, quæ nominatus obtinet, & de qualitatibus beneficiorum. Imò plus dicatis, quòd omnia ea de quibus vidimus ſuprà in materia mãdatorum, in decima quæſtione, debent exprimi in talibus nominationibus per text.in clem.2. in princip.de officio ordin. quòd ſi quis habet prouiſionem ad beneficium vel à Romano Pontifice, vel à legato, vel ab alio deputato per Romanum Pontificem, tenetur exprimere illa omnia, & ideo cum vniuerſitates ſint deputatæ à Romano Pontifice, circa nominationes requiritur talis expreſsio, & ſi aliquis dicat, quod ſuprà proximè fuit dictũ, qualiter prouiſi virtute nominationum debent beneficia conſequi authoritate ordinaria: in ordinario autem non debent exprimi iſta, vt dicit textus in dicta cle.2.in fin. Reſpondeo, quòd quantum ad prouiſionem ſeu collationem ordinarij, in literis prouiſionis non debent illa exprimi: reſpectu verò nominationum ſecus, nec eſt inconueniens eandem prouiſionem vno reſpectu eſſe Apoſtolicam, & alio reſpectu ordinariam, vt voluit Dom. poſt Archidia.in cap.cum aliquibus. colum.2. de reſcript.in 6.ponens exemplum de illo, qui habet ligatas manus, & poſteà vnus tertius ipſum ſoluit, ſi deinde ſcribat, ſcriptura dicetur poteſtate ſua facta, licet ſolutio dicatur poteſtate tertij.

Octauò quæritur, quæ qualitates requiruntur in nominato, dicatis ex textu dict.concordat. eſſe quatuor. Prima quòd ſit graduatus, videlicet Doctor, Licentiatus in Theologia, iure Canonico, vel ciuili, aut in Medicina, Baccalarius in Theologia formatus vel ſimplex, in iure Canonico vel Ciuili, aut magiſter artium. Secunda, quòd in vniuerſitate famoſa fuerit graduatus, ſitque bullatus. Tertia, vt ſit cum rigore examinis, ſitque graduatus cum cauda. Quarta, quòd debito tempore ſtuduerit, videlicet Doctores & Baccalarij formati in Theologia per decem annos, Doctores vel licentiati in iure Ciuili, Canonico, vel Medicina, per ſeptem annos, Baccalarij ſimplices Theologiæ per ſeptem annos, magiſtri artium per quinque, Bacalarij iuris vtriuſque per quinquenniũ, exceptis nobilibus, in quibus triennium ſufficit. Iſtud tamen de nobilibus, locum habet tantummodo in Bacccalariis: quia illa qualitas non ponitur in aliis graduatis: non debet ideo repeti per ea, quæ dicit Bartol.in l.doli clauſula. ff. de verborum obligat. nam qualitas poſita in vno gradu, non cenſetur repetita in alio. l.3.§. filius. ff.de liberis & poſthum.& quia tales qualitates requiruntur pro forma, cum ibi textus progrediatur vlterius annullando.l.non dubium. C. de legib.nõ ſufficeret probare aliquas, niſi omnes

interſint. l.cum his. §. prætor. vbi Bartolus. ff. de tranſact.nec debet expectare nominatus, quòd ſibi opponatur, ante omnia tenetur plenè iuſtificare, cum ſit fundamentum ſuæ intentionis, per ea quæ voluit Bartolus in l.in illa.ff.de verborum obligatione.

Nonò quæritur,qualiter debeant iuſtificari iſtę qualitates. Reſpond. quod gradus debet probari per documenta,& pariter nominatio facta ab vniuerſitate, in quibus ſit ſigillum, & ſubſcriptio ſecretarij. Tempus autem ſtudij probabitur per depoſitiones teſtium, & pariter nobilitas, & hæ atteſtationes poterunt fieri in abſentia collatoris, vt dicit textus concord. & hoc de iure procedit, licet pars debeat vocari in productione teſtium. l.ſi quando. C.de teſtib.cap.in nomine.ſuprà eod. titul. quia tamen iſta iuſtificatio fit ſuper idoneitate nominati, fieri poteſt in abſentia partis, ita Innoc. in cap.primo. de poſtul.prælat.in cap.fina. ſuprà de tranſlat.prælat. Felin.in dicto cap.in nomine Domini.colum.3. dicit etiam textus notab. & ibi Bartolus in l.ſecunda. C. de naufrag. libro vndecimo, quotieſcunque aliquis actus fit in loco longinquo teſtes poſſunt examinari, in abſentia partis, & ideo textus in dictis concord. releuans nominatum (quantum ad hoc) illum granauit in alio,vbi de iure communi duo teſtes ſufficiunt. l.vbi numerus. ff.de teſtib. cap.licet.ſuprà eodem.voluit, ad probandum nobilitatem interuenire quatuor teſtes, prout in ſimul habetur in l.fin. in princip. C. de iure deliberandi. Quando inuentarium fit in abſentia creditorum, debent adhiberi quatuor teſtes : duo ſiquidem ſunt pro ſolemnitate actus:alij verò duo ſunt ſupplentes abſentiam creditorum.

Decimò quæritur, qualiter & quibus debeat fieri inſinuatio nominationis, dicatis ex mente tex.concord.iſta debere interuenire:

Primò, quòd fiat fides de literis gradus, de literis nominationis, de atteſtatoria ſtudij, & ſi fuerit nobilis, de probatione nobilitatis, & omnibus debet tradi copia. Ratio eſt, quia quando intimatio fit ad ligandum manus alicuius, non ſufficit præſentatio literarum, debet alius plenè certificari, vel per traditionem copiæ vel per lecturam.clemen.cauſam.de elect.Bartolus in l.non ſolum. §. mortem. columna 7. ff. de noui operis nuntiatione.

Secundò debet inſinuatio fieri collatori ordinario, vel eius vicario, & ſic notetis vnum contra ius commune, quo diſponitur præſentationem vel intimationem factam vicario, non valere. cap.ſi capitulo. vbi Domini. & Philip. Franc. de conceſſ. præbend. in ſexto, textus probat.in l. item veniunt. §.petitam. ff. de petit.hæred. & hoc fuit ideo obſeruatum, quia vbi aliàs vnica præſentatio ſufficeret.dict. cap.ſi capitulo. in hac materia requiritur reiterata quolibet anno,propterea remittuntur, argum. text.in l.eum qui.in princip. ff.de iureiurand.

Tertiò debet quolibet anno,tẽpore quadrageſimali reiterari inſinuatio, & aduertatis quia non ſufficeret probare omni anno factã inſinuationẽ, ſed debet ſpecificè iuſtificari fuiſſe factam tempore quadrageſimæ.Regula eſt notabilis,quòd quando tempus requiritur in aliquo actu, non ſufficit probare actum factum, ſed debet probari, quòd intra tempus fuit geſtus. gloſſa notabil.in l. eum actum. in gloſſ.fina.ff.de negot.geſtis.Bartol. in l. non ſolum. §.ſi quis ipſi prætori. ff. de noui operis nuntiat. & dicit Compoſtel. in cap. cum dilecti. ad fin. ſuprà de elect. latè Felinus in cap. quòd ad conſultationem. colum. penult.ſuprà de re iudicat.non ſufficit probare fuiſſe appellatum, niſi probetur intra decimum diem, quod fuerit appellatum : imò (quòd plus eſt)non ſufficit probare intra decimum diem, niſi probetur intra horam antequam compleretur decimus dies.

Primò, quod non comprehenduntur beneficia curata,per textum in cap.cum in illis.in princi. de præbend. in ſexto, quia non fit mentio niſi de dignitatibus, officiis, perſonatibus, & adminiſtrationibus, aliiſve beneficiis, & ſub clauſula generali (aliis beneficiis) poſſent comprehendi ſimplicia beneficia. De curato autem debuit fieri mentio expreſsè : verum eſt,quòd beneficia curata(maximè in villis muratis.)debent conferri graduatis,ſed hoc eſt in electione collatoris.

Secundò non comprehenduntur beneficia electiua,per textum in clementina prima,de præben. & in cap.cum in illis. §.primo. & fin. de præbend. in ſexto, & quamuis ponatur clauſula generalis, vel alia diſpoſitio, ex quo poteſt referri ad inſtitutionem non comprehendet electionem, vt habetur in dictis locis, & ad hoc facit, quod voluit Ludouicus Romanus, poſt Bartol.in l.prima. ff. de donatione cauſa mortis.Quòd ſi filiusfamilias voluit facere teſtamentum, & deinde in fine dicit, Si non valeat iure teſtamenti, valeat iure alterius vltimæ voluntatis, ex quo illa verba generalia poſſunt referri ad codicillos, vel fideicommiſſum, non comprehenditur donatio cauſa mortis,de qua debuit fieri expreſſa mentio.

Tertiò non comprehenditur beneficium, de patronatu laico per gl.(quam ibi omnes ſequuntur)in cap.2. de præbend.in 6. quòd etiam Rom. Pontif. dando prouiſionem, ſi non facit mentionem de patronatu laico,non comprehenditur tale beneficium.

Quartò in perſonam ſæcularis, non comprehenditur beneficium regulare, nec extra, vt expreſsè dicit textus in dictis concordatis. Facit textus in cap.cum de beneficio.de præben.in ſexto, in cap. inter quatuor. de regularibus. in cap. poſſeſsiones. infrà de rebus eccleſiæ non alienandis.& dicit ibidem notanter Abbas, quòd ſi mandatur prouideri de beneficio alicui, etiam ſi eſſet diſpenſatus ad obtinendum, & regularia & ſæcularia ſi fuerit ſæcularis, non poteſt ſibi prouideri de regulari nec econtra.

Quintò non comprehenduntur beneficia vacantia in curia Romana, quando expectantes Apoſtolici non poſſent illa etiam conſequi.cap.2. de præben.in 6.

Sextò non comprehenduntur beneficia quæ vacant ex cauſa permutationis.c.vnico. de rerum permut.lib.6.

Septimò non comprehenduntur beneficia,quę ex con



ex conſuetudine eccleſiæ poſſunt optari per antiquiores beneficiatos.c.fi.de conſuet.in 6.

Octauò nõ comprehenduntur beneficia reſeruata Rom. Pontif. quia poſtquam appoſuit manum,nullus alius inferior poteſt ſe intermittere.c. vnico.in fi.ſuprà vt eccleſiæ beneficia.

Nonò non comprehenduntur beneficia requirentia certam qualitatem,quę non eſt in nominato, vt quia beneficium erat ſacerdotale, & nominatus non erat conſtitutus in ſacerdotio.cap.cum cui.de præben.in 6.

Decimò non comprehenditur præbenda, quæ ex ſtatuto erat debita alicui dignitati. cap.cum in eccleſia.de præb.in 6.

Vndecimò non comprehenduntur hoſpitalia. cle.literas.de præben.

Duodecimò non comprehẽduntur beneficia creata de nouo poſt nominationem factam.clem. literas.de reſcript.

Decimotertiò, non comprehenditur beneficium renuntiatum in fraudem nominati. c.2.de renunt.in 6.

Decimoquartò quæritur, quid debeat facere nominatus poſtquam vacat beneficium, reſpon. ex mente tex.in dictis concord.debet accedere ad ord.vel patronum eccleſiaſticum,requirẽdo quòd faciat ſibi collationem, vel ipſum præſentet, ſi recuſet, recurrat ad immediatũ ſuperiorem, de illo ſimiliter ad alium ſuperiorem.Iſtud probatur per tex.in c.nullus.infrà de iur.patronat.& ſi nõ poſsit ab aliquo conſequi collationem,poteſt agere contra ordinarium, vt ſibi aliud beneficium æquiualens conferat,vel tantundem in fructibus ſibi aſsignet,vt voluit tex.& ibi per Abb.latè in cap. dilectus.2.ſuprà de præb.

Decimoquintò quæritur pluribus nominatis inuicem concurrentibus,quis debeat præferri.tex. in dictis concord.decidit, quod primò attendatur data nominationũ, & prior præferatur. iſtud probat tex.in c.duobus.& in c.tibi qui.de reſcrip.in 6. vbi attenditur data, & non præſentatio. ſi autem ſint pares in data, Doctores præferuntur licentiatis, licentiati baccalariis, baccalarij magiſtris in artibus.probatur per text.in cap.ſtatuimus. ſuprà de maior.& obed.& ibi latiſsimè per Felinum qualiter illi, qui ſunt in digniori gradu præferuntur aliis inferiorum graduum,ſi verò concurrant in eodẽ gradu,quia ambo Doctores, ambo licentiati vel baccalarij, ille qui gradum habet in facultate Theologa, præfertur cæteris, deinde in iure canonico poſtea ciuiliſta,demum medici, & nouiſsimo loco magiſtri in artibus. Iſta latiſsimè traduntur per Abb.& ibi Dominus Philip. Deci. plenè poſuit per quatuor col.in c.clerici. ſuprà de iudic. Iaſ.latè poſt alios in l. cum quid,in vtraque lectura. ff.ſi cert. petat. cæteris verò paribus, quia vterque Doctor, vel licentiatus in eadem facultate præfertur, qui prior gradum aſſumpſit, & non attenditur prioritas ætatis, nec potioritas nobilitatis ſeu diuitiarum, ſed data aſſumptionis gradus, vt dicit gloſſ.notabilis. in cap.fin.verbo antiquiores de conſuet. in 6. Cæteris verò omnibus operibus (quòd raro contingit) locus eſt gratificationi collatoris.cap. duobus. de reſcrip. in ſexto, vel dic vacantibus duobus beneficiis, eodem die conferens poteſt gratificare. argumento c. ſi pluribus. de præbend.lib.6. & gloſſ. in verbo nominatorum. in §. quod ad dictas. de collat. in pragmat.

Decimoſextò quæritur, quando dicatur expirare effectus nominationis. Reſpond. quòd illis modis de quibus vidimus ſuprà, in materia mandatorum.in 19.quæſt.vltra quos ponuntur in dictis concordatis duo modi vnus eſt, quando nominatus haberet duas præbendas in eccleſia Metropolitana, Cathedrali, vel collegiata. Alius eſt, quando haberet vnam dignitatem vel præbendam, & cum hoc aliud beneficium vel beneficia quorum fructus valerent quolibet anno ſummam ducentorũ florenorum de camera.Et iſtud intelligatur habito reſpectu ad tempus vacationis beneficij, quod vult conſequi per nominationem.cap.ei cui.& cap.ſi cui.de præbend.in ſexto. Aduertatis ad vnum, quia quotidianæ diſtributiones computantur in fructibus, vt dicit textus in dictis concord. & iſtud eſt contra ius commune.Ita Domini de Rota in deciſione 134. quando impetratur. In nouis. vbi allegat. tex.ad hoc.in c. vnico.de cleric.non reſid.in ſexto,in c. ſi incirca fi. de conceſſ.præbend. eodem lib.in cap.licet. ſuprà de præbend. Notetis tantum, quòd penſio quam perciperet nominatus, in aliquo beneficio, non venit computanda, per text. in c.quamuis.1.& ibi traditur.de præb.in 6.

Decimoſeptimò & vltimò, quæritur qualiter puniantur vniuerſitates nominantes non qualificatos, nominati proſequentes beneficia non cadentia in eorum nominationem, & collatores non prouidentes nominatis. Circa iſtud in dictis concord.introductæ ſunt pœnæ.

Primò quantum ad vniuerſitates,quòd priuentur poteſtate nominandi pro tempore ſtatuendo, & quia non eſt ſtatutum tempus poſſet dici,quòd ſint priuatæ pro illo anno.text.in cap.2. in fin.ſuprà de ſuppl.negli.præla.in cap.quia nonnulli. ſuprà de cleri.non reſid.& in c.cum in cunctis. in fi. ſuprà de elect.

Secundò nominati puniuntur, vt à modo nullam vtilitatem conſequantur, ex eorum nominatione. Probatur per textum, quia nonnulli, ſuprà allegat. & in cap.extirpandæ. §.qui verò.ſuprà de præbendis.

Tertiò puniuntur collatores, vt non poſsint vltra octo menſes poſtea ſequuturos conferre aliqua beneficia, & iſta pœna eſt contra ius commune, quia de iure communi non deberent priuari niſi pro vna vice, vt declarat not.Abb.in cap. extirpandę.§.qui verò.in 7.col.in repeti.& ibi hoc anno plenè diximus.

Viſa materia mandatorum, & nominationum videndum eſt de reſeruationibus,ſed quia in Regno Franciæ ſunt abolitæ, vt eſt tex.in Concord. Regni. tit. de elect.§.1. & propter vacationes proximas breuiter per ſex paruas quæſtiones expedietur materia.

Primò quæritur, quid ſit reſeruatio. Reſpond. nihil aliud eſſe,niſi aduocationem factam à ſuperiore circa diſpoſitionem alicuius iuris compe-

tentis, etiam inferiori virtute cuius inferior non poteſt ſe amplius intermittere.cap.vt noſtrum.ſuprà de appel.cap.eccleſia.2. ſuprà, vt lite pendent. cap.cum in diſtribuendis. ſuprà de tempo. ordin. cap.1.ſuprà de confir. vtili,vel inutili. cap.paſtoralis.§.prætereà.ſuprà de offic.ordina.& dicit Abba. in cap. cum dilectus.2. in vltimo notab.per illum text.infrà de purgat. canonic. quòd poſtquam ſuperior aduocauit diſpoſitioni ſuæ aliquid,nõ poteſt inferior amplius ſe intermittere, de quo per omnes. cap.cum M.Ferrarienſis. ſuprà de conſtit. Domi.de Rot.in deciſ.269.in antiq.

Secũdò quæritur, qualiter reſeruationes introductæ fuerunt? Reſpond.ſecundum Dominicum in c.duobus.de reſcrip.in 6.quam refert glo. prag. ſanctio.in c.2.de elect.verbo reſeruationes,quòd à principio non fiebant reſeruationes nec reperietur aliqua in volumine Decreti. Poſteà legati de latere inceperũt reſeruare collationi ſuæ certa beneficia, pro certa perſona, dando executorem. c. cum dilectus.infrà de iure patron. demum Rom. Pontif.vſus eſt reſeruationibus particularibus.c.ſi eo tempore.de elect.in 6.poſteà factę ſunt reſeruationes generales omnium beneficiorũ vacantium in curia Roma. c.2.de præb. in 6.ſucceſsiuè Ioannes 22. voluit, quòd beneficia vacantia per aſſequutionem ſecundi curati reſeruarentur Roma. Pontif.& de hoc in extrauag.execrabilis, ſed quia per c.2.de *præb. in 6.* dignitates non comprehendebantur, Benedictus duodecimus voluit,quòd ſi vacent in curia reſeruentur Roman.Pontif. & de hoc in extrauag.ad regimen.Aliæ ſunt reſeruationes, quæ quotidie fiunt à Roma. Pontif. in noua eorum aſſumptione, de quibus in ſeptem primis regulis cancella. Et notetis vnum, quòd quando impetratur à Ro.Pont. vel à legato aliquod beneficium de reſeruatis,debet fieri mentio de reſeruatione, & de *hac regula cancel. in ordin.* ſecunda diximus, ſuprà in materia mandatorum, in decima quæſt.circa qualitates.

Tertiò quæritur, qui poſsint reſeruare eorum collationi beneficia? dicatis quod primò Roman. Pont. cum habeat omnimodam, & plenam poteſtatem diſponendi in beneficiis. c.2.de præb.in 6. clem.vnica.in fi.vt lit.pend.cle.vnica.de probat.& dicit glo.3.in c.ſi gratioſæ.de reſcrip.in 6.quòd ſola voluntas habetur pro ratione, in Rom. Pontif. Secundò legatus de latere.c.cum dilectus.infrà de iure patro.cap.præſenti.& c. deliberatione.de offi. leg.in 6.glo.in dict.cle.vnica.de probat.traditur in c.dilectus.1.ſuprà de præb. verum eſt tamen,quòd non poteſt reſeruare niſi vnum beneficium in qualibet eccleſia,vbi ſit tex.in d.c.præſenti.

Tertiò executor *Apoſtolicus*, cui mandatur prouideri de beneficio,etiam quòd non fiat mentio,quòd reſeruet collationi ſuæ,poterit tamen reſeruare.cap.1.& cap.ſi ſoli.de conceſſ.præben.in 6. Quartò alius inferior habens ſpecialem poteſtatem ad hoc à Romano Pontifice,vt dicit Calder. in conſi.7.in titul.de præbend. Alij verò etiam legati Romani Pontificis, qui non ſunt de latere ſine ſpeciali poteſtate reſeruare non poſſunt, cum etiam non habeant poteſtatem conferendi. cap.1. de offic.legat. in ſexto. Epiſcopus etiam non poteſt vti reſeruatione, vt dicit gloſ. in cap. cum dilectus. in gloſſa magna.poſt princip. infrà de iure patronatus.

Quartò quæritur, qualiter effectum habeat reſeruatio,dicatis quòd primò operatur, vt inferior ea durante non poſsit conferre illud beneficium. dicto cap. vt noſtrum. ſuprà de appella. & dicunt Docto. maximè Ioan. Andr. Domi. & Franc. in c.ſi eo tempore.(reprobata ibi gloſſ.) de elect.in 6. quòd ſola reſeruatio ſiue inhibitio afficit beneficium, & hoc videtur probare textus. in cap. 1. de conceſſ. præbend. in 6. vbi alterum de duobus reſeruatis *inhibitio*, aut Decretum *afficiunt* beneficium. Secundò operatur reſeruatio, vt impediat permutationem, vt probat text.in extrauag. Execrabilis.de præbend.dicens, quòd beneficia reſeruata non poſſunt permutari. Federic.de Senis.in tract.permutationis beneficiorum,in prima queſt. licet expectatiuæ, non impedirent permutationem. Tertiò per reſeruationem impeditur facultas optandi, quæ eſt in aliquibus beneficiis eccleſiaſticis,vt vacante præbenda,antiquiores canonici poſsint optare. cap. fin.ad fin. de conſuet. in 6. Domini de Rota,deciſione 296.in nouis.Quartò vbi aliàs ſpoliatus poſſeſsione beneficij, ante omnia deberet reſtitui. cap.in literis. ſuprà de reſtitu. ſpoliat. non habet tamen locum in beneficio reſeruato. Domini de Rota, deciſione 56.in antiq. *Quintò vbi aliàs poſsidens beneficium, ſine* legitimo titulo, ſi habuit bonam fidem,& fuit habitus pro vero beneficiato, poteſt conferre beneficia ab eodem dependentia: vt dicit Innoc. in c.nihil eſt quod. de elect. ſuprà. non tamen habet locum ſi illud beneficium eſſet reſeruatum.ita Domini de Rot.in deciſ.183.in antiq.

Quintò quæritur qualiter probetur reſeruatio, dicatis, quòd reſpectu reſeruationis Roma.Pont. ſola aſſertio eiuſdem *ſufficit*, ad probandum reſeruationem. clemen.vnica, de probat.in aliis verò inferioribus, quia de his quæ geruntur ab ipſis, vel coram ipſis, ſola aſſertio non ſufficit: requiritur, vel quòd probetur per teſtes. cap. cum à nobis.ſuprà de teſtibus.cap.quoniam contra falſum.ſuprà de probat.glo.(& ibi ſcribentes)in dict. clem.de probat.

Sextò & vltimo, quæritur quãdo extinguatur reſeruatio,faciatis in hoc duos caſus, aut nos loquimur in reſeruatione facta à Rom.Pont. aut in reſeruatione inferiorum.

Primò caſu extinguitur per reuocationem:rereſeruationes Rom.Pontif.per ipſum ſibi,aut aliis conceſſas reuocare poteſt. c.pen.de præb.in 6.c.fi. de conceſſ.præb.eo.lib.

Extinguitur etiam per mortem Roma.Pontif. quando fuit facta ad collationem ipſius, & non fuit dictum, quòd reſeruabatur diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ. c.ſi gratioſè(& ibi plene traditur) de reſcript.in 6.

Extinguitur etiam per collationem ſemel factam,dato, quòd non fuerit ſortita plenum effectum,vt quia per beneficium reſeruatum fuit collatum alicui,mortuus eſt tamẽ ante adeptam poſſeſsionem, nihilominus reſeruatio dicitur extincta, ita Domini de Rota in deciſione 283.& 882. in antiq.



in antiq.vbi alleg.tex.& quæ ibi notantur per glo. & doct.in c.ſi ex eo.de electione in 6.Innoc. in c. inter cæteras. ſuprà de præb. ſecundo caſu quando à legato fit reſeruatio, extinguitur, *niſi* ea reuocetur:poteſt enim legatus reuocare reſeruationem per ipſum factam,vt dicit glo. in c. præſenti. verbo pendente.de offi.leg.in 6.

Extinguitur & pariter quando expirat poteſtas legati,quod contingit in quatuor caſibus, ſcilicet quando mortuus eſt,vel fuit reuocatus, vel exiuit prouinciam, aut finitum eſt tempus ſuæ legationis,ita voluit glo.in d.c.pręſenti.verb.extinguitur ſimiliter facta collatione per ea quæ proxime diximus. Et ex his omnibus ſit expedita hæc maxima prouiſionis beneficiorum nondũ vacantiũ.

In text.ibi, ne deſiderare: Notetis quod quis non debet deſiderare mortem alterius, imò debet diligere proximum ſicut ſemetipſum, vt habetur Matthæi 21.c.Lucę 10.c.Marc.12.Paul.ad Roma.c. 13.& Leuit.19. c. per Magiſtrum ſententiarum in tertia diſtinct. 27.& 28. Beatus Thom. in ſecunda ſecundæ.diſtinct.26.imò dicitur homicida qui deſiderat mortem alterius ſicut qui occidit.c. homicidiorum.& c.homicidium.de pœnit.diſtinct.prima. Idem dicendum eſt de morte ſui ipſius quod nemo debet deſiderare,imò etiam ſi quis duceretur ad martyrium & auxiliũ præſtaret executori ad accelerandam mortẽ, nõ debet appellari martyr.c.tu dixiſti.23.q.5.& de hoc plura habentur in c.non occides. cum aliis ſeq. ea cauſa & quæſtione. de quo etiam in l.2.C.qui teſta.facere.vbi habetur de illis qui in carceribus detenti propriis manibus,vel veneno ſe occidũt, tamen ſi aliquis eſſet adeo ſceleratus,& nulla eſſet ſpes de eius cõuerſione, ex eo quod inficit alios,poſſet licite deſiderari mors ſua: nam hoc caſu permittitur quod occidatur ab habẽtibus adminiſtrationem Reip. & ita dominus Thom.in ſua ſumma. in ſecunda parte ſecundæ partis.quæſt.64.in 2.& 3.dubiis.

*Proximus quis.* In rext.ibi proximi.habetis notare qualiter iſte terminus proximus accipitur quandoq; generaliter vt hîc: & hoc caſu dicitur proximus ratione primæ natiuitatis, quia ab Adam omnes deſcenderunt, & ita etiam intelligitur illud Diliges proximum tuum ſicut teipſum, de quo in præcedenti notabili, & dicit Magiſter ſententiarum in 3.diſtinct.38.in verſi.fin.qualiter proximus dicitur quatuor modis, primo modo ratione primæ natiuitatis vt omnes qui deſcenderunt ab Adam. Secundo ratione conuerſionis, vt ſunt omnes Chriſtiani. Tertio ratione ſanguinis, vt ſunt cognati. Quarto exhibitione ſeruitij, & hoc modo Angeli dicuntur proximi. Strictè tamen accipiendo proximus dicitur ratione cognationis,& ſolus qui eſt cognatus venit appellatione proximi.inſt. de ſeruili cognat.in prin.inſt. de ſucceſsi. cognat. §.fin.l.1.ff.de iur.& fac.ignorant.l.1.§.ſed videndũ. ff.de ſucceſsi. edict.l.item prætor.in prin.ff.de ſuis & legit.l.1.§. proximus. l. capitis.& ibi glo. & l. ſi ſpurius.ff.vnde cogn.Bonus tex.cum ſua glo. in l. vt inteſtato.C.de legit.hæred.Oldra in conſil. 153. videretur. & iſtud eſt notandum pro ſtatutis in quibus fit mentio de proximis & ſubſtitutionibus,in quibus proximi vocantur,& de hac materia Iaſon in l.2. ff.de vulgari & pupillari ſubſtitu. adducit aliquid Alex.vbi etiam loquitur de propinquo in l.1.col.1.ad fin.ff.vnde vir & vxor. Alio etiam modo accipitur proximus pro illo qui primus eſt quem alius non præcedit.l. proximus. l.proximi.ff.de verb.ſignifi.

Vlterius not.ex iiſdem verbis text. qualiter diſpoſitio per quam inducitur votũ captandæ mortis alienæ eſt reprobata à iure.idem probat text. in c.ne captandæ.eo.in ſexto.& ideo Dom. de Rota. in deciſio.241.in antiq.ex hoc aſsignant rationem ad illud quod diximus ſuprà quod in mandato non comprehenditur beneficium monoculum, quia ex hoc induceretur captatio mortis alienæ. Aduertatis tamẽ quod in teſtatore diſponente de bonis ſuis valet diſpoſitio per quam etiam induceretur votum captandæ mortis,vt patet in fideicommiſſo reciproco, in quo alter alterius mortem deſiderat,ita probat tex.& ibi Iaſ. col. pen.in fi.in l.de fideicommiſſo.C.de tranſact.

Not.vlterius quod in eccleſia non habet locũ ſucceſsio, & ideo dicitur quod Sanctuarium Dei non debet iure hæreditario poſsideri. c. ad decorem.ſuprà tit.proximo.c.ad hæc.Do. Dec. c. conſuluit.de iure patro.c.apoſtolica.8. q. 1. & propter hoc fuit ſtatutum ne filius etiam legitimus obtineret beneficium in quo pater immediate erat beneficiatus.c.ex tranſmiſſa.c.ad extirpandos.ſuprà de *filiis* presb. verum eſt tamen quod beneficiatus veniẽs ad extremum poteſt nominare ſucceſſorem prout fecit Petrus & alij multi, vt habetur in dicto c.apoſtolica.cum præcedentibus.

Penultimò ex iſta parte prima notetis qualiter in deciſionibus cauſarum etiam ſpiritualium poſſunt allegari dicta Gentilium & Paganorum, vt in ſimili facit.tex.in c. cum omnes. ſuprà de conſtitu.in c.forus.de verbo.ſignifi.in l. in tantum. §. fin.& ibi glo.de rerum diuiſi.bonus text. vbi glo. loquitur de Paulo,Auguſtino,Hieronymo & aliis viris ſanctis qui in eorum conſtitutionibus adducebant dicta paganorum.in cap.turbati.37.diſtin, materia pacti de futura ſucceſsione.

Vltimò ex hac prima parte nota,quod pactum de futura ſucceſsione non valet neque tenet.circa quam materiam plura poſſent adduci, ſed quia aliàs repetendo l.fin. C. de pact. pleniſsime dedimus materiam, pro nunc procedemus reſolutiuè,& circa iſtud erit aſſumenda theorica Bar. in l. fin.C.de pact.& in l.ſtipulatio hoc modo concepta.in fin.ff.de verbo.oblig.quam vbique ſcribentes ſequuntur, cuius deciſionem hîc Petr. de Ancha.Card.Zab.latius.Io.de Imo.& Abb. Sicu. referunt & ſequuntur.faciatis igitur quatuor membra ſeu quatuor caſus.

Primus erit quando fit pactum de futura ſucceſsione,vt quia aliquis facit pactum alteri quod ſibi ſuccedat,vel quod faciet eum hæredem, & de iſto communiter reperiſitur matrimonia, in quibus pactum apponitur quòd bona præmorientis veniant ad ſuperſtitem, vel quod ſuperſtes ſuccedat, aut quod primogenitus ex illo matrimonio ſit hæres,vel alia ſimilia. *De pacto de futura ſucceſsione.*

Primò aduertatis ad vnum, quia donatio omnium bonorum bene valet & tenet,etiam ſi con-

feratur poſt mortem donatoris, vt ſi quis dicat dono tibi omnia bona mea, quę habeas poſt mortẽ, ſi ſunt omnia præſentia & futura iura, & actiones, valet donatio, ita Bart. poſt glo. quam omnes ſequuntur, in d.l.fin.col.pen.C.de pact. & tantum pactum de futura ſucceſsione, etiam ſi eſſet de parte & non de omni, non valet neque tenet vt dicit Bart. in conſil. 212. promitto tibi & tu mihi, & probat tex. in l.pactum.quod dotal.C. de pact. & latius dicemus ſtatim. Ideo eſt inquirendum quomodo cognoſcatur pactum de futura ſucceſsione, & donatio ſit promiſsio poſt mortem: quia vnum reprobatur, & aliud valet, vos dicatis ex mente Bart. in d.conſil.212. & clarius & magiſtraliter per Franciſ. Curtium in conſil.15. circa præmiſſum, quod pactum de futura ſucceſsione dicitur quando verba promiſsionis referuntur ad bona, & important obuentionem bonorum, vt puta pactum hoc modo quod bona perueniant ad talem ſuperſtitem, hoc caſu dicitur ſucceſsio non autem promiſsio, quando verò bona referuntur ad promittentem non differtur vſque poſt mortem, vt quia fuit dictum, promitto tibi, do tibi bona mea quæ habeas poſt mortem, dicitur donatio ſeu promiſsio quæ valet & tenet, & iſtud eſt de mente Oldra. in conſil.139.ad habendam.col.1.

Hoc præſuppoſito faciatis cõcluſionem quod pactum futuræ ſucceſsionis non valet neque licet. l.ex eo. C.de inutil. ſtipulat.l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb. oblig.l. cum donationis.C.de trãſact.l.pactum quod dotali. C. de pact. l.ſi fratres.§.idem reſpond.ſocietatem.ff.pro ſocio. Bart.& omnes in d.l.fin.C.de pact. in d.l. ſtipulatio hoc modo cõcepta.Alex.& Iaſ.in d.l. pactum quod dotali.in l.licet.C.de pact.in l.pactum dotali.vbi Ludo.Ro.C.de collationibus.Bal.in conſil. 104.ſuper primo.114.ex his verbis in prima parte idem Bald.conſil.328.in caſu propoſito.377.quædam puella.in 3. parte not.Dec.conſil.225.in cauſa.& fuit factum in hac ciuitate in conſi.236.non parua. in conſil 300.in præſenti.& 35.in caſu. Ad iſtam concluſionem aſsignantur quatuor rationes: prima quia tale pactum eſt contra bonos mores.d.l.ex eo. C. de inutil. ſtipul. ſecunda, quia inducit votum captandæ mortis, iſte text. not. hîc in c.ne captandæ.de conceſsi præb.in 6.tertia quia aufert liberam teſtamenti factionem quæ debet perſeuerare vſque ad mortem.c.cum Marthę. infrà de celebrat.Miſſa. l.4.ff. de admin.tut. quarta, quia per pactum non debet dari hæreditas, ſed per teſtamentum, vel fideicommiſſum.l.hęreditas. C.de pact.conuent.

Amplietis hanc concluſionem primo non ſolum ſi pactum eſſet de omni hæred. ſed etiam de parte, vt quia promiſit quod ſuccedet in quarta vel in quinta.d.l.pactum quod dotali.C. de pact. Bart.in d.conſil.212.Franciſ. Curtius d. conſil.15. Do.Dec.d.conſil.225.

Amplietis ſecundo etiam ſi eſſet pactum reciprocum, vt quia vnus promiſit alteri quod ſuccederet ſi ſuperuiuat, & iſtud not. propter deciſionem quam ponit Paul. de Caſtr. quam ibi per plura ſequitur, & declarat Iaſ.in l.pater.puellæ.de inoffic.teſta. & in l.de fideicommiſſo. C.de tranſactio.quod pactum reciprocum inter coniuges, vt ſuperuiuens lucretur de bonis morientis, valet & tenet, intelligatis ſi non fiat per pactum futuræ ſucceſsionis, ſed per donationem aut promiſſionem, & de hoc quòd reciprocum pactum non valeat, tex.eſt apertus in l. licet inter priuatos. C. de pact. vbi eſt ſpeciale fauore militum, in contrarium ergo dat ius commune.l. ius ſingulare. ff. de leg. Ita Alex. & Iaſ. in dicta l.licet.& latiſsime Alex.in conſi.28.ponderatis, per totum conſilium in tertia parte.Do.Dec.in d.conſil.228.

Amplietis tertio etiam ſi talis eſſet conſuetudo, ita Bal.in l.2.col.3. C. quæ ſit longua conſuet. Alex.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.col. 4. ff.de verb.oblig.in l. pactum quod dotali. vbi Iaſ. C.de pact.& Dominus Dec.in conſilio proxime allegato.

Amplietis quarto etiam ſi eſſet appoſitum iuramentum, quia cum ſit contra bonos mores iuramentum non debet illud firmare.c.non eſt obligatorium.de reg.iur.in 6.Alex.in d.conſi.28.col.3.

Limitetis nunc primo niſi pactum eſſet de certa re ſeu de certis bonis, & non de omni ſucceſſione, vel quota hæreditatis, vt puta quod ſuperuiuens ſuccedat in centum ſcutis, vel habeat talem domum. Ita Guido Papæ in deciſionibus Parlamenti Grationopolitani.q. 267. vbi decidit qualiter pactum adiectum in matrimonio, vt primogenitus ſuccedat in tali caſtro, valet & licet, dum tamen notarius ſtipuletur, pro eo allegat.l.ſi inter.ff.de pact.dotal. & iſtud ſequitur Dominus Dec. referens eundem Guido.Papæ. in d. conſil. 225.col.3.& eſt de mente Oldral.in d.conſi.39. ratio ad iſtud poteſt eſſe, quia quando eſt de omnibus bonis, vel de quota ſeu nomine hæreditatis, ille talis bene diceretur ſucceſſor, quia habet totã vel partem hæred. dicitur hæres, vel ſucceſſor.l.nihil aliud.infrà.ff.de verbo.ſignifi.l.hæreditas. ff. de reg.iur.l.mulier.§.fi.& ibi traditur ff. ad Treb. per Bart.in l.quidam in teſtamento.prima.ff.de leg.2. & ideo tunc verè dicitur pactum de ſucceſsione, ſed quando in pacto deducuntur certa bona, quia ille qui particulariter habet aliquid & non ſub nomine quotæ hæred. non dicitur proprie ſucceſſor.l.quodam.§.1.ff.de edend.hoc cõſil.150.col. ſuprà non dicitur tunc proprie pactum de ſucceſsione, ſed pactum de certis bonis, & quamuis reperiuntur quandoque verba ſuccedat, perueniat aut ſimilia, quia non poſſunt ſecundum eorum propriam ſignificationem conuenire tali pacto, impropriabuntur.l.ſi vno.ff.loca.l.ſi inſulam.ff.de præſcript.verbis.l.ſi olei.C.loca.

Hanc limitationem primũ notetis, quia quotidie cõtingit, maxime *in his* partibus propter quæ ponunt in matrimoniis, quod ſi ſint de omni ſucceſsione vel de quota, hoc non valeant: ſi verò de certis bonis aut certa quantitate pecuniæ, quòd valeant.

Secundò limitetis non habere locum inter nobiles, quando cum hoc concurreret conſuet.& ſi fuerit pactum in matrimonio adiectum, quod primus maſculus ſit hæres, & de conſuetudine ita obſeruatur, valebit pactum, ita habetur in deciſionibus capellæ Tholoſa.q.452.in addit.

Tertiò



Tertiò limitetis non habere locum inter milites text.eſt & ibi per omnes in l.licet inter priuatos.C.de pact.Alex.in d.cõſi.28.in 3.parte Georg. Natan. vbi alios plures allegat in repetitione c. quamuis.de pactis.col.15. per vnicum. de filiis natis ex mat.ad morg. contract.

Quartò idem dicatis de pacto facto in fauorem piæ cauſæ. ita Barto.in l.tale.pactum.§.fin. ff. de pact.Alex.& Iaſ.in d.l.licet.C.eo.

Quintò dicatis idem de patre reſpectu filij ſi per pactum certam partem bonorum ſuorum voluit ad eum iure hæreditario peruenire.ita Bar.in d.l.tale pactum.§.fin.Alex.& Iaſ.in d. l. licet inter priuatos.& mouentur per l.fi.C.famil.herciſ.quia diſpoſitio patris per quam diſponit de bonis ſuis inter liberos qualitercunque fiat, habet vim ſupremi iudicij. Et pro iſtis tribus præcedentibus limitationibus adducunt in locis allegatis rationem, quia in illis caſibus non requiritur obſeruatio iuris ciuilis, ſed iuriſgentium: quantum ad diſpoſitionem, & voluntatem tantummodo attenditur. de milite: probat text. in l.1.ff. de mil. teſta. de pia cauſa tex. in cap.cum eſſes.ſuprà de teſta. de patre inter liberos.tex.in l.Hac conſultiſsima. §. ex imperfecto.C.de teſta.& ideo ex hoc poſſetis inferre ſextam limitationem, quòd in Gallia tale pactum de futura ſucceſ.valeret niſi ſtatutũ vel conſuetudo ſit in contrariũ: cùm iſta prohibitio dicatur iuris ciuilis, & in illis locis ius ciuile nõ obſeruatur, vt dicit gl.ord.Iuſti.de prima poteſta. Romanorũ. facit quod voluit Iaſ.in l.2.col.5.ff.de vulg.& pup. quod Galli non poſſunt facere ſubſtitutionẽ pup. cum in eo requiratur patria poteſtas quam Galli non habent, vt dicit illa glo. Ad iſtud etiam facit quod voluit Bald.& ibi refert & ſequitur Iaſ. col. fin. in l.ius autem ciuile.ff.de iuſti.& iure.qualiter teſtamentum factum in partibus Barbarię in quibus non obſeruatur ius ciuile, valet coram duobus teſtibus, & ſic in locis in quibus iura ciuilia non obſeruantur, tales diſpoſitiones & prohibitiones ciuiles non haberent locum, nec obſtabũt rationes quæ in contrariũ adducuntur, quia ad illas latiſsime reſpondit.Ang.in conſi.179.viſis prędictis.& inſt.de actio.col.3.cum ſequentibus.

*De pacto de non ſuccedendo.* Secundus caſus quando fit pactum de nõ ſuccedendo in quo de ſucceſsione agitur: vt videmus quotidie quando filię maritantur, quod renuntiãt omni iuri & ſucceſsioni paternæ: & circa iſtud concluſio erit quod pactum de non ſuccendendo non valet.l. pactum quod dotali. C. de colla. l. ſi quando.§.1.de inoffi.teſta.l.fi.ff.de ſuis & legit.

Primò limitetis niſi cum pacto eſſet admixtum delictum, vt quia pater emancipando filium pro emancipatione (quam debuit liberaliter exercere) recepit pecuniam, & fecit pactum filio de non ſuccedendo, valet tale pactum.l.1.§.ſi parens. ff.ſi quis à par.fu.manu. Barto. & alij omnes in l. fin.C.de pact. & in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.Bal.in conſil.325. in caſu propoſito.in tertia parte.Abb.in conſil.118.licet de iure.col.1.ad fin. in quibus locis ponitur concluſio præcedens. Geor.Natan in cap.quamuis.de pact. in 6.col.1.

Limitetis ſecundo, niſi ille qui renuntiauit fuit conſequutus tantum quantum ab inteſtato haberet.d.l.1.§.ſi patres.& ibi Bart.idem Bart.in d.l.fi.& in l.ſtipulatio hoc modo concepta.Pet.de Anch. in conſil.39.pro clariori.col.1.ad fin.

Tertiò limitetis, niſi filius legitimatus à patre in legitimatione renuntiaſſet ſucceſsioni, ita Ludo.Rom.in l.pactum.dotal.C. de coll. & in l. qui ſuperſtitis. ff. de acq. hæ. quia quando fit aliqua diſpoſitio, poteſt apponi condictio à diſponente.l. in traditionibus.ff.de pact.c.verum. infrà de condit.appoſ.bene facit quod habetur in c. per venerabilem. l.qui fi. ſint legit. quod quis poteſt legitimari vt ſuccedat, & quod aliàs ſit legitimus.

Quartò limitetis niſi apponeretur iuramẽtum c. quamuis. de pact. in 6. & ibi plene per omnes. Aduertatis ad iſtam vltimã, (ne forte decipiamini) quòd iuramentum factum facit valere renuntiationem quando fieret pactũ cum illo de cuius ſucceſsione agitur, ſi vero fieret cum alio, vt quia viuente patre frater maritauit ſororem, & illa renuntiauit ſibi ſucceſsionem paternam etiam cum iuramento, non ſumus in iſto caſu, ſed in caſu proxime ſeq. ita not. declarat.Bal.conſil.372. quædam puella.in tertia parte.Rapha.Fulgo.conſi.73. paterfamilias per totum conſilium.

*De ſucceſſione diuidenda.* Tertius eſt caſus, quando fit pactum inter aliquos de ſucceſsione alicuius tertij, vt quia duo filij inuicem diſponũt de ſucceſsione patris, & vnus alteri mediãte pecunia quictat ſucceſsionem paternam. ſic Eſaũ quictauit fatri ſuo Iacob primogenituram, vel fortè aliqui nepotes inter ſe de patrui ſucceſsione fecerunt pactum, & in aliis ſimilibus, faciatis concluſionem, nõ valere tale pactum etiam iuratum, ſiue fiat per modum pacti, ſiue donationis, venditionis, aut alterius diſpoſitionis. iſte eſt caſus ſingularis in l.fi.C.de pact. vbi Bal.& alij omnes, Georg.Natan. in d.c.quamuis. de pact.in 6.col.16. Bal.& Fulgo. in conſiliis in fine præcedentis caſus allegatis.

Primò limitetis, niſi ille de cuius ſucceſsione iſti tertij diſponunt cõſentiret & in conſenſu perſeueraret vſque ad mortem. ita ſemetipſum limitat dictus textus.in l.fin.de pact.C.& doct.in locis proxime allegatis, & ex his inferatis, quòd ſi filia dotata à patre renuntiauit in fauorem fratris pręſentis, & acceptantis patre etiam præſente & conſentiente: & quod plus eſt filia iurauit, ſi tamen poſtea pater dicat quod amplius non conſentit, vel aliàs reuocat conſenſum, non valebit amplius dicta quictatio.

Secundò limitetis niſi pactum fieret de ſucceſſione hominis incerti, vt quia aliqui fecerunt ſocietatem omnium ſucceſsionum ad eos perueniendarum, & iſtud probat tex. in l.3.§. de illo. ff. pro ſocio.Bar.& Geor.Natan.vbi ſuprà.

Tertiò limitetis, niſi ſucceſsio veniret in conſequentiam prioris contractus. caſus in l. ſi quis ſeruum. ff.de actione emptio. vbi quis vendiderat ſeruum cum peculio, poſtea eum manumiſit: tenetur emptori ad precium ſerui, æſtimationem peculij, & omnem ſucceſsionem quam conſequetur à ſeruo. Bartolus vbi ſuprà, quem alij omnęs ſequuntur.

Quartò limitetis, niſi ſucceſsio veniret acceſſoriè,

ſoriè, vt quia aliquis inſtitutus à patre & ſubſtitutus pupillo venderet omnem ſucceſsionē quam conſequi poſſet ex illo teſtamento,viuente adhuc pupillo veniet acceſſoriè ſubſtitutio pupillaris, & ſic ſucceſsio pupillo viuētc.l.2.§.illud.ff.de hęred. vel actio.vend.§.limitetis quod tamen in fauorem fiſci valebit tale pactum, quia ſi ſucceſsio perueniat ad illum qui de bonis viuentis diſpoſuit, applicabitur fiſco.l.quidem.§.fin.ff.de dona.l.2. in fi. ff.de iur.fiſc.

Quartus caſus eſt, quando pactum fit ſuper conſeruanda ſucceſsione quā quis amiſerat, & in hoc faciatis duo membra. Primū quādo admiſit ſucceſsionē propter delictum,ſiquidem delictum erat iam cōmiſſum,vt quia filius ingratitudinem commiſit propter quam veniebat exhæredandus: & tunc valet pactum factum cum eo de cuius ſucceſsione agitur.§.fin.de legit.agna.ſucceſſ.inſti. notatur in l.omnino. C.de inoffic.teſta.ſi verò delictum non erat commiſſum, vt quando facit pactum cum patre, quod non obſtante quacunque ingratitudine committēda,ſuccedet patri, & hoc caſu non valet pactum,quia per illud induceretur filius ad delinquendum.arg.l.conuenit.ff. de pact. dotal.& iſtud not.pro declaratione illius clauſulæ quæ quandoque apponitur in donationibus nulla cauſa ingratitudinis reuocanda.

Secundum membrum quando quis priuatur ſucceſsione per ſtatutum, vt ſunt filij,filiæ, in aliquibus partibus ſtantibus agnatis,vel alia conſuetudine,vel alia diſpoſitione,& tunc ſi ille de cuius ſucceſsione agitur per teſtamentum poterat paciſcēti relinquere,illud etiam fieri poterit per pactū. d.§.fi.inſt.de legit.agnat.ſucceſſ. ſi verò non poterat diſponere,vt videmus in feudis in quibus mulieres non ſuccedunt etiam per teſtamentum,non valebit pactū per quod pater promittit filiæ quod ſuccedet ſibi in feudo.c.1.de ſucceſſ. feud. in vſib. feudo.& hanc theoricam ponit Bart. (quam omnes ſequūtur)in l. ſtipulatio hoc modo concepta. col.fin.ff.de verb.oblig.Bald.in conſil. 325. in caſu propoſito.in tertia parte. Geor.Natan.in c.quamuis. de pact.in 6.col.17.& per hæc ſit expedita tota prima pars huius Decretalis.

Circa ſecundam partem huius Decretalis licet plura poſſent adduci propter vacationes quæ ſunt intra quatuor lecturas, tangemus tantummodo materiam iuris deuoluti,& in ea formabimus quæſtiones neceſſarias pro declaratione illius.Primo quæritur quare fuit introductum ius deuolutum per quod facultas vni competēs propter negligentiam deuoluatur ad alium. Reſpon. ideo eſſe ne diu & ſub incerto iura & facultates remaneant ſine executione, & hæc propter vtilitatem publicam,vt probatur in auth.hoc amplius. C.de fideicom. quod ſi hæres fuerit negligens in ſoluendo legata, deuoluitur hæreditas ad cohæredes,vel ſubſtitutos, & venientes ab inteſtato ad idem tex.in l.2.§.ſi mater. ff. ad Tertul.vbi mater negligens fuerit petere tutorem, deuoluitur facultas ad proximiores ab inteſtato. ad idem text. in l.1.& per totam l.ff.de ſucceſſ.edit.vbi negligente eo qui eſt in proximiori gradu petere bono. poſſeſsio.facultas deuoluitur ad alios, de hoc habetur per Petrum de Anch.in cap.quamquam.de elect.in 6.

Secundò quæritur quādo facultas alicui competit,an propter negligentiam deuoluitur ad aliū, quantum tempus ſit ſtatutum à iure, intra quod debeat fieri prouiſio,& loquor ſecundum materiam decretalis noſtræ quātum ad beneficia.quia in officiis temporalibus non eſt limitatum tempus intra quod aliquis officiarius debeat eligi, vt habetur poſt glo.in c.ad apoſtolicę. in glo. fin. de re iudic.in ſexto.Facietis igitur has concluſiones, ex eo quod habemus in iure diuerſos modos prouidendi in beneficiis per electionem,præſentationem, collationem, inſtitutionem, confirmationem.quod magiſtraliter declarat Abb.in cap. authoritate.ſuprà tit. proximo. Prima eſt concluſio in præſentatione quæ fit à patrono, licet de iure antiquo non eſſet clare deciſum,iure tamen nouo in c.1.de iure patro.in 6. fuit ſtatutum tempus quantum ad patronos laicos quatuor menſium, quantum ad clericos ſex menſium. de hoc per glo.& ibi omnes.in c.cum vos.ſuprà de offi.ord.

Secunda concluſio, quando in beneficio proceditur pro electione datum eſt tempus trium menſium.c.ne pro defectu.ſuprà de elect.c.quamquam.eo.tit.in 6. de quo per Ioan. de Imo. in cle. vnic.col.7. ſuprà glo. Lateranen. de ſupplen. neglig.prælat.& ibi Card.in 3.q.Petr.de Ancha.in 3. not.& Bonifac.in 3.oppoſitione.

Tertia concluſio, quando proceditur ad collationem,vel prouiſionem tempus eſt ſex menſium, vt habetur in iſto c.in c.quia diuerſitatem.cap. ex parte.c.licet.in fin.ſuprà de ſupplend.neglig. prælat.d.clem.vni.eo.tit.& hæc cōcluſio habet locum etiam in illo qui iure deuoluto confert, poſito quod inferior(per cuius negligentiam fuit ſibi deuolutum ius)haberet minus tempus, vt quia patronus laicus fuit negligens(qui habebat tantummodo ſex menſes) ad quem deuoluitur poteſtas conferendi,habebit etiam ſex menſes, vt omnes volunt in c.licet.per illum text. ſuprà de ſupplen. negligen.prælat. & eſt de mente Dominorum de Rota in deciſio. 263. in nouis. Secundo idem dicatis à legato de latere qui habet iuriſdictionem ordinariam & cōcurrit cum omni ordinario ſuæ prouinciæ.c.2.de offi.leg.in 6. non habet niſi ſex menſes ab ordinario,ita quod ſi de ordinario deuolueretur ad alium, vt puta archiepiſcopum qui non eſſet de prouincia legati, illo caſu tunc non poſſet legatus conferre,& ſi ad Rom.Pontif.bene poterit conferre,quia redit ſibi poteſtas.ita declarat Ioan.de Imol.poſt Card. in clem. ſi de beneficio.in fi.de præb.Tertio idem dicatur ſi aliquis ex priuilegio,ſtatuto,vel conſuetudine haberet poteſtatem conferendi beneficia, quod etiam habeat ſex menſes & ita Petr.de Anch.in cle.ſi de benefi. cio.in q.5.& in cle.vnic. ad fin. de ſupplen. negli. præl. quia diſpoſitio noua debet interpretari ſecundum ius commune.l.2.C.de noxal.actio.c. ex literis.ſuprà de reſcrip. cap. cum dilectus.ſuprà de conſuet.l.ſi quando. in princ.C.de inoffi. teſta.

Quartò idem dicatis in prioratibus conuentualibus vel clauſtralibus, ſeu aliis quibuſcunque beneficiis in quibus quis præſidet pluribus clericis vel beneficiatus, dummodo non aſſumatur per electionem.ita probat.tex.in d. clem. 1. & ibi glo. ſuper verb.Lateranenſe.Io.de Imo.in d.glo.Anch. in tertio notabili.



Quarta concluſio ad acceptandum electionem datam eſt tempus vnius menſis poſt præſentationem factam.c.quia in cunctis.de elect.in 6.

Quinta concluſio ad petendum confirmationem poſt acceptionem eſt tempus trium menſium.c.cum ſit.de electione.in 6.& d.c.cupientes.

Sexta concluſio ad conſequendam conſecrationem poſtquam confirmatio eſt facta ſunt tres menſes, demum alij tres ad petendum pallium. c. quoniam.75.diſtinctione.c.quando.100.diſtinct.

Septima concluſio Rom. Pont. ſeu iure deuoluto,& per reſeruationem ſeu per concurrentiam cum ordinario nō eſt ſtatutum aliquod tempus, niſi in vno caſu quando beneficia vacant in curia tenetur intra menſem conferre, quo durante impeditur ordinarius, lapſo autem menſe ceſſat impedimentum.c.ſtatutum. (& ibi notatur per omnes)de præb.in 6.

Octaua concluſio eſt quod præbendæ, & officia in eccleſia non debent diu vacare exponendo diu per ſex menſes,de qua re vide infrà de fideiuſſo. c.fi.quod intelligendum eſt etiam de eccleſiis, quæ vltra vacare non debent,vt ſuprà dictum eſt. in talibus enim certe mora eſt periculoſa,vt patet ex notabili. C. ne pro defectu, de electio. Sed an currente illo tempore ſemeſtri currant executores literarum Papæ,vide in clem. ſi de benefic. de præbend.in glo.ſed nunquid.

Tertiò quæritur quando incipiat currere tempus taxatum à iure circa diſpoſitionem beneficiorum, dicatis quod à tempore ſcientiæ & notitię & non à tempore vacationis.cap.quia diuerſitatem. infrà hoc tit.c.licet.ſuprà de ſupplen. negli. præla. glo.in c.ſi clericus.verb.negligenter. & in c.ſi pluribus.verb. notitiam:de præb. in 6. & ita Cald. in conſil.4.in tit.de elect.Feder. de Senis.conſil.232. caſus talis eſt.Card.Zab.conſil.99.dico quod acceptatio.Ioan.de Imo.in clem.1.col.3.ibi Card. q. 18 & Petr.de Anchā.in vltima quæſt.prin.de ſupplend.neglig.prælat.Imò(quod plus eſt) ſi habens poteſtatem diſponendi fuerit impeditus ſiue impedimento iuris ſiue impedimento facti iuſto vel iniuſto, durante impedimento non computabitur tempus:ita quod ſi eſſet excommunicatus vel ſuſpenſus ſua culpa non currit tempus. d. c. quia diuerſitatem.infrà eo. & in hoc ille tex. reputatur ſingularis,quia regulariter contra impeditum impedimento facti currit præſcriptio, & ſi impedimentum ſit iuſtum datur reſtitutio,aliàs non.l.& Attilicinus. aliàs,l.vnius ex ſociis.§.fin.ff.de ſeruit. ruſti.prædio.& ibi Barr.l.1.§.ſi propter inundationem,& ibi Bart.ff.ſi quis cautio. in hoc tamen caſu eſt ſpeciale & ad dictum c.quia diuerſitatem. reputatur mirabile.ita Abb.in c. 1. col. 3. ſuprà de præſcrip. Iaſ.in §.rurſus.col.2.Inſt.de actio.gl.not. in c.prima actione.16.quæſt.3.& ſi dicatur quod à tempore vacationis debet computari tempus. c. ſtatutum.de præb.in 6.& facit text. in cle. vnic.ad fin.de conceſſ.præb.Reſpon. quod in illis caſibus eſt ſpeciale ex eo quod tempus ſtatuitur in fauorem eorum quibus fuit datum, nos autem loquimur quando tempus eſt ſtatutum in odium & negligentiam, & de hac declaratione videatis Bar.in l.genero.ff.de his qui notan.infa.

Quartò quæritur ad quem deuoluatur poteſtas diſponendi de beneficiis ſtante negligentia vel delicto illius qui habet diſponere, faciatis tres caſus,primus erit in eccleſiis cathedralibus, & in iſto ſunt tria membra.

Primum quando deuolutio fit propter negligentiam,quia eligentes permiſerūt labi trimeſtre, & hoc caſu deuoluitur ad immediatum ſuperiorem,de epiſcopatu ad archiepiſcopatum,& ab archiepiſcopatu ad Roma. Pontif.c.quamquam.de elect.in 6.& ibi per Anchar.Dom.& Phil. Franc. Abb.in c.cum in cunctis.§.fi. col.2.ſuprà de elect.

Secundum membrum eſt, quando deuolutio fit propter delictum eligētium, vt quia indignum elegerunt,vel aliàs peccauerūt in forma. cap.quia propter de elect. tamen non omnes peccauerunt, ſed aliqui tantū, & hoc caſu poteſtas non deuoluitur,ſed reſidet penes non peccantes. c.gratum. & ibi Abba.ſuprà de poſtul.prælat.idem Abba.in d.c.cum in cunctis.§.fin.col.2.in cap.bonę.1.ad fi. & in c.dudum.col.3.ſuprà de elect.

Tertium membrum eſt quando deuolutio fit propter delictum omnium,& hoc primo caſu nō venit ad immediatum ſuperiorē,ſed ad Ro.Pont. cap.quamquam. (& ibi ſcrib.) de elect.in 6. Abba. infr.c.cum in cunctis.§.fi.& in c.cum Vintonienſis.ſuprà de elect.Rationem diuerſitatis inter primum membrum,& iſtud aſsignat glo. mag.in d. c.quamquam.

Secundus caſus eſt,quando diſpoſitio pertinet ad epiſcopū,vel capitulum, ſiue communitatem, ſiue diœceſim: & hoc caſu altero exiſtente negligente, vel priuato propter delictum deuoluitur poteſtas ad alium, vt de epiſcopo ad capitulum, vt probat iſte tex. & in c. cum in cunctis.§. fin. & vbique omnes.ſuprà de elect.cap.vno. ne ſede vacante.in 6.

Tertius caſus quando diſpoſitio ſpectat ad inferiores vt ad Abbates,priores vel alios ſimiles,& in hoc faciatis concluſionem, ſiue fuerint exempti, ſiue non, poteſtas deuoluitur ad capitulum. clem.vnic.de ſuppl.negl. præla. itaque de Abbate non deuoluitur ad capitulum ſui monaſterij, nec de capitulo ad Abbatem, niſi conſuetudo, ſtatutum vel priuilegium eſſet in cōtrarium, & in hoc videntur reſidere magis doctores, licet opiniones fuerint variæ,ita Ioan.de Imo.in d. clem.1. in 3. & 4.col.ita Card.col.6.Anchar.in 4.not.& in clem. ſi de beneficio.in 3.not.de præb.

Aduertatis ad vnum caſum not.quod licet deuolutio fiat de quocunque inferiore ad epiſcopū, & non ad alium inferiorem epiſcopo, dato quod eſſet ſuperior illius qui debet diſponere: ſi tamen ille talis ſuperior inferiori epiſcopo in diſpoſitione illius inferioris qui habet diſponere de beneficio, aliquid habet facere, vt inſtituere vel confirmare, hoc caſu ad ipſum & non ad epiſcopum prius fiet deuolutio. glo.eſt not.in d.clem.vnic.de ſupplen.negl. præla.in glo. 4.5. verb. dipoſitione. Abb.hîc in vltimis verb.idem Abb.in cap.cum in cunctis.

cunctis.§.fi.col.fi.ſuprà de elect.Do.de Rot. in deciſio.278.in antiq.

Quintò quæritur ſicut diximus collationem deuolui de epiſcopo ad capitulum, vel è contra an idem ſit de confirmatione vel inſtitutione, dicatis breuiter cum Abb. in c. cum in cunctis. §.fi. col.3.ſuprà de elect. quod ſic.quia iſte text. loquitur de collatione, per quam fortius ius tribuitur quàm per inſtitutionẽ aut confirmationem per eà quæ voluit Inno.in cap.olim.ſuprà de reſcript.

Sextò quæritur quemadmodum beneficia ſpectantia ad collationem epiſcopi deuoluuntur ad capitulum, vtrum idem dicendum de beneficiis deuolutis,ad epiſcopum ex negligẽtia, vel delicto inferiorũ quod epiſcopi negligentia deuoluatur ad capitulum,breuiter dicatis quod ſi ſedes vacaret, quia ius tale cõpetens epiſcopo dicitur reſpectu iuriſdictionis:& iuriſdictio deuoluitur ad capitulũ ſede vacante,hoc caſu cap.poterit conferre, ſi vero epiſcopus vnico & de illo non deuolueretur ad ſuum capitulum,& ita magis communiter Doct.in c.quamquam.de elect.in 6.in d.c. cum in cunctis.§.fin.ſuprà de elect.plene & not. per duas col.Ioan. Franciſcus, de Pagninis, in tractatu de poteſtate cap. ſede vacan.in ſecunda parte principali,& ſecunda quæſt.illius partis.

Septimò quæritur quia viſum eſt de deuolutione inferiorum ad epiſcopum, ad quem poſtea fiat deuolutio de epiſcopo,dicatis quod ſad archiepiſcopum,de archiepiſcopo ad Rom. Pontif.non autem ad patriarcham.ita Io. de Imo. in cle. ſi de beneficio in ſecunda quæſt.de præb.alleg. c.licet. ſuprà de ſupplen.negli.prælat.

Octauò quæritur, quia ſuprà vidimus tempus taxatum intra quod debeat fieri diſpoſitio beneficiorum,aliàs deuoluitur ad ſuperiorem, vtrum lapſo tempore, antequã ſuperior diſpoſuerit poſſit fieri prouiſio,& purgari mora. Reſpond.quod non, quia ipſo iure deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem,& inferior amplius non poteſt diſponere pro illa vice.c.licet.ſuprà de ſupplen.negli. prælat. Card.per illum text. in clem. fin. de beneficio in primo.not. & ibi Ioan.de Imo. col. 2.de præb. & dicunt doct.in c.ſtatutum.de prĕb.in 6.quod poſtquam beneficium eſt ſemel deuolutum, etiam ſi ſtaret per centum annos ſine prouiſione, ordinarius non poteſt ſe amplius intromittere,donec facta diſpoſitione vera per ſuperiorem.

Nonò quæritur, ſi ille qui poteſtatem habet diſponendi fecerit quod in ſe eſſet,tamen ſua prouiſio non habuit effectum:vt quia ille cui promiſit erat incapax vel noluit acceptare, tamen prouidens non deliquit, vtrum iſto caſu deuoluatur ad ſuperiorem? dicatis quod non, ſed redit poteſtas ad illum qui ab initio potuit diſponere. c. ſi electi.de election. in 6.Abb. in c.cum Vintoniẽſis. col.4.ſuprà de elect.& facit quod volunt Domi. de Rota. in deciſione 283. & 882. in antiq. quod ſufficit diſpoſitionem fuiſſe factam, licet non ſortiatur effectum.

Decimò quæritur(quia epiſcopus autho. apoſtolica poteſt conferre beneficia exemptorum) ſi fuerint negligentes.clem.vnic.de ſup.negli.præla. vtrum iſtud habeat locum etiam in beneficiis circa diœceſim epiſcopi, vt quia exemptus eſt iſtius diœceſis & habet quædam beneficia in diœceſi Lugdunenſi ad eius collationem, dicatis quod epiſcopus illius loci in quo eſt beneficium, debet ſupplere negligentiam exempti.ita glo.in d.clem. vni.verb.locorum. & ibi Ioan. de Imo. colum. 7. Card.q.9.

Vndecimò quæritur ſi epiſcopus ſit exemptus & immediate ſubditus Roma. Pontif. vtrum archiepiſcopus poſsit ſupplere negligentiam ſuam? Reſpon. quod non, quia de iure communi antiquo negligentiam exemptorum ſolus Romanus Pontif.ſupplebat.c.licet.c.ſicut. ſuprà de ſupplen. neglig.præla.c.ſingula.de præb. in 6. & per clem. vnica. de ſupplen.negl. præla. fuit tantummodo correctũ in exemptis regularibus,quoad alios ius antiquum debet remanere, & iſtud in ſimili eſt de mente gloſſ. 1.in dicta clemen. vnic.verbo.negligentiam.

Duodecimò quæritur(quia viſum eſt ſuprà de deuolutione quæ fit propter negligentiam aut propter delictum)quid erit dicendum quando ille qui habet poteſtatem diſponendi de beneficio eſt mortuus: breuiter dicatis quod ad immediatum ſuperiorem deuoluitur poteſtas, non expectato aliquo tempore.clem.in plæriſque.de elect. Abb.in c.1.col.pen. ſuprà de elect. & in c. cum ecclesia vulterana. pen. eod.tit.& ſi vultis ſcire quis poſsit conferre,vel diſponere de beneficiis ſecundum ius commune ponit magiſtraliter Abb. in d.c.cum ecclesia vulterana.

Decimotertiò quæritur vtrum legatus de latere poſsit conferre beneficia quæ erant extra ſuam prouinciam, ſed iure deuoluto peruenerunt ad prælatum ſuæ prouintiæ, vt quia forte in diœceſi Vintonienſi in qua legatus noſter Auenionenſis non habet poteſtatem,vacauit beneficium,& propter negligentiam poteſtas deuoluta fuit ad epiſcopum Viennenſem, qui eſt de Prouintia noſtri legati, cũ ipſe poterit diſponere de tali beneficio: dicatis ex mente Anthonij de Butrio, & Ioan. de Imo.hîc in 4. col. quod quandiu ius deuolutum erit penes archiepiſcopum Viennẽſem legatus nõ poterit diſponere:nam licet legatus concurrat cũ quolibet ordinario ſuæ prouintiæ. c.2.de offi. leg. lib.16. in iſto namque iure deuoluto perueniunt ad prælatum ſuæ prouintiæ qui non habet aliquam communionem per ea quæ volunt Doct. in c.ne pro defectu. ſuprà de elect. & in c. quamquam.eo.tit.in 6.quod licet capitulum habeat cõmunionem cum epiſcopo,vt beneficia deuoluantur de epiſcopo ad capitulum.per tex.hîc. not. tamen non habet iſtud locum in beneficiis quæ iure deuoluto perueniunt ad epiſcopum,iſtam eandem opinionem ſequitur glo.in tit.de collationibus.§. viſum congregationi. verb. legatorum. in pragma.ſanct.Do.Io.de Serua. in tract. de beneficiis in parte 3.q.6.

Decimoquartò quæritur vtrum legatus poſsit conferre beneficia quæ fuerunt deuoluta ab exẽptis epiſcopo iuxta clem.vni.de ſuppl.neg.præla. dicatis quod quãdiu ius deuolutum remanet penes diœceſanum ſeu epiſcopũ,legatus non poteſt diſponere,licet potuiſſet tempore quo exemptus

diſpone



diſponere poterat,& ita voluit glo. & Ioan.in locis proximè allegat.& mouẽtur hac ratione,quotieſcunque Rom.Pontif.committit alicui certum actum, in illo legatus de latere non habet poteſtatem. c.dudum. c.quamuis.2.de præben.in 6.ſed epiſcopus ſeu diœceſanus auctorit.Apoſtolica deputatus eſt, ad conferendum beneficia exemptorum propter eorum negligentiam,& ſic habet,ſpecialem poteſtatem, in illo actu,vt declarant Doct. in dicta clem. vni. de ſuppl. negl. præl.& ad iſtud facit bonus tex.in l.ſi hominem.ff.mand.

Decimoquintò & vltimò, quæritur vtrum ille, qui iure deuoluto diſponit de beneficiis teneatur prouidere illis perſonis, quibus ordinarius debebat prouidere, & cum ſimilibus qualitatibus, vt quia fortè patronus debebat prĕſentare proximiorem de genere, & propter negligentiam fuit deuoluta poteſtas ad epiſcopum. Reſpond. quòd illis perſonis, & cum ſimilibus qualitatibus licet prouideri, vt probat text.in clem.ſæpè allegata,de ſupplenda negligent.prælat.& ibi Petr.de Ancha. Cardina.in 24.q.& Ioan.de Imo. in 8.col. Abb.in c.cauſam.in c.cum in magiſtrum. & in c.ne pro defectu.ſuprà de elect.latè Io.Andr. in c.quæ conſenſu.de regul.iur.in 6.Et ad hoc facit illa regula, quòd ſubrogatum debet ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l.ſi eum.§.qui iniuriarum. vbi latè Iaſo. ff.ſi quis cauti. dicimus etiam, quòd res tranſit cum ſua cauſa. l.alienatio. ff. de contrah.empt.l.traditio.ff.de acquir.rerum domi. facit tex.in l.humanitatis.C.de impub.qualitat.in ſubſtitutione exemplari (quæ ſuccedit in locum teſtamenti furioſi,) debent ſubſtitui illi, qui erant inſtituẽdi per furioſum,facit etiam text.in l.1.ff.de ſolut. Et per iſta impoſitus eſt finis huic Decretali,& per conſequens in lecturis huius anni,cum laude ſummi Dei,cui maximas gratias agere debemus,cùm ſine diruptione direxerit vias noſtras.

# BREVIS ET VTILISSIMA CAP. POSTVLASTIS. DE CLERICO EXCOMMVNICATO MINISTRAN. REPETITIO.

In qua & excommunicatis prohibita, & permiſſa, collationis, electionis,ac cuiuſuis alterius prouiſionis materia amplè traditur:aliáque multa in forenſi iudicio incidentia,perſpicuè ibi declarantur. Ab egregio & in vtroque iure doctiſſimo viro D. Petro Rebuffo de Montepeſſulano, I. V. D.

*REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI DOMINO FRANCISCO TVRNONIO, SACROſanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinali meritiſſimo, Bituricenſiſq; Archipræſuli vigilantiſſimo, Petrus Rebuffus I. V. Doctor S. P. D.*

*QVOD Anatharſis Scytha & genere, & Philoſophiæ ſtudio, inter primos ſui ſeculi clarus, dicere ſæpe ſolebat, ampliſſime Præſul, id non prius quàm dignationis tuæ in mentem (quod cum ſæpe tum libenter facio)mihi venit,verum eſſe conſtituo. Anatharſis enim cum ſe totum rerum contemplationi dediſſet, inquireretque quid patriæ decorum, quidve vtiliſſimum eſſet,circumſpectis rebus omnibus,demum pronuntiauit,nullum videri emolumentum maius neque ornamentum,quàm ſi Reſpublica prudentem virum,iuxtà ac nobilem poſſideat.Quod præclarum dictum cui potius nunc conueniat quàm tibi, qui ita vtrunque vno tenore amplexus es, vt nulla (mehercule) patria, tantis laudibus exornata, tam florens, neque tam nobiles maiorum imagines proferre poſſet, longè tamen maximam priuatim ipſe contuliſti acceſſione tua. Tu namque (verum noſtræ patriæ decus)non in virtute tantum (quod per ſe permagnum eſt) ſed in opibus, conſiliiſq;. Itaque te omnes vnum colunt,obſeruant,ſuſpiciunt,in te omnium oculi tuorum ciuium intenti,tuis denique humeris innixa eſt patria,quæ cito ruitura eſt,ſi te ſubduxeris.Tu verè Aſylum non ciuium modò, ſed omnium ad te confugientium,& vſque ad aram amicus.In te illa præclara humanitas,ſcientia,ſapientia, quibus principes velut ineſcati tibi adhærent. Eò Roman. Pontifex in Cardinalium numerum benè multa tecum afferentem decora, adſcripſit,non minus tuæ dignitati honores reddere quàm accipere reputans.Nunc verò ſi generis tui clariſſimi*

*laudes perſequi incipiam,ſuccumbam oneri,neque aggrediar,quas diſſerendo minores vero facerem,præſertim in tanta rerum vetuſtate,vt nemo ſit tam polyhiſtor,hiſtoriæq́ & antiquitatis ſolers indagator, vt de prima Turnoniæ gentis origine pro certo aliquid affirmare audeat. Atqui iam inde ab initio Turnoniorum familia hoc in regno antiquius fuit nihil, eámque à Troianis ortum primum habuiſſe inter omnes authores ſatis conſtat, ſemper inde commodis & nobilium & plebis deditiſſima. Tandem à Chriſtianiſſimo noſtro Rege acciti,enixè operam dediſtis,vt per vos non patria tantum,ſed tota Gallia,maieſtáſque Principis,ac literatorum decus tutum actúmque eſſet,vitam ipſam(non modo res)publico poſtponentes commodo. Nuper enim frater tuus(vt patrem tuum Sparta quouis generoſiorem, Auos,maiores denique omnes, ſilentio præteream)dum vicem Regiam apud noſtrates gereret, nihil fortiſſimus vir, nec durum ad laborem,nec difficile ad periculum,pro Rege, aut republ iudicauit, quod ad vtriuſque,aut alterius commodum ſeu gloria incrementum pertinet arbitrabatur. Quot ille (quanquam difficiles)legationes non ſine ingenti laude obiit? Quem ille magiſtratum non petiit? Quem autem petiuit cuius repulſam tulerit? Quem obtinuit,quo non ſumma cum omnium laude perfunctus ſit? Quot hiemes ſub pellibus egit? Quantis ex anguſtiis ſua ſe vigilantia expediuit? Denique vrgente fato (cuius lege immobili humanarũ rerum ordo ſeritur)multis prius confoſſus vulneribus fortiſſimè ac laudatiſſimè mortem pro Repub.(qua ſibi nihil carius erat) oppetiit. Itaque non minus profectò vos honoris quàm olim Decij illi, qui telluri ac diis manibus ſe deuouentes mortem pro patria occumbere non pertimuerunt,ſed vos longè plus conſilio,& rebus geſtis claruiſtis,& licet tuum (vt adagio dicitur)tibi narrem ſomnium,non poſſum non dicere tam præclaræ gentis egregia per omnes gentes longè,latéque, peruagata facinora, vrget me ille patriæ ardor,tuíque obſeruantia, vt quantum ego poſſum ingenio,labore, diligentia, id omne ad tuam dignitatem magis ornandam atque illuſtrandam conferam: cuius officij me certiſſimum ac copioſiſſimum metere fructum,ita demum intelligam,ſi opuſculum noſtrum tuo nomine(quem Hermionis vice mihi deligo) emiſſum pro tua ſingulari humanitate, & in conterraneos tuos beneuolentia æquo ac benigno animo acceperis, quod ſi (vt ſpero) feceris,me ac alios tuos accolas ad maiora impoſterum edenda magnopere accendes. Vale. Biturigibus 12. Kalendas Augusti.*





## *VIRO VNDECVNQVE DOCTISSIMO Petro Rebuffo I. V. D. Gulielmus Corbius S. D. P.*

COmmentariis tuis in c.Poſtulaſtis.de cler.excom.miniſt.cum ad alia pleraque,maximè autem ſtudioſis lectoribus laborem minuẽdum,momenti habere plurimum animaduerterem, ſi ſingulorum capitum, aſſertionúmve index aggregaretur, ſtatui mei officij atq; obſeruantiæ eſſe,nullam hic diligentiam, ſtudium,induſtriam, operam denique,(quoad eius facere poſſem)prætermittere. Id enim iure quodam ſuo poſtulant tua non in me ſolum diuina, atque innumerabilia beneficia, ſed in omnem adeò ætatem(quæ crebreſcente doctrinæ tuæ ſingularis,atque in ſoluendis pleriſque legum nodis induſtriæ,fama, ad Bituriges gentium longè, certatim concurrit) vigiliæ aſsidui,& hominum naturæ vix tolerandi, labores, atque commentationes, vt non ego modo( qui tibi priuatim tantum debeo,quantum hominem homini debere vix fas eſt)omne flagitium committere videar,ſed omnes etiam nobiliſsimi atque optimi adoleſcentes,magiſtratus,qui tuis lucubrationibus freti remp.regunt, gubernant, humeris ſuſtentant,ipſa denique Reſp.non ſine nefario ſcelere,commodis tuis,omnibus non modo hoc in tenui & tranſlatitio negotio(cum opus eſt)deeſſe poſsit.At verò (vt non longè diſcedam)quis ingratus adeo,rerúmq; imperitus non excogitari tantum, ſed omnino dici poſsit,qui, ſi vel ad temporis punctum eccleſiæ chriſtianorum cogitationẽ ſuſcipiat, vt à diuina illa maiorum noſtrorum ſanctiſsimorum, atq; ſapientiſsimorũ virorum conſtitutione, per omnia omnis voluptatis, libidinis,iniquitatis,inquinamenta eò tandem à veſanis quibuſdam & ſceleratis deducta ſit,vt ad eam adminiſtrandam perpaucis, niſi furioſis (& ab omni literarũ genere vt peſtibus quamremotiſsimis) ſit aditus, omniáque virtutis præmia improbiſsimæ dominæ, ambitio ſcilicet, atque auaritia præripiant:quis eſt inquam mente ita alienata, qui cum eam rerum perturbationem ob oculos ponit, animo complectitur, non eum deorum in numero habeat,qui dum Pontifices,Epiſcopos,Abbates, cæteróſque id genus eccleſiæ præſides, quantum ipſe ingenio & acumine conſequi poteſt, docet? qui antiſtites Dei immortalis religioni præficiendi,qui viri ad ſacerdotia eligendi,præclariſsimum nobis monimentum ac poſteris ſuis relinquit? Herculis labores in eo ſe exantlaſſe, vt deorum cultus,ac religio,ad priſtinum ius,& authoritatem tandem reuocaretur? Cum igitur de repub.tam multis modis quàm optimè ſis promeritus (doctiſsime pręceptor)dubium mihi quidem amplius non eſt,quin memoria beneficiorum tuorum non viuo modò, ſed mortuo etiam ſempiterna permanſura ſit, eam namq; omnes ad vnum colent, auidi, ac gratulabundi amplectentur,fouebunt,poſteris (vt pretioſam ſupellectilem) per manus tradent. Quod verò ad me priuatim attinet, cum tot, tantiſque meritis reſpondere me poſſe diffiderem, quòd ſaltem proximum putatur, hoc meo quantulocumque labore perfeci,vt gratitudinis animi mei,& perpetuæ erga te voluntatis,clarum tibi,teſtatúmque darem documentum. Vale.

## STEPHANVS A VIGNALIBVS THOLOSAS, magiſtratibus optimatibúſque Biturigi. S.

*SI quicquam priſcis temporibus (Mecœnates optimi) gloria, laudeq́ dignum, maiores veſtros geſſiſſe teſtatum paſſim,atque illuſtre ſit, qui in augenda,ornandaq́ ſua republica, viris cùm literarum peritia, tum morum integritate inſignibus, ad hæc vſque tempora vno omnium ore ac ſententia,non cultu modico curas,ſumptus,labores,abundè,profuſeq́ ſubierunt,memoriam nominis ſui ſempiternam,vt poſteris relinquerent. Eam laudem iampridem longo interſtitio reliquiſtis,qui eo ardore,atque animi impetu ad Academiam illuſtrandam ferimini. Imò quod plus habeo,vos ex diuerſis,ac poſtremis quibuſque prouincijs,doctiſſimos quoſque magnis ſtipendijs, ac præmijs, ad vos euocatis, quos exceptos miro fouetis honore. Quo fit vt nec ſolum maiorum exẽplo,ſed augmento præfulgeatis,veſtramq́ ciuitatem, & fama, & nominis claritate, veſtra opera decoretis, vt nec finitimis ſolum, ſed exteris etiam nationibus, literarum omnium pulcherrimum theatrum conſtitueritis. Vnde vt ex Græcia olim leges profluxère, ita earum interpretationem,quique philoſophantes apud vos hauriendam facilè iudicant: quod iudicium ne eos fallat, facit celeberrimus ad præſens Iuriſconſultorum cœtus, qui noctes, ac dies, in eo conſumunt, ſi quo modo ſingulari induſtria,& iudicio rectiſſimæ iuuentutis voluntati morem gerere poſſint. Inter quæ ampliſſima huius rei teſtimonia,proſtat cõterranei noſtri. D. Petri Rebuffi Ireſconſ. diſertiſſimi Repetitio in Decret. Poſtulaſtis,ſub rub. de cleric.excom.miniſt. Opus re vera,nec minus frugiferum, quàm ſublime: quod nuper, magno cum auditorum concurſu dictauit,noſtriſq́ efflagitationibus,eidem materiam nominationum ſubiunxit. Is itaque(quod hactenus diſperſum erat) Paneſiana ſubtilitate,ad communem vtilitatem fideliter cumulauit. Cui quantum debeatur, doctiſſimus quiſque iudicet. (Cum quæque optimis, magis debeant) vos autem quòd is veſtro tempore,ac cura floreat,exultate,nec minorem quàm ille faciat laudem recepturi. Bene valete, Biturigibus Nonis Auguſti.*

# REPETITIO CAP. POSTVLASTIS.

## DE CLERICO EXCOMMVNICATO MINISTRANTE.

EXORDIOR hanc
decretalẽ Poſtulaſtis.
de cleri.excõ. miniſtr.
Et ſummatur,& diui-
ditur, vt per Panorm.
hîc.Tamen hoc prin-
cipiũ vltra cum poteſt
in duas ſcindi partes.
Prima ponit vnũ di-
ctum, cum ſua limitatione.Secunda aliud,quæ
eſt ibi,illi verò caſum in voce finxi.
1 Nota primò ex hoc text. inſequendo Panor.
quòd cui denegatur vnum,denegatur & omne
id per quod peruenitur ad illud.allegat. text.in
l.oratio.ff.de ſponſal. ſic inducitur ex hoc text.
Excommunicato prohibetur communio,ergo
& beneficiorum collatio paſsiuè. Cum benefi-
cia ſine communione haberi non poſsint, nec
in eis adminiſtrari,& ſic tranſit Panor.hîc.Pro
hoc eſt text.& ibi Petr.Ancha. in c. ſi celebrat.
infrà eod. Et inquantum Panor.allegat d.l.ora-
2 tio , videtur quòd ſecum non faciat. † Imò ibi
videtur probari contrarium , quia prohibitio
facta in matrimonio,non habet locum in ſpon
ſalibus, cum per viam extenſionis illud ibi in-
ducatur,dum text.dicit ſuppleatur , quod ora-
tioni deeſt. Si ſuppletur , ergo datur intelligi
quod prius non erat , & hoc videtur aſſerere
Bald.in l.1.col.2. C.ſi rect.prouinc.Barba.conſi-
lio 91. illud referam. colum.17.in 3.volum.Bal.
conſi.218.præſuppoſito. in 1.volum.& cõſi.309.
Decretum in 5.volum.Roma.conſi.337.quo ad
primum. col.2. Ancha. conſil.91. conſidero. in
fin.& conſil.204. viſis.colum.1.Socin.conſi.131.
in præſenti.col.5.volum.1.& Hippo.Marſil.ſing.
175.& conſil.16.inclinaui.47.deciſ.Neapo.294.
quidam creditor. Claud. Aquen.in l.ſi ita quis
commiſerit. ff. de verbo. obligat. in §. ea lege.
colum.antepen. Boic. in c.tuæ.de procura.in fi.
Imol. in cap.pen. col.1.de rerum permut.alleg.
in l.1.ff.de autorita.tuto.col.2.

Tamen poteſt teneri quòd ille textus hoc
probet , cum communiter ad id allegetur, &
poteſt dici , quòd ibi ſupplementum conſide-
ratur reſpectu verborum , vt patet ibi, dum di-
cit, quòd omnino non erat locuta de ſponſali-
bus,& ſic ſuppletur reſpectu verborum,& lite-
ræ,quę legi poteſt,iuxta l.1.ff.de his quę in teſtæ.
3 delentur, † & quando acta ſuppleant , vel lex,
aut iudex , ſeu princeps, vide Docto.per illum
text.in l.omnium. C.de teſta.l.iubemus.illo tit.
l.4.§.hoc autem iudicium. ff. de dam.infect.c.1.
de tranſact.& plenè per Albert.Brun. in tracta.
de forma & ſolenn.actus,rub.de proba. & præ-
ſumptio.in verſ.ſupplet autem defectum.

Sed non ſuppletur quo ad mentem legis, &
diſpoſitionem,quia idem erat diſpoſitum & in
ſponſalibus , & in matrimonio. l.tutor. in 2.ff.
de ſponſa. l.ſi vxor. §. Diuus. ff.de adulte. hoc
notat. Decius , in cap.iurauit. colum.2.nota.6.
de probat.

4 Et pro hoc nota.facit gloſſ.in l.ſi vt certo.§.
ſi duobus.in verb.dominium. ff.commoda.vbi
probatur,quòd ſicut dominium non poteſt eſſe
penes duos inſolidum per illum textum , ſic
nec poſſeſsio ciuilis , quæ eſt cauſa acquirendi
dominium , quia per poſſeſsionem peruenire-
mus ad dominium,quòd prohibetur per hanc
regulam,prohibito vno &c.

5 Pro hoc facit. cap. vt noſtrum. de appel.vbi
prohibito vſu ſigilli prohibetur & officium
cancellariæ, ſed parum facit, quia per vſum ſi-
gilli non perueniebatur ad cancellariam , cum
de facto vteretur ibi.

6 Conſequens eſt quod Alexand. conſi.70.in
cauſa.circa finem.3.vol. vbi ſi prohibetur alicui
collatio beneficiorum , non poterit ille ad ea
habilitare , ſeu diſpenſare, imo ſicut requiritur
expreſſa mentio collationis. cap.fi.de offi.vica.
lib.6. ita & habilitationis , ſecundum eum per
hanc regulam.

7 Item, conueniens eſt, quòd prohibitus alie-
nare , cenſetur eſſe prohibitus promittere alie-
nare.Bald.in l.fi.C.ad leg.Falcid.facit tex.& ibi
Iaſo.in 4.nota.poſt Alex.in l.is cui. ff.de verbo.
8 obliga. † vbi ſicut prodigus cui eſt bonis in-
terdictum, non poteſt alienare, ita nec promit-
tendo obligari,quia licet promiſsio nõ ſit alie-
natio,tamen per illam promiſsionem peruen-
tur ad alienationem,& ſic prohibita alienatio-
ne. & ea videtur prohibita.vide text.in c.nulla.
in prin.de conceſ.præben.

9 His finitima ſunt,quæ dicit tex. in c.fi.de eo
qui duxit in matri.quam polluit per adult. vbi
ſicut prohibetur contrahi matrimonium cum
aliquo,viuente ſua vxore, ita & promitti con-
trahere, cum per promiſsionẽ venimus ad ma-
trimonium,de quo per Io.Monach.in c.1.nu.6.
de reſcript. Idem in c.ſtatutum. & c.1.& latius
in c.accuſatus.nu.6.de hæreti.in 6.& ibi Philip-
pus Probus in additio.ad eum.

10 Item prohibita alienatione, cenſetur prohi-
bita obligatio.Barto.in l.cum lex.in fin.ff.de fi-
deiuſſo. Item contractus qui tendunt ad hanc
tranſlationem dominij. Socin.conſil.242.circa
prin. col.4.verſi. præterea. in 2.vol. plus dicens,
11 † quòd prohibitus petere reſtitutionem aduer-
ſus ſententiã , prohibetur petere aduerſus pro-
bationem omiſſam,quia ex quo remouetur fi-
nis , intelligitur remotum principium, & om-
nis modus perueniendi ad finem.

12 Item prohibitus alienare extra familiã , non
poteſt in teſtamento hæredem extraneum in-
ſtituere.l.peto.§ fratre. ff.de legat.2. latè conſu-
luit Deci.conſi.23.& pro hoc idem tenuit Soci,
conſil.227.præſens,& conſil.250.in cauſa, cum
ſeq.in 2.vol. Facit quod dicit Bartol.in l.1.ff.de
autori.tuto.gl.ſing.in c.1.in gl.pe.de poſtu.prel.

Secunda



*Conceſſo vno, omnia per quæ ad illud peruenitur, cenſentur conceſſa.*

13 Secunda regula eſt cõtra,quia conceſſo vno,
videtur eſſe conceſſum omne per quod perue-
nitur ad illud, & omnes viæ intelliguntur per-
miſſæ , vt poſsit deueniri ad illud.l.2.ff.de iuriſ.
omni.iudi.l.quamuis.C.de fideicommiſ.c.præ-
terea.de offi.delega.l.ad rem.& l.ad legatum.ff.
de procura.& ibi plenè licet videre.in 2.regula.
nu.13.Item conceſſo conſequenti cenſetur con-
ceſſum neceſſariò antecedẽs: vnde ſi conceda-
tur horreum ad quod habetur trãſitus per do-
mum,videtur conceſſus tranſitus.l.olimpico.ff.
de ſeruitu.vrba.prædio.& cui conceditur hau-
ſtus aquæ,videtur cõceſſum,iter eundi ad hau-
riendũ.l.3.§.fi.ff.de ſeruitu.ruſtico.præd.Panor.
plenè in c.cum liberum.col.2. de ſepul. l.Impe-
rialis.§.ſimiles.C.de nuptiis.Feder.conſ.185.ca-
ſus talis eſt quidam, & conſil.201. ad primum.
col.1. & conſil.216.Domino Ancha. conſil.361.
col.2.Sed Alexan.& Claud.Aquenſis ſcribunt
duas limitationes in l. ſi aliquam. ff.de acquir.
poſſeſ.& Franciſqui. Curtius.in l.poſtquã.col.
1.C.de pact.& Claud.de Seyſel.in l.1.in princip.
ff.de noui oper.nuntia. Non intendo proſequi
octo regulas , quas in voce declaraui , ſed tan-
tum materiã huius Decretalis, igitur vide qua-
tuor regulas per Bal.in l.1.colum.2. C.ſi rector
prouinciæ. Et per Bart.& alios in l.2.de iuriſd.
omnium iudic.

14 Et ſic infert Panorm. hic quòd excommu-
nicato quis non debet communicare , ſed reii-
cere eos vitaréque debet , vt habetur 2.Reg.13.
c.Eiice vniuerſos,ſcilicet excõmunicatos à me,
& ibidẽ eiice hanc à me foras,& claude oſtium
poſt hanc.Et ſi fabuloſè loqui liceat,ſicut Vul-
canus facie turpis è cælo in terram fuit proie-
ctus. Ouid.lib.4. Meta. ſic excommunicatus à
cælo in infernum deiicitur,etiam non obſtante
priuilegio vitari debet. c.nulli. de ſent.excom.
niſi in caſibus à iure expreſsis in c. cum deſide-

*Contrahere an poſsit excõmunicatus.*

15 res.de ſenten. excom. † Poſtquam prohibetur
communio, ergo nec poterit cõtrahere de quo
ſe remittit hic Abbas ad c.ſi verè. de ſent.excõ.
vbi communiter concluditur contrarium , vi-
delicet valere contractum factum cum excom
municato.Idem tenuit Angel.in §.minor.Inſti.
de capi.diminutio. Et Federic. conſil.74.vetus
16 querela † probatur, quia excõmunicatus pro-
feſsionem poteſt facere, ergo & contractum.c.
cum illorum. de ſent. excom. quod parũ facit,
quia ex diuerſis non fit bona illatio. l.fin. ff. de
calum.l.Papinianus.ff.de minor.l.vna.§.his ita.
17 C.de cadu.tollend. † quod eſt verum quando
recipitur auctoritate ordinaria , ſecus ſi per viã
reſcripti , quia cum reſcriptum non valeat per
excommunicatum impetratum. c.1.de reſcrip.
lib.6. ita non valebit profeſsio ratione reſcripti
facta.Doct.in d.c.1.col.6. Felin.in cap.fin.col.1.
de exceptio. niſi in reſcripto fuiſſet adiecta illa
clauſula, Téque abſoluentes &c.

18 Secundò probatur,contrahit matrimonium,
ergo & quemlibet contractum.c.ſignificaſti.de
eo qui duxit in matri. Felin.in rubr.de ſponſa.
nu.8.in 12.priuilegio.Iaſ.in l.ſi quis arbitratu. in
6.q.Bart.ff.de verb.oblig.licet peccet cõtrahen-
hendo. Flo.in 3.parte ſummæ. tit.24. verſic.14.
ſed fortè poſſet reſpond. ſpeciale in matrimo-
nio, ſicut alia ponuntur in cap.1. de ſponſa.per
Felin. quia in malum ei eſſe poteſt matrimo-
nium,ſi non ex legũ præſcripto deſponſauerit.

19 Item,in neceſsitate baptiſat. c.nullus. in pri-
mo.de conſecra.diſtin.4. gloſ.in c.Paſtoralis.§.
prætereà.de offic.ordin.

20 Item, facit tex.ſing.in cap.felicis.§.verum.de
pœn.lib.6.ſecundum Felin.in c.ſi verè.col.2.de
ſenten.excom.Io.de Selua.in trac.de beneficio.
in 3.parte. q.4. vbi finita excõmunicatione po-
teſt agere pro contractibus initis tempore ex-
communicationis,ergo valent contractus.

21 Non obſtat quòd prohibeatur communio,
quia verum eſt ſub excommunicationis pœna.
c.excommunicatos. & ſeq.11.q.3.c.2.de decept.
& contra faciens incidit in excommunicatio-
nem minorem peccátq;.c.illud.infrà eod. actus
tamen remanet validus, cum enim lex aliquid
prohibet ſub pœna actus tenet,ſed pœna com-
mittitur. Cyn. & alij in l. non dubium. C. de
legib.Panor.in c.2.vlt.not.col.2.de teſtib.

22 Item,quãdo lex expreſsè non reſiſtit factum
contra eam non eſt nullum.Barto.& alij in d.l.
non eſt dubium.& l.cum lex.ff.de fideiuſſor.&
oritur obligatio naturalis & ciuilis. Bart.& alij
in l.ſi non ſortem.in prin.ff.de condi.indeb.ſed
hic non reſiſtit excommunicato, ſed potius re-
ſiſtit contra non excommunicatum , quia illi
prohibet communionem, ergo ita debet vale-
re pro excommunicato,quòd contra no.Doct.
in dict.cap.veritatis.

23 Ratio eſt,quia quæ dependent à cõſenſu ex-
communicati , non ſunt eidem prohibita ſicut
eſt contractus. Fel.in c.ſi verè.de ſenten.excom.
Angel. in ſua diſputatio. incipiente, Duo inui-
cem,nec teſtamentum.Bart.in l.ſi quæramus.ff.
de teſta.not.in c.decernimus.de ſenten.excom.
Card.& Barba.in cle.vna.de excep. Soci.in tra-
ctatu fallen.regula.133.excommunicatus.Bene-
dict.in repe. cap.Raynutius. in verb.mortuo in
primo nu.289. cum ſeq. de teſta.vbi tradit.5.li-
mita.vide Feder.conſi.118.factum tale. & Bald.
in l.1.col.vlt.C.de iuris & facti ignor. ac Dec.in
c.poſt ceſsionem.notab.4.de probat.

24 Prætereà non obſtat , excommunicatio ſu-
ſpendit actum faciendum , ergo & factum an-
nullat,nam non ſequitur,quia multa tenent fa-
cta,quę fieri prohibentur.c.rurſus.qui cleric.vel
vouent.l.patre.& ibi Iaſ.ff.de his qui ſunt ſui.

25 Pono inſtantiam , nam matrimonium con-
tractum contra ſponſalia iurata valet,licet pro-
hibeatur fieri.c.ſicut.& c.ſi inter.de ſponſa.

26 Item iurans non vendere, prohibetur, ſed ſi
vendat, tenet venditio,licet peccet. Innoc. in c.
dilecto. col.2.de præben.& ſic contractus vale-
27 bit , † cum ei non interdicantur quæ ſunt iu-
riſgentium , ſed ſpiritualia, not.in d.c.veritatis.
Bald.in l.1.C.de iuris & fac.igno. col.vlt. & iſta
eſt communis ſecundum Socin. in l.ſi quis ar-
britatu.col.pen.ff.de verbo.obligat.& Ange.de
Claua.in ſua ſumma. in verb. excõmunicatio.
in vltimo. §.19.Sylueſter eodem verſi.in 3 in 23.

28 quæſt.2. † maximè in hoc regno, in quo de
conſuetudine generali non admittitur excom-
municationis exceptio, in foro ſæculari, vt tra-
dit Ioan.Fab.in §.fin.Inſti.de curato.dixi in ar-
bore exceptio.ante tit.poſita. ff.& latius in ſty-
lo Bituri.curiæ ſæcularis.rubr. *Des reproches des
teſmoings*.art.4.

29 Amplia ſiue ſcienter, ſiue ignoranter contra-
xerit.Innoc.& alij in d.c.veritatis.col.2.

30 Amplia quod etiam acquiſita durante ex-
communicatione, vel ex illo cōtractu ſic facto,
non ſunt pauperibus eroganda. Panor. in cap.
cum ſit.de Iudæ. in 2.not.vbi dicit, quòd iuſte
retinet ea, quæ in excommunicatione acquiſi-
31 uit, poſt abſolutionem † hodie cum in benefi-
ciis contrahatur, quaſi, an per excommunica-
tum ſuper his poſsit contrahi cum dupliciter
peccent. Cogita, ne irritem crabrones.

32 Limita quando fieret contractus de rebus
eccleſiæ, quia cum eidem ſit adminiſtratio ec-
cleſiæ interdicta. ergo non valebit contractus.
Feli.in c.ſi verè.col.2.de ſent.excom.

33 Reſtringe vt per ſe nō poſsit excommunica-
tus contrahere, ſed contra ſe ſic. Nicol.de Milis
in repertorio in verbo, excommunicatus.q.39.
quod reprobant Doctó.in l.ſi quis arbitratu.ff.
de ver.obli.Et iſta vltima opinio peruicit con-
ſuetudine, vt tradit Henric.Bohic.in d.c.verita-
tis.col.antepen.

34 Tertiò fallit, quod licet valeat contractus,
tamen non poterit agere, quandiu eſt excom-
municatus.c.intelleximus.de iudic.& ibi mul-
ta fundunt Doctores.

35 Poterit tamen alteri cedere, glo.in c.1.de iu-
re patro.lib.6.ſing.ſecundum Bald.in marga.in
verb.exceptio.q.66.vel delegare.Specu.in tit.de
procura.§.fin.verſic.quid ſi. Intellige etiam du-
rāte excommunicatione, & eidem ſolui poteſt.
Philip.in c.1.col.3.de except. Card.in cle.1.q.7.
36 illo titul. † & ceſsionario non obſtat exceptio
excommunicationis, niſi in quinque caſibus,
poſitis per eundem Philip.in cap.vno. §.fi.col.
37 pen. de iure patro. eo.lib. † Imo ſi quis iurauit
ſoluere cuipiam ad diem, & ante diei euentum
creditor excommunicetur, ea non obſtante, de-
bet ſoluere, in termino debitum excommuni-
cato, licet hic non poſsit agere vt periurium
euitet.gloſſ.in c.nos ſanctorum.15.q.6.Innoc.&
Andre.in dict.cap.veritatis. & famulus tenetur
eidem ſeruire, ac vxor.cap.quoniam multos.11.
q.3.Philip. in c.1.col.3. de exceptio. lib.6.latè in
ſumma Syluestrina, in verſi.excommunicatio,
in 5.quæſt.12.

38 Intellige ſi indigeat, quia ſicut excommuni-
cato poteſt dari in eum caſum eleemoſyna, for
tius debitum ei ſolui. gloſ.in c.quieſcamus.42.
diſtin.c.quoniam multos.11.q.3.ſecus in ſuſpen-
ſo propter crimen Philip.Peruſ.poſt gl. in cap.
paſtoralis.c.verum.de appel.latè Henric.in d.c.
veritatis.in fin.

39 Si tamen agitur contra excommunicatum,
is qui agit tenetur dare omne id, quod ex illo
contractu debet. Innoc.in d.c.ſi verè. Panor. &
Rauen.in d.c.veritatis.

40 Item limita, vt non poſsit contrahere nomi-
ne ſuę dignitatis, quia eo ipſo quod eſt excom-
municatus, eſt ſuſpenſus ab adminiſtratione, vt
ſuprà dixi, & hoc expreſsè tenet Nicola.de Mi-
lis in reper.in verſic. excommunicatus.in 65.q.
Feli.in c.fi.col.2.de excep.Henric.Bohic.in d.c.
veritatis.col.antepen.

41 Poſtremo fallit, quod contractus facti per
excommunicatū, ratione publici officij, ſi erat
publicè excommunicatus, non valent. Vnde ſi
tutor excommunicatus publicè interponit au-
thoritatem alienationi bonorum pupilli, non
valet, quia tales ſunt actus publici, vt no.Aufre.
in deciſ.capel.Tho.q.143.ſi excommunicatus.

42 Alia prohibita excom, ſcribit Panor.& Dec.
in c.intelleximus. de iud. Cardinal. in cle.vna.
de exceptio. Angel. de claua. in ſua ſumma.in
ver.excommunicatio. §.vltimo.& Syluester in
3.glo. in c.ſtatuimus.& Doct. in c.decernimus.
de ſenten.excom.in 6.Ioan.de Selua in tractatu
de beneficio in tertia parte. q.4. & infrà proſe-
quor latius, vide de Traiecto in 4.ſent.diſt.15.
de confeſsio. pro huius ſolutione ponens hunc
verſum, in fine primi notab.

*Os, orare, vale, communio, menſa negatur.*

Intellige excōmunicatis denegari os, vt videli-
cet loqui cum illis, etiam ſecrete non liceat, nec
oſculum impartiri. c.ſicut. & ſeq.11.q.3.niſi quo
ad communicationem pertinet. cap. cum ex-
communicato, ibidem. nec licet mittere nun-
tium, vel literas ad excommunicatum.c.vbi.§.
nulli.de electio.in 6.gloſſ. in c.conſtitutionem.
de ſent.excom.ibidem.

Item, non licet orare cum excommunicato,
ſi notam excommunicationis quis effugere
velit, nec ſecum horas dicere in eccleſia, vel ex-
tra, nec cantare.c.excommunicatos.11.q.3.

Prætereà non licet excommunicatum ſalu-
tare, nec Aue ſeu Vale dicere.d.c.excōmunica-
tos. qui enim illi hoc dixerit, cōmunicat illius
operibus malis. c.omnis. 24.q.1.etiam eſt men-
tiri: quia excommunicatus non eſt ſine Væ.

Communio etiam eſt prohibita, cum ex-
communicatis. c. præcipuè. 11.q.3. & ſuprà eo.
fuſius dictum extitit.nu.14.verſi.& ſic infert.

Menſa excōmunicato denegari debet, quia
veſci cum illo, etiam ſi Rex Hieruſalem eſſet,
non licet. d.c.excommunicatos.cum ſeq.11.q.3.
& ſic elucidatus eſt verſus,

*Os, orare, vale, communio, menſa, negatur.*

1 Secundò nota quòd collatio facta
excommunicato nō
tenet.Ratio eſt, quia iura ſpiritualia in eum nō
cadunt.c.cum dilectus.de conſuet. c.cum inter
R.de elect. Bald. per illum texum in c.2.de iu-
dic.dicit ſpiritualia in non ſpirituales non ca-
dere.Item quia iis non debet communicari, vt
hic Panor. & alij in c. cum noſtris. de conceſ-
ſio.præbend.Silueſt. Prierius in ſua ſumma in
verbo diſpenſatio.q.9.Aſteſa.in ſua ſumma tit.
2 9.q.6.lib.6.rub.de damnis excommunic. † Item
quia excommunicatus eſt infamis.text.ſing.in
c.infames.6.q.prima, ſecūdum Rom.ſing.675.
an excommunicatus.glo.in ver.infamia. in tit.





quo tempore miles inueſtit.petere debeat.Flo-
ren.in tertia parte ſummæ tit.24.c. 76. & infa-
mibus portæ dignitatis non patent.l.1.C.de in-
fami.lib.10. & l.2. C. de digni. lib.12.& regula
iur.lib.6.infamibus.

3 Quod eſt verum ſi ex cauſa famoſa excom-
municet, vel ex contumacia commiſſa ex de-
licto, alioqui ſecus.Inno.& alij in cap. teſtimo-
nium.col.1.in fi.de teſti. Archi. in ſumma.4. q.
prima.Roma ſing.682. in prin. ſequitur Bene-
dictus in repe.c. Raynutius.in ver. mortuo. in
primo.nu.292.de teſta.

4 Amplia, ſiue excommunicatus ſit à iure, ſi-
ue ab homine.Dom.de Rota. deciſio.363.nota
quod excommunicato in antiquis, tum quia
hic tex.generaliter loquitur, tum quia non di-
ſtinguit.l.1.§.generaliter.ff. de lega.præſtan.l.de
precio. de publica.in rem act.& quando impo-
nitur ſententia iuris propter crimen.plus ligat.
arg.nota.in c.fin.de exceſ.præla.not.Imol. in c.
cum dilectus.in glo.magna.circa fi.de conſue.

5 Amplia, ſiue fiat collatio motu proprio, ſi-
ue ad partis poſtulationem.Card.in cle.1.§.1.q.
6 4. de religio. domi. † licet aliàs clauſula motu
proprio multum operetur.in c.ſi motu.de prę-
bend.lib. 6. cumulaui effectus clauſulæ motus
proprij vltra docto. hactenus, in verbo, motu
proprio.in forma manda.in concor.

7 Amplia etiam in feudo, quod non poteſt
conferri excommunicato, nec idem poteſt con
ferre.nota.in c.vno.hic finitur lex. deinde con-
ſuetudines &c. & Baldus expreſſe in c. verita-
tis.in fi.de dolo.

8 Extende quod non valet collatio excom-
municato facta, etiam poſt abſolutionem pe-
titam, & obtentam.Petr.Ancha.hìc, quia quod
nullum eſt, non poteſt conualeſcere. Regula
non firmatur.de reg.iur.lib.6.c.dudum. primo
de elect.Archi.in c.nullus.63.diſtinct.ab initio.
cum non recipiat titulum, ergo non proderit
9 abſolutio, † niſi fieret eidem de nouo collatio,
10 † ſicut non firmatur collatio facta de benefi-
cio, antequam vacet, licet poſt collationem va-
cauerit.Ioan.And.in c.ſi clericus.in nouell.col.
2.de præbend.lib.6.Nicol.Milius in ver.gratia.
§. vlt. quod facit contra epiſcopos conferentes
11 beneficia infirmorum. † Sic nec valet collatio
facta per archiepiſcopum ante deuolutionem
licet poſt collationem deuolutio ſequatur.Fel.
latè in cap.cum ex officij.col. antepenul. vſque
ad finem de præſcript.vide tamen ibi, & nouiſ-
ſime per Philippum Probum in additio.ad Io.
Mo.in c.3.circa finē de præben. lib.6. vbi etiam
dicunt nō valere collationes beneficij in curia
vacantis ſi ante menſem fuerit facta ab ordi-
nario, quāuis Papa intra menſem nō cōtulerit.

12 Amplia non valere collationem, ſiue fuerit
facta ab epiſcopo qui eum excommunicauit,
ſiue ab alio, ſiue in eadem diœceſi, ſiue in alia,
13 † quia excommunicatus in vna eccleſia, eſt
etiam in aliis vitandus.c.quiſquis. & ibi glo.4.
q.5.glo.vlt.in cap.paſtoralis.§.verum. de appel.
Bar.in l.ex ca.ff.de poſtul.Cardi.in cle.1. verſic.
ipſius.de pœnis.& in c.1.col.4.de probatio.Pa-
nor.in c.1.no.4.de raptor.quia vna eſt ſola vni-
uerſalis eccleſia.c. loquitur. 24. q.1.extra.vnam
ſanctam. de maio. & obedi. in communibus.
Imol.in c.ad reprimendam.col.1.de offi.ord. &
in c.1. de treuga. & pace.Ratio, quia delicta &
honores cum capite ambulant, notat Io. Mo.
14 † & ibi Philippus Probus in addi.ad eum in c.
accuſatus.nu.16.de hæreti.in 6.

15 Extende hanc decretalē ad conferentem, quia
excommunicatus conferens etiam nō excom-
municato nil agit, nec ſua valet collatio. doct.
in c.cum inter R.de electi. Archidiaco.in cap.
nullus.63.diſt.Bar.in conſil.238.exiſtens. in fin.
Henric.Boic.hic. Benedict. in repet. c. Raynu-
tius.in verbo, mortuo.in primo.num.283. cum
ſeq.de teſta. Cum ſit exutus, & ſuſpenſus omni
auctoritate, & poteſtate in ſpiritualibus, vt no.
in c.decernimus.per Cardi.de ſenten. excom.

*Excommunicatus an cōferre poſſit, ſaltem per ſuū vicarium.*

16 Amplia, ſiue collatio fuerit facta per epiſ-
copum excommunicatum, vel alium collato-
rem, aut per ſuum vicarium, etiam non excom
municatum, quia cum nomine epiſcopi excō-
municati, vicarij conferant, & vnum & idem
ſit conſiſtoriū.c.2.de conſue. lib.6. Ideo erit vi-
carius ſuſpenſus per excōmunicationem epiſ-
copi, ſicut per mortem eſſet reuocatus.glo. vlt.
in cle.fin.de procura.ſing. ſecundum Philip. in
c.1.de offic.vica.lib.6.Panorm.in cap.quoniam
Abbas.num.10.de offi.delega.& c.licet.in fi.illo
tit.niſi à iure acciperet iuriſdictionem, aut po-
teſtatem, ſeu ab alio ſuperiore. ſecundum Phi-
lip.vbi ſuprà per c.quia.89.diſt. vide text. & ibi
doct.in c.1.de offi.vica.lib.6.

17 Sicut non valet reſcriptum à procuratore
excommunicati impetratum.Fel.in c.fi. col.2.
de exceptio.Io.Crotus.in c.1.de reſcrip.Io.And.
in c.1.in fi.de offi.vicarij.lib.6.no.in c.fi.de pro-
cura.vbi vide.

18 Reſtringe ſuprà adducta quando conferret
ſacramenta, vel ordines ignoranti, quia valebit
collatio, & character imprimitur, ſed non da-
tur executio.c.vlt.de ord.ab epiſc.& idem eſt ſi
illa conferantur excommunicatis, per non ex-
communicatos.c.1.de eo qui ordi. furti. ſuſcep.
c.cum illorum. in fin. de ſenten.excom.glo.in
ſumma.9.q.1.Philip.in c.1.col.3.de excep.

19 Amplia etiam ſi putabatur non excommu-
nicatus, Philip.in d.c.paſtoralis.§.verum. col.2.
de appel.nam veritas eſt attendenda. §. ſi quis
rem.inſti.de lega.l.2.§.ſi à pupillo.ff.pro empt.

20 Amplia etiam ſi ille excommunicatus igno
raret ſe excommunicatum, glo. in c. pen. infrà
eo.licet contrarium teneat. glo. & male ſecun-
dum Panor.Imol.Philip.& alios ibi in c.paſto-
ralis.§. verum.de appella.& Aſten. in lib. 7.tit.
6.rub.quis poteſt excommunicari.3.quæſt.vide
21 Cardi.in conſil.40. in facto † quia in his quæ
geruntur ratione priuati officij, non eſt diffe-
rentia inter occultum, & publicum, ſecus ſi ra-
tione publici officij, & quando dicatur fieri ra-
tione publici officij, vide per glo. & alios. in c.
cum dilectus.de conſuetudi.& doct. in cap. ad
probandum de re iudi. & d. c. paſtoralis.§. ve-
rum.Egid.de Bellamera concluſi. 66.ſecretum.

vide Feder. conſil. 231.in aliquo.in fin.& plenè Caſſad.in deciſio.Pariſ.de præbend.

22 Extende non valere collationem eidem factam, etiam ſi minori tantum excommunicatione eſſet innodatus.c.ſi.infrà eo.Deci. in cap. dilecti.not.1.de excep.ſuprà,& infrà dicam, vide Silueſtrum in ſua ſumma in ver.excommunicatio.in 4.dubio primo,ratio ponitur in d.c. ſi celebrat.quia ad ſuſceptionem eorum eligitur, à quorum perceptione à ſanctis patribus eſt priuatus.

23 Limita ſi eſſet præſumptiue excommunicatus.c. proximo. infrà eo. quia veritas opinioni præualet,vt ſuprà dixi.l.ſi pater. §.fin.ff. de manu.vindic.

24 Secundò fallit, quando excommunicatio eſſet nulla,& de hoc cõſtaret tẽpore electionis, licet eſſet publicè excommunicatus. Nam veritate comperta,non eſt vlla electio, aut collatio tali facta.8. diſtinct. c. veritate, & ita tenet Inno. Ioan. Andr. & Hoſti. in c. dilectis circa finẽ de appella. Imo ſi ille celebraret, non efficeretur irregularis, cùm ſecundum veritatẽ tulis nõ ſit ligatus. Archi. in c. licet.de ſenten.
25 excõmunicat. lib. 6. Bohic in d.c.dilectis, † & talis ſententia iniuſta non operatur quo ad eccleſiam triumphantem, glo. not. in c. quodcunque 24. quæſt. 1. quam declarat Panor. in c. ita quorũdam in fi. de Iudæ. imo illa excõmunicatio potius obeſt ei qui eã laxauit,quàm qui patitur Angel. in c.illud. 11. quæſt. 3.

Si verò eſſet dubium, an excommunicatio teneat, electio facta de tali excommunicato, pendet à futuro euentu, arg. l. exitus. ff. de acqui. poſſ. c. fraternitatis, de frigi. & maleficia. quia ſi pronuncietur nulla excommunicatio, valebit collatio vel electio, alioquin ſecus, Bohic. vbi ſuprà.

26 Tertiò reſtringe,quando eſſet diſpenſatum cum eo, vt hîc. Ioan. de Sel. in tract. de benefic.in 3. par.quæſt. 4. dicam infra in glo.in verbo diſpenſatum,quis poſſit diſpenſare.

27 Quartò limita, quando ille qui contulit erat occultè excommunicatus, & non declaratus, quia tunc valebit collatio facta, non excommunicato. Innoc. Panor. & Feli. in c. ad probandũ.de re iud. & ibi aſſerit Feli. ſic fuiſſa iudicatum. Philip. in c.1.col.2.de except.lib. 6. Ioan. de Selua vbi ſuprà quæſt. 4. Federic. conſ. 74. vetus. Imol. in c. cũ dilectus, in gloſa magna, de conſuet. Floren. in 3.parte ſummæ,tit. 24. c. 76. verſ. 10. excommunicatus. Bohic. in d. cap.veritatis. Angel. in verbo, excommunicatio,in vltimo.§.19.

28 Reſtringe quando ille cui facta eſt collatio ſciret conferentem eſſe excommunicatum, & tamen illum adiret, & ab eo collationem peteret ac reciperet, quia tunc non valeret, ſaltẽ veniret annullanda,etiam ſi cõferens eſſet occultus. Calde. & Panor. in d. c. ad probandũ, & facit quod notat Ioan.Fab. in §. ſed cùm aliquis, col. penul. inſti. de teſtam. vbi dicit valere teſtamentum, licet vnus ſeruus communi ęſtimatione liber reputatus ſit ibi teſtis. Quod fallit ſi teſtator ſcit eum eſſe ſeruum. Iaſ. & alij in l. 1. C. de teſtam. Rauenna. in d. c. veritatis,Nico.de Milis in reperto. in verbo excõmunicatus, q. 37. & hoc in odium illius qui iura contennit, communicando cum excommunicato. Philip.in d.c.1. de except.lib.6.nota. in c.illud.ſuprà eo.& c.ſi celebrat.infrà eodem, facit pulchre textus.in c. 1.de ordinatis ab epiſcopo.Imol. in c. per inquiſitionem. nota.5. de elect.licet aliqui teneant contra. in c.1. de ſciſmatic.& Dec.in c.poſt ceſſionem.col.11. verſic. ſecundo limitatur.de probatio.

29 Quintò limita quando eſſet excommunicatus poſt appellationem emiſſam, poterit enim in eum caſum & eligere,& eligi, & conferre. c. peruenit.in primo,& ibi Philip.& c.paſtoralis. & c.ſæpe.& ibi Bal.& c.præterea.de appella. c. ſolet.& c.licet.de ſenten.excommu.lib.6. Bart. Bal.& alij in l.ſi.C. ſi à non compet. iudice iudic.fuerit.Panorm. in conſil. 33.caſus.in primo vol.Geminia.conſil.99. ſuper primo.colum. 2. Card.conſil.119.in fi.Præpoſitus.in cap.verum. col.3.de appella.D.meus.& conciuis.Do. Boerius in additio. ad Mandagotum.in verbo, eo iure vtimur.in tract.de elect.in 1.parte.c.27.

30 Sextò fallit quando collatio eſſet facta per papam ſcienter, quia tunc videretur diſpenſare & abſoluere talem excommunicatum.l. idem Vlpia.§.fin.ff.de excuſa. tuto.l. quidam conſulebat.ff.de re iud. & ibi late doct. quia qualitas adiuncta verbo.&c.l.in delictis. §.1.ff. de noxa. actio.Iaſ.in l.Barbarius.col.3.cum ſeq.ff.de offi. prætor.poſt Panor.in c.innotuit.col.2.de elect. Fel.in glo.in c.cum in iure.de offic.deleg. facit
31 quod no.in c.ſi quando. de reſcrip. col.4. † In diſpenſatione verò tam de iure quàm de ſtilo curię Roma. requiritur verbum diſpenſamus, alioqui non valet.Calde. conſil. 8.an exiſtens. in titulo de reſcrip. Contrarium tenet Bonifac.in cle.1.col.2.de præbend.& Peruſ.in c.1.de æta.& qualita.in 6.glo. in c. literas. de conceſſio.præbend.primam opinionẽ intellige,quando diſpenſatio fit ab inferiori : ſecunda verò quando à Papa,teſte Panor.in c.2.de ſciſma.

32 Vltimò limita quando non erat excommunicatus tempore collationis, vel electionis, vt probatur in c.ſeq. Ideo teſtes debent deponere quod tempore collationis vel electionis erat excommunicatus, alioqui probatio non concludit.Archid.in c.nullus.63.diſt. valebit etiam probatio præſumptiua, videlicet ſi probetur quod ante electionem erat excommunicatus, quia præſumptio iuris eſt quod tempore collationis duret: nam ſemel excommunicatus ſemper præſumitur. glo.in c.propoſuit. de clerico.excom.miniſtran. Ideo debet probare ille cui facta eſt collatio abſolutionem. Panor. & Rauen.in c.ſeq.per ea quæ no.Bart.& alij in l. 1.ff.ſi cer.peta.in l.ſiue poſſideris. C. de probatio.& in regula,ſemel malus.de reg.iur.lib.6.de Rota.deciſio.238.nota glo.in antiq. in vno tamen caſu ſing. non requiritur abſoluto. vt per glo.in cle. vna. de immunitate eccleſ.ſcripſi in
33 tract. de pacific. poſſe.nu.284.limita.8. † Non tamen



tamen ſufficeret producere ſententiã per quam in alio loco fuit repulſus,vt excommunicatus, abſque alia probatione excommunicationis. Hoſti.& Innoc.in c.cum dilectus. colum.vlt.de ord.cog.Archid.3.q.1. in princ.

34 Item non probarem denuntiatio excommunicationem,licet probarem quem publice fuiſſe denuntiatum, ſi aliter non probem excommunicationem, quia poteſt eſſe quod fuit denuntiatus,& tamen non fuit vere excommunicatus, & ſic hæc probatio non concludit neceſſario quod requiritur.c.in præſentia.de proba.l.neque natales. C.illo titul.& hoc quando agitur de graui præiudicio, vt de amittendo beneficium,ſecus ſi de modico, vt de repellendo à iudicio.glo.in c.1.in ver.nomen.de excep. lib.6.glo.in c.licet. in fin. de ſenten. excom. eo. lib.glo.in ver.denuntiata.de excom.non vitãd. in prag.ſanctio. Domi. de Rota.deciſio.252.in nouis.& deciſio. 400. ſi quis petat in eiſdem. Philip.in c.peruenit.in primo col.2.de appella. Rom.conſil.249.cum quæritur. Panor. & Fel.
35 in c.prudentiam.§. ſexta. de offic. deleg. † vbi etiam dicunt excommunicationem poſſe per vnum teſtem cum iuramento probari,ſed non per famam.Panorm.in cap.dilectus. vlt.not.de appel.cap. paſtoralis.§.1. penul.no. ibidem.vbi Deci. tenet in 4. & probat. excommunicationem per denuntiationem,quod intellige,vt dixi,in leuibus,ſecus in arduis.

36 Item probatur per librum curati ſeu vicarij, in quo ſunt deſcripti omnes excommunicati: ſi ille de quo agitur ſit ſcriptus nec raſus.Fede-
37 ric.conſil.119.nulli.col.2. † Idem arbitror in libro exactoris Tholoſæ,pecuniarum legentibus extra ordinem(conductas quas dicũt)ab ſcholaribus promiſſarum,vt ſi ſcholaris non fuerit repertus in libro exactoris, probetur excommunicatus,cum omnes ſoluetes ibi deſcribantur, & quicunque non reperitur ibi ſcriptus præſumitur non ſoluiſſe, & ſic eſt excommunicatus ſicut qui non eſt libro matriculæ deſcriptus probatur non matriculatus.l. ex eo.& ibi no.ff.de teſta.milita.Boer.in §.ſed hactenus. col.2.Inſt.illo titulo.vide Fel.& Dec.in c. cum adeo. de reſcript. doct.in l. vna. C. ne lice. habita.metroco.lib.10. tamen ille liber non plene probaret, ſed magnam præſumptionem aduerſus non in eo ſcriptum faceret, cum poſſit eſſe cuidam remiſſum ob paupertatem, conſanguinitatem,aut aliàs,vt ſæpius ibi legens remiſi ſicut de iure tenetur quis pauperibus erogare.glo.in l.omnes.in prima. C.de anno.& tribu.lib. 10. Præterea poteſt exoluiſſe vni ex lectoribus, & tamen non fuit ibi ſcriptus, vel eſt filius doctoris,qui Caturci nil ſoluunt, iuxta l. 3.C.de aduo.diuerſ.iudic.& ibi glo. hic tamen
38 omnia iura ſoluunt,vt vidi & intelligunt † collegę mei illum tex.in vniuerſitate in qua pater eſt doctor,& regens,extra debet ſoluere, & ita practicamus, vix à ſolutione conductæ eos liberarem,etiam in illa vniuerſitate in qua pater eſt regens, cum operarius ſit dignus mercede, vt in euangel.Lucæ 10. patet.c. quicunque ſuffragio.12.quæſt.2.ad quod aduertant ſcholares, & bene ſuis pręceptoribus ſoluant vt doctiores efficiantur,vt probo in ſcholaſti.priuilegiis.

*Nota pro Tholoſanis vt conductas ſoluãt.*

39 Nota quod excommunicatus priuatur non ſolum diſtributionibus quotidianis,ſed & fructibus beneficij, etiam ſi in ſententia nihil fuerit dictum.glo.in cap.præter.32.diſt.Innoc.in c. qualiter.in 2.in fi.de accuſa.Panor.Imol.Peruſ. in cap.paſtoralis.§.verum.in gloſſ.fin.de appel.
40 † quod eſt verum, ſi fuerit in mora petendi abſolutionem, nec ei poſtea abſoluto reſtitui debent fructus in conſcientia. Flo. in 3. parte ſummæ tit.24. c. 76.verſic.nono excommunicatus.Sylueſter Prierius in ſumma ſua in verbo clericus.in vlt.quæſt.25 Fel.in cap. Apoſtolicæ. col.5. & cap.cum inter.num.19.col.9.de excep.
41 † quia per excommunicationem finitur vſuſfructus.Bald.in §.finitur. Inſt.de vſufruct.quem refert Præpoſi.in cap.paſtoralis.§.verum.col.7.
42 de appella. † Cũ ergo clerici in beneficiis non habeant plus iuris quam vſumfructum. glo. & Doct.in c.præſenti. de offi.ord.imò ſolũ vſum, vt infrà dicam,conſequens eſt,vt fructibus priuentur. dict.cap.paſtoralis. Imola.in c.olim.de reſcript.facit c.1.§.1.ne ſede vacante. lib.6.licet. quod tamen de conſuetudine non obſeruatur quo ad fructus extra diſtributiones.

43 Extende hunc text.etiam procedere in electione quæ facta de excommunicato non valet,& eligentes peccant. c.conſtitutis.primo, & ibi glo.de appella.cap. cum inter. & cap.illa.& ibi not. de elect. cap.cum dilectus. de conſuetud.Petr. de Ancha. per illum text. in c.ſi celebrat.infrà eodem.& Do.de Biaxio.vir optimus quoque non modo doctiſsimus in ſuo tract. electio.in ſecunda parte.q.10.quia iura loquentia de collatione habent locum, etiam in electione,& contra.glo.ſing.in c.ſi poſtquam.§. fi. de elect.lib.6. ſecundum Barba. in c. inter.col. pen.num.28.de reſcript.& in repe.cap.Raynaldus.col.78. de teſtam. Bertachi. in tractatu de epiſ.lib.1. in tertia parte.q. 31. & quarta parte.q.
44 4.& 24. † Cauſas ob quas electio annullatur ſeu nulla declaratur, tradit Rofre.in ſuo tract. libellorum.in prima parte. rub. de cauſis propter quas vitietur electio.Dec.conſil.522.

45 Etiam ſi ſit electus ad ſecularem dignitatem.c.venerabilem.& ibi Panor.col.4.de elect. Dec.in c.dilecti. in primo not. de except. vide tex.in c.2.de ſent.excom.in 6.

46 Item excommunicatus non poterit eligere. *Excõmunicatus non eligit.*
c.vno.§.1.ne ſede vacan.lib.6.& ibi Philip.Io.de Selua.d.q. 4. Archi. Floren. in tertia parte ſuæ ſummæ tit.24.cap.76.rub.de cauſa fin.excom. verſi. 8.glo.in cap.fi.de exceſsib.prçlat.& Boer. in additio. ad Mandagot.in tractat. de elect.in
47 prima parte.c. 6. † Intellige in electione quæ cõfert ius,vt in beneficiis,ſecus in electione voluntatis declaratoria, vt ſi hæres dicat cui ex filiis voles reſtituas hæreditatem, quia excommunicatus poterit tunc eligere illum cui velit reſtituere hæreditatem, cum voluntatem non amiſerit per excommunicationem.l. ex facto. §.ſi quis rogatus.in 2.ff.ad Trebel.

48 Am

48 Amplia,ſiue fuerit occultus, ſiue non, quia in iis quæ ratione priuati officij alicui competunt,non attenditur ſiue ſit occultus, ſiue publicus. d.c.veritatis. Nicol. de Milis in reper.in ver.excommunicatus.q.66.Imol. in c. cum dilectus.poſt glo. & alios, de conſuet. Angel. de Claua. in ſumma Angel. in ver. excommuni-
49 catio in vltimo.§.19. † Imò ſi inter omnes canonicos vnus tantum ſit excommunicatus, & canonici omnes, vel maior pars ſciant, & poſſunt eum expellere,& non expellunt, ſed cum illo eligunt, non valet illorum electio.no.in c. fi.de procura.Innoc. & alij in cap.illa. de elect. Imol.in c.cum dilectus.num.28.de conſuet.vide glo.in verb.cenſuræ in tit.de excom.non vitand.in prag.ſanct.& glo.in cap.fi.9. quæſtio.1.
50 † Cum etiam excommunicatus notorie non ſit vocandus,vel ſi poſsit probari, ſecus ſi eſſet pœnitus occultus, quia tunc poſſet agere de contemptu,& electio annullaretur.Henr.Boic. in d.c.illa.Bertachi.in tract.de epiſcopo.lib.1.in tertia parte.arg.c.ex eo.de elect.lib.6.& doct. in c.cũm in eccleſiis.de præbend.eo.lib.D.de Biaxio in d.tract.de electio.prima parte.c.9.in fin.

51 Secundò amplia quod etiam excommunicatus minori non poteſt eligi.d.cap.ſi celebrat. infrà eo.Cardi.in clem.1.§.1.q. 5. de religio. domib.Felin.in cap.dilecte.col.2.& ſeq.vbi etiam ponit quid in conſtituto in peccato mortali? an poſsit eligi.Deci.in c.dilecti.col.1.de except. quia eligitur ad ea à quibus eſt priuatus. cap.à nobis.de except.glo.in c.illa.de elect.notare tamen debent eligentes,vt antequam ad electionis actum procedant, vt obtineant abſolutionem ad effectum eligendi tantum, quam dabit capitulum,cum poteſtas mortuo prælato ſit in illum tranſlata, quamobrem dabitur iſta poteſtas à capitulo vni canonico, vel alteri, & iſte abſoluet omnes, & hic ab alio abſoluetur,cui etiam dabitur poteſtas, & ſic poſt electionem non poterit obiici excommunicatio. Iſta eſt not.practica.quam ſcribit Ioan. Braſsius in directo.electio. in prima parte.cap. 9. & in tertia
52 parte.c.15.quod eſt notandum. † quod intellige verum quoad dignitatem, vel beneficium, ſed in monachum, vel religioſum poteſt eligi, etiam ſi maiori excommunicatione,eſſet innodatus, quia excommunicatio ingreſſum monaſterij non impedit,ſecundum Bal.in d.c.illa. de elect.& l.qui ſub prætextu.C. de ſacroſanct. eccle.col.2.glo.in c.conſtitutis.de appel.

53 Tertiò,extende excommunicatũ nõ poſſe poſtulari.c.1.de poſtula.præla.glo.in c.fin. de exceſ. præla. quia iura loquentia in electione, habent locum in poſtulatione.glo.ſolemnis in c.1.in glo.penul.de poſtulat.præla. & in c. fi. de elect.lib.6. quas ſequitur Barba. in repe.l. cum
54 acutiſsimi.col.14. C.de fideicom. † dicens large venire appellatione electionis,poſtulationẽ. & in c.2.col.3.& in repeti.c.Raynaldus.col.78. de teſta.& in cle.1.col.11.in glo. præſidentes. de reſcrip.& in cle.1.in glo.eligatur.colum. 44. de elect.& conſil.2.clementiſsimi.col.7. & conſil. 64.ſcribitur.col.8.in 1.vol.& conſil. 48. præclare.col.6.in 2.vol. cum ſit eadem ratio in vtraque,ergo eadẽ iuris deciſio.l.illud.ff. ad l.aquil. Lanfranc.in tracta.de interpre.ſtatu.col. 2.cum ſequen. licet proprie differant, vt ſumitur ex diuerſitate titulorum & nominum. l. ſi idem, C.de codicil.& no.in c.cum in illis.de præbẽd. lib.6.c.authoritate.& ibi glo.& doct.de inſtitu. Decius in conſil. 224. in caſu. Ioan.de Sel. vbi ſuprà.q.1.tertię partis.Roch.de Curte in tract.
55 de iure patronatus. in princip. † Nec excommunicatus poteſt præſentari. Lapp. allega. 8. præſentatus.& no.in c.1.§.fi.col.penul.& ſeq.de iure patro.lib.6.& in c.1. & ibi expreſſe Archi. col.3. de exceptio. eo. lib. quia prohibito vno &c.vt ſuprà dixi in prima regula, ponit Barba. conſil.56.ſapienter.col.9.in fi.in 2.vol.

*Nõ præſentatur nec præſentat excommunicatus.*

56 Nec obſtat quòd præſentatio ſit actus facti, qui omnes ſunt excommunicato permiſsi. Panorm.in d.c.veritatis.reſpon.actus præſentandi eſt facti,licet præſeruatio ſit iur. & annexa ſpiritualibus.c.quanto.de iudic.& ibi notant mo-
57 derni † ſicut contrahere eſt facti. l. conſilio.§. fin.ff.de curato.furio.ſed contractus in eſſe productus eſt iuris.l.ex hoc iure.ff. de iuſti. & iur. Iaſ.in add.ad Porcum in rub.inſt. de obliga. & in l.ſciendum.in princ.ff.de verb.oblig. moder.
58 in §.1.Inſtit.de act. † Idem dico in poſſeſsione. Dom.de Ripa in rub.de cauſa poſſeſſ.colum.2.
59 † Item excommunicatus non poteſt præſentare.Panorm.in cap. nobis. de iur.patro. Paul. de Citadinis in tract. de iur.patro.in tertia parte primæ cauſæ acquirendi.q.10. Benedictus in repeti.cap.Raynutius.in ver.mortuo.in primo num. 285. de teſta ſuprà. Rochus de Curte in tract.de iure patro. in verbo competens. q. 8. tum quia præſentatio dicitur large electio. c. querelam. de election. cap.2. & cap. nobis. & cap.penul.de iur.patro.Calder.conſil.8. an capitulo de elect.& electio.nec actiuẽ, nec paſsiuẽ de excõmunicato poteſt fieri, vt ſuprà dixi.

Item, quia iura loquentia in electione, habent locum in præſentatione glo.in cap.ſciant. & c.fin.de elect.lib.6.ſequitur Barba.in addi.ad Bal. in l.1. C.de interdict. & conſil. 68. illud in medium.col.2.in 3.vol.& in repe.c.Raynaldus. col.78.de teſtam.

60 Limita præſentationem tunc valere factam per excommunicatum, ſi patronus ſit laicus, cum nihil iuris, vel parum, circa beneficij diſpoſitionem habeat,& hoc ex gratia.cap. quoniam.de iur.patro. Ideo tota poteſtas ab inſtituente videtur ferè dependere, ergo illa conſiderabitur,vt notant Dom.de Rot. deciſio. 161. nota quod patronus, & deciſ. 527. in antiquis. nota patronus, & deciſio. 2. de iur. patro. Ro-
61 chus vbi ſuprà plene diſcutit. † Secus in clerico patrono, quia præſentatio per eum facta, improprie loquendo,habet vim electionis.cap. cum autem.& ibi doct.de iur. patro. Ideo non valebit,licet inſtituens non ſit excommunicatus. d. deciſio.2.de iur.patro. & hæc opinio eſt ſatis rationabilis ſecundum Roch.vbi ſuprà,& hoc ſiue publice erat patronus excommunicatus,ſiue occulte. Aufre. in deciſio. ſuis.q.143. ſi ex



ſi excommunicatus.in fi.inſtitutio tamen facta de excommunicato non valet,nec per excommunicatum, per ſuprà dicta, & quia inſtitutio eſt eccleſiaſtici beneficij collatio, vt Hoſtien. notat in ſumma de inſtit.§.1. quæ collatio non valet,vt hic, ſiue per excommunicatum fuerit facta, ſiue excommunicato, ſic nec inſtitutio valebit,niſi vt ſuprà,de collatione dictum eſt.

Contrarium poſſet teneri, videlicet quod præſentatio non valeat, ſiue patronus fuerit clericus,ſiue laicus, quod probatur,quia excõmunicato non poteſt dari beneficium, etiam ſi tantum minori excommunicatione ſit ligatus. c.ſi celebrat. infrà eo.ſed præſentatus contrahit excommunicationem, ſi communicet cum patrono excommunicato,ergo non valebit præſentatio, hoc tenuit Ioan.de Selua. vbi ſuprà.quæſt.4. in 3.parte.

62 Sed alia opinio ſuprà poſita eſt communis & non obſtat c.ſi celebrat.quia licet prohibeat conferri, non tamen aſsiſtit, quod ſi conferatur non valeat, ſed quòd irritetur, vel poterit abſens præſentari,quando eſſet notus, alioqui ſecus.Panor.in c. ea noſcitur de his quæ fiunt à prælato ſine conſen.cap. Panorm.conſil. 76. plura ſunt.volum.2.Roch. in dict. tract.in ver. honorificum.q.6. Paul. Cita. in d.tract.de iur.
63 patro.in 6. parte. q. 32. † Præterea etiam non valeret permutatio inter excommunicatos,vel alterum illorum, quia de nouo acquiritur beneficium,ſeu beneficij titulus,cuius eſt incapax excommunicatus, conſequens eſt, vt non poſſit permutare. Card. in clem.1. verſicul. ipſius. de pœnitentia. gloſſ. in §. inſuper. in verb. diſponere. de colla.in prag. nec poſſet poſtea redire ad beneficium quod reſignauit, quia non eſt habilis,& quia non eſt vſus conceſsione iu-
64 ris.cle.vna de rerum permuta. †Item,impetratio de beneficio facta per excommunicatum, ſiue per viam nouę prouiſionis,ſi neutri,ſi nulli, vel alio modo non valet.c. ab excommunicato. de reſcript. & regula generalis, eſt quòd reſcriptum ab excommunicato impetratũ non valet.c.1.de reſcrip. in 6. quia impetratio reſcripti eſt ad iudicium, & ad alium actum faciendũ præambula:ob id ſicut prohibetur excommunicato iudicium,ita & impetratio arg.l.oratio.ff.de ſponſalit.vt ſup.dixi.per Fel.& aliàs in c.dilectus.in primo.de reſcrip.

*De permutatione inter excommunicatos an valeat.*

*Impetratio an valeat per excommunicatũ.*

65 Primò amplia.Etiam non valere impetrationẽ monitorij de occultis, quod aliqui vocãt de tacitis nominibus per excommunicatum, Aufre.in deciſio.capel.Tho. q. 189. an excommunicatus, & latiſsime per Philippũ probum. in c.ſi.verſicul. Sexti quæſiti adeſt diſcuſsio, in additio.ad Ioan.Mona.de conſtit.lib. 6. aut diſpenſationis, Guido Papæ conſilio 205. circa. numero 9.

66 Secundo amplia etiam ſi quis quando impetrat,non eſſet excommunicatus,ſed tempore vacationis, quia in eum caſum non valebit collatio.Card. in cle.1.§.1. q. 5.de religio.dom.
67 † Ideo inuenta eſt practica in curia Romana, vt Ro.Pont. abſoluat impetrantem quo ad illum actum,& ponitur in prouiſione apoſtolica poſt ſui exordium clauſula hæc, Teque à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti,aliiſque ſententiis,cenſuris,& pœnis. &c.abſoluen.& abſolutum fore cenſentes, ratione cuius clauſulæ valebit hodie quælibet impetratio ſic facta. Benedictus in repe. c. raynutius.in verſi.mortuo in primo.num. 290.de teſta. quod eſt notandum, quia ſæpius vidi dubitari.

*Nota practicã Rom.*

68 Limita tamen d.clauſulam. teque à quibuſuis &c.non prodeſſe excommunicatis,propter hæreſim Lutheranam, aut aliam. Hoſti. & alij in cap.excommunicamus.§.credentes.de hæretic.Fel.in cap. apoſtolice.col.1.de excep.dicens hanc abſolutionem non prodeſſe poſt actum. Ideo in prouiſione apoſtolica dicitur, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum.
69 Secundò etiam non prodeſt hæc clauſula excommunicato per ſymoniam, cùm hæreſi æquiparetur, & hæreſis dicatur, vt ſcripſi in addi.ad Io.Naucler.in tract.teſtimo.
70 Tertiò limita.vt non proſit teſti hæretico & ſic abſoluto,vt poſsit ferre teſtimonium. doct. in c.veniens.2.de teſtib.

Etiam non prodeſſe falſificatoribus bullarum,nec impedientibus nuncios publicos, ſeu executores apoſtolicos, regul. cancel.cle.moder.72.vide Archiepiſcopum Flo.in tertia parte ſuæ ſummæ tit.24.c.13.de excommunica. & tit.ſeq.quid de vtentibus literis falſis.

Nihil valet dicta abſolutio, ſi impetrans inſorduerit in excommunicatione vltra annum, vt in d.regula declaratur.& Fel.in d.c. apoſtolice.de except.quia malè de fide videtur ſentire ſic perſeuerans. gl.in c.fin.de pœn.doct.in c.1.de iudic.& infrà latius dicam, quod limitat Do. Blaſ.Auriol.in addi.ad Guil.de Montelaud. in c.cum contumacia.de hæret.lib.6.

*De inſordeſcẽtibus nota.*

Niſi in impetratione hoc vitium expreſſerit impetrans.

71 Tertiò ampliatur regula ſiue à iure ſiue ab homine excommunicatus fuerit.Ioan.And. in d.c.1.cùm iſta à iure æquiparentur.no.in cap. ſi quis ſuadente.17.q.4.
72 Quartò amplia ſiue ſit notoriè excõmunicatus, ſiue occulte per hunc text. ſimpliciter loquentẽ,& indiſtinctẽ.Io.And.Do.& Peruſ.in d. c.1.quia in his quæ priuatim geruntur non eſt differentia inter occultum & publicum, ſecus in his quæ geruntur ratione officij publici.no. in c.cum dilectus. de conſuet. & in c. veritatis. de dolo.& c.ad probandum.de re iudic.ſic expreſsim conſuluit Roma.conſil.506.in re præſenti. col. 2. dummodo ipſe impetrans ſciret. aliàs contra vt inferius dicam.

Quintò extende etiã ſi conſenſus aduerſarij in impetratione interuenerit,quia vbi ipſo iure annullatur actus, conſenſus aduerſarij nihil facit.Guil.in d.c.1. poſt glo. Panor. ibidem. & glo.in l. à Diuo Pio.ff. de ritu nuptia. c. ſtatutum.§.fin.de reſcript.in 6. ita tenet Ioan. And. in addit.ad Spec.in tit.de reſcript.præſent.§.ratione quoque impetrantis. verſic. item quod

in ij cera

impetrauit.Antho.in c.cæterum.col. vlt. de reſcript.nec pars vel procurator partis ius publicum per conſenſum immutare poteſt,vt plene diſputat Rofred.in quæſtio.Saba.quæſt.42. ruſticus &c.

Sextò etiam procedit tam in reſcriptis ad lites,quàm ad beneficia , & tam in priuilegiis quàm in donationibus,quia tex.in d.c. primo. generaliter loquitur,ergo generaliter intelligetur.l.1.§.& generaliter.ff.de lega. præſtand. arg. huius tex.& appellatione reſcripti generaliter iſta comprehenduntur,vt not.Panor. & alij in rub.de reſcrip. & priuilegium facilius vitiatur quàm reſcriptum.Inno.in c. ſuper. de reſcript. etiam ſi ſint literæ citatoriæ impetratæ,vt probat Guido Papæ conſil.220.Io.de Plaſtro.

Septimò etiam ſi illa excommunicatio eſſet iniuſta,quia etiam ligat.c.1. 11. q.3. ſecus ſi eſſet nulla.Panor.in c.inter cæteras.de re iud. Felin. in c.dilectus.1.in fi.de reſcrip. no.in c. præſenti. de ſent.excommunicat.in 6.

Octauò amplia ſiue ſit actor, ſiue reus , per illum tex.generaliter loquentem,& duos caſus tantum reſeruantem,& ita tenet Ioan. And. & Dom.in d. c. 1. & exceptio firmat regulam in non exceptis.l.prima.ff.de reg.iur.

Nonò procedit etiam ſi non excommunicatus impetraret pro excommunicato.Probus in additio.ad monach.in d.c.1.in fi.poſt Peruſ. ibi. Nam actus factus à procuratore cenſetur factus à domino.l.oſſa.§.fin.ff.de religioſ.ſi dominus excommunicatus impetraſſet , non valeret,ergo etiam non valebit per alium,vt fictio in caſu ficto tantum operetur , ſicut veritas in caſu vero. c.cum dilectus. & c.ad audientiam. de cleri.non reſiden.fallit in c.fi.de procura.

Decimò amplia ſiue impetrauerit reſcriptũ à Papa , ſiue à Rege , Imperatore , vel ab alio quocunque,cum ille text. indiſtinctè loquatur, ſed ſolum dicit,reſcriptum impetratum ab excommunicato eſſe nullum , ergo à quocunque impetretur , quia indefinita æquipollet vniuerſali.c.vt circa. & ibi gloſſ. de elect.in 6.maximè cum contrarium de iure ciuili nõ inueniatur, ergo ſtabimus claræ deciſioni iuris canonici. vt no.in ſimili Docto.in c.Raynutius. de teſta. tamen in practica , in curiis ſæcularibus Franciæ,eſſet difficile hoc obtinere, cum in foro ſæculari , parum ſeruetur excommunicatio,teſte Fab.in §.fin.de cura.in inſti. & male fit, vt dixi in arbore exceptio.

Vndecimò amplia etiã ſi impetraret reſcriptum,vt ſpoliatus reſtitueretur.glo. in c. ex inſinuatione. de procurat. idem ſi ſuper iniuria excommunicato facta impetraretur , vel vt de carcere relaxetur,& in aliis fauorabilibus,quia cum duo caſus excipiantur.in d.c.1. vbi firmatur regula in aliis caſibus, vt docet Ioan. And. & Peruſi.ibi etiam ſi impetraret vt beneficium ſibi reſtitueretur.c. dilectus. primo.de reſcript. Alex.in l.de pupillo.§.fin.col.2.ff.de no. oper. nuntia.glo.in c.in nomine. in verb. in audientia.23.diſt.Iacob.in l.libertus.ff.de in ius voc.

Duodecimò etiam procedit ſiue excommunicatus ſolus impetrauerit , ſiue cum alio etiam non excommunicato , quia tunc ſi res communis eſt indiuidua,ex parte vtriuſque vitiabitur reſcriptum.arg.l.Pedius.§.vlt. ff. de recep.arb.ſecus ſi res erat diuiſibilis,quia tunc ex parte , non excommunicati valebit. l. ſi Titio prima.ff.de lega.2. Ioan. And. & Ancha.in regula vtile. de reg.iur.in 6.ſequitur Roma. ſing. 715. nunquid. & idem ſi vnus iudex impetratus excommunicatus eſſet, & alter non:quia ſi cum clauſula ſi vos vel duo, tunc valebit, aliàs non.c. ſciſcitatus.de reſcript. c. prudentiam. de offi.delega.Guiliel.in d.cap.1. intellige quando ignoranter ille habilis impetraſſet cum excom municato,quia tunc ex parte vtriuſque valebit, ſecus ſi ſcienter.arg.l. ſi communem. ff. quemadmodum ſeruitus amit.c. per tuas. de arbitr. Innoc.in c.illa. de elect. quia quando inhabilis ignoranter admittitur,is qui habilis eſt , videtur velle actum, qui per eum geritur,valere eo meliori modo,quo poteſt.l.3.ff.de teſta. militis. ideo valebit actus ex parte vtriuſque , ſecus quando ſciens inhabilem admittit , quia tunc videtur nolle ſine eo quicquã facere , ſed quod ab vtroque vim ſumat.Ideo ex parte vtriuſque vitiabitur, quia voluntas & poteſtas repugnãt. c.cum ſuper.de offi.delega.l.multum.C.ſi quis alteri,vel ſibi.Ideo diſpenſatio de contrahendo matrimonium impetrata per excommunicatum, & mulierem non excommunicatam iudicatur valere per Rom.conſil. 506. in re præſenti.in 5.q.arg.l.primæ.ff. quod falſo tuto. autho.& l.ſi ſponſus. §. ſi maritus.de dona. inter vir.& vxo.& l.liberis.§.ſi duo.de libera.cauſa. Amplia etiam ſi non excommunicatus impetraret iudicem notorie excommunicatum, ſecus ſi occulte erat excommunicatus,vt probari non poſsit.Panor.in c. audiuimus.24. q.1. & in c.ad probandum.de re iudic.

Decimotertiò amplia etiam ſi eſſet abſolutus poſt impetrationem , quia quod ab initio non valuit,tractu temporis non conualeſcit,regula iuris.& c. poſt ceſsionem.de probatio , & quia inſpicitur tempus datæ, & ita tenet Imol. in c.dilectus.primo de reſcript.

Limita primò, quando malitioſe fuit excõmunicatus,ne impetraret,& etiã ne valeret impetratio,quia tunc illa malitia non debet obeſſe excommunicato.c. ſedes. de reſcrip. Guliel. de Montelaudino.in col.vlt.d.c.primi. Roma. ſing. 716, illud. & hoc ſiue impetrans ſciat ſe excommunicatum,ſiue ignoret,cum in odium excommunicãtis iſtud ſit introductum,qui reportaret commodũ ex ſuo dolo,quando notificaret excommunicationem excõmunicato. ideo non debet prodeſſe , contra ea quæ tenet Fel.in c.dilectus.1.col.vlt.de reſcript.facit l. 1. §. cum quis.ff.de quæſtio.

Secundò fallit propter periculum animæ, ſcilicet in petendo vxorem propriam.cap.quoniam multos.11.q.3.Domini de Rota,deciſ.453. fuit dubitatũ.in no. Guliel.in d.c.1.nam etiam correctoria conſtitutio extenditur propter periculum animæ. gloſſ. in verb. contractibus in authent.



authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vend.quam ſequitur Barba.in rub.de teſta.col. 35.& Corſe. in ſing. incipien. extentio. in 2. & quia excipitur ignorantia,vbi eſt maior fauor animæ, quàm in excommunicatione,idem dicere poſſumus. §.potrò. quæ fuit prima cauſa benef.amitten.

Tertiò limita , quando alieno nomine impetraret , vtpotè procuratorio. arg.l.quæſitum. ff.de in ius vocand.& gl.in l.lis nulla.ff.de iud. quia magis attenditur perſona cui conceditur, quàm procuratoris.c.conſulti.vbi glo.procura. ita expreſsè tradunt Domini de Rota. deciſ.9. vtrum.rub.de reſcrip.repelletur tamen excommunicatus , ſi agat pro alio ope exceptionis. Peruſ.in d.c.1.

Quamuis contrarium teneant quidam,quia ſiue impetraret pro ſe , ſiue pro alio immiſcet ſe communi, & peccat, ideo non debet valere. cap.illud.de cleric.excom.min.Guillel.de monte Laudino.in dict.cap.1.dic tamen,quòd ſi fortè ſcienter impetratum fuerit,non valet,ſecus ſi ignoranter.Imol. per illum text.in dict.cap.fin. quia poſtquam ſcit ſe excommunicatum, non debet impetrare:prima tamen opinio ſeruatur, & ipſe huic opinioni inhærerem , cùm multa alieno nomine nobis permittantur , quæ prohibentur noſtro fieri nomine. gloſſ.in dict. l.lis nulla.ff.de iud.& Docto.tradunt.in dict.l.quæſitum. & Alex.conſi. vltimo.in 5.vol.ac Alber. in tracta.ſtatuto.in 4.parte.quæſt.63. item quæro.Roma. in repe. l.ſi verò.§.de viro.fallen.37. ff.ſolut.matr.

Quartò fallit ſi eſſet excommunicatus , ſub conditione , quia tunc tenet impetratio , licet poſtea eueniat conditio. Ancha.conſilio 158.ex narratis.col.vlt.quia non trahitur retro.arg.tex. in cap.ſi pro te.de reſcript.in 6. cap.præterea.2. de appella.

Quintò fallit , ſi impetraret reſcriptum inquiſitionis,& in illo non nominaretur.gloſſ.in verb. ſuper alio.in dict.cap. 1. quia non præbet niſi nudum miniſterium, quod non eſt prohibitum excommunicato. not. in cap. veritatis. de dolo.

Sextò fallit , quando in reſcripto peteret reuocare miſsionem ex primo decreto factam, quia ſi principaliter compareat ad ſe defendendum,& in conſequentiam petit reuocationem, admittetur tanquam idoneus.Barto.in l.de pupillo.§.ſi procurator.ff.de oper.noui nuntia.per tex.in l.libertus.1.ff.de in ius vocand.Doct.in c. cum inter.de except.

Septimò fallit , quando peteret vt cauſa vni ex auditoribus Rotæ committeretur, vel alteri iudici ordinario tunc , quia non datur de nouo iuriſdictio per reſcriptum , ſed eſt quædam diſtributio cauſæ, ideo valebit. Idem ſi eſſet facta impetratio per filiumfamil. & alium inhabilem.Ita tenet expreſsè Rota in deciſione 175. commiſsio. in no. & deciſio. 362.ſi committatur.in eiſdem. Felin.in rubric. de reſcript.col.2. & indifferenter poteſt excommunicatus impetrare in curia Roma. commiſsionem. teſte de Rota deciſ. 594. dic tamen quod ſi per tale reſcriptum daretur noua forma,& in cognoſcendo eſſet conceſsio iuriſdictionis , tunc non valeret.Peruſ.in dict.c.1.q.10. Ideo ſi deciſio cauſæ committeretur , ſententia non valeret, quia auditor habet delegatam iuriſdictionem in diffiniendo.cle.auditor de reſcript.

Octauò fallit , quando impetratur reſcriptum ſuper conſequutionẽ cauſæ principalis, vtpote quia per reſcriptũ petit committi receptionem teſtium. Ioan.And.in dict.regula vtile. de reg. iur. in 6.non poterit tamen eo non abſoluto producere poſteà teſtes.Peruſ.in dict. c.1.quæſt.5.

Nonò non procedet,quando eſſet à iure excommunicatus , & ante declarationem impetraſſet.arg. cap.cum ſecundum.de hæretic.in 6. Cogita tamen, quia non inuenio deciſum, ſed tamen dicerem non valere , quia hîc non dicit niſi in excommunicato, vt ſuprà diximus,ſiue ſit occultus , ſiue notorius , ergo ante declarationem.

Decimò,quando nomine ſuæ dignitatis impetraret. Innoc. & Anto. in c.ſi verè.de ſenten. excom.Feli.in c.fi.col.2.de except.

Vndecimò, quando ex certa ſcientia reſcriptum à Papa concederetur excommunicato, quia tunc ſuper incapacitate videretur diſpenſare.l.quidam. ff.de re iud. Nam *princeps, qui* magiſtratũ dedit,omnia agere decreuit. l.idem Vlpianus. ff. de execut. tuto. quando erat is, qui poterat diſpenſare , aliàs ſecus. nota. in l. Barbarius. ff.de offi.Prætor.glo.in verb. noſcatur.in c.1.de conſtit.in 6.Ideo quando Papa facit mentionem de excommunicatione,videtur excommunicationem remittere , ſecus in inferiore.Peruſ.in 8.q.c.1.de reſcrip.

Quamobrẽ hodie ſolet Papa, & legatus abſoluere ad effectum impetrationis,vt dicitur in impetrationibus téq; abſoluentes.&c.vt dixi in forma manda.in concorda.& ſuprà eod.

Duodecimò fallit, ſi eſſet excommunicatus poſt impetrationem. c.1. de except. in 6. Nam qualitas iuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi. l. in delictis. §. 1. ff. de noxa.actio. Idem ſi excommunicaretur poſt appellationem. c.dilectæ.de except.Barba.in rubr. de reſcrip.col.23.

Decimotertiò non procedit in excommunicatione minori , vt gloſſ. tenet in dict. cap.1. quia hæc minor non afficit participantes. cap. 2.de except. & cap.ſi celebrat.de cleric.excom. miniſtrant.

Decimoquartò etiã non procedit in ſuſpenſo,vel interdicto,cum hîc tex.loquatur tantum de excommunicato,& ita tenet Guliel.in d.c.1. cum tantum texus ibi loquatur de excommunicato , & non de interdicto vel ſuſpenſo , & diuerſitas nominum inducit diuerſitatem rerum.l.ſi idem.C.de codicil.

Decimoquintò fallit , in cauſa excommunicationis vt hic,ideo ſi excõmunicatus impetrat literas citatorias ab officiali , vel alio cõtra actorem,vt exhibeat literas excõmunicationis,

& vt veniat viſurus reuocationem earum, illæ
literæ valebunt per d.c.1. licet contrarium ſcri-
pſerit in ſua cauſa Guid.Papæ conſi.220.Ioan-
nes. & idem ſit excommunicatus duabus ex-
cõmunicationibus, quia ſi ſuper vna impetret,
non poterit propter alteram repelli. Io.And.&
Peruſ. in d.c.1. quod eſt verũ ſi impetrauerit in
cauſa excommunicationis propriæ, ſecus ſi al-
terius, vt in ſeq.limita.dicitur,& vna tolli pote-
rit altera remanente, eccleſiæ tamen non reſti-
tuetur niſi abſoluatur ab vtraque. Innoc. in c.
officij.de ſenten.excommunic.

Decimoſextò, in cauſa appellationis pro-
priæ non alterius, quia dicitur defenſio.cle.pa-
ſtoralis.in fin.de re iudic. & in appellatione in-
terpoſita ab actu facto per iudicem iudicialiter,
ſecus ſi appellet ab arbitro facto extra iudiciũ,
vt ab electione, quia tunc pro actore habetur.
c. quod ſicut.de elect. ſiue appellet ab interlo-
cutoria,& tũc finito articulo appellationis po-
terit repelli, in diffinitiua indiſtincte auditur.
Ioan. And.in c.ſignificauerunt.de excep.& in-
tellige,quod ſuper appellatione interpoſita po-
terit reſcriptum impetrare, ſed non poterit ſu-
per appellatione interponenda, videlicet vt re-
ſtituatur ad appellandum, vt Do. de Rota fir-
mant deciſ.453.fuit dubitatum in no.

Decimoſeptimò fallit, in omni cauſa ſa-
piente defenſionem, vt tunc excommunicatus
impetrare reſcriptum poſsit tam in exceptio-
nibus, & defenſionibus fauorabilibus quàm
odioſis. argum.cap. cum inter.de exceptionib.
Ne innocens condemnetur, Barbat. in rubric.
de reſcript.colum.7. & Guillel. Monteland.in
dict.cap.primo. in fin. facit cap.quoniam.mul-
tos.11. quæſt.3. & ideo carceratus poterit impe-
trare vt è carcere liberetur Io.de Ana.in cap.ex-
communicamus. §.credentes.in fin.de hæretic.
Felin. in cap.fin. colum.1. de except.& Gomeſ.
in 4.limita.ad dict.cap.1.

Decimooctauò non procedit, quando re-
ſcriptum excõmunicato motu proprio conce-
deretur, quia tunc non eſſet impetratum, quæ
impetratio eſt prohibita in dict. cap.1. de reſcri.
nec petitum.l.1.C.de petitio. bono.ſubla.lib.10.

Tamen durante excommunicatione, non
poſſet hic excommunicatus agere,ſed poſt ab-
ſolutionem. cap.ab excommunicato. de reſcri.
cap.paſtoralis. de offic.ordin.cap.intelleximus.
de iudic. & hoc quando talis motus proprius
emanaſſet à Papa, ſecus ſi ab inferiore.Barb.in
rub. de reſcrip. in cle.col.6.verſic.3.limita. con-
trarium tenet Gomeſ.in d.c.1.

Decimonò fallit, quando ignoraret ſe ex-
communicatum text. ibi glo.& Docto.in cap.
Apoſtolicæ. de cleric. excom. mi: Domini. de
deciſ.281.nota.gloſſam. in antiq. dixi in rubric.
de excom.vitand.in concorda.Barba.in rub.de
reſcrip.col.5.in clement.

Viceſimò, non procedit in excommunica-
tione generali lata per proceſſus generales ab
homine, ſecus ſi à iure.de Rota, deciſ.519.not.
quod non admittitur in antiquis. quod repro-
bant in dicto c.fi. de except.col.2.tamen poteſt
procedere ſi rectè intelligatur.

Viceſimoprimò fallit,in c.ſignificauit.& ibi
declarat Ancha.de offic.ordin.

Vltimò declara,quod in quibus caſibus per-
mittitur excommunicato impetrare, non eſt
opus facere mentionem de excommunicatio-
ne.Bald.per illum text.in c.dilectæ. de except.
Felin.in cap.dilectus. in 1.col.vlt. de reſcript. &
tutius eſt exprimere ad lites vitandas, vel ſal-
tem abbreuiandas.

74 Præterea,ſuſpenſus non poteſt eligere, nec
eligi.c.cum dilectus.de conſue.c. cum inter. de
elect. gloſſ.in c. conſtitutis. in 1.de appella. Fel.
in c.apoſtolicæ,de except.

Nec beneficia eis conferri, nec ea impetrare
poſſunt.gl.no.in c.cum bonæ.de æta. & quali.
glo.in c.fin.9.q.1.& in c.fin.de exceſ.prælat.

75 Et maxime quando eſt ſuſpenſus ab officio,
& beneficio.c.quoniam. de vita & honeſt.cler.
vide Hẽric.plene in c.fi.infrà eo.Do.de Biaxio.
in tract.de electio.in prima parte.c.7.vbi plene.

Idem quando erat ſuſpenſus ab officio tan-
tum,vt probatur.in cap.fin.de offic. deleg. lib.
6.cap.1.de re iud.eod. lib.& in §. monemus. de
colla.in concord.declaratur quod ſi epiſcopus,
vel alius collator, ſeu capitulum, beneficium
vacans in menſibus nominatorum, aut gra-
duatorum tantum, eiſdem non contulerit, ſu-
ſpendatur à collatione beneficiorum per an-
num, qui ſi interim conferat, non valet colla-
tio,vt ſuprà dixi, hoc etiam declaratur in cap.
primo.de publi. concubina. in concord. & de
multiplici ſuſpenſione, vide glo. meliorem de
iure in clem. cupientes. de pen.per Archiepiſ-
copum.Floren.in tertia parte ſummæ.tit.27.c.
1.cum multis ſeq. Panorm. & Felin. in c. apo-
ſtolicę.colum.5.de excep.Lucam in l.quamuis.
col.1.C.de decurio.lib.10. Et an intelligatur de
ſuſpẽſione iuris,vel hominis,latè Barba.in repe.
c Raynaldus.col.101.de teſta.vide Imo. & alios
in d.c.cum dilectus.de conſuetu. glo. in ver.ſu-
ſpenſionis.de excõ.non vitan.in prag.vide Ber-
tachi.in tract.de epiſcopo. lib.2.q.5.glo. & Dec.
in d.c.Apoſtolicæ.de excep. vide Oldra.conſil.
286.in electionis,& Præpoſ.in c.præter.32.diſt.

Idem dico in nominatione facta per Regem
de excommunicato,quam in ſuo regno habet,
per cõcorda.in tit.de Regia ad præla.no.facien.
§.1.& §.monaſteriis. in epiſcopatibus,Abbatiis,
& aliis dignitatibus regni,vt ibi patet,facit tex.
in c.conſtitutis.in 1.de appel.

Licet ius nõ acquiratur nominato,ex hac no-
minatione,ſaltem in re,Panor.in c.cũ inter vni-
uerſas.col.2.de elec.& quot modis capiatur no-
minatio,& quotuplex ſit,exponit gl.in §.volẽs.
in verb.nominationes in prag.ſanct.& Ioan.de
Sel.in trac.de beneficio.in 3.part.q.1. plenè ſcri-
pſi in tract. nominatio.in 1.q.etiam excommu-
nicatus non poteſt ab vniuerſitatibus nomina-
ri: hodie tamen practica eſt in literis Romani *Practica.*
Pontif.vt ponatur abſolutio,quoad illũ actum,
vt ſuprà dixi,& ſic nõ nocebit nominato excõ-
municatio,cũ ad illum actũ abſoluatur per Pa-
pã. De Rege Franciæ excõmunicato,an poſsit
quem



*Rex Franciæ non poteſt excõmunicari nec eius officiales, quomodo intelligatur.*

76 quem nominare, non dico † cum Rex non
poſsit excommunicari, nec excommunicatus
declarari, & hoc ex priuilegio ſibi per Roma.
Pontifices propter ſua benemerita conceſſo, vt
declarat Ioan. Feral. in tract. de iuribus Regni
77 Franciæ in 6.priuilegio,dicens † etiam exten-
di ad ſuos officiales, & hoc exercendo iuriſdi-
ctionem Regiam, cum idem priuilegium de-
beat habere familia quod dominus,glo.in cap.
clericum. in primo.11.quæſt.1. & no.in authen.
habita. C.ne filius pro patre. Rota deciſio.721.
nota quòd dominus in antiquis & iſta fuerunt
confirmata multis arreſtis curiæ,primo contra
Archiepiſ.Rothomagẽſem anno 1372.& anno
1399. contra Archiepiſcopum Turonenſ. qui
Bailliuos,& ſeruiẽtes regios excõmunicauerat.

Item, Archidiaconus de Dreux, fuit con-
demnatus ad abſoluendum regios ſeruientes,
quos excommunicauerat, vt licet videre in
quæſtio.per arreſta.q.134. Archidiaconus. Ca-
ueant tamen regij officiales ne hoc priuilegio
abutantur, quia per abuſum perditur, priuile-
78 gium.c.tuarum.de priuileg. † Imò dictum fuit
arreſto curiæ contra Archiepiſcopum Turo-
nẽſem, quòd in monitionibus generalibus nõ
comprehẽderentur officiales regij. & ita etiam
fuit declaratum, & confirmatum anno 1507.
quòd in eiſdem monitionibus non compre-
henderetur grapharius, & commentarienſes
caſtelleti, de iis, quæ ſciebant tanquam officia-
les regij, & hoc declarauit Epiſcopi Pariſienſis
procurator,& de hoc ſunt in quaſi poſſeſsione
regij officiales, ne timeant igitur iuſtitiam mi-
79 niſtrare, † audiui etiam prolatum fuiſſe arre-
ſtum Pariſiis, vt in dicto monitorio generali
non comprehenderentur aduocatus,neq; pro-
curator partis, cui in ſecreto pars aduerſa re-
uelauit, argu.no.in cap.omnis vtriuſque ſexus.
de pœnitent. & remiſſ. & ibi dixi in 5. regula,
quòd ſi amicus ſub ſigillo confeſsionis reuela-
uerit alteri aliquid, & poſtea producatur in te-
ſtem, iurétque dicere veritatem, tenetur hoc
reuelare, alioquin incurrit periurium, not. in
cap.intimauit.de teſtib.& dict.cap.omnis.ſecus
ex monitorio de occultis, nam ſecretum non
eſt reuelandum,vt ibi Panor.& alij,& aliud eſt
denuntiare, aliud teſtificari,Angelus Claua.in
ſumma Angeli.in verb. confeſsio. in vlti.§.22.
de Ripa in tract.de peſte.fol.158.verſi.inſuper.

80 Acceptatio tamen facta per excommunica-
tum benè valet, cum non ſit niſi quædã decla-
ratio volũtatis, & actus nudi facti,quam excõ-
municatus retinet, cum ſolum perdat ea, quæ
ſunt iuris poſitiui, non naturalis.l.ex facto.§.ſi
quis rogatus. in 2.ff.ad Trebel. Do. de Rota,
deciſ.vlt.de ſent.excom. Cardi.conſi.103.caſus
ſuper quo.col.4.nu.20.

81 Et ideo licet nominatus ab vniuerſitate, ſit
excommunicatus tẽpore vacationis beneficij,
tamen poterit beneficium acceptare,Rot.deciſ.
720.not.quòd excommunicatus in antiquis.&
deciſ.vlt.de ſent.excom. Card. conſi.103.Caſus
ſuper quo.nu.20.

82 Quod poteſt prodeſſe, quia ſi rite fiat acce-
ptatio,beneficium erit affectum,ita quòd alteri
non poterit conferri. c.ne captandæ.de conceſ.
præb.lib.6. c.tibi qui.de reſcri. eo.lib.cle.vna.de
conceſ.præb.nec Ro. Pont. alteri etiã conferet.
Plenè ſcripſi in gl.præuentionis.declarantes de
83 Mãda.Apoſtol. in cõcor. † Ideo vidi cautelam
fieri per antiquiorem nominatũ,vt in pręſenta-
tione nominis, & cognominis, acceptaret ex
nunc prout ex tunc,primũ beneficium vacatu-
rũ,ad pręueniendum impetrationes, quæ pote-
rãt fieri, quod an poſsit fieri antequã vacet,no.
in d.c.ne captandæ, & d.cle.vna.de cõceſ.præb.
& Pet.de Ancha.conſi.413.vltra rationes,quod
non, quia debet fieri de beneficio certo, vt ibi-
dem dicitur,& plenè Feder.conſi.65. infraſcrip.

*Cautela in acceptatione.*

Intellige ſi per acceptationẽ non acquiratur
ius,alioqui ſecus.c.referente. de præben. Rot.in
deciſ.195.acceptatio in nouis,licet D.Auriolus
in d.c.1.in addi.ad de Monte lauduno indiſtin-
cte teneat, acceptationẽ fieri poſſe per excom-
84 municatum. † Idem intelligerem in alia pro-
uiſione facta excommunicato, quando ei ac-
quireretur ius ſpirituale, quod in eum non ca-
dit,vt ſuprà dixi per cap.fi.& ibi no.de exceſsib.
præla.nam nullum beneficiũ eccleſiaſticum eo
tempore acquirere poteſt. Aſten. in ſua ſum-
ma lib.7.tit.9.q.7.

85 Tamen excommunicati canonici non pro-
hibentur recipere illum, qui habet canonicum
titulũ in eccleſia,receptione facta, no.in c.cam
te.& c.capitulum. & ibi Bal.de reſcrip.gl.pe.in
c.per illorũ. de præb. & ibi Imol. Nicol.Milius
in repertorio in verbo excommunicatus. q.66.
Philip.in c.cũ in eccleſiis.col.1.in glo.1.de pręb.
lib.6. ſic & executor excõmunicatus poteſt de
beneficio prouidere,maximè ei qui ignorat ex-
communicatum. D.de Rot.deciſ.128.no.quod
executor in antiquis. quod intelligerẽ verum,
quando eſſet occulte excommunicatus,alioqui
ſecus per ea,quæ ſuprà dixi per no.in c.ad pro-
86 bandum. de re iudica. † Idẽ ſi mittatur in poſ-
ſeſsionem beneficij canonicè adepti, quia cum
miſsio in poſſeſsionẽ ſit facti,valebit recepta per
excommunicatum, nec vitiabit collationem
validam.Card.hic,& no.in d.c.cã te. & d.c.pro
illorũ.Pan.in c.veritatis.de dolo.ibi latè Bohic.

87 Item, optio poteſt fieri per excommunica-
tum, quæ ſolita eſt fieri in quibuſdam eccleſiis
per antiquiorem,iuxta c.fi.de conſuetu.no.Do.
Rot.deciſ.195.acceptatio. in no. Alia prohibita
excommunicatis inſererem, ſed ſpectantia ad
materiam beneficialem ſolũ volui proſequi,&
hæc pauca,ne lectorẽ diutius ſuſpendã & one-
ri auditoribus exiſtã quod ſummopere fugio.

1 Tertiò nota quòd diſpenſatio fieri po-
teſt,vbi collatio nõ tenuit,
ita Panor.hic, † Sed an ſine cauſa, Reſponde
non.Oldrad. conſilio 325.thema quæſtionis. in
princip. & conſil. ſequent. imo.vide ſexagin-
ta excommunicatorum pœnas in concord. in
rubric. de excommunicato non vitand. in fin.
Diſpenſatus ſine cauſa, non eſt tutus quo ad
Deum, gloſſ.in cap.non eſt de voto, quam ſe-
quitur ibi Panor. & Innoc.in cap.cum ad mo-

*Diſpẽſatus ſine cauſa non eſt tutus quo ad Deum.*

naſterium. de ſta. regula. & tanquam ſingularem magnificat Panor.in cap.ſignificaſti.nu.8. de elect. Philip.in rub. de teſta.colum.vlt.lib.6. Angel.in verbo, diſpenſatio.in §.3.Aſten.in ſua ſumma de diſpenſa.lib.6.tit.2.artic.4. Panor.in cap.cum adeo. de reſcript. & in repeti. cap.extirpandæ.§.qui verò.col.12.de præbend. Archi. Philip.& alij in cap.licet canon.in vlt.not.verſ. his etiam, de elect.lib.6.glo.in c.omnis.45.diſt. Petr.Ancha.conſil.313.niſi legibus.in fin.glo.in verbo pluralitatis. §.cui rei.de colla.in pragma. Felin.in cap.ad audientiam.2.col.4. verſi.nihilominus,& in cap.poſtulaſti.col.16. verſi.quartus caſus.de reſcript.num.13. Adria.de traiecto. in q.6.quodlibet artic.2.D.de Biaxio in tract.de electio.2.parte.cap.12.Idem ſi ſit diſpenſatus ex falſa cauſa. Oldra.conſilio 256.clemens.& hoc
2 † intelligunt quidam,in iis quę ſunt iuris diuini,vt in voto,& iuramento.Secus in iis quæ iuris ſunt poſitiui, vt in beneficiis, quia eius eſt deſtruere, cuius eſt condere,nec eſt ſuis ligatus princeps legibus. l.princeps. ff.de legib.l.digna vox.C.illo tit.quia quod ſola voluntate prohibuit, contraria voluntate tollere poteſt.l.nihil. de regul.iur.quod eſt verum,quo ad eccleſiam militantem, quia nulli licet de ſuo iudicio iudicare,ſecus quo ad Deum,nam ius fundatum eſt ſuper bono publico, quod ſine cauſa non debet relaxare,cum teneatur ex officio ſibi conceſſo facere ſicut bonus diſpenſator, Lucæ 12. Fidelis ſeruus & prudens quem conſtituit do-
3 minus,&c. † vbi tria ponuntur. Primum eſt fidelitas, vt ſcilicet in diſpẽſatione habeat intentionem,vt notatur ibi fidelis,qui non habet intuitum rationis,& boni publici in diſpenſatione, dicitur infidelis. Panor.in dicto §.qui verò. col.13.Secundum ponderoſitas,videlicet,vt conſideret cauſas mouentes, & qualitates perſonarum, vnde diſpenſare dicitur, quaſi diuerſa penſare,no.ibi prudens,& glo.in cap.requiritis. §.niſi rigor.1.q.7. Tertium eſt poteſtas,vt in eo in quo diſpenſat habeat authoritatem, & ſuper iis cum quibus diſpenſat habeat poteſtatem, no.ibi quem conſtituit dominus. Archiepiſco. Flor.in 1. parte ſuæ ſummæ tit.17. §.vlt.epiſcopus verò diſpenſans ſine cauſa, debet deponi ſi accuſetur.c.1.& cap.fi.51.diſt. Aſten.in ſua ſumma lib.6.de diſpenſ.tit.2.artic.2.in fin.& arti.4. Felin.in cap.conſtitutus.col.8.verſi. generaliter autem,& cap.ad audientiam.2.de reſcrip.Ioan. Lupus in tractat. de liberta. eccleſiaſt.in prima parte.quæſt.3.Panor.& Imo.in cap.de multa.de præben. Idem in legato,vt non poſſit ſine cauſa diſpenſare, etiam in illis caſibus in quibus Papa poſſet.teſte Innoc.in cap.dudum.2.in fin. de electio.quia non poteſt derogare iuri.glo.in cap.fi.de hæretic.in 6.Fel.in cap.poſtulaſti.col. 16.verſicul.quartus caſus. de reſcript. Hippoly. ſing.230.antiqua.

*Iuſta cauſa diſpẽſandi.*

4 Nota tamen,quòd ſex ſunt iuſtę cauſę diſpẽſandi,Prima tẽpus, vt ſi ob bellum, vel peſtem non reperiantur clerici, vel pauci, poterit diſpenſari, vt vnus plura habeat beneficia, vel vt laici clerici fiant. c.neceſſaria.1.q.7. cap.ſententiam.35.q.9. c.non debet. de conſang.& affinit. quia defectus noſtri temporis, quibus non ſolum merita,ſed etiam corpora ipſa defecerunt, diſtrictionis illius non patitur manere cenſu-
5 ram. cap.fraternitatis.34.diſtin. † alioqui perículoſa eſt diſpenſatio: cum vnus eſuriat, alius verò ebrius ſit,multitudine videlicet beneficiorum, vt dicit Paul.1.ad Corint.11. cap. & citat Floren.in 3.parte ſummæ tit.20.cap. 2. §.2.vide glo.in c.1.in ver.honorabilius. 16.q.7.& text.in c.ſicut.§.nunquid.47.diſtin.

6 †Secunda neceſsitas. cap.tali.1.q.7.Panor.in cap.de multa.de præbend.c.quanto.de tranſla. epiſcop. vt ſi in vna ciuitate non reperiuntur docti, ratione neceſsitatis poterit diſpenſari, vt vnus ſit canonicus duarũ eccleſiarum. c.quod pro remedio. 1.q.7. hodie paſsim diſpenſatur, tam pro illiteratis quàm literatis, vt oculata fide videmus.

7 Tertia vtilitas, ſcilicet vt alij ad bonum reuertantur.23.quæſt.4.c.ipſa pietas.in fi.vel ſi ſit vtile eccleſiæ habere quendam bonum virum, & literis prędítum,cauſa iuſta diſpenſandi eſt, eccleſiæ vtilitas. cap.propoſuit. de præbend. & dict.cap.tali. gl.in c.vt conſtitueretur.50.diſtin. multa notanda tradit amicus meus Do. Iaco. Bonaud. in addit.ad Io.de terra rubea. fol. 105. in conclu.9. vbi vide ſi libet. & in d.c.quanto. Archiepiſ. Floren.in 3.parte ſuæ ſummæ in c.1. §.10.& c.ſcias.7.q.1.

8 Quarta,perſonæ qualitas,meriti,& ſcientiæ, aut ſenectutis. dict.cap. tali. & cap.didici.1.q.7. vel perſonæ prærogatiua, vt literatura, & nobilitas.d. cap.de multa.de præbend.& cap.cum
9 ex eo. de elect. lib.6. vbi Ioan.Monach. † dicit quòd eccleſię eſt ſubueniendum,& eſt implenda perſonis literatis non nepotulis, nec aſinis deferratis, idem in cap. fina. num. 10. ibi non aſſumantur nepotuli & aſini deferrati, qui non ſunt pro, ſed contra eccleſiam, de verb. ſignifi. vbi Philippus Probus in additio.ad cum.

10 Quinta, ipſa pietas, vt cum corpore vitiatis poſsit diſpenſari.cap.requiritis.§.niſi rigor.1. quæſt.7.& ibi no.

11 Sexta, religio ratione bonitatis poteſt cum aliquo diſpenſari.77. diſtinct. Monachus.cap. cum illorum. de ſenten.excom. Angel. in dict. verſic. diſpenſatio. §.primo. & quia innumerabiles ſunt cauſæ, ideo non poſſunt in regulam redigi, ſed ſtandum eſt arbitrio boni viri,qui ſi indicauerit diſpenſationem eſſe rationabilem, & cauſam, diſpenſatio tenebit. cap. domino. 50.diſtinct.

12 Imò cauſa exiſtente,peccat prælatus non diſpenſando,licet ſubditi non habeant ius petendi,niſi deprecatiuè, argu.2.q.5.c.quanto. Silueſter in ſua ſumma in d.verſi.diſpenſatio. in 1.q. & glo.in d.c.domino.50.diſt. Barba.conſil.40. col.3.in 4.vol. Philip.in c.licet canon.in 3.not. de elect.lib.6.in verſi.is etiam.

13 Si verò ſine cauſa diſpenſet, dicitur diſsipatio,Panor.in dict.cap. quia in tantum.de præb. colum.2. & cap. diuerſis. colum. 2. de cleric. coniuga. & Aſten. vbi ſuprà, Ioan.Monach.in

cap.vnic.



c.vnico.in fine de æta.& quali.lib.6.allegat hoc fore dictum beati Bernardi.

1 Quartò nota ibi, illi verò, quòd conferens beneficium excommunicato & ſic indigno, debet ſuſpendi à collatione beneficiorum,nec obſtat c.cum in cunctis.§.clerici.ſuprà de elect.vbi eligentes ipſo iure ſunt ſuſpenſi,quia debet intelligi quo ad collationem illius beneficij, quod contulerunt, & ſic in quo peccauerunt,ſecus in collatione aliorum, quia tunc poſt binam monitionem debent ſuſpendi, vt hic: & huius opinionis fuit Petrus Anchar.& Docto.per tex.in cap.graue. de præbend.

Vel intelligunt quidam,vt Cardin. d.§.fi.in curatis procedere iſtum tex.in ſimplicibus.glo. in verb. ſuſpendatur. in cap. nihil. de elect. tamẽ hic & ille generaliter tam de curatis,quàm de ſimplicibus loquuntur.

2 Ideo intelligerem hunc text.& cap.graue.in collatoribus, & hoc probat verbum conferendis,poſitum in d.cap.graue.& hic,& hoc etiam probat dict. §.fina. ibi dum dicit epiſcopus autem ſi contra hæc fecerit, aut conſenſerit fieri, in conferendis prædictis officiis, & beneficiis, poteſtatem amittat. Non ergo in conferente apponitur hæc pœna ſuſpenſionis, niſi poſt monitionem, & non ipſo iure, hoc etiam probat. cap.ad abolendam.in verſi.ſuſpendatur.de filiis presbyt. vbi vtitur verbo futuri temporis, quod requirit ſententiam,glo.in l.in criminali. C.de iuriſ.omnium iud.Fel.in c.Rodulphus.de reſcrip. Ibi latius quàm alibi, & huius opinio. videtur eſſe Ioan.And.& Alber.in regula odia, de regulis iur. in ſexto. Aſteſan.in libro 5. titul. 9.quæſt.7.

3 Item ponderanda eſt dictio autem,poſita in dicto cap.cum in cunctis, quæ eſt aduerſatiua, tum iuris, tum facti. l.hoc amplius. cum gloſſ. expreſſa.ff.de damno infect.& ibi latè Bar.& in l.mariti. §.fin.ad l.Iuliam de adult.& in l.tranſigere. col.2.C.de tranſact.Philip.Corne.conſil. 44.videtur.litera H.in 3.vol.

4 Prætereà, pœnæ ſunt reſtringendæ,non ampliandę.l.cum quidam.ff.de libe.& poſthu.dict. regula odia. Item non incurrit quis pœnam priuationis, vel ſuſpenſionis, niſi in caſibus à iure expreſsis,gloſ.in c.fi.de iure patro.& ſuprà dixi, & eſt text. expreſſus in c.ſi compromiſſarius.in fi.de elect.lib.6.

5 Intellige ergo dict.§.clerici.procedere in electione epiſcopi, & ſuperioris indigni electi, ſecus in inferiore, quia tunc eligentes non ſunt ipſo iure ſuſpenſi, etiam eligendo indignum canonicum, ſecus ſi epiſcopum eligerent indignum, aut archiepiſcopum. c.ſi compromiſſarius,verſi.huiuſmodi.de elect.lib.6.gloſſ.in cap. quamquam.illo titu. Imol.in d.§.clerici.Bohic. in c.nihil. in 1.diſt.illo tit. & durante illo triennio quo ſunt ſuſpenſi, ſunt ineligibiles.cap.per inquiſitionem.de elect.Imol.vbi ſuprà.

*Eligentes indignum, quæ pœna afficiantur.*

6 Amplia, ſiue ſint eligentes, ſiue conferentes indigno, quia ij omnes ſunt priuati poteſtate eligendi, aut conferendi, pro prima vice. cap. cum Vintonienſis. cap. ne pro defectu. de elect. cap.cum ſingula. §.prohibemus.de præb. lib.6.glo.in cap.1.§.quod ſi prædicta.in ver.priuati.de elect.in pragma. & illa collatio, vel electio de indigno facta non valet. c.innotuit. de elect.& not.in d.§. cum in cunctis.vide Bart. in l.cum quidam.1.ff.de leg.2.

7 Intellige ſi electio fuit perfecta, alioqui ſecus,text.in c.perpetuo.de elect.lib.6.Panor.in c. congregato.col.fi.illo tit.

8 Fallit ſi eligens contempſerit appellationem aduerſarij, nam tunc etiam in electione perdit vocem ſuam,quamuis non fuerit electio perfecta, & effectum non habuerit. Philip.Franc.in c.conſtitutis.in 2.de appel.quem refert Bertach. in tracta.de epiſcopo.lib.1.tertiæ partis.q.27.

9 Intellige eſſe priuatos conferendi, aut eligendi poteſtate, ſi ſcienter, ſecus ſi ignoranter prouiderunt,vt hic in verſic.ſcienter. & c.Apoſtolicæ.infrà eo.facit.cap.ſi verò.in 2.de ſententi. excom.c.2. de excep. & tunc deuoluitur poteſtas ad Papam. cap.quanquam. de elect. lib.6. Guillelmus Monſerat in commento pragmat. ſanctio. 3.parte. D.de Biaxio in d.tract.de elect. in prima parte c.11.

10 Præſumitur tamen quòd eligens, vel alius, ſcienter prouiderit,cum ex debito officij teneatur inquirere de moribus,& vita electi.c.innotuit, de elect.Inno.in cap.cum inter R.illo tit. Card.conſi.133.duo ſunt videnda,Barba.conſ.5. illud in medium. col.3.in 4.volu.Iacobi.in l.de
11 tutela.C.de in integ.reſtit. † quia plenã notitiã eius quem eligit, debet habere eligens & alius collator. c.bonæ.in 2. in fi.vbi Panor.in 12.not. & Cardin. de poſtula. prælat. Silueſter in ſua ſumma.in ver.electio. in 1.q.16. Imol. in c.1.per illum text.de renuntia.gloſ.in ver.nec cognit.§. cui rei.de colla.in prag. Facit ratio quam citat Ioan.Monach.in c.vnico.de æta.& qualit.in fine lib.6. quòd collator potius debet attendere, vt prouideat eccleſiis,quàm perſonis, & ſic debet cognoſcere perſonas, vt qui cum alio contrahit eſt, vel eſſe debet:non ignarus eius conditionis,cum quo contrahit. l.qui cum alio. ff. de reg.iur.ita & hoc caſu.

12 Ignorantia verò poterit probari iuramento, publica voce, fama, & aliis probationibus, ſecundum Bertachi. vbi ſuprà,quæſt.28. de Ripa in libro 2.reſponſorum. cap. 12. præſuppoſito.

13 † Idem in epiſcopo promouente indignum ad ſacros ordines,vt etiam priuetur poteſtate conferendi eos.c.nihil.& ibi not.de elect.Bertachi. vbi ſuprà q.27.

14 Amplia idem in poſtulantibus. gloſ.in c.1.in ver.priuare.de poſtulatione præla.Fel.in c.cum olim.de maiorit.& obed. text.in c.ſcriptum. de elect.Ratio eſt,nam qui eſt indignus ad eligendũ,eſt indignus ad poſtulandũ:quia per poſtulationem deuenitur ad electionem.Bal.in c.1.in fi.de poſtulat.prælat. quod non ſimpliciter verum,vt in cap.fi.illo tit. vide tamen glo.ſing.& quæ ibi addidi in c.fin.de elect.in 6.

15 Idem dic in præſentante indignum, Barbat. cõſi.33.ſcripſit.col.6.in 2.vol.Dec.in d.§.clerici.

c.cum in cunctis. Guido Papæ deciſ. 374. per-
mutatio. in fin.& intellige vt per glo. in c.cum
vos.de offi.ordina.licet Fede.conſi.147.quidam
de ciuitate contrarium teneat.quem vide.
16 Et idem in inſtituente indignũ aſſerit Gui-
do Papæ conſi.71.pro deciſ.in prin.
17 Idem in confirmante indignum. c.nihil. &
ibi Bohic.de elect.glo.in c.1.§.ſi verò confirma-
tores.in ver.ea vice,de elect.
18 Intellige tamen eos ſuſpenſos, in beneficiis
quæ habent in illa eccleſia in qua deliquerunt,
non in alia.c.ſi compromiſſarius,de elect.lib.6.
cap.2.§. & nihilominus. de rebus eccleſiæ non

*Nota ad concordata pro nominatis contra collatores.*

19 † aliend.quod facit ad intellectũ.§.fi.de elect.in
concorda. vbi conferens beneficia vacantia in
menſibus Ianuarij,& Iulij,non graduatis & no-
minatis, vel vacantia in menſibus Aprilis, &
Octobris non graduatis, cum duo primi men-
ſes nominatis ſint aſsignati, alteri duo gradua-
tis ſimplicibus,eſt ſuſpenſus à collatione bene-
ficiorum per octo menſes, in quibus liberam
habebat collationem,ergo ſi haberet duos epi-
ſcopatus,& in vno peccauerit,in altero non eſt
ſuſpenſus,quod eſt notandum & menti tenen-
dum,ibi plenius ſcripſi.
20 Imò extra illas pœnas,cõferens, vel eligens,
ſcienter indignum,peccat mortaliter,tum quia
graue eſt inexpertos Dei ſeruitio applicare. c.
monaſteriis.19.q.3.glo.pen.in cap.ad Apoſtoli-
cam.de regula.cum quia domino ſuo eſt infide-
lis,committens indigno eius miniſterium, con
tra id quod habetur in Euangelio, quod in-
frà declaro no.ſeq. Fidelis ſeruus & prudens.
nam hoc vergit & in detrimentum eccleſiæ, &
honoris diuini, qui per bonos promouetur &
colitur, & melius eſt paucos & bonos habere.
quàm multos inutiles. c. tales. 23. diſtinct.cap.
pen.de ætate & qualita.glo.in ver.indignorum.
in procemio prag.ſanctio. Archi.in c.ſi qui epi-
21 ſcopi. prima.q.1. † amplians etiam ad conſu-
lentes, præſentantes, & ſuadentes, quia coope-
rantur ad malum,etiam peccant.cap.notum.2.
q.1.& idem tenet Flo. in eadem parte tit.20. c.
2.§.2. in conferendo, & tit.22.c.5.§.18.de pote-
ſtate Papę in clericos.Lucas de Penna in l.exa-
ctores.col.2.C.de ſuſcepto. præpoſ.& arcar. lib.
10.Panor.& Felin.in c.cum adeo.colum.vlt.de
reſcrip.Floren.in 3.parte ſummę.tit.14.c.16.§.11.
& ij plus peccant,quàm qui cõtra formam eli-
gunt, nam primi contra conſcientiam faciunt,
ſecundi verò ſolos canonum apices præter-
mittunt, quod non eſt contra bonam fidem,
nec contra naturalem æquitatem, ſed contra
nimiam legum diligentiam nulla ratione co-
gente,ſed ſola veterũ authoritate introductam.
Bal.in c.auditis.colum.vlt.de electio.vide Bart.
in l.prima. in diffi. nobilita. num.17. C. de di-
gnit.lib.12.
Item,dicitur Actuum 6.cap. Conſiderate er-
go fratres, viros ex vobis boni teſtimonij ſe-
ptem, plenos ſpiritu ſancto, & ſapientia, quos
conſtituamus ſuper hoc opus. Elegerunt ergo
diſcipuli Stephanum, virum plenum fide, &
ſpiritu ſancto: ecce ergo qualem electores te-
nentur eligere. & dicit Hieronym. in c.ſi ergo.
8.quæſt.1.gubernatio populi ei tradatur, quem
elegit Deus,& vide latius ibi,& Pau.1.ad Timo.
cap.3.oportet autem illum qui eligitur, habere
teſtimonium bonum ab iis, qui foris ſunt, &
cap.ſicut.de ſuppl.neg.prælat.eligatur, qui no-
22 uerit præeſſe & prodeſſe. † Nam & iure diui-
no, vt ſuprà probaui, & iure canonico, tenen-
tur, vt etiam infrà dicam, & iure ciuili tenetur
quis de mala electione. l.vlt. §.hac autem. & §.
23 ſequent. ff. nautæ caupones. † Item eligentes,
& nominãtes (eodem iure)ſcienter indignum,
tenentur de his, quæ male in officio electi geſ-
ſerunt. l.1.& 2. C.de periculo nominato. lib.11.
& hoc ſi lapſi ſunt facultatibus electi.l.exacto-
res. C. de ſuſcepto.præpoſi.& arcar.lib.10.vide
tex.in l.ſeueriter. C.de excuſa.tutor.
24 Imò ipſo iure ciuili tenetur pater, conſen-
tiens filio electo ad officium ſcabini, conſulis,
aut aliud, excuſſo tamen filio, text.in l.prima.
C.de decurio.lib.10.an præſumatur ſciens, latè
Barba.tradit,conſi.5.illud in medium.in 4.vol.
an videatur fideiuſſor vel principalis. Dec. in
conſi.268.concluſio.
25 Item,etiam eligentes indignum ad præben-
dam,vel aliud beneficium, tenentur ad intereſ-
ſe illi eccleſiæ quam læſerũt, vtpote,ſi dignum
elegiſſent,eccleſia non in lite ſuccubuiſſet, aut
26 aliud detrimentum paſſa non fuiſſet, † inſtar
magiſtratus,qui minus idoneo pupilli tutelam
commiſit. Nam,ſi non poteſt haberi regreſſus
contra tutorem male adminiſtrantem, tenetur
magiſtratus.l.1.& per totum.ff. & C. de magi-
ſtrat.conue.hoc expreſſe tradit Petr.de Ancha.
& Card.in cle.1.col.vlt.de ætate & qualita. An-
gel.de Clauaſio,& Silueſter.in ver.reſtitutio.ſe-
quitur Fel. in c.ſi quando.col.4.verſi.ſtat diffi-
cultas.nu.7.de reſcript.
27 Item,dicti electores tenentur de mala admi-
niſtratione electi,& fiuntparticipes pœnarum,
quas electi mali in diſtricto dei iudicio patien-
tũr.c.1.§.quoniam. & ibi glo. in verbo autho-
res, de elect. in prag. vbi dicit electores debere
28 aduertere circa hoc, † quia nihil eſt quod ma-
gis eccleſiæ officiat,quàm quod indigni ad re-
gimen eccleſiæ ſumantur.c.nihil. de elect. ſicut
enim boni operis ſibi fructum comparat, qui
rectum tenet in eligendo iudicium, ita graui
ſemetipſum afficit damno, qui ad ſuæ digni-
tatis collegium ſublimat indignum. cap. mira-
mur.61.diſtinct. & talibus dicitur Eſaiæ 41.cap.
Ecce vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum, ex
eo quod non eſt, abominatio eſt qui elegit
vos, & textus in cap. Valentinianus.63.diſtinct.
dicit ſuper vos eſt talis electio; & ibi gloſſa di-
cit, quòd illa electio eſt periculo eligentium,
vt teneantur de omni damno, & diſpendio,
quod eccleſiæ acciderit.
Item, dicit Hieronym. in cap.gloria epiſco-
pi.12.quæſt.2. quòd multi edificant parietes,&
columnas eccleſiæ ſubtrahunt, marmora ni-
tent, auro laquearia ſplendent, gemmis alta-
re diſtinguitur, & miniſtrorum Chriſti nulla
eſt electio.





29 Ideo talis præſumitur is qui elegit qualis il-
le qui eligitur.c.tantis.in fi.81.diſt.

*Indignus quis ſit.*

30 Quæret aliquis,quis dicatur indignus. Re-
ſpon.excommunicatus,vt hîc,ſuſpenſus, & in-
terdictus.c.cum dilectus.de conſuet.c. cum in-
ter R.de elect.
Item,laicus.c.1.& ſeq.61.diſt.c.2.de inſtit.Ra-
tio in hoc poteſt ſumi ex his quæ citat Præpo.
31 in exordio de cauſis. col. 6. † quia ſpiritualia
ſpiritualibus perſonis ſunt diſtribuenda. Iſtud
comprobatur per Io.Monachum & alios ſcri-
bentes.in cap. ſi iudex.de ſenten. excom. lib.6.
32 † & quia laici iurium ſpiritualium ſunt inca-
paces.cap. cauſam. de præſcrip.etiam ſi eſſet in
habitu & tonſura clericalibus. teſte Io. de Sel-
ua.in tractat. de benefi.in tertia parte. quæſt. 6.
& ſic inhabilis eſt à fortiori non tonſuratus; &
ſic nec clericus. cap. cum adeo,de reſcript.cap.
ex literis. de tranſact. Federicus conſilio 13.cle-
ricus.colum.vltim. Stepha.Maleret in tract.de
elect.fol.2.
Item, infans qui non nouit ſeipſum regere
indecorum eſt vt ad regimen aliorum præfi-
ciatur.c.indecorum.de ætate & qualita.c. ſuper
inordinata, de præbend. & ibi late dixi, & tra-
ditur primæ ad Timotheum c. 5. Manus citò
nemini impoſueris, neque communicaueris
peccatis alienis. quid namque eſt citò manum
imponere, niſi ante maturitatem ætatis, ante
tempus examinis,ante tempus emeritum obe-
dientiæ,ante experientiam diſciplinæ ſacerdo-
talem honorem tribuere non probaris? & quid
eſt communicare peccatis alienis,niſi talem ef-
fici ordinantem qualis eſt qui non meruit or-
dinari? tex.ſolennis in d.c.miramur.61.diſt.& c.
quid eſt manus.78.diſt.
Item,pœnitus illiteratus.c.fi.de æta. & qua-
lita.quia æquiparatur infanti.c.fin. de tempore
ordina. lib.6. in talem profectò ius dignitatis
cadere non poteſt.dicit Innocen.in c.cum no-
ſtris.col.1.de conceſ.præbend. ſuprà.facit dictũ
Bal. in cap. congregato num.4.ſuprà de elect.

*Notabilis Diui Auguſtini de eccleſia ſententia.*

33 † Quia omnino illiteratus eſt nullus in eccle-
ſia Dei, nam vt ait diuus Auguſt. Non eſt fu-
giendum ad ignorantiæ tenebras, & eccleſia
34 dei debet ſplendere, † & non ruere, vide quæ
in propoſito late citat Philippus probus in
addi.ad Io.Mo.in c.fi.de tempo.ordina.in 6. &
quis dicatur imperitus,vide per Bar. in authen.
ſed nouo iure.C.ſi cert.pet.
35 Ad hæc ſimoniacus.c.nobis.cum ſimilibus.
de ſimon.etiam ſi ſimonia fuerit commiſſa eo
ignorante.glo.in pragma.in tit.de elect. in §. ſi
verò confirmatores. in verbo ſimoniacum.per
illum text.& idem ſi collator,vel canonici con
uenerint ſic ante electionem, placeat tibi meo
nepoti dare in hac præbẽda tuum ſuffragium,
ſeu(vt dicunt)vocem,& de prima vacatura ego
pro tuo dabo meum ſuffragium,quia tales eli-
gentes ſimoniam committunt. c. non ſatis. de
36 ſimo. docto.in c.1. vt eccleſiaſti. benefi. † nam
omnis conuentio,& pactio eſt prohibita in be-
neficialibus.c. quàm pio,prima q.2. Igitur tam
nepotes,quàm patrui eligentes, ſunt ſimonia-
ci,& ſic beneficiis priuati.Ioan.de Sel. in tract.
de beneficio.in prima parte.q.7.num.64. Idem
ſi eligatur quis ad beneficium,cum hoc vt ha-
beat nominato prouidere,vel facere,quia om-
nia iſta inducunt ſimoniam,quod eſt no. quia
multi non aduertunt,hoc no. Dom. de Biaxio
regis Nauarrę cancellarius in ſuo tract.electio.
ſecunda parte.c.28.item ſimonia eſt ſi confera-
tur beneficium famulo ob cõpenſationem ſer-
uitiorum, teſte Innoc. in cap.tuam.de ætate &
qualitat. Vide quæ ſcripſi in gloſſ. ſimoniacis
rub.de electio.derog.in concorda.
His addo hæreticum. cap. excommunica-
mus, & per totum de hæretic. Nec omitto bi-
37 gamos.cap.1. & per totum de biga. † quia non
poſſunt ad ſacros promoueri. glo. in ſumma.
26.diſt. quæ aſsignat quatuor rationes. late D.
Biaxius. in ſecunda parte. c.20. Io.Montaigne
in tract.de bigamia.
38 Prætereà homicida,læſæ maieſtatis, & aliis
criminibus irretitus,notorie inhabilis.c.2.& ibi
Panor.Fel.& alij de reſcript.Ioan.Apoca.c. vlt.
Foris autem canes,& venefici, & impudici, &
homicidæ & idolis ſeruientes, & omnis qui
amat,& facit mendacium.
39 Licet propter homicidium non qualifica-
tum (de qualificato habetur in cap.1.de homi-
cid.lib.6.)quis non ſit priuatus ipſo iure bene-
ficiis,quæ habet ante crimen perpetratum.cap.
clericis.ne cleri.vel mona.c.ex literis. de exceſ-
ſib.prælato. ibi vt epiſcopatui cedat. Card. in
cle.conſtitutionem. §. cæterum.in fin.de elect.
Panorm.& alij in c.2.de reſcript.& c.item.quis.
col.pen.de reſti.ſpo.c.cum noſtris.in fi.de con-
ceſ.præbend.c.fi.no.2.de exceſsib.prælato. Præ-
poſi.in c.ſtudeat.50.diſt.Fel.in c.de quarta.col.
10.num.33.de præſcrip.& c.inquiſitionis. de ac-
cuſa.Aufre.in deciſio.capel.Tho.quæſt.207.ſi
beneficiatus,& Tho.Ferra. cautel.44. canoni-
cis,& Dec.conſil.166.ego Philippus.
40 Nec irregularis eſt ipſo iure priuatus, Pan.
& Fel.in d.c.2.& c.querelam. de iureiur. Ioan.
de Selua.in tract.de beneficio.in tertia parte. q.
2.vbi latè.
Intantum quod ſola ſimonia, & hæreſis pri-
uant quem ipſo iure.c.cum ſecundum leges de
hæretic.lib.6.Fel.in d.c.2.col.3.Aufre.q. 438. an
collatio quod intellige,vt per Fel.in c. inſinua-
tum de ſimo.D.de Biaxio Regis Nauarrę can-
cellarius in ſuo eleganti tract. elect. cui eſt no-
men directorium electionum. in ſecunda par-
te.cap.28.
41 Adde etiam eum,qui crimen falſi in literis
Papæ commiſit. c. ad falſariorum, de crimine
falſi.Dom.Biaxius in d.tract.de elect.in 2.par-
te.cap.21.
42 Et regulariter quis non eſt priuatus,ſed per
ſententiam priuatur, niſi in caſibus à iure ex-
preſsis.glo.in c.fi.de iure patro. pro qua eſt tex.
in l.at ſi quis.§.diuus. ff. de relig. & ſumpt. fu-
ner.glo.in clem.2.in verbo. ſuſpenſus, de vita
& honeſt.cleric.vide ſeptem caſus quos ſcripſi
in tract.de pacifi.poſſe.in num.264.& ſequent.
43 † Et quid proſit ſcire, an quis ſit ipſo iure pri-

uatus,an per ſententiam,dixi in arbore feudorum , inſerta nunc in volumine , & poſui tres vtilitates ibi , licet videre non repeto in fin. & alias per And. Tiraquel.in repe.l.ſi vnquam.in verb.reuertatur.C.de reuo.dona.

Poſtquam ergo non eſt ipſo iure priuatus
44 † homicida , aut alius criminoſus poterit renũtiare,antequam ſciat beneficium, quod poſſidet eſſe per alium impetratum, cum clauſula ſi conſiſterit talem N. homicidium commiſiſſe priues, & tali conferas. glo.in regula cancel. 27.poſtquam ſciuerit impetrationem , non renuntiabit. Antho.de Butr. conſil. 43. caſus quidam presbyter.Fel.in c.in noſtra correla.37.fallen.5.de reſcrip.& c.inquiſitionis.col.1.de accuſa.& magnę probitatis ac ſcientiæ vir.D o.Petrus Biaxius in ſuo tam frugifero tract.electionum in ſecunda parte.c.30.Aufre.in deciſi. capel.Tholo.quęſt.436.an ſi contra aliquem.licet Do.conſi.105. Ad ſupplicationem teneat , ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit impetrationem quod non poterit renuntiare in præiudicium impetrantis, etiam via permutationis , & hoc quia eſt affectum beneficium ex appoſitione ma-
45 nus Papę, † quod includit reſeruationem,quæ apud Gallos non habet ( vt arbitror ) locum, cum non ſit in corpore iuris clauſa.§.volumus in concorda. firmat. Aufre. vbi ſuprà , & forte hæc opinio procederet,quando decretum eſſet appoſitum in impetratione,& ſic ſolet apponi, videlicet,& cum decreto,& declaratione,quod ſi dictus N.metu priuationis ductus,eccleſiam prædictam;in alterius quàm dicti oratoris fauorem,etiam in manibus veſtris , reſignauerit, reſignatio huiuſmodi in fauorem oratoris facta ſit,& cenſeatur.

*Practica Ro.quando de homicida renuntiatione dubitatur.*

46 Intellige homicidam non eſſe ipſo iure priuatum beneficiis , quæ ante homicidium habebat,vel ante irregularitatem,aut criminoſus, vltra tres ſuprà enumeratos caſus , ſed ſi poſt homicidium,vel aliud crimen notoriam indignitatem afferens , conferatur eidem beneficium,non valebit collatio. Innoc. & Panor. in d.c.cum noſtris.quia turpius eiicitur,quam nõ admittitur hoſpes.c. quemadmodum. de iureiur.glo.fin.in cap. literas.ſuprà de reſtit. ſpolia. Alex.conſil.213.ponderatis.num.9.in 5.volum.
47 † & facilius quis impeditur à conſequendo, quàm priuetur iam conſecutis.no. in l. ſeruus. C.de pact.l.qui autem.ff.quæ in fraud. credito. Federi.conſi.9.caſus talis.Barba.conſil.41. illud afferam.col.7.& 16.in primo vol. & conſil. 19. præclare.in fi.in 2.vol.& conſil.34. præclare. in fi.& conſil.53. col.12.& conſi.59.illud in mediũ. col. 7.in eodem vol.ac conſi.1.col.11.in 3. volu. & conſil.19.vbi caſus.col.7. & conſil.21.à Ioue. col.6.& conſi.62.illud afferam.col.2.in eodem vol.& conſil.66.illud in fin.eo.vol.& conſil.65. referam. col.7. & ſeq.in 4. vol.& in conſil.ſeq. col.6.& in repe.l.cum acutiſsimi.colum.108.& ſeq.C.de fideicom.& in cle. gratiæ. de reſcript. Hippo.ſing.194.magna eſt differentia , hoc tenet Ioan.de Selua.in tract. de beneficio in tertia parte.q.2.vide Fel.in c.fi.in tertia concluſio.
num.30.de præſumptuo.& c.inquiſitionis.col. 1.& ſeq.de accuſa.Imol.in cap. auditis.in fin.de elect.vbi idem dicit de electione.

48 Ex his in practica infertur,quod ſi ſuprà nominatis fuerit facta collatio vel electio , & ipſi ratione illius collationis poſſederunt pacifice beneficium vltra triennium , non tamen poterunt ſe iuuare decreto de pacific. poſſe. in concorda,ſed in poſſeſſorio , & petitorio poterunt moleſtari. quia cum collatio eiſdem facta non valeat,nil debet operari,plene no.Felin. in c.ex tenore.col.3. verſic. regula non præſtat , de reſcrip.& perinde debet haberi, ac ſi collatio eis, aut electio facta non eſſet.Panor.in c.cum noſtris.col.vlt.de conceſſ.præbend.Fel.in c.in noſtra in ſecundo correla.de reſcript.

*Declaratio ad titulum de pacific. poſſe. in concorda.*

Nec obſtat,quod tex.in d.tit.de pacif. poſſe. in concord.loquatur generaliter,videlicet quicunque &c. quia debet intelligi de habili. l. vt gradatim.ff.de mune. & hono. l.1. C. de ſacroſanct.eccle.dixi late in authen.habita, vbi enumeraui priuilegia ſcholarium.C. ne filius pro patre,& ita intelligit glo.in regula cancel.33.

Minúſque obſtat text.in d.titulo dicens,quicunque non violentus,coloratum habens titulum,quia prædicti non dicuntur habere coloratum titulum,prout no.in prag. ſanct. in verbo coloratum.in eo.titulo.& no.doct.in d.cap. cum noſtris. moder. in rub. de cauſ. poſſe. & proprie,ſed nullum titulum,ergo non poterũt ſe iuuare decreto illo de pacifi. poſſe , quia nil & inutile ęquiparantur.l.quotiens.ff.qui ſatiſd. cog.cap.inter corporalia.§.ſed neque. ſuprà de tranſla.epiſcopi. Aliis etiam modis quis dicitur indignus,de quibus in c.innotuit.& c. venerabilem.& c.dudum.c.quiſquis. ſuprà de elect.c. priſcis.& ſeq.55.diſt.Mandago.in tract.de elect. in prima parte.c.27.& ibi decus patrię D.Boerius in additio.ad eum.Angel.in ſua ſumma in verbo electio.§.23.& plene in directorio electionum in prima & ſecunda partibus.Plene ſcripſi in tract.de pacific. poſſe.in nu. 173.cum ſeq.

49 Dicet quis , an teneatur quiſquam eligere digniorem,& meliorem,vel an ſufficiat eligere idoneum?Reſpon.quod quis tenetur eligere meliorem,& magis idoneum,tam iure diuino, quàm canonico, atque ciuili. Primo probatur Geneſis 41. Quia oſtendit tibi Deus omnia quæ locutus es,nunquid ſapientiorem,& ſimilem tui inuenire potero ? tu eris ſuper domum meam,& ad tui oris imperium cunctus popu- obediet.Et 3.Eſdræ cap. 3. Dicamus vnuſquiſque noſtrum ſermonem, qui præcellat, & cuiuſcunque apparuerit ſermo ſapiẽtior alterius, dabit illi Rex Darius dona magna , purpura cooperiri,& in auro bibere &c. Numer. 11.cap. Congrega mihi ſeptuaginta viros , de ſenioribus Iſrael,quos tu noſti,quòd ſenes populi ſint, id eſt,meliores,& ſapiẽtiores exponunt Theologi.Et primo Reg. cap. 15. Scidit dominus regnum Iſrael à te hodie, & tradidit illud proximo tuo,meliori te.

*Melior an ſit eligẽdus.*

Facit quod ſcribitur Geneſis 37.c.Vbi Iſaac benedixit Iacob minorem natu, & licet errore ductus



ductus fecerit , tamen ille error non ſine myſterio venit , quia melior erat , vt ibi theologi ponderant.

Item,Geneſis 37.cap.Iacob diligebat filium ſuum iuuenem prę cæteris,quia in ſenectute eũ genuerat.Exponit ibi Burgenſis,ideſt quia habebat ſenſum ſenilem,& erat melior aliis,prudentior , ſapientior , & maioribus virtutibus præditus.

Dauid quoque Salomonem prætulit , licet iuniorem aliis fratribus,vt habetur 3. Reg. primo cap. & hoc propter ſapientiam maiorem inſtinctu ſpiritus ſancti factum eſſe non dubitauit.gl.in c.Moyſes.8.q.1. Lucas de Pen.in l.fi. col.5.& ſeq.C. de tyro. lib.12. Hoc etiam tenet beatus Tho. in 4.ſenten.diſt.24.q.1.artic.3.& q. 4.prout eum referunt doct.

Præterea narrat Grego.in dialogo.4.c.9. de Paſcaſio qui fuit damnatus, quia partem Laurentij fouit contra Simachum, eligendo illum ad epiſcopatum,cum poſſet meliorem eligere, citat Io.Lup.in repe.cap.per veſtras.no. 2.§.26. de dona.inter vi.& vxo.

50 Item legitur de Leone Papa, qui cum totos 40. dies ad corpus beati Petri oraſſet , vt à domino remiſsionem ſibi peccatorum procuraret, demum apparuit ei beatus Petrus dicens, ſibi hoc à domino remiſsionem obtinuiſſe de omnibus , excepto de manuum impoſitione, ideſt de ordinatione, & collatione beneficiorũ indignis facta, de qua adhuc domino habebat reddere rationem hæc Archiep. Flo.in 3.parte ſummæ in tit.20.cap.2.§.1.

Probatur iure canonico. in c. metropolitano.64.diſt.vbi dicit optimum debere eligi, facit quod dicit beatus Hiero.in c.licet ergo.8.q. 1.videlicet ſciant omnes,& certi ſint , quod qui præſtantior eſt ex omni populo , qui doctior, qui ſanctior , qui in omni virtute eminentior ille eligatur.

Idem Hiero.in cap.Moyſes. eadem cauſa & q. inquit , Hodie namque cernimus plurimos hanc rem beneficio facere , vt non quærant in eccleſia columnas erigere , quos plus cognoſcant eccleſiæ prodeſſe,ſed quos vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti , vel pro quibus maiorum quiſpiam rogauerit,& vt deteriora taceam,qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt,hæc ille. Facit cap.fi.de offi.cuſto. ibi,& ad hoc opus tales ordinentur,quales meliores & ſanctiores eſſe viderint.

Item de iure ciuili allegatur text.in l.fœminę.in ver.in quem contemplatione meritorum liberalitatis ſuæ &c. C.de ſecund.nup.

Item,rubr.C.de potio.ad muner. nominan. lib.11.& l.fin.C.de tyro.& ibi docto.& ſupra dixi.Idem diſponitur in ordina. Reg. Karoli ſeptimi.artic.83. & in ordina.tangentibus ſtilum parla.artic.1.eſt in aliis ordina.rub. *des offices de iudicature.*

51 Et qui non facit peccat mortaliter,tum quia eſt infidelis domino , tum quia cedit in detrimentum eccleſiæ , & dedecus , vt ſuprà dictum eſt.

Item,quia tranſgreditur canones , volentes optimum eligi debere cap. metropolitano. 64.
52 diſt. † & qui tranſgreditur canones peccat. c. quia eadem.64.diſt.no.in cap.1.& c. quæ in eccleſiarum,de conſtit.glo.no.in c.1. §. ad locum in ver.vtiliorem.de elect. in prag.ſanct. Flo. in tertia parte ſummæ tit.14 cap.16.rub.de tempo. & loc.ordinand.§.11.de conferentibus.Federic. conſil.95. ſuper dubitationum articulis.col. 1. ſumma Angel.in verbo electio.§.21.Felin. in c. cum adeo.col. vlt. de reſcrip. Leonard. de Vtino,de ſanctis.ſermo.27.& ſermo.43.

Item, videtur eccleſiam fraudare , quod ſacrilegium eſt , vel exinde aliquid ſubtrahere,
53 † omnium prædonum crudelitatem ſuperat, Hiero.in c.gloria epiſcopi.in fi.12.q.2.

Et in foro conſcientiæ & poli iſta opinio eſt tenenda,& eſt communis ſecundum Panor. Dec. & alios in c.conſtitutis. in 2.de appella.licet electio de digno valeat in foro canonico.c. cum nobis olim.de elect. & no.in dict.cap.fin. de offic. cuſtod.& d. c.conſtitutis. Dec. conſil. 129.& pro tenui.col.2.

Quod ſic ſuadetur,quia ſi vnus velit eligere meliorem, alij non, carnalitatis ſequentes affectum.c.graue.de præbend.& contra illos Abacuc.c.2. Væ illis qui ædificant ciuitatem in ſanguinibus.Grego.in c.ſi quis neq;.prima q.1.late Adria.in quodlibet.9.verſi. quo ad tertium, li-
54 tera B. † poterit ille ſolus appellare, & erit iuſta cauſa appellandi,& poſtea electio facta etiá de idoneo,non valebit.c.cum nobis olim. & c. cum dilectus.de elect.& Panorm.& alij in d. c. conſtitutis.glo.in c.1.in verb.vtiliorem.de elect. in pragma.

55 Imò poterit epiſcopus , ſi timet quod per preces, aut carnis affectum , non eligant , aut præſentent meliorem,eos conſtringere ſub iuramento,vt meliorem,& eccleſiæ vtiliorem eligant.d.c.conſtitutis.& ibi in primo no.doct.

56 Quis dicatur melior , dic, quod dupliciter, vno modo ſimpliciter,alio modo dicitur quis melior, quo ad aliquid , vnde aliquando contingit quendam eſſe meliorem ſimpliciter,qui tamen non eſt melior quantum ad hoc,videlicet quod beneficio proſit,quia alius poteſt eccleſiam magis iuuare,vel conſilio,doctrinæ vel auxilio potentiæ , vel quia diutius ſeruiuit eccleſiæ, ergo non tenetur conferre meliori ſimpliciter,ſed meliori quo ad hoc,cui volunt eum præficere.Io.de Selua.in tract.de benefic.in tertia parte.

*Quis dicatur melior.*

Nota quod ille ſimpliciter inter homines dicitur melior,qui eſt ſanctior & in charitate perfectior.Vnde Auguſt.Quanto charitas in quocunq; melior eſt,tãto melior eſt in quo eſt,contingit autem frequẽtius,quod illi qui eſt perfectiſsimus in charitate,multa deficiant, quæ neceſſaria ſunt electo, puta ſcientia,cantus, & huiuſmodi:iſta electio eorum quæ ſunt ad finem, debet fieri ſecundum cõditionem finis,& ideo concluditur , quod electores tenentur talem eligere,qui ſit melior ad ſtatum illum cui per electionem prouidere tenentur , non autem tenentur

tenentur eligere meliorem ſimpliciter.Thom.
in quodlibet.6.artic.9. Fel. in c. cum adeo. col.
vlt.de reſcript.Iſtud probatur Actuum primo.
c.de Ioſeph.qui vocabatur Barſabas, licet fuiſ-
ſet melior,& ſanctior quàm Mathias, quia ille
propter ſanctitatem vitæ cognominatus eſt iu-
ſtus, tamen quia Mathias erat magis idoneus
ad apoſtolatum, fuit à Deo electus. Ita tradit
Leonard.de vtino ſermo.27.de ſanctis.D.idem
in collatoribus intellige, & quid ſi ipſe ſit me-
lior,an poſsit ſe ipſum eligere vide glo.in cap.
cum in iure de electio.

57 Ex his infertur quod ſi vacante præbenda,
quam de reſidentia,ſiue de aſsiſsia vocamus c.
pen.ibi & aſsiſsios reuoces,ſuprà de cleric. non
reſidenti, canonici vellent eligere quendam
magiſtrum theologum prędicare ſcientem ſed
non cantare, non diceretur recta electio, quia
doctor eſſet,licet melior ſimpliciter, nō tamen
ad illum actum,ſed eligendus eſt melior ad il-
lum actum.

58 Secundo infertur quod ſi duo concurrant,
quorum vnus eſt theologus, alius doctor ca-
nonum,præferendus eſt doctor canonũ,quan-
do magis ibi ventilantur cauſæ & lites,quia eſt
melior ad illum actum,nam theologus iudica-
re neſciret.c.1.de conſangui.ſi autem pullularẽt
*ibi hæreſes*,vel locus *vicinus in* quo *eligitur*,eſt
hæreticus,tunc enim pręferri debet theologus:
mixtus vero vtrique,ſecundum gl.in §. exhor-
tamur.in ver.habeant.in prag. ſanct. Panor. &
alios in c.tuæ.de cleri.non reſid.& in c. licet.in
primo.col.2.de præbend. & in cap.1. col.vlt. de
conſangui.& ibi Præpoſi.facit c.officij.de elect.
Fel.in c.cum adeo.col.vlt.de reſcript.Roma. in
conſil.333.quo ad primum.in fin. Chaſſa.in ca-
talogo glori*æ mundi, in decima* parte conſi-
dera.17.in fi.licet.Tho. d. quodlibet. teneat in-
diſtincte Theologum præferendum.

59 Notandum eſt tamen quod quamuis mi-
nus bonus poſsit præferri magis bono in regi-
mine eccleſiæ, quando eſt ad illum actum vti-
lior,non tamen ſi ſciatur malum eſſe.quia ma
xime requiritur bonitas vitæ. Dauid Pſal.118.
bonitatem primò petiuit,alioqui nō eſſet præ-
ferre minus bonum,ſed ſimpliciter malum, &
ſic non idoneum, & qui illum malum elige-
ret,peccaret mortaliter, vt ſuprà traditum eſt,
probat Flo.in ſecunda parte ſummæ tit.1.c.20.
§.1. nec obſtat quod alius ſit vtilior ad illum
60 actum, † quia vtilitas ſpiritualis præponenda
eſt temporali,cũ alius non ſit vtilis, ſed malus.

61 Caueat tamen electus,ne aliis reputet ſe me
liorem, hoc enim ſuperbum, & præſumptuo-
ſum eſſet,& iam non eſſet melior, ſed ſufficit
quod electus nihil inueniat,per quod ſit ei illi-
citum aſſumere beneficium per tex.in c.1.ibi ſi
nullo crimine ſint conſcij quod eos ad hoc of-
ficiũ vetet accedere.85.diſt.vnde Io. vlt. Petrus
requiſitus an deum plus cæteris diligeret, non
prætulit ſe aliis,ſed ſimpliciter dicit,quòd ama
bat eum, examinauit eum dominus de dile-
ctione ampliori,ad oſtẽdendum, quod vbi in-
uenitur aliquis idoneus ad regimen eccleſiæ,
præcipuè in eo debet attendi, eminentia diui-
næ dilectionis.Aſten.lib.6.tit.43.artic.8.rubr.de
epiſcopis.

62 Et ſi fuerit facta electio de meliori,& poſtea
malus fiat,non erit fraudi electoribus, nec eiſ-
dem imputabitur.arg.text.& ibi Angel.no.in l.
ſi à bonęfidei.ff.de rei vend.arg.l. etiam. & l. ſi
res.de admini. tuto. & l. 1. §. ſi magiſtratus. de
magiſtra. conueniend. late Lucas de Penna in
l.agentes.col.pen.C.de agen.in reb.lib.12. nam
ſufficit quod communiter tempore electionis
reputetur melior. per l. Barbarius. ff. de offi-
cio præto.l.1. C. de teſta. probat.Alex.bono ſi-
mili.in l.ſi cum dotem.§.1.colum.2.ff.ſolu. ma.
63 † vbi dicit hoſpitem teneri de furto famuli per
rubr.ff.nautæ caupo.l.fin.& per totum. ff. furti
aduerſus nautas. niſi haberet famulum com-
muni opinione bonum, quia tunc non tene-
tur quod eſt notandum.

64 Poſtremo notandum eſt,quod ſi aliquis ca-
nonicus, vel alius à conſequendo beneficium
hominem vtiliorem eccleſiæ, & idoneum im-
pedierit,propter odium,vindictam,aut quia di-
xit eligendum eſſe criminoſum, licet non eſ-
ſet,tęnetur ad æquale beneficium, quod impe-
diuit, quando iam erat concluſum, & confir-
matum, quod illi daretur Floren. in 2. parte.
*ſummæ tit.2.c.2.§.16.*

Si vero non erat confirmatum,tamen ſi ille
non iactaſſet illa verba ante electionem, cano-
nici illum elegiſſent,tunc nō tenetur ad æqua-
le impediens, quia non eſt æqualis valoris ha-
bere beneficium in habitu,ſicut in actu, prout
dixi de lucro ceſſante.in repe.l.vnicæ. in q.1. &
in glo.vlt.C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt
proferuntur,poſt Theologos,ſed tenebitur ad
intereſſe damni dati, arbitrio boni viri. Aſten.
in ſumma lib.5.de reſtit.in communi.tit.29. §.
1.verſic.quid de eo qui impediuit, vel ſi animo
nocendi facit,de dolo tenetur. Adria. in quod-
libet.q.11.litera S.dicens.Tho.Petr.de palude &
plures alios ſic tenere.

65 Fallit quando impediret propter honorem
Dei,vtpote,vt vtilior eligeretur,vel eccleſię vti-
litatem, aut propter ſuum iuſtum cõmodum.
Tho.in ſecunda ſecundæ.q.62.art. 2. citat Sil-
ueſter in ſua ſumma in verbo reſtitutio. in 3.
quæſt.12. quia nullus dolo videtur facere, qui
ſuo iure vtitur.l.nullus.ff.de reg.iur.

66 Igitur ille eligetur, qui fructum poteſt face-
re eccleſiæ.Io.15.Non vos,ait Ieſus,me eligiſtis,
ſed ego elegi vos, vt eatis & fructum afferatis.

Dicet bonus,ego *ſolus* non poſſum, cui re-
ſpon.fac.quod in te eſt, & damnationem non
acquires Alij vero confundentur,& erubeſcent
omnes,qui pugnant aduerſum te, erunt quaſi
non ſint,& peribunt viri,qui contradicunt tibi,
verba ſunt Eſaiæ c.41.

*Excõmunicato cõmẽ dari beneficium non poteſt.*

67 Poſtremo,licet tactum non inueniam,quæ-
ro an beneficium poſsit dari in commendam
excommunicato, & breuiter reſpondeo quod
non,per tex.in c.nemo.de elect.lib.6.vbi eadem
idoneitas,ſeu maior,requiritur in commenda-
tario,quę requiritur in eo cui datur in titulum,
ſed



ſed in titulum non poteſt conferri excommu-
nicato,vt ſuprà dixi, ergo nec in commendam
68 dari,quia ſicut † legatus non poteſt conferre
eccleſias collegiatas.c.pen.de offi.lega.lib. 6. ſic
nec in commendam dare. Archid.in d.c.nemo.
in princ.

69 Item,ſi eccleſia ſit conſueta conferri regula-
ri,non poteſt commendari ſæculari.arg.c.cum
de beneficio. de præbend. lib. 6. regula cancel.
70 41. † vel ſi debeat conferri nominato, vt in
menſibus deputatis eiſdem, non poterit com-
mendari ſicut nec conferri alteri non nomi-
nato.arg.cle.primæ.de ſupplen. negli. prælato.
glo.in §.quod ſi quis.in verbo ſimiliter. de col-
la.in prag.cum poteſtas commendandi regu-
letur à poteſtate conferendi. c. cum ſingula. §.
71 prohibemus.de præbend.lib.6. † vbi beneficia
conſueta regi per monachos vnius monaſterij,
non poſſunt committi per inferiorem à Papa,
monachis alterius monaſterij.

72 Item,legatus non poteſt commendare bene
ficia, quæ non poteſt conferre. cap.1. de offic.
leg.lib.6.

73 Item, commenda facit procuratorem cum
legitima adminiſtratione. glo. in c. qui plures.
21.q.1.& in d.c.nemo. Innoc.in c. ſi conſtiterit.
de accuſa.Card.in cle.ſi.q.12.de procurato. ſed
excommunicato eſt interdicta adminiſtratio
rerum eccleſiæ.Fel.in c.ſi vere.col.2. de ſenten.
excom.& ſuprà dixi.ergo &c.

74 Item,commendatarius non eſt prælatus,nec
habet ius in beneficio, nec facit fructus ſuos,
niſi ad prouidendum ſibi,& miniſtris,& quod
ſupereſt,in vtilitatem eccleſiæ conuerti debet.
glo.in d.c.nemo.quam ibi ſequuntur docto. &
Domini de Rota.deciſ.prima,de præbend.nec
75 † poteſt commendatarius permutare illud be-
neficium commendatum.Card.& Barba. in c.
quæſitum,de rerum permuta.

76 Ex quibus infertur, quod commendatarius
non poteſt fructus beneficij diſsipare, & quia
quicquid clerici habent pauperũ eſt.c.fi. 16.q.1.
77 † & quando diſsipant ad reſtitutionẽ tenentur
eccleſiæ,vel pauperibus.c.gloria.12.q.2.c.ſi quis
in atrio.17.q.4.& mortaliter peccant.c.donare.
cum ſequen.86.diſt.Floren.in tertia parte ſum
mæ tit.15.c.1.§.fi.& tit.20.cap.2.§.8. vtrum epiſ-
copi, & qui habet titulum non poteſt diſsipa-
re.cap.2.de dona.c.fin. de fideiu.multo fortius
78 qui non habet niſi commendam, † imò vide-
tur ſacrilegium qui bona eccleſiæ diſsipat. cap.
pen. & ibi Imol. in vltimo no. de pecul. cleri.
Panorm.in c.fin.col.2.de pigno. Præpoſ.in c.1.
col.6.diſt.44.

79 Nec obſtat, quod moder. quidam dicit vt
Alcia.in l.pactum curatoris.C.de pactis, quod
ſi Rom.Pontif.cardinalibus, illuſtribúſque vi-
ris,perſonæ,dignitatíſque,tuendæ cauſa conce-
dat adminiſtrationem, habet enim is omnino
liberam fructuum diſpenſationem, & eorum
dominus potius quàm adminiſtrator eſt, quia
contra hoc eſt communis opinio poſita. in d.
c.nemo.& Silueſter in ſumma in ver.commen-
da.q.12.& infrà latius dico.

80 Inſuper non obſtat, quòd aliquando com-
menda fit ad vtilitatem perſonæ,vt Cardinali.
illuſtribúſque viris & literatis.cap.de multa.de
præbend.& tunc commendatarius poteſt libe-
re diſsipare, ſecus ſi fiat ad vtilitatem eccleſiæ.
adducit Rom.conſil.350.in caſu præpoſitę con
ſultationis, vbi tenet plane cõtra eum, inquan-
81 tum eum depoſitario æquiparat. † Et ſecun-
dum eum ſequeretur quod perſona eſſet ma-
gis priuilegiata quàm eccleſia, contrarium ta-
men determinant iura.cap. pen.de pecul.cleri.
cum ſimilibus, & quod potius lucretur fru-
ctus, quando illos acquirit ratione oneris ec-
cleſiæ, concludit Barba. in tertia parte primæ
partis tract.de pręſta.Cardi.& licet Cardinales
in curia reſidentes æquiparentur ſtellis fixis
quæ non mouentur niſi motu orbis, ſic prædi-
cti Cardinales non mouentur niſi motu Pa-
pæ: ſed Cardinales legati æquiparantur con-
ſtellationibus quę mouẽtur motu proprio nu-
tu Dei: ita legati nutu Papæ: & quicquid fa-
ciunt præſumuntur facere nutu Papæ & alibi
reſidentes æquiparantur ſtellis erraticis.Bald.in
c.bonę.in 1.col.2.de poſtu.pręla.tamen hi Car-
dinales non poſſunt diſsipare fructus iure.

82 Et ſi Rom.hoc diceret,eſſet falſum, † quia
ſecundum hoc ſequeretur, quod omnes illu-
ſtres,& literati(quibus cauſa dignitatis tuendæ
dantur plura beneficia) poſſent diſsipare, &
dilapidare, quod reprobat Hiero. etiam ſi ha-
beat in titulum,in ſumma. 44.diſtinct. dicens,
Tibi ô ſacerdos de altari viuere non luxuriari
permittitur, & doct. in c. cum ſecundum apo-
ſtolum.de præb.

Item,dum allegat Geminia.in conſi.17. pro
declaratione.vbi dicit,quod quando commen-
datur eccleſia propter perſonę ſuſtentationem,
vt Cardinalibus, tunc poterit vendere fructus
ad ſuam ſuſtentationem, & ſuper his contra-
here,& in ſuis neceſsitatibus fructus cõuertere,
quod eſt verum,ſed nō dilapidare,cum nō ha-
83 beat maius ius quàm qui habet titulũ. † Imò
qui aliter diſtribuit bona eccleſiæ quã debuit,
furtum facit. Aluar. de Planctu eccleſiæ. lib. 2.
artic.28.litera I.verſ.vel dic quod licet mandet
vbi.facit quod dicit Auguſti.in cap. fin. 12.q.1.
vbi dicit,illa noſtra non eſſe,quorum procura-
tiones quodammodo gerimus,non proprieta-
tem nobis vſurpatione damnabili vendicemus,
& tex.in c.epiſcopus.14.q. 1. canonici non poſ-
ſident ſua,quia res Deo oblatę non ſunt alicu-
ius priuati, vtuntur enim rebus eccleſiæ nō vt
84 ſuis, † ſed tanquam ad diſpenſandum ſibi cre-
ditis,non ad diſsipandum. Spec.in tit. de iudi-
ce delega.§.ſupereſt.verſi.quid ſi prælatus.

*Diſsipare an poſsit habens beneficium.*

85 Præterea,qui habet titulum beneficij vſura-
rio comparatur.in cap. cum m. de conſti.ibi in
vſus cederet paucorum,quem ponderauit Bar-
ba.in tract.de præſtan.Card.q.3.col.pen.primæ
86 partis. † vbi dicit beneficiatum de fructibus
beneficij ſui non poſſe libere diſponere.glo. c.
poſſeſsiones.de reb.eccleſiæ non alie. cap. cum
olim.de rerum permuta.c.fi.de pigno.cap.fi.de
pecul.clerico.c.quia nos,de teſta.c.duo ſunt.12.
q.1.

q.1.ſed nō nisi ad vſum,ſed non abuſum.dicit
ibi glo.& cap.præſenti.de offi.ordina.lib.6. glo.
apud legiſtas in l.1.C.de anno.ciuil.lib.11.

Sed vſuarij victu, & veſtitu contenti eſſe
debent.c. epiſcopus. 12. q.1. nec abuti poſſunt.
l. plenum. in princ. ibi, ſed ad vſum, ſcilicet,
non vſque ad abuſum.ff. de vſu & habi. ergo
nec beneficiati. Item, nec vſufructuarius abuti
debet.l.mancipiorum. ff. de vſufruct. ſed qua-
ſi bonus paterfa. vti text. in l. item ſi. illo ti-
tulo, ergo nec habentes ſacerdotia, & ſic non
poſſunt facere teſtamentum de rebus, intuitu
eccleſiæ acquiſitis.c.1.& c.quia.& per totum de
teſtam. Soc.conſil.32.ex his quæ ſuperius. col.
2. in primo vol. multo minus commendata-
87 rius, † qui non eſt verus prælatus, ſed tantum
cuſtos.Fel.in c.cum olim.colum. 4.de maio.&
obedi. vel diſpenſator.cap.expedita.12.q.1.licet
de conſuetudine ſecus obſeruetur.Do.Boer. in
§.6.de teſta.

88 Item lubet adducere quod dicit Archid. in
c.ſtatutum.§.acceſſorem.de reſcrip.lib.6. quem
adducit.Barba.conſil.19. vbi Chriſtus. col. 1.in
3.vol.vbi dicit hæreticum eſſe,de iure canonico
dicere, quod beneficiatus faciat fructus ſuos.
Imol.in c. fin. col. 2. de pecul. clerico.ſequitur
Aluar.de Planctu eccleſiæ.lib.2.art. 28. litera I.

89 Facit quod dicit Ioan. Ligna. in cle. gratiæ.
de reſcript. quod ſi clericus expendit aliquid
voluptuoſe de redditibus beneficij, tenetur ad
reſtitutionem, ſequuntur Panor. & Imol. in c.
fin.de pecul.clerico.& peccat mortaliter.Card.
Alex.44.diſt.in princ.

100 Non obſtat quod loco domini habentur,
hoc verum quando bene adminiſtrant, ſed lo-
co prædonis cum male.c.ſi priuatum.12.q.1. &
ibi glo.per tex.in l.qui fundum.§.ſi tutor.ff.pro
empto.Floren.in d.tertia parte.ſummæ tit.15.c.
1.in fi.Oldra.conſil.226.quidam epiſcopus.col.
3.vide glo.in c.is cui.de elect.in 6.

101 Imo dicit Geminia.in cap.1.12.diſt.quod res
Rom. eccleſiæ ſunt Papæ quo ad adminiſtra-
tionem,non quo ad proprietatem,& reprobat.
102 glo.in c. cum veniſſent. de iudic. † & infert,
quod Papa pro libito voluntatis non poteſt
bona eccleſiæ alienare,facit glo.in c.1.10.diſt. c.
103 non liceat Papæ. 12. q.2. † vbi tenet Archid.
Papam peccare mortaliter,ſi bona eccleſiæ do-
nat,etiam conſanguineis,in caſu non licito, vt
pote,quia vult eos facere diuites.Panorm.in c.
conſtitutus.colum.3.de religio.domib.licet illis
poſſit ad ſuſtentationem donare.c.1.de cohabi-
ta.cleri.Felin.in c.cum deputati. col.vlt. de iu-
dic.vide eum in c.conſtitutus.verſi.dominium
iurium. col. 9. de reſcript. aliis multis modis
probarem,ſed ratus iſta ſufficere, alia omitto,
vide tamen Bal.in conſi.24.ſuper alio.in 2.vol.
& tex.in l.cum cognatos. C. de poſtlimino re-
uerſ.Chaſſa.in conſue.Burgund.in rub.*des ſuc-
ceſsions des baſtardz*.§.quinto,nu.58.& §.nono.
rub.*des mains mortes*.

104 Niſi velles exponere diſsipare, ideſt diſper-
gere,quia benemerentibus poſſet diſpergere,&
donare pauperibus,vt dixi ſuprà, obſtat tamen
ei verbum omnino & verbum libere,cum hoc
non poſsit libere,ſcilicet voluptuoſe,per ſupra-
dicta, nec habet omnino liberam diſsipatio-
nem,vt ipſe dicit,niſi dicas liberam diſsipatio-
nem, ideſt liberam diſperſionem iure regula-
tam,& ſic forte poterit ſuſtineri illa opinio,im-
propriando tamen ſua verba,quia verbum diſ-
105 ſipare † malè ſonat, videlicet in abuſum, vt
patet in Euangelio de filio prodigo, qui diſſi-
pauit ſubſtantiam patris, Lucæ 15. c. & Dauid
Pſal.52.Quoniam deus diſsipauit oſſa eorum,
qui hominibus placent.Et prouer.29.cap.Ho-
mines peſtilētes diſsipant ciuitatem.& ibidem.
c.15.Diſsipantur cogitationes,vbi non eſt con-
ſilium.& cap. 20. Diſsipat impios rex ſapiens,
& multa per Montolon in ſuo iuris prom-
ptuario,in ver.diſsipare,facit tex.in c. fin.de ſe-
quæſtra.poſſe.& fructuū.& tex. in l.patre.ff.de
minor.l.ſi cum dotem.§.ſi autem in ſęuiſsimo.
ſolut. matri. l.1.§. itaque. ſi quis teſta. liber eſſe
iuſſus fuerit.cap.fin.de fideiuſſo.& c.quia ſępe.
de elect.in 6.l.3.§.quod ait prętor ff. de incend.
l.1.§.itaque.ſi quis teſta.liber eſſe iuſſus fue.Ver-
ba ordinarionis ſic habent, Præcipimus quod
bailliui noſtri omnia bona talium excommu-
nicatorum mobilia & immobilia capiant: nec
eis aliquo modo reſtituant donec prædicti ab-
ſoluti fuerint & eccleſiæ ſatisfecerint. Ita eſt
ſcriptum in lib.charta.Regia. ſignat. ex fol. 37.

106 Quærit hic Panorm. an ſint excommuni-
catis beneficia auferenda. Reſpon.quod ſic,ci-
tando Ioannem Andr. idem tenentem, & ad-
ducentem tex.in cap. cum bonæ.ſuprà de æta.
107 & quali. † & ibi glo. dicit quod ſi ſteterit in
excommunicatione per annum, habet locum
priuatio,licet aliqui intelligant de triennio, ta-
men vt hæc materia ſit nota, tolle concluſio-
nes ſequentes.

108 Prima concluſio, peſeuerans annum, vel
mille,in excommunicatione lata, ratione con-
tumaciæ incurſæ pro cauſa ciuili, vt pote, pro
debito, non eſt priuatus beneficiis, nec pri-
uandus.glo.ſing.in cap.contingit.in verbo non
poteſt,de dolo.ſing.ſecundum Rom. ſing. 303.
de hoc Hēri.Benedict.in repe.cap.raynutius.in
ver.mortuo.num.290.de teſta.moder.in cap.1.
de iudic. Angel. de Cla. in ſumma Angel. in
ver.excommunicatio in vlt.§.17.facit cap.quo-
niam in fine.vt lite non conteſta.glo.in cap. fi.
de pœnis.licet Cæpol.cautel.80.volo tibi dare.
in fin.teneat contra.ſed iſtud ſeruatur ex con-
ſuetudine,vt traditur in magno conſuetudina-
rio.rub.*des cas qui peuuent toucher le Roy*, verſic.
109 *ſi vn hōme*.lib.4. † vbi ponitur practica,quan-
do quis remanet in excommunicatione poſt
annum,vt impetrentur literę à cancellaria, ra-
tione quarum compellatur ad ſoluendum in-
ſtante epiſcopo,ſeu eius promotore,vel procu-
ratore,ſi bona habuerit, alioqui poteſt vti pri-
uilegio. cap. Odoardus. de ſolutio. vel gentes
Regiæ compellunt excommunicatum ad fa-
ciendum ſe abſolui,& hoc dicunt poſſe ex qua-
dam ordina.ſancti Ludo.quam citat Do. Ber-
trād.Cardina.in tract.de origine iuriſdictionis.
fol.10.

*Remanens in excōmunicatione per annum an ſit ſuis beneficiis priuatus.*



fol.10.& glo.in verbo inde.in fi.de interdict.in-
differenter non ponens.in prag. Et ſic vidi ap-
pellari tanquam ab abuſu, quando alius priua-
tus extra regis procuratorem inſtat, vt excom-
municati compellantur, & dicebatur abuſiuè
proceſſum, maximè in officiali Lugdunenſi,
qui mouebat officiales regios ad faciendum ab-
ſolui dictum excommunicatum, anno 1515.
5.Maij, cum requirere debeat, quamuis priua-
tim firmet Barba.in d.c.1.arg.l.Fulcinius.§.fin.
ff. ex quib. cauſis in poſſe eatur. Egid. de Bella
mera deciſ.677.contumax.

Alia eſt practica, quod poſt annum poterit
hic excommunicatus citari, inſtante procura-
tore epiſcopi,reſponſurus ſuper articulis,& ne-
gotio fidei,& ſi non compareret,& excommu-
nicatus pro huiuſmodi cauſa perſeueraret an-
num,poſt annū eſſet priuatus beneficiis.Aufre.
in deciſ.capel.Tho.q.365.Hēric. Bohic.in c.ex-
communicamus.§.qui autem.de hæretic.Fel.in
110 c.Apoſtolicæ.col.2.de excep. † vbi dicit quem
eſſe ſuſpectum de hæreſi,poſtquam ita indura-
tus remanet.Panor.in c.poſtulaſti.de homicid.
111 † Item, præſumitur male ſentire, tam de ſacra-
mentis eccleſiæ,cum nec faciat quod fidelis te-
netur.c.omnis.infrà de pœni.& remiſſ.quam de
eius poteſtate,ex quo non curat de ipſius excō-
municatione.Panor.& alij in c.fi.de pœn.ratio-
ne cuius prēſumptionis,poterit ſibi indici pur-
gatio, in qua ſi defecerit,habetur pro conuicto.
c.excommunicamus.1.§.qui autem.de hæret.&
c.inter.in fin.de purg.cano.peccatū igitur paga-
nitatis incurrit, quiſquis dū Chriſtianū ſe eſſe
aſſerit,ſedi Apoſtolicæ obedire cōtemnit, Gre-
gorius in c.ſi qui ſunt presbyteri.in fi.81.diſt.

112 Ratio prædictorum eſt, quia non eſt priua-
tus quis, niſi in caſibus à iure expreſsis. gloſſ.in
cap.fin.de iure patro. ſed hic non reperitur ex-
preſſus,ergo &c.

113 Secunda concluſio, excommunicatus pro
contumacia ſuper crimine hæreſeos vel alio,
ipſo iure priuante,perſeuerans annū in excom-
municatione,eſt priuatus beneficiis.c.rurſus.&
& ſequen.11.q.3.& in cap.excommunicamus in
primò. §.qui autem. de hæretic. c.cum contu-
macia.illo tit.lib.6. Card.in repe.cap.perpendi-
mus.nu.26.verſ.quæro igitur,de ſent.excom.

Ratio, quia habetur poſt annum pro con-
uicto,glo.& Docto.in d.§.qui autem.& dict. c.
cum contumacia, de ſentent.excom. authent.
Gazaros. C. de hæret. Panor. in cap. veritatis.
col.4.de dolo.

114 Sicut in huius patriæ curiis ſecularibus,poſt
quatuor defectus quis habetur pro confeſſo, &
conuicto, de conſuetudine generali, quam Io.
Fab.ponit in l.1.col.9.C.de ſumma trinita.dixi
in ſtylo curiæ ſecularis Bituricen. rubr. *des de-
faux*,art.40.& art.68.

Poterunt tamen poſt annum ſuam probare
innocentiam.Barto.conſi.100.à domino.in fin.
Bal.in rub C.de vindic.& liberta.Hippol.ſing.
72.per totam.per text.in l.ſi non defendantur.
ff. de pœn. dixi latè in dict. ſtylo allegando in-
firmitatem,abſentiam, captiuitatem, furorem,
aut aliud iuſtum impedimentum, ſecundum
Egid.Bellamer.in ſuis deciſ.conclu.688.in caſu
concluſionis.Card.in d.§.qui autem.

Non obſtat text.in d.c.rurſus.in fi.ibi ſi verò
intra annum cauſam ſuam purgare contem-
pſerint,nulla eorum vox penitus audiatur,quia
intelligitur ſuper beneficiis,non ſuper crimine,
ſecundum Archid. & Do.ibi,Innoc. & alios in
115 c.cum bonæ.col.2.de æta.& qualita. † nam ſu-
per crimine debet condemnari per ſententiam,
ponderando verbum cōdemnetur, in d.c.cum
contumacia, & d.§.qui autem.c.excommuni-
camus.de hæretic. ſuper beneficiis ipſo iure eſt
priuatus, quando accuſabatur de delicto ipſo
iure priuante per d.cap.rurſus.ibi nulla eorum
vox pœnitus audiatur, & in d.c.cum bonæ. in
116 verb. † ibi aliquatenus retinere & ibi ſpoliare,
quæ ſunt verba ipſo iure denotantia,vt ibidem
tradunt doct.

Nam poſtquam quis poteſt audiri de Inno-
centia ſua poſt ſententiā.Bar.in l.abſentem.ff.de
pœn.& ibi in additio.ad eū.authen. contra qui
propriā.C.de non numera.pecu.Bal.& Paul.in
l.2.C.qui teſta facere.poſſ.à fortiori hic ante,&
etiā poteſt audiri poſt veram cōfeſsionem.l.1.§.
ſi quis vltro,ibi plenè Hippo.poſt Bar.ff.de quę-
ſtio.ergo & hic poſt confeſsionē fictā audietur,
quia exceptio innocentiæ nunquam cenſetur
excluſa. Bald.in l.ædita.in repet. Paduana. col.
penul.num.115.C.de edend. Alex.conſi.113.viſo
themate.in 5.vol. D.Boer.in conſue.Bitur.in §.
20.de iuriſd.omn.iud.

117 Requiritur tamen,quòd in citatione expreſ-
ſa ſit cauſa, videlicet vt de fide veniat reſpon-
ſurus,text.& ibi gloſ.in c.cum contumacia. de
hæretic. lib.6. & Henric. in dicto cap. excom-
municamus.

Intellige,quòd annus ceptus non haberetur
pro completo, ſed requiritur quòd ſit circun-
uolutus, vt patet in dict.cap. cum contumacia
ponderando dictionem ex tunc, quæ lapſum
terminum deſignat, gloſ.in clem.1.in verbo ex
tunc,de iure patro.glo.in regula cancel.32.gloſ.
in c.cupientes.§.cæterum.de elect.lib.6.

118 Secundò requiritur continuatio,ponderan-
do dictionem ex tunc, ſecundum Archidia.&
alios in d.c. cum contumacia. Guido in deciſ.
Delphi.q.488. clericus. ſicut in c.cum in cun-
ctis.in prin.de elect.not.in l.de ætate.ff.de teſta.
glo.in l.3.§.minorem.ff.de minorib.

*Tēpus continuum requiritur.*

Et ſic ſi in excōmunicatione ſteterit per ſex
menſes ſemel,& poſtea fuerit abſolutus,ſi poſt-
ea iterum excōmunicetur, & reſideat per octo
menſes, non cōtinuabitur tempus ſex mēſium
fluxum ante, ad hoc vt cenſeatur remāſiſſe per
annum,vt in ſimili dicit Bar.per illū tex.in l.fi.
§.quotiēs.in verbo anno cōtinuo.ff.de publi.&
vectiga.Alexan.conſil.34. viſis.& ponderatis in
119 5.volum. † vbi dicunt quòd ſi quis ingreſſus
religionem ſtetit ſex menſes, & poſtea eſt
egreſſus, & iterum eſt religionem ingreſſus,
& remanſit in ea alios totos ſex menſes, ta-
men non cenſebitur feciſſe profeſsionem inte-
gram,quia illa duo ſemeſtria nō coniunguntur

vt annum faciant integrum. Lappus allega.47. factū ita ſe habuit Spec.in tit.de ſtatu monach. §.1.Iaſ.& alij in l.ſi idem. in princip.ff.de iuriſd. omn.iud.Iaſ.in repe.l.admonendi.col.87.num. 266.de iureiuran. licet contrarium teneat. gl.in regula eum qui certus eſt, de regul.iur.lib.6.& Alexand.conſil.54.viſo puncto. col.vlt.in 4.lib.
120 †quod ſic intelligerem, quando eandem eſſet religionem ingreſſus, cum ex illo anno etiam non continuato ſatis potuerit deliberare, ſecus ſi aliam religionem, & ſic intelligatur prima opinio quod non ſit facta profeſsio. Intellige ſi diuerſis temporibus remāſerit in dicta religione, vt in æſtate & verè in primo ſemeſtri, in ſecundo, in autumno & hieme, & ſic potuit totam probare regulā, & totius anni, aliàs contra.

121 Sic dicitur in pragm.ſanctio. in glo.in verſi. *triennio*, quod poſt triennium non poteſt quis moleſtari, in beneficiis, quæ triennium poſſedit, requiritur tamen, quòd ſit completum, vt hic, nec prodeſſet triennium interpollatum.

Requiritur etiam, quod ſteterit in excommunicatione animo pertinaci per annum, vt habetur in d.c.cum contumacia.

122 Et ſic infertur, quòd ſi intra annum inſtaret excommunicatus pro habenda abſolutione, non haberet locum illa pœna priuationis, nec alia. Philip.in d.c.cum contumacia.

*Practica notabilis.*

123 Secundò, ſi eam excommunicationem ignorauerit, cum non ſit in pertinacia, non punietur illa pœna.

124 Tertiò, quòd ſi malitia epiſcopi excommunicantis, aut partis appellātis, & tergiuerſantis, non potuit habere ſuam abſolutionem intra annum, non debet ei eſſe fraudi, no.in c.paſtoralis.§.verum.de appel.moder.in d.c.1.de iudic.

*Sentētia declaratoria requiritur.*

125 Requiritur etiam poſt annum ſententia declaratoria.arg.no.per Bar.in l.eius qui.ff.de iure fiſci.per tex.in c.cum ſecundum leges.de hæretic.lib.6.Feli.plenè in c.Rodulphus.de reſcript. verſic.ſed declaratoria.& in c.cum non ab homine.colum.4.de iudic, vide tamen Egid.Bellamera.in ſuis deciſ.concluſio.689.proxima concluſio.Bal.conſi.133.quæſtionis in 4.vol.

Ante tamen declarationem poterit beneficium impetrari, ſicut dicimus de ſimonia, & hæreſi, in c.2.de reſcrip.& conferri.c.de multa, de præben.glo.in ver.iuſto.in cap.commiſſa.de elect. lib.6. Dec.in cap. cum in cunctis. §.cum verò. col.2. de elect.& ita ſeruatur ex conſuetudine, & curia Rom.ſeruat.

126 Quæret quis an poſt annum, & probata ſua innocentia, poſsit ad ſuum beneficium reſtitui, & Reſpon. quòd ſic ex æquitate.glo.& Docto. in c.quamuis.de reſcrip.lib.6.vbi ſi ex iuſta cauſa fuerit priuatus, poterit reſtitui, à fortiori & in hoc caſu, vide tex.in cap.inter ſolicitudines. ibi purgatione verò recepta beneficium ei reſtituere non poſtponas de purgatione canonica,

Hoc puto verum, antequam alteri ſit collatum, vel alius impetrauerit, poſt non, in præiudicium impetrantis.d.c.quamuis,

Requiritur tamen noua collatio, arg.c.ſi beneficia. de præb.lib.6. cū ſit ipſo iure priuatus.

Et an poſsit fieri per epiſcopum, vide Io.de Selua in tractat.de beneficio.in 3.parte.q.31. vbi concludit quòd ſic, vide Panor.Fel.& Decium in c.at ſi clerici. §.de adulteriis. de iudic .tutius eſt tamen, quòd à Papa fiat & omnia exprimantur, quæ debent exprimi.

Tertia concluſio, perſeuerans in excommunicatione per annum, quā incurrit ratione contumaciæ ſuper crimine priuante beneficio per ſententiam, vtpote per homicidium, non eſt poſt annum beneficio priuatus, ſed habetur pro conuicto, vel confeſſo, & venit priuandus per ſententiam, in gloſ.in d.c.rurſus. Nico.Milius in repe. in verbo, excommunicatus.§.11. Imo.in c.quærenti.col.2.de offi.deleg.

Nec obſtant adducta per Panormi.& Deci. in dict.c.1.in 2.lectura vbi dicit, quòd perſeuerans in excommunicatione per annum non debet priuari, quia non debet plus operari confeſsio vera quàm ficta, tamen do inſtantiam, quod ſufficit.glo.in c.ſicut vrgeri.1.q.1.

127 Et quandoque quòd plus prodeſt ficta confeſsio quàm vera, l.in eos. ff. de cuſto.reo.vide Felin.in c.nullus.col.1.de præſumpt.

Secundò, non obſtat, quòd quis *minimè* debet priuari beneficiis pro crimine, de quo non conſtat, niſi per contumaciam.c.pen.de purga. cano.quia hoc eſt verum, quando conſtaret ex ſola contumacia, ſed ſecus quando contumacia eſt aggrauata per excommunicationem annalem, vt patet in d.c.cum contumacia. & d.c.cum bonæ,

128 Tertiò, non obſtat, quòd quis non debet duplici pœna cōteri.c.at ſi clerici. §.fi.de iudic. quia quando per impoſitionem vnius pœnæ, delictum non eſt purgatum, alia etiam imponi poteſt, vel quando altera non eſt ſufficiens. c. felicis. de pœn.lib.6.gloſ.& Docto.in cap.cum percuſsio.7.q.1. Bart.in l.Senatus.colum.1.ff.de accuſat. Bal.in nullum. C.de teſti.Panor.& alij in dict.cap.fi.

Non obſtat quòd dicit Dec, quòd iure cautum non reperitur, quòd quis ſit beneficiis priuandus ex illa excommunicatione per annum, nam contrarium eſt verum, in c.rurſus.11.q.3.& d.c.cum bonæ.& iuribus ſuprà adductis.

129 Facit c.inuentum.16.q.3. †vbi quis pro graui culpa poteſt priuari beneficio. cap.ſatis peruerſum.56.diſt.ſed perſeuerans in excommunicatione per annum eſt *in graui culpa*. d.c. rurſus.d.c.cum contumacia. de hæretic.lib.6.c.fin. de pœn.ergo priuabitur pro ea.

Facit l.Fulcinius.§.fi.ff.quib.ex cauſ.in poſſ. eat.vbi pro graui contumacia quis priuatur fructibus rei ſuæ, & quandoque re ſua, authent. qui ſemel. in fin. C. quomodo & quando iud. latè Barba.in repet.c.Raynaldus.col.116.de teſt. c.2.de offic.deleg.in 6.

130 Probatur: excommunicato poſt annū denegatur audientia.d.c.rurſus.& vbi denegatur audientia & ius appellandi. Archid.in cap.ſi quis deinceps.16.q.7.ſequitur Felin.in c.ſignificauerunt.colum.penult.de excep. & poteſt impune offendi. l.1.§. quòd autem, & ibi Bart.ff.de luſu

aleæ



aleæ & alea.& l.non ſolum. de iniur.Aret.in c. nulli.col.2.& ſeq.de accuſa.dicēs eſſe hanc communem opinionem, ergo etiam priuari poterit beneficiis. glo.in c.in nomine domini.in verb. audientia.23.diſt. Sic & maritus poteſt priuari dote, quam poteſt vxor repetere, ſi aliquod præiudicium vxori excommunicatio afferri poſsit. Io.And.in addi. ad Spec.in tit.de dote poſt diuortium reſtituen. §. formatis.verſi.quid ſi vir eſt in banno, ſequitur moder.Hiſpanus in repe. c.per veſtras.§. 18.nu.12. cum ſeq.de dona.inter virum & vxor.

Nec obſtat c.cum bonę.de æta.& quali.quia ibi narrat factum, ſecundum Panor.& alios ibi nec extenditur ad alium caſum, ſicut dicitur in c.fi.de pœn.de biennio, & triennio in d.c.bonæ. ſunt pōderanda. Primò, perſeuerantia triennij, ibi pro tanta pertinacia. Secundò, contemptus ſedis Apoſtolicę, ibi & contemptu Apoſtolico. Tertiò, ibi fuit ſuſpenſus, vt patet ibi ſententiam ſuſpenſionis promulgari. Io. de Selua in tract.de beneficio in 3.parte.q.4.

*Lex Hiſpania puniens inſordeſcētes.*

Quarta concluſio, perſeuerans in excommunicatione incurſa ob cōtumaciam leuis criminis, per annum non eſt priuatus, ſed habetur pro confeſſo, glo.in d.c.rurſus.Nicol.Milius in d.verſic.excommunicatus. q.11.Aufre.q.365.nec beneficio priuabitur, ſed alia pœna arbitraria punietur. Præpoſi. in d.c.rurſus.ideo in Hiſpania lata eſt lex à rege Ioanne, puniens excom-
municatum oneratum ea, triginta dies ſexcen- 2
tis nummis, ſex verò mēſes oppreſſum excommunicatione, ſex mille, & poſt qualibet die ſexaginta nummos pēdere debet, & à domo ſua expelli. Hiſpanus vbi ſuprà, num.27.& bonum eſſet, quòd in hoc regno eſſet aliqua lex inſordeſcentes puniens, ſuprà dixi practicam regni, & hoc ſtatutum valeret teſte Panor. in cap.ad aures.de ſymo.

Poſtremo remanens in excommunicatione per annum, banno Imperiali ſubiacet, authent. Item quæcūq;.C.de epiſ.& cler.quam intellige in ſuo caſu ſpeciali, ſecundum Alberi. & alios ibi, & nota, quia non inuenies alibi ita tradita.

Nota vltimò: quòd quis debet puniri in quo deliquit, † quia
1 per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.authen. omnes peregrini. C.commu.de ſucceſſo. facit l. quicunque. C. de epiſc.& cler.l.conſenſu.§.hæc niſi.de repud.& pulchre tex. in l.ſi aliquid, de ſuſcep.præpoſ. & arcar. lib. 10. & ibi multa addidi, quæ ſerio omitto.cap.quanto.de tranſla.epiſcopi.c.literas.de tempo.ordin.Infert Spec. in tit.de loca. §.nunc aliqua.q.65.quod ſi emphiteota neget rem eſſe eccleſiæ, debet priuari illa re, vt puniatur in quo deliquit, facit c. ad liberandum in fi.de Iudæ.

Ideo crudeli regi Perſarum, cui nomen Cyrus impoſitum erat, contigit, quòd cum ſanguinem humanū effundere delectaretur, hunc
2 captum Tomyris regina, cuius filium morti dederat, decolari, & ſuum caput in ollam, ſeu vtrem, ſanguine plenum collocari, iuſsit, inquiens, ſanguinem ſitiſti, ſanguinem bibe. Et Iudicum primo. c.Sicut feci, ita reddidit mihi dominus. Refert Do.Boer.in tracta.de ſeditio. fol.5.pag.2. & Aman ſuſpenſus fuit in eo patibulo, quod parauerat Mardochęo.Heſter 7.c.in fi. Et ſenes qui iniuſte cōdemnauerunt Suſannam, iuſtè condemnati ſunt.Daniel.13.c.Et viri, quorum cauſa miſſus fuerat Daniel in lacum leonum, in eundem ſunt miſsi, ac deuorati.Ibidē Daniel.14.c.Et quia Iaſon multos inſepultos abiecerat, ipſe & inſepultus abiicitur. 2.Macha. 4.c.Et Lucæ 16.de malo diuite dicitur, qui fuit punitus in quo deliquit, vt dicunt Theologi ibi, vnde dicit S.Vincentius, in ſermo.de ſancto Thoma Cantuarienſi, matres filiorū innocentum, eo amiſiſſe ſuos filios anniculos, à bimatu & infrà, quia non receperant filium Dei Ieſum, nec virginem Mariam, nec Ioſeph, vt non diſplicerēt Herodi, & qui relinquit Deum propter regem non eſt dignus Deo, & fortè multi hodie reperirentur.

Item dicitur, homicida expectet quod fecit. l.3.C.de epiſcop.audien.& mortem quam minabatur excipiat. l. 1. C. quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindic.

Aduocati etiam impij quandoque amittunt loquelam, vt in eo puniantur, in quo deliquerunt, glo.ſing.in §.item ſurdus. Inſtit.quib. non eſt permiſſum fac.teſta.ſecundum Bal.in Margarit.in verbo, aduocati.in primo.Barba.conſi. 76.ſapienter.col.2.in 4.vol.

2 Et ſic Paduæ vno anno fuerunt mortui plures aduocati peſte, inter quos ſeptem reperti fuere ſine lingua, quia in ea grauiter peccauerant.Bernar.de Buſtis in roſar.in 1.parte, ſermo. 29.litera p.& Paris de puteo in tractat.ſindica. rub. de exceſsib. aduoca. citat Neuiſa. in ſilua nuptiali in illa quæſt.an ſit tenenda communis opinio in 3.limitatio.

Et an punitus in foro ſeculari, poſsit in foro eccleſiaſtico puniri, vide Bart.in l. Senatus.ff.de accuſa.Angel.in tract.de malefic.in gl.& caput à ſpatulis. verſ.quid autē ſi ſunt plures. Panor. in c.tuæ.col.2.de procur. Feli. remiſsiue tamen in c.cum ſit generale.nu.11.col.9.de foro cōpet. Aretin.melius quàm alibi in c.de his.col.3.cum ſeq.de accuſat.

1 Glo.in verbo retinere, quærit an ſi *alia* haberet beneficia, illa poſsit retinere, & reſpondet quòd non, ſed eis ſunt priuandi.c. cū bonę.de æta.& qualit.pro cuius declaratione quæro, an excommunicatus poſsit in conſcientia retinere beneficia, quæ tempore excommunicationis obtinuit.

Secundò an per adeptionem *illius* ſecundi adepti in excommunicatione, vacet primum ante excōmunicationem acquiſitū, & ſic iuſtè.

Ad primā quęſtionē veniens, præmitto, quod canonica electio dicitur tripliciter, largè, ſtrictè, & ſtrictius. Archid. & Domi. in cap.nullus.63. diſtin.Inno.in c.quod ſicut.col.2.de elect.

*Canonica electio dicitur tripliciter.*

2 Canonica electio, ſeu promotio largè dicitur, quando eſt facta ſecundum ius naturale, nulla forma ſeruata eſt, ſed tantū conſenſus eligentium & electi interuenit, omiſsis omnibus

iuris canonici ſolemnitatibus requiſitis, ac ſub-
ſtantialibus, no.in c.auditis.in fi.de elect.Inno.
in cap.quod ſicut.illo titulo.Archidiac.in cap.
nullus.63.diſt.

Canonica ſtrictè dicitur, quando ſolemnia
omittuntur,vt quia fit aliquo contempto. dict.
cap.quod ſicut.attamen de iure natu.tenuit, &
omnia ſubſtantialia ſeruantur,ſine quibus nul-
la eſſet electio.d.c.quia propter.Dyn. in regula
prima.de regul.iur.lib.6.

Strictius verò dicitur, quando de iure natu-
rali tenet,& omnia ſubſtantialia,ac ſolemnia,à
iure requiſita interuenerunt, ac nihil de requi-
ſitis à iure deeſt. Archid.in dict.cap.nullus.glo.
in prag.ſanctio.in cap.licet.in ver.canonicas.de
elect. Henric.Bohic.hic. Dom.conſil.131.ſacro-
ſancta.col.3.

*Quomodo intelligatur verbum canonicè in iure poſitum.*

3 Et notandum eſt, quòd quando in conſtitu-
tionibus inuenitur verbum canonicè, intelligi-
tur ſtrictius, cum iura communia tales appro-
bent electiones,aut prouiſiones,vt hic patet,ita
intelligitur text.in c.ſi conſtiterit.de accuſa.c.ſi
gratioſè. de reſcrip.lib.6. vide Do. de Rota,de-
4 ciſio.274. nota quòd vbi Papa in antiq. † Itẽ,
quando loquuntur de promotione, vel colla-
tione,debet intelligi de valida,vt hic,& in l.4.§.
cõdemnatum ff.de re iud.Do.in cõſi.88. Inno-
5 centius Papa. col.3. † & à proprio ſignificato
verborum non eſt recedendum. l.non aliter.ff.
de legat.3.c.præterea. de verb.ſign.de verbo ca-
nonicè,vide c.eos.de tempo.ordi.lib.6.

6 Item, dicitur canonicè obtinere,quando per
habentem poteſtatem habet. Ioan.Andr.& alij
in cap.non poteſt.de præb.lib.6.Do.in conſi.8.
quidam Cardinalis.in 3.q. & d.conſil.88.Inno.

7 Item,dicitur canonicè ſecundum iura cano-
nica.c.cauſam.in fin.de reſcrip.c.grauis.de cen-
ſib. vide c.vnum.de æta.& quali. lib.6.& c.1.de
fil.presby. eod.lib.& c.ſtatutum.de præbend.in
6.& c.cum olim.de dolo.

*Practica.*

8 In practica eſt aduertendum, quòd ſi quis
impetret literas gratiæ, in quibus faciat men-
tionem, quòd obtinet duo beneficia incompa-
tibilia, non ſufficit ſi dicat ſe illa canonicè ob-
tinere, ſed ſtylus curiæ Roma. eſt, vt aſſerat ſe
illa obtinere ex diſpenſatione Apoſtolica,quia
id verbum canonicè eſt nimis prægnans,vt no.
in c.dudum.in 2.verſic.ſuggeſsit. de elect.c.or-
dinarij.§.cæterum.de offic.ordin. lib.6,d.c.cum
ſingula.de præbend.eod.lib.

9 Hoc ergo verbum canonice ſolet referri ad
poteſtatem tantum conferentis, non ad habili-
tatem recipientis,Specul.in rub.de lapſis,& di-
ſpenſatio.§.dicendum.verſ.ſed nunquid nocet,
cum ſeq.Doct.in c.non poteſt.de præb.lib.6.

10 Idem dicendum eſt,ſi quis dicat ſe obtinere
beneficium canonicè, vel legitimè, quando ius
commune reſiſtit, quia de ſtylo non valet, niſi
cõſuetudinem vel priuilegium exprimat, vt in
religioſis qui dicunt ſe exemptos,vel in rectore
qui dicit ad ſe pertinere iuriſdictionẽ in cleri-
cos legitimè,non dantur in curia Romana lite-
ræ,niſi conſuetudinem,aut priuilegium alleget.
Bellamera in deciſ. 116. ſi petens prouincialem
eccleſ.fol.29. verſ.& nota tex.vide Feli.in cap.
cum veniſſent. col.1. de teſtib. tex.in c.non po-
teſt.de præben.lib.6.

11 Item, ſi reperiatur electionẽ factam à canoni-
cis,vel alium actum, præſumi debet quod col-
legialiter hoc fecerint,ſeu capitulariter, per tex.
in c.cum omnes.& ibi Barb.de conſtitu. c.ſi ca-
nonici. de offi.ordi.lib.6.c.ad decimas.de reſtit.
ſpol.Doct.in c.3.loco de proba.Cardi.in c.cum
eccleſia Sutrina,de cauſa poſſeſ.Quia indefini-
ta æquipollet vniuerſali.l.ſi pluribus. ff.de lega.
2.c.cum vt circa.de elect.lib.6.

Quod eſt intelligendũ in actu concernente
actum collegialẽ,ſeu capitularem.Secus in actu
qui non concernit vniuerſale collegiũ, ſeu ca-
pitulũ, ſed ſingulares perſonas, & ita intelligi
poteſt text. in c.per exemptionem.de priuileg.
lib.6.& c.cum locum. de ſponſal.Spec.in tit.de
ſyndico.§.fi.facit quod no.gl.& ibi Doc.in c.re-
quiſiſti.de teſta.& glo.in c.pontifices.12.q.3.

*Excõmunicatus beneficia,quæ habet an retinere poſsit.*

12 Reſpondendo quæſtioni facio concluſiones
ſequentes. Prima eſt, quod habens beneficium
ſine canonica inſtitutione de iure naturali, &
large dicta in conſcientia non poteſt id retine-
re, ſed renuntiare tenetur,quia ſponſus non eſt
ex quo conſenſus & eligentium, & electi non
interuenit.arg.c.cum locum.de ſponſa.

Nam per hunc mutuũ conſenſum ſpirituale
matrimoniũ,quod eſt inter eccleſiã & electum
initiatur c.quãto.de tranſla epiſco.vnde ſi deeſt
initiũ,videlicet conſenſus,ſic & initiatum,vide-
licet matrimoniũ, arg.1.q 1.c.principatus.Inno.
in c.quod ſicut.de elect.& electio,quæ non ha-
bet voluntatẽ & conſenſum eſt corpus ſine ſpi-
ritu.Bal.in l.nominationes.col.2.C.de appel.Et
ſic conſenſus poſtea interueniens eligentium
nihil facit,quominus ſic beneficium poſsidens
cedere teneatur Bohic hic per c.ex parte. & ibi
Imo.per illum tex.de conceſ.præben.

13 Intellige quando dolus illius habentis bene-
ficium interuenit,vt quia fuit intruſus, nam ta-
lis executionẽ non habet.c.ſi quis deinceps.16.
q.7.& c.ſeq.Ideo quia deeſt puritas in ingreſſu,
qui deſideratur. 1.q.1.c.ſi quis neque. Archid.c.
nullus epiſcopus.1.q.1.

14 Nec talis poſſet poſt trienniũ in hoc regno
literas de pacificis poſſeſſoribus impetrare,& ſi
impetraret de facto, ei non prodeſſet, cum co-
lorate non poſsideat, quod requirit ille titulus.

15 Secunda concluſio,obtinens beneficium ca-
nonicè de iure naturali, nõ tamen de iure poſi-
tiuo,quia ſolemnia iuris nõ interuenerunt, re-
nuntiare beneficia nõ tenetur. Compoſtella.&
alij,d.c.quod ſicut. glo.in d.verſic. canonicas.c.
licet. de elec. in prag.vnde ſi non fuerit ſeruata
forma.c.quia propter.vel poſita in prag.vel cõ-
cordatis. in §. monaſteriis. tamen ſi electus eſt
idoneus in foro conſcientiæ eſt tutus.Innoc.in
d.c.quia propter. Guillel.Monſerratus in com-
mento ſuper prag.ſanctio.in 2.parte.Iaſo. in l.ſi
poſt diuiſionem.col.2.C.de iuris & fac.igno.&
in l.nemo.in prima lectura.num.78.ff.de lega.1.
Iaſ.conſil.67.col.4.vol.3.quamuis in forenſi iu-
dicio repelleretur.





Vnde ſi condemnatus iniuſtè ad reſtitutio-
nem rei ſuæ, quamuis de iure ciuili teneatur,
dominus tamen remanet, vnde non peccat re-
tinendo,ſi ſibi non auferatur de facto per iudi-
cem,arg.l.qui reſtituere.ff.de rei vendic.Idem ſi
dari pręcipiatur.l.Iulianus.ff.de condi.indeb.gl.
in tit.de pacific.poſſeſ.in verbo,triẽnio in prag.

Idem hoc ius poſitiuũ de ſeruãda forma eſt
de rigore introductum,quia inuentum propter
periculum vitandum,quæ eccleſię eueniebant,
ad ſcandala, & deceptiones vitandas, & pro-
pter lites, quas in dies habebant, quia certam
formam in electionibus non habebant, quæ
omnia iam ceſſant, poſtquam eſt conſecratus,
electus, & ſic redditur ad ius naturale, quod
facile contingit. l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact. &
ſi forma canonica non fuit in electione ſerua-
ta, tamen omnia in confirmatione ſupplentur.
Hoſtienſ. & Ioan.Andr. in cap.prælatorum.de
accuſa. Panor. in cap.1.in fin.de in integ.reſtit.
Adrian. de Traiecto in quodlibet. 6. litera K.
verſic.2.infero.Et iſta eſt communis opinio ſe-
cundum Maleretum in tractat.de elect. fol. 93.
quæſt.15.verſic.nunc circa prædicta,licet Panor.
teneat contrarium.in dict. cap.quod ſicut.circa
fin.adhęſit tamen primæ opinio.in cap.1.in fin.

*Poſsidens duo beneficia cũ ſimplici ſignatura diſpenſationis, an in conſcientia ſit tutus.*

16 de in integr.reſtit. † & ibi ampliat ad omnes a-
ctus, in quibus eſt omiſſa iuris poſitiui ſolem-
nitas,vt in foro animæ non teneatur quis face-
re conſcientiam, ideo obtinens duo beneficia
diſpenſatiue, cum ſimplici ſignatura, licet ſi-
gnatura diſpenſationis nil poſsit ſuffragari non
expeditis bullis,vt cauetur regul.29.& 53.Inno.
& Papæ moder.tamen in foro conſcientię pro-
derit per gloſſ. in cle. dudum in ver. verbo de
ſepul.& in cap.inſtitutionis.25.quæſt.2.de Ripa
in lib.ſecundo Reſpon. de reſcrip. reſpon. 11.de
iure ſufficit.

Item, quia illa regula fuit facta ad extor-
quendas pecunias, vt dicit ibi gloſ.ergo in foro
conſcientiæ non ligabit,vt plenius ſcripſi ſuper
dictam regulam.

Nec obſtat verbum ſuffragetur ibi poſitum,
quia debet intelligi in foro contentioſo,arg.eo-
rum quæ no. Specul. in titul.de adult.in fin. &
Docto.in rubr. C.de ſuffragio. text.ſolemnis in
cap.edoceri. de reſcrip. licet contrarium videa-
tur tenere Prouinciale, fol.34. & declaratur in
regula 32.

Item, quia illa regula fundatur ſuper præ-
ſumptione, ideo non ligabit in foro conſcien-
17 tiæ,vt infrà plenè dico, † præterea, ſi quis deti-
neat tria beneficia curata, vel alia incompati-
bilia, non dicitur intruſus, ſi ex ſimplici ſigna-
tura ſit diſpenſatus,nec incidit in extra.execra-
bilis, & ita fuit ſententiatum in Rota, vt citat
gloſſ.in dict.regula 53.fortius ergo non erit pri-
uatus in foro conſcientię,& ita habetur in pro-
uinc. licet poſtea teneat contra, tamen prima
opinio videtur teneri per ſolemnes Doctores
theologiæ.

*Bullis non expeditis pẽſio debetur.*

18 Et idem intelligerem in eo, qui promiſit
penſionem,nam etiam bullis non expeditis eſt
naturaliter obligatus, ergo in foro conſcientiæ
tenetur, ſecus in foro contentioſo, vt eſt regula
cancel.ſupradicta, & arg. cap.niſi.de præbend.
& quæ ex labiis meis proceſſerunt non faciam
irrita, dixi in repe. l.quod iuſsit in ratio. dubi-
tandi. ff.de re iud. de penſione,vide quæ ſcripſi
in tract.de pacific.poſſeſſo.nu.92. cum ſequent.
amplia.18. & Gomeſ. in quæſt.14. ſuper regul.
cancel.de non iudican.iuxta formam ſupplica.

19 Licet etiam in foro contentioſo in hoc re-
gno non admittatur renuntiatio retentis fru-
ctibus,vt no. Aufre.in ſtilo.parlamen.in 4. par-
te,arreſto 192. Item die 19.&c.vbi dicit ita fuiſ-
ſe prolatum arreſtum in ſuprema parlã. curia
Pariſienſ. ſed in foro conſcientiæ arbitror vale-
re cum tam conſenſus Rom.Pontif.quàm par-
tium interuenerit. Cogita tamen.

*Poſſeſsionẽ accipiens cũ ſimplici ſignatura an ſit priuatus.*

20 Idem dicerem ſi non expeditis bullis cum
ſignatura,quis adipiſceretur poſſeſsionem,quia
in foro conſcientiæ eſſet tutus, nam ex ſola ſi-
gnatura perficitur gratia. cap.inſtitutionis. 25.
quæſt.2. Panor.& Felin. in cap. ſuper literis.de
reſcrip.& cap.noſti.de elect.gloſſ.in regula can-
cellar.25.& 29.

21 Imò etiam de iure non requiritur aliqua
ſcriptura ad eſſentiam gratiæ.Bald.in l.fi. in fin.
C.de communi ſeruo.ma. Felin.& alij in rubr.
de conſtitut.

22 Licet in foro contentioſo adeptus (ſecun-
dum quoſdam) poſſeſsionem,cum ſimplici ſi-
gnatura non expeditis bullis perdat ius quod
habet in beneficio, per text. in extra. iniunctæ,
de elect. in communibus, no. in l. vna. C. de
manda. princip. Felin. in cap.veniens. col.2.de
accuſa. vide eum in cap.in noſtra. correla.2.de
reſcript.Ioan.de Selua,in tract.de benefic.in ter-
tia parte.quæſt.11.nu.9. Do.Boer.in tract.de di-
gnita.lega.in quinto præludio,vide Philippum
probum in addit.ad Ioan.Monach. in cap.fi.de
re iud. lib.6. vbi ample pro vtraque parte diſ-
cutit,& tandem concludit,à iure non cadere,&
poſſeſsionis adeptionem valere, & hoc iure in
praxi nos vti in Francia conſuetudinaria.

Ratio eſt, quia poſſeſsio eſt adipiſcenda, de
licentia eius qui cõtulit.c.paſtoralis. de priuile.
l.nec ex vera.C.de acq.poſſ.& in ſignatura non
datur facultas intrandi poſſeſsionẽ,ſed in bulla,
ergo qui adeptus eſt poſſeſsionem ex ſignatu-
ra prępropere tanquam indignus priuatur iure
ſuo,gl.in ver.nõ violentus in tit.de pacif.poſſeſ.
in prag. Auriol.in additio.ad Guilel.de monte
lauduno,in regul.1.de reg.iur.lib.6.

Item,quia reſcriptũ ſine ſignatura poſſet eſſe
ſurrepticia, ergo debet haberi licẽtia à ſuperio-
re,nota.in d.c.paſtoralis.Pet.de Peruſ.in trac.de
vnione eccleſiæ,in 2.c.verſi.demum quæritur.

Sed iſta ceſſant in foro conſcientiæ, cum
trãſeat poſſeſsio,arg.l.fi.C.de ſacro.ſanct.eccle.
& no.in cap.2.de conſuetud.& poſtquam quis
habet titulum, ille iuris rigor non ſeruabitur,
per c.ſi tibi abſenti.de præben.lib.6.

Item,dicit glo.in regula 33.quòd habens ca-
nonicum titulum,etiã ſi violenter ingrediatur,
nõ dicitur intruſus,per ea quę no.Philip.& alij
in c.eum qui.de præb.lib.6.vide Aufre.in deciſ.

capel.Tholoſa.q.443. an habẽs ergo.nec in fo-
ro cõſcientię,cum habeat canonicum titulum,
licet poſſeſsionem vitioſam habeat,& ſic iudex
nõ deberet illum ingreſſum poſſeſsionem per
ſignaturam manutenere in poſſeſsione,per no.
in l.improba.C.de acq.poſſ.Auriol.in d.l.regu-
23 la.1. de reg.iur.lib.6. † licet deberet gaudere de-
creto,de paciſi.poſſeſ.poſt triennium cum non
*Nota bene.* ſit violentus,& bonũ habeat titulũ,quod nota.
24 Præterea, quando nullus eſt in poſſeſsione,
licet electo & confirmato adminiſtrare, aucto-
ritate propria. Panor. & alij in c. tranſmiſſam.
colum. 3. de elect. ergo & in foro conſcientiæ,
qui non reſpicit niſi titulum.

Putarem etiam in foro conſcientiæ tutum
electum,ſi ſemel conſenſerit electioni,licet non
petat confirmationẽ intra tres menſes requiſi-
tos,in c.quàm ſit.de elect.lib.6.quia de iure na-
turali electio eſt,cũ cõſenſus vtriuſq; interuene-
rit,& verus eſt maritus eccleſiæ poſt cõſenſum.
25 Secus intelligunt quidam in præſcriptione,
vt ſuper præſumpta fraude fundetur, videlicet
vt ſit litium finis. l.fi.ff.pro ſuo.ſed in foro con-
ſcientiæ nullus eſt litibus locus. c.nouit. de iu-
dic. ergo quis in foro conſcientiæ non eſt tu-
tus, poſt præſcriptionem completam, vt ſcribit
Alcia.in l.quinque pedum.C.finium regundo.
*Quare præſcriptio fuit introducta.* 26 Hæc opinio fuit cuiuſdam fratris Gerard.
quam citant, & damnant, tam doctores cano-
num,quàm theologi, dicentes, illũ qui eam te-
net,non eſſe theologum,ſed ſcrupuloſum,tum
primo, quia præſcriptio fuit introducta pro-
pter bonum publicum, ne dominia rerum ſint
in incerto.l.1.ff.de vſucap.tum ratione publicæ
vtilitatis. Bar.in l.nemo poteſt.col.4.ff.de leg.1.
ſaltem ſecundario. Alexand.& Iaſ.ibi, & in l.1.
ff.ſolut.matri.

Ratione cuius nõ poſſunt homines renun-
tiare præſcriptioni.Panor. in cap.vigilanti. no.
3.de præſcript.Feli.in c.cũ diligenti.col.5.nu.18.
de foro compe. Bart.& alij in d.l.nemo poteſt.
Bald.in cap.de cauſis.col.4.de offi.delega.Et ſic
non repugnat fini æterno,cum vtilitas publica
præferatur priuatę,authen.res quæ.C.commu-
nia de legatis.c.bonæ.in primo.de poſtula.præ-
lato. Et primo ad Corinth. 10.cap.in fine dici-
tur, Nõ quærens quod mihi vtile eſt,ſed quod
multis, vt ſalui fiant. Et in euangelio, Expedit
vt vnus moriatur pro multis, ne tota gens per-
eat.c.ſcias.7.q.1.
27 Eſtq; introducta propter negligentiam,quia
is contra quem præſcribitur,eſt negligens.l.fin.
& ibi glo.C.de edict.Diui Adrian.toll.l.vt per-
fectius.C.de annali excep.Ioan.Franciſ.in trac.
de præſcript,in 2. parte. quod intellige tam in
non colendo res ſuas,quàm non capiendo fru-
ctus, & vtilitates rei, & hoc eſt damnoſum rei-
publi. l.2.ff. de nundinis: cum ex earum cultu
ea, quæ ſunt humano vſui neceſſaria proue-
niant, alioqui erema eſſent,& inculta, vtilitáſ-
que caderet, ſecundum Conrad.q.15.conclu.4.
in tract.de contractibus.
28 Item, vt ſit litium finis.l.fi.ff.pro ſuo, quod
concernit publicam vtilitatem. l.properãdum.
in prin. C.de iudic.ad hæc propter bonum, &
æquum. cap.fina.§.præſcriptionum. 16.quæſt.3.
Innocen.in cap.quia plerique. colum.2.de im-
muni. eccleſia. & propter libertatem ſubdito-
rum, ne de iure ſuo ſemper dubitent.glo. ſing.
in authen.de tempore non ſolutæ pecun.§.1.in
verbo, diligentia, colla.7.quæ non eſt alibi ſe-
cundum Bald.in §.ſi quis per 30.colum.2. ſi de
feudo defuncti contentio fuerit inter domin.
& agnat.vaſſal.
29 Præterea videtur alienare, qui patitur præ-
30 ſcribi. l.alienationis.ff.de verb.ſign. † Imò talis
tranſlatio fit cum conſenſu eius cuius eſt res,
quia poſtquam conſentiit in principem legiſ-
latorem, in hoc quod poſsit ſtatuere ſibi leges
iuſtas,conſenſit etiam in legem prædictam pri-
uantem eum dominio ſuæ rei,& illud transfe-
rentem in alium, qui enim vult antecedens, &
conſequens.l.illud.ff.de acquir.hæred.Conrad.
vbi ſuprà conclu.3.
31 Vltimo, factum legitimè non debet retra-
ctari, licet poſtea caſus eueniat à quo non po-
tuit inchoari,regula factum legitimè, de regul.
iuris.lib.6.
32 Et ſic communis eſt tenenda,vt in foro con
ſcientiæ poſt præſcriptionem completam non
teneatur quis reſtituere, quod præſcripſit: ſic
probatur vltra prædicta, per ea quæ tradit bea-
tus Auguſtinus, in cap. finali.14. quæſtione 5.
in fin.vbi ponitur regula, quòd quis tenetur re-
ſtituere ea quæ habet ex furto, rapina, calum-
nia,oppreſsionibus,& inuaſionibus, quia iniu-
ſtè detinet,ſed qui habet ex præſcriptione, non
habet ex furto,nec ex rapina, nec ex alió iſto-
rum caſuum, & ſic non tenetur ad reſtitutio-
nem, etiam quia non detinet iniuſte, cum ſit
dominus. c. quia plerique. & ibi Innoc. & Pa-
nor.de immunit.eccleſia. Ioan. Montholon in
ſuo iuris prõptuario,in verb.reſtitutio.ergo &c.
33 Secundò probatur, lex & princeps ex iuſta
cauſa,maxime propter bonum publicum poſ-
ſunt dominium transferre in alterum, & vni
auferre.l.item ſi verberatum.§.1.ff. de rei vend.
l.Lucius.de euictio.Bart. & alij in l. omnes po-
puli,in 2.quæſt.tertiæ q.principalis. ff. de iuſtit.
& iure.Iaſ.late in l.Barbarius.col.7. cum ſeq.de
offi.preto.Felin.& alij in c.quæ in eccleſiarum.
de cõſtit.moder.Taurinen.in tract.de præſcrip.
in prima parte.q.4 facit quod dicitur Prouerb.
8.c. Per me reges regnant, & conditores iuſta
decernunt,ergo iſta lex eſt à Deo inducta, ſal-
tem mediatè, igitur in conſcientia tenenda,
34 † quia nutu ſpiritusſancti ſunt factæ leges.l.fi.
C.de præſcript. longi tempo. cap. quàm pio. 1.
quæſt.2.Petr.Anchar. conſil.25. videtur prima
facie.Ioan.Fabr.in authen.ingreſsi.col. 10. cum
ſequen.C.de ſacroſanct.eccle.& dicit Auguſti.
in cap. 1.§. quicunque legibus imperatorum,
quæ pro Dei veritate feruntur, obtempera-
re non vult, acquirit grande ſupplicium. 9.
diſtinct. aliàs ſequeretur quod omnis legum
forma ad inferos deduceret & conſcientia le-
gum magis damnata eſſet quàm maleficio-
rum,teſte Bal.in c.in omni negotio.de teſtib.&
conſil.



conſil.285.ſi quis iuris col. 2. vol.5. Egid. Bella-
mera conſil.16.factum eſt tale.col.2.

Probatur,quia lex poteſt de vno in alterum
dominium authoritate priuata transferre, vt
pote per contractus, vt licet videre per totum
tit.de contrah.empt.& de actio.empti.& multis
aliis,ergo & authoritate publica,& multo for-
tius,vt ſuprà probaui,videlicet ob bonum pu-
blicum,& probat Conrad.vbi ſuprà.
35 Nam cum omnia olim eſſent communia.
cap.dilectiſsimis.12.q.1. & coniuges, vt dicitur
ibi,ius gentium res diuiſit. Inſtit. de rerum di-
uiſio,& hoc meum & tuum fecit.c.quo iure. 8.
diſtinct. & dominium tranſtulit, ſic & nũnc
hoc poteſt facere lex,cum non ſit legiſlatori,vt
pote principi abdicata poteſtas, ſed data.in §.
ſed & quod principi.Inſtit. de iure naturali, ſi-
cut facit neceſsitas, quæ omnia etiam com-
munia facit,id eſt,communicanda exponit.gl.
in l.2.in §.cum in eadem.in ver.conferret.ff. ad
l.Rhodiam.de iactu.quam ſing. dicit additio-
nator ad Panor.in c.quanto.de conſue.vide Io.
de Plat.in l.fi.de re milita.lib.12.C.& in l.deuo-
tum.de meta.illo lib.

Tertiò,facit tex.in l.1.§.fin. cum l.ſeq. & ibi
glo. no. ibi neque enim corrumpi aut mutari
poteſt ſuperueniente delicto, quod recte tranſ-
actum eſt. ff. de itiner. actúque priuato. quam
meliorem de iure dicit D.& conciuis in addi.
ad Dyn.in regula,poſſeſſori in verb.adde quod
mala fides,de reg.iur.lib.6.

Quartò facit,qui præſcribit cum bona fide,
facit hoc legis tam canonicæ,quàm ciuilis au-
thoritate.c.1.c.vigilanti.c.ſi diligenti.& cap. fin.
cum toto tit.de præſcrip.& ff. & C.de vſuca.&
præſcript.
36 Ergo non peccat.c.qui peccat.23.q.4.l.Grac-
chus.C.ad l.iul.de adult.
37 Poſtquam non peccauit præſcribendo, re-
ſtituere non tenetur quod præſcripſit, quia
non detinet alienum, ſed ſuum legis authori-
tate, non enim alienum dici poteſt quod iure
poſsidetur,hoc autem iure poſsidetur quod iu-
ſte,& hoc iuſte quod bene.c.quid dicam.14. q.
4.glo.in d.c.vigilanti.

Etiam de iure diuino quis perdit domi-
nium,primo Reg.15.cap. pro eo quod abiecisti
ſermonem domini abiecit te dominus ne ſis
Rex, & iterum ſcidit dominus Regnum Iſ-
rael à te hodie, & dedit illum proximo tuo,
meliori te.

Alioqui ſequeretur quod poſt emptionem
factam teneretur reſtituere rem factam meam
legis auctoritate, quod à iure alienum eſt,
38 † Imò ille qui ab inteſtato ſuccedit, in foro
conſcientiæ non tenetur reſtituere hæredita-
tem hæredi ſcripto minus ſolenniter, cùm le-
ge permittente retineat hæreditatem ab inte-
ſtato,ergo non peccat,igitur non tenebitur re-
ſtituere.Alex.& Iaſ.in l.nemo poteſt.ff.de lega.
2.allegant Anto.de Butrio.hoc tenentem.in c.
quia plerique,de immunita.eccleſ.
39 Quintò, alia ratione probat ſanctus Tho-
mas in quodlibet.13. artic. 25.nam quis tenetur
ſoluere pœnam iudicialem ad quam eſt à iu-
dice condemnatus, etiam in foro conſcientiæ
ſecundum eum.

Conſequens eſt,vt ille cui applicatur poſsit
eam in conſcientia retinere, & ſic in præſcri-
ptione erit, vt pœnam quam legiſlator impo-
nit in odium negligentium retineat iuſtè. 16.
q.3.c.fin.cuiuſmodi eſt præſcriptio.citat Silue-
ſter in ſua ſumma in verbo,præſcriptio.1.q.13.

Sextò,quia lex fundat ſe ſuper certo,vel ſu-
per veritate, puta ſuper negligentia bono pu-
blico aut alia ratione, vt ſuprà dixi. & ponit
Bal.in l. cum quis. num. 14. C. de iur. & facti
ignorantia.
40 Sed quando lex fundat ſe ſuper certo, eſt
ſeruanda etiam in foro conſcientiæ.glo.in cap.
quæ in eccleſiarum,de conſtit.Bald. in authen.
ingreſsi.col.6.verſi.circa primum.de ſacroſanct.
eccle.& d.l.cum quis.col.6.& l.pen.§.illo.C. de
neceſſa.ſer.hæred.inſtit.Panor. & Fel.in cap. 1.
col.4.num.10.de conſtitu.& Fel.in c.2.col.3. de
proba.& in cap.ſicut dignum. in fi.vbi limitat
de homicid.& Io.And.& Panor.in c. is qui fi-
dem.de ſponſal.

Stepha.Maleret in tract.de elect.fol.90.q.15.
& Guiliel.Monſerra.in tract.ſuper pragm. ſan-
ctio.in 2. parte, circa finem. Iaſ.in l. ſi poſt di-
uiſionem.col.2.C.de iur.& fact.igno. late Leo-
nard.de Vtino. in ſermo. quadrag.44. vbi hoc
probat lege naturali diuina prophetica huma-
na Euangelica & canonica. Adria. de Traiecto
in quæſtio.quodlibet.6.art.3.
41 Vltimò, meretrix cum peccato acquirit id
quod ei datur pro meretricio.no.in l.4.§.1. ſed
quod meretrici.ff.de condic.ob turp.cauſ. glo.
in c.ex tranſmiſſa. de dec. tamen non tenetur
ad reſtitutionem in foro conſcientię,vt ibidem
patet.& Adria.de Traiect.in quodlibet.9.verſi.
quo ad tertium.litera B.
42 Item,clericus acquirens aliquid ex negotia-
tione iniquè acquirit.c.1.& per totum,nec cle-
ric.vel monach.tamen non tenetur ea acquiſi-
ta reſtituere.Conrad.in tract. de contract. q.7.
fortius nec iuſte acquiſita, ſcilicet ex præſcri-
ptione tenebitur quis reſtituere.

Si vero fundet ſe ſuper præſumptione, cum
ceſſet quo ad Deum præſumptio, igitur lex
43 quo ad eum non ligat, vt in electione, † nam
ius poſitiuum formam ad euitanda pericula,
& ſcandala,lites,& fraudes,quę in electionibus
interuenire poſſunt,inuenit.Innoc.in d.c.ſicut.
ſuprà dixi.igitur ſi electio emanauerit ſine ſcã-
dalo,licet forma non fuerit ſeruata, electus in
foro animæ erit tutus, ſecundum Maleret &
alios,ſuprà citatos. Idem in collatione facta de
nocte,quæ licet ſit de iure ſuſpecta, tamen te-
44 net, † ſecus in electione.c.quia. §.fi. de electio.
Panorm.in cap.1.de clandeſt. deſponſa. & in c.
Raynaldus.num.14. de teſta. & ibi Barba. col.
42.ac Philip.Peruſ.in c.ſi tibi. abſenti. col. 1. de
præbend.in 6.Fel.in c.conſuluit.col.pen.num.
20 de offic.deleg.in conſcientia vtraque valet,
de Ripa in 2.lib.reſpon.cap.13.electio.vide reg.
cancella.34.

Tt 4

Nec poſt præſcriptionem completam habet locum denuntiatio euangelica, quæ fit ratione peccati.c.nouit.de iudic. cap. ſi peccauerit, prima q.2. ſed ille qui præſcripſit eſt in conſcientia tutus, vt ſuprà dixi.Bart.in extrauag. ad reprimendum in verbo ad denuntiationem. Panor.& Fel.in c.ad aures. de præſcript. late moder. Taurinen.in tract.præſcript.3. parte. princ. q.10.ſecundæ partis.

*Reſpon. fundamentis tenentiũ quẽ poſt præſcriptionem nõ eſſe tutum in foro conſcientia.*

45 Nec obſtat quod in foro conſcientiæ nullus ſit litibus locus, vt dicit Alcia. in d. l. quinque pedum,& ſic ceſſat ratio, quod fateor vna, ſed non aliæ quas ſuprà citaui, ſed extat iuris regula in l. affinitatis. Inſtit. de nupt. l. ſi non
46 lex.ff.de hæred.inſtit.l.ſi quis viduam, † & ibi ponderant moder.ff.de quæſtio. quod quando ſunt duæ rationes legis, ſi vna ceſſat alia durante, non ceſſabit lex, ſequitur Bart. in extrauag.ad reprimendum.quomodo in leſæ maieſta.crimine proced.in verb.ne ex eorum abſentia.Barba.in repe.c.Raynaldus.col.164.de teſta. ſic & hic licet ceſſet vna ratio, aliæ non ceſſabunt,& ſic nec lex.

Nec obſtat quod ſacris initiatus bonam fidem agnoſcere debet, & vltro rem ad dominum deferre, quibuſcunque verbis lex loquatur, iubeat fingat vel præſumat. Bald. in authen. ad hæc. C. de vſur. vellem quod ad hoc adduceret iura, quia erubeſcimus ſine lege loqui.l.diſſentientis.C.de repud.l.illam.& ibi Iaſ. de colla.ex ſuperabundanti tamen.

Reſpon. cum præſcribens ſit dominus authoritate legis, vt ſuprà dixi, ergo poteſt retinere, quia nullus eſt alius dominus ad quem debeat deferri, cum non poſsint eſſe duo domini inſolicum.l.ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. manda. nec eſſet bona fides ſuam rem acquiſitam præſcriptione alij dare, ſed fatuitas quædam. l.filiusfa.ff.de dona.& ibi no.& cap.paſtoralis.1.q.2.prædicta intelliguntur quando detinens non erat dominus, nam poſt præſcriptionem etiam ab illo cuius erat antea, poteſt præſcribẽs repetere per tex.in c.placuit.§.præſcriptio.num. 16. quæſt.3.

Nec refragatur ſimile de monachis hæredibus inſtitutis, grauatis vltra quàm liceret vxori dare, vt in conſcientia teneantur.Bal. conſil.
47 419.teſtator.in 5. vol. † quia hæres inſtitutus, etiam minus ſolemniter, obligatur naturaliter recipiendo bona teſtatoris.Bar.& alij in l.1.ff.de condic.indeb.& l.cum quis. C. de iur. & fact. igno.ſicut in codicillis, licet quinque teſtes non interuenerint.conſi.119.circa.in 4.dubio.2.vol. Iaſ.l.nemo poteſt. num. 75. cum ſeq. in prima lectura.ff.de lega.1.& ſic in conſcientia tenetur. Sed ille qui præſcripſit nullo iure eſt obligatus ad reſtituendum rem, ſuam effectam legis authoritate, & idem reſpon. in ſtipulatione alteri facta, vt in cõſcientia teneatur, ſcilicet ratione conſenſus in ea præſtiti.Fel.in proœ.decreta.
48 † ſic dicitur de pacto nudo quod ratione eadem obligat in conſcientia.Bal.in rubr.in fi. de pact.ſupra Iaſ.in l. ſi pœnę.in fi.ff.de condic.indeb.& l.ſi poſt diuiſionẽ.C.de iur.& fact.igno.

Nec aduerſatur, ſed pro cõmuni facit, quod electus in foro conſcientiæ eſt tutus, licet non ſeruata forma iuris canonici fuerit, nec tenetur reſtituere, vt ſuprà dixi, quia poſtquam mutuo conſenſu habet rem, videlicet beneficium, non tenetur ad reſtitutionem, fortius qui præſcripſit rem in cuius acquiſitione interuenit conſenſus, ſaltem præſumptus, & legis authoritas,& ſolemnitas.

49 Minúſque repugnat, quod ſi creditor legis authoritate cadat à debito, non eſt tutus in conſcientia.Bart. in l.ſi pœnæ. ff. de condic.indeb. quia hoc procedit quando illa liberatio
50 eſſet inducta in odium creditoris, † nam tunc remanet naturalis obligatio, quæ in foro conſcientiæ obligat, ſed poſt præſcriptionem nulla eſt obligatio, ſaltem quo ad effectum.cap.ad aures. in fin. de præſcrip. ibi omnem prorſus actionem excludit.glo.& Bart.in l.fi.§.1.ff. rem ratam haber.Bal.in l.ſicut.col.1.C.de præſcript. 30.vel 40.anno.& l.omnes.colum. 2.illo titulo. Imol.in c.fi.col.5.ſuprà de præſcrip. Panorm.& alij.in c.ad aures.de præſcript.late Ioan. Franc. in tract.de præſcript.in prima parte. q. 6. Ioan. Monferra.in repe.l.nemo poteſt.col.31.de leg.1.

Item, quia ibi in odium, hîc ob publicam eſſe vtilitatem inductum puto.

Non obſtat de inuentario non rite confecto, quia illa lex fundatur ſuper præſumptione, quæ in conſcientia non obligat, hæc ſuper certo, vt ſuprà dixi, & ſic obligat. Federi.pulchre conſil.21.nunquid hæres, Anchara. conſil. 411.& prima facie. Adria.in quodlibet.6.artic.3. in litera H.in verſi.3.infero.

Neec poteſt obeſſe de electione facta de digno, vbi poterat eligi dignior, quia parum ſecum facit, vt ſuprà reſpon.in illa quæſtione, an eligendus ſit melior.

51 Nobiſcúmque facit, quod damnum etiam leuiſsima culpa datum, iure humano ſarciendum eſt, licet non iure diuino. c.1. de commoda. Innoc.in c.ſicut.de homicid. Panor. in c. 1. nu.11.de conſtit.ſic etiam damnum, quod patitur ille cuius erat res ante præſcriptionem, non teneor in cõnſcientia ſarcire, & ſic rem reſtituere legis authoritate tutus, & ſic ſecum non facit, vel etiã potes dicere quod doctores theologiæ reprobant illud dictum Innoc. per cap. conſuluiſti.2.q.5.& ibi glo.Angel.de Claua. in
52 ſua ſumma in ver.culpa.in fi. † tum quia in foro animæ quis tenetur emendare damnum.Panorm.in c.fin.de iniur.tum de iure canonico.c. ſi egreſſus.& d.c.fin.de iniur.& quia hoc eſt rationabile, & dictum Innoc. non fundatur aliqua lege, imò in c.inebriauerunt.15.q.1.non erat damnum, vt reſpondet Barba.in c.Raynaldus. colum.114. de teſt.late Adria.de Traiecto poſt
53 alios theologos in quæſtio. quodlibet.5. † vbi concludit aduocatum teneri ad damnũ, etiam ſua imperitia clientulo accidens.Dec.in c.quoniam contra.col.15.de proba.

54 Nec me mouet, quod non licet in foro cõnſcientiæ contrahentibus ſe alternatim decipere, licet iure ciuili ſic.glo.in l.ſemper in contractibus.



ctibus.ff.de reg.iur.licet ea non alleget Alcia.in d.l.quinque pedum. ſed eam ſequitur. Butr. in c.pen.de emptio.doct.in c. in ciuitate. de vſur. beatus Thom.in ſecunda ſecundæ quæſt. 77. artic.1.at non decipitur quis legis authoritate, vtpote per præſcriptionem. arg. l. 1. C. de his
55 qui veniam æta.impetra. † Item decipere quẽquam iure diuino eſt prohibitum Leuitic. 19. Non mentiemini, non decipiat vnuſquiſque proximum ſuum,& Paul.primo ad Theſſa.4. Et ne quis ſupergrediatur neque circumueniat in negotio fratrem ſuum, quoniam iudex eſt Dominus de his omnibus, & eſt contra naturalem æquitatem, ſed præſcriptio non, teſte Adria.in quodlibet.q.6.art.3.litera E.

56 Nihil facit quod iure diuino non ſit ſoluenda dupli, vel quadrupli pœna.c.fraternitas.12.q.2.licet iure ciuili debita ſit.§.pœna autem.Inſti. de obliga.quæ ex delicto naſcunt.quia non dictat lex naturæ, vt ex delicto alterius quis locupletetur,& vt res ſua augmentetur, hic agitur de re præſcripta retinenda.

57 Non obſtat quod in foro conſcientiæ non eſt tutus, qui ſententiã habuit pro ſe iniquam, poſteáque ſcit eam iniuſtam, quia poſtquam confitetur iniuſtam, oportet quod deponat conſcientiã, ſed in præſcriptione eam non confitetur iniuſte retinere, ſed iuris authoritate.

Poteſt etiam aliis caſibus per eum adductis reſpon.quod multis in caſibus lex diuina obligat, quando ratio naturalis ineſt, vt de matris
58 legitima, † & de contrahente abſque conſenſu propinquorum in quo conſenſus interuenit,& aliis multis caſibus in quibus quis in foro conſcientiæ tenetur.Iaſ.in l.nemo poteſt. in prima lectura.num.76.cum ſeq.ff.de lega.primo,& in ſecunda lectura nu.94. cum ſeq.at in caſu iſto quis poſt præſcriptionem, nec in foro canonico minus ciuili, at nec diuino tenetur quis ad rem reſtituendum in foro conſcientiæ, vt tradit beatus Thomas in quodlibet.vltimo. artic. 25.& Iaſ.hoc plene ſcribit.in l.ſi poſt. col.2. C. de iuris & facti igno.à quo Alcia.habuit: alioqui nullus poſſet præſcriptionem excipere, nã cum iudex videret eum opponentem delinquere, ex officio eũ repelleret:& ſic præſcriptiones nihil nobis ſeruirent teſte Innoc. in c. 1. de præſcrip.c.circa.de iure patro.vt refert. Bald.in §.ſi quis per triginta.col.2.ſi de feudo defunct. contentio ſit inter do.& agna. vaſſal.Dec.in c. iurauit.col.vlt.de probatio.

59 Nec fit iniuria alicui lege dictãte, l. fi.C.qui bonis cedere poſſunt. l. debitores. C. ex quib. cau.infa.irroga.ſicut nec peccat qui authoritate legis facit.l.Gracchus.C.ad l.Iul.de adult.

Nec obſtat quod ceſſante cauſa, id eſt, bona fide, debeat ceſſare præſcriptio.c.cum ceſſante. de appel.quod eſt intelligendum, quando diſpoſitio non eſſet ſortita effectum, alioqui ſecus.Bar.in l.Titia.§.imperator.circa finem.ff.de legat.2.

Nec obſtat quod vitiatur actus quãdo peruenit ad caſum à quo non potuit incipere.l. exiſtimo.ff.de verbo oblig. quia non procedit quando actus eſt perfectus & cõſummatus, tex. in l.pluribus. §. & ſi placeat. & ibi Bar. & alij illo titulo, Dy.& alij in regula factum legitime. de reg.iur.lib.6.& regula in ambiguis. §.1. ff.de regulis iuris.

60 Et hanc opi.tenuit Thom. in d. quodlibet. 13.Io.Ber.Gaufre,& alij in c. vigilanti. de præſcript.glo.in c.ſi res.14.q.6.& c.ſi virgo. 34. q. 2. Innoc.in c.cura.de iure patro:& c. quia de immunita.eccle.Feder.conſil. 21. nunquid hæres. col.pen.Io.And.& Anchar. ac Albe. in regula poſſeſſor, de reg.iur.lib.6.in mercuria. Hoſtien. in ſumma de præſcrip. rerum immobilium. §. quæ exigantur. verſic. ſed quid ſi iam completa.Henric.Boic.in c.ſi diligenti.in 3.diſt.de præſcrip.Imol.in d.c.fi.& Scho.in 4.ſenten.diſt. 15. quem refert & ſequitur Claua. in ſumma Angel.in verbo præſcriptio.§.47.& ibidem.D. Silueſter in eodem verb.in primo. q.13. Panor. in d.c.vigilanti. & c.quia plerique.q.7. de immunita. eccle. Aſten. in prima parte.lib.3. de præſcrip.tit.2.§. fin. verſi. pone quod præſcriptum. Montholon in promptuario in verbo reſtituere.in fi.Bal.in c.de cauſis.col.4. de offic. deleg. & §.ſi quis per triginta.col.2.ſi de feud.contentio ſit inter do.& agna. vaſſal.Angel. in l. 1.vlt. col.C.de iudic.Io.Fabr.in §.1.inſtit. de vſucap. Iaſ.in l.ſi pœnæ.in princ.ff.de condic. indeb. & l.ſi poſt diuiſionẽ.col.2. C.de iur.& fact. igno. Corne.conſi.177.in hac re.col.2.in ſecũdo vol.

61 Poſſet alia opi.procedere quando eſſet facta præſcriptio cum mala fide, quia tunc non eſſet tutus.Innoc.in c.quia plerique.col.2.de immunita.eccle.quæ de iure canonico non procedit. c.fi.de præſcrip.vel quando de hoc haberet cõſcientiam remordentem, cum tunc ei debeat ſatisfacere.c. per tuas.in 2. de ſimo.Io. And.& Phil.in d.regula poſſeſſor.Bal.conſil. 295.vol.1.

62 Alia concluſio, beneficia collata tempore excommunicationis, vel ſuſpenſionis, non poteſt quis in foro conſcientiæ retinere, nec de iure poſitiuo, vt hic Archid. in cap. nullus. 63. diſt. quia excommunicatus non recipit titulum, vt hîc, & ideo abſolutus non poteſt retinere. cap. ſi apoſtolicæ.infrà eodem, & ita videtur hic tenere Henric.Boic. dictum quod de Traiect.in quodlibet.9.in 3.q.per quod dicitur in Euang. Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, eſt fur & latro.Licet contrarium teneat Card.conſil.40.in facto.

63 Fallit ſi fuerit diſpenſatum cum eo.

64 † Ideo quæro quis poſsit diſpenſare, vt excommunicatus retineat beneficium.glo.hic tenet quod epiſcopus, quia papa ſibi non reſeruauit, ideo epiſcopo reliquiſſe videtur.c.nuper. de ſenten. excom.hoc tenet Innocen. hic & in cap.dilectus.de tempo.ordina. & ita communiter doct.tenent,& centum ſexaginta tres caſus, in quibus poteſt diſpenſare epiſcopus, licet videre per Spec. in tit. de lapſis & diſpenſatio. §.nunc de epiſcoporum diſpenſatione, & alios per Ioan.de Selua. in tracta. de beneficio in 4. parte.q.7.

*Diſpenſare quis poſsit vt excõmunicatus beneficiũ retineat.*

65 Limitã, niſi ille epiſcopus qui ſcienter contulit.

tulit vellet diſpenſare,quia non poterit,cum in collatione peccauerit,non meretur habere hãc poteſtatem, vt puniatur in quo deliquit, vide glo.in c. præſentium.prima q. 5. quia non poteſt habilitare poſtquam non poteſt conferre. Alex.conſil.70. in cauſa in fi.in 3. vol. & ſuprà dixi in prima regula.

66 Secundò limita niſi collatio fuiſſet facta per papam,quia tunc inferior non poterit manum apponere.cap.cum in diſtribuendis.de tempo. ordi.dixi in repe.l.quod iuſsit.in 2.no. in materia ſupplicationis & euocationis. ff. de re iud. Petr.de Ancha.conſil.58.circumſcriptis, & Ludouic.Roma.conſil.335. circa primum. Decius conſil.137.& diligenter. col. 2. ſed cum hodie papa in ſuis reſcriptis abſoluat, quo ad illum effectum non habet locum quod hic dicitur, ſed valebit collatio, nec erit opus aliqua diſpenſatione,vt ſuprà dixi.

67 Tertiò limita, quando abſolutio eſſet Papæ reſeruata. c. cum bonæ. de æta. & quali. & ibi glo. vt quando eſſet à papa excommunicatus, nam tunc propter contemptum non poterit diſpenſare epiſcopus.Henric.hic.

68 Quartò limita, quando ipſe epiſcopus non poſſet conferre,quia nec tunc poſſet diſpenſare, cum diſpenſatio inducat nouum titulum, Cardinalis hic. Maleretus in tract. de electione.fol.91.quæſt.16. glo.in verb.canonicas.in fi. de elect.in prag.

69 Et ſic excommunicatus acquirens beneficium,non poterit iuuari decreto,de pacif. poſſeſ.cum non habeat titulum coloratum, ſed nullum,intruſuſque ſit, quod perpetuo notandum eſt.plenius ſcripſi in tract.de pacifi.poſſeſſo.in 4.limita.

70 Requiritur tamen noua collatio cum illa diſpenſatione.Henric.hic per cap.cum terra,de elect.glo.in prag.ſanctio. in titulo de elect. cap. licet.in verb.canonicas.in fi.

Et tutius eſt quod fiat noua collatio, vel quatenus opus eſt, conferimus, clauſula ſit in literis diſpenſationis apposita, vt euitentur opiniones,quia vt ex nunc poteſt retinere beneficium licite,ſicut de legitimato dicũt doct. & de matrimonio.in c.per venerabilem.qui filij ſunt legitimi.

Secundæ quæſtioni reſpondet tex.in c.eum
71 qui.de præbend. lib.6. † quod vi occupans beneficium priuatur primo,ſic eſt in excommunicato recipiente ſcienter ſecundum, nam primo etiam dicerem priuari,ne ſtultus ſit & malus melioris conditionis,quàm bonus.d.c.eum. l.Seruius.ff.quod vi aut clam,vide tex.in c.cum bonæ.de æta.& quali.

Item,quia iura generaliter loquuntur,quod recipiens ſecundum pacificè,videtur renuntiare primo,& eo priuatus eſt.c.de multa.de præbend.Domi.conſil.106.ſuper dicto.

Intellige hoc ſi vigore illius collationis factæ in excommunicatione adeptus fuerit poſſeſſionem ſecundi,aliàs non, quia per adeptionem ſecundi vacat primum. d. c. de multa. & hoc ſi pacifice teneat ſecundum beneficium
72 cum primo, † oportet tamen quod poſſederit ſecundum pacifice per duos menſes, vt inducatur vacatio primi,alioqui non dicitur pacifica poſſeſsio,nec vacat primum, & iſtud bis vidit ſeruari compilator deciſio. Rotę in deciſio. 6.ſufficit impetranti in no.in addi. & Do. Geminia.conſil.78.formatur.col.vlt.quod eſt notandum.tex.eſt tamen in contrariam quod ſtatim recepta pacifica poſſeſsione ( in extra.execrabilis.in verb.qui verò deinceps,de præbend. in extra.Io.22.)ſit priuatus.

73 Item, iniuſta receptio ſecundi beneficij inducit vacationem primi,in eum caſum in quẽ iuſta receptio, ſine excommunicatione induceret priuationem primi. per d.c. de multa. & hoc videtur tenere Panor.in d.c.cum bonę.ibi per verbum ſpoliare,ergo iam erat priuatus. c. ex parte.de cler. non reſiden. ponderant doct. in c.1.de iudiciis.

74 Quærit glo.per quem poſsit ſuſpendi conferens excommunicato,quod hoc poterit fieri per ſuum ſuperiorem reſpondet.

Sed quæritur quis hoc in caſu ſit ſuperior, & reſpon.quod immediatus ſuperior collatoris.arg.18.q.2.cap.ſi quis Abbas, ideo ſi Abbas conferat excommunicato, poterit epiſcopus illum ſuſpendere, niſi ille Abbas eſſet exemptus.doct.hic.

Si verò epiſcopus contulerit, ſuſpenſio archiepiſcopo competit, & punitio illius epiſcopi, & epiſcopus ſuſpendetur per archiepiſcopum.c. ſacro.de ſenten. excom.c. quia cognouimus.10.quæſt.3.

75 Item, quia vicarius abſente archiepiſcopo hoc poteſt, videlicet excommunicare, ſuſpendere,& interdicere ſuffraganeos. c. præſenti. in fin.de offic.ordina.lib.6.Ioan. And.in c. vt litigantes.de offi. ordina. Idem ſi præſens fuerit epiſcopus,id eſt,in ciuitate,& vicarius ignorás beneficium cõtulerit, vel reuocatus antequam veniret ad notitiam vicarij: nam valebit collatio.tex.ſing.in l.ſi forte.ff.de offic.præſid.Rom. ſing.57.fuit quęſtio,& vide eum ſing.566.quod. l.ſi forte.Iaſ.in l.more maiorum. col.3. num.8. ff.de iuriſd. omn.iud. Dec. conſil. 295. in cauſa.col.2.

Si archiepiſcopus contulit, patriarcha poterit hanc pœnam inferre.c.graue. & ibi doct. de præbend.Item legatus à latere.no.in c.1. de offi. lega.& papa cũ ſit ordinarius ordinariorum.c. cũcta per mundũ.9.q.3.& in hoc reſident doct.

76 An teneatur excommunicatus dicere horas,& reſpon.quod ſic, ac ſi non eſſet excommunicatus.c.presbyterum. 2.diſt.28.gl.in prag. ſanctio. in titulo qualiter horæ ſunt dicendæ in verb.teneantur.Cardi.in cle.1.7. oppoſit. de regula.glo.in c.ſi quis epiſcopus.2.q.3.

77 Non tamen in eccleſia, ſed per ſe & priuatim.doct.in cle.graui.de celebra.miſſa.glo. in c. illud.ſuprà eodem, vbi Hoſtien.dicit quod nõ debet dicere Dominus vobiſcum, quia hoc competit ad dignitatem ordinis, quam per excommunicationem perdit, ſed dicat ſicut laicus,Domine exaudi &c.per illam glo.in verb.





teneantur, quia pœna non habet immunitatem.l.relegatorum.in fin.ff.de inter.& relega.

Poſſent tamen duo excommunicati ſimul horas dicere, extra tamen eccleſiam. Aſten. in ſua ſumma in lib.7.tit.9.q.4.

78 Poſtremò pro complemento præmiſſorum, quęro,an excõmunicatus poſsit impetrare nominationes, & paucis reſpon. quod non per c. primum. de reſcrip. lib.6. & per regulam primam ſuprà poſitam, prohibito vno cenſetur prohibitum omne id per quod peruenitur ad illud.l.oratio.ff.de ſponſal. cum ergo nominationes ſint præambulæ ad beneficia, ſicut excommunicatus non poteſt habere beneficia, ſic nec nominationes,vt no.moder.in d. cap. 1. colum.prima.

Item,quia tex.in d. c. 1.loquitur indiſtincte, & generaliter,ergo generaliter intelligetur.l.de pretio. ff.de public.in rem actio.l.1. §. generaliter. de lega. præſtan. & ſuprà multa dixi in 4. not.de impetratione an valeat, multa alia tum ſubtilia tũ vtilia, hîc ſi per otium licuiſſet,præſcripſiſſem, ſed tot & tantis obrutus negotiis, nõ licuit alia dictare,ſed hæc ex tempore typographis commiſi,non ſequutus in hoc Horatij conſilium, opus nonum premi in annum ſtatuentis, nec Bart.qui quinquennium totum ad dictãdum repet.§.nihil commune (ſi vera ſunt quæ legi)permanſit, ſed ſcholaſticorum petitionem,& vtilitatem,in quibus ſi quædam illis vtilia ſcripſerim,tollam manus,agámque Deo Opt.Max.gratias imperpetuum. Amen.

# REPETITIO HABITA IN VIGILIA S.THOMAE APOSTOLI IN SCHOLIS, IVRIS PONTIFICII PARISIIS, ANNO 1548. ſuper c.Firmiter.de ſumma trinit.

*Per egregium virum D.Petrum Rebuffum de Montepeſſulano,Iuris vtriuſque Doctorem,& Comitem,& publicum profeſſorem in ſtudio ſupradicti Iuris Pontificij Pariſiis.*

SI quid vnquam poſt me natum huiuſmodi incidit (digniſsime cœtus) quod à Deo Opt. Max. omni ſtudio,omnique adeo cõtentione optandum mihi fuit, ea me nunc omnis circunſtat neceſsitas, vt eo munere quod ad me in orbem rediit, quódque clariſsimi viri collegæ mei mihi detulerunt, ſi non pro veſtra omnium expectatione ac ſtomacho, at certe pro ingenij mediocritate,& temporis breuitate defungi queam, quod cum huiuſmodi eſſe animaduerterem,Theologum ita flagitare, vt ſi quis eum excludat, id facturus quod mus in pice videretur,non inuitum me hercule paſſus fuiſſem,in hac maxime florentiſsima Theologiæ academia præteriri, & hanc prouinciam alteri delegari,niſi ſacramentum primum, officium deinde, ad hæc collegarum meorum ſapientiſsimorum virorum dignitas, & iuſtiſsima poſtulatio, & veſtra omnium humanitas, quibus nemo non inhumaniſsimus negatum aliquid velit, non obſcurè detrectantem reuocaſſent,ac confirmaſſent. Quocirca nolim vos (auditores doctiſsimi)à me ſpectare, vt fucatis & omnibus modis elaboratis verbis,vel exactis rationibus, aut argutiis hanc materiam vobis pertractem, ſed vtiliter, veluti citra artem ſincerè, & ſimpliciter ſalubria exprimam, proteſtans ſi aliqua ( quod Deus auertat) protulero contra fidem, aut ſanctæ eccleſiæ matris conſtitutionem, ea irrita & pro non dictis haberi volo.

Ad rem itaque veniens primum omnium elucidabo rubricam, & poſtea text.verba ſigillatim palam faciam.Eſt igitur rubrica de ſumma trinitate & fide Cathol. Tractaturus eſt hic ſummus Pontifex de his duobus,videlicet de ſumma trinitate, & fide Catholica. Dicet quis quare hic deſcripſerit de ſumma trinitate, nũquid ſufficiebat dicere de trinitate? Reſpon. non ſufficeret dicere de trinitate, quia multiplex eſt, ſed dicit de ſumma,id eſt,ſuperexcellenti,ſuprema,& quòd ea nulla ſit maior, cum ſuper omnia ſit : diuina enim trinitas arcem quandam tenet inter plurimas trinitates ab ea deriuatas. Eſt enim quædam trinitas in anima noſtra,ſecundum quam ad imaginem Dei ſumus,ſecundum memoriam,intellectum & voluntatem, ſunt & aliæ trinitates plurimæ, ſed diuina trinitas eſt ſumma,vnde Alex.Papa huius nominis primus, ſub Traiano imperatorę Auguſto quandam decretalem edidit epiſtolã, quã tranſcribit Rupertus in fine libri vltimi de glorifica trinita.vbi ſic dicit,Fidẽ quoq; ſanctæ trinitatis,ſic docendam à patribus accepimus, & vobis tradẽdam ſubditis deſtinamus. Eſaias namque propheta ait, vidi dominum ſabaoth ſedentem ſuper thronum excelſum, & Seraphin ſtabant in circuitu eius,ſex alæ vni, & ſex alæ alteri,duabus velabant faciem, duabus autem velabant pedes, & duabus volabant, clamabant alter ad alterum dicentes,ſanctus, ſanctus,ſanctus,dominus Deus ſabaoth.Si trinitas non eſt, quare ter ſanctus dixerunt,aut ſi vnitas non eſt, quare ſub trina repetitione vnum Deum & dominum intimarunt ? Si trinitas

*Quare hic potius de ſumma trinitate quã de trinitate dicat Rom. Pontif.*

*Trinitas eſt multiplex.*

*Trinitatẽ eſſe hic probat autor huius repetitionis.*

non eſt,cur Geneſ.21.ſcribitur, dixit Deus, fecit Deus,& benedixit Deus: ſi vnitas non eſt, cur numero plurali non commendauit, dixerunt Dij.

Si trinitas non eſt, cur Abraham Geneſ. 18. in valle Mambre,ſedẽs tres vidit,& vnũ adorauit?

Si trinitas non eſt,cur Exod. 34. dicitur ter, domine,domine, domine miſerator & miſericors? ſi vnitas non eſt,cur non dixit, miſericordes: aliiſque quamplurimis probat. Iſta tamen ſufficere ratus alia nunc miſſa facio.

Supereſt fidei nomen in rub. deſcriptum elucidare, & ſciendum eſt quod Hebræi fidei nomen emum ſeu emuah dicunt, inde amen deductum quod certificatum eſt verum fiat ſignificat.

*Fides quid ſit.*

Vnde heenim credidit,perſuaſus eſt,eſt autẽ virtus iſta verè diuina, quæ Hebræis emnuah, Græcis piſtis,nobis perſuaſio, vulgo fides dicitur,nam cum Latini nomen ita commodum, vt Hebræi & Græci verbo credendi non haberent,appellarunt hanc virtutem,fidem. Eſt autem fides ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium,Hebræ.11. c. itaque fidem dicemus indubitatam eſſe perſuaſionem,Deum eſſe, vt omnium rerum authorem,fontemque bonorum, & noſtrum conditorem,ſeruatorem, atque æternum beatorem. Nihil aliud eſt ergo fides,quàm firma,conſtãs, & perſeuerans procul ab omni dubitatione, & vacillatione fiducia, & ſuper hac fide diuus Auguſt.in lib. de fide ad Petrum diaconum, quadraginta capitula ad veræ fidei firmiſsimæ pertinentia tradit,quæ ibi videri poterunt.

*Fidei dictio variè accipitur.*

Quamuis fidei dictio variè accipiatur,nempe qui credit alicui,dicitur illi habere fidem. l. 1.ff. ſi certum peta. & nihil aliud eſt credere, quàm fidem habere.c.nihil aliud. de conſecra. diſt.4.& fidẽ liberat qui præſtat,vel facit quod promiſit.l.ſi verò non remunerandi. §.ſed & ſi rem.ff.mandat.

*Fide bona agere.*

Fide bona agere dicitur, qui ſine vllo dolo & figmento verè, atque diligenter agit quod agendum ſuſcepit.

*Emptor bonæ fidei quis dicatur.*

Bonęfidei emptor eſſe videtur,qui aut ignorauit eam rem alienam eſſe, aut eum qui vendidit,ius putauit vendendi habere.l. bonæfidei. ff.de verb.ſignific. vbi multas phraſes ad Iuriſcon. pertinentes congeſsit Eraſ. in annot.epiſtolæ ad Romanos. & Budæus in annotat. in Pandec.l.1.ff. de ſeruo corrup. Et ſic tractatur hîc de ſumma trinitate, & de fide quam habere debemus ad illam excellentem trinitatem.

*Catholicũ & catholica quid.*

Item in rub.eſt aliud verbum catholica, id eſt, vniuerſali, quaſi circa omnia verſetur, fit enim ex κατά, id eſt,circa, & ὅλον, quod totum dicunt, in omnem enim terram exiuit ſonus eorum.

*Quare hic potius de fide quàm de conſtitutionibus tractatur.*

Poſt rubricę elucidationem videndum, cur hic potius de fide,quàm de conſtitutio.dixerit? Reſpon.quia eſt omnium rerum principium, baſis, & fundamentum, nam omne quod non eſt ex fide,peccatum eſt.Romano.14.cap. fi. de præſcrip.glo.in cle.1.in verbo, fundamento eo, & ſine fide impoſsibile eſt placere Deo,ad Hebræos 11. c. & quia à nobiliori inchoandum eſt.§.fi.de iure natura.

*Quatuor concilia edita fuerunt contra hæreticos ſuper ſancta trinitate poſt ſymbolum apoſtolorum quod dicitur Credo.*

Aduertendum eſt poſt Apoſtolorum ſimbolum,quod dicitur Credo,fuerunt quatuor à ſanctis patribus contra hæreticos ſuper ſancta trinitate maxime edita concilia,vt in c.1.15.diſt. & iſtud eſt vnum quod iura vocant generale, vt in ſupraſcriptione habetis,quod fuit editum tempore Innocentij tertij anno 1215. de quo ſæpius iura habent mentionem.vt in c.de multa.& in c.graue.& c.in Lateranenſi.de præbẽd. c.aduerſus.de immunita.eccleſ.c.omnis vtriuſque ſexus.de pœniten.& remiſsio.

*Quare hoc concilium Lateran. dicitur generale & qui in eo interfuerunt.*

Et eo generale dicitur, quia in eo interfuerunt Patriarchæ Hieroſolymitanus & Conſtantinopolitanus, metropolitani. 70. epiſcopi.412. Abbates & priores conuentuales. 800. Græci & Romani imperij legati, Regum verò Hieruſalem,Franciæ,Hiſpaniarum, Angliæ,& Cypri oratores: & ſic fuit valde generale, vt ſcripſi in Concordat. in rubri. de approbat. conuento.

*Gloſator reprehẽditur per D. Rebuffum.*

Et ridicula videtur hæc glo.deductio dicens ſymbolum dici à ſyn,quod eſt ſimul, & bolus, quod eſt morcellus,quod vnuſquiſque apoſtolorũ ſuũ morcellũ,id eſt,partẽ appoſuerit,nempe σύνϐολον collationem Græci dicunt à συμϐάλλω quod eſt confero,quod plures conferũt in vnum. Id enim fecerunt apoſtoli in vnum conferendo quod quilibet de deo ſentiit, ideo ſymbolum vocatum fuit à d. verb. συμϐάλλω deductum,non à ſyn & bolos,bolus enimrete, ſeu retis ſeu aleæ iactum ſignificat, itaque his peractis & rubricæ terminis elucidatis verba tex.amplectamur.

*De verbo firmiter credimus.*

*Firmiter credimus*,id eſt ſtabiliter,inconcuſſe credendum eſſe in Deum hîc ſtatuitur:& non ſolum animo,ſed etiam verbo.Prouerb.12.cap. labium veritatis firmum erit in perpetuum, & in opere Eccleſiaſtic.c.5.eſto firmus in via domini,& in veritate ſenſus tui,& ſcientia,& proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ firmiter ſine dubitatione, nam dubius in fide infidelis eſt c.1.de hæret.vnde Chriſtus Matth. 17.c. iubet nos habere fidẽ ſicut granum ſinapis,quod eſt forte, & tamen minimum poſtea in varios ramos ſe extendens,ſic fides in varia præcepta.

*Dubius in fide infidelis.*

*Triplex eſt fides.*

Et ſic triplex præſertim inuenitur fides in Euangelio:minima quæ eſt in Chriſtianus qui in ſeculari vita degentes de craſtino cogitant, & ſoliciti ſunt dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? & dominus dicit Matthę. 6. ſi enim fœnum quod hodie eſt,& cras in clibanum mittitur,Deus ſic veſtit,quanto magis vos minimæ fidei? nolite ergo ſolliciti eſſe, quid cibi in græco eſt holigopiſtos,id eſt, puſillæ, minimæ fiduciæ, ſeu parum fidentes.

*Minima fides quæ dicatur.*

*Qua ſit fides modica.*

Modica fides eſt quando metu perſecutionis quis vocem Chriſtianæ religionis abſcondit,vt in Petro,qui Chriſtum negauit,& cæteri eo relicto fugerunt. Marc. 14.c. & cum Petrus dubitaſſet ſubmergi,audiuit Chriſtũ dicentem, modicæ



modicæ fidei,cur dubitaſti? Matthę.14.c.& alibi,cum nauis operiretur fluctibus,clamauerunt Apoſtoli,Domine perimus:qui reſpondit,quid timidi eſtis modicæ fidei? quaſi diceret eis, timetis ſubmergi dum eſtis cum eo, cui obedit mare & venti?Matthæ.8.cap.

*Magna fides quæ ſit.*

Magna fides eſt, quam Apoſtoli & cæteri ſancti non ſolum mori non timuerunt, verum etiam optauerunt, vt de tribus pueris nolentibus adorare ſtatuam Nabuchodonoſor Regis, ſcribitur Danielis 3.c.ſed dicẽtibus,Deus quem colimus poteſt nos liberare de camino ignis ardentis: quòd ſi noluerit, notum tibi ſit rex, quia deos tuos non colimus, & qui iſtã fidem habet, quæcunque iuſte petierit conſequetur, vnde dicitur Matthæ.21.& Marci 11. quæcunque orãtes petieritis,credite & obtinebitis.Duo itaque in oratione eſſe debent primò quis petere & orare debet, ſecundò debet credere firmiter impetrare oratum. & Iacobi 1. poſtulet autem in fide nihil hæſitans. & primæ Ioan. c. vlt.& ſcimus quia audit quicquid petierimus.

*In oratione duo eſſe debent.*

*De verbo ſimpliciter confitemur.*

*Simpliciter confitemur*, id eſt, ſine adiectione & diſtinctione: vnde veram fidem confiteri oportet ſine adiectione alicuius erroris. primæ ad Theſſalo.2.c.exhortatio noſtra non fuit de errore.de hoc verbo in l.lecta. habetur.ff.ſi certum peta. & ſcripſi in l.alienatum.in fi.de verb. ſignific. fides enim eſt proponenda verbis ſimplicibus.c.qui epiſcopus.23.diſtin. Itaque debet quis confiteri ſimpliciter Deum eſſe æternum, omnipotentem,immẽſum:& non adiicere, ſed, *mais*,vt quidam hæretici dicunt cauſa diſputationis facere:audi quid Imperator ſtatuat,iniuriam facit ſynodo, qui rectè diſpoſita reuoluere,& diſputare contendit.nam ſi clerici fuerint, à conſortio clericorum remouebuntur: alij verò ab vrbe expellentur.l.3.C.de ſumma trinit.

*Vnus Deus quare hic dicatur.*

*Vnus*. Dicit gl. dictum fuiſſe ad differentiam plurium planetarum, quos quidam tanquam deos colebant. Vnde Deutero. 6. c.audi Iſrael, Dominus Deus veſter Deus vnus eſt,per quod excluditur error Gentilium multos Deos deſcribentium, vt docet Auguſt. de ciuitate Dei lib.5.& 6.& primæ ad Timothe.2.c.vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus vnus enim eſt in natura,trinus in perſonis.

*Solus Deus & nõ alius.*

*Solus*. Ioan.17. hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum ſolum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. & Deutero.32.c.videte quod ego ſum ſolus, & nõ ſit alius Deus præter me. & Eccleſia. 18. Deus ſolus iuſtificabitur, ſolus valet inuiſibilis,incomprehẽſibils,in circunſcriptus,immutabilis,incorporeus,& immortalis.

*Verus*. Deus ad differentiam fictorum. dicit glo.quia Ioan.17. dicitur, vt cognoſcant te ſolum verum Deum,& quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. & primæ Io.5. in fin. hic eſt verus Deus, & vita æterna eſſentialiter & naturaliter eſt Deus: alij verò Dei dicuntur per adoptionem, ſeu diuinitatis participationem, vt Pſal.81.Ego dixi,dij eſtis, quia boni iudicãtur, ideo filij Dei dicuntur adoptione. Alij dicuntur dij errantium,vt Pſal.87.dij gentium dæmonia,& de illis ſcribitur,Os habent & non loquentur,oculos habent,& non videbunt.

*Aeternus Deus dicitur & quare.*

*Aeternus*.glo.dicit,quia miſericordię Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire. c.multiplex. de pœnit. diſt.1.& c.is qui.26. q.6.vel æternus rectius dicetur, quia caret principio & fine, & eius eſſe non variatur per præteritum & futurum,nihil enim illi ſubtrahitur, nec aliquid ei de nouo venire poteſt: vnde dicit ad Moyſem Exodi.3. cap.ego ſum qui ſum: quia ſcilicet eius eſſe non nouit præteritum & futurum, ſed ſemper præſens eſt. & ad Roma. vlt. c.in fin. nunc patefactum eſt per ſcripturas prophetarum ſecundum præceptum Dei æterni.Dauid Pſal.9.Dominus in æternum permanet. & Pſal.102. Tu Domine in æternum permanes. & Eccleſiaſt. 18. qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul. Deus ſolus iuſtificabitur, & manet rex inuictus in æternum.

*Deus quare immenſus.*

*Immenſus*.quia quantitas eius vel qualitas à nullo ex creaturis metiri poteſt. Augu.de ſent. diuinitatis,& Salo.ait,ſi cęlũ & cœli cœlorũ nõ te capiũt,quanto magis domus iſta quã ędificaui? vel immẽſus, id eſt ſine mẽſura.dicit gl. intra omnia non incluſus,extra omnia nõ excluſus, ſuper omnia nõ elatus.Itaque eius magnitudo excedit incõparabiliter omniũ magnitudinem creaturarum. Ideo dicitur immenſus, Dauid Pſal. 144. magnus Dominus & laudabilis nimis,& magnitudinis eius nõ eſt finis.& Baruch. 3.magnus eſt, & non habet finem, excelſus, & immenſus. & 3.Reg. 8. c. Salomon poſt templi conſtructionem ait ſi cœli cœlorum non te capiunt,quãto magis domus iſta? & Dauid Pſal. 138.ſi aſcendero in cœlum, tu illic es,ſi deſcendero in infernum,ades.& Iob 11.c.excelſior cœlo eſt,& quid facies? profundior inferno,& vnde cognoſces? longior terra menſura eius, & latior mari.

*Deus incõmutabilis dicitur.*

*Incommutabilis*. quia ſemper exiſtit per ſe, nec vnquam deficit, nec commutatur diuina natura.Malachiæ 3.cap.Ego enim Dominus & non mutor.Iacobi 1.apud quem non eſt tranſmutatio, ſeu commutatio. & ab eo quod eſt mutari omnino non poteſt,& Dauid Pſal.101. mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es.

Non refragatur Hiere.18.vbi ſic dicit Deus, repente loquar aduerſum gentem, & aduerſus regnum,vt eradicẽ, & deſtruam, & diſpergam illud, ſi pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, agam & ego pœnitentiam à malo, quod cogitaui vt facerem eis. & Ambroſ.de offi.lib.3. ait, Dominus frequenter ſuam mutat ſententiam. reſpon.quæ Dominus comminando vel commouendo dicit, bene reuocat, & ſic illud Hiere.intelligatur,ſed quæ aſſerendo dicit, non reuocat. c.incommutabilis. 22.q.4.& Macrob. lib.Satur. dicit deos tripliciter loqui. & Dauid ait,iurauit Dominus,& non pœnitẽbit eũ.Ideo Deus in ſe eſt immutabilis, quia animæ eius ira,furor,pœnitentia,obliuio,recordatio,& alia his ſimilia non accidunt, ſimplex enim natura

eſt & immutabilis, & imperturbata, neq; aliud eſt ipſe, & aliud quod habet, & quod eſt.

*Deus incõprehenſibilis, cur dicatur.*

*Incomprehenſibilis.* quia menſura cõprehendi non poteſt. vnde Apoſtol. ait, ô altitudo diuitiarum quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius. & Hiere. 32. Fortiſsime, magne & Dominus exercituum nomen tibi, magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu. Illa enim comprehendere dicimus, quæ perfectè cognoſcimus, quantum cognoſcibilia ſunt, nullus autem hominum, nec vnus quidẽ poteſt Deum cognoſcere, quantum cognoſcibilis eſt, ergo nullus homo poteſt eum comprehendere, vnde Iob 11. cap. forſitan veſtigia Dei comprehendes, & vſque ad perfectum omnipotentem reperies, quaſi dicat non, vnde cum Moyſes voluiſſet Deum videre, audiuit, non videbit me homo & viuet, poſteriora autem videre poteris. Exod. 33. in fi.

*Deus cur appellatur omnipotẽs.*

*Omnipotens,* quia ſimpliciter omnia poteſt. Eccleſiaſt. cap. 43. ipſe enim omnipotens ſuper omnia opera ſua, ex ſe, & alij per eum. Dicet quis eum non poſſe corrumpi, fateor, ſed corrumpi, in nihilum redigi, deficere & peccare non eſt aliquid poſſe: imò aliquid nõ poſſe. Vnde ille ſolus vocatur omnipotens, qui hoc non poteſt, quia omnia poteſt, quæ poſſe eſt aliquid poſſe. c. fi. in fi. de pœnit. diſt. 2. vbi Archid. poſt Diuum Auguſt. dicit, illud dici impotentiam, & non poſſe magis quàm poſſe, ſed Deus poteſt facere ſine difficultate, quod nullus alius poteſt. vnde Pſal. 110. magna opera eius, exquiſita in omnes voluntates eius. Ideo dicit vnus omnipotens, quia ſi eſſent duo omnipotentes, vnus deſtruere alium poſſet, aliàs nõ eſſet omnipotens, ſi poſſet deſtruere illum, ergo ille peremptus nõ eſſet omnipotens, ergo non eſt poſſibile niſi vnus omnipotens. & Hiere. 32. c. nunquid mihi difficile erit omne verbum?

Et omnipotẽcia eius cognoſcitur, quia omnia ex nihilo creauit. Geneſ. 1. Item cognoſcitur in bonorum ampliatione. Geneſ. 35. ego dominus omnipotens creſcere & multiplicare te faciam. Præterea in gubernatione ſeu regimine cunctarum rerum Heſter 13. Rex, inquit, omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſsit reſiſtere voluntati tuæ. ſi differret per momẽtum regimen (vt aiunt Aſtrologi) omnia perirẽt. ad hæc in iudicio, quia omnes iudicabit tam reges quàm alios. Iob 34. nec omnipotens ſubuertet iudicium, & c. ſeq. omnipotens ſingulorum cauſas intuebitur.

*Deus cur ineffabilis dicitur.*

*Ineffabilis.* Eſa. 53. c. Generationem eius quis enarrabit? quaſi dicat nullus poteſt ſufficienter effari laudem ipſius, nec virtutem. Ideo Eccleſ. 43. Exaltate illum quantum poteſtis: maior eſt enim omni laude. & Iob 37. cap. Magnus Deus fortitudine & iudicio & iuſtitia, & enarrari nõ poteſt. Sed opponitur Pſal. 9. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Reſpon. hîc dicimus Deum ineffabilem quantum in ſe, ſed opera eius narrabilia ſunt. Sed dicet quis, non omnia, quia diem iudicij non poteſt homo narrare. Acto. 1. Non eſt veſtrum noſſe tempora. reſpon. omnia mirabilia narrabo, quæ me docuiſti, quamuis plura ſint, & conuenit. Pſal. 18. pronunciabo omnia iudicia oris tui: ergo illa, quę ore tuo me docuiſti: & omnia narrat mirabilia Dei, qui credens viſibilibus ad intelligenda inuiſibilia tranſitum facit. Auguſt. dict. Pſal. 9.

*Pater & Filius, & Spiritus Sanctus, tres quidem perſonæ, ſed vna eſſentia, ſubſtantia ſeu natura.* Hæ tres perſonæ numerantur Mathæ. vlt. cap. ibi, docete omnes gentes, baptiſantes eos, In nomine Patris & Filij, & Spirituſſancti, vnde hoc dictum eſt ad confutandum errorem Sabellij hæretici dicentis, hos ſolis diſtingui nominibus, ſed ad hoc excludendum dicuntur tres quidem perſonæ. Arrian. verò dicit eſſe diuerſas perſonas, & ſic diuerſæ ſubſtantiæ, ſed hæc tollit text. vna eſſentia ſubſtantia: verùm quia ſubſtantia ſecundum vſum vocabuli aliter ſumitur apud nos, aliter apud Gręcos, ſed ne circa hoc poſsit aliqua fieri deceptio, ſubdit text. ſeu natura: apud Græcos enim dicitur hipoſtaſis, id eſt ſubſtãtia, ſicut apud nos perſona pro re aliqua ſubſiſtente, quã dicimus ſuppoſitum vel rem naturæ. Tho. in huius Decreta. expoſit.

*Simplex Deus quare dicatur.*

*Simplex omnino.* Poſſet autem aliquis intelligere vnam eſſentiam trium perſonarum, ita ſcilicet quòd vna pars illius naturæ eſſet in patre, alia in filio, alia in ſpiritu ſancto, ſicut ſi diceremus vnam aquam eſſe in tribus riuis defluentibus ab vno fonte, ita quòd vna pars eſt in vno riuo, alia in alio, tertia in tertio, ſi autem ſic eſſet vna natura trium perſonarum, ſequeretur quòd diuina natura eſſet compoſita ex pluribus partibus. Ideo ad hoc excludendum ſubdit tex. *ſimplex omnino,* id eſt, nullam habens compoſitionem: omne enim compoſitum poſterius eſt his, ex quibus componitur, ſic aliquid eſſet prius Deo, quod eſt impoſsibile. Hoc probat Diuus Auguſtinus in lib. 6. de Trinitate, & lib. 9. & Raymund. de Sabunde in Theologia naturali, titul. 54. de ſumma trinitate. Iſta nunc quæſo boni conſulite: reliqua ſi per ocium liceat perſecuturus, De his Deo Opt. Max. gratias agens immenſas, & vobis, qui actum decorare dignati eſtis.

*REP*



# REPETITIO D. PETRI REBVFFI MONTISPESSULANENſ. Iurium Doctoris & Comitis, publici Iurium profeſſoris in Academia Pariſienſi, dum viueret, ſuper Rubr. de Reſcriptis, habita anno 1534.

## Concluſiones quæ ex toto hoc titulo eliciuntur, & probantur in hac repetitione.

1 *Periurus ipſo iure eſt beneficiis priuatus.*
2 *Etiam collatio periuro facta eſt ipſo iure nulla.*
3 *Et ſic intereſt iuramentum ſeruari, quod etiam iure ciuili actionem producit.*
4 *Plenaria beneficiorũ diſpoſitio ad Papã pertinet.*
5 *Imò Rex Franciæ in beneficiis pleniſſimam habet poteſtatem.*
6 *Ex quo infertur, quòd beneficia etiam in curia vacantia conferre non impeditur.*
7 *Et etiam quilibet ordinarius vacantia in curia conferre iure poteſt.*
8 *At Papa in curia vacantia conferre non debet.*
9 *Imò ſi contulerit, ordinarius iure conferre poſteà aggredietur.*
10 *Ius in beneficiis quærere propria authoritate poſſumus.*
11 *Sed non poſſe facilius tuebitur.*
12 *Et ſic reſignans beneficium ad id ſine noua collatione redire non poteſt.*
13 *Regẽ nominationes nõ poſſe concedere tuebimur.*
14 *Imo poſſe nominare defendi poteſt.*
15 *Nominationes vniuerſitates cõcedere prohibẽtur.*
16 *Concedere poſſe etiam iuris eſt explorati.*
17 *Magiſtri artium Theologis ac iurium profeſſoribus quo ad ſacerdotia præferri debent.*
18 *Imo his omnibus præferẽdos medicos iure cõſtat.*
19 *Beneficia quocunque tempore vacantia nominatis, aut graduatis affecta ſunt.*
20 *Theologi etiam ante ſex annos nominationes iure obtinere poſſunt.*
21 *Baccalarij iuris canonici non nobiles etiam ſi per quinquennium in eo iure non ſtuduerint, nominationes obtinere poſſunt.*
22 *Nobilibus tamen ante quinquennium nominationes fruſtra conceduntur.*
23 *Pariſienſis vniuerſitas nominationes omnibus dare debet.*
24 *Etiam legum ſtudioſis, cùm leges ibidem publicè legi iure non prohibeatur.*
25 *Et ideo c. Super Specul. de priuileg. hactenus non intellecto, nouus dabitur intellectus.*
26 *Beneficia etiam extra regnum poſſeſſa, in nominationibus exprimere tenemur.*
27 *Etſi ad beneficia extra regnum nominationes concedi non valeant.*
28 *Nominationes quamuis verus valor non ſit expreſſus, iure ſubſiſtunt.*
29 *Etiam habenti beneficia valoris ducentorum floren. auri de camera nominationes iure dãtur.*
30 *Nominato tempus ſtudij ex vniuerſitate etiam extra regnum habitum prodeſt.*
31 *Epiſcopus & alius collator beneficia nominatis affecta etiam ſi non eiſdem inſinuauerint eiſdem conferre tenentur.*
32 *Inſinuare tamen nominati, & graduati debent.*
33 *Pacificus poſſeſſor beneficij cum titulo vero, vel colorato poteſt poſt triennium iure moleſtari.*
34 *Imò etiam ſine titulo poſt triennium non poteſt.*
35 *Pacificus poſſeſſor etiam cum colorato titulo poſt triennium, in conſcientia eſt tutus.*
36 *Ex quo infertur non moleſtari poſſe etiam per denuntiationem Euangelicam.*
37 *Mandatum Apoſtolicum, omiſſa forma in concordatis expreſſa in Regno Franciæ, impetratum non valet.*
38 *In mandatis non præfertur is qui primò præſentauit.*
39 *Sed præferri communius receptum eſt.*
40 *Præſentari debet tam mandatum, quàm literæ executoriales.*
41 *Sufficit etiam ſolum mandatum præſentari.*
42 *In mandatis tempus datæ non attenditur.*
43 *Sed inſpici vulgò traditur.*
44 *Laicos beneficiorum eſſe capaces, iuris non eſt ambigui.*
45 *Imò beneficia clerici habere non poſſunt..*

*Periurus eſt beneficiis priuatus.*

1 P*eriurus ipſo iure eſt beneficiis priuatus.*

Intellige beneficiis habendis. vide in tractat. de pacific. poſſeſſo. in 4. limita. verſ. 23. periurus. &c.

Probatur in cap. 2. ibi, amoueretur. de reſcrip. & in c. querelam. ibi, remouẽtes. de iureiur. verbum enim amoueri, denotat nudam executionem. c. Abbate ſanè. in princ. ibi, petiit adiudicare eidem monaſterio locũ ipſum, & vos exinde amoueri. de re iudic. in 6. licet Dec. in d. c. 2. alleget pro cõtraria opinione tex. in c. literas. de ſupplend. negli. prælat. & c. dilecti. in fi. de accuſat.

*Verba denotãtia executionẽ actualẽ quid operentur.*

Pręterea quãdo verba ponuntur in lege, quę denotant executionem actualem, inferunt priuationẽ ipſo iure. Anthon. in c. fi. col. 2. de poſtulat. ſicut eſt verbum, ſpoliari, quod impetrat actualem executionẽ facti, & verbum, remoueri, quæ à pari procedũt. c. ex tuæ. de cler. non reſid. c. ex literis. de exceſsib. pręla. cap. fraternitatis. de cleric. excom. miniſtr. nec obeſt. c. in noſtra. ibi, per ſententiam remouendo. de procur. quia poteſt intelligi declaratoria, vel poteſt intelligi, quòd ſunt verba narratiua, quæ non diſponunt. c. ſi Papa. de priuileg. in 6. glo. in l. vna. C. quando non petent. partes. & non obſtat. c. ad petitionem. ibi, per ſententiam amouentes. de accuſa. debet intelligi per ſententiam declaratoriam, vel iſta verba debent intelligi ſecun-

dum materiam ſubiectam. Feli.in cap. Rodulphus. de reſcript. & cap. cum non ab homine. de iudic.

*Verba, periurii & renuntiatio æquiparãtur.*

Item in dict. cap. 2. æquiparatur periurium, & renũciatio:ergo ſicut in renunciatione, quis eſt ipſo iure priuatus, etiam ſi non renuntiauerit in manibus ſuperioris. c.quod in dubiis. de renuntia.ita iuramento, ſed ille tex.in d.c.2.loquitur, quando apparet de reſignatione & iuramento.: ſecus ergo ſi de ſolo iuramento, vel periurio ageretur.

Ad hæc periurus eſt infamis.l.ſi quis maior. C.de tranſact.gloſſ.in c.querelam. de iureiur.ſi iurat de futuro.gl.in l.Lucius.ff.de his qui not. infa.tex.in c.infames. & c.quicunque.6.q.1. nec admittitur ad teſtimonium, licet fuerit emendatus, licet in alio crimine periurus ſit. c.teſtimonium.de teſtib.

Infamia priuat aliquem militia ipſo facto. l.2.§.miles.ff.de his qui not.infa.l.infamia.C.de decurio.lib.10.ibi, quæſitum tibi adimit honorem, ergo etiam priuabit clericum cæleſtis militiæ, cum æquiparentur, l.miles. ff. de re iud. Panor.in c.at ſi clerici.colum.9.de iudic.& pro hoc eſt text.formalis.in l.penul. C.de dignitat. lib.12. ibi, dignitate quoque qua ſe per ſuum videlicet periurium indignos eſſe probauerint, ſpolientur, vt in eos, vtpotè, illuſtri dignitate per ſuum facinus priuatos.&c. vbi dicit gl.ipſo iure: nam eſt infamis poſtquam dignitate ſæculari ipſo iure priuatur: ergo & eccleſiaſtica. hoc tenuit Barbat.conſi.11.col.9.vol.2.ne differentiam tradamus inter ius canonicum & ciuile: quod in dubio fieri non debet, vt no.in c. Raynutius. de teſta. poſtquam eſt clarè deciſum de iure ciuili illi debet ſtari poſtquam ſunt opiniones de iure canonico.

*Infamis mortuo cõparatur.*

Item mortuo comparatur.l.1.§.pen.ff.de bono.poſſeſ.cont.tabul.no.Inſt.de excuſa.tuto.in princ.ſed mortuus ipſo iure eſt priuatus. §.deinceps. in authent.de nupt. colla.4.nec recuperaret beneficium,etiam ſi reuiuiſceret.gl.in extrauagan. ſuſcepti. in verb.vacantium, ne ſede vacant. in extrauag. Et quia periurus eſt falſus homo lucri, in l.nec infames. C.de decur.li.10.

Reſpon. Feli.quòd non ſemper procedit argumentum de milit.ad clericum, & vult dicere, quòd in pœnalibus & odioſis, quia odium reſtringi debet.l.cum quidã.ff.de liber.& poſth. Reſpon. punire delictũ periurij intereſt reipub. l.ita vulneratus.ff.ad leg.aquil.& vbi non datur ratio diuerſitatis,etiam in exorbitantibus,procedit æquiparatio,ſecundum Alex.in dict.l.miles.per glo.in l.ſtipendia.C.de execut.rei iudic. & in pœnalibus. Panor.in c.de multa.de præb. & in correctoriis procedit arg. ab æquiparatis. Bar.in authen.ſed cum teſtator.col.2.C.ad leg. Falcid.Iaſ.conſi.133.in caſu.col.pen.in 1.vol.Vel poteſt dici,priues,ſcilicet poſſeſsione,vt in c.licet epiſcopus. de præbend. in 6.non iure, quia erat priuatus.

*Priuationis pœna quando imponenda.*

Nec obſtat,quòd nunquam imponitur pœna priuationis,niſi à iure expreſſa fuerit appoſita.glo.in c.fi.de iure patro.§.ſinautem.de non eligen.ſecund.nuben.colla.2.gl.in cle.2.in verb. ſuſpenſus. de vita & honeſta. cler. ſed reſpon. eſſe expreſſum hîc,& in d.c.querelam.

Itẽ in dubio ipſo iure nõ cẽſetur pœna appoſita.gl.in c.1.de ſagitta.Bal.in l.1.in fine.C.de legib.verum eſt, ſed hîc conſtat de contrario.

Nec refragatur de homicida,qui non eſt ipſo iure priuatus.c. ex literis.de exceſſ.prela.not. in c.cum noſtris.de conceſ.præb.Reſpon.ex diuerſis non fit bona illatio. l.Papinian. exuli.ff. de minor.ſeparatorum eſt ſeparata ratio & deciſio.l.fin.ff.de calumniat.& periurium eſt quo ad quid homicidio grauius:quia eſt homicidiũ duplex in periurio. c.ille.22.q.5.licet regulariter homicidium ſit grauius.c.miror.50.diſt.& in c. cum non ab homine. de iudic. æquiparantur ergo:nã quod in vno ſtatuitur,& in altero.c.de multa.de præb.Reſpon.æquiparantur, quando eſt eadem ratio quo ad depoſitionem, ſed quo ad alia ſecus.

Item in c.cum non ab homine. de iudic.nihil dicitur de priuatione, ſed quod ob periuriũ deponatur, nec obſtat c.in noſtra. ibi, ipſum à Tullen.eccleſia per ſententiam remouendo.de procura.Reſpon.ibi,de facto proceſsit lite non conteſtata, & iuris ordine prætermiſſo. & prædicta ſententia fuit irrita facta, ac proceſſus, vt ibidem patet.

Nec obeſt tex.in d.c.2.ibi,ſententiam pręfati epiſcopi cõfirmes. quia debet intelligi declaratoria, per c.cũ ſecundum leges.de hæretic.in 6.

Nec me mouent verba futuri temporis,poſita in d.c.2.quæ denotant priuationem per ſententiam.l.in criminali. C.de iuriſ.om.iud.quia hoc non procedit,quando ſunt verba denotantia executionem, vt ſuprà dictum extitit, quæ ſonant in factum.

Nec me mouet cap.peruenit. de fideiuſſ.vbi ſuſpenditur ab officio & beneficio,quia ibi hoc eſt propter fideiuſſores. Nam priuatio reſultaret in damnum fideſſorum,ideo ſanctè ſancita eſt per regẽ ordinatio regia contra falſos teſtes & periuros,vt pœna mortis imponatur.probatur in l.1.ff.ad leg.Cornel.de ſicar. nec obſtat c. poſt electionem.in fin.de conceſsio. præb.quia ibi non cõſtabat de periurio,cũ in fi.tex.dicam ſi ſuper abiuratione, nec quicquã duxerit proponendum,ordine poterit iudiciario experiri.

Vel ibi incidenter periurium obiiciebatur, concluſio debet intelligi,quando principaliter agitur de periurio.Panor.in d.c.2.in vlt.not.de fideiuſſo.Felin.in d.c.querelam.

Nec me mouet c.tua.1. de iureiur.ibi, excludatur.ergo non eſt excluſus:quia verum eſt,quantum ad poſſeſsionem.c.licet.2 de præb.in 6.vel de facto debet excludi, poſtquam eſt priuatus.

*Iuramentũ quibus caſibus nõ ſeruandum.*

Iſta non procederent quando malè iuratur, vt fecit Herodes ſuæ filiæ Herodiadi. c.actione.22.q.4.& c.magnæ.

Itẽ quando ex neceſsitate ſeruauit.d.c.querelam.Vel quando indiſcretè,vt Ioſue Gabaonitis.Ioſue 9.c.& Dauid cõtra Nabal.1.Reg.25.c.

Vel quando erroneè iuratur. arg. l.ſi per errorem.ff.de iuriſd.omn.iudic.





Item quando à Iure ciuili, aliquid eſt declaratum, & de iure canonico eſt dubium, tunc ſtabimus declarationi iuris ciuilis. no. in cap. Raynutius.de teſta. ſed in l.pen. C. de dignita. eſt declaratum periurum eſſe ipſo iure priuatum,ergo &c.

Nec obſtat c.dilecti.& ibi Dec.no.per illum tex.de excep.ibi, quia etſi periuriũ probaretur, non eſſent propter hoc à defenſione ſuæ eccleſiæ repellendi:& ſic non probat periurum non eſſe priuatum,vel eſſe.

2 *Etiam collatio periuro facta eſt ipſo iure nulla.*

Ex quo infertur poſt triennium non iuuari decreto de pacif.poſſ. Tum quia eſt infamis.c. infames. 6.q.1. & inhabilis ad dignitates & beneficia.reg.infamibus. de reg.iur.in 6.quia non merentur eccleſias regere, qui ſunt crimine periurij irretiti.c.querelam.de iureiur.

Item poſt periurium debet priuari,ſi habeat etiam ſedium communem opinionem. cap. tua nos.de iureiur.ibi, iuſtum eſt, vt clerici pro periurio quod vitare non poſſunt, ab eccleſiis excludantur.

Fortius impediri debet, ne habeat. c.quemadmodũ.de iureiur. Dec.in c.dilecti.de except. Aufrer.in deciſ.Thol. q.17.& multa tenent facta, quæ prohibentur fieri. l.patre. ff. de his qui ſunt ſui,vel alie.iur.

*Periurus deponitur ab ordine.*

Item debet deponi ab ordine.c.cum non ab homine. de iudic. & ſine ordine non poteſt tenere beneficia. c.licet canon. de elect.in 6.ergo collatio eidem facta non valebit, per rationes poſitas in ſupradicta concluſione. & q.2.cum quid prohibetur, omnia prohibentur, quæ ſequuntur ex illo. regula cũ quid.de reg.iur in 6. hanc opinionem tenet Innoc. in c.conſtitutus. in 2.de appel.& in c.cum noſtris.de conceſsio. præben.& ibi Panor.& in d.c. querelam.& hoc quando eſt facta collatio ratione literarum ad beneficia,quæ odioſæ ſunt.c.quamuis.de præb. in 6.Feli.in d.c.2.col.3.Dec.in c.dilecti.col.1.de exceptio. Nico.Milius in verbo, periurus. facit tex.in c.accedẽs.de accuſa.ibi,ſi prædicta crimina, vel eorum aliquod legitimè probatũ fuerit contra eum, ipſi ſuper eadem præbenda ſilentiũ imponatis,ecce quod probato periurio imponitur ſilentium, ei qui habuit collationem, ante non:cum de his quæ non ſunt,& non apparent, idem ſit iudicium.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutel.facit c.fi.de iureiurand.in 6.

Nõ obſtat quod tenet Imol.in c.auditis.in fi. de elect.quod ſi periurus eſſet incapax tituli,ſequeretur quòd eſſet ipſo iure priuatus, ſed eſto ſanè,tamen hoc non ſequitur, quia multa prohibentur fieri, quæ facta tenent.l.patre.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.

Nec refragatur, non valet ſecunda electio, niſi caſſetur prima. c.conſiderauimus. de elect. ergo prima tenuit. Reſpon. quòd de facto caſſatur,ſicut de facto eſt proceſſum,non quod de iure teneat, vt ita intelligatur verbum irritandam in c.inter dilectos. non loquitur in periuro, ſed in homicida.

Nec obſtat c.ſi celebrat.de cler.excõ.miniſt. quia loquitur in excommunicato minori excommunicatione. Et Docto. dicunt loqui in electione,ſecus in collatione,quæ habet confirmationem ſecundum eos. c.vlt.de iureiur.in 6. tene quod dixi.

Et ſic non iuuatur decreto de pacif. poſſe. quod non iuuat aliquem habentem collationem nullam,& nullum habentem titulum,ſed coloratum,ſed hic non eſt coloratus,& ſic non iuuatur,vt dico in tracta.de pacif.poſſeſſo.

Quid in eo,qui per fidem iurauit. Iaſ.conſi. 91.vol.3.col.2.

3 *Et ſic intereſt iuramentum ſeruari, quod etiam iure ciuili actionem producit.*

*Iuramentũ quatenus ſeruandũ, & qua actio ex eo oriatur.*

Si intelligatur hæc concluſio in iuramento voluntario delato à parte parti extra iudicium, non eſt dubium, quia eſt caſus formalis in l. actori. C.de reb.cred.& quæ actio detur, tradit Alber.in l. ſed & ſi poſſeſſori.§.Item ſi iurauero. col.2.ff.de iureiur.

Idem in iudiciali aſſeritur per Bart. in l.nam & poſtea.§.fina.& dict.l.ſed & ſi poſſeſſori.verſicu. proinde. quia text. vtrobique loquitur de petitione, & ſic præſupponit litem eſſe conteſtatam:quia ante non dicitur petere, ſed petere velle.l.amplius.ff.rem rat.habe.

Item eſt eadem ratio in iudiciali,quę in voluntario: quia deferens in vtroque videtur cum eo contrahere cui defert, & ſic ex illo quaſi contractu naſcitur actio. l.de poſiti. §. 1. ff.de pecul.

Præterea text.in dict.l.actori. loquitur in iuramento delato, & iudiciale defertur, ergo & iudiciale producet actionem.

Item deferens videtur confiteri ſe debitorem, ſi aduerſarius iuret, ſicut in voluntario.l. qui iuraſſe. in fine. ff. de iureiur. ſed ex confeſſione facta in iudicio, naſcitur actio. l.certum. in fine.ff.de confeſſ.ergo idem in iuramento.

Item calor iudicij debet operari aliquid:nec dicitur inculcatio actionum, ſed pluralitas ex diuerſis factis, & perſonis reſultantium. l.non eſt nouum.ff.de actio. empti. nec vnum neceſſariò tendit ad finem alterius. l. non enim. ff. de nouationib.

*Iuramentũ neceſſarium actionẽ non producit.*

Iuramentum verò neceſſarium,quia ad ſupplementum probationis defertur. l.admonendi.ff.de iureiurand. l.in bonæ fidei. C. de rebus cred.cap.fin.de iureiuran. non producit actionem, tum quia non defertur à parte, & ſic ceſſat ratio iuramenti iudicialis, & voluntarij. Tum etiam quia actus agentium, &c. l. non omnis.ff.ſi certum petat. Et quia non eſt introductum,niſi ad ſupplendum probationem imperfectam, & inductũ ad vnum effectum,non debent operari contrarium effectum. l.legata. ff.de lega.1.

Iuramentum etiam promiſſorium producit actionem, tum quia eſt eadem ratio, quæ in iuramento voluntario, & fortior, tum etiam quia promiſſa ſeruanda ſunt.l.vna.C.de ſuffra.

& ne ſit ludibrio. argum. l. ſi prætor. ff. de iudic. & quia lex punit periurium. l.ſi duo. §.fin. ff. de iureiurand. l.Lucius.& l.2.§.miles. de his qui not. infam. ita eſt periurium in iuramento promiſſorio ſicut in alio, & via periuriis aperiretur contra l.2. C.de indict.viduit.nam facilè iurarent homines, quando ſcirent ſe ex iuramento non teneri. Et ex cauſa vult à iuramento promiſſorio diſcedi. l.fina. ff. qui ſatiſd. cog.Ergo ſine cauſa non, imo vult ſeruari.

Item vult iuramentum confirmatorium contractus à minore factum ſeruari, authent. ſacramenta. C. ſi aduerſ. vendit. Ergo & multo fortius per maiorem, etiam ſi ſit promiſſorium, & qui iurat, conſultè videtur procedede, & deliberatè, Alexand.in rubr.ff.de verbo. obligat.verſicul. ſubſequenter quæro,de Petruci.in tractat. de virib.iura. in 13.effectu. quia iuramentum quod non tendit ad actionem eam inducit,vt dicta l.actori. fortius in hoc promiſſorio, quia tendit directè ad obligationem inducendam,& actionem.

*Iurās deliberatè procedit.*

Item pro hoc eſt textus in l.ſi quis maior. C. de tranſact. vbi veniens contra tranſactionem perdit actionē, ex promiſſione iurata ortam,nā ex pacto nudo,de iure ciuili nō potuit oriri. l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.ff.de pact.

Item lex debet eſſe iuſta. cap. erit.3. diſtinct. ſed non eſſet iuſtum nec æquum, quòd iuramentum non produceret actionem:& ſic quod non ſeruaretur.

Item quando lex remittit iuramentum, tamen vult, vt id fiat, quod dare vel facere debebat perinde ac ſi iuratum eſſet. l. quæ ſub conditione. §.quoties.ff.de conditio. inſtitu. multo fortius quando iuratur, & promittitur aliquid, vult vt fiat, vel detur, ſed non poteſt compelli, ſi recuſet, niſi per actionem, ergo actio orietur ex iuramento, præterea quid lex curaret remittere iuramentum ibi, ſi nullo modo obligaret? Summa ratio eſt, quæ pro religione facit. l.ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. funer. probatur in cap.vno.de noua. for. fidelit. Et ſi dicant eſſe ſpeciale, tamen intellige, vt ratione ſpeciali, id eſt feudi ratione debeatur domino à vaſſallo fidelitas, & ſic ſpecialitas ſtat in forma fidelitatis,non vt ſeruetur iuramentum. c.ego N.de iureiur.

Item non obligatur ſi iuramentum non eſt ritè interpoſitum.l.ſeruum teſtamento.ff.de manu.teſta.ergo ſi ritè,obligatur.

Nec obſtat, quòd iuramentum eſt quædam aſſeueratio, quæ non habet conſenſum: quia imò habet conſenſum. Nam non præſumitur quis iurare quod mente non agitauit. l.Labeo. ff. de ſupel.lega.nec indeliberatè præſumitur quis iurare. Alexand. conſilio 27.viſo. col. 3.in primo volumin. Imò iuramentum à mente iurantis regitur.l. fi. C. de non numerata pecunia. c.veniens. & cap. clericus. de iureiur.

*Iurās præſumitur prius agitaſſe in mente.*

Et quando quis iurat, ſtatuit ſeruare iuramentum, Dauid Pſal.147. Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Et ſic non operatur vltra intentionem.

Nec obſtat ſpeciale eſſe in liberto, verum eſſe vt obligetur ad operas, quæ libertatis cauſa imponuntur, ideo ea libertate deficiente, tanquam materia, ceſſat obligatio, & actio. text. in l.vt iuriſiurandi obligatio contrahatur, intellige ad operas,libertū eſſe oportet, qui iurat, & libertatis cauſa iurare. ff. de oper. libert. ergo ſi non adſit libertas,non contrahitur obligatio ad operas. l.2. ff. de oper.liberto.ibi, hoc edictum prætor proponit coarctandæ perſecutionis libertatis cauſa impoſitorum,ergo ſi non imponantur cauſa libertatis, non debentur, quia tam materia ex qua à prætore pollicita eſt actio: parúmque refert quam ob cauſam de operis libertus iurauerit. dict. l.vt iuriſiurandi. §.1. Ideo libertus non tenetur, ſi aliunde libertatem conſequebatur. l. ſi quis hac lege. ff. de operis libertor. Nec ad immodicas operas etiā ex iuramento,l.ſi libertus.ff.de operis libert.

*Libertus quas operas præſtare teneatur.*

Item facit l.operæ. ff.de oper.libert.vbi dicitur, operas cauſa libertatis impoſitas deberi non poſſe,niſi patrono, cum proprietas earum & in edentis perſona, & in eius cui eduntur, conſiſtat, itaque in eo opere tales ſunt, vt nullum obligent,niſi libertum, & ſic deficit materia. Subiūgit textus poſteà ſi ergo iureiurando promittuntur, non ob hoc debebuntur, vides ergo, quòd hoc non eſt quin ex iureiurando actio naſcatur, ſed quia materia non eſt habilis, vt ex ea imponantur, quod ſuadetur per l. ſeruus.illo titu. vbi ſi quis promittat per ſtipulationem operas,qui non eſt libertus,non obligatur, non quin ex ſtipulatione oriatur actio. §.1. Inſt. de verborum obligat. ſed quia deficit materia,ſic dicitur in l.ſi plagij.ff.de verborum obligat. ſic etiam iuramentum non producit actionem deficiente materia habili. l.multum intereſt. & ſequent. illo titu. facit l.penult.ff.de obſeq. vbi ſunt iſta verba, nullum ius libertatis cauſa impoſitorum habet pater in filio emancipato,quia nihil imponi ſolet liberis,nec quiſquam dixerit iureiurando obligari filium manumiſſori patri,vt libertum patrono. nam pietatem liberi parentibus,non operas debent.En ergo operas à liberto deberi ratione libertatis, qua ceſſante, videlicet materia, non debentur, nec oritur actio, nec obligatio. l.operæ.& l.liberti. illo titul. vbi operæ officiales ſemper ſequuntur auctorem,& ſic cum materia deficiat, non obligatur alius à liberto, etiam naturaliter, & ſic non poteſt fideiuſſor intercedere. l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.tamen libertus obligatur,& fideiuſſor pro eo.l.ſi quando.in fi.ff.de oper.liber.nam etiam pro obligatione naturali poſſet fideiuſſor interuenire. l.1. ff. de fideiuſſo. & quòd iuramentum obliget liberum hominem & libertum,probatur in l.fina. ff.de liber. cauſa. quæ ſic dicit, licet dubitatum antea fuerit, vtrum ſeruus duntaxat, an libertus iureiurando patrono obligetur, in his quæ libertatis cauſa imponuntur, tamen verius eſt non aliter, quàm liberum obligari, ergo homo liber obligatur in aliis, quia libertus poteſt pro operis obligare. dicta l.vt iuriſiurandi: per hæc infertur,



tur, quòd etiam de iure canonico deficiente materia,non oritur actio ex iuramento, regula,non eſt obligatorium.de reg.iur.in 6.

Item non valet promiſsio beneficij vacaturi etiam cum iuramento.c.2.de conceſsio.præben.in 6.cum ſit contra bonos mores, ſic non valet iuramentum, vt cum vxore non agatur rerum amotarum, quia inuitaret ad delinquēdum.l.conuenire.ff. de pact. dotal. & in malis promiſsis fidem non expedit obſeruari. regula iuris in 6.c.in malis.

*Promiſsio beneficij nō valet.*

Item non valet pactum etiam iuratum, per quod impeditur libertas matrimonij.l.Titia.ff. de verb.oblig.c.extrema.de ſponſal.Aufrer. deciſio.Tholoſ.q.291.ergo ſicut in his non obligat iuramentum, eo quia materia non eſt habilis,ſic nec in operis.

*Pactū per quod impeditur libertas matrimonij non valet.*

Nec valet ſi dicatur venire vt acceſſorium, quia diffiteor, imo venit principaliter, & tunc dicitur principaliter venire,quādo in actu ſubſtantiando eſt neceſſarium, ſed ſi in actu protegendo neceſſarium ſit,vt d.authen.ſacramenta,tunc dicitur acceſſorium.Bald. in §.item ſacramenta.col.2.de pace iura.firmand. & quando eſt acceſſorium, caſſato principali non caſſatur iuramentum. glo. in c. cum non deceat. de elect.in 6.Dom.de Petruc.in 31.effectu iuramenti, & quando iuramentum acceſſorie appoſitum eſt in contractu, confirmat contractum.d.Authent.ſacramenta.

*Iuramentū an vt acceſſorium, an vt principaliter veniat.*

Nec contradicit l. ſi iurauero. ff. de iure patronat. vbi poſt iuramentum patroni non eſt patronus quo ad ſucceſsionem,quia debet intelligi quando nemine deferente.l.3. ff.de iureiur.vel eſt ſpeciale fauore ingenuitatis.glo.ibi.

Nec obſtat l.3.ff.de iureiur.vbi ex iuramento,quod non eſt delatum,nō producitur actio, ſed reſpon. verum contra illum contra quem iuratum eſt, ſecus ergo in promiſſorio, quod tendit in fauorem illius cui fit promiſsio, nec iuramentum promiſſorium indiget delatione. Nec obſtabat ratio Bal.poſita in §. item ſacramenta.col.vlt.de pace iura.fir.in vſib.feudo.vbi dicit iuramentum promiſſorium non producere actionem,quia eſt nudum,nam poſtquam lex dicit iuramenta ſeruanda.l.ait prætor.ff. de iureiur.Ergo legis auxilio ſunt veſtita, imò gl. in §.1.quib.mod.re contra.obliga.dicit iuramētum veſtire promiſsionem,idem in l.legitima. ff.de pact.& l.ſeq.§.quinimo.

*Ex iuramēto nō delato an & cōtra quem non oriatur actio.*

Nec obſtat l.2.§.circa.ff. de doli except. vbi promiſsio ſine cauſa non valet, quia dico iuramentum ſupplere defectum cauſæ,& ſic promiſsio iurata ſine cauſa producit actionem. l. nam & poſtea.§.1.& l.ſi duo.§.ſi quis iurauerit. ff. de iureiur. & vtrobique hoc tenet Iaſ. poſt alios,quòd iuramentū informe producit actionem,contra Curt.in rub.ff.de iureiurand.

Nec obſtat quod iuramentum promiſſorium non deferatur, quia hoc fateor expreſſe, ſed tacite ego videor deferre, vt iures te daturum decem, quia qui tacet,conſentire videtur. reg.iur. & tantum operatur iſta tacita delatio, ſicut expreſſa.no.in l.cum quid.ff.ſi cert.peta.

*Iuramentū promiſſoriū tacite defertur.*

4 *Plenaria beneficiorum diſpoſitio ad Papam pertinet.*

Fundatur in c.2.de præben.in 6. & cle. prima, vt lite pend. vide in tract. nominationum in 20. quæſtione. gloſſ. & cap. conſequens. 11. diſtinct. vbi glo.dicit plenam eſſe Papæ poteſtatem,aliorum epiſcoporum ſemiplenam.pleniſsime Barba.in c. quod tranſlationem. num. 92.cum ſeq.de offi.lega.vnde poteſt præuenire omnes collatores.d.cap.2.de præbend.in 6. Feder.in tracta.permuta.q.4.d.c.2.Ioan. de Selua. in tracta.de benefic.in ſecunda parte.q.1. & tertia parte.quæſt. 46. & q. 65. quia Papa eiſdem conceſsit collationes per vim legis, quam reuocare poteſt.c.1.de conſtit.in 6. ergo tituli beneficiorum ſunt de iure poſitiuo.c.1.22. diſtin. Panor.in c.conſtitutus.de religioſ.domib.Ioan. de Selua.in tract.de benefic.in tertia parte. q. 4. Poteſt etiam ſibi reſeruare collationes beneficiorum.d.cap.2.& c. dudum. de præbend.in 6. quod in Regno Franciæ eſt prohibitum per concordatum in rub.de reſeruatio, tam generalibus quàm ſpecialibus ſublatis.

Imò abſque reſeruatione poteſt cum omnibus ordinariis concurrere.Ioan.Mon. in c. ſi eo tempore.de elect.in 6.Bal.per tex.in cap. ſi à ſede.de præbend.in 6.in c.1.de his qui feud. dare poſ.in princ.& cap.1.quis ſit Dux,March. & Comes & poteſt ad tempus & ſub cōditione beneficia conferre.c.ſi gratioſe.& ibi.glo.de reſcript.in 6.& ſuper pluralitate diſpenſare. c. de multa.de præbend.

*Papa cum omnibus ordinariis cōcurrit.*

Poteſt etiam dare expectatiuas, & dare ius ad vacatura.c. mandatum. de reſcript.cle. gratiæ.illo tit.clem.ſi Romanus. & ibi Bonifac. in princ.de præbend.c.2.de conceſsio. præben. & in reſcriptis præiudicantibus iuri alterius requiratur clauſula, non obſtante, vel ſecunda iuſsio:vt no.in l.fin.C. ſi contra ius. & l. reſcripta.C. de precib. imper.offer. tamen in beneficialibus valet reſcriptum ſine dicta clauſula, ſi aliter conſtet de intentione Papę,Antho.Imol. & Fel.in d.c.quæ in eccleſiarum.

Item beneficium litigioſum vacās per mortem rei vel actoris facta mentione de litis pendentia,non aliàs conferre poteſt.clem. 1. vt lite pend. & ibi Bonifac. in ſecunda parte. no. 5.& Ioan.de Selua.in d.tracta.ſecunda parte.q.1.vbi cumulat 20.quæ Papa poteſt, nam maior eſt poteſtas Papæ quàm ſanctorum. cap. de libellis.20.diſtinct.

Item Papa ſine cauſa poteſt deponere epiſcopum.glo.in cap.per principalem.9.q.3. quia tantum aufert adminiſtrationem.c.2. de donatio.cum dominium ſit apud Chriſtum ſeu eius vicarium, vel apud ipſam eccleſiam catholicā, quæ eſt vnica.c.loquitur.24. q.1. cuius ipſe Papa eſt princeps.c.conſtitutus.de religio.domib. c.antiqua.de priuileg.

Item imperatorem deponere ex cauſa poteſt.cap.ad Apoſtolicæ.de re iudica.in 6.& Reges.c.alius.15.q.6.Panor.in c.2. de cler. non reſident.Dec.in c.1.col.1. de iudic. de quo Fel. in

*Papa imperatorem ex cauſa deponit.*

rub.de conſti. col.1.& ſeq.& Iaſ.in l. placet. C. de ſacroſanct.eccle.Sed omnes epiſcopos non, quia eſſet vniuerſalem eccleſiam turbare. Do. in c.in iſtis.4.diſtinct.& c.1.col.3.10. diſtinct. & c.ſi gratioſæ.de reſcript.in 6.& nulla cauſa pręcedente priuare quem titulo ſui beneficij. glo. 7.q.1.c.omnis.& cap. ſeq.Domine.in conſil.53. Gregorius. col.2. quod regnicolæ non admitterent,quia Papa ſine iuſta cauſa,ſed ex ſimplici voluntate non poteſt priuare quem ſuo beneficio.c.conquerente.de reſtit. ſpolia. nam licet habeat pleniſsimam poteſtatem, intelligitur ſuadente cauſa,Barba.conſil.13.à Ioue.col.5. vol.3.Nam dicit Gregorius,ſatis peruerſum eſt quod voluptatibus quorundam quis ſuis priuetur officiis,c.ſatis.56.diſt.& cap. præcepta. 55. diſtinctio.

Nec obſtat quod cauſa in principe & Papa præſumitur.Innoc.in c.quę in eccleſiarũ.de cõſtitutio.glo.in l.relegati.ff. de pœnis. verum eſt condendo legem generalem, vel quando ſcribit ad ſupplicationem,quia tunc per importunitatem videtur emanaſſe.l.1.C.de petit.bonor. ſubla.lib.10.C.l.reſcripta. C. de precib. imper. offer.Barba.d.conſil.13.

Imò etiam non citatum poteſt priuare beneficio, etiam ſi potuiſſet prius cauſam ſuam defendere.c.ſicut vnire.& ibi Hoſtien.& Anth. de exceſsib.prælato.Socin. conſil.87. viſis. numero 21.in 3.vol. Iaſ. in l.1. col. 2. ff. de conſtit. princip.& hoc dicit Dec.in c.fin.de confirma. vtil.ex poteſtate abſoluta,& ex plenitudine poteſtatis,non ex ordinaria poteſtate,vnde ſtatuit regula 10.non eſſe illius intentionis,vt velit tollere ius tertij,quod eſt iuri conforme.c.cum dilectus. de conſuetud. & ſi faciat, de alio tenetur prouidere.Bald. in c. ad hæc.de pace iuram.firm.c.inter cætera.de præbend.

Item debet intelligi,vt euitetur inconueniẽs, ne alicui fiat iniuſtitia.Card.conſil.141.ſanctiſſimi.glo.in cap.licet. in verb. reſeruationes. de electio.in pragm. & quod ſine cauſa non poſſit,probatur,quia nil tam naturale eſt, vt in d. regula, & coniugium ſpirituale facilius contrahitur,quàm diſſoluitur.c.inter corporalia.de tranſlat.epiſcopi. & acceptans beneficium ſibi collatum videtur per quaſi contractum ſe obligare ad adminiſtrationem illius. c. niſi. §. verum.de renuntia.ibi, ſponſam tuam cui defigendo manum apud extraneum te fide media copulaſti,talis ergo quaſi contractus non poteſt ſine cauſa diſſolui.c.1.de probatio.

Item data eſt poteſtas paſcendi oues non necandi Petro,per illa verba,paſce oues meas, vnde ſi ſine cauſa priuaret, non diceretur paſcere,ſed necare. Ideo ſicut beatus Petrus non potuiſſet remouere vnum apoſtolum ſine cauſa. Item nec Papa epiſcopum, cum ſint loco apoſtolorum.c.quorum.75. diſtinct. imo inuito epiſcopo non poteſt epiſcopatus diuidere. glo.in c.1.10.diſtinct.multo minus auferre, nec epiſcopum ſine cauſa transfert.Io.And. in reg. quod ob gratiam.de reg.iur.in 6.Iaſ.conſil.145. col.2.vol.2.

*Epiſcopi loco apoſtolorum ſunt.*

*Papæ circa res eccleſiæ poteſtas qualis.*

Non obſtat quod Papa non poſsit auferre bona vnius eccleſiæ, & dare alteri ſine cauſa. glo.in c.1.10.diſtinct. & c.1. 22. diſtinct. Archidiac.in cap. 1.12.diſtinct.quia in beneficiis licet habeat pleniſsimam poteſtatem,vt dixi,& circa titulos beneficiorum, qui ſunt de iure poſitiuo.Ioan. de Selua.in tracta. de benefi. in prima parte quæſt. 2. & ſeq. non tamen circa res eccleſiarum.

Nec obſtat c.non liceat.12.q.2.vbi Papa peccat mortaliter quando conſumit res eccleſiæ in turpes vſus,vel dat conſanguineis,vt eos ditet,vel vt conſtruant palatia, vt dicit ibi Arch. & ſic non poteſt abuti rebus eccleſiaſticis, vt dixi in repet.cap.poſtulaſtis.de cler.excom.miniſt.contra Alciat.in l.pactum curatoris. C. de pact. vbi tenuit habentem beneficium in commendam,poſſe fructus diſsipare,quod eſt hęreticum in iure dicere,ſecundum Archid.in cap. ſtatutum.de reſcript.in 6.& contra ius.

Nec refragatur.c.cum inter R.ibi,coegit inuitum.de elect.vbi Papa coegit epiſcopum ad componendum:quia hoc facere nõ eſt certum dominium, ſeu vt dicunt doct. auferre certitudinaliter: quia poterit eſſe quod arbiter non auferret de iure componẽtis, vel auferret:ideo dicit ibi Panor.in d. c. cùm inter. quia res erat dubia propter litis pendentiam. l. quod debetur.ff.de pecul.Ideo Papa in beneficialibus potuit eum cogere.

*Iudex interdum cogit partes ad componendum.*

Imò etiam in alia quacunque cauſa, quando res eſſet valde intricata, & obſcura, & partes diu litigaſſent, poterit iudex partes cogere ad compoſitionem.c.placuit.90.diſtinct. & ibi glo.Panor.in c.humilis.de maior. & obedient. & ſic Papa cogit in beneficialibus partes,vt cõponant, & non eſt auferre ius, nec ſine cauſa priuare,ideo poteſt hoc facere.

*Papa beneficia collata non aufert ſine cauſa.*

Nec obſtat quod pleniſsimam poteſtatem habet,verum eſt,antequam conferat beneficia, poſt collata nõ habet poteſtatem auferendi ſine cauſa.Barba.in d.c. quod tranſlationem. de offi.lega.num.121.c.inuentum.16.quęſt.7.vbi in concilio fuit definitum quòd non niſi graui culpa ab eccleſia ſua quis eſſet amouendus, & ſic plus habet quàm epiſcopus:quia ad beneficia vacantia & vacatura ius confert.d.cap.2.de præben.ſecus quo ad iam acquiſita. Barba.numero 128.

Nec obſtat quod non poſsit tollere contractus qui ſunt de iure gentium.l.ex hoc iure. ff. de iuſtit.& iure. glo.in l.quoties. C.de precib. imper.offer.tamen quãdo ius venit acceſſoriũ. ad ius eccleſiaſticum, in quo Papa habet plenam poteſtatem,poteſt ſublato principali tollere acceſſorium,quod aliàs per ſe non tolleret. cap. 2. de voto. vbi Papa tollit obligationem quæſitam laico,diſponendo principaliter ſuper voto, & vbi contractus laicorum eſt iuratus poteſt per Papam tolli.cum cauſa tollendo iuramentum quod eſt principale. cle. dudum. §. nos etenim,de ſepultur. vbi pacta, conuentiones,& ſtatuta tollit, ideo Papa ſolo verbo contractus celebratos in ſpiritualibus quantumcunque



cunque ſint de iure gentium,poteſt tollere: ſecus in temporalibus,per d.cle. ita tenet Roma. in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.facit c.ex literis. de iure patro. vbi aliquando quis diſponit in aliqua materia per viam acceſsionis,tamẽ non diſponeret principaliter.

*Princeps modum acquirendi tollere poteſt.*

Nec obſtat ſi dicatur,quòd princeps poteſt ſine cauſa auferre rem quã donauit. l. Anthiochenſium.ff.de priuileg. credito: & ibi Angel. dicit, quòd peccat mortaliter: quia reſpon. quod princeps modum acquirendi tollere poteſt, ideo tollit ius venientibus ab inteſtato, quod eſt de iure ciuili.l.lege obuenire.ff.de ver. ſignifi.nec dicitur in bonis noſtris. l. pretia rerum.ff.ad leg.falcid.Bal.in Authent.ſi qua mulier.C.de ſacroſanct. eccle. ſed dominium iam acquiſitum legis auxilio,vel præſcriptione cum ſit de iuregentium.d.l. ex hoc iure. non poteſt tollere.Ita Bal.in l.2. verſic. Sed contra prædictam.C.de iur.& fact.ignor.l.deo nobis.in fin. de epiſcopis & cleric.l.cauſas.in fin.C.de tranſactio.l.reſcripta. in fin. de precib. impera.offer. Paul.in l.Gallus.§.& quid ſi tãtum. ff.de liber. & poſthu.Fel.in d.c. quæ in eccleſiarũ. nu. 49. de conſtitut.Nam licet ſit ſolutus legibus quo ad vim coactiuam. l.princeps.ff.de legib.nõ tamen quo ad vim regulatiuam,ſic & directiuam vt dicit Thom.in ſecunda ſecundæ.q.96.artic. 6.Fel.in c.1.col.8.de conſtit.& ſic dicit, tibi ſoli peccaui, Dauid, quia non poterat cogi cum Rex ſummus eſſet, nec eſt ſolutus dictamine rationis, quia eſt animal rationale politicũ, & nulla conſcientia poteſt eum abſoluere à ratione.Bald.in l.2.C.de ſeruitut.& l.princeps.ff. de legib. & ideo nulla ratio dictat quem ſine cauſa priuari.c.1. de feudo ſine cul. non amitt. & priuare aliquem iure quæſito pœna eſt.l. ſi ſi quis maior. C. de tranſact. l. Centurio. ff. de manumiſſ. teſta. & licet princeps ſit dominus legum,non tamen eſt dominus morum. Barba.in c.quod tranſlationem. num.121. de offic. lega. & contra bonos mores eſt priuare quem ſine cauſa.c.ſicut. 7.quæſt.1. facit c.quanto. de tranſla.epiſc.ibi,neceſsitate,vel vtilitate.

*Princeps quatenus ſolutus legibus.*

5 *Imò Rex Franciæ in beneficiis pleniſſimam habet poteſtatem.*

Vide in tract.nomina. q.26. in fin.pro intellectu huius conclu. & ſeq.Intellige quòd Rex in beneficiis non eccleſiaſticis ſed temporalibus habet pleniſsimam poteſtatem, vnde concurrit Rex cum quolibet ordinario.Bal.in d.c. 1.qui feud.dare poſ.& d.c.1.quis dicat. dux. comes & marchio.& quod beneficia dicantur,eſt tex.in c.1.§.pen.qui feud.dar.poſ. etiam de iure canonico.c.ad audientiam. in fine, de præſcriptio. vnde ad vacatura officia ius conferre poteſt,& dare, & tollere officia, ſicut vult Ioan. Fab.in §.cum autem. col. 2. verſic. ſed quid ſi ante.quib.mod.ius patr.poteſt.ſoluit.Bald.in l. reſcripta prope finem.C.de precib.imper.offer.

*Regis Frãciæ circa officia poteſtas.*

Poteſt etiam officiorum prouiſionem ad ſe euocare. c.vt noſtrum.de appella. Moder.in repe.c.per veſtras. col. 2. de donat.inter vir. & vxo.dicens quòd ſicut Papa in beneficialibus habet pleniſsimam poteſtatem, vt ſuprà dixi, & poteſt ad libitum de eis diſponere. cap. per principalem.& ibi glo. & c.cum nunc verò. 9. q.3.c.bonę rei.12.q.2.& glo.in c. ſi gratioſæ. de reſcrip.in 6.ita rex in officiis temporalibus.

Intellige tamen vt proxime dixi:vel intellige etiam in beneficiis eccleſiaſticis, in quibus habet priuilegium,vtpote ius regaliorum.

*Regum officium eccleſiam defendere &c.*

Vnde debitum eſt regum eccleſiam defendere.23.q.3.c.Maximianus.& c.ſeq. & q.5.c.principes.hæreſes impugnare.c.quando. & c. ſi eccleſia.in fin.23.quæſt.4.oppreſſos releuare. cap. regũ.23.q.5.& plus iuris in regno habet, quàm imperator,quia regnum venit per ſucceſsionẽ, & viuente rege filius eius poteſt rex nominari. l.cum vero.§.apparet.ff.de fideicom. liber. glo. in c.fin.24.q.1.Luc.in l.1.C.de conducto.lib.11. Soc.conſil.67.col.2.in primo vol.

*Intellect. c. ſi quis deinceps.16.q.7.*

Nec obſtat c.ſi quis deinceps epiſcopatum, vel abbatiam de manu alicuius laicæ perſonæ ſuſceperit, nulla audientia ei vt epiſcopo ſeu Abbati concedatur, inſuper & gratiam beati Petri, & introitum eccleſiæ interdicimus. &c. item ſi quis imperatorum,vel regum,vel quilibet ſecularium poteſtatem aut perſonarum inueſtiturã epiſcopatus, aut alicuius eccleſiaſticæ dignitatis dare præſumpſerit.& c.16. q.7. quia loquitur quãdo laicus propria authoritate hoc vellet,ſecus ſi ex priuilegio, nam poteſt etiam excommunicare, cum ſit magis iuriſdictionis quàm ordinis.glo.in c.prætere.§.verum. 32. diſtinct.ita intelligitur c.cura.de iure patro. vel ſi hoc in fundatione ſibi retinuerit.tex.in c.Eleuterius.18.q.2.c.quanto.de ceuſic.& ibi Panorm. Dom.in c.cum ex eo.in vlt.no.de elect.Ruſeus rub.de iure regaliorum.fol.7.& ſeq. vbi tradit quinque opiniones.

Nec refragatur,ſi dicatur debere intelligi de beneficiis eccleſiaſticis,nam cõtrarium eſt verum, quia verba debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ, ad quam referuntur. l. plenum.§.equitij.ff. de vſũ & habita.c. cum de beneficio. de præben.in 6. facit glo. in l. ſeruis vrbanis.ff.de lega.3.ideo libellus coram imperitis vulgari ſermone dari debet.Bal.in c. dilecti. de iudic.facit quod dicit Bart. in l. ſi non ſortem.§.libertus.ff.de cond.indeb.Hippol.in rub. de probatio.fol.5.

6 *Ex quo infertur quod beneficia etiam in curia vacantia conferre non impeditur.*

Intellige in beneficiis regalibus,vt no. Ioan. Gallus in quæſtio per arreſta.q.113. quod patet c.ne pro defectu.de electio. vbi eccleſiæ cathedralis electio ad capitulum pertinet, etſi reſignatio in curia facta fuerit coram Papa, quia aliter fieri non poteſt.c.penul.& fin.de tranſla. epiſcopi.Nam vacantibus aliquibus cathedralibus eccleſiis,rex iure regno confert beneficia ſpectantia ad prælatum,dum viuebat,& donec fuerit prouiſum de epiſcopo, & etiam temporalia illarum eccleſiarum cathedralium recipit ad manus ſuas, & hoc habent Reges Franciæ

& An

& Angliæ,vt no.tex.in c.generali.de electio.in 6.Guagui.in vita Philip.Pulchri.Spec. in tit.de legato. §. nunc tractemus.verſic. Sed nunquid legatus, & hoc fuit Regi Franciæ conceſſum in ſynodo,vbi erant 153.epiſcopi, & Abbates. c. Adrianus. & c. in ſynodo. 63. diſt. hoc primo Carolo magno conceſſum fuit,teſte Gagui.in vita Caroli, & Iacobo Bergomenſi in ſupplemento chronicorum.

Et hoc vel ex priuilegio. cap. dilectus. in 3. de præbend.vel de conſuetudine.c. cum inter. in parte deciſa,de conſuetudi.glo.& Archid.in c.imperium.10.diſt.& Reges Angliæ & Hungariæ in eorum regnis conferunt beneficia ex priuilegio Papę.Bal.in l.reſcripta.col.pen.C.de precib.imper.offer.

Idem in Regno Hiſpaniæ.not.text.cap.cum longe.63.diſtin. & Corſet. in tracta.de poteſta. reg.q.11.& Specul. in tit. de præben.verſic.item nota,dicit ſe vidiſſe priuilegium bullatum imperatori cōceſſum,vt in qualibet eccleſia Alemaniæ poſſet facere vnum recipi, ſed non dat imperatori collationem,ſed poteſtatem faciendi recipi.

Vnde tales dicuntur recepti ad primarias preces imperatoris.c.is cui.de præbend. in 6.& in pragmat.ſanctio,tit.de electio.

*Inferior à Papa non concedit laicoius conferendi.*

Vel poteſt eiſdem competere ex fundatione beneficiorum facta ſic compoſitione, arg.c. Eleutherius.18.q.2.& c.nobis.de iure patro.quę ſit per papam approbata:nam inferior non poteſt laico concedere ius conferendi, quod eſt mere ſpirituale.c. Maſſana.de elect. c. decernimus.de iudic.glo.in §.item quod dicta.in verb. regaliæ.de Annat.in pragm.ſanct. Aluar.in tit. Epiſcopum vel Abbatem.col.6.& Rex Fráciæ confert præbendas Villæ nouæ iuxta Auenionem, & curia parlamenti conſueuit cognoſcere etiã de petitorio,Benedict.in verb. & vxorem.nu.370.c.Raynutius. de teſta. & ibi in addi.facit d.c.Eleutherius.18.q.2.

Item ex priuilegio c.Adrianus.63.diſtinct.c. Mennam. in ver.arbitrio. 2.q.5.c. de hoc.de ſimo.c.conſilia.17.diſtin.c.cum inter. de electio. glo.in c.imperium.10.diſtinct.c.dilectus.in 3.de præben.c.præterea.de iure patro.c.porro.63.diſtinct.& ibi Card.dicit quod princeps poteſt ſe opponere, ne epiſcopus ſibi ſuſpectus detur in ſuo regno.Ioan.de Selua.in tract.de benefic. in ſecunda parte.q.23.item facit c.Agathoſa.& ibi Card.63.diſtinct.vbi dicit, quod valet conſuetudo vt mors prælati nuntietur principi. cap. quod ſicut.& ibi Innocen. de elect. & poſtulato regio aſſenſu de procedendo ad nouam electionem.c. cum terra. & ibi Panorm.in 5. not. de elect.

*Laici quatenus ſpiritualiũ incapaces.*

Non refragatur,quod laicus non poſsit conferre nec eligere.c.quod ſicut.c. cum terra.cap. quiſquis.c.Maſſana.c. cum inter vniuerſas. de electio.c.ex eo.illo tit.in 6.quia ſpiritualia à laicis poſsideri non poſsint.cap. cauſam. de præſcript.c.fin.de reb.eccle. non aliena. & eſt adeo ſpirituale,vt non cadat in laicum.Ioan. And.in c.2.de præben.in 6.Feral.8.priuileg.

Reſpondeo hoc poſſe ex priuilegio. glo. in ſumma.16.q.7.glo.in c.bene.96. diſt. nam mulier ſi à ſuperiore ſibi committatur,poterit prędicare.glo.in c.addicimus.16.quæſt.1. Dec.in c. 2.de iudic.Ioan.de Selua.in ſecunda parte.q. 3. & beneficia conferre.cap. dilecto.de teſtib.tex. cum glo.in c.Mennam.2.q.5. quia princeps incapacem facere poteſt capacem.l.quidam.ff.de re iudic.ſed præſcriptio non.Et ſi dicatur,quod eſt quæſibile priuilegio, eſt quæſibile præſcriptione.c.cum contingat.de foro compet. quia eſt id verum, data capacitate in præſcribente, alioqui tempus etiam vetuſtiſsimum nũquam facit eum capacem,nec procedit.c.ſuper.§.fi.de verb.ſignifi.c.Romana.§.debet.de appella.

*Princeps incapacem capacem facit.*

Nec refragatur, quod clerici beneficia de manu laicorum accipere non debent.c.pręterea. de iure patro. c. ſi quis deinceps. c.per laicos.& c.laicis. 16.q.7. nec valet conſuetudo in contrarium.c.ex frequentibus. de inſtitutionibus,valet tamen priuilegium, etiam vt mulier conferat.c.dilecto,primo.de teſtib.quod loquitur de Comitiſſa Flandrenſi.glo. in d. ſumma. 16.quæſt.7.

Intellige non valere conſuetudinem, niſi concurrat fama priuilegij,vel præſcriptionem. glo. in l.ſeruitutes. in magna, de ſeruituti. Panorm.& alij in d.cap. cauſam.vel ſi Papa ſciuit conſuetudinem induci,& tolerauit, quia tolerantia habens in ſe tacitum conſenſum operatur in Papa effectum diſpenſationis,quouis pacto conſtet de voluntate. glo. & alij in c. ſi aliquãdo.de ſenten.excom.cle.ſi ſummus. eo.tit. Innoc.in c. quia circa. de conſang. dicit diſsimulationem Papæ ex certa ſciẽtia habere vim diſpenſationis.c.ſuper eo. de cogna. ſpiritua.c. aqua.de conſecra. eccleſiæ. Bart.in l. item Vlpianus.ff.de excuſa.tuto.no.in c. licet. de elect. Maleret. in tracta.de poteſtate regia. fol.13.col. 3.& ſic princeps facit incapacem capacem,non conſuetudo.

*Papæ diſsimulatio vim diſpenſationis obtinet.*

Item non valeret conſuetudo, vt electio dependeret à voluntate ſeu facultate principis,vel alterius.quia tolleret libertatem eligendi:ſecus autem ſi reſtringeret iſtam libertatem, probatur in c. cum dilectus. de conſuetud.c. 2.de in integ.reſtit.c.Abbate.de verbo.ſignifi. vbi valet conſuetudo vt collegium teneatur ſibi eligere prælatum de alieno collegio.Panorm.in d.cap. cum terra.

Non obſtat c.2. de præbend. in 6. vbi quacunque ſit auctoritate munitus,ſiue per literas, ſiue alio modo laicus, eſt munitus per literas. ergo &c.

*Intellect.c. 2. de præbend.*

Reſpon.laicos non cōprehendi,ne retrahantur à fundationibus beneficiorum. cap.decernimus.16.q.7.

Nec obſtat ibi, per literas, quia intelligitur conceſſas viris eccleſiaſticis, quibus ius conferendi conceſsit,quia verba intelligi debent ſecundum conditionem perſonæ, ad quam referuntur.l.plenum. §.æquitij. ff. de vſu & habita. licet Archi.& Philip.in d.c.2.contra teneant.

Nec obeſt tex.in c.illud.ibi,tum quia laicus

ſine



ſine authoritate eſpiſcopi nemini poteſt eccleſias dare de iure patro.ibi enim loquitur in iure patronatus quod patronus voluit dare abſque epiſcopi conſenſu, quod non poteſt. concluſio mea intelligitur in collatione, & ita intelligitur c.cum laicis. ibidem.& cap.cura. nec obeſt c.ſuggeſtum. ibidem ibi, quia tamen eccleſiæ,niſi authoritas interuenerit pontificalis, canonicè concedi non poſſunt, hoc intelligitur quoad præſentationem, nam & ſi laicus poſsit præſentare,non tamen inſtituere:& ideo epiſcopus poſtea inſtituere debet, & pro non dato habetur quod datur ab illo qui de iure dare non poteſt.c.quod autem. de iure patron.

*C. illud. & c. ſuggeſtũ. de iure patro. explicantur.*

Vel intellige iſtam concluſionem in beneficiis prophanis, vt in feudis, baroniis, & aliis, cùm in illis tantam habeat poteſtatem, quantam Papà in beneficialibus.

7 *Et etiam quilibet ordinarius vacantia in curia conferre iure poteſt.*

C. ſi apoſtolica.de præbend. in 6. Roch. de Curte in tracta.de iure patro. in verb. competens.Primò quando eccleſia parrochialis vacat ſede apoſtolica vacante,vel quando vacauit eccleſia parrochialis ſuperſtite Rom. Pontif. qui obiit non facta collatione, tunc etiam non expectato fine menſis poterit ordinarius cōferre.

Item confert poſt menſem. cap. ſtatutum. illo tit.

Item etiam poteſt intelligi quod quilibet ordinarius in curia exiſtens poſsit conferre beneficia vacantia, extra tamen Romanam curiam.& hunc ſenſum habet concluſio.

Nec obſtat c.2.de præben. in 6. quia loquitur quando non eſſet ſpiritualiter conceſſum alicui: ſed in caſibus ſuprà dictis eſt ſpecialiter conceſſum.

8 *At Papa in curia vacantia conferre non debet.*

Intellige quando illud beneficium eſt de regalibus,vt ſuprà dictum extitit,vel etiam in beneficiis temporalibus,vt feudis, & in beneficiis prophanis,ſecus in eccleſiaſticis.

Vel etiam in beneficiis eccleſiaſticis intellige,quando præſentatio ſpectat ad laicos.glo.& doct.in d.c.2.de præben.in 6.Lappus allega.96. beneficia vacantia, ne laici à fundatione eccleſiarum retrahantur.c.decernimus.16.q.7. Hæc tenet Fel.in c.in noſtra. correla.38. de reſcript. & in tract.quando literæ apoſto.noceant.col.1. Alex.conſil.75.viſis in 4. vol.niſi expreſſam fecerit mentionem ac derogationem, vt ibidem dicitur.

Nec obſtat c.cum dilectus.de iure patrona. c.dilectus.de offi.lega. vbi Papa hæc beneficia confert,hoc verum, quando ſpecialiter exprimit,alioqui non veniunt ſub illa generalitate. c.cum in generali.de offic. vica. in 6. quia licet hoc poſsit,tamen non præſumitur velle,ſi hoc non exprimat, vide Roch. de Curte hoc limitantem in tractat. de iure patro. in verb. competens. q.24. & Rota deciſio.266. nota quòd Papa conferendo.in antiq. vbi etiam limitant quando præſentatio ſpectat ad laicum & clericum ſimul: tunc maius dignum attrahit ad ſe minus dignum, vel non debet conferre beneficia temporalia, vt feuda,prout intelliguntur ſupradictæ concluſiones.

9 *Imò ſi contulerit ordinarius, iure conferre poſtea aggredietur.*

*Ordinarius quatenus conferat.*

Intelligendum eſt quando Papa contulit inhabili, & incapaci,tunc ordinarius iure conferre poteſt poſt menſem.Ioan. And.in c.inter dilectos.in fine,de exceſsib. præla. quia non eſt veriſimile quod Papa prouiſionem eccleſiæ in perpetuum velit impedire propter diutinam vacationem.d.c.ſi apoſtolica.& quia diutina vacatio eſt periculoſa.c. quàm ſit.de elect. in 6. Ideo vult vt cito prouideatur eccleſiis. c. ne pro defectu.& cap. quia propter.de elect.vel dic quòd ſi ordinarius contulerit ante menſem,poſtea conferre aggredietur ſcilicet Papa.

Item res de facili redit ad ſuam naturam.l. ſi vnus. §.pactus. ff. de pactis. & quando Papa mandat prouideri certæ perſonæ, ſi non valeat collatio, poteſtas redit ad ordinarium, quia Papa illi tantum intendebat prouideri, ideo ea ceſſante ex l.quod dictum.ff.de pact.

Fallit,quando Papa mandaret non expreſſa certa perſona, vel ipſe conferret,vel ſpecialiter prouiſionem ſibi reſeruaret, tunc ordinarius non poterit cōferre,ſi collatio fuerit nulla.arg. c.innotuit.§.fina.& c.fina.de elect.& c.inter. de præben.Panor.& alij in d.c. inter dilectos. not. in c.paſtoralis.§.1.de offic.ord. etiam non puto hanc reſeruationem in regno procedere Franciæ. D.Ruſeus in tract.de iure regalio.in 3. priuilegio.

Non obſtat c. vt noſtrum. de appella. quia ibi ſpecialiter reſeruauit, & ad ſe euocauit. Minus obeſt quod poteſtas non deuoluatur ad inferiorem,c.quia.de conceſsio.præben. in 6. 1.de ſupp.neglig.præla.cod.lib.intellige regulariter,tamen in c. ſtatutum.de præben. in 6. deuoluitur, & in caſu iſto non deuoluitur ad inferiorem, ſed ceſſante collatione ſuperioris inferior confert.

Nec refragatur c.ſuper quæſtionum. §. 1. de offic.deleg.quod iuriſdictio delegati debet redire ad delegantem, ſicut flumina reuertuntur ad locum vnde exierunt.Eccleſiaſt.1. cap. quia etiam ad primum ordinarium à quo emanauit redit.

10 *Ius in beneficiis quærere propria authoritate poſſumus.*

11 *Sed non poſſe facilius tuebitur.*

Regulariter beneficium eccleſiaſticum ſine canonica inſtitutione obtineri non poteſt.c. ex frequentibus.de inſtit.reg. prima, de reg. iur.in 6.vide in tract.de pacific.poſſe.in amplia.21.

Hoc non procedit,quando antiquior canonicus optat præbendam.c. fin. de conſuetud.in 6.hæc tamen conſuetudo eſt contra regulas

iuris.

iuris,primo eſt contra ius commune,vt proxime dixi.Item contra illud, quod dicitur, manere quis in ea vocatione debet, in qua eſt vocatus.c.1.21.q.1.& contra c.fi.de inſtit.

*Inconſtãtia & variatio prohibita.*

Item eſt contra illam regulam, qua diximus,quod inconſtantia, & variatio eſt prohibita.cle.vna,de renuntia.& ex ambitione videtur procedere,contra id quod habetur in c.bonorum.47.diſtinct.c. bene. 96.diſtinct. & ideo tales conſuetudines ſunt reſtringendæ,tãquam odioſæ,regula,odia.de reg.iur.in 6.l. cum quidam.ff.de liber.& poſthu.Calder.conſil. penul. de conſuetud.c.gratia.de reſcript.in 6.vbi ſi habenti ignoranter beneficium incompatibile eſt collatum aliud,habet optionem, vel hoc procedit ante cõcilium Lateranenſe, poſitum in c.de multa. de præbend. & in c.3. de cler. non reſidentib.& illa optio non eſt noua collatio, ideo poteſt fieri per excommunicatum. Rota deciſio.195.in not.dixi in c.poſtulaſtis. de cler. excom.miniſt.

Nec obſtat c. ex frequentibus. de inſtit. ibi, quòd clerici eccleſiaſtica beneficia ſine conſenſu epiſcopi diœceſani, vel officialium ſuorum, qui hoc de iure poſſunt, recipiunt, quia reſpond. loqui in inſtitutione quæ regulariter ab epiſcopo debet fieri : tamen non negat, quin poſsimus etiam propria auctoritate. Imò probat ibi, quomodo id patrum ſanctorum eſt inſtitutionibus alienum, ſed non eſt alienum à ſanctorum decretis, nec inſtitutionibus, vt in iuribus ſuprà allegatis, ergo nec eſt reprobatum.

Item dicitur in d. c. ex frequentibus. quod eſt contrarium eccleſiaſticæ honeſtati : ſed in caſibus iam expreſsis eccleſia reputat honeſtum,alioqui non approbaret, ergo non eſt reprobatum, vel non dicitur fieri mutatio quando is qui eſt de eccleſia manens in ea mutat præbendam vel domum : quia totum nomine eccleſiæ tenetur ſecundum Archi.Ioan. Andr. & Franc. in d. c.fin. ſed ob hoc non reſpondetur contrario: & hoc eſt iuri contrarium quòd non fiat mutatio,quia imo verum fit,ideo tene quod ſuprà dictum eſt.

Nec refragatur regula prima,de regul.iur.in 6.quia inſtitutio dicitur canonica,id eſt,ſecundum iura canonica facta,nam illud dicitur canonicum.c.cauſam.in fine,de reſcript.c.grauis. de cenſib.c.cum olim.de dolo.c.1.de fil.presbytero.in 6.ſicut legitimum. l.legitima.ff. de pact. ſed hoc approbat ius canonicum,ergo.& videtur probari in c. ſi beneficia. de præbend. in 6. & dixi in repet.c.poſtulaſtis.in glo.retinere. de cler.excom. miniſtr. vel ibi loquitur in beneficio : concluſio mea in iure quod etiam inuito collatore habeo.c.licet epiſcopus. de præbend. in 6.vel dic. idem ſi tibi abſenti conferatur beneficium, quia ante acceptationem ius non acquiritur,quam acceptationẽ authoritate mea facere poſſum.c.ſi tibi.de præbend.in 6. & in c. ſi pluribus. illo tit. vbi quando motu proprio eſt facta collatio de vno beneficio, & vacant plura, tunc intra decennium poterit eligere is qui habet gratiam, cum clauſula motu proprio. text. in extra. execrabilis. de præbend. §. ſtatuimus.

Nec refragatur c.per noſtras. de iure patro. quia ibi volebat patronus ſeipſum præſentare, quod non poteſt,quia differentia debet eſſe inter prẹſentantem & præſentatum,& inſtituentem & inſtitutum.c.fi.de inſtit.

Item vbi fit optio, non interuenit collatio, ſed optans intelligitur habere ex antiquo titulo.Barba.in conſi.60.præclare.col.pen.in 4.vol. allegat Io.And.in c.fi.de conſue.vbi dicit,quòd is qui optat vigore cõſuetudinis ſine noua collatione vel titulo,dimittit antiquã, & optatam recipit vt ſit in præbenda ſicut in domo. antiquior enim cui ius optandi domum competit, ſine noua collatione antiquam domum egreditur,& optatam ingreditur recte:ſic eſt in prẹbenda,& eſt huic ſimile quod dicit text.in l.fiſtulas.§.1.ff.de contra. emptio. facit l.1. & 3. C. quando decreto opus non eſt.

12 *Et hic reſignans beneficium ad id ſine noua collatione redire non poteſt.*

*Reſignans per reſignationem ius perdit.*

Item in tract.de pacific.poſſe.in vlt. amplia. vnde intellige quòd reſignans perdit ius per reſignationẽ, ideo illud ius petere non poteſt ſine noua collatione, nam renuntiatio etiam in manibus laici facta tenet,quo ad præiudiciũ reſignantis.c.quod in dubiis.de renuntia.& ibi Innoc.imò reſignans beneficium ex cauſa permutationis,quæ non habuit effectum,non poteſt ad ſuum redire beneficium ſine noua collatione.Ioan.de Selua.in tracta.de benefi.in tertia.parte.q.24.quia per reſignationem dicitur beneficium vacare, per totum titulum de renuntia.ſed beneficium vacans non poteſt quis obtinere ſine collatione.c.1.de reg.iur.in 6.ergo nec hoc beneficium per reſignationem vacans, ideo reſignans quaſi de nouo recipit.c.ex tranſmiſſa.in fi.de renuntia.

*Inſtituere ſeipſum nemo poteſt.*

Nec poterit quis inſtituere ſeipſum.c.fin.de inſtit.Dom.de Rota.deciſi.23. fuit dubitatum. vbi tenent, quando fuit occupatum, quod ad illud non poteſt reuerti ſine noua collatione, alioqui ſic deciſio. 63. ſi quis permutauerit. & deciſio.339.ſi illegitimus.Nam licet hæres propria auctoritate res hæreditarias occupare poſſit, intellige niſi fuerint per alium occupatæ. Innoc.in c.tranſmiſſam.de elect.Alex. & alij. l. iuſtè.ff.de acq.poſſ.Dec.in l.non eſt ſingulis.de reg.iur.deciſio.Rotæ 101.in antiq.363. vbi dicitur, quod ſi permutantes reſignant beneficia ex cauſa permutationis,& non aliàs,ſi non admittatur illa permutatio, poterit epiſcopus licentiam dare cuilibet reuertendi ad ſua beneficia,etiam reſignata, & iſta opinio eſt communis.Soc.conſil.168.imprimis.vol.2.

Nec refragatur c.ſi beneficia.de prẹben.in 6. quia ibi non reſignauit ſuum beneficiũ, ſed de facto diuiſit,vt aliud melius haberet,ita probat tex.ibi.& poſt prẹdictorum adeptionem dimiſſa,& ibi,dimiſerint beneficia,& ibi,eundẽ quoque modum in dimittendo recepta,& recuperanda



rando dimiſſa, quæ dimiſsio non habet vim reſignationis : quia ex futuro euentu apparebit, non eſſe tranſlatum in aliud ius,nec etiam habebit locum cap.de multa.de præbend. de Rota deciſio.3.de rerum permuta.Feder.conſi.156. per id quod habetur,in cap.ſi quis iam tranſlatus.21.q.1.& cap. ſi qui epiſcopi.92. diſtin. cap. paſtoralis. & cap.ſeq.7.quæſt.1. quia non videtur dimiſiſſe, qui ad beneficium ſuum ſtatim redit, argu. l.diuortium. ff.de diuort.& facilius quis abſque noua collatione reaſſumit ius in beneficio, quod prius habebat, quàm nouiter acquirat,arg.cap. cum acceſsiſſent.de conſtitu. & ibi gloſſ.vlt. & l.filio quem pater.de liber. & poſthu.ſic teſtamentum facilius ſuas reaſſumit vires, quàm nouas acquirat, arg.l.qui liberis.§. teſtamento. ff.de vulga.& l. 2.C.de poſthu.hæred.inſtituend.de Rota deciſio.863.Si A.& B.

Non obſtat, quòd nil intereſt ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret,an rebus ipſis & factis.l.de quibus.ff.de legib.

Item tam factis, quàm verbis declaratur voluntas. l.fina.ff.de diuort. ibi, intelligi eum hoc ipſo,nolle nuptam ſibi, quod actionem rerum amotarum importet, quæ non ſolet niſi ex diuortio oriri.

Item ratum haberi poteſt non tantum verbis,ſed etiam actu, l.Paulus.ff.rem rat.haber.& ſicut poteſt pars appellare,quando verbo iudicis grauatur, ita & facto. cap. ex parte M. de appellationibus.

Imò fortior eſt appellatio, quæ ad Papam facto interponitur,quàm verbo,puta arripiendo iter ad Papam. cap.dilecti. & cap.vt debitus.de appellationib. & Apoſtol. confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Et facta ſunt fortiora ad declarandum voluntatem quàm verba, quæ ſæpè contra mentem proferuntur. d.c. dilecti.& cap.æſtimant.11.q.3. multo etiam amplius eſt id facere,quàm pronuntiare in vinculis fuiſſe,l.ſi tamen.§.ei qui. ff.de ædilit.edict.& plus eſt renuntiare facto,quàm verbo, Archid. in c.vno.in fine,de cler.coniuga.in 6.& d.c.ſi beneficia.per c.meminimus.de appella.Luc.in l.1. C. de his qui ſponte publ.munera.ſubc.lib.10.

Reſpondeo, qui reſignat beneficium & dimittit,verbis & facto dimittit,ideo plus operari debet, quàm ipſa ſimplex renuntiatio verbalis, vel facti dimiſsio, ideo non poteſt redire, quia remittentibus actiones,&c.l.quæritur.§.ſi venditor.ff.de ædil.edict.probatur in c.quod in dubiis.de renũtia.61. hi præterea, qui beneficiũ eccleſiaſticum ſibi collatum ſponte in manum laicam reſignantes, illud à laico denuo ſuſceperunt, eodem ſunt beneficio ſpoliandi, licet reſignatio talium facta laico nullam obtineat firmitatem, & ſic nouiter intelligo illum text. non valere renuntiationem verbalem in manibus laici factam, ſed ſi ob illam dimiſerit beneficium, eo ſpoliari debet, & ſi denuo à laico ſuſceperit, ergo ſi verbis tantum reſignaſſet, non noceret reſignanti, contra Docto.ibi not. in dict.cap.ſi beneficia.Non renunciauit etiam facto, cum non fuerit verè tranſlatus. Feder. conſil.156.in fine.Fallit quando coactè reſignauit, quia tunc etiam ſine noua collatione permittitur in eadem eccleſia miniſtrare.c.ſi verò. & ibi Felin.de iureiur.& hoc ad coercendũ iniquitatem eorũ,qui eccleſiaſticos viros ad præſtandum illud iuramentum compulerant,probatur in c.23.& 4.de his quæ vi metúsve cauſa fiunt.Nec obſtat, quòd titulus ſemel extinctus non reuiuiſcit. l. qui res. §.aream. ff.de ſolutio. quia procedit niſi aliud interueniat per quod ſequatur integra reſtitutio. facit c. ab exordio. 35.diſtinct. & res de facili redit ad ſuam naturam.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact.

Nec obſtat quòd paria ſint renuntiare tacitè,vel expreſsè.c.quàm periculoſum.7.q.1.quod fateor quo ad hoc,vt perdat quod ceſsit ſi ad id non reuertatur,ſed non dicitur ibi an ſine collatione poſsit reuerti vel non.

Non obſtat l.rebus.l.ex placito.l.cum precibus. C.de rer. permut. vbi quis poteſt repetere id quod dedit cauſa permutationis,ſi non fuerit ſortita effectum, quia debent illa iura intelligi in rebus prophanis, nos loquimur in beneficialibus.glo.in c.cum inter R.de elect.

Nec obeſt l.naturalis.§.1.ff.de præſcrip.verb. & totus titulus de condict.cau.data. vbi ſi dem rem, vt aliam mihi des, ſi dedero, & nunc non vis dare, poſſum repetere rem meam per cõditionem ob cauſam,illa etiam iura in prophanis loquuntur, ego loquor in beneficiis, in quibus reſignatio purè fieri debet. cap. quàm pio. 1.quæſt.2.

Vel loquitur in priuatione iuris, quæ non valet, poſtquam adeptio non habuit effectum. Federic. in tract.de permuta. benefic. quæſt. 8. Socin.conſil.168.Imprimis.colum.2.vol.2.per l. Claudius.ff.de acquirend.hæred. l.certi.§.quoniam.ff.ſi cert.petat.ſecus in priuatione expreſſa, quæ remanet firma, licet finis actus non ſequatur. l.planè. in princ. ff.de legat.1.Bartol. & Alex.in l.ſi cum dotem.in princ. ff.ſolut.matri. ita intelligunt.

Et inquantum dicit textus in dict.cap.ſi beneficia. liberè reuertantur, debet intelligi ſine alicuius contradictione poteſt ad ſuũ beneficiũ redire, etiam collatione alteri facta, non obſtante, & hoc importat verbum, reuertantur, quod non importat ipſo iure, ſed hominis miniſterio, cùm non poſsit beneficium obtineri ſine canonica inſtitutione, vulgata regula prima : licet de iure ciuili verbum reuertatur, importet tranſlationem dominij ipſo iure. l. quiſquis.& ibi Bartol. C.de omni agro.deſert. lib.11.& ibi patruus meus,& Corſet.in ſing.383. incip.verbum reuertatur.

*Verbi, reuertantur, acceptio.*

Idem reſpondeo ad cap. penult. de rerum permuta. quod ibi poteſt ad ſuum redire beneficium de gratia,ne aduerſarius ex dolo ſuo reportet commodum,& alter ex ſua ſimplicitate remaneat in damno.

Nec obſtat cap. ſuper hoc. de renuntia.ibi, admittere non poſtponat, vbi non requiritur collatio.Sed reſpon.quòd ille tex.debet intelligi quod admittere iudex debet cauſam ſpon-

taneæ abiurationis, & ſic iſtam exceptionem oppoſitam.

Nec obeſt c.2. illo tit.ibi, de prædicto beneficio authoritate Apoſtolica inueſtitum, & ſic non requirebatur noua collatio. Sed reſpond. quòd quando nō præceſsit noua collatio, tunc inueſtitura habet vim collationis: imò eſt ipſa collatio. glo.& ibidem.Panor.in c.authoritate. colum.2. de inſtitu. argu. cap.1. de conſuetud. recti feudi. & idem Panor.in cap.2.colum.pen. de conſuetud.

Nec refragatur cap. ſanè. illo titul. quia ibi fuit facta collatio per nouas literas, in quibus mandatur, quòd non obſtante renuntiatione ipſum in canonicum & fratrem canonici admitterent,& ita intelligit Bald.

Minus obeſt cap.fi.ibidem,quia loquitur in eo qui ceſsit Abbatiæ,cui non poterat reſignare ſine conſenſu Papæ, & ideo non valuit reſignatio:ideo ſine noua collatione redit ad eam, ſecus in aliis beneficiis.

13 *Regem nominationes non poſſe concedere tuebimur.*

14 *Imò poſſe nominare defendi poteſt.*

Vide in tract.nominatio.in 1.quæſt.Intellige quòd vniuerſitatibus regni Franciæ,Delphinatus,& Ducatus Viennenſis, tantum conceſſum eſt, vt nominationes poſsint graduatis, & idoneis ad beneficia vacantia certis menſibus concedere.§.præterea.ibi,& per vniuerſitates nominatis, de colla. in concord. & §. volumus. ibidem, vbi dicitur, volumus autem quòd nominati literas nominationis ab vniuerſitatibus in quibus ſtuduerint obtinentes, &c. & §.monemus.ibi,monemus autem præfati regni vniuerſitates ſub pœna priuationis omnium & ſingulorum priuilegiorum à nobis, & ſede Apoſtolica obtentorum, ne collatoribus, ſeu patronis eccleſiaſticis habeant aliquos nominare, niſi eos qui ſecundum præfata tempora ſtuduerint,&c.

Quòd rex poſsit nominare in archiepiſcopatibus, epiſcopatibus, & Abbatiis, & in aliis dignitatibus,& prioratibus, in quibus ſeruatur forma c.quia propter. de elect. in concord. ſed nominationes, quæ ab vniuerſitatibus concedi ſolent, non concedit. Ita intelligetur concluſio.

15 *Nominationes vniuerſitates concedere prohibentur.*

16 *Concedere poſſe etiam iuris eſt explorati.*

Vide in tracta.nominatio.in 6.q.Vniuerſitates extra regnum non poſſunt nominationes concedere: quia vniuerſitatibus tantum regni, Delphinatis & Ducatus Viennenſis, & Valentin. eſt cōceſſum,& eo eſt vniuerſitatibus conceſſum, quia habent notos graduatos, vtpote ab eis approbatos. l.nemini. C. de aduoca. diuerſ.iudicio.

Item prohibentur concedere incapacibus.§. monemus.de colla.in concord.

Item ad beneficia extra regnum ſita.l.fin. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & quia limitatum eſt priuilegium cui nil debet addi. l.in agris. ff. de acquirendo rerum domi. facit quod not. Peruſius in cap.fina.not.1.de verborum ſignifi. vbi epiſcopus non poteſt concedere etiam ſuis ſubditis indulgentias pro opere extra ſuam diœceſim conſtruendo.

17 *Magiſtri artium Theologis,ac Iurium profeſſoribus, quæ ad ſacerdotia præferri debent.*

Vide in tract.de nominatio.in quæſt.20. Intellige ſi ſint antiquiores nominato, quia qui prior eſt tempore, potior eſt iure, dict. regula qui prior.& ita ſtatuitur in §. qui verò. de collat.in concorda.

Nec obſtat quòd theologus debeat præferri cùm habeat ſubiectum nobilius. not.in proœ. Decreta. quia fateor in honoribus, ſecus eſt quo ad ſacerdotia, nam cum ex tempore ius ſit iſti magiſtro artium quæſitum, non poteſt tolli per theologum poſtea venientem, ideo ſi in data concurrerent, omnibus eſſet poſtponendus artium magiſter, vt in concordat. rub. de collat.dict. §.qui verò. & ita dicunt Docto. maximè Dec. in c.clerici. de iudic. Docto.in l. cum quid.ff.ſi cert.peta.

Idem intelligo ſi theologus & magiſter artium impetrauerint mandata à Papa, quia ſi magiſter artium ſit antiquior in data,theologo præferetur. cap. ſi eo tempore. cap.duobus. de reſcrip.in 6.

Idem dico ſi ſint eiuſdem datæ, tamen artium magiſter prius præſentauit quàm theologus, quia etiam theologo præferetur, vt dicto cap.duobus.

Item quando pueris inſtruendis in eccleſia eſſet affecta præbenda, vel aliud beneficium, tunc magiſtri artium præferentur theologis, vel medicis, text. in cap. conſtitutis. in 3.& ibi Philip.Franc.de appel.

18 *Imò his omnibus præferendos medicos iure conſtat.*

Vide vt in conclu.proxima.Quando medicus inſinuauit illo anno, & theologus vel alij non, tunc medicus omnibus eſt præferendus, etiam ſi alij erant in data antiquiores.§.teneantur.de colla.in concorda.quia eo anno quo inſinuationem omittunt,habentur ac ſi non fuiſſent,vt ibi dicitur,ergo medici illis prẹferuntur.

Item ſi non eſſet medicus, poſſet collator conferre non nominato, vt ibidem dicitur. Ergo poterit medico qualificato durare, vt præferatur aliis non rite qualificatis.

Vel intellige medicum præferendum,quando alij erant inhabiles: quia habentur perinde ac ſi non eſſent. l.4. §. condemnatum. ff. de re iudica.l.quotiens.ff.qui ſatiſda.cogan.glo.in l.ſi plagij.C.ad l.Flauiam.de plagia.vel in aliis caſibus traditis per me in quæſt.penult.mei tract. de nominatio.





19 *Beneficia quocunque tempore vacantia nominatis aut graduatis affecta ſunt.*

Vide in tract.nomina.quæſt.26.Intellige beneficia villarum muratarum. §. ſtatuimus. de collatio. in concord. & præbenda theologalis. §.1.ibidē.Nam ibi afficitur prẹbenda,ergo quocunque tempore vacet,cum ibidem nil de tempore exprimatur.

Item quia eccleſia debet habere Theologum. c.ſuper Specul.de magiſt.& quilibet epiſcopus tenetur conferre illi Theologo, ergo quocunque tempore vacet, etiam nominatis alterius facultatis exiſtentibus,dum tamen non fuerint in facultate theologiæ, quia tunc illis nominatis præbenda Theologalis eſſet conferenda.

Item in d. §. ſtatuimus. non repetitur qualitas menſium, ergo ego non repetam. arg. l.ſi ſeruum. §. prætor. ibi, non dixit prætor. ff. de acq.hæred.

Item tex. negat conferri aliis quàm graduatis, vel qui ſaltem triennium ſtuduerint, ergo aliis non poſſunt conferri iſtis exiſtentibus, ſiue inſinuauerint,ſiue non.

Item ratio d.§.ſtatuimus.eſt,vt illis, qui ſunt in villa murata, detur literis præditus, qui illos valeat inſtruere, nam in villis populus eſt magis idoneus & capax doctrinæ.arg.in cap.ſtatutum. de reſcript. in 6.Ideo tales ſiue inſinuauerint, ſiue non, ſiue beneficium vacet in menſibus ſtatis, ſiue non, ſemper debetur illis, quod intelligerem quo ad inſinuationē,quando non eſſent qui inſinuaſſent:aliàs contra.

20 *Theologi etiam ante ſex annos nominationes obtinere iure poſſunt.*

Intellige ſi ſtuduerint biennium, vel aliud tempus in theologia, & poſtea triennium in iure canonico,& ſumpſerint gradum in eo iure poterunt ſumere nominationes,etiam ſi non ſtuduerint ſex annos, licet requirantur ſex anni etiam in baccalariis ſimplicibus theologię, & decem in baccalariis formatis, tamen in baccalaris iuris canonici & ciuilis ſufficiunt quinque anni, & in illo tempore computatur tēpus quo ſtuduerunt in theologia, cùm etiam computetur tempus quo in artibus ſtuduerunt à logicalibus ſuprà.§.præterea.de colla. in concord. & hæc eſt nota.cautela pro theologis, vt audiant ius Pontificium, & in eo ſumant gradum poſt quinquennium.

21 *Baccalarij Iuris canonici non nobiles,etiam ſi quinquennium in eo iure non ſtuduerint,nominationes obtinere poſſunt.*

Vtpote ſi ſtuduerint in iure ciuili prius, & poſtea in iure canonico,dummodo in vtroque per quinquennium ſtuduerint ſufficit. Nam vtrunque tempus coniungitur, vt dicitur in §. præterea in magiſtro artium, nam qui vtrunq; facit, alterum bene facere dicitur. l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem. ff.de verb.oblig.& iura canonica ſint extracta,aliqua tantū à iure ciuili:ideo tantum fraterniſant,vt in vno ſtudendo & in altero videatur ſtudere, vnde epiſcopus poteſt audire leges,vt intelligat canones. glo.in c.epiſcopus.37.diſtin. quod intelligo leges tendentes ad declarationem iuris canonici. *Epiſcopus qui leges audire poſſit.*

22 *Nobilibus tamen ante quinquennium nominationes fruſtra conceduntur.*

Intelligo quando nō eſſent nobiles ex vtroque parente:vt dicitur in concordato in §.cum verò.de collat.& dicitur in c.venerabilis. ibi,ab vtroque parente illuſtrem.de præbend.

23 *Pariſienſis vniuerſitas nominationes omnibus dare debet.*

Vide in tract.nominatio.q.7.Panor. Probatur in c.vt conſtitueretur.50.diſt.

Et inſtar diſpenſationis,quæ licet non poſsit peti niſi deprecatiuè, arg.cap.quanto.2.q.5.tum peccat prælatus eam denegans cauſa vtilitatis exiſtente, vel neceſsitatis, vel alia iuſta cauſa. c. alligant.26.q.7.Feder. conſi.40.ſuper eo.& poterit peti à ſuperiore.glo.in c.exigunt.1.q.7.

Item probatur in §.monemus.ſumendo arg. à contrario, de colla. in concord.ibi, non habeant aliquos nominare,niſi eos qui ſecundum præfata tempora ſtuduerint, ergo eos qui ſtuduerint per præfata tempora habēt nominare.

Imò dicerem poſſe implorari officium iudicis nobile ad cogendum vniuerſitates denegantes nominationes.arg.gloſſ.in rub. ff.de interro.actio.& ſi iudex denegat ſuum officium, dicitur inferre iniuriam parti,quæ rectè petit.l.1. §.permittitur.& ibi Bar.ff.de aqua quotid.& æſtiua.& poteſt ab illa denegatione appellari. l.1. C.ſi ſæpius in integ.reſt.poſtul.Felin.in c.ſuper his. colum.4. de accuſ.Iaſo.in princip.Inſtit.de actio.nu.66.

Poſtremò probatur per c.nullus.& ibi Pano. de iure patro. vbi quando aliquis debet conſentire,& non vult,recurritur ad ſuperiorem,vt det licentiam,ſeu conſenſum,ſeu vt compellat, ſic venerandum & metuendum parlamentum poterit d.vniuerſitatem compellere.Bart.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſolut.matr. l.fi.§.neceſsitate.C.de bon.quæ liber.

Sic dicitur de epiſcopo, qui non vult literas commendatitias dare,vt coram ſuperiore cogi poſsit, vel ſuperior concedet, Roch. in c. primates.in fi.71.diſtinct.

Idem ſi epiſcopus denegat licentiam clerico volēti ire ad ſtudium, vel Abbas monacho, Ioan.And. in c.cum ex eo. de elect.in 6.Panor. in c.tuæ.de cleric.non reſident.Panor.conſi.84. & conſi.44.in 2.vol.

Nec refragatur c.precariæ.primo. 10.q.2.vbi nemo cogitur de proprio facere beneficium, quia glo ibi reſpon. non procedere, quando aliquis alij prodeſt, & ſibi non nocet, per l.in ſumma. ff. de dam. infect. Item eſt conceſſum vniuerſitatib.vt diſtribuant,ergo tenentur.

Nec obeſt quòd gratia nominationes dicantur,& dicitur gratia,quod gratis datur.cap.gratia. & ibi Archidiaco. 1.quæſt.1. nec propriè dicitur gratia, ſi neceſsitati occurrat. Ancharan. conſilio 295. nam ſi re priueris, nec nomen

habere mereris. l.à nullo.C.de fer. c.corepiſcopi.68.diſtin.dico quòd non minus dicetur gratia, quamuis gratis non detur, alioqui omnia mandata de prouidendo, & omnes aliæ gratiæ non poſſent ſic dici,cum non gratis dentur,vel dicitur gratia,quòd gratis datur,vel dari debet.

Nec obſtat quòd nemo exiſtat liberalis in neceſsitatibus.l.rem legatam. ff.de adimen. leg. quia quandoque hoc non procedit,ſed impropriè dicitur donatio. l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi oliuam. ff.ad leg. Aquil.& l.cũ plures.§.imprimis. de adminiſt.tuto.l.cognouimus.C.de hæretic.

Et etiam dicitur liberalitas in cui conferendo.glo.in c.relatum. de præbend.& in c.quamuis.de præbend.in 6.

24 *Etiam legum ſtudioſis, cùm leges ibidem publicè legi iure non prohibeatur.*

25 *Et ideo c.ſuper ſpecula. de priuileg.hactenus non intellectus, nouus dabitur intellectus.*

Vide in tract.nominatio.in 5.q.Intelligo Pariſiis publicè legi poſſe leges,quæ ſunt canonizatę,nam non poſui in concluſione leges ſeculares:igitur de his poteſt intelligi. nam c. ſuper ſpecula.tãtum prohibet legi leges ſæculares, & tunc dicũtur canonizatæ, quando per aliquem Papam ſunt approbatæ,& in canonibus inſertę, ſi tamen Gratianus ex capite ſuo aliquam legem in decreto aſcripſerit, non ob id dicetur canonizata,gl.ſing.in c.imprimis.§.de perſona. in ver.capitali.2.q.1. Doct.in c.2.poſt glo.vlt.de reſcrip.glo.in c.ſuper.primo.de teſtib.c.1.de exceptio.gl.in c.1.in ver.tractatus.de reb.eccleſ.nõ alien.glo. in c.pen.19.q.vlt. Iaſ.in l.cunctos populos.in 1.lectu.col.9.C.de ſacroſanct.eccleſ.

Vnde quãdo lex eſt canonizata, licet poſtea illa lex corrigatur à iure ciuili per conſtitutionem nouiſsimam,tamen de iure canonico ſeruabitur illa lex antiqua iam canonizata,per illam glo.in ver.capitali.quam ſingularem Petr. Gerard.ſing.28.clamat.

Imò non poterit Imperator illam reuocare, ſicut nec Papa priuilegia regni in ordinationibus regiis incorporata, vt regiſtrata.Bened. in repe.c.Raynutius.in verb.ſi abſque.de ſubſtitu. fideicom.nu.42.de teſta.

Inde dicit glo.in c.epiſcopus.37.diſtin.quòd epiſcopus poteſt audire leges, vt intelligat canones, quia iuris canonici ſanctitas, iuris ciuilis ſublimitate decoratur, & iuris ciuilis maieſtas canonum auctoritate firmatur,& qui non ſapit in vtroque, non habet tantam dulcedinem. Bald.in procem. Decreta. Ideo dicit Roman.ſing.654. *Io tel dico,* ſicut ex philoſophia, & medicina fit perfectus medicus, ita ex legibus & canonibus perfectus Iuriſconſultus,Barbat.in c.1.in princ.de teſta.

Item cui conceditur vnum,omnia videntur conceſſa ſine quibus ille actus non poſſet experiri, c.præterea. de offic.deleg.l.2.ff.de iuriſd. omnium iudic. Sed conceditur vt ius canonicum legatur,ergo & ſaltem leges,quæ tendunt ad declarationem iuris canonici. Nam cùm multæ Decretales ſint elicitæ ex iure Cæſareo, vt licet videre per totum titulũ de cauſa poſſeſ. & alibi per diſcurſum totius libri ſecundi Decretalium & per totum librum, quæ nõ valent intelligi ſine iure ciuili, ergo oportet quòd ius ciuile legatur ad intellectum illorum iurium. Nec eſt veriſimile quòd Pontifex Roma. prohibuerit illas leges,ſic elicitas legi, cùm ius canonicum ſine illis non poſsit intelligi:Imo ſtatuta ſacrorum canonum, principum conſtitutionibus adiuuantur. cap. primo. de no. oper. nuncia.Et in quibus caſibus Papa alleget leges, Rauen. cumulat in alpha.in ver.lex. 2.& poſtquam Papa ſcit, & allegat, ergo non videtur prohibuiſſe,quia Chriſtus non prohibuit quod ipſe faciebat.

Item qui permittit aliquid videtur permittere omnia permiſſa per quæ peruenitur ad illud. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procurat. ſed per leges peruenitur ad intellectum canonum,vt ſuprà probaui,ergo cenſentur permiſſæ legi,vt intelligantur canones, nam per leges patet facilis aditus ad canones, ideo Tholoſæ prius audiunt ius ciuile.

Nec refragatur cap. ſuper ſpecula. de priuilegiis, quia ſic nouiter poteſt intelligi, primò cùm ſit pars. cap.ſuper ſpecula.ne cler.vel monach.ſuprà.& cap.ſuper ſpecula. de magiſt. debet intelligi ſicut illa, ſed in cap.ſuper ſpecula. ne cler. prohibet religioſis, & presbyteris, ac aliis habentibus dignitates in eccleſia, vtpote decanis,Archidiaconis, plebanis,præpoſitis, & cantoribus ne audiant leges, vel phyſicam, quod ſi intra duorum menſium ſpacium non deſtiterint, ſint ipſo facto excommunicati: & hoc eſt introductum propter ſtudium theologiæ ampliandum, vt ibidem dicitur. ergo cap. ſuper ſpecula. de priuileg. debet intelligi de illis, videlicet de religioſis, & aliis ſupradictis, ne quiſquam ex illis Pariſ.docere leges,aut audire præſumat,nam vna pars debet intelligi ſecundum aliam, l.hæredes palam. §. ſed ſi notam.ff. de teſtam. Et præcedentia declarant ſequentia, & econtra. l.ſi ſeruus plurium. §.fina. ff.de lega.1. Et quæ in præfationibus dicuntur, in ſequentibus repetita intelliguntur. l.Titia. §. idem reſponſionis. ff. de verborum obligat. ſed in præfationibus dictum eſt, de religioſis, & aliis ſupradictis, ergo in cap. ſuper ſpecula. de priuileg. illi cenſentur repetiti, & prohibiti, non alij. & pro hoc eſt textus formalis in cap. ſententiam ſanguinis.§.fin.ne cler.ibi,nec quiſquam purgationi aquæ feruentis vel frigidæ ſeu ferri candentis ritum benedictionis, aut conſecrationis impendat.

Item quando lex vel Decretalis eſt diuiſa per §§. aut verſiculos, tunc ad proxima tantum fit relatio.gloſ.ſing.in cap.vno. de poſtula. prælat.in ſexto, & l.ſecunda. C. de edict. Diui Adrian. tol. ſed eſt facta diuiſio per partes per eundem Honorium,qui dictas Decretales condidit, ergo ad illas partes refertur,& ſecundum

*Relationẽ ad proxima tantũ fieri lege diuiſa per §§. aut verſiculos.*

eas



eas intelligetur, & ad proxima tantum debet fieri relatio.l.1.§. deinde. ff. de his qui not. infa. Iaſ.in l.talis.de lega.1.

Et ibi, ideo dicit Pariſius, ratione frequentioris vſus,glo.in clem.1.de reſcript.nam plures ibidem ſunt quàm alij: & ibidem expreſsè nominauit,quia videbat Pariſiis ſtudium theologiæ plus vigere, quàm alibi, ideo noluit Pariſiis maximè eoſdem legere ius ciuile ibi.

Item quia quod ſpecialiter prohibetur, plus timeri ſolet. c.quia in cauſis. de procura.& c.& ſi Chriſtus.de iureiuran. glo.in c.1.de reſcrip.& quia quæ ſunt digna, niſi ſpecialiter exprimantur,videntur quaſi neglecta.l. item apud.§. hoc edictum.ff.de iniur.

Item in rebus nouis cõſtituẽdis euidens vtilitas eſſe debet. l.pen.ff.de conſtitu. princ. Item nouitates pariunt diſcordias. c. cum conſuetudinis.de conſuetud. Reprehendendus eſt, qui nouitates inducit.c.fi.11.diſt.

Reſpon. verum eſſe quando nulla reſultat vtilitas.& ita loquuntur iura ſuprà adducta,ſed pluſquam euidens eſt vtilitas,vt legantur leges: primò vt iuſtitia obſeruetur dicit tex.& ęquitas.

Item tolle leges Imperatorũ quas Deus per Imperatores, & rectores ſeculi diſtribuit humano generi,& nemo audebit dicere,hæc villa eſt mea,iſte ſeruus eſt meus, veſtis, & ſimilia.c. quo iure. 8.diſt. vbi ſunt verba beati Auguſtini ſuper Euangelium Ioannis.

Item erit euidens vtilitas in toto vniuerſo, quia per leges hìc lectas totus mundus illuminabitur.authen.habita.C.ne filius pro patre.

Item ciuitas locupletior efficietur propter aduentum ſcholarium. l.quis tam inueniri. C. de decur.lib.10.

Item nobilior vt d.l. quis tam inueniri. quia in magnis ciuitatibus oportet legi,in proœ. ff. §.hæc autem.c.tuę.de cle.non reſident.medicina & artes vbiq; legi poſſunt:tamen doctorari extra vniuerſitatem non poſſunt,nec ſtudentes extra vniuerſitatẽ habere priuilegia data vniuerſitatibus.Hier. Cagnol.in d.§. hæc autẽ tria.

Item vtilitas tam in cõmuni erit, quia hæc ciuitas replebitur ſapiẽtibus hominibus, & Iuriſconſultis, quàm in particulari, quia quilibet poterit eos Iuriſconſultos audire,etiam procuratores,ſolicitatores, & alij quod nõ facerent ſi hìc non legerentur.Hoſti.in §.fin.verſic.quid ſi Magiſt.de Fer.in ſua ſumma. Panor. & alij in cap.fi. de iudic. O quot euaſiſſent in ſummos Iureconſultos,ſi leges hìc lectæ fuiſſent!

Inſuper tollet deſidiam.nam multi audirent iura ciuilia, qui pigrè viuunt. dicit Ouidius, Quæritur Aegyſtus, &c. & dicit Hierony.ama ſcientiam,& carnis vitia non amabis, cap.nunquam.de conſecra.diſt.5.

Item patres habebunt filios diſciplinatos,& bonis moribus imbutos ac peritos: & iſta eſt, lætitia patris videlicet peritia filij.in authen.cõſtitui quæ de dignita. quod non erit ſi eos mittant aliquo.nam iuuenes inueniunt ſe à ferula liberatos, nucibus faciunt quæcunque relictis. vt dicit Perſius.onerant patres infinitis expẽſis. nã non præſumitur quis ſtuduiſſe ſine magnis ſumptibus.Bal.in l.fi.C.vbi pupil.educ.debeat. & multi relinquunt ante tempus ſtudium:quia parentes non valent expenſas ſubminiſtrare: Imò, quod deterius eſt, poſt infinitas expenſas reuertuntur vacui ſciẽtia, & teſtibus & ſemper exoſi parentibus. Ita quod detecta ignorantia poteſt donatũ reuocari. Bart.in l.cum quid. ff.ſi cert.petat.& in ſtudiis interficiuntur,quando alibi ſtudent.nam calores iuueniles difficile eſt refrenare.l.fi.C.de bonis quæ liber.& quandoque reges regni Neapolitani reuertuntur,& ij ſunt qui cum mulieribus ſunt coinquinati: virgines enim non ſunt.

Nec obſtat quod ſtudiũ theologiæ deſtruetur,quia imò magis atq; magis ampliabitur.nã quando quis videbit theologos præcedere Iuriſconſultos, ipſe volens eſſe de ſummis, adibit ſtudium theologiæ, quod erit luminare maius, c.ſolitæ.de maio.& obed.

Item accedentur theologi ad theologiã interpretandã,vt alliciant multos:quòd ſi nõ haberent aliquos æmulos,quieſcere poſſent:& ſic tunc deſtrueretur ſtudium theologiæ,nam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.l.fin.ff. de lega.3.ſic magis luceſcet ſtudium theologiæ & ampliabitur: non ſi religioſi & presbyteri poſſent audire iura ciuilia.

Item nõ debemus ita fauere ſtudio theologiæ,vt deſtruamus aliud ſtudium.c.ex parte.de foro compet.vbi & ita ſumus pauperibus in iuſtitia debitores, quòd aliis iniuſtitiã facere non debemus.Barba.conſi.1.col.31.

Item Iuriſconſulti defendent theologiam, quæ ſine eis periclitaretur.

Item procedit ratio. c.cum de diuerſis mundi partibus multi confluant ad ſedem Apoſtolicam quaſi matrem, nos ad commune tam ipſorum, quàm aliorũ omnium commodum paterna ſolicitudine intendentes, ſtatuimus vt ibidem decætero regatur & vigeat ſtudium iuris diuini & humani, canonici videlicet & ciuilis.de priuileg.cum igitur confluant ad ciuitatem Pariſienſem,debet ergo etiam ibidẽ legi.

Nec obſtat verbum excõmunicationis vinculo innodetur, quia debet intelligi ante duos menſes poteſt ab epiſcopo excommnicari,& ſi intra duos menſes non fuerit excommunicatus,poſt erit à iure excõmunicatus.vt in d.c.ſuper.ne cleric. & hoc videtur probare dictio interim poſita in d. c. ſuper ſpecula. de priuileg.

Item in dict.c.non magnopere.ne cleric.vel monach.aſsignatur ratio, ne occaſione ſcientiæ ſpirituales viri mundanis rurſus actionibus inuoluantur: quæ ratio non extenditur ad laicos: ergo non ſunt prohibiti leges docere vel audire.

Item in cap.ſuper ſpecula.ne cleric.vult ampliare ſtudium theologiæ: & tantum extendit ad ſacerdotes,& alios de quibus in tex.

Item conſtitutio noua ad interpretationem antiquarum facta habet locum in eiſdem caſibus, in quibus lex interpretata. textus in authentic. de filiis ante dotal. inſtrumenta natis,

circa finem ibi, cum omnibus manifeſtum ſit oportere ea, quæ adiecta ſunt per interpretationem in illis valere, in quibus & interpretatis legibus ſit locus. & ibi dicit Bart.no.quòd omnia quæ habent locũ in lege interpretata, intelliguntur repetita in lege interpretante, igitur perſonæ poſitæ in c.ſuper ſpecula.ne cleric. vel monach.cenſebũtur repetitę in c.ſuper ſpecula. de priuileg.& ideo tantũ illæ perſonæ expreſſæ erunt prohibitæ iura ciuilia interpretari. nam clauſula adiecta in lege interpretata, videtur repetita in lege interpretãte.Bar.in l.nihil.per illũ tex.ff.de coniungen.cum emancip. liber. etiam ſi eſſent diuerſæ conſtitutiones.Bar.in l.prætor. §.eritq; hæc differentia.ff.vi bonor.rapt. & vna clauſula legis declarat aliam clauſulam legis, quando alia clauſula erat ambigua. text. in l. vtrum.& ibi not.Bald.ff.de petit.hęredit.Socin. in l.fin.in fin.ff.de reb.dub.Et quamuis dicta in præcedentibus non cenſeantur repetita in ſequentibus ex interuallo:tamen ex illis ſumitur declaratio ſequentium. Angel. & Imol. in l. ſi quis cum aliter.ff.de verb.oblig.& refert Socin. in d.l.fin.Barbat.conſi.4.incip. ſcribitur.col.5.in fi.vol.1.& conſi.ſeq.col.2.

Item dixi publicè, eo quia quando aliquid nõ eſt omnino prohibitum, vt matrimonium, & venditio, magis punitur clam faciens, quàm palam & publicè. l.fin. ff. de ritu nuptiar. Ideo cùm non ſit omnino prohibitum iura legi, quòd publicè legi debent. §. hæc autem tria.in proœmio ff. Si autem aliquid eſt omnino prohibitum, plus punitur faciens palam, vt furtum.Bartol.in l.2.§.& generaliter. ff. vi bonor. raptorum.

Item per iſtos ampliatur ſtudium theologiæ, & non per laicos, ergo laici non cenſentur prohibiti audire leges, nec docere, quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus, c.cum ceſſante.de appella.

Nec obſtat ſi quiſpiam diceret, quòd nil ſtatueret d.c. ſuper ſpecula. de priuileg. quia contrarium eſt verum, nam in d.c.ſuper ſpecula.ne cler. vel monach. prohibet tantum audire, verum enim verò, quia poſſet quis dubitare, an poſſet religioſus, vel aliàs prohibitus leges docere, ideo hoc ſtatuitur in d.c.ſuper ſpecula.ne quiſquam religioſus vel aliàs prohibitus leges audire, vel docere præſumat: ergo vides quomodo rectè intelligitur, ſi conſideres intellectum ad c.ſuper ſpecula. ne cler. Item non dicitur ſuperfluum, quando aliquid eſt clarius expreſſum. glo.in cap.licet canon.de elect.in 6.

Item in d.c.ſuper ſpecula. ſunt iſta verba, vt plenius ſacræ theologiæ inſiſtatur, debet intelligi quàm legibus: ſi leges non legerentur, non inſiſteretur plenius, ſed in totum ideo comparatiuum debet ſapere naturam comparati. l.iubere.ff.de iuriſd.om.iudic.

Nec obſtat alia ratio in dict. cap. ſuper ſpecula. poſita, ibi, dum dicit, in Francia legibus Romanorum Imperatorum non vtuntur, quia contrarium videmus, ſaltem vtuntur legibus tanquam rationabilibus, ergo legi non prohibentur tanquã rationabiles. Item Aureliæ non vtuntur legibus, nec Pictauis, ergo ibi leges non debent legi ſecundum illam rationem: nam tex.hoc dicit, quia poſtquam laici non vtuntur legibus Imperatorum, ergo vos religioſi non debetis eſſe ita ineſcati ad leges docendas & audiendas: ſicut de Diuo Hieronymo legimus, quòd fuit ab Angelo percuſſus dum Ciceronis libros legeret. cap.legimus. 37.diſtin. & ibidem dicitur, non eſt ab eccleſiaſticis ſecularium literarum quærenda peritia.

Præterea alia ratio ibidem non obſtat, dum dicitur, occurunt raro eccleſiaſticæ cauſæ tales, quę non poſsint ſtatutis canonicis expediri, nã etſi id temporis non occurrebant, nunc tamen occurrunt, & ſic variantibus temporibus neceſſe eſt: vt iura varientur humana.cap.non debet. de conſang.& affinit. & iſta fuit potiſsima ratio illius Decretalis ſuper ſpecula. quæ hodie ceſſat. Vel dic quòd inter iſtos religioſos, & alios ſuprà nominatos raro occurrunt cauſæ eccleſiaſticæ, quæ non poſsint ſtatutis canonicis expediri: ſecus in cauſis laicorum: & etiam in cauſis laicorum raro occurrunt cauſę eccleſiaſticæ: ſed cauſæ aliæ non poſſent per ius canonicum decidi: ergo oportet quòd ius ciuile legatur, vt cauſæ aliorum decidantur.

Item in cap. non magnopere. ne cleric. vel monac. ponitur ratio, ne occaſione ſcientiæ ſpirituales viri mũdanis rurſus actionibus inuoluantur: ergo non prohibet viris non ſpiritualibus: & aliquæ Decretales veniunt ad intellectum illius; ergo ſecundũ illam debẽt intelligi.

Item text.in dict. c.ſuper ſpecula. dicit quiſquam docere vel audire iura non præſumat, intelligitur propria authoritate: ergo non prohibet, quando haberetur licẽtia. Nam & ſi doctor vbique poſsit legere, tamen hîc non poterit facultate ſibi non tradita à doctoribus, vel aliis habentibus poteſtatem, nam omnes hîc vellent legere, & perturbarent ciues, vel alios doctores, ideo prohibetur.

Et quòd verbũ præſumat, ſic intelligatur, eſt tex.in c.decernimus.de iudic.c.fi.9.q.3. ibi non ſimpliciter dictum eſt, nil agat, ſed cum determinatione, nil præſumptiuè aſſumat, abſque eorum conſilio. c.1. & c.monaſteria. de vita & honeſta.cler.c.precariæ. primo.ibi, ſine licentia & regio conſenſu facere præſumat.10.q.2.

Vnde ergo, quando quis facit auctoritate ſuperioris, non dicitur præſumere.c.fi.de elect. c.cum laici. de iure patro.cap.omnis.de pœnit. Barba.conſil.29.illud.col.8.vol.3. Felin.in c.Iudæi.in fi.de teſtib.

Poſſet dubitari cuius auctoritas requiratur, videtur quòd Papæ, poſtquã Papa prohibuit.

Contrarium arbitror verius, quia quando conditor canonis ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo videtur facultatem aliis conceſsiſſe.cap. nuper.de ſenten.excõ.& ibi glo.dicit per illum text. epiſcopos poſſe diſpenſare, vbi ſpecialiter diſpenſatio non eſt prohibita.arg. c.cùm apud. de ſponſa.& c.nonnulli.16.q.1.& conceſſum videtur quod non eſt prohibitum. l. necnon. §. quod eis.ff.ex quib.cauſ.maior.





Item vbicunque non apparet cui loquatur decretalis, tunc intelligitur nedum in epiſcopo, verùm etiam in quocunque, qui iuriſdictioni præeſt, & delicta punire poteſt. glo. in cap. quamuis.in ver.tibi de pœnis in 6. & c. ſi clericos.de ſent.excom. ibidem & ibi commendat Dom.Philip.ad hoc, quòd quando non apparet in ſuprascriptione legis vel decretalis cui loquatur conditor illius, in dubio loquitur iudici ordinario competenti.Innoc.& Ioan.And.in c. referente.de præbend. ſed non apparet de d. c. ſuper ſpecula. de priuileg. ergo intelligetur de Pariſi.epiſcopo, vt poſsit facultatem cõcedere.

Item quia in fi.d.c.ſuper ſpecula.dicitur, per epiſcopum loci excõmunicationis vinculo innodetur, ergo voluit quod epiſcopus Pariſi.diſpenſet, poſtquam reliquit ei & pœnæ impoſitionẽ, & diſſolutionem. Dic tamen eo quia eſt conſtitutio concilij. c.non magnopere. ne cleric.vel monach.non poterit diſpenſare epiſcopus.glo.in c.cum dilectus. in verb. in ætate. de elect.tamen c.ſuper ſpecula.de priuileg.non eſt editum in concilio, ideo epiſcopus poterit exceptis religioſis.

Nec obeſt l.minimè.ff.de legib. quia intelligi debet, vt non mutari debeant, quæ habuerũt certam interpretationem per conſuetudinem approbatam, & ſecundum illam interpretationem fuerit iudicatum, & ſic facere conſuetum, ſed nunquam fuit iudicatum ſuper iſto c.nec in conſuetudinem deductum eſt ergo non mutabitur, & ibidem dicit Alberic. quando conſuetudo interpretatur legem, eius interpretatio eſt neceſſaria, & ſequenda.

Vel dic non eſſe mutanda niſi ex cauſa, nam ſtatuta ab Apoſtolis etiam ex cauſa mutata fuerunt.c.corepiſcopi.68.diſtinct. & ibi Archidiac.c.non debet.de conſanguinit.

Vel non mutanda ſunt quæ ſemper habuerunt certam interpretationem, veram, & carentem errore: ſecus ſi interpretatio fuerit per errorem inducta, vt hîc. l.quod non ratione. ff. de legib.Alberic.in d.l.minime.

Et ſi generaliter loquatur, tamen per ſuprà dicta reſtringitur & intelligitur.

Item decretalis debet in dubio intelligi vt minus obliget, quàm magis.c.ex parte in Chriſto.de verb.ſignific.Georg.Natt.poſt Petr.Anchar.vt ipſe allegat in clem. ſæpe. §.fin.col.3.de verbo. ſignifi. citat Neuizanum in ſylua nupt. fol.25. col.4. & ſenſum excluſiuum delicti in dubio capere debemus.Barbat.conſil.12. col.2. in 2.vol.

Item in concluſione poſui, publicè, ad tollendum errorem illorum qui arbitrantur ſecreto poſſe legi. cum id quod ſimpliciter prohibetur, cenſetur eſſe prohibitum tam clam, quàm palam: imò qui clam hoc facit, etiam punitur.l.fi.& ibi not.ff.de ritu nupt. & eſt culpa tam prohibita palam vel clam diſcere & docere.l.culpa.C.de malefic.imò non debent legi niſi publicè, vt habetur in proœm.ff.§. hæc autem tria.& c. tuę.de cleric.non reſident.& vtrobique not.

Vnde dicit diuus Auguſt.ſuper Ioan. in c. quo iure.8.diſt.ibi relatus. iura autem humana iura imperatorum ſunt, quare, quia ipſa iura humana per imperatores & rectores ſeculi deus diſtribuit humano generi. Item tolle iura imperatorum, quis audebit dicere, hæc villa eſt mea, meus eſt iſte ſeruus, mea eſt hæc domus? ſi autem vt teneantur iſta ab hominibus, regum iura fecerunt, vultis vt reticeamus leges, vt gaudeatis?

Item relegantur leges, & alibi idem Auguſt. in dialogo contra Petilia.10.diſt. dicit, ſi in adiutorium veſtrum terreni imperij leges aſſumendas putatis, non reprehendimus, nam fecit hæc Paulus, cum aduerſus iniurioſos Romanum ciuem ſe eſſe teſtatur. & in c. quis autem.ibidem dicitur, quis autem leges principum, aut regulas patroni, aut admonitiones patrernas, dicat debere cõtemni, niſi qui impunitum ſibi tantum exiſtimet tranſire commiſſum, dicitur in c.fin. eadem diſtin. veſtram flagitamus clementiam, vt ſicut hactenus Romanà lex viguit abſque vniuerſis procellis, & quæ pro nullius perſona hominis reminiſcitur eſſe corrupta, ita & nunc ſuum robur, propriumque vigorem obtineat.

Præterea in d.c.ſuper ſpecula. dicitur quòd eccleſia legum ſecularium non reſpuit famulatum, quæ æquitatis & iuſtitiæ veſtigia imitantur &c. Si prohiberet legi publicè leges ciuiles: tolleret iuſtitiam & æquitatem: quare non videtur habuiſſe animum tollendi, niſi quo ad expreſſos in d.c.ſuper ſpecula.ne cleric.vel monach.aliàs reſpueret omnino legum famulatum, & eſſet ſibi contrarius, cum dicat ſe nolle reſpuere.

Item potius prohibuiſſet iura ciuilia legi Romæ, vt ſtudium theologiæ coram eo ampliaretur, quod hîc Pariſi. cum Romæ omnimodam poteſtatem habeat, & tamen vult ibidem legi ius ciuile.c.2.de priuileg.in 6. vbi reputant doct.mirabile, ideo tantum quo ad religioſos prohibuit & ſuos ſubditos: vt in c.non magnopere.ne cleric.vel monach. vbi tantum loquitur de religioſis.& aliæ decretales ad eam referuntur, ideo ſecundum eam debent intelligi: nam conſtitutio noua ſecundum terminos legis antiquæ declaratæ debet intelligi.Iaſ. in l.non dubium. C. de legib. Panor. in d.cap. ſuper.ne cle.vel mon.vbi tantum in religioſis.

Inſuper mandat excludi à patrociniis cauſarum ſi contra factũ fuerit, intelligitur à patrociniis in curia eccleſiaſtica non ſeculari: quia non poſſet Papa prohibere laicos poſtulare in curia parlamenti, vel Caſtelleti, cum etiam ordinem iudiciarium non poſſet tollere niſi quo ad ſuum forum.glo. ſing.in verb. vſuris.in cle. diſpendioſam.de iudic. nam communius erat quod iſti presbyteri patrocinabantur: & vide quod dicitur in cap.non magnopere.ne cleric. vel monach.

26 *Beneficia etiam extra regnum poſſeſſa in nominationibus exprimere tenemur.*

Tum quia eſt eadem ratio, videlicet vt vniuerſitates inſtruantur, an is qui nominationes impetrat, habeat vltra ducentos florenos auri de camera, ſiue in regno habeat, ſiue non, dicitur habere, ergo debet exprimere, tum quia tex. generaliter loquitur, ergo generaliter debet intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. pręſtan. Item concordata non diſtinguit, ergo non diſtingui debet. l. de pretio. ff. de publicia. in rē actio.

27 *Et ſi ad beneficia extra regnum nominationes concedi non valeant.*

Quia limitata cauſa limitatum parit effectum. l. in agris. ff. de acquir. rer. domi.

Item quia extra territorium ius dicenti non paretur impunè. l. extra territorium. ff. de iuriſd. omn. iud.

Nec refragatur, ſi dicatur, cur tam variè? quia reſpon. quòd non eſt eadem ratio concedendi nominationes, & exprimendi, nam limitata eſt poteſtas vniuerſitatum, vt in regno tātum nominēt, ſed non vt nominati beneficia regni tantum exprimant, quia debent beneficia per eos poſſeſſa exprimere, ſi poſsideāt extra regnum, poſsident tamen, ergo exprimere debent.

28 *Nominationes quamuis verus valor non ſit expreſſus, iure ſubſiſtunt.*

Item ſi aliquis dicit pluris eſſe beneficium, quod expreſsit, licet nō videatur aliquibus verus valor, tamen valebunt nominationes, quia quod pluris eſt, vtique tanti eſt. l. cum furti. ff. de in litem iuran. l. in eo quod plus. de reg. iur. & ibi Dec. amplia. l. 1. §. ſi ſtipulanti. de verbo. oblig. & ibi doct. & quia vniuerſitas ita bene & facilius conceſsiſſet, vide tamen Fel. & alios in c. ad aures. de reſcript.

Nec refragatur. c. ei cui. vbi quando exprimitur valor, beneficium minoris valoris non debetur. Reſpon. hoc eſſe propter intentionem Roma. Pontif. quæ erat prouidere tantum de beneficio illius valoris, poſtquam hoc expreſſit: ſecus in nominationibus, in quibus non exprimitur de quo valore debeat eidem prouideri, ergo abundans cautela nō ſibi nocere debet. l. teſtamentum. C. de teſtam. & ſic qui plus expreſsit quàm beneficium erat, vel intellige vt in ſeq. concluſio.

29 *Etiam habenti beneficia valoris ducentorum florenorum auri de camera nominationes iure dantur.*

Intellige ſi valuerit propter cariſtiam plus vno anno, quàm communiter valeat, ille verus valor vnius anni non inſpicitur, ſed quod communiter valuit, l. pretia rerum. ff. ad leg. fal. nō. c. 1. de empt. & ven. no. in cle. ſi beneficiorum. de decim.

Idem ſi tempore impetrationis non valuerit niſi decem, licet poſtea plus valuerit, nō conſideratur quo ad annullandas nominationes, attamen non poterit eidem prouideri. §. volumus. de colla. in cōcor. ibi beneficium in vim gradus ſeu nominationis huiuſmodi tunc petere ſeu conſequi non poſsit: & ſic attenditur tempus quo eidem debet prouideri, quo tempore ſi habeat beneficia vſque ad valorem ſtatutum, aliud non poterit habere.

Et ſic habēs beneficium quod valuit propter cariſtiam vltra ducentos florenos vno anno, poteſt adhuc gaudere nominationibus, & eas impetrare.

30 *Nominato tempus ſtudij ex vniuerſitate etiam extra regnum habitum prodeſt.*

Vide in tract. nomina. q. 8. Si aliquis ſtuduerit Auenioni, vel in Italia, vniuerſitas illa poteſt atteſtari de tempore ſtudij, licet non poſſit concedere nominationes, quia quęlibet vniuerſitas poteſt atteſtari de ſtudio ſui ſcholaris. l. nemini. §. 1. C. de aduoc. diuer. iudicio. & licet plus ſit conceſſum vniuerſitatibus regni, videlicet vt nominare poſsint, tamen aliis vniuerſitatibus extra regnum non eſt derogatum, vel prohibitum, vt ſcholaribus tempus ſtudij concedere non poſsint, ergo quod non mutatur, cur ſtare prohibetur? l. præcipimus. in fin. C. de appellat.

Non obſtat quia prohibito vno cenſetur prohibitum omne per quod peruenitur ad illud. c. poſtulaſtis. & ibi dixi, de cler. excom. miniſt. quia non eſt prohibitum vniuerſitatibus extra regnum nominare, ſed eis nō eſt conceſſum ſed regni tantū vniuerſitatibus: ergo iſtud priuilegium non extendetur ad alias vniuerſitates. argum. §. ſed & quod principi. inſtit. de iure natural.

31 *Epiſcopus & alius collator beneficia nominatis affecta, etiam ſi non eiſdem inſinuauerint, eiſdem conferre tenentur.*

32 *Inſinuare tamen nominati & graduati debent.*

Intellige quando confert iure deuoluto, quia illa beneficia cum illa qualitate deuoluūtur. clem. vna. de ſupplen. negl. præla. ergo licet non fuerit eidem facta inſinuatio, tamen tenebitur eidem conferre.

Idem ſi inſinuauerit prædeceſſori, nam ſucceſſor tenetur prouidere nominatis, & ſi illi nō fuerit facta inſinuatio, ſi tamen peteret de nouo ſibi exhiberi nominatus, non deberet recuſare. glo. in verb. ſpectat. §. & ſimiliter. de colla. in prag. Nam ex cauſa editio iterum fieri debet. l. ſi quis ex argentariis. §. fi. cum l. ſeq. ff. de edend. ſic & inſinuatio.

Item beneficia ſita in villis muratis, non exiſtentibus aliquibus graduatis, qui illo anno inſinuaſſent, tenetur conferre epiſcopus graduato, etiam qui non inſinuauit. §. ſtatuimus. in ver. vel ſaltem. de collatio. in concordat.

Idem in præbenda theologali, etſi regulariter nominati & graduati inſinuare debeant. §. teneantur. de colla. in concorda.

33 *Pacificus poſſeſſor beneficij cum titulo vero vel colorato poteſt poſt triennium iure moleſtari.*





34 *Imo etiam ſine titulo poſt triennium non poteſt.*

Vide in tract. de pacific. poſſe. in 4. amplia. Intellige quòd poteſt moleſtari ex noua cauſa, videlicet ſi commiſerit ſimoniam, vel in hæreſin inciderit. arg. c. cum inter. de renunt. c. 1. & per totum, de cler. non reſid. Barba. conſil. 11. in primo. vol. vbi ſi fuerit adeptus ſecundum beneficium incompatibile cum primo, poſt triēnium, poterit moleſtari ſuper primo, quia vacat primum. Ideo ex noua cauſa hoc poterit fieri, quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. actio. ſic exceptio dilatoria ex cauſa noua poſt litem conteſtatam opponi poterit. c. paſtoralis. de except. & ex noua cauſa reuocatur priuilegium. c. pen. de cler. non reſid.

*Poſſeſſio lō gi temporis non habilitat incapacem.*

Idem ſi fuerit inhabilis, nam verbum, quicunque, in concordato poſitum, debet intelligi de habili. l. emancipari. cum glo. ff. de adoptio. l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. ratio eſt, quia poſſeſſio longi temporis non habilitat incapacem. c. cauſam. de Dec.

*Commenda & tituli differētia.*

Non poteſt ſine titulo, quando habet in cōmendam, quæ licet dicatur titulus, tamen eſt differentia inter commendam & titulum, tum nomine, tum re, regula cancella. 33. & Panorm. in c. querelam. in 2. no. de elect. tenet commendatarium non eſſe titularium. refert D. Ruſeus in tract. de iure regalio. in tertio priuilegio, vbi dicit commendam temporalem non eſſe titulum, ſecus in perpetua. Vide glo. in c. dudum. in 2. de elect. in verb. intitulatam.

Nec obſtat quòd retinens beneficium ſine titulo peccat. c. nemo. & c. nullus. 11. q. 3. & cap. dudum. in 2. de elect. quia debet intelligi ſine titulo vel commenda, cum pro titulo habeatur.

35 *Pacificus poſſeſſor etiam cum colorato titulo poſt triennium in conſcientia eſt tutus.*

36 *Ex quo infertur non moleſtari poſſe etiam per denuntiationem euangelicam.*

Alioquin ſequeretur quod forma huius decreti deduceret ad inferos, & conſcientia legum eſſet magis damnata quàm maleficiorum. Bal. in cap. in omni. de teſtib. & conſi. 285. col. 2. in 3. vol.

Poſt præſcriptionem non tenetur quis reſtituere etiam in foro conſcientiæ. glo. & omnes in c. vigilanti. de præſcriptio. dixi in repe. c. poſtulaſtis. de cler. excom. miniſtr. & in tracta. de pacif. poſſeſſo. in 2. amplia. & in ſententia vide glo. in c. 1. de conceſsio. præb. tex. in c. conſtitutus. 2. de appel. & ibi Franc. in 2. not. ergo non poteſt fieri denuntiatio, quæ fit ob peccatum. c. nouit. de iudic. & contra detinentes aliena contra conſcientiam. Panorm. in c. 1. de proba. ſed poſt triennium non detinet alienum, ſed ſuum factum authoritate legis ſeu decreti.

Etiam lex obligat in foro conſcientiæ, Dec. in c. 1. de conſtit. multo fortius conſtitutio edita à Papa. gl. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti.

Item quando Papa mandat aliquem non moleſtari ſuper fructibus beneficij, & ſuper poſſeſsione, videtur illi adiudicare beneficium. glo. in regula 33. dicens Rotam ita iudicare.

Præterea quando Papa ex certa ſciētia confirmat inualidum, facit illum validum. glo. in regula cancella. 15. præroga. 3. glo. in c placuit. 16. quæſt. 6.

Imò tolerantia expreſſa approbationis Papæ dat ius in beneficio. c. literas. de ſuppl. neg. præla. glo. in c. ſi aliquando. & cle. ſi ſummus. de ſenten. excom. gloſſ. in §. volens. in ver. tolerandas. de collatio. in pragmat. Ioan. de Selua q. 10. tertiæ partis.

Item eſſet contra concordatum, quod prohibet moleſtari tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, ſed per denuntiationem moleſtaretur, ergo &c.

Dicerem poſſe moleſtari per denuntiationem euangelicam poſt triennium, quando mala fide per triennium poſſediſſet, ſecus ſi bona, quia omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. c. fin. de præſcrip.

37 *Mandatum apoſtolicum omiſſa forma in concordatis expreſſa, in Regno Franciæ impetratum non valet.*

Vide in tract. de nominatio. q. 15. in princ.

Probatur primò, quia datum eſt pro forma, vt patet in rub. de manda. apoſtol. in princ. ibi, iuxta formam inferius annotatam, & poſtea ibi ſub forma, quæ eſt inferius annotata, & poſtea dicitur in rub. forma mandati apoſtolici, quæ rubricæ probant. Iaſ. inſtit. de actio. in proœ. ſed quando forma omittitur, vel aliquid de forma actus eſt nullus. l. 1. ff. dę liber. & poſth. l. cum ij. §. ſi prætor. de tranſact. c. cum dilecta. de reſcript. Iaſ. conſi. 191. placet. vol. 2. nam forma mandati eſt diligenter obſeruanda. l. diligenter. ff. manda. & magis attenditur quàm materia, quia illa dat eſſe rei. l. Iulia. §. ſi quis. ff. ad exhibend. nec ſufficit æquipollens, quādo eſt datum pro forma, ideo ſi baptiſmus fiat in nomine trinitatis, non valet, quia forma eſt in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. glo. in c. 1. de baptiſ. latè idem in conſecratione euchariſtiæ. c. cum Marthæ. de celebra. miſſa. Fel. in d. c. cum dilecta. & Albertus Brunus in tracta. de for. & ſolenn. actus. vbi quando lex vel ſtatutum diſponit circa modum conficiendi actum aliter, quàm ius commune diſponat, illud cenſetur traditum pro forma, alioqui nil operaretur, contra l. ſi quando. ff. de leg. 1. c. ſi Papa. de priuileg. in 6. Fel. in d. cap. cum dilecta. verſic. nouum ſignum.

Secundò facit, nam illam formam vult publicari & regiſtrari, in vanum publicaretur, ſi non obſeruaretur: & non obſeruaretur, niſi eſſet de forma, ergo &c. ita probatur in d. rub. de manda. apoſto.

Tertiò prohibet, ne aliquis contraueniat huic formę, in fine formæ mandati apoſtolici, ergo cenſebitur de forma.

Item vbicunque lex vel ſtatutum in rubro, vel nigro, dicunt ſe tradere pro forma, tunc

cenſetur ibi forma tradita, à qua recedere non licet, ita quod aliàs actus non valebit, etiam ſi per verba æquipollentia fiat, & proferatur. Bal. Angel. & alij in d.l.1.ff.de liber.& poſth.Paul.in l.mancipia.C.de ſer.fug.per text.in l. hac conſultiſsima.in fine,ibi,antelatæ formæ.C.qui teſta. facere poſſ. quod ſufficiat dicere in rub. de forma ſeruanda. in conſilio,vel forma mandati: tradit Maria.in c.ſecũdo.col.7.verſic.& aduerte.de libelli oblatio. Fel. in d.c.cum dilecta. verſic.decimum & vltimum refert Albert.Brunus in tracta. de forma & ſolemni.actus. rubr, quando aliquid cenſeatur traditum pro forma.fol.34.verſi.quinta concluſio. & hoc quando materia ſubiecta patitur. Paul. in dicta l. mancipia.

Nec obſtat cle.1.& ibi glo. in verb. inhibentes,& ibi Imol.& alij,de iure patro.vbi quando quis habet poteſtatem & iuriſdictionẽ in actu, & illi actui datur noua forma, ſi non apponatur claſula decreti,valebit actus,reſpõ.licet illa clauſula decreti non ſit appoſita in tracta. de mandatis apoſtolic. tamen eſt appoſita in rub. de firma & irreuo. concord. ſtabilita. in verſic. necnon.

Nec obeſt quòd in d.tit.de manda. dicatur, vt obuient litibus introductum eſſe,& tũc non dicitur pro forma quando habito reſpectu ad vtilitatem eſt introductum:quia reſpon. quando hoc fuiſſet ſimpliciter ſic ſtatutum:ſecus ſi hoc fuerit introductum ad vtilitatem cum decreti clauſula,vt in d.concordat.

Minus refragatur quando dicitur,ſi curetur de effectu,ſufficit impleri per æquipollens.l. ſi. §.fin.ff.manda.Iaſ.in l.hac conſultiſsima. in fin. C.qui teſta. facer. poſſunt.& l.3.de inſtit. l. puberem. de iure deliber. Quia hoc debet intelligi, quando tantum reſpiciunt effectum : ſecus ſi effectum,& ibi ponatur clauſula decreti,vt in concordat.

Nec obeſt quod æquipollens ſufficit, etiam quando verba ſunt de forma, vt in ſententia verbum condemno vel abſoluo. l.præſes. C.de ſenten.& tamen æquipollens ſufficit.l.in ſumma.ff.de re iudic.quia non ſunt certa verba de forma,ſed in genere,vt ſupra dictum extitit.

Inſuper non me mouet quòd forma accidentalis non vitiet actum.Bar.in l.cum hi. §.ſi prætor.ff.de tranſactio. & illa dicitur accidentalis quando actu iam producto accidit, ſubſtantialis quando requiritur ad producendũ actũ, vt in pileo concauitas & rotunditas Bal. in l. vniuerſi.C.de precib.imper.offerend.quia dico eſſe formam ſubſtantialem, cum mandatum alio modo non debeat formari in rub.de mandatis apoſtol.ibi, ſub forma quæ eſt inferius annotata,dari volumus,quam &c.

Nec obeſt quod verba condemno, vel abſoluo,ſint de forma in ſententia.l.præſes.C. de ſenten.&c.quia reſpon. eſſe de forma in genere, nam aliquando certa verba ſunt de forma, vt in mandato, & tunc non valet per alia verba,vt ſupra,aliquando verba in genere ſunt de forma, non certa verba,vt in matrimonio, & tunc quæcunque verba conſenſum exprimentia ſufficiunt.c.tuæ.& c.ex literis.in primo.& c. ex parte.de ſponſalib.

Idem in ſtipulatione. l.1. in princ. §. ſi quis ita.& §.fin.ff.de verbo.obliga. §.in hac. inſtitu. illo tit.

38 *In mandatis non præfertur is qui primò præſentauit.*

39 *Sed præferri communius receptum eſt.*

Poteſt probari in c.eum cui.de præben.in 6. Quod eſt intelligendum quando primus præſentauit executori,ſecundus primo prẹſentauit collatori,ſecundus eſt præferendus.Do.in cap. duobus. de reſcript. in 6. licet contrarium tenuerit Rota deciſio.100. ſi vnus. in no. & hoc intelligunt,ſi primo præſentet executori, & facit fieri proceſſus, alioqui contra de Rota deciſio.403.nota ſi vnus, & primam opinionem tenet Aufrer. dicens ſe conſuluiſſe in deciſio. Thol.q.25.itẽ &c. duo ſunt,imo afficit præſentatio facta capitulo beneficium.glo.& ibi Frãc. in c.ſi capitulo.de conceſ.præben.in 6.ibi, abſque executoris inſinuatione.

Nam quando datur executor ad prouidendum,ſtante recuſatione, vel negligentia collatoris,vt in hoc regno, & tunc non requiritur præſentatio facienda executori:nam ſola præſentatio ordinario facta,afficit.c.ſi capitulo. de conceſsio. præben. nec executor debet fulminare proceſſum,vel aliquid agere,niſi caſus requirat,id eſt,data negligentia, ſeu recuſatione ordinarij.Do.conſil. 24.in cauſa. col.2. ſecus ſi ſimpliciter eſſet datus ad prouidendum. c.1. & c.executor.de conceſsio.præbend.

Vel intellige concluſionem quando in vna eſſet clauſula motu proprio.Soc. conſil.67.eadem die.colum. pen. in 3.vol. per ea quæ dicit Io.And.in d.c.duobus.

Idem ſi haberet clauſulam anteferri, vel aliam.de Selua.vbi ſuprà.quæſtio. 35. vbi limitat plenè.

Item forma tradita debet impleri,ſed d.cap. duobus.loquitur de capitulo,cui dirigitur mãdatum,ergo non habebit locum in executore, de quo Decretalis non loquitur.l. ſi verò.§. de viro.ff.ſolu.matr.& probat tex.ibi, licet priuſquam alius, & ad quos ſpectat canonicorum receptio,& collatio prẹbendarum,ſuas prẹſentauerit literas, non dicit executori, ergo &c.& licet poſtea in verſi. ſi verò ſimpliciter loquatur,tamen intelligi debet ſecundum prẹcedentia.l.hæredes.§.ſed ſi notam.ff.de teſta.

Item hi ad quos ſpectat collatio, & canonicorum receptio,debent eligere, ergo non executor, & ita conſuluit Ancha. conſil. 55. vltra prædicta,dicens verba dicti c.duobus.non poſſe adaptari ad executores, ergo nec prouiſio, poſtquam verba deficiunt.c.indemnitatibus.§. ſupradicta.de elect.in 6.l.ita autem.ff. de admi. tuto.& diſpoſitio continuatiuè in diuerſis caſibus loquens,intelligitur vniformiter diſponere in rebus & perſonis etiam diſparibus.l.iam hoc iure.ff.de vulga.

Nec



Nec refragatur quod executor ad prouidendum dicitur collator,vt dicit Rota, tamen non eſt regularis & ordinarius collator, literæ ergo ad beneficia, quæ ſunt ſtricti iuris, non debent ad alias perſonas extendi,quàm ius ſtatuit.c.quamuis.de præben.in 6.l.quicquid.ff.de verb.oblig.l.ſi quis.§.ſi quis.de teſta.tutel.

Nec obeſt d.c.duobus.dum dicit,ſimili,nam non requirit omnimodam ſimilitudinem, vt apparet in tex.de canonico & non canonico, & tamen illa diſsimilitudo non vitiat. Oldra. conſil.193.an litera.Alex.de Antilla in cap. tibi qui.de reſcript.in 6.

Nec obſtat c.duobus.vbi is qui primò præſentauit,eſt præferendus,intellige quando prẹſentauit ei cui debebat, ſicut liberatur qui ſoluit ei cui debebat, & non liberatur qui non ſoluit ei.l.cùm maritum.& l.ſequen. inuito.C. de ſolutio.

Nec obſtat regula,is qui prior, quia loquitur quando quis eſt prior tempore,ſecus quando eſſet prior præſentatione,vt hîc,vel quando præſentatio eſſet facta cui debet, alioqui non præfertur primò præſentans.

Nec obſtat l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutel. & l.cũ hic ſtatus.§.ſi ambo.ibi,non videtur autẽ prior deceſsiſſe, cùm ſimul deceſſerit, de donat.inter vir.& vxo.l. ſi fuerit. de reb. dub. vbi quando non apparet prioritas,nullus debet admitti.Reſpon.hoc de rigore iuris,veruntamen quia conſtat Papam ſaltem vni gratiam facere voluiſſe, ſtatuit illum qui prius præſentat, admittendum tanquam priorem, ſicut in diſſolutione perplexæ obligationis is ſolum admittitur ad agendum,qui prius eſt litem conteſtatus altero excluſo.l.ſi Titius. ff.de verbo.oblig. Oldra.conſil.143. thema.ſic concluditur. alius impetrans.l.nunquam.ff.de acq.rer.do.& patet in fine d.c.duobus.niſi in hoc Regno Francię, in quo ſi eccleſia haberet quinquaginta collationes beneficiorum, ſecundus adhuc admitteretur, vt patet in concord. rub. de manda. apoſtol.

Nec procedit quando Papa contulit idem beneficium duobus ſub eadem data,nec apparet cuius ſupplicatio prius fuit ſignata, quia hoc caſu Papa eſt conſulendus, & procedendum eſt prout dixit.Ioan.Andr.in c.ſi à ſede.de præben.in 6.in nouel. Panorm. in c.2. de offic. deleg.Fel.in c.capitulum.rub.de reſcript. Ioan. de Selua in tracta.de benefi.in tertia parte.q.15. ſed hoc c.duobus.loquitur vbi agitur de prouiſione facienda,non de facta,quia in facienda poteſt vtraque gratia valere, per gratificationem eorũ quibus ſcribitur, ſecus in facta, quia neutra valet, vel pendet à definitione concedentis,ſecundum eos, per l.duo ſunt. ff. de teſta.tutel.

40 *Præſentari debet tam mandatum quàm literæ executoriales.*

41 *Sufficit etiam ſolum mandatũ præſentari.*

Intellige quando in literis mandati non eſt facta mentio de executorialibus.glo. in ver. illorum.c. ſi capitulo.de conceſsio. præben.in 6. & ibi doct. vbi ſi patet de intentione ſummi pontificis per ipſum mandatum, vtpote quia in eo dicitur noueritis nos mandaſſe, vt vobis negligentibus vel recuſantibus mandatum noſtrum exequi,non poſtponat, in hoc caſu ſufficeret ſolum mandatum præſentari,ſed quando in mandato non ſit mentio literarum executorialium,vt in hoc regno, opus eſt & literas executoriales collatori præſentare.

Nec obſtat authen.ſi quis.C.de edend.quia Papæ creditur, etiam ſi illæ literæ de quibus mentio habetur, non producantur.clem. 1. de probatio.c.ſi Papa.de priuileg.in 6.

42 *In mandatis tempus datæ non attenditur.*

43 *Sed inſpici vulgò traditur.*

Intellige quando primus fuit negligens. c. tibi qui.de reſcript.in 6. vel quando erat ſurreptio, vel quando erat in ſecundo clauſula, anteferri.c.pen. de præben. in 6.glo.in c.ſi ſoli. de conceſsio. præb. in 6. vel quando primum erat conditionale.cap.ſi pro te.de reſcript.in 6. vel ſi fuerit clauſula, quod duxerit acceptandum.c.1.de conceſſ.præben.in 6. Rota deciſio. 37. in antiq. & quando eſt conſuetudo quòd antiquior optet.c.ſi.de conſuet.in 6. vel quando vacat in curia.c.2. de præben. in 6. glo.in c. quia ſæpe.de præben.in 6.

Nec obſtat c.eam te.ibi, ſi datam literarum diligentius attendiſſes, nam ibi non præcipit datam inſpici,nam conditio nil ponit.

Nec refragatur cap. conſtitutus. de reſcript. quia ibi attenditur tempus datæ,eo, quòd non expreſsit quod debebat,& ſic numerum canonicorum, igitur reſcriptum erat ſurreptitium.

Nec obeſt c.ſi eo tẽpore. quia ibi erat etiam ſurreptio,vt proximè dixi.

Minus facit c.eum cui.de præben.in 6. quia ibi hoc eſt propter canonicatum collatum, quia ius propter illius collationem eſt acquiſitum.c. duobus.de reſcript.c.ſi clericus.de prẹben.in 6.

Nec obeſt c.duobus. de reſcript. in 6. ibi, ſi non appareat quis primò impetrauerit, quia non debet ſumi arg.à contrario ſenſu,quia contra iura eſſet,ac reſultaret correctio iurium.glo. in c.cupientes.§.quod ſi per 20. de electio.in 6.

Nec attenditur tempus receptionis, ſed is qui authoritate apoſtolica etiam vltimo loco eſt receptus, omnibus aliis etiam antea receptis venit præferendus.c.eum cui.& c.ij qui.de præbend.in 6.

44 *Laicos beneficiorum eſſe capaces, iuris non eſt ambigui.*

45 *Imò beneficia clerici habere non poſſunt.*

Vide in tract.de nomina. q.20. circa finem. Intellige, quòd clericus non poteſt habere beneficium,quia non poteſt gerere officium,rub. de vaſſa.mil.qui arma bel.depoſ.& hoc intellige in feudo.Alex.conſil.92.in 6.volum. Curti. conſi.62.& ſeq.deciſio.Neapo.320.Benedict.in ver.& vxorem.num. 522. aliàs eſt in 3. deciſio. num.1. & ſeq. de teſta. probatur in cap.vno.an

mutus

mutus vel aliàs imperfectus, ibi, quia ipſum ſeruire non valet, retinere non poteſt, in clerico probat Iacobi. in tracta. de feud. in ver. & quibuſcunque. col.2.& Curti. in d.tracta. tertia parte. q.10. ſecundæ particulæ. Chaſſa. in conſuet. Burg. in rub. *des fiefz*. §.5. in gl. *excepté* &c. Et ſic illorum beneficiorum ſunt capaces laici, & ita intelligi debet concluſio, etiam ruſtico hoc beneficium datur. §. ex eadem. de lege Corrad. imo ſtatim atque efficitur clericus, feudum & beneficium amittit. §. qui clericus. ſi de feud. defunct. conten. ſit inter do.& agna. vaſſal. cap. 1. de benefi. fœmi. & qui dicuntur clerici. in c. cleros. 21. diſt. vel intellige ſi ſic nominetur clericus, ob hoc non poteſt habere tonſuram.

Item clericus vxoratus non poteſt habere beneficium eccleſiaſticum, quia non bene conueniunt pſalterium cum cythara. c. diuerſis. de cler. coniugat.

Licet aliquando beneficium eccleſiaſticum poſsit habere laicus. §. item ſi clericus. de capitul. Corra. ibi, & eccleſiaſticum beneficium, vel honorem ad regem pertineat, poſt mortem verò eius ad ſucceſſorem reuertetur.

Item poteſt laicus habere præbendam conſiſtentem in mera temporalitate, non quando eſt annexa canoniæ. glo. Panor. & alij in c. cum tu. in verb. receperunt. de conſtitutio. Panor. in c. maioribus. de præben. Ioan. de Selua. in tract. de benefi. in 7. q. primæ partis, & quoddam eſt beneficium ſpirituale, quoddam temporale. c. felicis. verſi. ſi qua verò. de pœnis in 6.

Nec obſtat c. cum adeo. de reſcript. ibi, imo nec clericus diceretur in eis, quia loquitur in impetrante beneficium, qui non erat clericus, ideo impetratio non valet, at tum ibi non dicitur quod ad hoc vt poſsit habere beneficium, requiratur vt ſit clericus.

Idem reſpõdeo ad c. ex literis. de tranſactio. ibi, ſe mentiens clericum, cum nondum eſſet in clericum tonſuratus, ſuper eadem eccleſia tacito de tranſactione noſtras literas impetrauit, vbi etiam ratione obreptionis non valet impetratio, ſed non ſimpliciter ex eo quod non fuiſſet clericus.

Minus obſtat c. 2. de iuſtitu. quia ibi loquitur, quòd non poteſt eſſe canonicus, quia eſt ius ſpirituale. c. dilecto. de præben. ſed non negat. de alio beneficio, ibi, cum laici non debeãt in canonicorum numero computari.

Nec refragatur, ſi dicatur laicos eſſe iurium ſpiritualium incapaces. cap. cauſam. de præſcriptio. Intellige niſi ex priuilegio vt ſupra dictum extitit, vel intellige de his quæ conſiſtunt in mera temporalitate, vt in d. c. cum in. de conſti. & de his hactenus Deo gratias agens.

DEmoſthenem Græcorum illum oratorum facilè principem apud Philippum Macedonum regem orationem habiturum obmutuiſſe legimus, ampliſsimi viri, quod Ciceroni cùm pro Milone orare cuperet, Theophraſtoque dum ad Alexandrum regem belliſsimè loqui vellet contigit. Sic & Lucius Craſſus tædio & mœrore affectus, cùm apud Quintum maximum iniuriarum cauſam aduerſus Cneum Carbonem ageret, proprij oblitus, velut caput ſine lingua remanſit. Verumenimuero ſi ſummi philoſophi & Oratores acerrima quaſi angina laborantes, in priuatis, & de re propemodum iocoſa diſcernẽtes tremore vel tædio affecti elingues remanſerunt: quis igitur tam facundus in tot & tantorum virorum conſpectu auſu temerario de re tam ſeria quam tractare decreui, vnum quidem verbum exprimere non vereretur? niſi impudens forte Leontina Gorgiæ audacia munitus eſſet, tum ob præſentis negocij grauitatem, tum propter Senatorum præſentiam, quorum auctoritate ductuque reipubl. Galliæ tam proſperè hactenus ſucceſsit, vt non minus eis deberi videatur, quàm illis qui Capitolium olim ab inimicis aggreſſum defenderunt, per quos factum eſt vt non modo tota vrbs non amitteretur, verùm etiam vt tota reſtitui poſſet. Itaque per Senatorum iſtorum prudentiam reſpublica Galliæ non ſolùm ab inſidiis inimicorum incolumis & inoffenſa remanſit, verùm quaſi exhauſtam dignitatem, nobilitatem & amplitudinem recuperauit. Horum igitur humanitatibus confiſus, quorum iuſſu ac præcepto hanc Subſtitutionum materiã omnibus pertremendam (& ſi meis viribus imparem) aſſumere propoſui, veteres nedum iurium profeſſores, qui velut apes quædam in longinqua etiam paſcua volitantes, dulciſsima mella, ceraſque miro artificio conſtruunt, imitatus, verùm recentiores formicis ſimillimos, quæ ex proximo ſublata furto grana in latibulis ſuis abdunt, ſenſus nouos & alios per longa pabula recolligens recenſebo, & formicarum more aliorum dicta non abſcondere, ſed in medium proferre decreui, Dei Opt. Max. fretus auxilio, veſtróque fauore.

***

REPETI



# *REPETITIO D. PETRI REBVFFI MONTISPESSVLANENSIS, IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS & Comitis ſuper cap. Raynutius. de teſta. quam Pariſiis habuit in menſe Auguſto, anno 1534. quo tempore munus profitendi iura ſuſcipere in ſtudio iuris Pontificij inibi à Senatu coactus fuit: ſuſtinens concluſiones hîc poſitas toto vno die, & alias concluſiones ſuper alia materia, prout ei iniunctum erat alio die.*

1 *NOuus & verbis tex. congruens hactenus non cogitatus ad hoc c. Raynutius. dabitur intellectus.*

Primò præmitto quòd quando teſtator diſponit inter illos quibus ineſt ordo charitatis, ac neceſſariæ vocationis, tũc cenſentur vocati tam in inſtitutione, quàm ſubſtitutione ordine ſucceſsiuo. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthu. l. cum in teſtamento. de hæred. inſti.

Ratio eſt, quia ordo qui ſeruatur in ſucceſſionibus ab inteſtato debet ſeruari in ſucceſsionibus ex teſtamento. l. lege obuenire. ff. de verb. ſignifi. Sed ab inteſtato ſeruatur ordo ſuccedẽdi, vt primò vocetur filius, quàm nepos. authen. in ſucceſsione. C. de ſuis & legit. hæred. & in authen. de hæred. ab inteſta. venient. colla. 9. per totum, & de iure prætorio eo ordine vocantur liberi ad ſucceſsionem ſicut de iure ciuili. l. 1. §. vocantur. ff. de bono. poſſeſſ. contra tab.

Secundò, quia pater plus cenſetur diligere filium ſuum quàm nepotem: & ſic prius videtur eum vocare ſecundum ordinem dilectionis. l. cum pater. §. penult. ff. de lega. 2. l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit.

Tertiò, quando pluribus relinquitur res, & non apparet cui primò, præſumitur relicta ſecundum ordinem *ſcripturæ*. l. qui *ſoluendo*. ff. de hæred. inſt. l. peto. §. fratre. ibi, vt proximus quiſque primo loco videatur inuitatus. ff. de legat. 2.

Quartò quis videtur facere ſicut neceſſe habet. l. ſi ſtipulatus. circa medium. ff. de vſur. ibi, quia non eſt veriſimile plus venditorem promiſiſſe, quàm iudicio empti præſtare compelleretur, ſed neceſſe habet pater primo filium inſtituere quàm nepotem. dict. §. quidam. & l. inter cætera. illo. tit. de libe. & poſthu. Ergo id videtur facere.

Item vbicunq; fit nominatio plurium perſonarum ſub nomine collectiuo, inter quos cadit ordo charitatis, & ſunt in diuerſis gradibus, tunc veniunt ordine ſucceſsiuo: vtpote ſi dicat quis, ſubſtituo Titium & ſuos liberos, vel familiam, poſteritatem, ſobolem, vt in text. hæc regula probatur in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. ff. de lega. 2. per omnes Docto. dict. §. quidam rectè, & quando data eſt poteſtas legitimandi Titio & poſteritati, debet intelligi ordine ſucceſsiuo. Curti. conſil. 74. ſuper memorata. in fine primæ quæſtio. l. fin. ibi, & hoc videlicet gradatim fieri. C. de verb. ſignific.

Attamen hîc apparet contrarium. nam Alterocha & ſoboles ſimul ſuccedunt, & idem in c. Raynaldus dicitur. Iaſ. & alij dicunt hoc ideo eſſe, quia erat contentio de diuiſione hæreditatis, & ſuper quibuſdam detractionibus. Sed nulla erat cõtentio inter matrem Alterocham & filium, nec petitio, igitur cum de hoc non ageretur, fatuus fuiſſet iudex iudicare vltra petita. l. fina. C. de fideicom. liber. hoc tamen non videtur verum, quia ſummus Pontifex approbauit ſententiam latam, quam non confirmaſſet ſi rectè non fuiſſet lata.

Item dicitur in text. quòd Alterocha & eius filius petierunt hæreditatem, ergo petebant vt decet, videlicet vt vni poſt alium daretur ſi fieri debebat.

Item hæreditas fuit adiudicata ambobus. Soci. in d. §. quidam. alio modo intelligit dicẽs hoc eſſe fundatum ſuper eo quod vocatus in primo loco, & filij ſimul petunt, cenſentur fateri contenta in eorum petitione. l. cum pretium. C. de libe. cauſa. Igitur fatentur ſe eſſe ſimul vocatos, poſtquam ſimul petunt. vnde contra præſumptam voluntatem habemus confeſsionem illius, de cuius præiudicio agitur, qui etiã conſentiit ſententiam ita ferri: & officium iudicis fuit voluntatem partiũ ſequi. l. 1. §. & poſt operis. ff. de ope. no. nunci. Ego verò dico, quòd ſi vtraque pars conſentiiſſet, non appellaſſet, & tamen in tex. patet quòd appellauit.

Item in tex. nullum verbũ quòd conſentiiſſent, imò in tex. condemnauit ad reſtitutionem faciẽdam Alterochæ & eius filio: & ſic ſecundũ ordinẽ ſuccedẽdi. Barb. in d. c. Raynutius. col. 21. & ſeq. dicit in d. c. venire ordine ſucceſsiuo, quia tex. nõ dicit quod ſimul fuerit adiudicata reſtitutio: ſed Alterocha & ſoboles petierũt eo, quia ſoboles habebat intereſſe, vt fieret reſtitutio.

Ideo ego intellectũ tot annis occultum ſic demõſtrabo, quòd ideo Alterocha ſuccedit vnà cum ſobole, quia hoc voluit teſtator, ibi dũ dicit, adiiciens vt Alterocha & ſoboles quã geſtabat in vtero, eidẽ impuberi ſuccederent, ſi ordine ſucceſsiuo venirent, non ſuccederent impuberi, ſed ſoboles matri Alterochæ, & longa eſt

differentia an ſuccedatur impuberi an alij.l.ſi is qui ex. bonis. ff. de vulga. vbi naturalis poteſt ſuccedere filio per ſubſtitutionem:ſed nõ patri naturali vltra quàm iure ſtatutum ſit.probatur inſt.de pupilla. in princi. l.qui plures.in princi. ibi,hæres eſto.ff.de vulga.

Item remittẽs bona paterna poteſt ea petere ſi frater ea habuit,& poſtea deceſsit: quia nunc ſunt fraterna.Bart. in l.ſtipulatio hoc modo.ff. de verb.oblig.c.quamuis.de pac.in 6.

Itẽ quando apparet de volũtate teſtatoris illa eſt ſequenda etiã non attento ordine ſuccedendi.l.cũ ita.§.in fideicõmiſſo.ff.de lega. 2.ibi,niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit:& primum obtinere debet voluntas teſtatoris. l.in cõditionibus.ff.de conditio.& demonſt.& non tantũ verba,ſed & mens teſtatoris tribuere ſolent ſuccedendi ordinem. l.generaliter.§.non tantum.ff.de fideicom.liber. facit l. fin.ibi, vnà cum filiis.C.de impube.vbi pater vnà cum filiis admittitur ad vnam partem propter voluntatem teſtatoris dicentis, vnà cum filiis.

Itẽ probatur ex illo relatiuo,quem geſtat in vtero.nam relatiuũ ſtat declaratiue,vt in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.& ſic volebat, quòd ille qui erat in vtero,non alij ſuccederent matri,vt poſt matrem hæreditatem haberent,ideo petierunt.

Nec obſtat quòd ſubſtitutus ſubſtituti cenſetur etiã ſubſtitutus primi inſtituti. l.ſi Titius. & ibi no.ff.de vulga.l.cohæredi.in prin. illo tit. hoc verũ quo ad ſucceſsionem, non tamen dicitur immediatè ſuccedere primo , vt nos hic diximus. quia teſtator oſtendit velle vt eidem impuberi ſuccedatur.

Nec obſtat l.ſi ita ſcriptum. §. qui filio.ff.de ſecund. tabul.vbi illa dictio, mihi,habetur ac ſi appoſita non fuiſſet.Reſpon.Quia ibi fuit ſubſtitutio pupillaris , per quã pupillo ſucceditur. §.1.inſt.de pupilla.ideo vtile per inutile non vitiatur, ſed hic dicit, eidem,quod poteſt eſſe,nec iuri repugnat.vt in d.tex. vide Iaſ.conſil.134.in fi.vol.1.Roma.conſi.480.& dicit conſi.642.

Nec refragatur l.fin.C.de hæred. inſti. quòd hæres hæredis cenſetur hæres primi teſtatoris. Iſtud eſt per fictionem, quæ non habet locũ in voluntate teſtatoris, quando veritas poteſt ſtare.vel eſt verum,niſi aliud ex coniectura teſtantis appareat,per text.ſingu.in l.in cauſæ.2.§.primo. ff. de minori. vbi teſtator grauauit filiam ſuam reſtituere fundum hæredi teſtatoris, ſi ſine liberis decederet. ſi hæres ante filiam moriatur,non tenetur filia hæredi hęredis reſtituere, quòd ſi fecerit, conditione indebiti iuuabitur. En ergo hæres hæredis non comprehenditur,quando voluntas teſtatoris apparet. Guido Pap.q.507.

Item nominatus nominate à me non dicitur à me nominatus.l.ſi.& ibi Plat.de peric. nomina.tit.10.C.

Nec obſtat, quòd plus videatur dilexiſſe filium , quàm nepotem : quia verum eſt, niſi de contraria voluntate appareat, ſed hic apparet de contraria voluntate, ergo illi ſtabo non obſtante præſumptione contraria. nam in certis non eſt locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita.ff.de verb.obliga.

## Ad Canonum & legum profeſſores.

2 *Noua definitio ſubſtitutionis dabitur, cæteris reprobatis.*

Subſtitutio eſt in locum perſonæ vel rerum, ſeu vtriuſq; ſuffectio vel poſitio, vel ſubmiſsio. l.quid ergo.§.carmẽ.ff.de vſufruct.tex.in l.proponebatur. ibi, quorum in locum alij ſuffecti eſſent. ff.de iudic.l.quamuis. ibi, in locum eorum.C.deimpub.c.1.de conceſsio.præben. text. melior in cap.alius.ibi, & Pipinum in eius locum ſubſtituit.15.q.6.

Item in portionẽ,probatur in l.iam hoc iure. circa finem, ibi,frater in portionem cohæredis ſubſtituatur. ff.de vulga. l.cum proponas. ibi, in locum eius ſecundum hæredem inſtituo.C. de hæred.inſtitu.

Nec obſtat l.1.§.ſi proponatur.ff.ſi quis omiſ. cauſa teſta.vbi ſibi ipſi poteſt ſubſtitui.Sed dico quod eſt verũ,quando eſt inſtitutus primo ſub conditione,poteſt ſubſtitui purè:quia fungitur vice duorum,videlicet & inſtituti ſub cõditione,& purè.facit l.ſi conſul.ff.de adopt.hoc tenet Curti.in rub. C. de impube.col.2. vehementer admiror cur ſic tex.intellexerit,cum ille text.nõ loquatur de inſtituto ſub cõditione.Ideo debet intelligi ſimpliciter vt loquitur.Et ſi dicatur nõ proficit quãdo vnus eſt inſtitutus & ſibi ſubſtitutus.l.ſed ſi plures.§.ſi.ff.de vulga.fateor quòd ille text.non dicit quin poſsit fieri, & ſi nullius ſit momenti non proficiat.l.fina.§.1.ff.de vulga. & vnus poſsit ſibiipſi ſubſtitui, tradit text. in l. fin.§.1.ff.de vulga.Nec valet ratio Curtij,quod ideo poteſt ſubſtitui:quia perſona fungitur vice duorũ:quia hoc nõ eſt verũ. Nã ſi inſtituerem filium meum hęredẽ,& ſi non eſſet hæres,eundem filium meum ſubſtituerem,tunc filius vicem duorũ ſuſtinet:tamẽ non valet ſubſtitutio. Ideo vera vt reor eſt ratio,quia nemo ſine cauſæ mutatione poteſt ſubſtituere.d.l.ſi.id eſt ſine commodo quod eſt in ſubſtitutione ſimpliciter facta de inſtituto. dict.l.fin.§.1.

Item quando quis eſt ſibiipſi ſubſtitutus, eſt in perſonę locũ ſubſtitutus:ergo in hac diffinitione cõprehenditur.ex quo patet Curtij diffinitionem in genere, vt dicit in rub. C.de impuber.col.2.nõ procedere dũ diffinit in genere ſic,ſubſtitutio eſt in alterius locum repoſitio.

3 *Tres tantum ſubſtitutiones eſſe ſuſtinebimus.*

Prima eſt perſonarum, quando vna ſubſtituitur in locum alterius,vt in l.pen.ff.iudic.ſol. ibi , in locum eius,& d.l.proponebatur. ibi, inque eorum locum alios eſſe ſumptos.ff. de iudic.c.alius.ibi, patrem in eius locum ſubſtituit. 15.quæſt.6.c.paſtoralis. ibi , alius ei ſubſtitutus fuerit.7.q.2.c.longinquitate.17.quæſt.2. l.fin.ff. quod cum eo.& probatur in ordinat.regiis,rubric. *des preſidens*, artic.30.& ſequen. l.mortuo. de iudic.



de iudic.c.1.de conceſsio.præben.§.& plures in in vnius locum poſſunt ſubſtitui , vel vnus in plurium,vel ſinguli in ſingulorum,vel inuicem ipſi qui hæredes inſtituti ſunt. Inſtit. de legat. l.1.C.de teſta.militar.

Alia eſt ſubſtitutio rerum , quando mortuo grege vel animali aliud ſubſtituitur in locum illius.l.in fraudem.§.conductor.ff.de iure fiſci.l. arbores.ff.de vſufruct.

Tertia eſt rerum & perſonarum, vt quando perſona ſubſtituitur in locum alterius morientis ſine liberis , vel aliàs , de qua loquitur hæc Decretal. & totus titulus ff. de vulga. & C. de impube.& tex.in l.fin.ibi,in locum partẽmque Plotij.de hęred.inſti.& l.quamuis.C.de impub. ibi, in locum eorum. c.2.ibi, in cuius locum & beneficium.de conceſsio. præb.& c.ad hæc.ibi, in perſonatum illius ſubſtituitur.de offi.vica.

Vel quando quis ſubſtituitur in locum alterius inter viuos , vt ſi quis poſuerit aliquem in locum ſuũ.de quo eſt tex.in l.qui quadraginta. ff.ad Trebel. vbi ſi per notarium ſint appoſita in inſtitutione iſta verba, poſuit eundem in locum ſuum:is poſitus in locum cenſetur in rem ſuam procurator conſtitutus , & in eum tranſeunt actiones viriles. Angel.in §.præterea.in 2. col.24.inſt.de except. Alex. in l.in prouinciali. §.ſi ego.nu.7.ff.de oper.no.nuntiat.

Et ſic infertur quod ſubſtitutiones etiam in Gallia quotidie fiunt.

Intelligendum eſt in contractibus maximè in dotalibus inſtrumentis,vt poſſunt fieri etiam in legatis & donationibus. l.vt hæredibus.ff.de lega. 2. l.vna. §.ſinautem ſub conditione. C.de caduc.tollend.

Item fiunt in Gallia in locis vbi non ſunt prohibitæ ex conſuetudine : vt in multis locis. quia quod non mutatur, cur ſtare prohibetur? l.præcipimus.C.de appel.

5 *Subſtitutum non eſſe ſaiſitum, vt verbis practicantium vtar, iuris eſt.*

6 *Sed nos alio iure vti in forenſi iudicio defendemus.*

Item quod non omnis ſubſtitutio ſaiſit ſubſtitutum. nam proconſul antequam ingreſſus fuerit prouinciam ſibi decretam,non habet iuriſdictionem , nec eam mandare poteſt : & ſic non eſt ſaiſitus antequam ingrediatur. l.obſeruare.in fin.ff.de offi.proconſul.ideo ſi intelligas concluſionẽ de ſubſtitutione perſonarũ,verum dices,ſcilicet ſubſtitutum non eſſe ſaiſitum,ſed alio iure vtimur quo ad ſubſtitutum rerum & perſonarum,licet de iure non transferatur poſſeſsio in hęredẽ.l.cùm hæredes.ff.de acq.poſſeſ. tamen ex conſuetudine ſic.c.2.de conſue. & in caſibus à iure expreſsis. l.raptores.C.de epiſcopis & cler.& in aliis ſimilibus.tamen hodie omnes ſubſtituti ex teſtamento,ſi adita ſit hæreditas ſunt ſaiſiti etiam ſi per fideicom. ſit ſubſtitutus.Bened.in ver. mortuo. in 2.num.72.cum ſeq.de teſta.in hoc c.Raynutius.quamuis ſi ſtatuto caueatur, quòd poſſeſsio defuncti continuetur in hæredem , non comprehendatur fideicommiſſarius. Alex.conſi.51.perſpectis.vol.1. Curti.in rub. C.de impuber.col.pen. Bertrand. conſi.96.volum.1.vide Boer.quæſt.156.in deciſ. Burdegalenſ.

Et quòd non ſit ſaiſitus de iure filius pater, quia intentat remedium adipiſcendę poſſeſsionis.l.ſi.C.de edic.D.Adria.tollend.

Item licet per ſimplicem collationem ius transferatur beneficij in eum cui eſt collatum, non tamen poſſeſsio.Panor.in cap.ex literis.de conſuet.& c.authoritate.de inſti.c.ſi tibi abſenti.& c.licet.in 2.de præben.in 6.

Tamen in forenſi iudicio nos alio iure vtimur:quia ex cõſuetudine generali regni Franciæ mortuus ſaiſit viuum.Io.Fab.in §.ſui.inſtit. de hæred. qual.§.1. de interdic. probatur , quia poſſeſsio defuncti quaſi coniunctim deſcendit ad hæredẽ.l.cum miles.in prin.ex quibus cauſ. maio.vnde dicit Bal.in authen.defuncto. C.ad Tertul.quòd poſſeſsio bonorum feudalium ad ſuũ hæredem tranſmittitur:quia filius viuo patre intelligitur vaſſallus & ſaiſitus de illo feudo ſiue alia inueſtitura.no. Bal. in c.1. de feud.reg. licet contrariũ tenuerit Bal. in c.vno.an mutus vel aliàs imperfectus.quem ſequitur Iaſo. in l.ſi ſorori.in ſi.C. de iure delibe. Ego ſic conciliarem, vt filius cenſeatur eſſe ſaiſitus contra omnes extraneos, ſed contra dominum non , nec in domini præiudicium, donec fuerit per eum inueſtitus : imò cum per mortem vaſſalli cenſeatur dominiũ vtile conſolidatum cum proprietate & directo dominio dominus poterit feudum ad manum ſuam capere ante inueſtituram, & ſaiſire dictos fructus,quos faciet ſuos ante inueſtituram petitam:nec poſſet vaſſallus remedium poſſeſſorium contra dominum intentare antequam ſit inueſtitus , cum non ſit poſſeſſor. Idem in emphyteuta. Bald.in §.ſi facta.ſi de feudo defuncti contentio ſit.Fab.in §. præiudiciales. col.7.inſti.de actio. D.Boer.in §. 13.de conſue. feud.in conſue.ſuis. vel etiam poteſt intelligi in ſucceſſore ſingulari , qui non eſt ſaiſitus ante adeptam poſſeſsionem:ſecus in vniuerſali. Maſuer. in pract.ſua titul. de feud.§. item ſucceſſor ſingularis.cum ſeq.& in titul.de poſſeſſo.§.item hæres.

Item ſaiſitus eſt hæres ſi ſit habilis ad ſuccedendũ,aliàs nõ.l.ſi qua pœna.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.Bal.in c.item cùm quis.de reſtit. ſpol.& in rubr.de cauſa poſſe.quia beneficia legum capacibus ſcripta ſunt,non odioſis, & incapacibus.l.Lucius.in 2. §. Lucius Titius.ff.de legatis 2. nam filia, quæ bonis patris renunciauit,nõ eſt ſaiſita.Bened.hic,in ver.duas habens.

Notandum eſt , quòd licet per actus fictos quæratur poſſeſsio,tamen illa dicitur vera poſſeſsio.l.certè.§.1.ibi, ego propriè precario habere dicor.ff.de preca.l.1.§.ſi iuſſerim.& l.quarundam.& l.quod meo.§.ſi venditorem. ff.de acq. poſſeſ.l.ſi pecuniam.de ſolutio.Barbat.conſil.8. ſapienter. colum. 15. in 1. volumine. Bartol. & alij in l. ſingularia. columna penultima. ff. ſi certum petatur. Alexand. conſilio 37.in cauſa.

in 1.volum. Vtilitas eſt,quia poſſeſsio ficta non parit interdictum recuperandæ. Alex.& alij in l.ſi ſorori.C.de iure deliberan.Bald.in auth.defuncto.C.ad Tertul. Itē ficta nō prodeſt ad inchoandā præſcriptionem,vera ſic.glo.in reb.ſiue poſſeſsione.de reg.in 6.Fel.in c.illud.col.pe.

Ad Iuris Pontifi.ciuiliſque profeſſores.

7 *Ex quo infertur ſubſtitutionem directam & fideicom.nil vel parum differre.*

Intelligo poſtquam & directè & per fideicom.ſubſtitutus eſt ſaiſitus: ergo non eſt differentia.Idem in ſubſtitutione perſonarum.

Vel intellige in ſubſtitutione perſonarum, quando vnus ſubſtituitur in locū alterius, non eſt differentia quibuſcunq; verbis ſubſtituatur, ſiue directis, ſiue obliquis,& idē in ſubſtitutione rerū,quādo apparet de voluntate teſtatoris, vt dico infrà conclu.70. & contra hanc concluſionem validiſsimis argumentis pugnauit egregius doctor D.Aemilius Perotus.

8 *Subſtitutiones omni tempore fieri ius ac regis ordinationes prohibent.*

Intelligere debemus,quòd ius canonicū prohibet ſubſtitutiones in locum fieri viuorum.c. qui in viuorum.de conceſ.præb. & in ordinat. regis Carol.7.art.85. & regula.cancel.20. vbi ſi quis impetrauerit beneficium viuētis,& poſtea illo mortuo iterum de nouo impetret,nō valet prima:quia non vacabat,nec ſecunda,quia non expreſsit primam impetrationem. Panor.in d. c.1. Et ſi in hac patria conſuetudinaria non ſeruetur.quiſque enim & beneficium viuentis, & officium impetrat,& non punitur.

Veniendo ergo ad ſubſtitutiones teſtamentarias, dico quòd ſubſtitutio teſtamentaria eſt duplex:quędam directa,alia obliqua:directa eſt quando directè capit bona, & non per manus alterius. l.cum hæredes.ff.de acq.poſſeſ. l.fundi trebatiani.ff.de vſufruct. lega.glo.in l.inter omnes.ff.qui ſatiſdar. Obliqua eſt,quando per alterius manus capit.l.eam quam.C.de fideicom. & directa eſt quintuplex,vulgaris,pupillaris,reciproca,exemplaris & compendioſa.gloſſ.in §. qua ratione.inſt.de pupilla.& gl.in hoc c. Raynutius.declarabo terminos in præfationibus,& poſtea in glo.tractabo materiam ample.

Item ordinationes regiæ Carol.7.ar.85. hoc prohibent:prohibetur etiā petitio bonorū confiſcatorum antequam ſit facta declaratio,ibidē. & rub.C.de petiti. bono.ſubla.lib.10.

Item ſubſtitutio teſtamentaria ſic diffinitur, Subſtitutio eſt in locum perſonæ & rerum in vlt.voluntate facta repoſitio.

De Vulgari ſubſtitutione.

9 *Noua definitio ad vulgarem ſubſtitutionem dabitur.*

Vulgaris eſt ſubrogatio in locum prioris inſtitutionis non ſortientis effectum facta, vel eſt in locū perſonæ & bonorum ſubrogatio, per l. fin. C.de hæred.inſtit.ibi, in locum partémque Plotij &c. & quòd ſi ſortiretur effectū, expiraret vulgaris, per l.poſt aditam. C. de impuber. ideo dixi,nō ſortientis effectū:ſic dixi in repet. l.vnicæ. in gloſſ.1. in diffinitione intereſſe conuenti.C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt. vbi dixi intereſſe conuentum eſſe pecuniam conuentione partium promiſſam in defectum primæ conuentionis non completæ.

Ad Artium magiſtros.

10 *Noua ratio quare vulgaris dicatur vltra Bar.& alios Docto.deprometur.*

Et dicitur vulgaris à vulgo:quia ea maximè vulgus vtitur.

Secundò dicitur vulgaris,id eſt trita, & facilis.nam nonnunquam tot ſubſtitutiones comprehendit, quot aliæ,videlicet compendioſa & breuiloqua.Nam dicimus id eſſe vulgare,id eſt tritum & facile.Et ſic intelligitur l.cum vulgari. ff.de dote prælega. l.vulgaris. de furt.vel vile.l. legitimos. ff.de legi.tuto. ibi, ſi autem patroni perſona vulgaris,vel minus honeſta ſit.

Tertiò vulgaris, conſueta. Quintilia. ſimul ne vulgarem viam ingreſſus alienis demum veſtigiis inſiſtere.l.nam cum deficiant vulgaria & vſitata.ff.de præſcrip.verb.

Quartò vulgaris, quia prius vulgata fuit, id eſt publicata, ſumendo arg. ab ordine literæ, quod eſt validum.c.mandato.de præb.in 6.l.2. in fi.ff.de vulga.nam prius tractatur de vulgari quā de aliis.in l.1.ff.de vulga.& probatur Geneſ. 1.c.In principio creauit Deus cęlum & terram: ergo cælum prius probatur in rub. de iure natur.gentium & ciuil.in inſtit.

Item fuit à lege 12.tabularū inuenta. l.verbis legis.ff.de verb.ſig. fideicōmiſſoria tempore D. Auguſt.§.1.inſt.de fideicom. hæred.& pondero l.iam hoc iure.ibi,quod ius ad tertium quoque genus ſubſtitutionis tractum eſſe videtur. Ecce ergo primò vulgaris, ſecundò pupillaris.3.reciproca fuerunt vulgatæ.facit l.precibus. ibi,vtrū ne in primum caſum, an in ſecundū, &c.C.de impube. Et ſic dicta fuit vulgaris, quaſi prius vulgata. de hoc eſt text.ad literam in l.1.§.1.ibi, quæſtio vulgata. ff. pro dote.l.meminerint.ibi, vulgato.C.vnde vi.nec puto differre vulgarem & vulgatam: ideo voluerunt appellare vulgarem.hoc probatur d.l.1.& l.vulgaris.ff.de furt.

Ex hoc infertur Bal.perperam ſenſiſſe in d.l. precibus.in 3.no. vbi concludit, illū in primum caſum prouidere,quādo prouidet in euentum, qui reſpicit non eſſe,ſed qui prouidet in caſum reſpicientem eſſe, quod poſtea defuit, dicitur prouidere in ſecundum caſum, & ita intelligit illum text.in d.l.precibus. ſed vulgaris reſpicit non eſſe, pupillaris eſſe, ergo &c. intellige tamen,vt ſuprà dixi: alioqui compendioſa, militaris, ac fideicommiſ. dicerentur in ſecundum caſum, quia requirunt eſſe.text. in l. Lucius. in princ.ff.de vulga.

Ad Vaſcones.

11 *Vaſcones Bulgarē non perperā appellitant.*

Nam Bulgaris à bulga dicitur,quæ bulga eſt folliculus ſiue burſa ad brachium pendens gerendæ



rendæ pecuniæ gratia. ſic qui nouit bulgarem ſubſtitutionem poteſt deferre bulgam ad recipiendum pretium, & deferendum:quia bulgaris parit pecuniam tantam, vt ſemper & omni tempore geſtare debeamus bulgam, & illam replet. nam referunt Docto.in rub.ff.de vulga. Bal. lucratum fuiſſe quindecim millia ducatorum & vltra, & dicunt præterea quod eſt valde vtilis ad burſas aduocatorum replendas. quare Vaſcones bulgarem quaſi lucroſam, & bulga dignam appellauere, vulgaris tamen communius dicitur.

12 *Subſtitutio de primogenito ad ſecundogenitum an extendatur,dicetur.*

Vide Aegid. de Bella mera.conſi.33. quod ſi ad perſonas.

13 *Vulgarem ſubſtitutionem ad vnum caſum factam extendi ad alium,frequentius receptum eſt.*

Facit quod prouiſio teſtatoris facta in vno caſu porrigitur adalium, quādo veriſimile eſt quòd teſtator de illo prouidiſſet, ſi de eodem interrogatus fuiſſet, vel de eo cogitaſſet. l.Titius.§.Lucius.ff.de liber.& poſth.vbi Bar.& alij. & facit l.tale pactum.§.fi.de pact.& ibi glo. l.fi. C.de inſti. & l.fin.de poſthu.hæred. inſt.l.cùm proponas.de hæred.inſtit. ſeptem ſimilia tradit Iaſ.in d.l.1.col.4.& quia in ſubſtitutionibus pleniſsima interpretatio debet fieri. l.Gallus. §. & quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu.

Non obeſt, quòd conditio debet impleri in forma ſpecifica. l.qui hæredi.ff.de condit.& demonſtra.Reſpon.ſufficit ſi impleatur per æquipollens:vtpote in ſubſtitutione vulgari, in qua riquiritur, quòd inſtitutus non ſit hæres. l.poſt aditam. C.de impub.Ergo ſi exprimatur vnus caſus per quem non ſit hæres,vt ſi noluerit, illa ſubſtitutio porrigitur ad alium caſum, ſcilicet ſi hæres eſſe nō potuerit, qui eſt ſimilis expreſſo & æquipollens: per ambos caſus inſtitutus non eſt hæres.Bald.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.col.3.ff.de libe.& poſthu.vel ibi fieret mutatio perſonæ, ſecundum Alex.dict.§.& quid ſi tantum.Bar.in l.1.col.vlt.ff.de conditio.inſtitu. per l.legatum. ff.de vſufruct.leg.Iaſo.conſi.203. col.4. vol.2. vel intellige in conditione voluntaria, ſecus in neceſſaria, in qua poteſt per æquipollens impleri.Bar.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthu.

Nec refragatur d.l. commodiſsimè. quia loquitur in inſtitutione filij, quæ eſt neceſſaria: alioqui teſtimonium eſt nullum.l.inter cætera. ff.de lib.& poſth. Ideo non cenſetur inſtitutus filius,niſi hoc expreſſè ſit dictum. ſed in ſubſtitutionibus tantum operatur tacitum ſicut expreſſum,cum ſint fauorabiliores.Bened.d.ver.ſi abſque.de vulga.nu.27.& doct.in d.§.& quid ſi tantum.nec refragatur l. ſi mater.C. de inoffic. teſta. quia ibi non potuit inſtituere morte præuenta:ideo lex ſupplet.ſecus alias.

Item non trahitur ad aliam perſonam etiam ſi idem ſtatuiſſet, ſi de ea fuiſſet interrogatus. gl.in d.l.Titius. vbi inſtitutio facta de filiis non extenditur ad eos vel eum quem ignorat ſe habere,licet inſtituiſſet ſi ſciuiſſet.l.3.C.de inoffic. teſta.item ſi teſtator dedit tutores filiis, non videtur dediſſe illi quem ignorat. l.ſi quis ita. §. pen.ff.de teſta.tutel.Iaſ.conſi.220.col.4.vol.2.

Itē quando teſtator expreſſe prouidit in alio caſu non extenditur.Iaſ.d.cōſi. 220.col.8.2.vol.

Minus obeſt l. pater Seuerinam. ff.de cond. & demonſt.quia non loquitur in ſubſtitutione, ſed in tranſlatione legati facta de vna perſona in aliam in pœnā illius, qui noluit parere conditioni. nam ibi filia noluit nubere:vnde ab ea legatum aufertur tum ratione pœnæ, quia in pœnalibus debet liquidiſsimè conſtare. l.in teſtamento.2.ff.de cōdit.& demonſt.tum quia in alio caſu non expreſſo non erat eadem ratio: quia non erat prohibitum:& ſic pœna non poterat peti in eo,in quo non fuerat cogitatum.

Item ſubſtitutio facta ad vnum tempus non extenditur ad aliud. l. ſi ita quis. ff. de vulga. quia non videtur in illum caſum ſubſtitutus.

Fallit etiam quando appareret de voluntate teſtatoris, vtpote ſi dixiſſet, ſi hæres eſſe noluerit, tunc & eo caſu talis ſit hæres:tunc non extendetur ad alium caſum.l.in ſubſtitutione filij. ff. de vulga. & in caſibus traditis per Iaſo. in l. cùm proponas.C.de hæred.inſti.

Secundò non extenditur ad alium caſum, quando eſt perſona magis dilecta ſucceſſura,vtpote mater.l.fi.C.dē inſtit.Bart.in l.ſi mater.§.1. ff.de vulga. quia vna maior præſumptio tollit aliam.l.Diuus.ff.de in integ.reſtit. & maior veriſimilitudo tollit minorem. Bal. in l.ſiue poſſidetis.C.de proba. vide caſus per Soci.in d.l.1. col.10.cum ſeq.de vulga.

Nec obeſt l.ſi cum dotem.in princip.ff.ſolu. mat. quia ibi præſumitur animus donandi in caſu omiſſo, niſi voluntas contraria appareat. l.ſi extraneus. ff.de condict. cauſa data. ibi, niſi fortè euidentiſsimis probationibus &c.

Ad iurium profeſſores.

14 *Vulgaris expreſſa non continet pupillarem.*

15 *Sed aliam continere certum eſt.*

Probatur in ſubſtitutione breuiloqua, ſeu compendioſa quæ continet vulgarem expreſſam generaliter.Bar.& alij in l.1.ff. de vulga. & tamen facta perſonis imparibus non continet pupillarem.l.iam hoc iure.ff. de vulg. vel ſi expreſſe fiat pupillaris,quia expreſſum facit ceſſare tacitum.l.cum ex filio.§.filio.ff.de vulg.l.cum teſtamento.§.fi.de hęred.inſt.vel quando teſtator ſubſtituit in vnum caſum tantum.l. precibus.C.de impuber.

Item fallit quando expreſsè vel tacitè appareret contrarium fuiſſe de mente teſtatoris. d.l. iam hoc iure.l.quamuis.C.de impub. expreſsè dicitur apparere, quando ſubſtitutio eſt facta per verba taxatiua tantum: quia ſicut taxatiua ius accreſcendi excludit.l. Lucius.§. qui habebat.ff.ad trebel.Bar.in l.re coniūcti.7.q.de lega. 3.Iaſ. in l.1.colum.2. ff.de teſtam. milit. Tacite dicitur conſtare quando fuit facta perſonis imparibus: quod procedit ſi reciprocè & con-

iunctim facta fuerit. d.l.Iam hoc iure. verſi.ſed aliter. & hic caſus comprehendit octo traditos in d.l.1.& per Benedict.vbi ſuprà.

Item quando fit maiori 14.annorum mente capto, bene poteſt comprehendere exemplarem,non autem vulgarem.Docto.in l.ex facto. ff.de vulga.

Nec refragatur l.Iam hoc iure.quia intelligi debet quando ſimpliciter ſubſtituit nõ expreſſa alia ſubſtitutione: vel quando minori fit,ſecus in hac concluſ.

Item non continet pupillarem tacitã,quando ſubſtitutio reciproca fit imparibus perſonis.Iaſ.conſi.132.Salomon.col.2.vol.1.

Præterea quando verba expreſsè repugnãt, illud quod tacitè venit, dicitur venire ex interpretatione extenſiua.l.talis ſcriptura.§.fina.ff.de leg.1.ideo vulgaris bene extenditur ad pupillarem.l.hæreditatem.& l.quamuis.ibi,porrigi.C. de impub. & ibi Paul. quando verò aliquid continetur,dicitur ex interpretatione declaratiua,quando verba non repugnant.Bar.& alij in l.1.C.de impube.

## Ad Artium magiſtros & iuriſconſultos.

16 *Hæc verba, ſi hæres non ſit, vulgarem non inducunt.*

Tum primò, quia verbum, ſi,iungitur verbo futuri temporis, & ideo debet dici, ſi hæres non erit.l.1.& l.2.& per totum. ff.de vulg.§.fin. Inſt. illo tit. & quia non eſt hæres ſuperſtitis. l. qui ſuperſtitis.ff.de acq.hæredi. & voluntas teſtatoris,quæ in hoc eſt ſequenda. l.in conditionibus.ff.de cõditio.& demonſt.intelligitur tantum de futuro,non præſenti,vel præterito,quia non intendit niſi poſt mortem prouidere. l.1. ff.de teſta.

Licet quandoq; iungatur indicatiuo,& tunc eſt approbatiua,vt Virgil. ſi conceſſa peto,& ſi qua eſt cælo pietas,& tunc exponit ibi Seruius pro ſiquidem,quando dictio ſi,adiungitur verbo præteriti vel præſentis tẽporis non facit conditionem. l.cum ad præſens.ff.ſi cer.pet.ſecus ſi de futuro.glo. in rub. ff.de cond.& demonſtra. etiam ſi teſtator diceret, ſi hæres non erit, volo quòd reſtituat hæreditatem Caio.

Nam dicitur fideicommiſſaria,quæ non poteſt continere directam.l.cohæredi.§.cùm filiæ. ff.de vulga.& illa verba, ſi hæres non erit,intelligi debent, vt poſsit cogi adire ſi noluerit eſſe hæres.l.debitori.§.1.ff.ad Trebel.

Intellige ſi dicatur per fideicommiſſariam, alioqui in dubio erit directa. c.ſi pater.de teſta. Bart.in l.quærebatur.ff.de.teſta.milita.Socin.in dict.l.1.col.13.

17 *Vulgaris ſubſtitutio ineſſe inſtitutioni videtur.*

Intellige in caſu l.Titius & Seius.vtérve eorum viuet, hæres mihi eſto,exiſtimo ſi vterque viuat, ambos hæredes eſſe, & mortuo altero eum qui ſupererit, ex aſſe hæredem fore: quia tacita ſubſtitutio ineſſe videtur inſtitutioni. ff. de hæred.inſti.Et ſic eſt alia tacita vulgaris ſubſtitutio, de qua Docto. hactenus loquuti non fuerunt.

18 *Vulgaris ſub pupillari comprehenſa excludit matrem.*

19 *Non excludere iure probatur.*

Vulgaris contenta ſub pupillari ſic facta, filio meo pupillo ſi in ætate pupillari deceſſerit, Titium ſubſtituo:quia hæc ſubſtitutio comprehendit vulgarem in genere expreſſam,ideo excludit matrem. Benedi. in d.c.Raynutius.in verb.ſi abſque liberis 2. in tracta.de vulgari.nu. 23.& ſuprà dictum extitit.

Item excludit matrem,quãdo monaſterium eſt ſubſtitutum,vel cauſa pia.quia veriſimile eſt quòd teſtator plus dilexit animam ſuã quàm vxorem. Ang. in l.precibus.in lectur. Paduana. C.de impube.Alexan.conſi.38.viſo themate,in 1.vol.& conſi.66. viſo teſtamento. in 2.vol.Iacobi.in l.fi. C. de inſti. & ſubſti.& quando ſubſtitutus eſt magis dilectus quàm vxor, vtpote quia eſt filius teſtatoris.d.l.1.

Hæc etiam tacita excludit matrẽ quæ tranſiuit ad ſecunda vota: quia tunc contriſtatur anima mariti. §. nec illud.in authent. de nupt. colla.4.Aret.conſil.155. periculoſum.Iacobi.vbi ſupr.Alex.cõſi.92.in 3.vol. & conſi.51.in 7.vol.

Item excludit matrem pupilli non teſtatoris,dicit Bar.in d.l.1.Bal.conſi.3.in 5.vol.& Dec. conſi.314.& ſeq.& conſi.332.

Item quando mater non vult ſuccedere filio impuberi,tunc vulgaris tacita excludit eam volentem glo.pen.in d.l.precibus. & ibi Bal. in prima oppoſit.

20 *Adita hæreditate non extinguitur vulgaris.*

21 *Extingui communius recipitur.*

Intellige niſi text. propter delictum priuaret hæredem, & vellet ſubſtitutum venire. vtpote ſi inſtitutus non impleuerit voluntatem defuncti intra annum.§.ſi quis verò non implens. In authen.de hæred. & falcid.colla.1.authen. hoc amplius.C.de fideicommiſſ.

Idem in milite,qui etiam poſt aditam poteſt directè ſubſtituere.l.centurio.ff.de vulga.

Item in teſtamento ad pias cauſas. Panor. conſi.32.in 2.vol.nam ſicut in militis teſtamento non attenditur niſi ius gentium, ſic nec in teſtamento ad pias cauſas. c.relatum. de teſtament. & hoc quando & inſtitutio & ſubſtitutio ad pias cauſas facta fuiſſet: alioqui contra Barto.in l.1. C. de ſacroſanct.eccleſ.nec habebit locum in filiis:quia plus fauetur piæ cauſæ excepta legitima, quàm liberis. Iaſo.in l.licet. C. de pact.

Nec refragatur l. poſt aditam. ibi, expirare ſolent. nam ibi verbum ſolent, non importat neceſsitatem, ſicut nec in l.ſolent. ff. de offic. proconſul. & l.1. C.quomodo & quãdo iudex. & poteſt etiam in vno actu verificari, per tex. ſingul. in l. Mela.ff. de aliment. & ciba. legat.

quem



quem ponderat Lanfranc.in repe.l. admonendi.colum.1.ff.de iureiuran. licet contrarium teneat in præfat ad ſtylum Bituricen, & ſic vult dicere quòd ſolet in quibuſdam caſibus, non ſemper.

22 *Etiam ſi minor reſtitutus fuerit, vulgaris non reuiuiſcit.*

Tum quia expirauit per aditionem. dict. l. poſt aditam. ideo non debet reuiuiſcere. l. qui res.§.aream.ff.de ſolutionib.

Tum etiam quia reſtitutio conceſſa minori non prodeſt fideiuſſori.l.1.& 2.C. de fideiuſſo.minor. & l.3. §. vtrum. ff. de minorib. Ergo etiam conceſſa minori non proderit ſubſtituto,ſed tantum minori.

Item in d.§.ſed quod Papinia.l. & ſi ſine.ff. de minor.reſtitutio in integrum non operatur quòd ſubſtitutus neceſſarius admittatur, niſi quando tractatur de fauore libertatis,& quando hæreditas non eſt ſoluendo: ergo à fortiori ſecus aliter.

Nec obſtat l.ex contractu. ff. de re iud. quia loquitur in pupillari, vel quando ſubſtitutus habet cohæredem,quo caſu admittitur ſubſtitutus,ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. contra l.ius noſtrum. ff. de reg. iur.ibi erat reſtitutus ad abſtinendum: ego intelligo quando erat reſtitutus ad adeundum.

Nec refragatur l.1.§. ſi quis adita.ff. ad Tertul.quia non loquitur de ſubſtituto, ſed de venientibus ab inteſtato, ad quos bene tranſit hæreditas. hoc tenet Alber. in dict.§. ſed quod Papinianus.

Nec obeſt.§.interdum.quia habet plures intellectus,ideo non poteſt ad deciſionem allegari.glo.vlt.in c.1.de conſtit.in 6.Bart.in l. in ambiguo.de rebus dub. & nil facit, niſi ad ſecundum intellectum, qui reprobatur communiter.Curti.in d.l.poſt aditam.vel ibi dicit proficere ſingulis, & ſic ſubſtitutioni pupillari non vulgari.

Nec me mouet quod reſtitutio eſt repoſitio in priſtinum ſtatum.l.quod ſi minor. §. reſtitutio.ff.de minorib.verum eſt quo ad minorem:ſecus quo ad tertium,vt ſuprà dixi de fideiuſſore. Ideo legitimatus poſt mortem patris non poteſt poſt aditam hæreditatem per venientes ab inteſtato hæreditatem eis auferre. Bar.& alij in d.§.& quid ſi tantum. Nam reſtitutio debet fieri ſine præiudicio tertij.c.quamuis.de reſcrip.in 6 & ſic non ad omnia quis reſtituitur,vt ibi.

23 *Filio repudiante patri ſubſtitutus præfertur.*

24 *Patre repudiante filius excluditur.*

Intellige hanc concluſionem quando ſubſtitutus eſſet talis,quem veriſimile eſt quòd teſtator voluit præferri patri ipſius hæredis inſtituti: vtpote quia ſubſtitutus erat filius vel filia teſtatoris. argum. l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. l.cum acutiſsimi.C. de fideicom. vt ſi teſtator inſtituat filium Titij, & illi ſi non ſit hæres, ſubſtituat filiam ſuam, ſcilicet teſtatoris, tunc repudiante inſtituto pater eius minime admittetur, ſed ſubſtitutus. vide Socin. in l.1. colum.16. ff.de vulga. & numero 30. vel mater inſtituit filium ſecundi matrimonij, & ſi non ſit hæres, ſubſtituit filium primi matrimonij,hoc exemplum non valet. Sed pone in muliere inſtituente ſuum maritum filiumfa. hæredem,& ſi non erit hæres,ſubſtituit fratrem ſuum,ſcilicet teſtantis, tunc præfertur ſubſtitutus,ſecundum Bal.in l.fin.C.de bon.quæ liber. Imol.& Alex.in d.l.1.ff.de vulga. & ſic quando ex cõiecturis apparet teſtatorem voluiſſe ſubſtitutum præferri,tunc præferretur.arg.l.fin.C. de inſtit.vbi tacita pupillaris non excludit matrem pupilli.

Item recuſante ſeruo ſubſtitutus domino præfertur. l. cùm proponas.C. de hæred.inſtit. Idem ergo in filio.facit.l.qui liberis.§. hæc verba.ff.de vulga. & ſicut vulgaris excludit matrem,ita patrem,ſi ſit expreſſa.

Non me mouet.l.fi.§.ſimili modo.C.de bo. quæ liber.ibi,quaſi pater fuerit ab initio hæres inſtitutus, & ſic excludit ſubſtitutum.l. quandiu.ff.de acq.hæred.

Nam reſpon. quòd ille text. non loquitur quando erat ſubſtitutus: quia hoc caſu prouiſio hominis &c.l.fin.C.de pact.conuen. ille titulus loquitur ab inteſtato quomodo ſuccedatur:& veriſimile eſt quod qui voluit filium venire,noluit excludere patrem.ſed in certis non eſt locus coniecturis, videlicet quando alius eſt ſubſtitutus & ex lege defertur ibi:nam omne tacitum venit ſuppletiuè, ſed expreſſum non recipit ſuppletionem:quia eſt determinato modo expreſſum.Bal.in l.fi.C.de dona.propter nup.Iaſ.conſi.220.col.8.vol.2.Item dictio, quaſi,eſt diuinatiua veritatis.l.ſi cum dotem. §. fin.ff.ſolu. matr. ſi excluderet, ſubſtitutus eſſet verè ſicut primus inſtitutus,& non quaſi.

Nec refragatur quòd filius recuſando facit patrem hæredem.d.l.fin. ergo deficit conditio, ſi hæres non erit.l. ſi paterfa.ff. de hæred. inſtituen. Reſpon. loqui quando inſtitutus adiuit. Nam ſua aditione facit hæredem: ſecus ſi repudiaret, alioquin ſi repudiando faceret hæredem, nunquam ſubſtitutus admitteretur, nec fuit mutata conditio,vt dicit d.l.ſi paterfam.& hæc fuit opinio Alber.in d.l.fin.in princi.C.de bon.quæ liber.

Item quia per filium ſaltem vſusfructus quæritur patri:quod filio non fit per patrem.

Item ſubſtitutus ius accreſcẽdi excludit.l.2. §.ſi duo. ff. de bono. poſſe. ſecundum tabul. l. quidam.de vulga.quia ſubſtitutus venit ex voluntate expreſſa teſtantis,ſed pater venit ex legis diſpoſitione,& ius accreſcendi excludit patrem.l.2.C.ad Orfic. & ibi Baldus dicit, quòd filio repudiante cohęres patrem excludit, ergo ſubſtitutus,per illam regulam.c.pen.de conceſ. præben.ſi vnico &c.Item l.fi.§.ſimili modo.loquitur in milite,cui delata eſt hæreditas ex caſtrenſibus actionibus,vt ibidem patet.

Nec obſtat l.Iu lia.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam.quia ibi erat pater ſubſtitutus, ideo præfertur.probatur in l.3.C.de impube.ibi,quando vnus renuntiat, ſibi præiudicat quo ad ſubſtitutum,vt poſsit venire. à fortiori & quando filius repudiat,nocebit patri.

Nec obſtat quod filius non poteſt facere deteriorem cauſam patris.l.ſeruus.de pact.intelligitur in acquiſitis, ſed bene in acquirendis, vt ibidem dicit glo.& omnes doctor.

Nec obeſt quod filius olim non poſſet ſine patre repudiare,nam hoc cōceſſum eſt, vt poſſit,non vt illud cedat in commodum patris, ſi non ſit ſubſtitutus: ſed non conceſsit eidem priuilegium in præiudicium tertij.

In ſecunda concluſione, quòd patre repudiante excludatur filius, contra Iaſo. in dict.l.1. probatur: quia §.ſimili modo.loquitur in filio in poteſtate patris repudiante, quo caſu pater præfertur, quia eſt commodum filij quod pater adeat,quia filius quodammodo eſt hæres.l. in ſuis.ff.de lib.& poſthu.quod non eſt contra. nec etiam procedit. d.§. ſimili modo.in emancipato, ergo nec procedet in patre repudiante, cum non ſit eadem ratio in vtroque.

Præterea pater non tranſmittit hæreditatem quam repudiauit, etiam ad ſuos. Roma. Alex.& Iaſ.in l.qui ſe patris.C. vnde liber. minus tranſmittet hæreditatem extranei.

Item facit l. & hæredi.§. nos autem his qui in noſtra poteſtate ſunt prodeſſe non poſſumus paciſcendo.ff.de pact. & ſic nec repudiando.& l.in perſonam. illo tit. & hanc opinio.tenuerunt Bal.& Angel.in l.cum proponas.C.de hæred.inſt.& Angel.in d.l.ſi paterfamil.

Nec obeſt quod pater & filius cenſeantur vna perſona:quia fac eſſe,attamen maioris authoritatis eſt pater, quo adeunte, filius quodammodo eſt hæres:ſecus ab repudiante,alioqui fere ſemper ſubſtitutus excluderetur, contra Iaſonem.

Non obſtat quod in correlatiuis diſpoſitum in vno & in alio procedit.l.fin.C. de indict. viduit.tollen.quod eſt verum,quando eſt eadem ratio:ſecus ſi diuerſa.l.fin. C.de reſcind.vend.c. ſuper eo.de vſur.

25 *Subſtitutum fiſco præferendum inſtituto exiſtente indigno,certi iuris eſt.*

26 *Sed pro fiſco plerunque iudicari non erit indignum.*

Intellige concluſionem quando hæreditas non eſſet adita per indignum: ſecus ſi adita,& hoc videtur probare tex.in d.l.ſi ſequens. ff. de ſenatuſ.Silla.ibi,cùm à priore hæreditas ablata eſt,vendicataque fiſco.Nam tunc demum quis repellitur vt indignus,ſi non vindicat mortem defuncti,quādo iam adiuit.l.neceſſarios.§. non aliàs.illo tit.& facit d.l.ſi ſequens. ibi, nam pœna, &c. quia non diceretur propriè pœna, ſi non adiuiſſet,hoc tenet Bart.in l.eius qui.§. fin. ff.de iure fiſci. vbi dicit bona indigni applicari fiſco, ita demum ſi hæreditas adita ſit. Nam qui non adiuit,non efficitur indignus:ergo nō debet fiſcus ſuccedere,per totum titulum.ff.de his quib. vt indig. Nec tenetur vindicare necem defuncti ſi nolit adire,nec facit malum eo quod non vindicat,ſed ex eo quòd audet adire hæreditatem non vindicata eius morte: nam prçſumitur gaudere de morte occiſi,poſtquam nullam facit vindictam.d.§.non aliàs.& ne hæres propter compendium ſuum familiæ facinus occultet. l. ſi quis in graui. §.non tantum. ff.de ſenatuſ.Silla.

Item in d.l.ſi ſequens. dicitur prioris hæreditas,& ſic fuit adita.

Item quando ſubſtitutus eſt indignus, non poteſt eſſe hæres ex capite impotentiæ: ergo ſubſtitutus veniet per l. cum proponas. C. de hære.inſtit.

Nec obſtat quod faciat hæredem fiſcum,intellige ſi adeat, alioqui contra. d.l.ſi paterfa.ff. de hæredib.inſtit. Nam non adeundo non poteſt facere hæredem.Item in d.l.ſi paterfa. dicitur quando quis ſcit aliquem ſeruum eſſe, & eum hæredem ſcribit, & ſubſtituit, ſi hæres non erit.

Item iudicandum eſſet pro fiſco, quando ante aditam hæreditatem eſſet talis cauſa in inſtituto, quæ faceret eum indignum non incapacem,tunc dicerem ius pro fiſco, ſi inſtitutus repudiaret, cùm ex illa indignitate ius ſit fiſco quæſitum.l.1.§.fin.ff.de bono.poſſe.contra tabul.Nam indignus nunquam vellet adire, vt fraudaret fiſcum, ideo tunc fiſcus ſubſtituto præfertur:quia mutata conditione facit fiſcum hæredem.l.ſi paterfa.ff.de hçred.inſt.ſecus ſi inſtitutus eſſet factus indignus & incapax, tunc ſubſtitutus fiſco prçferetur ex capite impotentiæ,quia non poteſt eſſe hçres.l.ſi in metallum. ff.de his quæ pro non ſcriptis habent.l.3.& l. in metallum: de iure fiſc.ibi, ſiue per huiuſmodi perſonas fiſco nil acquiri diuus Pius reſcripſit.

Et ideo quod legatum erat ei qui poſtea in metallum damnatus erat, ad fiſcum non pertinere reſcripſit. Et ibi dicit glo. quod tunc legatum euaneſcit, quaſi in cauſam caduci venerit. & hanc impugnauit multis iuribus Do. Alexander Renartus doctor canonum.

27 *Quandiu inſtitutus admitti poteſt, ſubſtituto locus eſt.*

Hoc probatur in l. ſi paterfa. ff. de hæred. inſtitu. videlicet propter repugnantiam iuris communis.

Secundus caſus eſt,quando patronus eſt inſtitutus à liberto, & in aliqua rè hæreditaria, vel propria fuit in legitima grauatus,quia tunc ipſe habebit legitimam ſibi debitam vt inſtitutus, & reſiduum habebit ſubſtitutus, ſi patronus iudicium teſtatoris nolit implere.l. ſi libertus patrono.ff.de bo.libert.

Tertius caſus eſt in filio inſtituto, & grauato,ſicut dictum eſt in patrono.

Quartus caſus eſt quando in parte hæreditatis fuit purè inſtitutus, & in alia parte ſub conditione,in qua parte ſub conditione relicta fuit datus ſubſtitutus vulgaris in caſu deficientis conditionis:quę ſi deficiat,concurrere poterunt



runt inſtitutus in parte purè, & ſubſtitutus in parte conditionali.per l.ſi te ſolum.ff.de hçred. inſti.l.cum hæres. §.fin.de acq.hæred. quinque caſus tradit hic Bened.in materia vulga.& doct. in dict.l.1.ff.de vulga.

Nec obſtat l.quandiu admittitur inſtitutus, non venit ſubſtitutus.quia verum eſt, quando admitti poteſt ſimpliciter,& purè: ſecus ſi ſub conditione.d.l.cum hæres.§.fi.

Vel fallit in caſibus ſupradictis, vel intellige quando poteſt inſtitutus admitti,ſed in prædictis caſibus non poteſt admitti, & ita loquitur d.l.quandiu.ibi,admitti poteſt.Ergo ſi non poteſt admitti, vtpote quia inſtitutus partem purè, partim ſub conditione, tunc admittitur ſubſtitutus.

Item lex,quandiu, loquitur quando poteſt & vult,ſecus ſi nolit.arg.l.neceſſariis.ff.de acq. hæred.alioqui fruſtra eſſet introductus titulus, de repudianda hæred. nam iſta duo ſimul veniunt velle & poſſe.c.extirpandæ. ibi, qui velit & poſsit. de præbend.c.cum inhibitio.ibi, voluerit & valuerit,de clandeſtin.deſponſ. & tria canonicant omnes actus,videlicet poteſtas,voluntas,& modus.Bald. conſil.326. Rex Romanorum.col.2.vol.1.

## De pupillari ſubſtitutione.

28 *Noua difinitio ſubſtitutionis pupillaris dabitur.*

Pupillaris eſt inſtitutio directa quæ per patrem impuberi in poteſtate ſua exiſtenti fit,vel facta ſubauditur, vt eidem filio antequam teſtari poſsit decedenti,ſuccedatur.

Primò dico,inſtitutio, quia omnis ſubſtitutio eſt inſtitutio.l.Gallus.§. nunc de lege.& ibi glo.ff.de libe.& poſth.

Secundò dico,directa:quod probatur in l. ſi teſtamento.C.de impub.& aliis ſubſtit.

Item dico,in poteſtate exiſtenti, & impuberi,propter l.2.ff.de vulga.

Item, facta ſubauditur. in l.iam hoc iure.ff. de vulg.dixi,vt eidem filio ſuccedatur.inſtit. de pupilla.in princip.

## De ſubſtitutione pupillari.

29 *Subſtitutio pupillaris eſt de iure ciuili.*

Ex quo infertur quòd iudex ſecundum illam etiam non allegatam vel probatam debet iudicare. Nam cum omnes teneantur ſcire iura.l.leges ſacratiſsimæ.C.de legib.& error iuris neminem excuſet.l.1.& l.iuris. & ſeq.ff. de iur. & fact.igno.ideo cùm ſit notum, non oportet illud allegare,ſicut iuris poſitioni non tenetur reſpondere,quia certum eſt Bar.in l.ornamentorum.ff.de auro & argen.lega.& etiam ſecundum conſuetudinem notoriam iudex debet iudicare,licet non fuerit allegata.Alex.in l.vna. C.vt quæ deſunt aduoca. partium. licet notorium debeat allegari. cle. appellanti. de appella. tamen lex notoria non, quia iudex debet eam ſcire.

Intellige hodie dicitur de iure ciuili, licet ſit conſuetudine introducta.Dy. Soc.Iaſ. in l.2. ff. de vulg.& ſi Bart. Paul.& Alex. ibi contra primam tenet.Bened.in materia pupillaris. q.3. & Salic.in l.ſi teſtamento. C.de impub.Lancelo. tamen diſtinguit in d.tractatu.ſub materia pupillari ſubſtitu.quia lex ſimpliciter de moribus loquens debet intelligi de iure ciuili ſcripto. Curti.conſil.67. ſapienter optimus.col.2. fundato in moribus.gl.in l.1.ff. de dona.inter vir.& vxo.Si verò loquatur moribus talis loci &c.tūc de conſuetudine illius loci intelligam. l.more. ff.de acq.hæred.vide Barba.in rub.de reb.eccle. non alienād.col.2.l. præuaricationis iudicium. ff. de præuaricator. vide tamen quæ dixi in l. pronuntiatum.§.1.ff.de verbo.ſignifi.c.vltim.de baptiſm. ibi, mores ac ritus eorum Græcorien. l.cùm prætor.ff.de iudic.ibi,moribus, vt fœminæ,& ſerui,non quia nō habeant iudicium,ſed quia receptum eſt vt ciuilibus non fungantur officiis,& hoc eſt receptum in l.2.ff.de reg. iur. & non de conſuetudine,vt no. glo.in d.l. cum prætor.& facit l.patre furioſo.ibi, cum ius poteſtatis moribus ſit receptum,id eſt iure ciuili. ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.ſi tibi.ibi, moribus noſtris.de adoptio.

Nec obſtat quod de iure ciuili non licet de alieno teſtari. authen.ingreſsi.C.de ſacroſanct. eccle.Nam fateor,ſed pater cum cenſeatur vna perſona cum filio,poteſt diſponere pro filio, & ad eius vtilitatem. Nam & tutor quandoque diſponit de rebus ſui pupilli.l. magis puto. per totum. ff.de reb.eo. & vox patris vox filij. §. ei qui.inſt.de inutil.ſtipulat.

Item non obeſt definitio teſtamenti ibi, voluntatis noſtræ,quia cùm cenſeatur vna perſona,cenſetur idem velle. Et ideo quando filius eſt emancipatus, cum non ſit eadem perſona cum patre,non licet pro eodem diſponere.no. in l.lis nulla.ff.de iudic.

Et quòd de iure ſcripto ciuili ſit,probat l.ius ciuile. ff. de iuſtit. & iure.vbi ius ciuile dicitur quando aliquid detrahit vel addit, ſicut fecit huic ſubſtitutioni. l.2.ff.de vulga. vbi filiis tantum impuberibus voluit ſubſtitutionem fieri poſſe.ibi multa adduntur,videlicet quod ſint in poteſtate, & non recidant in poteſtatem alterius,& quòd inſtituant vel exhæredentur,

Item illud dicitur legitimum quod à lege approbatur.l.legitima.ff.de pact.ſic & ciuile. & facit tex.in §.& non ineleganter. de iure natura. inſtit. & Albertus Brunus in tract. de augmento.conclu.3.tertiæ concluſ.

30 *Subſtitutio pupillaris eſt in fauorem pupillorum introducta.*

L.ſi pupillus.ibi vtilitatem pupilli.ff.de acquir. hæred.& Inſt.de pupilla.ſubſti.in princ.Lancelo.in 4.q.

31 *Ex quo infertur, quòd pupillis etiam extraneis poſsit fieri.*

Intellige videlicet quod valeat iure fideicom.glo.in l.verbis ciuilibus.ff.de vulga.vſque tantum ad pubertatem,Benedict.num.36.etiam

ſi ſit arrogatus.l.ſed ſi plures.§. in arrogato.l.2. ibi, ſed ſi extraneum quis impuberē hæredem ſcripſit, potuit ei ſubſtituere, ſi modo eum in locum nepotis adoptauerit vel arrogauerit filiō præcedente vel in milite intellige in l.in teſtamento.C.de teſta.milit.itē poteſt fieri extraneis, dummodo tempore mortis teſtatoris ſit in poteſtate.l.cohæredi. §. cum filiæ. & ibi Iaſ. ff.de vulga.Bal.conſil.272.caſus talis.in 1.vol.

32 *Ex quo infertur quòd etiam inuito fieri poteſt.*

Nec obſtat quòd inuito beneficium non confertur:quia verum eſt quādo ſolum ageretur de intereſſe eius cui beneficium collatum eſt:ſecus ſi de intereſſe alterius:ideo poteſt quis ſoluere pro inuito.l. ſoluendo.ff.de nego. geſt. ſic & hîc poteſt inuito ſubſtitui,cùm agatur de intereſſe etiam teſtantis: & quia eſt prouiſio facta pro filio.l. patris.ff. de vulga. & naturalis ratio ſimul & ciuilis ſuadet alienam conditionem meliorem quidem etiam ignorantis & inuiti nòs facere poſſe,deteriorem non poſſe. d.l. ſoluendo.

33 *Secundò infertur quòd etiam Galli,licet filios in poteſtate non habeant, tamen has ſubſtitutiones illis facere poſſunt.*

Hoc ſic probatur.Nam ſi pupillus ſit à poteſtate liberatus per dignitatem,de quibus in l. fin.C. de decurio. tamen adhuc poteſt ei fieri ſubſtitutio, quia cenſentur eſſe ſui iuris quantum ad ſuum commodum:ſed quando eſſet ſibi præiudicium,vt eſſet in poteſtate, tunc non diceretur in poteſtate.glo.in l. ſi ex cauſa.§. Papinia.ff.de minorib.Bart. in l.item in poteſtate. in fin.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Iaſ.in l. 2.col.3.in 5.requiſito.ff.de vulga.& l.patre.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.Sed ſubſtitutio pupillaris eſt fauor & commodum pupilli.l. ex tribus.C.de inoffic.teſtam.text.in l.ſi pupillus. & ibi Bart. ff.de acq. hæred. ergo cenſebitur in poteſtate, & ſic valebit inſtitutio. Et quòd in vna perſona poſsit concurrere duplex qualitas, vna verè,altera fictè,probatur in l. cum ex oratione,de excuſa.tuto. Bart. in l.ſi maritus.§. legis Iuliæ. ff. de adulter. vnde emancipatus ad vnum actum erit verè in poteſtate, ſed quo ad illum actum fingetur emancipatus.Iaſ.& alij in l.1.§.hoc autem.col.2.in prima lectura.ff.ad trebel.Ideo conſuetudo facit quòd filius ſit in poteſtate quo ad ſuum commodum, & quo ad incommodum, quòd ſit ſui iuris: quod poteſt fieri,vt no.Areti.in l.qui in poteſtate.ff.de teſta. & Barba.in tract.de præſtant.Card.q.1.in fi.

Item omnia iura naturalia & legitima remanent firma. authen. conſtitutio quæ de dignita.§.illud. colla.5. ſed quòd poſsit ſubſtitui pupillariter,eſt de iure legitimo, ergo &c. glo. Bar.& alij in d.l.2. Nam filij non ſunt in poteſtate in Regno Franciȩ quatenus eſſet eis præiudicium. ſed conſuetudo Franciæ liberorum fauore inoleuit, vt liberè poſt 14. annos teſtari poſsint: & vt pater nil habeat in eorum bonis aduentitiis, ſed eſſet in præiudicium illorum ſi non poſſet eis ſubſtitui, quia inteſtati decederent, & ſic in odium illorum retorqueretur. l.quod fauore.C.de legib.& poſtquam in Francia ſeruantur leges tanquam naturales, & bonæ,ita & ſubſtitutio pupillaris ſeruabitur.

Nec obſtat quòd patria poteſtas eſt indiuiſibilis,quia nō poteſt quis pro parte eſſe ſeruus & pro parte liber.l.1.in fi.prin.C.de latina liber. tollend.l.ſi pater. in fin. ff.de liberali cauſa.& l. duobus.ibidem.reſpon. vera eſſe in his quæ facto hominis induci vellent: ſecus ſi à lege hoc inſtitutum eſſet.Bal.in l.ſacroſanctȩ.C.de epiſcopis & cler.vbi clericus quo ad bona temporalia erit in poteſtate,quo ad beneficia ſui iuris. Cotta in ver. epiſcopalis. ſic epiſcopi quo ad temporalia ſunt regi ſubiecti,quo ad ſpiritualia non.Barba. in tract. de præſtant. Card. in 1.q. primæ partis.col. pen. per l.cum multa.de bonis quæ liber.

34 *Subſtitutio pupillaris ad 14.annos non extenditur.*

Intellige quando teſtator ſubſtituit, ſi intra decem annos moriatur,talem ſubſtituo:ſi poſt decem moriatur,etiam ante 14.non veniet ſubſtitutus.l,ſi ita quis.& l.qui plures. ff. de vulga. quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.l.fi.C.de pact.conuen.

Nec obſtat l.in ſubſtitutione.ff.de vulga.vbi non poteſt augere tempus, ergo etiam nec diminuere, cùm ſit à iure taxatum, cùm ſit bonum arg. de augmento ad diminutionem. l.& ſi contra.ff. de vulga. Reſpond. poteſt teſtator tempus diminuere & ſubſtitutus tunc non venit,quia in hunc caſum non videtur ſubſtitutus.d.l.ſi ita quis poſtquam:ergo eſt in poteſtate teſtatoris,ſubſtituere vel non:ergo etiam erit in poteſtate ſua ſubſtituere ad breuius tempus, ad maius non, cum ſit à lege taxatum. Nam licet decem dies dentur ad appellandum. authen. hodie.C. de appella. tamen non poterit poſt decem dies appellare. Sic nec hic poterit quis ſubſtituere poſt præſtitutum tēpus. Nam ſicut Deus conſtituit terminos, qui non poſſunt præteriri,licet bene abbreuientur,ſic & tēbus ſubſtitutionis. Nec obſtat quod teſtator non poteſt facere quin leges habeāt locum in ſuo teſtamento.l.nemo. ff.de lega.1. verum eſt in legibus inducentibus aliquid pro forma, vel ſolennitate.l. prælatam. C. de ſenten. alioqui contrà: vnde poteſt diſponere ne dominium tranſeat in legatarium non apprehenſa poſſeſſione.Bal.in l.2.in princ. C.vt in poſſe.lega.Iaſ. in l.teſtandi.C.de teſta.

Item quando haberet liberos.d.l.in pupillari,non extenditur ſubſtitutio. & quia poſt 14. annos non poterit ſibi fieri ſubſtitutio, & ſic non eſt eadem ratio augendi tempus, vel diminuendi,vt patet:& ſic augmentum non procedit,vt dixi in repe.l.vnic.no.4.C.de ſenten.

Nec refragatur.§.qua ratione.& §.maſculo. de pupil



de pupilla. vbi ſubſtitutio pupillaris infirmatur, poſtquam adoleuerit, vel euaneſcit: ſed reſpon.quòd non negat ante infirmari,ſi teſtator hoc diſpoſuerit.per d.l.qui plures.

35 *Pupillaris ſubſtitutio vulgarem expreſſam continere poteſt.*

36 *Imò nec expreſſam,nec tacitam.*

Vtpote ſi teſtator hoc modo ſubſtituat, Filio meo ſi in ætate pupillari deceſſerit, Caium ſubſtituo: tunc hæc verba vtrumque ſenſum amplectuntur,videlicet,ſi deceſſerit in pupillari hæreditate non adita,& ſic antequam ſit hȩres,vel poſt aditam decedat intra annū 14.Bal. in l.precibus.col.12.verſic.Vnum etiam aduerte.C.de impuber. tenet quòd eſt compendioſa intra tēpus pupillaris ætatis limitata, quod no. ibi Paul.& Bened.in repe.c.Raynutius.in verb. ſi abſque liberis.2.num.22.de vulga.de teſta.& num.ſeq. vbi reprobat dicens eſſe pupillarem, & vulgarem in ea contentam expreſſam eſſe generaliter,& ideo excludere matrem. ſequitur Iaſ.in l.2.in fine princ.ff.de vulga.vbi dicit quod hæc ſubſtitutio ideo continet vulgarem expreſſam,quia hȩc verba non repugnant vulgari,imò comprehenditur vulgaris ſub illis, ſicut in breuiloqua & compendioſa,ſed quando pupillaris ſit ſub duplici conditione, videlicet ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit: quia illa verba primæ conditionis, ſi hæres erit, repugnant directæ vulgari,quæ eſt, ſi hæres non erit. Ideo non poteſt dici expreſſa poſtquam verbis repugnat:ideo erit omnino tacita.Nam lex præſumit poſtquam teſtator voluit quòd ſubſtitutus haberet bona ſua,ſi filius erit hȩres, & deceſſerit in pupillari ætate, idem voluiſſet quando non eſſet hæres:ſed forte mortis cogitatione turbatus hoc non diſpoſuit. l.hac conſultiſsima.§.at cùm humana.C.qui teſta.facer. poſſ.Socin.in l.1. col.8.ff. de vulga.vide Galaulam in l.centurio.col.38.ff.de vulga.

Item ſi dico, filium meum inſtituo: & Titium ſubſtituo: talis ſubſtitutio eſt vulgaris. l. Gallus.§.quidam.ff.de liber.& poſth.& tamē ſi fiat impuberi,ineſt pupillaris expreſſa,& exemplaria,ſi fiat furioſo, quia indefinita locutio eſt apta ad vtramque.Bal.in l.humanitatis. verſic. Septimò quæritur. C.de impube. Socin.in d.l. 1.colum.43.

Item quòd pupillaris contineat tacitam vulgarem,probatur in d.l.iam hoc iure.& l.pen.ff. de ventr. inſpicien.quod fallit quando ille ſubſtitutus non eſſet capax bonorum teſtatoris. l. ſi is qui ex bonis.ff.de vulga.vide Iaſ.& alios in d.l.iam hoc iure.& Bened.in hoc c.Raynutius, in verb. abſque liberis. 2. in tractat. de pupilla ſubſtitu.nu.73.

Fallit etiam quando teſtator ſpecialiter prouidit in vtrumque caſum.dict.l.iam hoc iure.l. cum filio.§.filio.ff.de vulga.

Vel quando pupillaris ſuſtinetur beneficio authen.ex cauſa.C.de liber.præter.moder.in d. l.2.vbi tradit.8.limitationes.

Item fallit quando apparet de contraria voluntate defuncti.d.l.iam hoc iure.& l.quamuis. C.de impube.quia illa erit ſeruanda.

38 *Subſtitutio pupillaris expreſſa non excludit matrem.*

39 *Sed tacitam excludere iure probabitur.*

Intelligo quando ſubſtitutus cauſam mortis pupillo præbuit. Nam tunc ſubſtitutionis fructu priuatur ſecundum Bart.& docto. per illum tex.in l.ſi ab hoſtibus.§.fin. ff.ſolu.matri. Bened.hoc tenet expreſſe in d. c.Rynutius. de vulga.nu.25.vide tex.in l.quod ſi nolit.§.culpa. ff.de ædilit.edict.

Nec obſtat c.ſi pater. de teſta. in 6. quia ibi ſubſtituti erant pauperes:& ſic eſt ibi pium alere pauperem.

Nec obſtat l.Papinia.§. ſed nec impuberis. ff.de inoffic.teſta. vbi mater nō dicit inofficioſum teſtamentum.Reſpon.duobus modis:primo quod non poteſt dicere teſtamētum inofficioſum filij, quia vnum eſt teſtamentum patris & filij.l.patris.ff.de vulga.& in d. §. ſed nec impuberis, ideo quia non poteſt dicere teſtamentum mariti inofficioſum: quia non eſt factum contra officium pietatis,cum maritus nil debeat eidem relinquere, ideo ſuſtinetur pupillare propter aliud.arg.l.ſi ſeruiturē.ff.quemadmodū.ſerui. amitta. vel poteſt dici ibi quòd non prohibetur legitima matris, licet non poſſit querelare teſtamentum:quia fauemus teſtamento.l.ſi pars.ff.de inoffi.teſta.

Præterea non me mouet l. precibus. quia ibi dicit,eos habeat hæredes quos pater ei conſtituit:& ſi adierit hæreditatem: ſed non dicit quòd in totum: & ſic mater poterit habere ſaltem ſuam legitimam. Nam ſi eam voluiſſet excludere,dixiſſet,ſicut in prædicto caſu, ad te omnimodo pertineat ſucceſsio, & per hoc infertur vt ſubſtitutus teneatur dare legitimam matri. Nam tenetur eam alere.l. filiam. C. de patria poteſt.Gomeſ.in §.fuerat. colum.16.inſt. de actionib.

Nec obeſt ſi opponatur, tantum operatur tacitum ſicut expreſſum.l.cum quid. ff. ſi cert. peta. quod intellige, niſi tacitum ſit præſumptione legis inductum.Bald.in l. centurio. col. pen.ff.de vulga.& vbi non eſt eadem ratio. c.1. de iura.calum.in 6.l.2.C.illo tit.l.ſi tibi.§.de pignore.ff.de pact.& ibi Iaſ.

Item quod tacita excludat matrem,quando mater tranſiuit ad ſecunda vota, cōſuluit Areti.conſil.155. col.6. quod eſt verum quando teſtator legaſſet eidem vxori aliquid quandiu vitam vidualem ſeruauerit.Nam ſi non ſeruauit, voluit eam excludere, vel quando tutelam filiorum aſſumpſiſſet, & ea dimiſſa nupſiſſet. l. ſi autem tutelam. in authen. de nupt. colla.4. Iaſo.in dicta l. 2.colum. 12.vel quando voluit eam eſſe contentam aliquo legato.Iaſo. conſil.132.Salomon.in fi.vol.1.

Item quando cauſa pia eſt ſubſtituta.Alex. conſil.92.in fi.vol.3.vbi dicit, quòd veriſsimile eſt, quod teſtator prædilexit animam ſuam.c. cum

cum infirmitas.de pœnit.& remiſsio. & conſil. 51.num.15.in 7.vol.vide Bened.num.86. & ſeq. de pupillari. vbi dicit bona patris & filij non poſſe ſeparari.l ſed ſi plures.§.filio. ff. de vulga. ideo ſubſtitutus non veniret ad omnia bona: quod eſſet abſurdum, vt decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Item quando eidem matri reliquit aliquid, & iuſsit eam eſſe contentam: tunc etiam excludit matrem. Iaſ. conſil.61.col.pen.in 3.vol.

Item tacitum tantum debet operari ſicut expreſſum. l.cum quid.ff.ſi cert. peta.& ſi ſubſtitutus eſt magis dilectus, vtpote quia eſt filius teſtatoris,mater excluditur. Bart. d.l.2.per glo.in d.l. precibus. Alexand. dicto conſil. 92. volum.3.

Vel quia teſtator dicit,ſi filius moriatur, lego matri decem: tantum videtur illam excludere.Bal.in d.l.precibus.col.3.

Item probatur in tacita compreheſa in breuiloqua.l.Lucius.ibi:nõ ad matrem,ſed ad ſubſtitutum fratrem eius ſucceſsio deuoluitur. ff. de vulga. vel niſi frater pupilli eſſet ſubſtitutus: quia ſicut videtur eum magis dilexiſſe in vulgari, ſic eſt præſumendum in tacita pupillari.glo.& Curtius col.28.in d.l.precibus.quod non procedit quando ſimul cum fratre eſſet ſubſtitutus extraneus,vt ibidem Curtius.

Item ex voluntate teſtatoris tacita excludit matrem.l.in teſtamento.C.de teſta.milita. quæ voluntas probari poteſt per duos teſtes.Bened. vbi ſuprà.num.89. per l.hæredes palam.§.ſed ſi notam.ff.de teſta.

Nec obſtat l.fin.C.de inſtitu.quia ibi mater erat cohæres.nec l. precibus. probat: quia non exprimit an filius primo caſu mortuus fuerit in ætate pupillari,vel loquitur in milite.

40 *Ex quo infertur ſubſtitutum in conſcientia teneri ad dandum matri legitimam.*

Sic poteſt probari:qui facit contra pietatem, peccat.cap.paſce.86. diſtinct. ſed filius priuando matrem legitima facit contra officium pietatis.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffi. teſtam. Ergo facit cap.fin.17. quæſt.4. qui Deum vult inſtituere &c. & ita tenet Arch.in c.ſi pater.de teſta.in 6.

Item opus eſt alere pauperem,maximè matrem.l.filiam.C.de patr.poteſta.l. ſi quis à liberis.§.item reſcripſerunt. ff.de libe. agnoſc.alioqui necare videtur.l.necare. ibidem. & c.paſce. & c.nõ ſatis.86.diſt.& procederet hęc opinio ſi mater eſſet pauper:aliàs communis opinio eſt in contrarium, nonne iuri naturali conforme eſt,& æquitati quæ à lege etiam canonica tolli non poteſt?

Nec obſtat quod etiam in conſcientia lex canonica ſeruanda ſit. quod fateor quando ſimpliciter loquitur: ſecus quando diſtinguit forum conſcientiæ à foro contentioſo. vt Dec. no.in l.precibus.vlt.no. C. de impub. Crudele eſt vitium excludere matrem.Bal.ibi.ita diſtinguitur in d.c.fi.17.q.4.facit c.tua.nos. de ſponſa.c.inquiſitionis.de ſent.excommunic.

Item priuilegium in præiudicium tertij non debet extendi.l.nec auus.C.de emancipa.liber. Ergo in præiudicium legitimæ matris ſubſtitutio non debet extendi.

Nec obſtat c.ſi pater. quia loquitur quando erat ſubſtitutus filius, vel pauperes, quo caſu nulla legitima debetur: ſecus in extraneo ſubſtituto.Lancelot.col.71.l.centutio.de vulgar.

Nec refragatur l.nam & ſi parentibus. ff.de inoffi.teſtam.ibi, non minus piè. Sed reſpond. duas rationes eſſe pro filio, vnam tantum pro patre vel matre Iudæa: anima eſt præferenda matri,vnde in Euangel. dicitur, qui amat plus patrem me, non eſt me dignus. Nam cunctis rebus præfertur anima. l.ſancimus. C.de ſacroſanct.eccle.& Iob 2.c.pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo,dabit pro anima ſua. Ratio diuerſitatis eſſe poteſt, quia mater cum ſit mentis compos, poterit ſe alere potius quàm filij adhuc infantes,vel minores.

Item pium eſt relinquere conſanguineo pauperi.glo.in c.2.de ſepult.

Item lex quæ contradicit æquitati naturali, non in foro conſcientiæ ſeruanda. Innoc.in c. quia plerique.de immunit.eccle.vt eſt iſta.

41 *Subſtitutionem pupillarem à matre poſſe fieri,certi iuris eſt.*

In l.ſi mater.ff. de vulga. dicitur quòd valet ſubſtitutio in tabulis pupillaribus.Sed pupillares tabulæ *nil aliud ſunt*,quàm ſubſtitutio pupillaris.l.qui plures.§.fin.ff.de vulga.

Nec obſtat quòd non habet filios in poteſtate: quia imò quando eſt tutrix filiorum.caſus eſt ſing.in c.ex parte M. de appella. Et ideo poterit pupillariter ſubſtituere: etſi ex ſtatuto vel conſuetudine habeat filios in poteſtate. cum tex.in d.l.2.& §.1.inſt. de pupilla. loquantur indiſtinctè:& eſt prorogatio patriæ poteſtatis,quæ debet fieri cum omnibus ſuis qualitatibus.l.item. §.qui impleto.ff.loca.cap. is cui.de præbend.in 6. & in euangelio dicitur de adoleſcente reſuſcitato, quòd Chriſtus dedit eum matri ſuæ: vbi videtur innuere quòd mortuo patre videtur eſſe quodammodo in poteſtate matris,quod eſt dubium.

Item paſsiua extenſio locum habet in ſtatutis & conſuetudinibus.l.1.& ibi Bar.& Vincen. ff.ad leg.falcid.& not. in l.omnes populi. ff.de iuſt.& iure.text.in dict.l.2.ff.de vulga. vtitur dictione,quis,quæ comprehendit tam maſculos, quàm fœminas.l.1.ff.de verbo.ſignifi.l.ſi quis id quod.de iuriſd.omn.iud.cap.generali. de elect. in ſexto.

Nec obeſt quod text. in d.cap.ex parte. loquatur de alia poteſtate,tutoris videlicet, non de poteſtate patria: quia tutor non habet filium ſuum pupillum in poteſtate.inſtit. de tutel.in princ. ibi, nam ex his perſonis quæ in poteſtate non ſunt, quædam vel in tutela, vel in curatione ſunt, quædam verò neutro iure tenentur.

Item poteſt facere exemplarem.l. humanitatis.C.de impube. quæ difficilius conceditur quàm



quàm pupillaris. l.ex facto. ff.de vulga. quæ eſt inducta ad exemplum pupillaris: Ergo ſicut exemplarem poteſt facere, ſic & pupillarem, cùm concurrant qualitates requiſitæ in eadem pupillari.

Nec obſtat, quòd mulieris conſilium fragile ſit.l.ſi filia. C.de inoffic. teſtamen. cap.forus. de verborum ſignific.& non tamen confiditur de conſilio mulieris, ſicut de conſilio viri. fatendum eſt tamen. Satis dicitur confidere ius de mulierum conſilio:quia conceſsit eiſdem vt exemplarem facere poſſent.

Item imperator petiit conſilium à Theodora coniuge ſua,in authent.vt iudic.ſine quo. ſuffra.collat.2.§. hæc autem omnia. & Calder. in c.cum inter vniuerſas.de elect.

Item intelligunt patre mortuo: nam pater eſt præferendus. Alexand. in dicta l. 2. tamen ſi mater in ſuis bonis vellet ſubſtituere,& pater in ſuis,poſſet.arg.l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulga.

Intellige ſic l. ſi mater ita teſtetur. vt filium impuberem hæredem inſtituat, eique in pupillaribus tabulis ſubſtituat: & ſi ſibi hæres non erit, cùm erit annorum quatuordecim, alium ſubſtituat, valet ſubſtitutio, vides quomodo hæc lex debet intelligi. Nam ibi fuerunt duo ſubſtituti, vnus vulgariter, alter pupillariter,& alius inſtitutus. Ita probat tex.dum dicit,alium ſubſtituat, & ſic dubium eſt an poſsit alius in vulgari, & alius in pupillari, vel inſtituit hæredem cum erit annorum quatuordecim. vel melius intellige, quod mater inſtituit filium hæredem, & eidem ſubſtituit, valet vulgariter: & quia mater dubitabat ſubſtitutum non viuentem: ideo ſubſtituit ei alium hæredẽ,ſi ſibi pupillo hæres non erit poſt ſubſtitutus, cùm erit annorum quatuordecim: & dicit textus quod hæc ſubſtitutio valet: quod ambo ſubſtituti fuiſſent vulgares,patet per verbũ, alium, quod implicat ſimilia.clemen.prima.de reſcriptis, textus in authentic. ſed nouo iure. C.de ſeruis fugit.

Item verba textus ſi hæres non erit, in textu poſita, ſed voluit, quòd vnus ſubſtitutus ſuccederet pupillo decenni vſque ad decimum quartum annum, & ſi pupillus decederet poſtea, alius eidem ſuccedet, & deciditur caſus ſingul. in dicta l.ſi mater. quòd teſtator poteſt ſubſtituere alicui ſi moriatur in tali ætate, & ſi moriatur in alia ætate, poteſt ſubſtituere alium, vt inſtituo filium meum impuberem ſi moriatur intra quatuordecim annos, Titium ſubſtituo: & ſi ſibi non erit Titius cum erit quatuordecim annorum, Gaium ſubſtituo, valebit illa ſecunda ſubſtitutio. vide l. ſi ita quis.ff.de vulga.

Item valet iure fideicommiſsi facta per matrem iure directo ſubſtituentem. l.verbis. ff. de vulga.Baldus conſilio 129.domina.in 1.volum. l.ſi frater. C. de fideicom. & glo.in §.maſculo. inſti.de pupilla.

Expone in tabulis pupillaribus,id eſt,quandiu durat pupillaris ætas. nam poſtea alium ſubſtituit: ſunt tutelæ pupillares, quia pupillo prouident.

### De ſubſtitutione reciproca.

42 *Subſtitutio reciproca duas tantum continet ſubſtitutiones.*

43 *Imò viginti & vltra poſſe continere, quiſque doctus nouit.*

Subſtitutio reciproca facta duobus extraneis, vel duobus filiis puberibus, vel altero puberi, & altero impuberi, continet duas tantum ſubſtitutiones, videlicet vnam vulgarem ex perſona vniuſcuiuſque. l. iam hoc iure. ff. de vulga. l. ſecunda. C. de impube. & duas tantum pupillares, ſi fiat duobus pupillis exhæredatis. argu.§.non ſolum.de pupilla.ſubſtit.in inſtitut. Vel duas exemplares,quando fit duobus mente captis exhæredatis: vel duas fideicommiſſarias,quando duobus fit in codicillis. glo.in l.1. ff.de iure codicil.

Poteſt tamen continere viginti & vltra, vtpote ſi fiat ſex filiis impuberibus furioſis, & adiungatur ei compendioſa,vt filios meos hæredes inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo ſi moriantur in pupillari ætate,vel aliàs quandocunque, tunc continentur ſex vulgares in perſona cuiuſlibet,vna ſex pupillares,ſex exemplares,ſi in furore moriantur,& ſic quandoque centum ſubſtitutiones & vltra poterit continere: quod mediocriter doctus vix intelligit:nunquam tamen continet ſubſtitutiones fideicommiſ. niſi compendioſa ſit eidem iuncta.Iaſo.conſil. 134. volum.1.

Item ſubſtitutio reciproca facta filio exhæredato impuberi, & puberi inſtituto continet tantum duas, videlicet pupillarem in perſona impuberis exhæredati, & vulgarem in perſona puberis inſtituti, quæ alioqui ſubſtitutio eſſet inutilis.arg.l.fin.ff.ad Trebel.Claud.de Seyſſel. in l.Lucius.col.pen.ff.de vulga.

Et ſubſtitutiones comprehenſæ in breuiloqua dicuntur expreſſæ generaliter, ideo excludunt matrem.glo.in l.Lucius.ff.de vulga.glo.& Docto. in l.in teſtamento. C. de teſta.mil. & l. precibus.de impuber.

Fallit in duobus caſibus quos tradit Iaſo.in l.1.col.4. ff. de vulga. & Curtius in l. precibus. col.28.C.de impuber.

44 *Reciproca diſparibus perſonis facta plures ſubſtitutiones in vno quàm altero continet.*

*Imò non plures in vno quàm altero continere frequentius receptum eſt.*

Regula ergo eſt,quòd ſubſtitutio facta reciprocè, perſonis diſparibus non continet plures ſubſtitutiones in vno quàm altero, & hoc pro-

pter æqualitatem ſeruandam. Et vbi vna determinatio reſpicit plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare. l.iam hoc iure. ff.de vulga. vt videlicet ſubſtitutio, quæ habet locum in perſona vnius, habeat etiam locum in perſona alterius: & quæ non poteſt in vno valere, nec in altero procedat.l.2. C.de impuber. vnde dicit Bartol.in l.ſi legatarius. §.cùm ita.ff. de legat. 3. quòd ex tali fundo, & decem aureos, quod poſtquam ambo eodem legato relicta ſunt, non debebitur pecunia ante recollectionem frumenti, & ſic ante tempus meſsium: quia quando duo vocabula veniunt ad determinationem eiuſdem verbi, debent ſic intelligi, vt vniformiter operentur.l.fina. C.de ſent.& interlo.omn.iudic.

Nec obſtat l.cohæredi. §.qui diſcretas. ff. de vulga. quia ibi aliàs periret regula volens coniunctum præferri ſubſtituto, ſecundum Areti. & Benedict.in rubric.de reciproca.numero 34. & ſequent.

Vel quando ſubſtituit vnum minorem 12. annorum, & alterum quinque, tunc in perſona vnius poſt pubertatem vnam continet, in perſona alterius duas. & ſic poſt hoc fit ſicut in l. circa.ff.de inoffi.teſta.

Intellige tamen quòd quando voluntas teſtatoris apparet, tunc ſubſtitutio facta diſparibus continet plures in vno quàm in altero ſubſtitutiones. dict.l.iam hoc iure.ibi, ſi voluntas parentis non refragetur.

45 *Et ſic infertur ſubſtitutionem reciprocam plures ſubſtitutiones imparis numeri continere poſſe.*

46 *Imò ſubſtitutiones pari numero communius recipiuntur.*

Vel dicas hoc etiam in milite, vt diſparibus perſonis diſpares ſubſtitutiones facere poſsit. no.in l.in teſtamento.C.de teſta.mili.Benedict. in num.45.

Vel intellige, quando inæqualitas ſuperuenit naturaliter poſt factam ſubſtitutionem, vtpote, ſubſtitutio reciproca, facta eſt duobus, vni exiſtenti in duodecimo anno, alteri in quarto, licet maior natu peruenerit ad pubertatem, tamen adhuc in perſona alterius duplex comprehenditur ſubſtitutio.gloſſ. & Bartol.in dicta l. Lucius. nam inæqualitas natura procedens, ſecus ſi hominis facto, vt emancipatione, non infringit actum, l.eadem. §. primo. ff. de duo. reis. l.tertia. §.ibidem.de Carbo.edict.nam non retractatur actus, & ſi peruenerit ad caſum à quo non potuit incipere: regula iuris non vitiatur.nam licet ceſſet vna cauſa, ſcilicet æqualitas, tamen non ceſſat voluntas.

Nec obſtat l. ſi tutor reipublic. ff. de tutel. vbi finitur tutela vtriuſque eo quod altero maiore refecto alter maior ſubiit legitimam tutelam alterius.

De exemplari.

47 *Amaſio exemplarem ſubſtitutionem poſſe fieri, quiſque non iners tueri poteſt.*

Hæc ſubſtitutio exemplaris inducta eſt ad ſimilitudinem & exemplum pupillaris ſubſtitutionis. Nam ſicut pupillo per ætatem teſtari non licet, ita nec furioſo vel dementi per mentis defectum: ita nec amaſius, cùm illi æquiparetur. §. illud.in auth. quibus mod.natur. eff.legi.colla.6.ibi, nil furore amoris vehementius.& ibi dicit gloſſa, quòd igneus ille furor neſcit habere modum. gloſſ.in §.hæc autem.in authentic. quo. opor.epiſcopos. collat. prima, non frater fratri, cum furor ille venit, ſed in æquiparatis, quod in vno ſtatuitur, habet etiam locum in alio. cap.de mulcta. de præbend.

Item æquiparatur ebrio. textus in authent. de ſucceſ.ſubla.inſt.ſed ebrius non poteſt teſtari: Marc. Antonius Bauer.in §.Item furioſi.8. colum.de teſta.inſt. quia non poteſt contrahere.gloſſ.& Docto. in l.dolum. C.de dolo. & in cap.vnuſquiſque.22.quæſt.4. vbi dicit idem tenere Bald. in cap.1. de benef. frat. & Roma. in l.1.ff.de verbor. oblig.licet gloſ. in d.l.doli.contrà teneat.

Sed furioſus æquiparatur infanti. l. infans. ff. de ſicar. l.impuberem.de falſ.clemen.prima. de homicid. cap. ſanè.& cap.inebriauerunt. 15. quæſtione prima, ſicut ergo infanti poteſt fieri ſic & huic.

Præterea qui amat, omne fas atque nefas pro amaſia committeret.l.ſecunda. §. initium. ff. de orig.iur. Nam amor puellarum peruertit ſenſum.Bald.ibi, quod procedit in vehementi amore, ſecus in alio.

Item ex humanitate inductum eſt, vt is qui ſibi non poteſt teſtari, parentes pro illo teſtentur. l.humanitatis. C. de impuber.ſed humanitas habet locum in amaſio, ergo in illo etiam locum habebit ſubſtitutio.

Non obſtat quòd non ſit perpetuo: quia poteſt eſſe.l.ſufficit.ff.de condi. indebit.& reſilire ab amore eſt difficile.Ouid.

*Quæq; feros repuli doctis medicaminibus ignes,*
*Non valeo flammas effugere ipſa meas.*

Sicut alienatio ad vitam dicitur perpetua.clem. prima.de rebus eccleſ.non alienand.ideo ex ea debetur laudimium.Dec.conſi.204.

Item ſeipſos neſciunt, & quid agant ignorant, amentibus non diſsimiles: quod ſatis Marulus: Iacto, diſpereo, crucior, trahor huc miſer atque huc: ipſe ego iam quis ſim neſcio, aut vbi ſim: Tot ſimul inſidiis premor vndique prohdolor, in me ſæuitiæ Cypris dat documenta ſuæ. Et ob illum furorem ingrediuntur religionem. Pontanus: Ad famam alij, valeant veneres, valeant mala gaudia amoris, caſta placent, lupus deſidioſe vale: iam mihi Franciſci tunicam cordámque parate, iam teneant nudos lignea vincla pedes.

48 Iracundo



48 *Iracundo ſubſtitutionem exemplarem non denegamus.*

Probatur, iracundus dicitur in furore cap. illa. 11. q.3. ſed in furore exiſtenti poteſt exemplariter ſubſtitui: ergo & huic.

Item quicquid fit calore iracundiæ, non tenet.l.quicquid.ff.de regul.iur.glo.ſingul.in cap. dudum. de conuer. coniuga.glo.ſingul. in cap. ex literis. de repub. vbi confeſsio facta calore iracundiæ non tenet, nec votum hoc modo emiſſum.

Præterea non teſtatur, quia non habet iudicium.Bauer.in d.§.item furioſi.inſtit.de teſta. per d.l.quicquid.

Et licet loquatur dict.l.humanitatis.in mente capto, tamen extenditur ad furioſum. Iaſ.& omnes in d.l.humanitatis. cum æquiparentur. l.ſi furioſi.C.de nupt.

49 *Extraneos poſſe exemplariter ſubſtitui, vulgò receptum eſt.*

Intellige quando nulli ſunt conſanguinei: vt patet in d.l.humanitatis.nam in defectum legitimorum ſpurij admittuntur. l. vt gradatim. ff. de munerib. nec prohibet l. humanitatis. nec alia quam viderim in hoc caſu.

50 *Filiis tamen furioſi legitimam relinqui neceſſe erit.*

Nec obſtat l.humanitatis.ibi, nulla querela. quia debet intelligi quando nulli erant filij: alioqui ſecus.& iſta opinio eſt humanior, teſte Bened.in hoc c.Raynutius.in tractat. de exemplari. num.30. Vel quando eſt relicta legitima, tunc nullam querelam contra teſtamentum poſſunt intentare ſi furioſi fuerint: ſecus ſi ſapientes: quia tunc vnum vel certos poteſt teſtator ſubſtituere.

51 *In vulgari expreſſa vel pupillari exemplaris non continetur.*

52 *Imò contineri palam eſt.*

Intellige quando non erat furioſus tempore quo fiebat eidem ſubſtitutio: quia caſum aduerſamque fortunam inſpicere non debemus. l.inter ſtipulantem. §.ſacram.ff.de verb.obliga. aliàs ſic.argu.l.quoniam.& l.ſi prædia.ff.de reb. eo. & Bartol. videtur ſibi contrarius dum dicit exemplarem expreſſam non furioſo poſſe fieri: & ſub vulgari exemplarem non contineri.

Item duo ſpecialia in vno actu non poſſunt concurrere.l.fina.C. de dot.promiſsio. ſed ſpeciale eſt, quòd vulgaris contineat pupillarem, vel econtrà: Ergo aliud ſpeciale non erit, videlicet quòd vulgaris contineat pupillarem, vel econtrà: ergo aliud ſpeciale non erit, videlicet quod vulgaris contineat etiam exemplarem, ſed hîc non concurrunt: quia quandiu habet locum pupillaris, non procedit exemplaris. l. qui habet. ff.de tutel. & duo ſpecialia orientia ex duobus principiis poſſunt ſimul concurrere.l.ſingularia.ff.ſi cert.peta.

Item quòd contineat exemplarem etiam ſi non ſit furioſus, patet, quia veriſsimile eſt quòd ſi teſtator præuidiſſet, ſubſtituiſſet. Ergo ius voluit ſupplere ex voluntate teſtantis: ſecus videtur ſi iam erat furioſus: quia teſtator conſultò videtur reliquiſſe, ideo non debet ſuppleri. nec dicitur aduerſa fortuna prouidere futuris. Politus in rubr. de exemplari.colum.2.quæſt.5. Vel dic non eſſe inconueniens expectare triſtem euentum, quando in illum euentum ſibi prouidetur. l.generaliter. §. ſi homini libero.ff. de fideicommiſ.liber. Claud.Aquenſ.in dict. l. ex facto.col.5.

53 *Inſtitutionem filij ante furorem factam pater reuocare poteſt.*

Intellige quando filius ante furorem inſtituiſſet hęredem, & poſtea fuit furioſus effectus: tunc ſi inſtitutus à filio paret eidem inſidias, poteſt pater illam inſtitutionem reuocare, atq; ſi filius ſanæ mentis fuiſſet. ſi verò non reuocauerit, eo quia teſtamentum filij firmum permanet, tunc inſtitutus à filio bona filij habebit, ſubſtitutus à patre bona paterna. Sali.in dict.l. humanitatis.

54 *Exhæredato exemplarem poſſe fieri, vulgò traditur.*

Non obſtat l. humanitatis. quia non negat quin exhæredato poſſet fieri ſicut pupillaris, poſtquam non inuenitur ratio diuerſitatis, & cum ſit inuenta ad exemplum pupillaris, nec inuenitur diſsimilitudo ſcripta, ſed bene dicit text. quo ad hoc vt non poſsit querelari teſtamẽtum, requiritur quòd ſit relicta legitima ad ſimilitudinem pupillaris: ideo ſi furioſus rectè fuerit exhæredatus, valebit teſtamẽtum & ſubſtitutio exemplaris: ſi minus rectè fuerit exhæredatus, poterit querelare teſtamentum, & ita intelligunt Moder.illum tex.l.humanitatis. ibi, liceat iiſdem parentibus legitima portione ei, vel eis relicta, quos voluerint his ſubſtituere: vt occaſione huiuſmodi ſubſtitutionis ad exemplum pupillaris querela nulla contra teſtamentum eorum oriatur, &c.

Item nulla lex prohibet quin fiat exhæredato.

Item legitima filiis relinqui debet, authen. nouiſsima. C.de inoffic. teſta. tamen quando ſunt ingrati, poſſunt exhæredari.§.aliud. in authent. vt cùm de appellat.cogno. ſic & furioſi quando commiſerunt ante furorem. l.fin.§.ſed cum antiquitas. C. de cura furioſ. vbi furioſis inſtitutis, vel exhæredatis datur curator, ergo poſſunt exhæredari.

Præterea iudicium humanum debet eſſe iudicio diuino cõforme. c.Deus.2.q.1.c.qualiter. 2.de accu. ſed ſi exiſtens in furore moriatur, & erat in peccato mortali ante furorem, damnabitur. c.maiores. de baptiſ. ergo etiam debet in iudicio humano condemnari.

Nec obſtat quòd executio non poſsit fieri, quia habetur pro mortuo: quia imò ſicut de ſeruo legitur in l.1.in princ. ff.de pœn. & ſic in bonis poteſt puniri, in corpore non. & ratio,

quòd ſatis ſuo furore punitur, eſt minus generalis : nam alioqui non poſſet exhæredari. vide cap.ſi quis inſaniens. 15.quæſt.1. vbi leuius punitur, afflictio non debet dari afflicto, quando prima erat ſufficiens.

55 *Etiam naturali tantùm filio exemplaris fieri poteſt.*

Nec obeſt tex.in d.l.humanitas, ibi,legitima portione relicta.vbi cui non debetur legitima, non poteſt fieri,ſed dic quòd debet intelligi, vt relinquatur legitima illi,cui de iure debetur antequam ſubſtituatur : alioqui poterit querelari teſtamentum.ſed ſi fuerit relicta alicui filio,cui non debetur legitima, vtpote quia renuntiauit cum iuramento,iuxta l.ſi quando.§.& generaliter. C. de inoffic. teſta. tamen illi poterit fieri hæc ſubſtitutio.& ita tenent Dec.& Curtius.

Item facilius permittitur ſubſtitutio exemplaris quàm datio tutoris,quod patet,quia mater poteſt exemplariter ſubſtituere,vt hîc,& tamen non poteſt tutorem dare. inſtit. de tute.§. permiſſum. ſed pater poteſt filio naturali tantum dare tutorem.l.fin. C.de confir.tuto. Ergo multo fortius poterit exemplariter ſubſtituere.

Non obſtat , quòd naturalis non poſsit patri ſuccedere, per totum tit.C.de natura. lib.& authen. licet. Nam bene poterit ſuccedere furioſo,ſicut pupillo.l.ſi is qui ex bonis.ff.de vulga.vel dicũt in matre poſſe procedere, vt etiam ſpurio ſuſtituere poſsit,cum is idem ſuccedere eidem matri etiam illuſtri poſsit. l. ſi qui illuſtris. C. ad Orficia. & §. nouiſsimè. inſtit. ad Orficianum.

Item eſt eadem ratio affectionis in filio naturali.l.generaliter. C.de inſtitu.ibi,vt quod inter iuſtos liberos ſancitum eſt , hoc in naturales filios extendatur, & materia eſt fauorabilis, ideo extendi debet ad caſum quem ſtatuentes ſic ſtatuiſſent, ſi de eo cogitaſſent.gloſſ.in l.pactum inter.ff.de pact.

56 *Pater extraneum furioſo etiam extantibus liberis ſagacibus ſubſtituere poteſt.*

Intellige quando filij ſagaces eſſent ingrati: tunc ob ingratitudinem poſſunt exhæredari:& extraneus inſtitui. Nam ſi filius qui non eſt ſanæ mentis,non eſt ſubſtituendus, dicta l. humanitatis.ſic nec filius ingratus,cùm non dicatur ſapiens,vt text. requirit : alioqui ſi non poſſet exhæredari , daretur materia delinquendi prætextu furioſi.

Item non eſt nouum,vt priores leges ad poſteriores trahantur. l. non eſt nouum. ff. de legibus.

Item in concluſione dixi,ſagacibus,& nõ ſapientibus,quia ſapiens fallere non vult,nec falli poteſt. l.fina. C. de ponde. & auri illatio. libro decimo.

Nec obſtat §. qua ratione. inſtit. de pupilla. vbi licet certas perſonas ſubſtituere. reſpond. verbum licet, importat liberam voluntatem.no.in l.ſtipulatio iſta. §.hi qui. de verbo. oblig. & rubr. C. nulli licer. lib.10. Bolog. conſil.42. Manuel.col.2.

Sed cùm non fuerit ingratus ſuo fratri, aut pater ob ſuam ingratitudinem poſsit illum expellere etiam à bonis fratris, cogita : quia hoc videtur durum , cum nullam fratri offenſam præſtiterit.

57 *Medicus qui eleborum furoris curandi cauſa inſtituto dederit,ſi eo mortuus fuerit,ſubſtitutus non ſuccedit.*

Probatur in l.ſi ab hoſtibus.§.fi.ff.ſolut.matrimonio. & hoc caſu dicet ſubſtitutionem pupillarem clauſam facere. §. ſinautem. inſtitut. de pupilla.

Tria enim tempora medicus ſcire tenetur : videlicet præterita , id eſt, vnde infirmitas originem traxerit:præſentia, id eſt in quo ſtatu & gradu exiſtat ægritudo : futura, id eſt vtrum morbus ſit curabilis,an mortalis. Cardin. Flor. in cap.ad aures.de ætat. & qualit. Bertachin.in reper.in ver.medicus.de Ripa in tract.de peſte, folio 130.& hoc ideo dicitur,quia quando medicus dubitat medicinam nocituram , non debet eam dare:& ſi dederit, tenetur.l.qua actione. §.fina. cum l.ſequent. ff. ad l.aquil. alioqui peccat:quia melius eſt hominem relinquere in manibus Dei, quàm medicinæ.Innoc.& Felin. in cap. tua nos. de homicid. Ideo quia verisſimiliter debebat dubitare de elebore , cum ſit ſpecies veneni. ergo non debebat dare. Eraſiſtratus medicus pulſu cognouit amantem.

## De compendioſa ſubſtitutione.

58 *Subſtitutio compendioſa à milite verbis directis facta, omni tempore valet iure directo.*

Pro hac concluſ. eſt text. in l.centurio. ff.de vulga. & in l.precibus. C. de impuber. l. miles ita.ff.de teſta.mil.quia talis ſubſtitutio non poteſt valere iure communi. l. verbis. ff.de vulga. igitur cenſendum militem,vt ſua diſpoſitio valeat, iure militari vti voluiſſe. l.miles qui deſtinauerat.ff.de teſta.militar.

Nec obſtat ibi, velut ex cauſa fideicommiſſ. quia dictio velut,denotat ſimilitudinem,& non veritatem l.fori. ibi , velut peculium caſtrenſe. C.de aduo.diuerſ.iudicio.quaſi dicat,verè poſt pubertatem non eſt fideicõmiſſaria directa,valet tamen velut fideicommiſſaria, nec dicit tex. quòd iure fideicommiſſ. valeat , ſed directò.& ſimilitudo in hoc eſt , quia ſicut per ſubſtitutionem fideicõmiſſariam non ſucceditur filio hæredi, ſed teſtatori : nec in filij bonis, ſed tantum teſtatoris. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. ſic in hac ſubſtitutione ad ſimilitudinem fideicõmiſſariç ſubſtitutionis per hãc directam militarem filio moriente poſt pubertatem non ſucceditur eidẽ in ſuis bonis,ſed militi, & in bonis militis tantũ.d.l.precibus.ibi,bona quç cum

more



moreretur, patris eius fuerunt, & d.l.centurio. & ſicut in fideicommiſſaria , bona teſtatoris cum fructibus debent reſtitui. dicta l. centurio. niſi fructus percepti iudicio teſtatoris fuiſſent , vel negligentia fideicommiſſarij. l.in fideicommiſſa.ff.ad trebellia. l.iubemus. C. illo titul. ita & in ſubſtitutione directa militari. d. l.centurio.

Intellige quod pupillo decedenti in pupillari ætate ſuccedet ſubſtitutus ad vniuerſa bona, excluſa matre etiam in legitima , ſi poſt pupillarem ætatem moriatur ſubſtitutus omnia bona paterna habebit dempta legitima filij,quam mater , vel alij conſanguinei , & bona filij habebunt , ſecundum communem opinionem Doct.in d.l.centurio.

Non obſtat dict.l. precibus. vbi ſi eſſet directa, non eſſet opus petere à matre : quia ibi neceſſe habuit ſubſtitutus à matre , quæ occupauerat de facto bona omnia poſt mortem filij petere : tamen non probat quin iure directo ſucceſsiſſet ſubſtitutus : ſed quia filius adiuerat bona patris , fuerat vnum effectum patrimonium.l.1.§.veteres. ff. de acquir.poſſeſ. Ideo neſciebat ſubſtitutus bona teſtatoris nec filij,ideo petiit à matre, vt in dict.l. precibus. & ſequitur iſtum intellectum Bened.de compendio. num. 12. & probat ibidem text. ibi, te eius ſucceſsionem obtinente.

Item bona debent peti à matre ibidem. nec obſtat,quod directò ſuccedens poteſt bona authoritate propria capere:quia intelligitur quando non eſſent ab aliquo occupata : alioqui ſecus.c.licet.in 2.de præbend. in 6.& hæres petit bona à poſsidente : vt patet in rubr. ff.& C.de petitio.hæred. nec apparet quod in dict.l.precibus. fuerit vſus verbis directis , vel quòd iure militari teſtatus fuerit.

59 *Cardinales pro Republ.occupati iure directo poſt pubertatem ſubſtituere poſſunt.*

Quòd Cardinales habeãt hoc priuilegium, patet,quia ipſi clerici ſunt:& iura quç loquũtur in militibus terreſtris militiæ procedunt etiam in militibus cæleſtis militiæ. glo.& Docto.in l. miles.ff.de re iudic.

Item quia militant : nam occupati ſunt in conſiſtorio Papæ pro vniuerſali eccleſia. c.bonæ.1.de poſtula.prçla. Ita tenet vbi dicit prçſentiam cardinalium eſſe vtilem non ſolum eccleſiæ Romanæ , ſed eccleſiæ generali : & non ſolùm apud Apoſtolicam ſedem,ſed apud vniuerſalem eccleſiam.Iaſ.in rub.ff.de vulga.

Facit l.benè à Zenone.in fi.C. de quadrien. præſcrip.ibi, & hoc videatur Imperiale priuilegium , qui in ſuis conſiliis , ſuisque laboribus pro toto orbe terrarum die noctúque laborat: quare non habet dignam ſua prærogatiua fortunam. vnde cardinales dicuntur maiores epiſcopo , ratione adminiſtrationis : quia præſunt adminiſtrationi vniuerſalis eccleſiæ : ſed epiſcopi ſunt maiores ordine. Barba. in 1.q.baſilica,primæ partis.col.16.nu.62.

## Ad Senatores.

60 *Senatores tot negotijs obruti , iure etiam militari ſubſtituunt.*

Item quòd hoc priuilegium competat Senatoribus,patet,quia non eſt minor occupatio pro republica,quàm militum : ergo imò parua eſſent foris arma,niſi eſſet conſilium domi habitum ab iſtis Senatoribus,vt dicit Cicero.

Præterea militant non minus quàm aduocati:& aduocatis datur hoc priuilegium,not.in d.l.centurio.per l.aduocati. C.de aduoca.diuer. iudicio. l.ſancimus.1.C.de aduoca.diuer.iudic. & ibi Bal.& infrà dico,&c.Ergo &c.

Imò meliorem vitam ducunt quàm cordigeri,ſi iuſtè vtantur legibus : vt docet Hoſtien. in proœ. ſummæ, in §.fina. & Iaſ.in l.1.col.pen. ff.de iuſtit. & iure. Ideo omnia priuilegia conceſſa militibus propter occupationem,competunt , dummodo illis conueniant etiam Senatoribus , doctoribus legentibus , & aduocatis. Alex.& alij in d.l.centurio.

Non obſtat quòd ceſſet ratio in Senatore & aliis,cùm non ſint ignorantes. Nam fateor priuilegia , quæ conceduntur militibus ratione ignorantiæ , non competunt Senatoribus , vel aliis. l.1. C. de iur. & fact. igno. Sed priuilegia competunt ratione occupationis , & ratione publicæ vtilitatis. l.1.ff.de teſta. milita.l.pen. C. illo tit. Et non minus,imò magis ſunt occupati Senatores pro republ.quàm milites:qui ſi per horam militent , Senatores in ſingulas horas iuſtitiam exercent de mane vſque ad veſperam:vt dicit tex.in §.ſedebunt.in authen.de iudicib.colla.6.

Nec puto iſta priuilegia eſſe militibus conceſſa ratione ſimplicitatis & ignorantiæ , quia poſſent etiam competere impuberibus,qui nil ſciunt,aut ſcire præſumuntur.l.impuberes.ff.de iur. & facti igno. & ruſticis non ſagacibus , de quibus l.Athletæ. §. de ruſticis.de excuſa.tuto. nam ſagacibus non datur reſtitutio. Ioan. de Plat.in l.2.C.de agric.& mancip.lib.11.ſed omnes hodie ſunt ferè ſagaces. Dec.in c.ſuper literis.in fi.de reſcript.

Item competerent hæc priuilegia mulieribus,cùm ſint ignaræ.l.ſi.C.de iur.& facti igno. quod non videtur verum:& ignorans eſſet melioris conditionis quàm ſciens , contra l. Seruius.ff.quod vi aut clam.c.eum qui.de præben. in 6.iuris error nemini prodeſt.l.2.ſi à pupillo. ff. pro empto. & in l.fina. C.de teſtament.milita. vocat eos ſapientes homines , ideo non ſimplices.

61 *Aduocatos fiſci, & alios, ac doctores actu iure directo ſubſtituere poſſe non negamus.*

Item quòd doctoribus & aduocatis actu competat, patet, quia militant. l.ſicut milites.l. aduocati. C. de aduoc.diuer. iudicio. maximè venerabiles fiſci aduocati qui habent 20.priuilegia,quæ dixi in ſtylo Bituricenſ.

Secundò non tenentur niſi inquantum ſafacere poſſunt.gloſ.in l.miles. ff.de re iudic.vbi dicunt Doct. quòd ſicut miles non poteſt donare cõcubinæ.l.2.C.de dona.inter vir.& vxo. ita nec aduocatus. Ioan.And.in regu. ſine culpa.de reg.iur.in 6.

Tertiò illa priuilegia habet aduocatus in peculio quaſi caſtrenſi, quæ habet miles in caſtrenſi.l.fina.C.de inoffic.teſta.l.fori.de aduoca. diuer.iudicio.

Quartò, ſicut miles non poteſt torqueri. l. milites.& l.Diuo Marco.C.de quæſtio.ſic nec doctor aut aduocatus.Bartol.in tracta.de quæſtio.quod non ſeruatur,imò omnes hodie torqueri poſſunt: vt fuit prolatum arreſtum hîc 4.parte arreſt.16.

Quintò facit l.1.in verſ.& ibi glo.& Bart.ff.ſi quis à paren. fuer. manumiſſ. vbi priuilegium conceſſum militibus, vt eorum teſtamenta ratione præteritionis non poſſunt contabulari: comprehendunt aduocatum & doctorem, ſecundum Bart. ibi,& facit authen. presbyteros, C.de epiſco.& cler.

Sextò tanto, ſeu maior eſt vtilitas publica in doctore docente,& aduocato, quàm in milite. l.1.ff.ſolut. matrimo. quia per ſcientiam illorum totus mundus illuminatur. authen. habita.C.ne fil.pro patr.gloſſ.in l.1. C. de ſtud.liber.vrb.Rom.lib.11.ſed vtilitas publica eſt cauſa priuilegiorum militum.l.1.& l.milites. C.de teſta.milit. Ergo facit l.ſi vt proponis.C.de rei vendic. vbi priuilegium, vt emptum pecunia militis à milite vendicari poſſit, habet locum in clerico.Panor.conſi.94.in 2.vol.

Nec obſtat l.1.C.de iur.& fact.igno.quia ibi conceditur priuilegium propter iuris ignorantiam, quæ non cadit in doctorem & aduocatum.l.profeſſio.C.de excuſa.muner.lib.10.quia eſt turpe ignorare ius in quo verſatur.l.2.§.Seruius autem.ff.de orig.iur.

Aliquando conceditur ratione neceſſitatis priuilegium, vt militi teſtanti in caſtris. l.milites.C.de teſta.milit.nec procedit in aduocatis, vt dicitur in l.fin.C. de teſtamen.& ff.de bono. poſſeſſione.

Nec refragatur quòd in exorbitantibus non debeat fieri extenſio. l.1. ff.de conſtitu. princip. Reſpond. imò quando inſpecta lata ſignificatione vocabuli ſub caſu expreſſo comprehendi poſſet alius. l.ſenatuſconſulto. ff. de ritu nuptia.l.filium.ad Macedo.l.ſi filius.C.illo.tit.

Item quando ſumus in fauorabilibus, quibus iura fauent propter publicam vtilitatem, vel aliam cauſam fauorabilem, etiam in exorbitantibus à iure fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia,glo.in l.illud.in ver. alia cauſa.& in l.fin. in ver. captiuorum. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ideo iura loquentia in libertate, ad pias cauſas extenduntur. Bartol. in l. ſi vnus. C.de teſta.& l.proximè. in fine. ff.de his quæ in teſta.delen. & iura loquentia in alimentis, ad dotes extenduntur,& econtra.Bartol.in l.ſi certis annis.C. de pact.

Imò quando duo æquiparantur, ſtatutum in vno procedit in alio, etiam in exorbitantibus.gloſſ.in l.2. C. de cura.furio.vbi priuilegia minoribus conceſſa extenduntur ad furioſos.

Nec obeſt l.1.ff.de teſta.mili.quòd priuilegia militum ſint illis conceſſa, ratione ſimplicitatis,quæ in aduocatis abeſt: quia verum eſt illa, quæ redundat in fatuitatem: ſed illa quæ eſt contraria dolo, eſt etiam in eis veritatis amica. de iureiur. etiam dico ratione ſimplicitatis eſſe conceſſum, vt in caſtris teſtentur. Alexan. in dict.l.centurio. colum.3.licet putauerim eſſe conceſſa ratione benemeritorum, & quia pro republica occupantur: & quia adeo ſunt benemeriti aduocati. Ergo eis concedentur,quia non paſſim dantur priuilegia militibus, ſed tantum occupatis.l.penultima.C.de teſtamento milit.

62 *Subſtitutio compendioſa à milite verbis communibus facta,fauore matris poſt pubertatem obliquatur.*

63 *Sed factam à pagano obliquari etiam citra matrem vulgò traditur.*

Sic intelligunt aliqui legem precibus. C. de impuber. ſecus ergo, ſi mater eſt in medio: ergo in contrarium eſt ius commune. l.ius ſingulare.ff.de legib.

Nec obſtat,quòd omnino debeat obliquari ſicut in pagano, quia miles in dubio cenſetur velle vti iure communi.l.in teſtamento, C. de teſta. mili. ſed de iure communi compendioſa per verbum commune obliquatur.

Reſpondeo ideo in pagano obliquatur poſt pubertatem, quia non poteſt poſt pubertatem directò ſubſtituere: ſecus in milite: ideo ſubſtitutio de directa in directam tranſit facilè, poſtquam militi datur poteſtas ſubſtituendi directò etiam poſt pubertatem.

Nec obſtat, quòd in dubio velit teſtari de iure communi. l.quanquam. & l.in teſtamento. C. de teſta.milita. quia ſunt duæ in hoc caſu præſumptiones:vna quod præſumatur directò ſubſtituere, non per fideicommiſſum. cap. ſi pater.de teſta.in 6.& iſta præſumptio, vt fortior, quia in teſtamentis plenior interpretatio fieri debet.l.in teſtamentis. ff.de regul.iur.præſumptio fortior tollit aliam præſumptionem. l.ſiue poſſidetis.& ibi Bal.C.de probat.

Nec obeſt ſi replicetur, quòd non debet obliquare fauore matris, cùm etiã ſi iure directæ militaris valeret,adhuc haberet legitimam, ſed reſpond.quòd non detraheret Trebellianicam:ideo eſt fauor matris, vt habeat & Trebellianicam & legitimam.

Vel intellige, quando ab initio ſubſtituit minori: quia tunc poteſt iure directæ militaris valere ſemel: & proprietas verborum & teſtatoris voluntas conſiſtere poteſt: ſecus ſi ſubſtitutio fuerit facta maiori, tunc etiam fauore matris ſecundum quoſdam non obliquabitur: Quia hoc caſu non ſaluaretur proprietas verborum in aliquo, neque teſtatoris volun



voluntas. l.miles ita. ff.de hæred. inſtit. & hoc ſecundum aliquos: tamen contraria opinio eſt communis, ſiue initio, ſiue poſtea: & quòd matris fauore quid fiat, eſt text. in l.qui duos.§.cum in bello. ff.de reb. dub. vbi fit interpretatio quod filius ſuperuixerit patri, vt mater ſuccedat filio.

Nec obſtat quòd vna res non debet diuerſo iure cenſeri.quod intellige,niſi data varietate temporis.l.ſi quis referendum.§.fi.ff. de furt. & in 8.caſibus quos tradit Rech.in repe.cap.fi. col.24.de conſuetud.

64 *Miles & paganus verbis ſubſtituendo obliquis non differunt.*

Nam ſubſtitutio facta verbis obliquis ſiue à milite fiat,ſiue à pagano, omni tempore valet iure fideicom. & ſic mater non excluditur, nec conſanguinei à legitima,l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulga.probatur in l.neque. §.fin.ff.de teſta. mili. per locum à ſpeciali, vbi fauore libertatis & militis fideicommiſſaria libertas trahitur ad directam:ſecus ergo in alio caſu.

Nota tamen quòd ſi miles fecerit codicillos,& poſtea eos in teſtamento appoſuit, poterit eos per teſtamentum ſequens cauendo in poteſtatem inſtitutionis redigere, & efficere directam inſtitutionem, quæ erat precaria.l. quærebatur.ff.de teſta.milit.

65 *Compendioſa à pagano verbis directis facta impuberi, adueniente pubertate expirare frequentius recipitur.*

66 *Imò non finiri defendi poteſt.*

Fundatur in l.verbis ciuilibus.ff.de vulga.& l.cohæredi.§.cùm filiæ.ſumendo arg. à contrario.ff.illo tit.Soc.in rub.de vulga. col.vlt.§.maſculo.inſt.de pupilla.

Sed non finiri defendi poteſt. & poſſet intelligi non finiri,quando pia cauſa eſſet ſubſtituta,vel quando de voluntate teſtatoris appareret: vel ſi perſona ſubſtituta eſſet à teſtatore valde dilecta.Galiau. in l. centurio, col.53.ff. de vulga.

Vel quando in teſtamento eſt clauſula codicillaris appoſita.Bar.in d.l.verbis ciuilibus.

Nec obſtat d.l.verbis ciuilibus.vbi dicit,fruſtra fieri,intellige vt valeat iure directo:ſed quin valeat iure fideicom. illa lex non vetat.glo.ibi & in d.§.maſculo.

Nec obeſt l.in pupillari. quia pupillaris bene finitur pubertate,ſed non fideicom. nec apparet quod loquatur de verbis directis.idem in §.maſculo. dicitur verbum ſuccedat eſt commune.Bal.conſil.296.in 4.vol.

Nec obſtat l. 1.ff. de iure codicil. & quia loquitur in inſtitutione primi hæredis, in qua præſumitur quod voluit teſtari non codicillari,niſi expreſſe dixerit.l.non codicillum.C. de teſta.Nam poſtquam eſt habilis ad ſubſtituendum iure directo poſt pubertatem,ergo trahetur ad fideicommiſſ.

Nec refragatur l.cohæredi. §.cùm filiæ. ſumendo arg. à contrario, quod non procedit: aliàs ſequeretur quòd etiam facta per verbum commune,non obliquaretur.

Nec obſtat c.ſi pater.de teſta.in 6.dum dicit, quòd vbi verba & perſona conueniunt,debent iudicari directa: ergo ſi perſona non conueniat, vtpote quia filius eſt effectus pubes, iudicari debet fideicommiſſ.

Item ſubſtitutio fideicommiſſaria nõ poteſt induci, niſi ex coniecturis reſultet ex verbis expreſſis.l.cum proponebatur.& ibi Barto.ff.de legat. 2. l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad trebel.nec ſequitur, teſtator voluit ſubſtituere directo, ergo per fideicom.

Minus obeſt quòd fideicom. non trahatur ad directam,niſi libertatis fauore: & ſi teſtator paganus non habuit tempus ſibi prouidendi de directa.l.nec enim. §.fi.cum l.ſeq. ff.de teſta. milita. l.Antoninus Pius.de fideicõ.liber.ergo cum contrariorum debeat eſſe eadem iuris diſpoſitio,directa non trahetur ad obliquam.Reſpon.facilius obliquatur quàm fideicom.ad directam trahatur:quia ſub eo quod eſt minus, non poteſt id quod plus contineri.l.in eo.ff.de regul.iur. ergo facilius trahetur ad diſpoſitionem minorem.Bar.in l.tutores. §.curator.ff.de admi.tuto.

Nec obſtat quod contrariorum &c. intellige quando eſt eadem ratio.glo.fi.in l.& ſi contra.ff.de vulga.

Item quando verba directa repugnant fideicommiſſariæ ſubſtitutioni, nec eam aliquo modo importare poſſunt,tunc etiam ſi à prin. non poſſit valere iure directo, non trahetur ad fideicom. l.ſi quis in fundi vocabulo. 2.reſpon. ff.de lega.1.l.in ambiguo.& ibi Bar.de reb.dub.

67 *Compendioſa nec vulgarem nec pupillarem comprehendere poſſe dicitur.*

Intellige quando eſt facta per verba obliqua: quia verba obliqua nec proprie, nec impropriè continent directam: quia quod eſt minus non poteſt continere quod eſt plus. vt ſuprà dixi.Galiau.poſt Bar.in d.l.centurio. col.61. & col.86.Vel quando eſt facta in codicillis.glo.in l.verbis ciuilibus,ff.de vulga.vel quãdo dictum eſt ſubſtituens vulgariter, pupillariter,& per fideicom.tunc expreſſum facit ceſſare tacitum.l. cum filio.§.filio.ff.de vulgari.

Tamen verba obliqua directantur quando conſtat de mente teſtatoris quòd velit valere iure directo.tex.in l.quærebatur. & ibi Bart. ff. de teſtam.milit.& l.Antoninus.de fideicom.liberta.vbi & fauore militis & libertatis obliqua valet iure directo: vt ſi teſtator dicat, ſi Titius hæres nõ erit,grano is reſtituat hereditatẽ Seio: quia non hæres non poteſt hæreditatem reſtituere,ideo ſubſtitutus ſuccedet per vulgarem iure directo.Bal.in l.humanitatis.verſ. mirabile dicam. colum.pen. C. de impuber. Curtius in l.precibus.col.25.illo tit.vide Dec.conſil.642.

68 *Imò in ea ambas contineri iuriſconſulti dicunt.*

Quando eſt facta per verba directa,vel com-

munia,vt in l.centurio.ff.de vulga.& d.l. precibus. & iſtud communiter tenetur, & iſtud in practica dicit eſſe notandum Soc.in d.l. centurio.col.15.vbi dicit, aduertere debemus an pupillus deceſſerit in ætate pupillari, & tunc ſuccedetur eidem per pupillarem:aut poſt pupillarem, & tunc ſi ante aditam hæreditatem, & ſuccedit ſubſtitutus ex vulgari: ſi hæreditate adita moriatur poſt pubertatem,ſubſtitutus veniet per fideicommiſſariam,quod valde notandum cenſet.

69 *Filij poſiti in conditione cenſentur tacitè ex teſtamento ſubſtituti.*

70 *Etſi contrarium communius aſſeueretur.*

Intellige in legatis quæ nutu poſſunt fieri.l. nutu.ff.de lega.3.ſecus in hæreditatibus.Angel. in l.Lucius.ff.de hæred.inſti.per glo. ibi, ſequitur Gerard.ſing.61.Bened.in ver. adiiciens. nu. 25.cum ſeq.Iaſ. in l. in legatis.C. de lega. facit glo.ſing.in l.quandiu.ff. de regul.iur.quæ dicit, quòd ſi teſtator ſubſtituat venientibus ab inteſtato ſi hæredis non erunt, videtur eos tacitè inſtituere:& ſic veniunt ex teſtamento. Bened. in repe.huius c.Raynutius.in ver.adiiciens.nu. 23.cum ſeq.facit l.conficiuntur.de iure codicillo.quia quando non adeunt, videtur relinquere.l.1.§.ſciendum.ff.de lega.3. Catellia.Cotta in ſecũda parte memoral.in verb.filij.facit l. Gallus.§.in omnibus. ſecũdum vnum intellectum. ff.de liber. & poſthu. vbi valet illa tacita inſtitutio,ſi filius non erit hæres,ſecundum Bart.& Alex.ibi,& in d.l.1.& Boer.q.154.& ſeq.

Item intellige quando in defectum poſitorum in conditione teſtator prouidiſſet de vlterioribus ſubſtitutionibus, & ſubſtituiſſet piam cauſam, tunc poſiti in conditione cenſentur ſubſtituti,& iſtud iuſtiſsimum & æquiſsimum dicit eſſe Ancha.conſil.73. contra Philippum, ſequitur Alex.conſil.64.difficultas.in 5. vol.refert Iaſ.conſil.132. ſuper teſtamento. col.1. in 2. vol. vide Franciſqui. Curtium conſil.16. col.5. vbi etiam limitat, & quando appareret de voluntate teſtatoris, vt quia de filiis filiorum eſt facta mentio.Dec.conſil.397.viſo puncto. Soc. conſil.6.in 3.vol.& Soci.conſil.73.& ſeq.vol.4. vel quãdo eſt ſubſtitutus per fideicommiſſum, non tranſmittitur,vt Alex. conſil.250.in 6.vol. alioqui ſecus.& conſil. 252.ibi.& conſi. 62.vol. 7.Soc.conſi.12.nu.19.in 3.vol.Dec.conſi.545.in fin.Chaſſa.conſil.14.Guido.conſil.140.col.2.& ſeq.Cornæ.conſil.92.in 1.vol. vel quando eſſet facta mentio de ſecundo,tertio,& vlteriori gradu,inter quos gradus ſaltem vltimus erat extraneorum,tunc liberi habentur pro inſtitutis. Bolog.conſil.62.col.5.in prin. Bertrand. conſil. 82.volum.1.

De ſubſtitutione fideicommiſſaria.

71 *Fideicommiſſarius bona propria authoritate capere poteſt.*

Intellige ex voluntate teſtatoris.Nam teſtator poteſt dare facultatem fideicommiſſario, vt capiat bona propria authoritate. Angel. in l.Paulus.vbi Alex.& Moder.ff.ad trebel. Nam ſicut vtendo verbis directis poteſt, ita aliis verbis ſi de voluntate teſtantis appareat. Galiaula in repe.l.centurio.col.55.ff.de vulga.Nam legatario poteſt hoc concedere.l. Titia. cum teſtamento.§.1.ff.de lega.2.

Item in l.reſtituta.ff.ad trebel. ſic dicitur reſtituta hereditas videtur aut re ipſa,ſi forte paſſus eſt hæres poſsideri res hæreditarias vel totas,vel aliquas earum hac mente,vt vellet reſtituere,& ille ſuſcipere.

Item licet verbum accipiat,ſic directum,tamen eſt ad hoc vt ſubſtitutus poſsit accipere: tamen in cæteris iudicatur de eo ſicut de verbis communibus. Bart.& alij in d. l. centurio. Alex.conſil.165.in 1.vol.Aret.conſil.155.col.7.

72 *Ex quo infertur ſaiſitum eſſe, & ſi bona per hæredem alienata fuerint.*

Quia illa alienatio pro non ſcripta habetur, ac irrita,ac ſi facta non eſſet.l.fi.§.ſinautem ſub conditione. C.commun. de legat.& fideicom. ibi,& ſic intelligenda eſt,quaſi nec ſcripta, nec penitus fuerit celebrata:& paulo poſt ibi,omnis licentia pateat rem vendicare, & ſibi aſſignare nullo obſtaculo ei à detentatoribus opponendo.c.& lex poteſt habere pro infecto.cle. vna.de immun.eccle.ſed ſi non eſſet facta, eſſet ſaiſitus,ergo etiam quando eſt facta.

Item quia ex æquitate canonica nulla debet fieri reſtitutio,ſed poteſt agi recta via, vt euitetur circuitus.l. dominus. ff.de condict. indebi. cle.auditor.de reſcript.& vt lites abbreuientur, quod intereſt.l. properando. C. de iudic.ita tenet Bald.in c.in præſentia.colum.6. de probat. quem ſequitur Benedic.hîc,in ver.ſi abſque.de fideicommiſſaria.nume.50.& ſecundum hanc iudicatur in parlamento Tholoſano, vt ipſe aſſerit ibidem.num.85.& hæc non ſolum inter ſuos, verumetiam inter extraneos. Bened. in verb.mortuo.in 2.num.74. vbi dicit multa ſic fuiſſe prolata areſta quod eſt notandum.

73 *Filius rogatus reſtituere hæreditatem eccleſiæ,non tenetur etiam in conſcientia ſi liberos habuerit.*

Probatur in l. cum acutiſsimi. C.de fideicom.Nam qui Deum vult inſtituere,& filium exhæredare, alium quærat pro conſilio quàm Auguſtinum.c.fin.17.q.4. multo fortius ſi pro imperatore, vel rege.l. Papinia.§. ſi imperator. ff.de inoffi.teſta.Bened.in repe.c.Raynutius.in ver.ſi abſque.primo.nume.23.& ſeq.de teſtam. Nam potẽtior eſt ratio naturalis, quàm fictio. l.qui habent.ff.de tute.l.filio.de liber.& poſthu. & probatur, quia filij hæredis inſtituti excludunt ſubſtitutum etiam filium teſtatoris.l. cum auus.ff.de condi.& demonſtra.glo.ſing.in l.1.C.de dona.cauſa mor.Imol.in l. & cui. ff.de donatio.fortius excludet piam cauſam.æquum enim eſt nepotes in locum patris ſuccedere. in au



then.quib.mod.natur.effician. ſui.§.ergo.

Nec obſtat quod verba generalia non comprehendunt eccleſiam tanquam ſit impoſsibile ſtatuenti.c.eccleſiam.de conſtitutio. doct. in c. vt animarum.illo tit.in 6.

Reſpon. non ligari eccleſiam quo ad eius præiudicium:ſed nihilominus ſtatutum vel lex poteſt eccleſiam excludere à lucro prouenient e ab ipſo ſtatuto,vel lege.l.ſi quis curialis.C.de epi.& cler.& ibi Bal.

Nec refragatur c.in præſentia.de proba.quia nunquam monaſterium habetur loco liberorum. quando extant filij ab inſtituto geniti. Barba.in repe.l.cum acutiſsimi. colum.4. quia quando vna eccleſia concurrit cum alia, nunquam vna habetur loco filij:à fortiori quando ſunt filij.

Item fictio ceſſat vbi eſt veritas. l.filio.ff. de liber. & poſthu. ſed quando ſunt filij, veritas eſt.Ergo non oportet alium fingere filium,ſcilicet monaſterium, quia veriſimile eſt quòd ſi de filiis cogitaſſet, non ſubſtituiſſet eccleſiam: vt no.in d.l.cum auus.

Fallit quando teſtator legaſſet, vel donaſſet pro ſua conſcientia exoneranda, & ſic quando ageretur de periculo animæ, vtpote, de malè acquiſitis. Barba.colum.31.in dict.l.cum acutiſſimi. probatur, in reſtituendis: tunc magis fauetur piæ cauſæ, aliàs ſecus, per gloſſ. in cap. fin. de ſepul. Dec.in l.licet. columna ſecunda. C.de pact.

Nec obſtat authen. ſi qua. C.de ſacroſanct. eccleſ.quia loquitur in ingreſſo monaſterium. vide Iaſ.conſil.212.in 2.vol.

## *REPETITIO D. PETRI REBVFFI MONTISPESSVLANENSIS, IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS & Comitis, ſuper cap. Conſuluiſti.de celebra.miſſa.in ſcholis iuris Pontificij Pariſiis in vigilia natiuitatis Domini habita anno 1537.*

SI quid vnquam poſt me natum huiuſmodi incidit, digniſsime cœtus, quod à Deo. Opt.Max. omni ſtudio, omniq́ue adeò animi contentione optandum mihi fuit, ea me nunc omnis circũſtat neceſsitas,vt eo munere quod ad me in orbem rediit,quodq́ue clariſsimi viri, collegæ mei mihi detulerunt, ſi non pro veſtra omnium expectatione ac ſtomacho, at certè pro ingenij mei mediocritate & temporis breuitate defungi queam, quod cum huiuſmodi eſſe animaduerterem theologum ita flagitare, vt ſi quis eum excludat,id facturos quod mus in pice videretur, non inuitus me Hercules, paſſus fuiſſem, in hac maximè florentiſsima theologiæ academia præteriri, & hanc prouinciam alteri delegari,niſi ſacramẽtum primum, officium deinde,ad hæc collegarum ſapientiſſimorum virorum dignitas, ac iuſtiſsima poſtulatio, & veſtra deniq; omnium humanitas, quibus nemo non inhumaniſsimus negatum aliquid velit, non obſcurè detrectantem reuocaſſent,ac confirmaſſent.Quocirca nolim vos auditores à me id expectare,vt fucatis & omnibus modis elaboratis verbis,vel exactis rationibus, aut argutiis hanc materiam vobis pertractem,ſed vtiliter,veluti citra artem,ſynceritérq; & ſimpliciter ſalubria exprimã:proteſtans ſi aliqua(quod Deus auertat) protulero verba contra fidẽ, aut ſanctæ matris eccleſiæ conſtitutionẽ:ea irrita & pro non dictis haberi volo.Decreueram pro more Decretalem illã Firmiter credimus,re & fama difficilem,pro virili nunc explicare,digniſsime cœtus;ſed per valetudinem aduerſam non fuit mihi liberum, cum adhuc plenè confirmatus non ſim,non potui ex tempore nodos pluſquã Gordianos in illa Decretali quieſcentes diſſoluere: quamobrem hanc Decretalem Cõſuluiſti, de celebra.miſſa.nunc explicandam duxi, quæ materiam natiuitatis Chriſti tractat, ob id quòd proximè accedat, nos iſtam materiam proſequemur: & quia peculiare vnum natiuitatis eiuſdem tradit, ego alia, vos hæc quæſo boni conſuletis.

*Vnam miſſam in die ſacerdos celebret.*

Regula ex hoc tex.ſumitur, quòd ſacerdos vnam tantum miſſam in die celebrare poteſt, & ſufficit:id eſt,ſufficere debet.c.ſufficit.de conſecra.diſt.1. ſic dicens, Sufficit ſacerdoti vnam miſſam in die vnã celebrare, quia Chriſtus ſemel paſſus eſt,& totum mundũ redemit. Non modica res eſt vnam miſſam facere: & valde fælix eſt,qui vnam dignè celebrare poteſt: quidam tamen pro defunctis vnam faciunt, & alteram de die,ſi neceſſe fuerit, qui verò pro pecuniis, aut adulationibus ſecularium vna die præſumunt plures facere miſſas, non exiſtimo euadere damnationem. hæc text.ille egregius. etiam ſi ſibi non ſufficeret,vt not.Petr. de Palud.in 4.ſententia.diſt.12.non tamen dicitur bis celebrare,ſi duas hoſtias quæ cuſtodiri non poterant,comedat.nec poſſet cogi ex ſtatuto etiã ſemel quotidie celebrare, niſi iuxta c.ſignificatum.de præbend.

Siue fuerit ſimplex ſacerdos,religioſus, Cardinalis, Archiepiſcopus, Epiſcopus, vel Abbas, vel in alia dignitate conſtitutus. c.te referente. infrà eo. vbi archiepiſcopus Sipontinus reprehenditur qui duas miſſas vno celebrabat die:& mãdat miſſarũ ſolẽnia celebrare,ſed nõ ab vno.

Hæc regula non procedit in die natiuitatis, vt hîc,

vt hîc,in qua tres miſſæ poſſunt dici. Rationes tradit glo.hîc,& cap. nocte ſancta.de conſecra. diſt.1.Et ad repræſentandum triplicem Chriſti natiuitatem,ſcilicet æternam, temporalem, & naturalem.& vt hæc naturalis toto à nobis pectore celebretur, aliqua ſpecialia in illius laudem annumerabo, & mentalem, vel tres in Chriſto ſubſtantias deitatem, animam, & carnem.Floren.in 3.parte ſummæ tit.13.c.6.§.5.

Primum igitur peculiare & ſpeciale natiuitatis Ieſu Chriſti priuilegium eſt, quòd plures eo die miſſæ ab vno & eodem celebrari poſſunt:vt hîc & in c.nocte.de conſecra.diſt.1.

*Cauſa neceſsitatis duæ miſſæ dici poſſunt.*

Secundum præcipuũ & peculiare eſt,quod quãuis cauſa neceſsitatis, & alia,de quibus infrà dicetur, liceat plures miſſas celebrare, vt in hoc tex.tamen nõ niſi duas.c.ſufficit.ibi,alterã. & ibi glo. ratio eſt vltra eum, vt vitetur infinitas.c.2.de reſcript.in 6. hoc probatur arg. l.fideicommiſſa. §.ſi quis decem. ff.de lega.3. dixi abundè in repet.l.vnicæ.nota.1. C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Tamen in die natiuitatis licet tres miſſas dicere,vt hîc patet, & Theleſpho.Papa ideo ſtatuit in d. c. nocte. tres dicendas ad oſtendendum quod Chriſti natiuitas ſaluauit, & redemit homines trium ſtatuum,videlicet ante legem,ſub lege,& poſt legem.vt glo.hîc deſcribit.

*Cur tres miſſæ dicantur ab vno ſacerd. die nat. Chriſti.*

Tertium, licet de nocte non ſit celebranda miſſa, quia qui malè agit, odit lucem,in euangelio,& in c.conſuluit.de offi.deleg.tamen fallit in nocte natiuitatis, quia Chriſtus ea nocte natus eſt & ab angelo paſtoribus nunciatus. c.nocte.& c.neceſſe.de conſecra. diſt.1. & probatur Ioan.me oportet operari donec dies eſt: venit nox, quando nemo poteſt operari. non tamen debet dicere tres ante auroram, teſte Angelo Clauaſino in verbo,miſſa.§.46.quia ita ſe habet conſuetudo,ſecundum eum:quia multa vno tempore licent, quæ alio tempore prohibentur.l.furem.ff.ad leg. Cornel. de ſica.dixi in tract.nomina.q.14.num.5.tamen non crederem peccare mortaliter ſi aliquis ex cauſa illas tres miſſas in media nocte celebraret.tum quia non inuenio hoc prohibitum, imò conſuetudo eſt in contrarium. cap. nam concupiſcentiam.de conſti.tum quia eodem tenore de die dicuntur tres miſſæ, ſic & noctu dici poſſunt. per c.1.ſuprà eo. Et eo Chriſtus poſt mediam noctẽ naſci voluit,quia tũc lux diei incrementum accipit, vt oſtenderet ſe veniſſe, vt homines in lucem diuinam creſcerent: & aſperitatem hyemis elegit,vt ex eo tempore carnis afflictionem pro nobis pateretur. Leonard. ſermo.11.in fine,de ſanctis, & in fine noctis, vt finem malorum nobis oſtenderet preteritorum.

*Quære Chriſtus poſt mediã noctẽ naſci voluit.*

*Nox vnde dicta.*

Quartum, quòd etſi nox obſcura ſoleat eſſe, eo dicta quòd oculis noceat. Vnde ſi quis deponat Titiũ interfeciſſe hominem de nocte, & dicat vidiſſe, non valebit illa depoſitio:quia nox ſolet eſſe obſcura, niſi probatum fuerit quòd luna lucebat.glo.ſingul. in l.ſi cum exceptione.§.in hac. ff. quod metus cauſa. Cæpola cautel.29 ſi aliquis.& addidi in d.§.in hac. Tamen natiuitatis nox fuit lucida, & luce meridiana clarior.Luce 2.c.& claritas Dei circũfulſit illos,& timuerunt timore magno, ad denotãdum quòd natus erat ille qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. & Dauid Pſal.138.ait & nox ſicut dies illuminabitur:ſicut tenebre eius & lumen eius. tanta fuit lux vt Eccius aſſerit, vt vſque in limbum peruenerit.Iſaiæ 9. Populus gentium qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam,habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. At regio vmbræ mortis eſt apud inferos: ſed non fuit lux apud damnatos, ergo in limbo.

*Nox nat. Domini lucida.*

Quintũ,quod nunquã ita gauiſi ſunt angeli ſicut illa nocte ſancta vt nobis apparet Lucæ 2. Euangelizo vobis gaudium magnum, & ibi ſubito facta eſt cum angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum, & dicentium, gloria in altiſsimis Deo,&c.

*Nat. Domini eſt dies ſummæ letitiæ.*

Sextum, hæc dies nobis ſummæ eſt lætitiæ. Nam Thobie 5.dicitur,quale gaudium eſt mihi qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video? Ideo ante hunc diem omnes erant in tenebris.habetur in cantico Zachariæ,Illuminare iis qui in tenebris,& in vmbra mortis ſedẽt: ſed habitantibus in regione vmbræ mortis,lux orta eſt eis:paruulus natus eſt nobis. Eſaiæ 9.c. & Dauid,lux orta eſt iuſto,& rectis corde lætitia.& Heſter 8.cap.noua lux oriri viſa eſt, gaudium,honor,tripudium. Si de Ioanne dicatur, multi in eius natiuitate gaudebunt, Lucæ 1. multò fortius in Chriſti natiuitate omnes gaudere in domino debemus.

*Natiuitas Chriſti qualis fuit.*

Septimum,ſummæ vtilitatis, quia ſaluator. Luc.2.natus eſt nobis hodie ſaluator.& Matth. 1.cap.ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum, & non ſolùm eſt nobis natus,ſed datus. Eſaiæ 1.Puer natus eſt nobis,& filius datus eſt nobis, & ſic munus glorioſum & vtile: datus eſt igitur nobis in ſocium,vt nos cõduceret, ego ſum via,veritas & vita:in pretium,vt nos redimeret, ſuo pretioſo ſanguine nos redemit: in eduliũ, vt nos reficeret:caro enim mea,dicit Chriſtus, verè eſt cibus.In præmium,vt nos alliceret: in refugium, vt nos protegeret: in faſtigium, vt nos erigeret,teſte Bercho.in verbo, dare.& eccleſia in hymno corporis Chriſti, ſe naſcens dedit ſocium,ſe moriens in pretium,ſe conueſcens in edulium:ſe regnans dat in præmium.

*Chriſti nat. pacem attulit.*

Octauum, quia dies hic natiuitatis pacem omnibus attulit. Eſaiæ 2.cap. non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium.& Lucæ 2. Gloria in altiſsimis Deo,& in terra pax hominibus bone voluntatis cum antea totus mundus in maligno, & diſſentionibus eſſet poſitus, vt patet in libris Macha.& ſtatim nato Chriſto pax facta eſt, & Eſaiæ 11.c. Habitabit lupus cũ agno, & pardus cum hædo accubabit:vitulus,& leo, & ouis ſimul morabũtur,& puer paruulus minabit eos: vitulus & vrſus paſcentur: ſimul requieſcent catuli eorum,& tanta pax facta eſt, vt vniuerſus orbis deſcriberetur ſub vnico imperatore Auguſto,



Auguſto, Lucæ 2.anno Imperij ſui,teſte Steph. 42.vbi Beda inquit,pacatiſsimo tempore ſeculi procreatur Chriſtus,qui pacem quærere docuit, & pacis ſectatores inuiſere dignatur. Sed quod ille ſignũ dare potuiſſet certius, niſi vniuerſum orbem vni ſubiectum fuiſſe domino, quem ipſe per ſuos præfectos curauit deſcribi? nonne impleta eſt prophetia Iſaie ſuprà ſcripta de Chriſto, Iudicabit gentes, & arguet populos multos &c. & diuus Gregorius, Quid eſt quod nato domino mundus deſcribitur, niſi hoc quod aperte monſtratur, quia ille apparebit in carne, qui electos ſuos adſcribet in æternitate?

Nouum, peculiare, & mirabile eſt, quod quamuis mulieres ſolitæ ſint parere cum dolore,Geneſ.3.cap.in dolore paries, ſed in beata virgine maximum fuit gaudium in natiuitate, & nullus dolor:quia nulla apertio.Nam ſi non peccaſſet Adam, mulieres concepiſſent & peperiſſent ſine dolore, quia nulla fuiſſet fractio, & violatio ſignaculi virginalis, ſed portæ vteri fuiſſent dilatæ tam in conceptione, quàm in parturitione.Auguſt.ſuper Geneſ. & Leonard. de Vtino in ſermo. 10. de ſanctis, in primo flore,multo fortius in virgine ſacra Eſa.35.germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans. Sicut radij ſolares ingrediuntur per vitrum,& egrediuntur,ita & Chriſtus in ventrem virginis. Ezechie 44.c.dixit Dominus ad me, Porta hæc clauſa erit, & vir non intrabit per eam:quoniam Dominus Iſrael ingreſſurus eſt per eam,eritque clauſa principi.

*Tres ſoles in Oriente viſi cũ Chriſtus natus eſt.*

Decimum,quòd animalia ſenſu carẽtia adorauerunt,& cognouerunt natum.Eſaiæ 1.c. cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. In oriente tres ſoles apparuerunt, Engaddi arbores floruerunt, & fructum protulerunt,balſamumq; dederunt, ſtella Magis apparuit, fons aquæ in oleum Romæ erupit,& vſque in Tyberim profluxit.Leonard.in ſermo natiuitatis 10.in 3.flore.

*Chriſto nato idola ceciderunt.*

Vndecimum, idola & ſtatuæ ceciderunt in aduentu magni regis Chriſti.Daniel.2.c.tu rex videbas, & eccè quaſi ſtatua vna grandis, &c. paulò poſt, & percuſsit ſtatuam in pedibus ferreis, & fictilibus,& comminuit eos,& contrita ſunt pariter ferrum & teſta, æs & aurum, & argentum, & redacta ſunt in fauillam &c. Diuerſæ ſtructuræ huius ſtatuæ, ſunt diuerſe malitiæ,& infectiones,quibus ante Chriſti aduentum mundus tenebatur.Primò immundicia Sodomiæ quæ durauit ab Adã vſque ad Noë, ob quam diluuio mundus periit. Poſtea ſucceſsit arogantia à Noë vſque ad Abraham, & ædificata eſt turris Babylonica, & diuiſio regnorum & linguarum confuſio ſucceſsit: demum excreuit auaritia ab Abraham ad Moyſem,vbi poſſeſsionibus ampliſsimis, & pecoribus alendis ſtudebant:quamobrem Abraham & Loth nõ potuerunt vnà habitare.Poſtea excreſcere cæpit vitium gulæ à Moyſe ad Salomonem,Exod.6. c.dicebant Iudæi in deſerto, vtinam eſſemus mortui in Aegypto, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate:& ſic omnibus abundabat vitiis mundus,quæ fuerunt per natiuitatem Chriſti antiquata.

Item tanta ignorantia homines acceperat, vt vix inueniretur qui Deum cognoſceret, & idolis nõ ſeruiret.de Salomone legitur 3. Reg. 2.de Nabuchodonoſor apud Danielẽ:& Deutero. 32. c.immolauerunt dæmoniis non deo, diis quos ignorabãt,ideo natus eſt nobis Chriſtus.Nec filius Dei venit ad nos in ſubſiſtentia ſuæ maieſtatis,nec in fonte ſuæ claritatis: quia tantam lucem & claritatem non potuiſſemus ſuſtinere.nempe dicitur Exodi 33.in fi. non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & viuet. Ideo vt ipſum intueri poſſemus,ſuæ claritatis lucem obtexit tegmine ſuæ ſanctiſsimæ carnis,quã de virgine aſſumpſit.Legitur Exod. 34.c.quòd operiebat Moyſes faciem ſuam, quando loquebatur ad Iudæos, vbi dicit Chryſoſto.ſi Iudei Moyſi non potuerunt faciem glorificatam videre, ſed velamine opus fuit,qualiter diuinitatem nudam exiſtentem inacceſsibilem etiã ipſis ſuperioribus virtutibus nos lutei & terreſtres ſufferre poſſemus?hec ille.Et in trãsfiguratione legitur quòd Diui Petrus, Ioannes & Iacobus ceciderunt in facies ſuas, & timuerunt valde, dum viderunt lucem diuinitatis Chriſti.Matthæ.17.

Duodecimum, quòd virgo peperit filium ſuum non ex alio habitum,ſed ex ſuo puriſsimo ſanguine procreatum,virgo etiam lactauit, & permanſit.Lucæ 2.& alibi,beatus venter qui te portauit,& vbera quæ ſuxiſti. Legitur quòd Romani conſtruxerunt templum Romæ, vocaruntque illud templum pacis,reuelatúmque illis fuit,templum illud duraturum quouſque virgo pareret,& virgo permaneret:qui cõſiderantes nunquam euenturum in valuis ſcripſerũt:templum pacis perpetuum:ſed in hac ſancta nocte natiuitatis Chriſti templum illud funditus euerſum fuit.Refert Floren.in 3.parte ſummæ tit.15.c.31.§.2.hec peculiaria & ſingularia nobis attulit natiuitatis dies.hec collegi ſingularia, vt ſingularem deuotionem ad hanc natiuitatem habeamus.

*Templum Pacis Romulo dicatum in natiuitate Chriſti corruit.*

*Chriſtus quare natus eſt in ciuitate parua.*

Notandum eſt quòd Chriſtus natus eſt in ciuitate parua,ne gloriemur de patria: à matre lignifabro deſponſata, ne gloriemur ex cognatione:de matre paupere, ne gloriemur in diuitiis:pannis inuolutus, ne gloriemur in veſtibus:in præſepe poſitus, ne gloriemur in lectis ornatis:cum boue & aſino conuerſatus,ne gloriemur in conſortio: de nocte, ne gloriemur in bonis operibus. Petrus Berchochus in fine ſui Dictio. & in fine anni naſci voluit, vt oſtenderet ſe in vltima mundi ætate venire:in ſexta feria conceptus,in dominica natus,in ſexta feria crucifixus fuit, in dominica reſurrexit, vt qui hominem in ſexta feria plaſmatum iam perditũ liberaret in ſexta feria, & qui in dominica dixerat,fiat lux,in dominica veniẽs oriens ex alto nos illuminaret, teſte Spec. in rationali diuino.offi.lib.6.c.13.de officio natalis Domi.

*Chriſtus in fine anni quare naſci voluit.*

Multipli

*Natiuitas multiplex.*

Multiplicem eſſe natiuitatem teſtãtur theologi. Prima eſt æterna, & eſt quando homo naſcitur cælo,& ad gloriam:ideo mors ſanctorum dicitur natiuitas illorum, & celebratur mors non natiuitas.glo.in §.fi.inſt.de ingenuis. & in l.cum quidam.ff.de annuis lega.alia eſt in c.non licet in quadrageſima. 33.q.4. Corſet. in verbo,feſtum,in ſing.115.incip.ſanctorum feſta. & de hac dicitur Eccleſiaſtis 7.c.melius eſt nomen bonum,quàm vnguenta pretioſa : & dies mortis,die natiuitatis.

Secunda eſt natiuitas ſpiritualis, vt quando homo baptizatur.Io.3.c.niſi quis fuerit renatus ex aqua & ſpiritusſancto, non poteſt introire in regnum Dei.vel quando ingreditur religionem.c.quantumlibet.47.diſt. vel ſtatum pœnitentiæ recipit.c.iudicet. de pœniten.diſt.1. & c. tres.ibidem,& de illis dicitur, qui non ex volũtate carnis,ſed ex deo nati ſunt. Ex deo natieſſe dicuntur iuſtitiæ ſectatores. primæ Io. 2.c. qui facit iuſtitiam ex deo natus eſt. nequitiæ contemptores.primę Io.3.cap.omnis qui natus eſt ex deo, peccatum non facit:& qui facit peccatum ex diabolo eſt.Concordiam diligentes. primæ Io.4. c.omnis qui diligit fratrem ſuum, ex deo natus eſt.& conſtantiæ profeſſores, & ibidem c.5.omne quod natum eſt ex deo, vincit mundum.

Tertia eſt natiuitas temporalis, vtpote quãdo quis adipiſcitur honores mundi,& diuitias. & de hac dicitur, Homo cùm in honore eſſet, Eccleſiaſtes 4.c.Laudaui magis mortuos quàm viuentes,& feliciorem iudicaui illum qui nedum natus.

Quarta eſt natiuitas criminalis,quando quis criminibus naſcitur.Io.9.cap. in peccatis natus es totus.

Quinta natiuitas eſt infernalis, & eſt quando damnati ad inferna deducuntur,Eccleſiaſtici.41. Væ vobis viri impij qui reliquiſtis legem Domini altiſsimi, & ſi nati fueritis, in maledictione naſcemini. & Iob 3.cap.dicitur,pereat dies in qua natus ſum.

*Naturalis natiuitas.*

Vltima eſt natiuitas naturalis,de qua hic, & Iob 5.c. Homo naſcitur ad laborem.& c.13.Homo natus de muliere breui viuens tempore.

*Plures miſſæ an dici poſsint.*

Secundò poſſunt dici plures miſſæ ex cauſa neceſsitatis.& iſte caſus poteſt comprehendere fere omnes caſus.

Primus caſus pro neceſsitate infirmorum petentium ſacram euchariſtiam.

Secundus caſus pro neceſsitate peregrinorum,quando peregrini volunt,& tenentur miſſam audire.

Tertius,pro nuptiis contrahendis:quia conſuetudo laudabilis habet, vt non niſi in miſſa detur nubentibus benedictio.de Turre cremata in d.c.ſufficit.de conſecra.diſt.1.

Quartus quando occurrit aliquis ſepeliendus, quando eſt conſuetudo quòd non ſine miſſa ſepeliatur.

Quintus, quando ſacerdos habet duas eccleſias:vnam in titulum, alteram commendatam propter paupertatem,tunc de diſpenſatione ſummi Pontificis duas dicere poterit miſſas:vnam in vna, alteram in eccleſia commendata, poſtquam duas eccleſias pauperes habet. glo.hîc.facit c.1.21.q.1.c.vnio.10.q.3.

Sextus, ſi eſſet conſuetum in vna eccleſia habere duas miſſas die dominico, & non eſſent niſi duo presbyteri,& vnus tantum eſſet aptus, tunc alter duas dicet miſſas.ſumma ſilueſtri. in verbo miſſa.1.q.7.

Septimus caſus, quando perſona notabilis, vt epiſcopus, princeps, vel cardinalis, vel alia illuſtris perſona,quas non licet tranſigere diem ſine miſſæ auditione. argum. cap. 1. de celeb. miſſa.

*Neceſsitate vrgente &c.an plures miſſæ dici poſſunt.*

Octauus eſt quoties alia occurrerit vrgens neceſsitas arbitrio boni viri.tex.hîc,qui ſimpliciter de neceſsitate,ergo de quacunque.

Non dicetur tamen neceſsitas, ſi poſsit per alium ſuppleri. ſumma Sylueſtrina in d.verbo, miſſa.1.q.7.

Et in his caſibus non poterit ſecundam miſſam dicere, ſi vinum ſumpſerit ablutionis in prima miſſa. hæc eſt communis reſolutio omnium in c. ex parte. de celebra. miſſa. & debet eſſe adeo ieiunus, vt aliquas eructationes non ſentiat.glo.in c.nihil.7.q.1.c.tribus.& c.liquido. de conſecra.diſt.2.

Benedicamus igitur Chriſto nato, & qui benedixerit ei,benedictionibus implebitur: & qui maledixerit, maledictionibus replebitur. Benedicit corde Chriſto, qui credit in Chriſtum: benedicit ore, qui verbis fatetur veritatem fidei, & qui Deum laudat, & orat, & qui confitetur peccata ſua ab eo ſperans indulgentiam.dicitur Ioan. qui confitebitur me coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo.

Item benedicit Chriſto opere, qui imitatur eum in ſuis operibus,ieiunando, patiendo, indulgendo inimicis, & eis bona faciendo. Floren.in quarta parte ſummę.tit.15.cap.31.in fi.vbi etiam declarat quando quis dicatur maledicere.In his finem facio, Deo optimo gratias immenſas reddens.

REPET



# REPETITIO CAP. CVM MARTHAE. DE CELEBRAT. MISSAR. PER EGREGIVM VIRVM DOMINVM *Petrum Rebuffum Montiſpeſſul. Iurium Doctorem,& Comitem, habita Pariſiis in ſcholis iuris Pontificij Anno 1550. in vigilia Pentecoſtes.*

DVO ſunt, viri præſtantiſsimi,quę in hac Decretali, cum Marthæ. de celebratione miſſarum, nobis pertractãda videntur:vnũ eſt & præcipuum, de ſacra Euchariſtia, de qua quoniam nuperrimè in feſto Paſchæ, vobis ab alio collega noſtro eruditè & ſyncerè ſatis explicatum eſt,non tamen erit ſuperuacuum vobis quædã de miſſa præfari. Alterum de ſpiritu ſancto, de quo etiam dicere inſtitui: quia & tempus ipſum ita poſtulat, dies ſcilicet Pentecoſtes.dicam igitur & de euchariſtia & de ſancto ſpiritu,de re ſanè ſumma, & quæ mentis noſtræ imbecillitatem longè ſuperat, vt tamẽ fert humani ingenij vis, & vt accepimus à ſacroſanctis interpretibus ita dicemus: ſi qua autem parũ probata maiorum inſtitutionibus nobis excidant, ea non vitium animi exiſtimabitis ſed imprudentiæ, vel rei magnitudini, quæ ingenij humani vires excedit, tribuetis:eſt enim res, vt diximus, ſumma, quam potius admirari, quàm plenè intelligere poſſumus.Veniendo igitur ad primum,

Præmittendum eſt, quòd ſacrificium altaris, vulgò dicitur miſſa:à mittendo,quia filius Dei Ieſus Chriſtus mittitur.

*Angeli mittuntur ad miſſam.*

Secundò angeli mittuntur,& chori angelorum comitantes Chriſtum. cap. quid ſit ſanguis.de conſecrat.diſt.2.

Tertiò dicitur à mittẽdo,ratione noſtri,quia in ea mittimus vota noſtra,& preces ad Deum, per ſacerdotem:vt Deus nobis ſuam mittat benedictionem,& gratiam.

Quartò, ratione catechumenorum, hi enim noui in fide, in miſſa recipiebantur, vſque ad offertorium:& poſtea foras mittebantur, vt dicit Nicol.Ploue.in tract.de ſacrifi.miſſæ c.1.

*Miſſam D. Petrus Apoſt.primus Antiochiæ inſtituit.*

Ordo miſſæ primùm à ſancto Petro eſt inſtitutus, qui quidem primus Antiochiæ miſſam celebrauit,vt eſt teſtis Iſido. in tractat. de offic. eccleſ.lib.1.c.15.ſub tribus tamen orationibus,vt dicit Hugo.de ſanct.Victo.in lib.2.de ſacram.c. 8. & poſtea Iacobus, & Baſilius ſecuti ſunt illum.c.Iacobus.de conſecra.diſt.1.

*Miſſam Apoſtoli à canone incipiebant.*

Sed aduertẽdum eſt,quòd Apoſtoli incipiebãt miſſam à cõſecratione,ibi,Qui pridie quàm pateretur:& poſtea orationem dominicam dicebant, & iſta conſuetudo repræſentatur die veneris ſancta, excepto quòd non conſecratur corpus: quia iam inueniunt conſecratum, ſed ſanguis ſic.

Ita demum Apoſtoli, vel eorum ſucceſſores inſtituerunt,quòd epiſtola,& euangelium legerentur: tertiò conſecratio, dominica oratio, & poſtea communio fieret: qui mos ſeruatur ferè in ſabbatho ſancto.

Poſtea ſancti patres D.Petri ſucceſſores nutu ſpiritus ſancti alia miſſę ſolennia addiderunt:vt Alexãder,Gelaſius,Gregorius,Leo,Celeſtinus, Damaſus, & alij,quorũ myſteria referrem, niſi vos timerem lõgiore ſermone diutius remorari. Sed notẽt ſacerdotes quòd poſtquam hodie miſſa eſt completa,nullus debet illi aliquid addere,immo non debet exprimere nomina illorum, pro quibus orat. c.pen.& vlt.de conſecra. diſtin.1.Angel.de Clauaſ.in ſua ſumma.§.11.vbi dicit presbyteros nihil debere dicere in miſſa vltra id quod eſt in miſſali deſcriptum, poteſt tamen circa deuota cogitare,ſed nõ exprimere.

*Miſſæ aliquid addere non licet.*

Sciendum eſt quòd miſſa ſex habet partes. prima eſt introitus, & durat vſq; ad epiſtolam: ſecunda eſt inſtructio in qua legitur epiſtola & euangelium, quæ inſtruunt populum:tertia dicitur oblatio, vbi & populus offert, & ſacerdos ibi,Suſcipe ſancta Trinitas obſequiũ ſeruitutis noſtræ,&c. & durat vſque ad præfationem: in quarta fit conſecratio,& durat vſq; ad,oremus, præceptis ſalutaribus:quinta eſt ſacramẽti perceptio,& vſq; ad communionem protenditur: ſexta eſt gratiarum actio,in qua dicitur,Placeat tibi ſancta Trinitas,vſque ad finem.& debet ſacerdos facere ne aliquid ex ſubſtãtialibus omittatur in conſecratione: ſecus in aliis, niſi hoc ſcienter faceret,teſte Sylueſt. de Prierio in verbo,miſſa.& habet locum quod dicitur Apocal. vlt. c.ſi quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. & ſi quis diminuerit, Deus auferet partem eius de libro vitæ,& de ciuitate ſancta.

*Miſſa de quo debet celebrari.*

Item notandũ eſt de quo ſit celebrãda miſſa: reſpondeo in diebus feſtis,& vbi miſſa eſt attributa illi diei,vt in quadrageſima,rogationibus, in quatuor temporibus,tunc debet ſacerdos celebrare de die.tex.in c.quidam laicorum.de celebrat.miſſa. hoc tit.vbi limitatur quando eſſet deuotio de ſancta Trinitate: tunc ſacerdoti licebit propter reuerentiam ſanctæ Trinitatis, non aliàs celebrare de Trinitate, etiam ſi eſſet dies Dominicus,vt ibidem dicitur.

Prætereà ſi ex ſtatuto teneatur ſacerdos celebrare de noſtra domina, vel de ſancto Michaele, aut pro defunctis, tunc diebus feſtis nõ celebrabit de defunctis, vel de noſtra domina, ſed de die facta collecta pro defunctis,vel de noſtra domina:& ſufficit quòd quanto frequẽtius fieri poterit, celebret ſecundũ fundationem, non quotidie.c.ſignificatũ.de præb.niſi fuerit dictũ, quòd per ſe,vel aliũ quotidie celebret,tunc per aliũ deſeruire poterit.doct.in reg.qui per aliũ.de

regu.iur.in 6.ita dixi contra prouiſorem collegij Eduenſis Pariſiis,in quo habito:nam voluntas fundatoris videtur hæc, vt illis diebus quibus non poterit celebrare per ſe, habeat alium: & ſi imponatur collecta defunctorum in miſſa viuorum,illa debet eſſe in medio,nam finis debet ſuo principio cõuenire:ideo primò orationem diei dicat, ſecundò orationem defunctorum, tertiò orationem ſancti prout tenetur frequentius celebrare, ſed in miſſa defunctorum non debent collectæ pro viuis inſeri:quia mortui viuos iuuare nõ poſſunt:immo ſi quis fuerit grauatus celebrare in tali altari, ſufficit vt aliquanto frequentius ibi celebret, licet non ſemper, teſte Panor.in conſil.96.in 2.vol. in eccleſiis collegiatis ſecus.cap.cum creatura.de celebrat.miſſa, vbi quotidie dicitur miſſa pro defunctis,& de die.

Nec ſatisfacit præcepto, qui illis diebus quibus miſſam audire tenetur, c. miſſas. de conſecra. diſt.1. ſi miſſam non audiat de die, vt dicit Angel. de Clauaſ. in ſumma Angel. in verbo, miſſa.nu.33.quem alij ſequuntur.

*Miſſæ peculiares non debent dici in publico.*

Et ideo miſſæ peculiares non ſunt in publico celebrandæ,ne eas populus audiat,& poſtea non excuſetur. c.& hoc attendendum. de conſecra.diſt.1.vbi plebs ignara excuſatur : ſecus in clericis qui debent ſcire ſe teneri audire miſſam,& de die.

Poterit etiam ſacerdos miſſam de die celebrare,& poſtea miſſam peculiarem.c.ſufficit.de conſecra.diſtin.1.vbi dicit,quòd ſi ſacerdos hoc faciat pro pecuniis , aut adulationibus populi, non euadit damnationem:vel ſi celebrat de die prodeſt viuis & defunctis.c.2.de celebra.miſſa. c.non mediocriter.de conſecra.diſt.5.

Etiam præmittendum eſt quòd dupliciter miſſæ celebrantur:aut ſuis diebus propriis celebrantur,& tunc dici debet hymnus Angelicus, Gloria in excelſis , propria præfatio ac ſymbolum, Credo.&c. & maximè ſi propriam præfationem habeat feſtum, debet dici propria, quæ ſunt decem. c.ſanctorum.70. diſt. c.inuenimus. de conſecra.diſt.1.

Si verò miſſa dicatur in profeſtis diebus, tũc non dicitur hymnus Angelicus, præfatio propria,nec ſymbolũ ; vt differentia oſtendatur inter cõmemorationem & ſolemnitatem. etiam Te Deum laudamus , omittitur in matutinis, quando fit cõmemoratio tantum, valet tamen conſuetudo in contrariũ ſecundũ Hoſti.hîc in octauis celebratur,ſicut in die.Quotidie tamen celebrare nõ laudat,nec vituperat Auguſtinus: ſed pro deuotione, & quotiens mens in affectu peccandi non eſt:quia quotidie pecco,quotidie medicinam accipiam.c.quotidie.& ſeq.de conſecra. diſtin.2.& ſic dicit Inno.hîc,quòd eccleſia non debet ſine miſſa remanere etiam diebus profeſtis , vt ſemper ſit medicina parata : & vt Chriſtus nobis quotidie ſacramentaliter vniatur , & nos ſibi ſpiritualiter, ſecundum Collectã.hîc.& hæc de miſſa ſufficiant.

Venio nunc ad alterum quòd propoſui tractare,videlicet de ſancto ſpiritu:& quia ſumus, in vigilia feſti Pentecoſtes, nobis videndum eſt vnde origo Pentecoſtes colligatur , & ſcire debemus,

Imprimis quòd feſti huius origo colligitur in Exod.c.12.& ſeq.& c.19.ac ſeq.cùm autẽ dominus Iudæis in ingreſſu Aegypti præcepiſſet, vt vnuſquiſq; per familias & domos agnũ anniculum ederet feſtinãter, poſtea lex data fuit in monte Sinay die 50.ita 50.die à Chriſti reſurrectione, in qua agnus ſumitur, ſpirituſſanctus Apoſtolis & diſcipulis miſſus fuit,& lex Euangelica data. Marc.vlt.Euntes in mundum prædicatæ euangelium omni creaturæ. Leo Papa in tract.de ſancto ſpiritu hoc probat.

Itẽ ſcitis in ædificatione turris Babel. Geneſ. 11. c.confuſas fuiſſe linguas , antea enim erant homines labij vnius, ob id ſpirituſſanctus in linguis igneis apparuit, vt linguas iam cõfuſas per ardorem amoris vniret. Act.2.c.ibi,conuenit multitudo, & mente cõfuſa eſt, quia audiebat vnuſquiſq; lingua ſua illos loquentes , ſtupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes, nonne omnes iſti,qui loquuntur, Galilæi ſunt? & quomodo nos audiuimus vnuſquiſque linguam noſtram,in qua nati ſumus?

*Spiritus duplex eſt.*

Quia de ſpiritu nos loqui oportet,duplex eſt ſpiritus , bonus videlicet & malus : bonus triplex,qui ex Pſal.50.colligitur.ibi,cor mundum crea in me Deus , & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.Ne proiicias me à facie tua, & ſpiritũ ſanctum tuum ne auferas à me.Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. 1. Ibi vocatur ſpiritus ſanctus, qui corpus caſtigat, & mundificat per rectam operationem, ideo vocatur ſanctus,quòd ſit & patris & filij donum , omnem ſanctificans creaturam teſte D.Bernardo in tractat. de ſancto ſpiritu.

*Spiritus bonus triplex.*

*Rectus ſpiritus quis.*

Secundò ſpiritus rectus dicitur filius Dei, qui mundat & innouat corda per rectitudinem cogitationum, ideo dicit:ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. ſic exponit Diuus Hiero.in 3.parte epiſtola 3.

Tertius eſt ſpiritus principalis , qui dicitur pater,confirmans vtrunque,ſcilicet vitæ ſanctimoniam,& cordis rectitudinem,& hoc triplici ſpiritu nobis opus eſt,quia non ſufficit munda eſſe opera,niſi & cogitationes mundæ ſint,& in vtraque munditia perſeuerantia nobis adſit. in c.ſi propterea.cum ſeq.de pœni.diſt.1. iuncto c. ſi Apoſtolus.diſt.3.

*Malus ſpiritus triplex.*

Sic triplex eſt ſpiritus malus, primo ſpiritus carnis,qui nobis mollia loquitur,ſpiritus mundi, qui vana,ſpiritus malitiæ amara. 1.Ioan.2.c. Omne quod eſt in mundo , aut eſt concupiſcentia carnis , aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.

Primus enim ſic cognoſcitur,quotiens enim carnis cogitatio mentem pulſat , hic te ſalutat ſpiritus , vt ſi de potu , cibo , ſumno , cæteriſque ad curam carnis pertinentibus ſollicitauerit , eum carnis ſpiritum eſſe dignoſcite, cui reſiſtite , dicentes , Vade retro ſatana, quia ea quæ ſpiritus ſunt non ſapis , ſed ea quæ carnis,



carnis.Matthæ. 16. manifeſta enim ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, inuidia, immundicia,impudicitia,luxuria, idolorum ſeruitus,veneficia,contentiones,æmulationes,iræ,rixæ,diſſenſiones,ſectæ,inuidiæ,homicidia,cõmeſſationes,ebrietates,& his ſimilia : ad Galatas 5.& ad Roma.13. in fin.carnis curam ne feceritis in deſideriis.vbi igitur iſta vel vnum ex eis ſuggeritur ſpiritus cognoſcitur carnis eſſe.

Secundus videlicet mũdi, tunc ſe offerre dicitur, cùm officia , & beneficia noſtra tantùm cauſa non Dei appetimus,diuitias,honores nobis offerens,ac voluptates,hunc procul à veſtro ouili abigite Chriſti exemplo , qui Ioan.6. c.in princ.fugit in montem , dum eum regem conſtituere vellent.

Tertius dignoſcitur,cùm ad iram,impatientiã & alias animi amaritudines impellimur , vt ſi vindictam,ſi deceptionem, ſi deniq; aliquod offendiculum contra fratrem proponat , hunc malitię ſpiritum iudica,hæc Bernard.in tract.de ſeptem ſpiritibus,vbi addidit diabolum ſpiritũ, qui etiã tentat nos,ſed vt plurimũ de prędictis.

*Bonus ſpiritus quando cognoſcatur.*

Cognoſcitur itaque bonus ſpiritus, quando ad bonum pulſat , & impellit , vt cùm nos ad Deum conuerti,confiteri, audire miſſam, pauperibus erogare,aliaq; pia opera ſuggerit,primę Ioan. c. 4. omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt, & omnis ſpiritus,qui ſoluit Ieſum,ex Deo non eſt.

Itaque regulariter is ſpiritus bonus præſumendus eſt, qui ad bonum inuitat, econtrario malus,quando ad malum. Ideo dicitur 1.Ioan. 5. probate ſpiritus , an ex Deo ſint , interdum enim malus ſpiritus ſe transfigurat in Angelum lucis. 1.ad Corinth.11.& declaratur in cap. Epiſcopi.26.q.5. & §.aliter.29.q.1.& Ioan. Gerſon in ſuo tracta. de probandis ſpiritibus,multa dicit ad diſcernendum an bonus ſpiritus ſit, an malus,ibidem videre poteritis.

*Quibus detur ſanctus ſpiritus.*

Quibus detur ſpiritus ſanctus.Reſpon.hunc Deus dat bonis petentibus. Lucæ 11. cap.ſi vos cùm ſitis mali , noſtis bona dare filiis veſtris, quãto magis pater veſter cæleſtis de cęlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe:quomodo enim negabit iuſtè petentibus , qui etiam non petentes prouocat , & hortatur , dicens , petite & accipietis.

Et hic ſpiritus datur humilibus,contritis, & Deum timentibus.Eſa.vlt.c.ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum,& contritum ſpiritu,& timentem ſermones meos? & Dauid Pſal. 111. Beatus vir,qui timet dominum.& Sapientiæ 7. cap.in princ. inuocaui , & venit ad me ſpiritus ſapientiæ.

Vnde qui hunc ſpiritũ vult recipere , oportet quòd ſit in eodem loco. Acto.2.id eſt,in eadem eccleſiæ fide, ideo hæretici hunc ſpiritum capere non poſſunt , quia ſunt ab eccleſia ſeparati,ſed malignum ſuſcipiunt ſpiritum,qui eorum torquet capita ſemper ad nocendum,ideo dicitur , erant omnes pariter in eodẽ loco.pulcher text.in c.audiuimus.24. q.1. vbi dicitur ſicut autem extra eccleſiam non accipitur , ita extra eã nihil operatur:cum ergo ſicut Apoſto. ait 1.ad Corinth.12.ſpirituſſanctus poſtulet,ſpirituſſanctus impetret , extra eccleſiam nec impetrare facit,nec poſtulare.

*Hæretici malignũ recipiunt ſpiritum.*

*Retinetur ſpiritus ſanctus ſeruãdo præcepta Dei.*

Quomodo ſpirituſſanctus retineri poſsit. Reſpon. primò ſi Dei præcepta ſeruaueritis. Leuitic.26.c.& Ioan.14.ſi diligitis me,mandata mea ſeruate , & ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis , vt maneat vobiſcum in æternum.

Secundò oportet cuſtodire , vt quæcunque vultis , vt homines vobis faciant, illis facite, & quæ non vultis vobis fieri , aliis ne feceritis. Matthę.7.c.& c.1.diſt.1.

Sed Deus aufert ſpiritum ab eo , qui deuiat à fide,& is poſtea eſt tanquam ouis errans,ſine duce & paſtore.Dauid Pſal. 103. auferes ſpiritũ eorũ , & deficient,& in puluerẽ ſuũ reuertẽtur.

Itaque oportet orare cum Dauide, ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me Domine.

Operatur ſpirituſſanctus vt doceat omnia,& ſuggerat omnia.Ioan.14.c.docet enim Angelos adiuuare nos. Daniel 10.in fi.nemo eſt adiutor in omnibus his,niſi Michael princeps veſter.

Orationem noſtram Deo præſentare docet,& offerre.Thob.12.obtuli orationem tuam Domino,dicit Angelus Thobiæ.

Et nos à contrariis poteſtatibus defendere. Dauid Pſal.90.Angelis ſuis mandauit de te,vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.& Exod.23. ecce ego mittam angelum , qui cuſtodiat te in via , & inducat in terram, quam promiſi patribus veſtris.

*Animas in paradiſum docet ſpiritus conducere.*

Sic docet animas beatorum in paradiſum conducere.Luc.16.factum eſt vt moreretur Lazarus,& portaretur ab Angelis in ſinũ Abrahę.

Secundò docet papam,& alios eccleſię prælatos populum paſcere,vt Petro fuit dictũ,paſce oues meas. Ioan.vlt. c.debent enim hi ſubditos paſcere exemplo bonæ conuerſationis , verbo prædicationis , & orationis. Acto.1.cœpit Ieſus facere & docere,& 1.Reg.12.

Tertiò docet reges , Imperatores ; & alios principes ſuos regere ſubditos. Exod.4. c.dixit Dominus Moyſi,Perge , & ego ero in ore tuo, docebóque quid loquaris.

*Senatores & iudices rectè iudicare.*

Quartò docet Senatores, & alios iudices rectè iudicare. Sapien. 6.c.& 2.Paralipo.c.19. Videte iudices quid faciatis , non enim hominis exercetis iudiciũ, ſed Dei,& non aliter iudicabimini, quàm iudicatis.c.1.de re iudic.in 6.

Quintò docet intellectũ & interpretationem ſcripturarum.Iob 3.c.ſpiritus eſt in hominibus, & inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. & 1.ad Corinth. c. 12. alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ,ſecundum eundem ſpiritum.

Sextò docet ſcholaſticos rectè intelligere. Sapien.9.c.ſenſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam , & miſeris ei ſpiritum ſanctum tuũ de altiſsimis ? omne enim datum optimum , & omne donum de ſurſum eſt, deſcendens à patre luminum.Iacob.1. & in c.peccatũ.de pœnitent.diſt.14. vnde dicit Leo Papa,

ô quàm velox eſt ſermo ſapientiæ,& vbi Deus eſt magiſter, quàm citò diſcitur,quod docetur, non eſt adhibēda interpretatio ad audiendum, non conſuetudo ad vſum,non tempus ad ſtudium,ſed tamē Deus vult vt laboremus, quia, vt adagio dicitur,Dij nobis omnia vendunt:& in labore & ſudore veſceris pane tuo.Gene.3.c.

*Bonus eſſe debet, qui ſibi ſpiritū dari cupit.*

Antequam is ſpiritus detur, oportet quòd is cui datur ſit bonus,nempe in animam maliuolam non introibit ſpiritus ſapientiæ.Sapien.1.& Diuus Grego.ait, niſi idem ſpiritus cordi adſit audientis,otioſus eſt ſermo docentis, niſi intus ſit, qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. hinc fit quòd multi lectionē,vel concionem audientes, non æqualem hauriant fructum : quoniam ſpirituſſanctus quoſdam bonos interius ſpecialiter docet, alios malos non item, ſed ſecundum illorum præparationem.1.Ioan.c.2.vnctio eius vos docebit de omnibus,& verum eſt,& non mēdacium. Ecchius in 1.homil.ſermo. Pentecoſtes,& Ioan.14.alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere.

Septimò docet curiones & presbyteros erudire populum. Threnor. 1. de excelſo miſit ignem in oſsibus meis, & erudiuit me, ille eſt ignis ſpiritus ſancti.

*Religioſos eodē in loco quietè viuere.*

Octauò religioſos docet quietè in eodem loco viuere. Acto.2.c.dum cōplerentur dies Pentecoſtes, erāt omnes Apoſtoli pariter in eodem loco.Paul.ad Ephe.4. c.ſolliciti ſeruare vnitatē ſpiritus in vinculo pacis. docet enim ex omnibus terris ad vnam veram religionem,& fidem congregari.Ezechiel.36.Cum ſanctificatus fuero in vobis congregabo vos de vniuerſis terris, & adducam vos in terrā veſtram & effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri, igitur mundari oportet, qui vult ſanctum ſuſcipere ſpiritum.

Nonò docet eos, cui credita ſunt officia, ea diligenter regere,& obſeruare. Heſter 2.credita ſibi officia diligenter obſeruant, & ita cuncta agunt vt omnium laude digni ſint.

Decimò docet ſubditos,maximè filios & diſcipulos ſuis obſequi dominis, & magiſtris. 1. Petri 2. c. Subditi eſtote in omni timore, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.c. magnum. 11.q.1. c. qui reſiſtit.11.q.3. & qui non obedit,maligno ducitur ſpiritu.

*Peccatores ad dominū cōuerti docet ſpiritus.*

Vndecimò docet peccatores ad dominum conuerti, & ſua flere crimina. Dauid Pſal.147. flauit ſpiritus eius,& fluēt aquæ,ſcilicet lachrymarum & compunctionis.& 1.Reg. c.10.inſiliet in te ſpiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium. Patet in conuerſione Magdalenæ, & Pauli, ac in aliis multis, qui poſt eorum conuerſionem in alios fuere mutati viros.

Duodecimò docet iuſtos mentes ſurſum eleuare,& terrena contemnere. Ezechiel.3.c.leuauit me ſpiritus, & aſſumpſit me, & c.8.eleuauit me ſpiritus inter cælum & terram, & c.11. eleuauit me ſpiritus, & introduxit me ad portam domus Domini orientalem.

*Myſteria prædicatores loqui.*

Decimotertiò docet prędicatores loqui myſteria. 1.ad Corin.14. c.ſpiritus loquitur myſteria.& Matt.10.nō enim eſtis vos,qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri,qui loquitur in vobis.

*Viatores ire & redire.*

Decimoquartò docet viatores ire & redire, ac eos cōducit,vt de filio Thobiæ legitur Thobiæ 9.& Nume.14.ſeruum meum Caleph. qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me, inducam in terram hāc,quam circuiuit, & ſemen eius poſſidebit eam:& Dauid Pſal.142.ſpiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

Decimoquintò docet conſolationem, & patientiam. Roma.8.c.ſpiritus autē adiuuat infirmitatem noſtrā. & Eſaiæ 61. c.ſpiritus Domini ſuper me, &c.vt conſolarer omnes lugentes,& ponerem fortitudinem lugentibus Syon, & ad Epheſ.4. nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei,in quo ſignati eſtis in die redemptionis.

*Bona agere ſpiritus docet.*

Decimoſextò docet bona agere,ſed quomodo docet?Bernard.in ſermone 1.ſic ait:profectò ſpiritus ſanctus monet, mouet,ac docet,monet autem memoriam,orationem docet,& voluntatem mouet. In his autem tribus tota conſiſtit anima : memoriæ enim ſuggerit bona in cogitationibus ſanctis.2.ad Corin.3.c Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum, non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti,non litera ſed ſpiritu.

Ideo quoties huiuſmodi boni ſuggeſtionem in corde tuo ſenſeris, da honorem Deo, & age illi gratias,& reuerentiam ſpiritui ſancto,cuius vox ſonat in auribus tuis. Ipſe namque eſt,qui iuſtitiam loquitur,& ſuggerit omnia, adimple ergo quod tibi præcipit.

*Rationē docet ſpiritus.*

Docet etiam rationē:nempe multi ſunt, qui monentur, vt rectè faciant, ſed minimè ſciunt quid agendum ſit,niſi denuo adſit ſpiritus ſancti gratia, vt quam inſpirauit cogitationem, & mouit,doceat in opus proferre, ne vacua ſit in nobis gratia monens inquit D.Paulus.

*Infirmitatē noſtrā adiuuat ſpiritus.*

Item ab eodem mouemur ſpiritu,cum adiuuat infirmitatē noſtram, per quem in cordibus noſtris diffunditur charitas, quæ eſt bona voluntas,teſte Bernard.in ſermo.1.feſti Pentecoſt.

*Caſte viuere.*

Decimoſeptimò caſte viuere docet.Iob 34.c. ſi quis direxerit ad Deum cor ſuum, ſpiritū illius & flatū ad ſe trahet,& deficiet omnis caro, id eſt, carnis operatio iniqua. ibi exponitur.& Roma. 8. c.ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis,viuetis.& ad Galat.5.c.ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis : caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem.

Decimooctauò docet rectè & iure conſulere. Eſaiæ 11. c.requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini,ſpiritus ſapientiæ & intellectus ſpiritus ſcientiæ & pietatis,ſpiritus conſilij,& fortitudinis,& replebit eum ſpiritus timoris Domini.

Decimonò docet charitatem. ad Galat.5. c. fructus



fructus ſpiritus eſt charitas,& ſine charitate nihil ſumus.1.ad Corint.c.13.

Vigeſimò docet ſæpius confiteri, & emundare conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti.ad Heb.9.c.& tria maximè in nobis operatur, compunctionem,ſupplicationem,& remiſsionem.Bernard. in tract.de ſancto Spiritu.

*Teſtes veritatem dicere.*

Vigeſimoprimò docet teſtes veritatem dicere. Ioel.16.c.cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, & dicitur veritatis,quia ſuggerit omnem veritatem, vel quia à veritate procedit, id eſt à filio ſimul cum patre,& filius,veritas eſt.Ioan.14.Ego ſum via,veritas & vita.Archid.in c.gratia.1.q.1.

*Orare ſpiritus docet.*

Vigeſimoſecundò docet orare, ad Rom.8.c. quid oremus, ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis, & quod poſtulat, impetrat,ſed pro eo qui extra eccleſiam eſt,nec poſtulat, nec impetrare facit.c.audiuimus.§.ſin autem. 24.q.1. nec habitat in eis, qui ſuperbiæ ſingularitatem ſecuti à corporis Chriſti compage ſemetipſos abrumpunt.§.vnde.ibidem.

Vigeſimotertiò docet omnes de omnibus.1. Ioā.2.c.vnctio eius docet vos de omnibus,quot ſcientias, quótve artes in hac percelebri ciuitate docuit, ac in toto mundo nemo eſt qui neſciat.vnde Sapientię 7.c.ſcribitur,ipſe enim dedit mihi horum quæ ſunt, ſcientiam veram, vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarum,& virtutes elementorum,initium & conſummationem,& medietatem temporum,&c.

*Quieſcere diebus ab eccleſia ordinatis à laboribus.*

Vigeſimoquartò docet à laboribus quieſcere diebus ab eccleſia præſtitutis.Apocaly.14.amodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis.

Notādum eſt quòd interdum confertur alicui ſpiritus ſanctus, interdū dona ſpiritus, vbicunque datur alicui,vt emendetur, & acceptus Deo reddatur, tūc datur ei ſpirituſſancti perſona.Ideo D.Auguſt.de trinitate lib.15.cap.19.ait, Spirituſſanctus donum eſt,quia eum dat nobis Deus. Igitur quiſquis inſtituit animum ſuum, vt paratus ſit gratiam & charitatē Dei ſuſcipere in hoc feſto, ſimul ſuſcipit ipſius ſpirituſſancti perſonam,qui eſt vnicus, ſubtilis, modeſtus, diſertus, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonū, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, & qui capiat omnes ſpiritus intelligibiles,mundus,ſubtilis.Sapien.7.c.

Quædam autē dona ſunt ſpirituſſancti,quæ in vſum & vtilitatem hominis tribuuntur,non in ſanctificationem, & illi non accipiunt ſpiritum ſanctum, ſed donum tantum.vt Saul prophetiæ donum ſuſcepit. 1.Reg.10. & c.prophetauit.1.q.1.& Caiphas iniquitatis vas.Ioā.11.c.in fi. & in hoc eſt differentia, quia ſpiritus ſanctus cùm ſit bonus, nō datur niſi bonis,& contritis. vnde Baſil.Mag.in ſuo tracta.de ſpiritu, c.26.ait ſicùt potētia videndi eſt in ſano oculo, ſic operatio ſpiritus eſt in anima purgata. Ideo Paul. optabat Epheſiis, vt ipſorum oculi eſſent illuminati ſpiritu ſapientiæ. Dona tamen ſpiritus aliqua malis etiā dantur,vt ſcientia, & prophetia, & alia multa.c.de illis. 24. q.3. vbi Archid. nec operationem ſpirituſſancti habere poſſunt. c.multæ. 1.q.1. operationes virtutum ſunt dona ſanitatum per ſpiritum ſanctum, dæmones fugantur in ſpiritu Dei:diaboli poteſtas aboletur ſpiritu.hæc Baſil.Mag.de ſancto ſpiritu.

*Dona ſpiritus quædā malis dantur.*

*Fructus ſpiritus qui ſint.*

Igitur cum Paulo concludemus ſic dicente, fructus autem ſpiritus eſt gaudiū,charitas,pax, patientia,longanimitas, benignitas, fides, modeſtia, continentia,caſtitas.Gaudium in ſpiritu ſancto facit hilarem, charitas feruentem, pax quietum,patientia probatum,lōganimitas perſeuerantem,benignitas gratioſum,bonitas ſanctum, fides ſecurum, modeſtia diſciplinatum, continentia purum, caſtitas pudicum : & hæc omnia idem operatur ſpiritus, qui hæc nobis concedere dignetur per ſecula, Amen.

## REPETITIO CAP. OMNIS VTRIVSQVE SEXVS. DE POENITENT. ET REMISSIO. PER CLARISSIMVM vtriuſque Iuris Doctorem,& Comitem D.Petrum Rebuffum Montiſpeſſul. Pariſiis edita Anno 1544.

SI quid vnquam poſt me natum huiuſmodi incidit, digniſſ.cœtus, quod à Deo Opt. Max. omni ſtudio, omniq; adeò animi contentione optandum mihi fuit,ea me nūc omnis circunſtat neceſsitas, vt eo munere quod ad me in orbem rediit, quódque clariſsimi viri collegæ mei mihi detulerunt,ſi non pro veſtra omnium expectatione ac ſtomacho, at certè pro ingenij mei mediocritate, & temporis breuitate defungi queam.Quod cum huiuſmodi eſſe animaduerterem,vt Theſeū,id eſt,theologum ita flagitare, vt ſi quis eum excludat, id facturus quod mus in pice videretur,nō inuitus me Hercules paſſus fuiſſem me præteriri, & prouinciam hanc alteri delegari, niſi ſacramentum primum,quo omnes ad vnum adſtricti ſumus, officium deinde, ad hæc collegarum meorum ſapientiſſ. virorum dignitas,ac iuſtiſsima poſtulatio, quibus nemo non inhumaniſsimus negatum aliquid velit, non obſcurè detrectantem reuocaſſent,ac confirmaſſent.

Quocirca nolim vos auditores à me id expectare, quod huic diſceptationi reſpondere, mores veſtros formare, & quod permulti ante omnia conſectantur, aures veſtras demulcere magnopere poſsit. Sed ſi quid à veritate diuer-

tero, (quod abſit) morem hîc quorundam, & verborum formulam vſurpabo, ea omnia irrita, ac in nihilum venire pronuntio ac prædico. Imprimis aggrediar explicandum c. hoc, Omnis vtriuſque. de pœniten. & remiſsio. Et vt facilius textum intelligere, ac menti adſcribere valeatis, antequam textus declarationem ingrediamur, ſi me æquis auribus audiueritis, conſtitui, quæ fuſiſsimè hîc dici ab aliis ſolent, breui ſingula huius text. verba ſigillatim proſequi. Imprimis videamus quo iure vocalis confeſsio ſit inſtituta: & ſi conſideremus naturæ legem, dicemus ab ea etiam confeſsionem emanaſſe: proinde & nunc quoq; neceſſariam eſſe.

*Quo iure confeſsio ſit inſtituta.*

Naturæ enim dictat ratio, & vrget conſcientia, vt quiſque Deo Opt. Max. confiteatur ſe peccatorem eſſe, quam Deus voluit exigere à primo homine Adam, quando protulit vbi eſſet. Sciebat namque Deus vbinam eſſet: ſed extorquere confeſsionem ab eo cupiebat. Geneſ. 3. cap. Idem voluit Dominus à Cain, qui fratrem interfecerat ſuum. Sed is confiteri parricidium, noluit dicens, nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Quamobrē à Deo maledictus fuit. Geneſ. 4. c. vnde Lamech poſtquam Cain occidiſſet, ſciens Adam, & Cain Deo valde in hoc diſpliciuiſſe, quod eorũ peccata confeſsi non fuiſſent, ideo ipſe ſtatim vxoribus ſuis Adæ & Sellæ cōfeſſus fuit, dicēs, audite inquit, vocem meam vxores Lamech. Auſcultate ſermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meũ, & adoleſcentulum in liuorē meum, ſeptuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuageſies ſepties. Geneſ. 4. cap. circa fin. & ſic in lege naturæ exigebatur confeſsio.

Poſtea in lege Moſaica triplex reperitur cōfeſsio: Quædam generalis, quam ſacerdos faciebat pro peccatis totius populi, cámque præcepit Deus. Leuit. 16. ibi, Confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta atq; peccata eorum. Et iſta ſolet fieri etiam nunc in quatuor feſtis ſolēnibus in multis Frãciæ locis.

Altera verò non erat vocalis, ſed facto exhibebatur, quia pro peccati qualitate ſacrificia offerebantur. Leuitic. 4. & 5. ac 6. cap. Vnde cùm ſacrificium offerebatur, deprehendebat ſacerdos, quo genere eſſet offerens maculatus, & ſic facto quis confitebatur ſuum peccatum. Nu. 5. Leuit. 13. & ſequen.

*Triplex cō feſsio in lege Moſaica.*

Tertia, quæ erat in leproſis, qui quatuor ſigna habebant lepræ, in capillis, in cute, veſtitu. & in domo, quæ figuræ erãt huius lepræ, quam cōtrahit anima ex peccatis. Et Ioſue 7. cap. Da gloriam Deo, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas. Poſtquam ergo in veteri teſtamento confeſsio facto ſacerdotibus fiebat pro munerũ qualitate, ita & vocalis confeſsio nunc fieri debet ad pecatorũ remiſsionē.

Cum igitur ex lege naturæ confeſsio in corde eſſet, ex lege Moſaica in corde & opere, ob id in lege Euangelica, quæ perfectior eſt, etiam verbo & corde fieri debet. Quia lex per Moyſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Ioan. 1. Et alibi, niſi abundauerit gratia, aliàs, iuſtitia, veſtra pluſquam Phariſæorum, &c. Vnde antequam Chriſtus veniret mediator Dei & hominum, non eſt mirum ſi non fiebat confeſsio perfecta, quia nulla erat perfecta reconciliatio: Sed nunc cùm ſimus in lege perfecta, confeſsio perfecta fieri Deo & homini eius vices in hac parte gerenti, debet. quod probatur lege noua Matthæi tertio cap. vbi homines euntes ad Ioannem, ab eo baptizabantur confitentes peccata ſua: Et ſic illi confitebantur, alioqui ad baptiſmum eos omnes non admiſiſſet. Et Marci 1. cap. ſic Salo. Eccleſia. 4. cap. in fi. ait, Non confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubiicias te omni homini pro peccato. Ergo peccator debet ſe ſubiicere alicui homini, & ſic confeſſori, cum prohibeat omni, ergo alicui, ignaro, vel Dei inimico vtpote hæretico, vel laico nō, ſed alteri idoneo.

*In veteri teſtamēto vocalis cōfeſſio nō erat.*

Sic & quamuis in veteri teſtamento non eſſet vocalis inſtituta confeſsio, tamen hodie eſt neceſſaria. cap. fina. De pœnitentia diſtinctio 1. quia in veteri teſtamento claues cœli nondum erant hominibus datæ. fruſtra ergo quis hominibus fuiſſet cōfeſſus, at cùm Chriſtus tradiderit claues ſacerdotibus Ioan. 20. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, voluit, vt vocalis, confeſsio hominibus fieret, aliàs fruſtra claues datæ eis eſſent. Sed Deus nil facit fruſtrà. nam poſtquam ſuſcitaſſet Lazarũ, dixit Chriſtus Apoſtolis, vt illum ſoluerent, & leproſos iuſsit oſtendi ſacerdotibus: multo fortius voluit vt per confeſsionem homines ſe oſtendant ſacerdotibus, & illis confiteantur peccata ſua: nempe Diuus Petrus Matthæi 18. ait, Quoties remittam fratri meo, ergo oportet ſacerdotem remittere. Septies? cui reſpondit Chriſtus, non ſolum ſepties, ſed & ſeptuageſies ſepties. Petrus ergo non ſepties ſolùm, ſed & ſeptuageſies ſepties remittere debet, atque alij quoque preſbyteri poteſtatem habentes. non confitentibus autem ſacerdotes remittere non poſſunt. Quò fit vt ſacerdotibus ab omni verè Chriſtiano confeſsio ſit facienda, & huius ſunt ſententiæ omnes ſancti doctores, vt Chryſoſto. & alij in cap. Quis aliquando. & cap. Agite. de pœniten. diſtinct. 1. vbi etiam nec pœnitētia imponi poſſet ſine confeſsione.

*Chriſtus vocalē confeſſionem inſtituit.*

Sicut nec à medico pharmacum ſine morbi inquiſitione. Item dicitur Iacobi 5. cap. Confitemini alterutrum peccata veſtra. & Iob 19. Erubui in conſpectu populi peccata mea confiteri. Ex his patet vocalem cōfeſsionem neceſſariã eſſe ad animæ ſalutem.

*Pœnitentia imponi non poteſt ſine confeſſione.*

Aduertendum eſt tamen, quòd antequam quis ad confeſsionem iſtam accedat, debet accuratè euoluere librum ſuæ conſcientiæ, atque in eo peccata ſua recolere, vt poſsit illa demum coram ſacerdote connumerare. Dauid Pſal. 37. Quoniam iniquitatem meã annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Et Eſaię 38. Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meę. & Hiere. 2. Vide vias tuas in conualle, ſcito quid feceris. Quidnam eſt vallis niſi conſcientia? & Deus præcepit filiis Iſrael, vt decima die menſis acciperent agnũ maſculum anniculum, & ſeruarent vſque ad decimamquartam diem



& ſeruarent vſque ad decimamquartam diem illius menſis, & interim imparati non immolarent, ſed memores & ſoliciti de futura immolatione facienda eſſent. Exod. cap. 12. Dicet quis qualis meditatio iſta eſſe debeat? Reſpon. talis debet eſſe & diligentia, qualem quis adhiberet in re maximè ſeria. Vnde confiteri volens cogitet tempus, videlicet ſingulos menſes, hebdomadas, dies: deinde, poſtea loca pingat; in quibus eſt conuerſatus, quid vbique fecerit, perſonas inſuper cum quibus verſatus eſt, & cogitare quidnam cum illis egerit, recenſeat quo modo offendit in quinque corporis ſenſibus. Poſtea aduolet ad peccata mortalia, & ſuper ſingulis cogitet qualiter offenderit: ac demum ſuper præceptis decalogi, ac ſuper fidei articulis, ſi fuerit in eis conſtans. Nam dubius in fide infidelis eſt. c. 1. de hæretic. Et deinceps ſeptem opera miſericordiæ euoluat, an cōpleuerit, an reus illorum ſit, vel ſeptem ſacramentorum eccleſiaſticorum: quibus euolutis videbit quantum offenderit. Non tamen debet immorari cogitando multum ſuper peccatis iræ & odij, aut carnis. Quia facile ſuper his noua poſſet oriri tentatio, vt dicunt theologi, teſte Ecchio in lib. de ſacramentis. homil. 44.

*Confeſsio vocalis vel auricularis iure diuino inſtituta.*

Et ita concludimus vocalem cōfeſsionem, quam auricularem quidam vocant, de iure diuino inſtitutam & ideo neceſſariam eſſe. Et ita tenet vniuerſalis eccleſia. c. fi. de pœnit. diſt. 1. quæ eccleſia errare non poteſt, quia Chriſtus orauit pro ea, nec hoc iugum impoſuiſſet nobis, ſi hoc Chriſtus non præcepiſſet apoſtolis, qui poſtea per manus nobis tradiderunt. & multa alia Deus fecit & præcepit, quæ non ſunt in Euangelio ſcripta vt Io. cap. pen. & vltim. Sed ſufficit ab apoſtolis tradita, quibus claues datæ erant. Iacob. de Valen. Pſalm. 31. & hæ traditiones ita ligant ſicut ſcripta. vt teſtatur diuus Paul. 2. ad Theſſa. 2. c. his verbis. Itaque fratres tenete traditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. & primæ ad Corinth. 11. Ego enim accepi à domino, quod & tradidi vobis, & qui traditiones eccleſiæ non recipit, ſit tanquam ethnicus, & publicanus. Matth. 18. cap. & qui non manet in traditionibus eccleſiæ, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent. & ardet. Io. 15. c.

*Quis anno ſemel ad minus confiteri tenetur.*

Verumenimuero quia iure diuino non erat expreſsè declaratum quoties, vel quando quis confiteri teneatur: igitur hoc concilium generale in quo erant 12. & quadringenti epiſcopi, teſte Petro de Palude in articulo circa confeſſionem, verſi. Tertiò probant. ſtatuit, vt ſaltem ſemel in anno proprio ſacerdoti quis confiteatur, vt hîc. & per hoc reprehenditur glo. in ſumma, de pœniten. diſtinct. 5. dicens, confeſsionem fuiſſe inſtitutam à quadam vniuerſali traditione eccleſiæ, id quod perperam quædam hæretica factio ſequitur, aliàs Papa non teneretur confiteri, quod tamen contrarium ſtatim aſſerimus, & diuus Paul. ad Hebræ. 10. c. ait, ſed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit.

## *Omnis.*

*Quis tenetur confiteri.*

Quærendum imprimis eſt, quis confiteri teneatur. reſpon. text. quòd omnis peccator tenetur confiteri: quod procedit etiam in Papa, vt notant Card. & alij hîc. & glo. in c. nemo. 9. q. 3. Iaſ. in l. eſt receptum. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & ratio eſt, quia inquantum peccator eſt, Chriſti vicario eſt inferior, id eſt, ſacerdote, licet ipſe Papa tanquam prælatus ſit presbytero ſuperior. Tho. in 4. ſenten. diſtinct. 17. q. 3. articulo 1. & Aſten. in tit. de confeſsio. in fin. lib. 5.

Idem in imperatore & regibus, cùm hîc ſub generalitate aſtringantur.

## *Vtriuſque.*

Dicet quis, omnis confiteri tenetur, ſed vir an mulier? reſpon. text. omnis vtriuſque ſexus, & ſic tam vir quàm mulier. quod probatur Numer. 5. cap. locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens, loquere ad filios Iſrael, Vir ſiue mulier cùm fecerit ex omnibus peccatis, quæ ſolent hominibus accidere, confitebuntur peccatum ſuum.

*Et hermaphroditus.*

Item puto in hermaphrodito, per hunc tex. generaliter loquentem, omnis. Et ita notat hîc Cardinalis, quia hermaphroditus iudicatur vir, ſiue mulier, ſecundum quod magis incaleſcit in vno ſexu. l. quæritur. ff. de ſtatu ho. Sed vterque hic ligatur tam vir quàm mulier: ergo & hermaphroditus. Et an appellatione ſimplicis comprehendatur mixtum tradit Bartol. & alij in l. 2. ff. de verbo. obliga. Iaſ. in §. omnium. inſtit. de actionib.

## *Fidelis.*

Dubitaret quis an Iudæi & infideles confiteri teneantur, cui reſpond. tex. Fidelis: igitur infidelis confiteri non tenetur, per hunc text. ibi, fidelis. Nam qui de vno dicit, de alio negat. c. nonne. de præſumptionib. c. qualis. 25. diſtinct. l. cùm prætor. ff. de iudic.

*Eccleſia nō ligat eos qui ſunt extra eam.*

Item eccleſia non ligat illos qui ſunt extra eam. c. gaudemus. de diuort. Et quia ianua ſacramentorum in illis deficit, quæ eſt baptiſmus, qui eſt omnium aliorum ſacramentorum fundamentum. c. maiores. de baptiſmo.

*Baptiſmus omnium ſacramentorũ ianua.*

Intellige quòd non ligatur hac conſtitutione, tenebitur tamen ſemel in vita ſub pœna damnationis confiteri, cùm lex diuina liget omnes. Dauid Pſal. 66. Confiteantur tibi populi omnes. Et ſic qui totum dicit, nihil excludit. l. à procuratore. C. mandat. ita tenet ſumma Angel. in verſi. confeſsio. in §. 2. allegat Ricardum in 4. ſententiarum diſt. 17. nec obeſt quòd Deus cor contritum & humiliatum non deſpicit, ergo nec Iudæum vel Paganum: quod eſt verum ſi humilient ſe in lege Chriſtiana, & ſic baptiſmum recipiant.

Secus ante, quia non dicitur ſe humiliare, qui legem Chriſti non recipit, quod mihi non placet, videlicet vt infidelis Deo tenetur confiteri, & in Hæbreo eſt, confiteantur te populi Deus, confiteãtur te populi omnes, quia omnes

populi vnum eſſe Deum confitentur, ſed Deo non confitentur,niſi Chriſtiani.

*Poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit.*

*Qui ad annos diſcretionis peruenit tenetur cõfiteri.*

Quæret quis, omnis tenetur confiteri fidelis : infans an confiteri teneatur,quia infidelis non eſt?Reſpon.tex.poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit:& ſic ante diſcretionem non tenetur quis confiteri : vnde infantes excuſantur,quia illa ætas quicquid videt,ignorat.l.1.C. de falſa monet.& nihil ſcire intelliguntur.l. fi. ff.de iuris & facti igno.

*Proximus pubertati dicitur habere diſcretionem.*

Bonum eſt tamen quòd hoc addiſcant,'& blandis verbis ad confeſsionem alliciantur.,Et dicitur quis habere diſcretionem, quando eſt proximus pubertati, & doli capax, ſecundum Panor.hîc,per glo.in §.pupillus.de inutilib. ſtipula.in inſtit.

Vel melius dicunt theologi in 4.ſenten.diſt. 17.quòd eo ipſo quòd quis interrogatur quid ſit bonum & malum,ordinatè reſpondet,tenetur confiteri per hunc tex.

Nam poſtquam obligari diabolo poteſt malum faciendo,ita indiget recõciliatione per confeſsionem, & ſic fatui, amentes, aut furioſi perpetui non tenentur confiteri,per hunc text. quia diſcretionem non habent.

Fallit ſi haberent dilucida interualla, quia tunc id temporis omnes actus poſſunt facere, quos mentis compotes, & teſtari l. furioſum. C.qui teſta.face. poſ.l.cùm prætor.ff. de iudic. melius facit lex penult.C.de curato.furioſ.

*Ebrij non tenentur cõfiteri.*

Item nec ebrij confiteri tenentur, quandiu in ebrietate ſunt.neſciunt enim quid loquantur,qui nimio vino indulgent,iacent ſepulti.c. ſane.15.q.1.

*Mutus per ſigna tenetur cõfiteri.*

Captus lingua, ſiue mutus tenetur confiteri,per ſcripturam,aut ſigna : & ſi illa ſigna non intelligat presbyter, adhibere poterit aliquem ſignorum interpretem.Innoc. Hoſtien.Panor. & Henri.Boic.hîc.

Surdis verò detur pœnitentia ſignis, interprete, aut per ſcripturam, ſi legat ſecundum theologos vbi ſuprà.

*Peccata.*

Dubium nouum eſt quid teneatur quis cõfiteri.reſpon.text. peccata. ergo ſi aliquod non haberet peccatum, vt beata virgo Maria, aut Sanctus Ioannes Baptiſta,vel alij in gratia confirmati, non ligarentur hac conſtitutione,"per hunc tex.qui dicit,peccata.Priuatio enim præſupponit habitum.l.decem.ff.de verbo.oblig.§. ſeruus.inſtit.de capitis diminutio. Imò ſi beata virgo poſt aſcenſionem Chriſti beato Petro fuiſſet confeſſa, peccaſſet, vt dicit Scot.vbi ſuprà.quem ſequitur Aſten. lib.5.tit.10.art.2. q.4. de confeſsione.De homine verò Ioãnes in epiſtola prima inquit, ſi dixerimus quòd peccatũ non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.c.ſi enim.de pœnitent.diſt.2.& alibi,ſepties in die cadit iuſtus.c.ſepties.de pœnit. diſtinct.3. niſi ſpecialiter in gratia quis ſit confirmatus,vt de beata Maria & Ioanne dixi.

Et ſi non haberet peccatum,teneretur tamẽ ſe quolibet anno ſuo præſentare ſacerdoti, dicens, quod conſcientia eum non remordet de aliquo peccato:& hoc fit,ne lupi, id eſt, infideles ſuam inter fideles tegant malitiam. Tho.in 4.ſenten.diſt.17.q.3.Collecta.& alij hîc.

*Venialia peccata quis confiteri non tenetur.*

Venialia peccata non tenebitur quis confiteri, quia per orationem dominicam, vel per aquam benedictam delentur. gl.hîc,& in c.perfecta.de pœnit.diſt.1. C.de quotidianis. de pœnit.diſt.3. Aſten.rubr. de obiecto confeſsionis. lib.5.q.3.tit.12.

Etiam ſi eſſet religioſus obligatus ex vi regulæ,nam ſi Papa hoc non poteſt ſtatuere, vt hîc, ergo nec alius : licet ſumma Angelica teneat contrarium.

Tutius eſt tamen quòd venialia confiteamur,quando non ſunt alia,& dum conſcientia hoc dictat,vel dubitatur,an ſint mortalia,ſecundum Florent. in tertia parte ſuæ ſummæ,in tit. 14.c.19.§.14.Angel.in verbo,confeſsio.in 2.§.4. de Traiect.vbi ſuprà.in 4.q.verſ.quia in tex.in c.vnum orarium. 25.diſt. vbi Diuus Auguſti. exponit dictum Diui Pauli primo ad Corinthi.3.cap.ſi quis ſuper fundamentum, videlicet Chriſti,ædificauerit,ſcilicet crimina,ligna, fœnum, & ſtipulam. Per ligna, maiora venialia intelligit,quæ inueterata ſunt, vel in conſuetudinem tranſiuerunt, & ex frequentatione vel contemptu mortalia fiunt.cap.& ſi Chriſtus.§. Quædam.de iureiur. & de hoc intelligitur dictum Auguſtini,nullum eſt peccatum adeo veniale,quod non fiat criminale,dum placet. d.c. vnum orarium.§.aliàs.Per fœnum,minora venialia intelliguntur, & iſta ſaltem generaliter ſunt confitenda. cap. de quotidianis.de pœnit. diſt.3.Per ſtipulam, minima venialia intelligimus, quæ in ſola cogitatione conſiſtunt, nec ad conſenſum peruenerunt. cap.ſicut tribus.de pœnit.diſt.2.& c.tres actiones.de pœnit. diſtin. 1.& iſta non tenetur quis confiteri, quæ etiam in alio ſeculo delentur.cap.qualis.25.diſt.& ſic quiſque ſua peccata ſaltem ſemel in anno confiteri tenetur.

*Minora venialia per fœnum.*

*Minima venialia per ſtipulã.*

Fallit,ſi Papa diſpẽſaret cum aliquo ex cauſa rationabili, vel ex euidenti vtilitate ſuaderet ne confiteretur illo anno:quia cum hoc ſtatutum ſit iuris poſitiui,& ipſe ſit ſupra ius. c.propoſuit.de conceſſ.præben.arg.nota.in c.ſignificaſti.de elect.c.veniens.de iureiur. ex cauſa poterit diſpenſare vt quis non confiteatur ſemel in anno,licet non poſſet diſpenſare, quod quis nunquam confiteatur. Florent. in tertia parte ſummæ tit.14.c.19.§.1.in fi. Thom.in 4.ſenten. diſt.17. q.3. ſumma Angelica in verbo, confeſſio.in 2.§.vlt.

*Religioſi ſemel in mẽſe tenentur cõfiteri & cõmunicare.*

Fallit etiam in religioſis,qui ſemel in menſe tenentur confiteri, & communicare, tam in monaſteriis quàm extra.cle. ne in agro. §.ſanè. de ſtatu.monacho.

Fallit ex cauſa neceſsitatis,vt quia eſt captus à Turcis, in eum caſum ſufficit Deo confiteri, cùm lex debeat eſſe poſsibilis. c. erit autem lex. 4.diſtinct.

Poſtremò



Poſtremò no.ſeptem qualitates quæ in confeſsione debent eſſe,quę ex hoc c.poſſunt elici. Primò debet eſſe voluntaria, vt colligitur in verbo,ſtudeat,quaſi dicat, non expectet ſe compelli.Secundò diſcreta. In verbo, ad annos diſcretionis. Tertiò ſecreta,ibi,ſolus. Quartò frequens.ibi,in verbo,ſaltem. Quintò integra,ibi, omnia.Sextò amara.ibi,fideliter.Nam qui contritionem non habet,non dicitur fideliter confiteri. Septimò debet pœnitentiam adimplere, ibi,& iniunctam.Et latius infrà dicam.

Alias conditiones requiſitas in confeſsione his verſibus videbis per Archiepiſcopum,vt ſuprà tit.14.§.2.

*Sit ſimplex,humilis confeßio,vera,fidelis,*
*Atque frequens : nuda, diſcreta, libens, verecunda,*
*Integra,ſecreta,lachrymabilis,accelerata,*
*Fortis,& accuſans,& ſit parere parata &c.*

Hos verſus elucidat de Ripa in tract. de peſte,in vlt.parte circa fi.

*Omnia.*

*Confeſsio qualis eſſe debeat.*

Sed dubitaret quis quæ peccata ſint confitenda.reſpond. omnia.& ſic integra debet eſſe confeſsio:& peccator non ſolum vnum peccatum tenebitur confiteri,ſed & omnia per hunc tex.ibi,omnia.Et ſic non ſolum magna, ſed & parua,qui enim totum dicit, nihil excludit.l.à procuratore.C.mandati.l.Iulianus.ff.de lega.3. quia confeſsio non debet fieri per partes, probatur hoc tex. dum dicit, ſacerdoti, nam non dicit ſacerdotibus.Et probat tex.in c. conſideret,de pœnit.diſt.5.vbi Auguſtinus ait,impietas enim eſt,& ſpecies infidelitatis ab eo,qui iuſtus eſt & ipſa iuſtitia, dimidiam ſperare veniam. Idem & Hieronymus affirmat dicens,Anathema ſit à Deo dimidiam ſperare veniam, Leuitic.16.Confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael,& vniuerſa delicta,atque peccata eorum.

*Confitens peccatũ ſuũ obtinet veniam.*

Et ſi quis confiteatur peccatum ſuum, remittetur ei,ſi minus, damnationem ſibi incurrit,& id quod nunc occultat, in die iudicij reuelabitur ab angelis, diabolus autem in peccato committendo eximit verecundiam, vt facilius peccatum perpetretur, poſtea ingerit pudorem,vt non confiteatur.Dæmones enim homines in hoc maximè infeſtãtes,triplices ſunt, alij occludunt cor, ne peccator contritionem habeat:alij obſtruunt os, ne confiteatur:alij peram, quominus bona iniuſtè parta reſtituant, ita Ecchius in lib. de ſacra. homil. 44. Ex quo infertur, quòd non poteſt quis partem confiteri peccatorũ vni ſacerdoti,& partem alteri,quia Deus nõ admittit opus imperfectum. Auguſt. in c.ſunt plures.de pœnit.diſt.3.nam Chriſtum ſimul cæcum, ſimul mutum liberaſſe legimus. Matthe.12.Item ſeptem expuliſſe dæmonia, vt omnia crimina ſimul eiicienda doceret.Marc. 5.cap.

Nam ſicut in medicina corporali oportet quòd medicus cognoſcat non ſolùm vnum morbum, ſed etiam totam habitudinem infirmi, & omnes eius morbos, quia vnus morbus ex adiunctione alterius aggrauatur:& medicina quæ vni morbo confert,alteri nocet,ſecundum medicos,ſic eſt in medico ſpirituali, videlicet in ſacerdote, cui quis debet peccata ſua omnia detegere. ſecundum Floren. in 3. parte ſummæ in tit.14.c.19.§.6.

Ex quo infertur ſecundum eos, quòd ſi aliquis confiteatur partem peccatorum vni,illam eandem debet confiteri alteri, quia poſtquam prima non valent tanquam non facta in charitate, nec in ſtatu gratiæ, igitur de integro tenebitur confiteri, quod facit contra hipocritas, vt boni videantur,ipſi confitentur partem peccatorum vni,& partem alteri,quia vtraque cõfeſsio nil valet.per text. in d.c.conſideret. circa fi.de pœnit.diſt.5.

Amplia quod omnia tenebitur confiteri, etiam ſi ſacerdos non poteſt abſoluere de quibuſdam, quia tunc non debet abſoluere, niſi prius fuerit abſolutus à reſeruatis per ſuperiorem,ſecundum Adria. in 4. ſententiarum diſt. 17.de confeſsio.4.q.verſ.ſed dubium.

Licet aliqui dicant quod de illis de quibus poteſt,debet abſoluere, ſed ne opus ſit imperfectum, tutius eſt quod ſuperior committat illi,qui audiuit confeſsionem,vt & de reſeruatis etiam abſoluat,& ſic vidi obſeruari.

*Circunſtãtiæ peccatũ aggrauantes,confitendæ.*

Amplia etiam quod circunſtantias aggrauentes peccatũ quis tenetur confiteri.Et idem ſi traherent ad aliud genus peccati, vt ſi cum conſanguinea commiſit inceſtum,ſecus de circunſtantiis aleuiantibus. Auguſti.cap.conſideret.De pœnit.diſt.5.Flor.vbi ſuprà.& Theologi in 4.ſenten.17.diſtinct.Ecchius tamen in lib. de ſacra. homil.46. dicit circunſtantias etiam aleuiantes eſſe confitendas, ne quis ſibi ipſi iniurius ſit, & vt confeſſor delicti qualitatem attendere poſsit, vt pote dicere poterit confitens ſe comediſſe carnes tempore quadrageſimæ ob valetudinem aduerſam, & ſe non dixiſſe horas, quia per latrones in itinere breuiarium fuit vi ſublatum,ſecus ſi illæ circunſtantiæ fuerint impertinentes, vt furari manu dextra, vel ſiniſtra,quæ comprehenduntur hoc verſu,

*Circunſtãtiæ impertinentes cõfiteri nõ debent.*

*Quis,quid,vbi,per quos,cur,quoties,quomodo, quando.*

Alios verſus ponit Aſten.in ſumma.lib.5.tit. 17. de interrogationibus faciendis à confeſſore videlicet,

*Aggrauat,ordo,locus,perſona,ſcientia,tempus,*
*Aetas,conditio,numerus,mora,copia,cauſa.*
*Eſt modus in culpa ſtatus altus,lucta puſilla.*

Proſequere vt per eum ibi.

*Sua.*

*Peccata ſua quis confiteri tenetur.*

Sed nunquid aliena peccata quis confiteri debeat.reſpond. text. ſua quis tenetur confiteri peccata non aliena,per hũc tex.ibi, omnia ſua. Dauid Pſal.31. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam.& c.dixi.de pœnit.diſtinct.1. & ibidem, delictum meum cognitum tibi feci, & non alienum.cap.fin.de pœnit.diſt.1.alioqui accuſatoris,vel proditoris officio potius quàm confitentis fungeretur : quod faciunt pueri, &

mulieres

mulieres interdum: intellige niſi ſuum non poſsit aliter confiteri, vt peccaui cum moniali, cum conſanguinea &c.& iſta eſt communis reſolutio theologorum in locis ſuprà adductis, & de Turrecremata in d.cap.quem pœnitet. Si tamen immineret ſcandalum ex illa circunſtantia, non debet dicere ſecundum Henric. Boic. colum.4. hîc: vnde ſi non eſſent niſi duæ vel tres moniales, inter quas vna tantum eſſet iuuenis & ſoror ſacerdotis, poterit confitens retinere qualitatem ratione ſcandali, nec dicere qualitatem debet, ſed peccatum tantùm.

*Circunſtantiæ quando tacendæ.*

Amplia quem teneri confiteri, etiam ſi ſacerdos ſciret illa peccata, vel alterum illorum, nam licet ſciret illa peccata vt homo, non tamen ſcit vt vicarius Chriſti, & ſic debet ei dicere tanquam Dei miniſtro per c.ſi ſacerdos. de offic.ordina. & argumento illorum quæ de iudice notantur, quando non ſcit in forma iudicij. in c.nos in quemquam.2.q.1 & in c.1.illo tit.§.ſi minus.inſtit.de actio.Floren.in d. 3.parte.tit.14.c.19.§.13.& tunc poterit ſacerdos in generali interrogare ſuper illo peccato confitentem, & idem ſi vir confeſſus fuerit ſe peccaſſe cum muliere, nam & ſi ſacerdos ſciat, non debet dicere, niſi in generali, ſecundum Floren.

*Peccata ſunt confitenda, quãuis ſacerdos ea ſciat.*

*Solus.*

Dicet quis, coram quibus ſit conferendum. reſpon.text. ſolus.& ſic non debet habere procuratorem, vel aduocatum, qui eum defendat, nempe ſolus eò confitetur, vt liberius dicat, quæ commiſit, vt in ſimili dicit tex.in cap.quia propter. de electio. in eligentibus per ſcrutinium, vt ſcrutatores ſecretè debeant ſcrutari. & glo.ibi dicit, in teſtibus idem eſſe, vt deponere debeant ſecretè, & ſic peccant ſacerdotes plures audientes, etiam pueros doli capaces ſimul, & in conſpectu matris, aut alterius, quia præuaricantur præceptum eccleſiæ. Ricard.in 4. ſententia.diſt.21.art.3.q.8.ſequitur ſumma Angelica in verſi.confeſsio.in 1.§.28.ſignificatio enim cõfeſsionis eſt ſignificatio extinctionis peccati.

*Confitens ſolus eſſe debet.*

*Sacerdotes audientes plures ſimul peccãt.*

Ex cauſa neceſsitatis poſſet ſacerdos plures ſimul audire, vt tempore Iubilæi, quando non inuenirentur ſacerdotes, ſecundum Card.hîc. nam neceſsitas facit licitum, quod erat illicitum.c.ſi quis propter.de fur.l.1.ff.de offi.conſul.

*Plures audiri poſſunt in caſu neceſsitatis.*

Item poteſt peccator publicè ſi velit dicere. cap. ex literis. de diuortiis. vbi mulier publicè confeſſa eſt commiſiſſe crimen fornicationis. Ioan.Andr.Card.hîc.quod eſt verum, ſi peccatum eſſet manifeſtum, alioqui ſecus, quia proximus poſſet offendi, & ſcandalizari. ſecũdum beatum Thom. vbi ſuprà in expoſitione text. pœnitentiam ſibi impoſitam poteſt confitens dicere, ſicut & peccata confeſſa, quando non faceret ſibi præiudicium, nec confeſſori, ſecus ſi confeſſorem infamaret, aut eidem odium acquireret, puta quia mulier dixit ſibi pro pœnitentia eſſe vt abſtineat à tali, & illi dixit. Sylueſter in verbo, confeſsio. in 1.quæſt.20. nec valeret conſuetudo vt quis publicè confiteretur. c. quamuis.de pœnit.diſt.1.

*Quis an poſsit confiteri publicè.*

*Saltem ſemel in anno.*

Quæri poteſt quoties quis confiteri teneatur.reſpon.tex.ſaltem ſemel in anno, ergo non ſtatim quod peccauit, tenetur quis vocaliter confiteri ſecũdum theologos. Quia cum iſtud ſit præceptum affirmatiuum, obligat ſemper, ſed non ad ſemper, ſicut præcepta negatiua, nõ mœchaberis, non furtum facies, &c. Imò ſtatim poſt peccatum non tenetur quis ad contritionem ſub pœna peccati, vt validis probat argumentis Adria. de Traiecto in 4. ſententia.diſt. 17.de confeſsione.in 3. q. verſi. Pro huius ſolutione. Deſinet tamen habere iuſti nomen, niſi ſtatim pœniteat.c.ſepties.ibi gloſſ.de pœnit.diſtinct.1. Olim ter in anno confitebantur, & ſacram ſuſcipiebant euchariſtiam.c.& ſi non frequentius ſaltem in anno homines communicent. de conſecra. diſt.2.ſed declaratum eſt per hunc tex.quemlibet teneri ſaltem ſemel in anno confiteri, vt hîc.

*Quis nõ ſtatim vt peccauit tenetur cõfiteri.*

Quod fallit ratione ſacramenti vel ordinis, quos habet ſuſcipere, quia non debet niſi confeſſus, ne ſit ei fraudi.c. vt ieiuni. de conſecrat. diſt.5. & primæ ad Corinth.11. probet ſeipſum homo. Floren. in tertia parte ſummæ tit.14.c. 19.§.3.

Secundò fallit ratione periculi probabilis, vt quando eſt infirmus.in c.cùm infirmitas. infrà eo.vel ratione belli, aut naufragij. Eſaiæ 38. Viuens viuens ipſe confitebitur tibi.

Tertiò ratione dubij, vt quando tendit ad Turcas, & ſcit ſe eſſe in peccato, & dubitat ſe non reuerſurum intra annum, tenetur confiteri antequam diſcedat.arg.c.licet.de feriis.

Quartò ratione voti & iuramenti, vt in religiosis, qui ſingulis menſibus cõfiteri & communicare tenentur, vt ſuperius dictum extitit, & Angel.de Claua.in ſumma angel. in verbo, confeſsio.in 1.§.3.

*Voti vel iuramenti ratione quis confitetur.*

Quintò ratione conſcientiæ hoc dictantis, nam eam debet deponere, aliàs ædificaret ſibi ad gehennam. §.ex his. 28.q.1. Quindecim caſus ponit Leonardus de Vtino de legibus, ſermo.31.in teſtimonio legis euangelicæ.

*Fideliter.*

Diceret quis, quomodo confiteri debeat. Reſpon.tex.fideliter, id eſt, verè.quia non debet falſitatem in confeſsione immiſcere, & delictum quod non fecit, confiteri, dicit autem Dauid Pſal.84. Veritas de terra, id eſt, de terreno peccatore orta eſt, & iuſtitia de cælo proſpexit, id eſt, à Deo data eſt iuſtificatio pœnitẽti: nam publicanus poſt ſuam confeſsionem iuſtificatus rediit. Lucæ 18.c.& Auguſt.in cap. quis aliquando.§.item in Pſal.de pœnit.diſt.1.in genere poteſt ſe cauſa humilitatis peccatorem dicere, ſecus in ſpecie. c.cum humilitatis. vbi bona glo.22.q.2. etiam in perſona eccleſiæ hoc poteſt facere ſacerdos, quia nullum eſt vitium, quod non reperiatur in aliquo membro eccleſiæ.glo.ibi. ideo ſolet dicere, ego reus & indignus peccator, quamuis peccatum habere non debeat cum celebrat.





Vel fideliter, id eſt, in fide eccleſiæ, & vterque tam pœnitens, quàm ſacerdos debet eſſe verus, fidelis, & non hæreticus, & quòd ea fide fiat, vt ſperet per Dei miſericordiam veniam peccatorũ aſſequi, quia nemo poteſt digne agere pœnitentiam, niſi qui ſperauerit veniam. c. nemo.de pœnit.diſt.1. & ſpecies, hæreſis eſt de miſericordia Dei deſperare. cap. agnouimus. 26.quæſt.6.

*Confiteatur.*

Dicet quis, an per alium poſsit quis confiteri.reſpond.tex.confiteatur, ſcilicet per ſe, & non per alium, cùm ſit actus perſonalis. vt dicit in ſimili Bal.de ſtudio per illum text.in l.vna.§.ne autem. C. de caduc. tol. & in illo Pſalm. dixi ego, & non alius.cap.quem pœnitet.de pœnit. diſtinct.1.

*Cõfeſsio eſt actus perſonalis.*

Niſi in caſu neceſsitatis, puta quando ſacerdos non intelligeret confitentem: quia eo caſu accipiet interpretem.glo.& docto. in cap. qualis.30.quæſt.5. Areti. & Feli.in cap.de teſtibus. licet Aſten.in rubr. qualis debet eſſe confeſsio.in ſecunda parte.verſi. ſed quid de eo qui non intelligitur. tit.18. & alij multi quos ipſe citat, contrarium teneant. Tamẽ potiores apud me authores ſunt, qui primam teneant.

Item etiam non admitteretur per ſcripturam, niſi eſſet impeditus, vtpote infirmus, & ſacerdos etiam, nam in eum caſum poſſet pœnitens ſua peccata ſcribere, vel iã ſcripta mittere ad ſacerdotem infirmum, & hic ſacerdos poſſet poſtea abſolutionem deſtinare, archiepiſcopus Floren.in tertia parte.tit.14. cap.19.§.9.niſi poſſet imminere periculum, aut ſcandalum. Leonard. in dict.ſermo.31. in teſtimonio legis Euangelicæ.

*Confeſsio per ſcripturã quando admittatur.*

Valeret etiam confeſsio ſi confitens legeret ſuam ſcripturam coram ſacerdote, ſecundum Scot. quem citat Angel.de Claua. in ſumma, in verbo, confeſsio.in 1.§.31.cui aſſentit de Traiecto vbi ſuprà. de ſacramento confeſsio. verſi. ſed oritur.glo.in d.c.quem pœnitet.

*Proprio ſacerdoti.*

Cui confiteri quis teneatur? Reſpond.text. proprio ſacerdoti, quia qui non habet iuriſdictionem in eum, qui ſibi confitetur, non poteſt illum ſoluere, vel ligare, vt hic. & dicitur ad rectores Prouerb.27. diligenter agnoſce vultum pecoris tui tuóſque greges conſidera. & eccleſiaſt. 4.cap.non confundaris confiteri peccata tua: & non ſubiicias te omni homini pro peccato, ſed tuo ſacerdoti, videlicet, cum curatus de ſuis parrochianis coram Deo rationem reddere habeat, ſecundum Chryſoſt. alioqui non valet confeſsio, & tenetur quis iterum confiteri.per l.quoties. ff.qui ſatiſda. cogan. Item facit c.ſi quis epiſcopus.23.q.vlt. vbi clericus qui ſuo iudice contempto, vadit ad iudicem ſecularem, debet deponi, ſic & qui confitetur alteri extra proprium ſacerdotem, debet à ſtatu gloriæ deponi, & à paradiſo.

*Cõfeſsio fit proprio ſacerdoti.*

Item confeſsio facta coram iudice incompetenti non valet.c.at ſi clerici.de iudic.

Quis dicatur proprius ſacerdos. Dico quòd Papa eſt ſacerdos omnium.c.antiqua.de priuileg. dictum eſt Diuo Petro & ſucceſſoribus, quodcunque ligaueris, & quocunque ſolueris. legatus in tota ſua prouincia. c.1. de offic.lega. archiepiſcopus & epiſcopus in tota ſua diœceſi.c.licet. & ibi notat Panorm.de fer.cap.2.eod. tit.lib.6.

*Sacerdos proprius quis dicatur.*

Item archidiaconus maior eccleſiæ cathedralis, qui in hoc eſt epiſcopi vicarius.c.ad hęc. de offi.archid.

Item presbyter parrochialis, & generaliter omnis cui commiſſa eſt cura eius, qui debet confiteri, dicitur proprius ſacerdos, ſiue ſit vicarius, ſiue ab eo commiſſus. ſecundum Pan. & alios hîc.

Nec refragatur quod Dominus omnibus presbyteris ſimilem poteſtatem dedit dicens, quorum remiſeritis peccata. fateor & omnes ſacerdotes habere illam abſoluẽdi poteſtatem, ſed non habent materiam, videlicet curam ſibi commiſſam, nam Dionyſius Papa vt quilibet agnoſceret vultum pecoris ſui, diuiſit eccleſias, & eas presbyteris commiſit ſingulis. cap.1.13.q. 1.cap. paſtoralis. de his quæ fiunt à prælato. is ergo qui non habet hanc curam ſibi commiſſam, non habet populum ſibi commiſſum, ergo non licet abſoluere deficiente materia. Ecchius in dominica prima poſt paſcha, homil.5.num. 4.ſic in curato dicimus, vt poteſtatẽ abſoluendi habeat ſuos parrochianos, tamen cum eos non habet, vtpote ob bellum extinctos, non poteſt eos abſoluere, vel forte ſi non petunt confiteri, ergo non vtetur abſolutione curatus, licet poteſtatem & iuriſdictionem habeat, quia deeſt materia, multo magis in alio ſacerdote non curato qui habet poteſtatem, ſed non habet, quem abſoluat, ſicut dicitur in eo, qui teſtandi poteſtatem habet ſed non habet de quo teſtetur, vt Barba.& alij ſcribunt, in rub.de teſta.

*Quodcunque ligaueris quomodo intelligatur.*

*Eccleſias Dionyſius Papa diuiſit.*

Presbyteri tamen quibus commiſſum eſt per vicarium audire confeſsiones, non poterũt dare facultatem confitendi alteri.archiep. Flo. in tertia parte ſummæ tit.17.c.1.& c.5.

Quod eſt verum, niſi vicarius vel curatus commiſiſſet plenas vices alicui presbytero, & quemadmodum ipſe facturus eſſet, ſi reſideret ſecundum de Traiecto in 4.ſententia. diſtinct. 17.de confeſsione. in 5.q. in 2.dubio. quia procurator cum libera poteſt facere ea quę Dominus.l. procurator cui generaliter libera. ff. de procurat.ſic & hic ſacerdos.

Poterunt etiam religioſi quatuor mendicantium audire confitentes, etiam ſine licẽtia proprij ſacerdotis, dummodo ab epiſcopo, ſeu eius vicario ſint approbati. Iuxta cle. dudum. de ſepultur.in verbo, liberè.& extrauagant.ſuper cathedram.illo tit.in communibus. licet glo. hîc teneat contrà.quam reprobant doctores hîc, & in d.cle.dudum.

Alioqui quid prodeſſet iam licentia Papæ in d.cle.dudum.quòd epiſcopi, ſi aliam licentiam neceſſe haberet confitens petere, nunquid

plus poſſet curatus, quàm Papa, vel epiſcopus, hoc non eſſet iuri conſonum, Petro de Palude teſte, in ſuo tracta. circa confeſſio. in verſic. ſecunda ratio. & Pet. de Potiaco, qui tenebat confeſſum illis iterum teneri confiteri, tanquam hæreticus fuit damnatus, vt in extrauagantib. licet videre. de hęret. in communibus. incipien. vas electionis.

*Opinio P. de Potiaco damnata cũ authore.*

Et hodie eſt declaratum per extraua. Eugenij, & Nicolai in quibus mandatur quod contrarium affirmans puniatur tanquam hæreticus. vt citat Fel. in c.1. col.6. de reſcrip. idem ſtatuit Benedic.11. in extra.1. de priuileg. in communibus, & toto aberrant cęlo contrarium tenentes.

Notandum eſt, quod non ſolum poſſunt religioſi quatuor mendicantium audire confeſſiones, imò etiam poſſunt admittere populum diebus dominicis, & feſtis ad audiendum ibi miſſam, & audientes non peccant, ſi non contẽpto parrochiano presbytero hoc faciant, ſed bono zelo, vtpote, quia frequentius & deuotius fortè ibi celebratur. Panorm. per illum tex. in c. vt dominicis. de parrochiis. facit tex. in c. ſi quis etiam. extra. ibi, ciuitatibus aut parrochiis. de conſecrat. diſt.1. & hæc conſuetudo valet. glo. ſingul. in c.1. de treuga & pace. cum ad ſemper non obliget.

*Intellectus c. vt dominicis. de parroch.*

Item in d.c. vt dominicis non præcipit parrochianis vt miſſam audiant in parrochia, ſed curatis vt extraneos expellãt, ergo parrochiani poterunt contrariam inducere cõſuetudinem, & ita conſulerem ſolemnes docto. in ſtudio Papien. vt citat Ambroſ. de vignate in d. cap. vt dominicis. num.21. & Barba. conſil.52. viſo puncto. in 1. vol. Angel. de Clauaſ. in ſumma Angel. in verb. miſſa. §. vlt.

Item probatur, cui conceditur vnum, & acceſſorium ad illud. c. præterea. de offic. delega. ſed conceſſum eſt per Papam vt monaſteria ædificentur, ergo vt audiantur ibi diuina conceſſum erit. Nec poſſet epiſcopus, aut archiepiſcopus contra iſtam conſuetudinem præcipere. Syluester in verb. miſſa.2.q.5.

Amplia quòd ſacerdos poterit audire confeſſionem ſui parrochiani tam in ſua parrochia, quàm in aliena, cùm iſte tex. dicat ſimpliciter, proprio ſacerdoti, non diſtinguendo in qua parrochia, ergo nec ego diſtinguam. l. de pretio. ff. de publicia. in rem actio. Aſten. in rub. cui presbytero ſit confitendum. q.4.

Item ea quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis poſſunt etiam in aliena prouincia expediri. l.2. ff. de offic. proconſu. ita iſta, vt tenet Card. hic. & Archid. in cap. fi. de pœnit. diſt.6. de Ripa in tracta. de peſte. fol.150. verſic. quæro etiam ſiue delictum commiſſum fuerit in parrochia, ſiue non. glo. in c.1. in 16.q.1. quam ſequitur Roma. ſing.453. & Panor. in c. cum contingat. col.10. de foro compet.

Secus eſt in foro iudiciali, quia vbi quis deliquit, ibi debet puniri. c. fi. de foro compet. c.1. §. contrahentes. & ibi Iacob. de Bello viſu, illo tit. lib.6.

*Quis puniri debet vbi deliquit.*

Amplia ſiue quis ſit conſtitutus in dignitate, ſiue non, ſiue nobilis, ſiue ignobilis, ſiue iuuenis, ſiue ſenex, maſculus, vel fœmina ſecundum Henric. Boic. hìc, per hunc text. generaliter loquentem, & per l.1. §. generaliter. ff. de lega. præſtand.

Amplia ſiue ſit laicus, ſiue clericus, ſiue ſacerdos, quia etiam tenentur confiteri ſuo ſacerdoti proprio: nec valeret conſuetudo in contrarium. tex. in cap.2. eo. tit. lib.6. vide Panorm. in c. conquerente. de offic. ordin. probatur per generalitatem iſtius text. omnis, &c. & quia poſſet eligi ignarus, & neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ diſrumpitur. c. cum inter. de conſuet. de conſuetudine tamen ſacerdos eligit ſacerdotem quem vult.

*Laicus ſacerdos & clericus tenentur confiteri proprio ſacerdoti.*

Amplia ſiue ſit ciuis, ſiue peregrinus, ideo ſcholaſtici & peregrini tenentur confiteri ſacerdotibus, in quorum parrochiis habitant. glo. ſing. in cle.1. de priuileg. glo. in cap. fin. de pœnit. diſt.6. dicit, Væ ſcholaribus qui vadunt ad incluſos pro pœnitentia, & non vbi audiunt diuina, poſſunt tamen accedere ad quatuor mendicantes pro confeſſione, ſed pro communione non ſine licentia proprij ſacerdotis. cle. vna, de priuileg. approbat Panorm. in repetitio. §. qui verò. col.3. c. extirpandæ. de prębend.

Primò fallit in Papa, qui poteſt ſibi eligere confeſſorem, quem vult, quia non habet in mundo ſuperiorem, qui ei det. Flo. in tertia parte ſummæ tit.17. c.2. Aluarot. de Planctu eccleſiæ. lib.2. art.19. Aſten. vbi ſuprà. rubr. de ſpecialibus perſonis.

*Papa poteſt eligere confeſſorẽ quẽ voluerit.*

Secundò fallit in Cardinalibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis qui poſſunt eligere ſibi vnũ ſacerdotem confeſſorem, qui poterit eos abſoluere de omnibus Papæ non reſeruatis. c. fi. infrà eod. ſumma Angel. in verb. confeſſio. in 3. §.5. Aſten. in rubr. de quibuſdam ſpecialibus perſonis. tit.15.

*Cardinales archiepiſcopi & epiſcopi eligũt cõfeſſorem.*

Inferiores verò prælati, ſicut Abbates, decani, & præpoſiti, archidiaconi, & alij, niſi ſint exempti, vel habeant priuilegium eligendi, ſubſunt epiſcopo, in cuius ſunt diœceſi ſecundum eos, per hunc tex. qui neminem excipit, debet tamen per exceptionem aliorum iurium intelligi.

Tertiò fallit in eo, qui habet facultatem à Romano Pontifice, vt poſſit eligere idoneum confeſſorem. cle. dudum. de ſepul. & hoc fit regulariter in indulgentiis, & hoc poſſe fieri per Romanum Pontificem non hæſito, cum ſit iuris poſitiui. per hunc tex. ergo poterit diſpenſare: Nec tali opus eſt licentiam à ſuo ſacerdote proprio petere, ſecundum Calderin. in cap. poſtulaſti. colum.2. infrà eo. idem ſi habeat confeſſionale, quod ſolet dari in domo Dei, in hac ciuitate, data quadam compenſatione pauperibus, tunç poterunt hi qui habent confiteri illis quos eligent: in feſto tamen Paſchatis tutius eſt quòd licentiam à ſuo ſacerdote petant, & iura ei ſoluant.

*Confeſſionale habẽs eligit confeſſorem.*

Quartò fallit quando proprius ſacerdos eſſet hęreticus, excommunicatus, vel ſciſmaticus.

docto.



doct. hìc, nec ab eo inficiatur Floren. vbi ſuprà tit.14. c.19. §.16.

Idem ſi proprius ſacerdos eſſet intruſus, vel per ſimoniam adeptus beneficium: quia cùm talis nõ poſſit abſoluere, decipit animas, ſecundum Floren. vbi ſuprà §.18. Angel. de Clauaſ. in ſumma Angel. in verſi. confeſſio. in §.15. cap. nullus. de paroch. Panor. in c. dudum. in 2. not. de elect.

*Intruſo & ſimoniaco ſacerdoti non confitetur.*

Idem ſi odium eſſet inter presbyterũ & pœnitentem, ſecundũ Card. hìc. cui adſtipulantur theologi. Vel ſi iniuriã intulit ſacerdoti, aut eius conſanguineis: aut ſi ſit concubina vicarij, quia tunc petita licentia poterit alteri confiteri. Traiect. in 4. diſt.17. de confeſſione. q.5. in 5. dubio.

Idem ſi eſſet presbyter ſolicitator ad malũ, Aſten. vbi ſupr. rub. cui presbytero eſt confitendũ. lib.5. tit.19. in 2.q. Et tunc ſacerdos debet deponi, & perpetuam pœnitentiã agere, quoniam ſuam parochianam violauit. c. omnes.30.q.1.

*Presbytero ſolicitatori quis nõ tenetur confiteri.*

Quintò fallit in caſu neceſſitatis, puta mortis, quia tunc quilibet ſacerdos eſt habilis ad abſoluendũ auctoritate iuris. gl. in c. paſtoralis. de officio ord. ne dum proprius ſacerdos expectaretur, pœnitens decederet: Angel. in verſic. confeſſio. in 3. §. 2. Quod eſt verum, niſi proprius ſacerdos facilè haberi poſſet: quia ad eum eſſet recurrendum.

Nec tenebitur ſi reconualeſcat illa confiteri proprio ſacerdoti, ſed eidem notificet quòd eſt abſolutus, ſecundum Aſten. lib.5. tit.14. rubr. cui presbytero eſt confitendum.

Et ſi infirmus, vel vulneratus petat confeſſorem, & antequam venerit presbyter, infirmus amittat loquelam, debet ſacerdos quicquid humanitatis poteſt facere, & eum abſoluere. Angel. de Claua. in ſumma Angel. in verbo, confeſſio. in 4. §.8. Florent. in 3. parte art.10. c.2. text. in c. is qui.26.q.6.

Imò in caſu neceſſitatis poteſt quis laico confiteri, licet abſoluere non poſſit: quia eis non ſunt datæ claues. glo. in c. quem pœnitet. de pœnit. diſt.1. & in d.c. paſtoralis. de offi. ordi.

Ceſſante neceſſitate tenebitur iterum ſacerdoti confiteri. c. ſufficit. de pœnit. diſt.1. Floren. vbi ſuprà. §.17. idem ſi aliquis confiteatur ignoranter ei qui communi æſtimatione reputatur ſacerdos, & tamen non eſt. Nam licet confeſſio & abſolutio valeant quo ad ignorantem. glo. & Ioan. And. in ver. deceptæ. c. dudum. in 2. de elect. ne anima decepta remaneat. c. nonne.8.q.4. ſi tamen peruenerit ad notitiam pœnitentis illum non fuiſſe ſacerdotem, debet iterare confeſſionem, ſecundum Io. Andr. vbi ſuprà. & Angel. in verbo confeſſio.

Notandum eſt, quod ſi quis confiteatur proprio ſacerdoti, opus eſt vt idem intelligat, alioqui ſi dormiat, aut ſit ſurdus, & confitens ſciat, tenebitur denuo confiteri. Floren. vbi ſuprà tit.17. c.15. & c.21. §.3. quem ſequitur ſumma Angel. in verſ. confeſſio. in 1. §. 21. alioqui quilibet etiam Græcus poſſet Latino ſacerdoti nihil intelligenti confiteri, & ille non poſſet reuelare, cùm non intelligeret. Nec pœnitentiam ſecundum qualitatem peccati poſſet imponere. quod facit contra eligentes ſurdos, aut dormientes, vt teneantur iterum confiteri.

*Contra eligentes confeſſores ſurdos aut dormientes.*

Quintò fallit, quando licentiam poſtularet & obtineret à proprio ſacerdote, vt in verſic. ſi quis autem. in hoc text. & tunc non tenetur confiteri habenti curam animarum, quamuis gl. hoc tenuerit in cle.1. in verbo, ſpeciali de priuileg. & deciſ. Tholoſan. q.221. & iſtam conſuetudinẽ approbat Adria. de Traiect. in 4. ſenten. deciſio.15. de confeſſione. q.5. verſi. circa hæc.

Vltimò fallit, quando proprius ſacerdos eſt indiſcretus: quia tunc licentia petita poſſum alteri confiteri, per hunc text. Angel. in verbo confeſſio. in 3. §.32.

Octò alios caſus ponit Flor. vbi ſuprà cap.4. nota. & vide eos. Sex caſus his verſibus comprehenduntur,

*Menda ſacerdotis, errans, hæreticus atque,*
*Conſcius, atque domum mutans inſtantia mortis:*
*Hi confeſſorem proprium dimittere queunt.*

Cæcus Burgen. in lib. ſalutiferæ confeſſionis Eruditio nuncupato. Aſten. vbi ſuprà, in rubr. qualis debeat eſſe confeſſor, & qualitates quas debet habere confeſſor, his verſibus comprehenduntur,

*Confeſſor dulcis, affabilis, atque ſuauis,*
*Prudens, diſcretus, doctus, mitis, atque benignus.*

Henric. Boic. hìc, Floren. vbi ſuprà. tit.17. c.1. cum ſequen. Item verſus,

*Dulceat, affetur, miteſcat, compatiatur:*
*Sit tacitus, iuſtus, ſapiens, tardúſque peritus:*
*Hortetur, quærat mel, & fel cunctipotentis*
*Enucleet: culpæ repetitum presbyter arctet.*

Primò dulcis eſſe debet, ne terreat peccatorem inſtar Dei, Dauid Pſal.24. dulcis & rectus Dominus.

Secundò affetur: id eſt ſit affabilis, & ſermone placidus vt animum pœnitentis conſoletur ad exprimendum liberius peccatum. clem. dudum. verſi. ac deinde. de ſepult.

*Affabilis.*

Tertiò vt ſit mitis, in corrigendo peccatorem, ne præ pudore vel terrore celet, vt Matth.11. diſcite à me, quia mitis & humilis ſum.

*Mitis.*

Quartò vt ſit compatiens, & tantum doleat de peccato pœniten. quàm de ſuo.

*Cõpatiens.*

Quintò ſit tacitus, vt nec verbo, nec ſigno prodat peccatorem, vt hìc.

*Tacitus.*

Sextò vt ſit iuſtus, ſcilicet nec amore aut odio flectatur ad minuendum vel augendum pœnitentiam, quam decet, nec inducatur potius ad audiendum diuitem, quàm pauperem, cùm æquales ſint animæ: & apud Deum non eſt acceptio perſonarum. c. nouit. de iudic.

*Iuſtus.*

Septimò vt ſit ſapiens, conformem pœnitentiam iniungendo, ſcilicet humilitatem ſuperbiæ, caſtitatem luxuriæ, liberalitatem auaritiæ, compaſſionem inuidiæ, ſobrietatem gulæ, iræ patientiam, acediæ diligentiam. c. qui vult. de pœnit. diſt.6.

*Sapiens.*

Octauò tardus, id eſt, ad grauitatem pœnitentiæ, ſed hortetur peccatorem, vt cordis contritio pœnitentiæ tenuitatem ſuppleat, vt dico in regula ſeq.

Nonò ponitur peritus. nam confeſſor debet eſſe peritus, vt diſcernat lepram à lepra. cle.dudum.verſic.ac deinde.de ſepultur.c.cùm ex iniuncto. de hæretic. c.1. de pœnit.diſt.1.& quantam ſcientiam debeat habere. Florent. tradit. vbi ſuprà tit.16.

*Hortari debet peccatorem.*

Decimò vt hortetur peccatorem ad cogitandum, ne quid vitiorũ in conſcientia relinquat.

Vndecimò, vt quærat à perſona ſimplici de peccatis ſecundum ſtatum ſuæ perſonæ, de articulis fidei, de præceptis decalogi caueat ne nimium quærat profundè.inde dicitur Pſal.63. Scrutati ſunt iniquitates, defecerunt ſcrutantes, ſcilicet ſacerdotes ſcrutinio, id eſt in cõfeſsione.

Duodecimò, enucleet magnum Dei rigorem in peccatis puniendis, & miſericordiam, ſi ad eum conuerti velit.

Decimotertiò, arctet peccatorem ne repetat iterum peccatum, & ne vulpes iterum capiatur laqueo, vt extat adagium Brugenſis, in ſua eruditione ſalutiferæ confeſsionis.

*Iniunctam pœnitentiam.*

Ergo ſacerdos debet iniungere pœnitẽtiam, nam ſi confeſſus debeat adimplere iniunctam ſibi pœnitentiam, ergo confitenti imponi debet. argu. cap. ad diſſoluendum. de deſponſa. impuber.

Et quamuis dicant quidam impoſitam non eſſe à Chriſto pœnitentiam, quia do. magnus erat, & hoc licebat illi facere: tamen quia miſit ad ſacerdotes, voluit vt ſacerdotes imponerent: alioqui quorſum iuſsiſſet oſtẽdi ſacerdotibus? Quæret quis, quam pœnitentiam debeat ſacerdos imponere? reſpon. quamuis olim per canones veteres pro quolibet mortali peccato ſeptẽnis eſſet pœnitentia imponenda. c. prædicandum.in glo.22.q.1. & cap.hoc ipſum.33.q.2. nempe Maria ſoror Moyſi, lepra percuſſa propter murmurationis peccatum fuit per ſeptem diebus, & extra caſtra ſeparata, Numero.12. cap.& Ezechiel.4.cap.dicitur, diem pro anno dedi tibi.

*Pœnitentiæ hodie arbitrariæ.*

Hodie verò pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, ad arbitrium confeſſoris, conſideratis perſonarum, circunſtantiis & criminum relictæ. cap. tempore pœnitudinis. 26.q.7.& cap.Deus qui. ſuprà eod.

Et ſic non ad voluntatem ſacerdotis relinquitur pœnitentia, nec ad ſuum placitum, vt poſsit eam in totum remittere, cum voluntas liberum denotet placitum.l.cum quidam. 2.ff. de lega.2.l. fideicommiſſaria. 2.de fideicom.liberta. ſed relinquitur arbitrio ſacerdotis, quod boni viri arbitrium importat, vt docet Panor. in c.1.col.4.de ſequeſtra.poſſeſſ. Iaſ. in l.ſi ſic.ff. de lega.1. & in d.c.tempora.relinquitur iudicio ſacerdotis, quod verbum denotat voluntatem ratione moderatam. per c.verum. ibi, ſub ſuo iudicio cognoſcatur.de foro compet.Bartol.in extraua.ad reprimendum. in verbo, videbitur. glo.in cap.menſuram.de pœnit. diſtinct.1.& in dict.cap. Deus.dicitur quòd ſacerdos imponat pœnitentiam, quàm viderit expedire, quæ verba denotant debere iure, & ratione niti.cap. 2. de corpo.vitia.cap.2.in fin.de iura.calum.lib.6. ſcribitur Ezechiel.13.cap. Væ illis, qui viuificant animas, quæ non viuunt, & mortificant, quæ non moriuntur.

Immo abſente confeſſore, & proprio ſacerdote abſente poteſt confeſſus, non valens pœnitentiam adimplere, propria authoritate commutare.cap.licet. & ibi Hoſtienſ. & Panormit. ſuprà eod. Tutius eſt, quod faciat authoritate confeſſoris.

*Pœnitentia minor potius quàm maior imponi debet.*

Melius eſt tamen imponere minorem, quàm maiorem, nã melius eſt de miſericordia, quàm de ſeueritate reprehendi: vt docet Chryſoſto. in c.alligant. 26.q.7. vbi dicitur, ſi benignus eſt Dominus, vtquid ſacerdos vult auſterus videri? & in euangel.reprehenduntur Phariſæi, quia onera grauia & importabilia imponebant, & ea digito mouere nolebant.

Poteſt etiam ſacerdos antequam aliquam imponat pœniteniam declarare, quòd pœnitentia ſeptennis olim imponebatur, ſed illam pœnitentiam poteſt etiam ſi non imponatur confeſſus facere, aliàs in purgatorio adimplebit, niſi videret inducere peccatorem ad deſperationem, tunc ei nihil dicat de his. vt docent theol. & Florent.in 3. parte ſummæ, tit.17.cap. 20.in princip.

Ideo ſacerdos poteſt interrogare cõfitentem an poſsit talem pœnitentiam adimplere, & ſi eam acceptauerit, debet ſub pœna peccati eam adimplere.per text.in cap.perfecta.de pœniten. diſt.1. nec quod approbaui reprobare poſſum. l.in arenã. C.de inoffic. teſta.niſi confeſſus obtineret ab eo relaxationem, vel ab alio habente poteſtatem: vt docet Archi.in d.cap.tempora.26.q.7.c.quod ſuper his. & cap.ex multa.de voto. Card.in cle.fin.eo.titul.non tenebitur tamen confitens eam acceptare, ſi videat eam ſe non poſſe adimplere: nemo enim ad impoſsibile tenetur, per reg.iuris, impoſsibilium nulla eſt obligatio, maximè ſi ſit indiſcreta, aut ſcandaloſa. vt docet Angel. Clauaſ. in verbo, confeſsio.in 1.§.fin.

Debet tamen confitens ſe exhibere paratum facere iubente ſacerdote, quæ faceret pro euitanda corporis morte, prout docet Auguſtin. in cap.conſideret. de pœnit.diſt.5.& Lucæ 13.c. dicitur, Si pœnitentiam non habueritis, omnes ſimul peribitis.

*Sibi.*

*Pœnitentia confitẽti nõ alij imponitur.*

Ergo confitenti non alij imponi debet pœnitentia, quia pœna ſuos auctores tenere debet. l. ſancimus. C. de pœnis. cap. vno. vt eccleſiaſtic.benefic.& alieno onere alius prægrauari non debet.l.fi.C.de legit.tutel.

*Proprijs viribus.*

Colligere ex hoc text. poſſum quòd confeſſus debet pœnitentiam adimplere per ſe, & propriis viribus non alienis.

Limitatur



Limitatur in valetudinario, cui pœnitentia ne quidem eſt imponenda, ſed tantum innoteſcenda.c.1.26.quæſt. 7. poteſt etiam ſacerdos illi imponere faciendam aliquam eleemoſynam per ſe, vel per hęredem ſi deceſſerit, vt docet Floren. in 3.parte ſummæ, titul.10. cap.2.de pœnit.in extremis.

Secundò limitatur, ſi aliquis eſſet valde debilis, & ieiunium ſibi iniunctum non poſſet adimplere, tunc dando eleemoſynam liberabitur per cap.presbyter.82.diſt.& cap.pœnitentia. de pœnit.diſt.3.vbi glo.& docto.

*Studeat.*

*Studium quid ſit.*

Sicut ſtudium eſt aſsidua ac vehemens ad aliquam rem magna cum voluntate applicata occupatio, ſic ſtudere dicitur quod vehementer nititur facere.vnde iſte tex.vtitur hoc verbo, ſtudeat, quia totis neruis debet confeſſus facere vt pœnitentiam iniunctam adimpleat & in ſtatu gratiæ.

Vnde non debet presbyter longo tempore pœnitentiam duraturam imponere, ſed quàm citius fieri poſsit quòd impleatur.

*Adimplere.*

*Pœnitentia eſt adimplenda.*

Et ſic pœnitentia impleri non ſolum debet, ſed adimpleri perfectè & in totum: alioqui peccatum inobedientiæ incurrit non implens, vt dicunt theologi, quos ſequitur Florent.in d.3. par.tit.14.c.19.§.fi.

*Quãdo non adimplenda.*

Notandum eſt quòd pœnitentia ſi impoſita fuit ſpecialiter implenda eſt, vt ſuprà. ſi verò impoſita ſit per modum conſilij, & exhortationis, non tenetur confeſſus eam implere: quia conſilium non obligat. Matthæ.5. & Lucæ 6. qui te percutit in vna maxilla, præbe ei & alteram: & qui petierit tunicam da ei & pallium.cap.quod debetur.14.q.1.Panor.in cap.nam concupiſcentiam. de conſtit.vt ſi presbyter moneat confeſſum vt lucretur indulgentias, & quòd det eleemoſynas, hoc ſub pœna peccati adimplere non tenetur.

Si verò presbyter imponat pœnitentiam per modum declarationis communis obligationis, vtpote dicit confeſſo, vt reſtituat ablata, communicet in Paſcha, ſatisfacit læſo, ſi iſta confeſſus non faciat, amittit fructum ſuæ confeſsionis, ſed non tenetur iterum confiteri, nec ſpeciale committit peccatum inobedientiæ.

Idem dicemus de eo cui eſt iniunctum, vt oret pro defunctis ad ſuam deuotionem, qui debet aliquid ſaltem dicere, & orare, non tamen ob hoc incurrereret nouum inobedientiæ peccatum ſi nil diceret.

*Suſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha euchariſtiæ ſacramentum.*

*Sacramenti euchariſtiæ inſtitutio.*

Hoc autem ſacramentum multis de cauſis inſtitutum eſt: primò in augmentum virtutis, Secundò in charitatis augmentum, & in medicinam quotidianæ infirmitatis, vt eſt in 4. ſentent. diſtinct.12.quæſt.1. quia ego qui quotidie pecco, quotidie debeo accipere medicinam.cap.ſi quotieſcunque.de conſecra.diſtin.2. Tertiò propter humilitatem. cap.qui ſe ſcit. 2. quæſt. 6. Quartò propter eruditionem, vt id quod videtur foris ad inuiſibilem veritatem, quæ intus eſt, agnoſcendam, mens erudiatur. cap. quia corpus.de conſecra.diſtinct.2. Quintò propter executionem, vt ſe in ſacramentis exerceat.glo.nota.in cap.inſtitutio.de conſecra. diſt.2.quas rationes licet videre per theologos.

*Eius vtilitas.*

Secundò vtilitas huius ſacramenti exprimi non poſſet, etiam ſi mihi linguæ centum eſſent oráque centum ac ferrea vox, tamen pro virili in præſentiarum prorumpam: primò eſt in tribulatione refugium. Dauid Pſal.24.tu es refugium meum in tribulatione mea. vnde dicere debet quis, ſana me Domine, & ſaluabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero.Hier.17.c.

Secundò, eſt viaticum, id eſt via, veritas, & vita. Ioan.14. c.vbi dicit Auguſt. ambulare vis, Chriſtus eſt via: falli non vis, Chriſtus eſt veritas: mori non vis, Chriſtus eſt vita. vnde Helias comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vſq; ad montem Dei Oreb. 3.Reg.19. & puellam duodecimum annum nõ ſuperantem poſt ſacram hoſtiam ſumptam triennium vixiſſe, nullo alio aut potu, aut cibo ſumpto ſcribit Baptiſta Fulgoſ. de dictis memorabilib. lib.1.rub.de his qui ſine cibo vixerũt.vbi etiam refert Peruſiæ aliam ſeptem annis ſic vixiſſe.

Tertiò, nutrit. Sapien.16. c. Angelorum eſca nutriſti populum tuum, & paratum panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore.

Quartò, inducit lætitiam & recreationem. Eſa.58.cap.in fin. delectaberis ſuper domino.& Sapien.16. panem de cælo illis præſtitiſti, ſine labore, delectamentum in ſe habentem & omnis ſaporis ſuauitatem.

Quintò, exaltat communicantes. Iacob.4.c. humiliamini in conſpectu Domini & exaltabit vos. Prouerb.18.c. ad ipſum currit iuſtus, & exaltabitur.

Sextò, per hoc ſacramentum gratia cõſeruatur, vnde reficit ſpiritualiter, quod ſine gratia eſſe non poteſt. Ioan.6. cap. caro mea verè eſt cibus. & omnem eum effectum quem facit cibus & potus quantum ad vitam corporalem, facit hoc ſacramentum quantum ad vitam ſpiritualem.

Septimò, exercitium ad actum præbet.2. ad Corinth.5.c. Charitas enim Chriſti vrget nos. vnde ex virtute huius ſacramenti anima ſpiritualiter perficitur, per hoc quod delectatur, & quodammodo inebriatur dulcedine bonitatis diuinæ, iuxta illud Cantico. 5. cap. comedite amici mei & bibite, & inebriamini chariſsimi.

Octauò, virtutes augentur ſicut per cibum corporalem corpus. Dauid Pſal.4. à fructu frumenti, vini, & olei multiplicati ſunt. vnde Dionyſius inquit, euchariſtia habet virtutem. Robert. Aſten. vbi ſuprà lib.4.tit.19. rub.de effica. ſacra.euchariſt.

Nonò, valet aduerſus inimicos.Dauid Pſal. 22.paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.

Decimò, peccata venialia remittuntur, per quæ feruor charitatis minuitur.cap.cùm omne crimen.de conſecrat. diſt.2.vnde Ambro.in lib. de ſacra. de hoc ſacramento inquit, Ille panis quotidie ſumitur in ſubſidium quotidianæ fragilitatis, & illa venialia remittuntur, ad quorum remiſsionem homo ſe magis diſponit, teſte Bonauentura, & de Palude, vbi ſuprà in d. lib.4.ſenten.diſt.12.

*Mortale peccatũ remittitur.*

Vndecimò, mortale remittitur, quando ſumitur ab eo qui non habet cõſcientiam peccati, licet ſit in peccato fortè, quia primò non fuit cõtritus,vel illius peccati oblitus,ſed poſteà deuotè ac reuerenter accedens conſequitur per hoc ſacramentum gratiam charitatis,quæ contritionem perficit,& remiſsionem peccati.teſte Petro de Palude vbi ſuprà q.1. & Cartu. in ſua ſumma.art.109.

*Pœna peccati remittitur.*

Item tam ſumẽti quàm illis pro quibus offertur ſecundum modũ & quantitatem ſuę deuotionis & feruoris peccati pœna remittitur:Imò dicit quod quando miſſa pro alio celebratur, etiam mortale deleri, non per modum ſacramenti, quod ſolum ſuſcipienti prodeſt: ſed per modum ſacrificij ex merito Chriſti, quo ſibi veniam impetratur,id eſt gratia contritionis.

Duodecimò, homo à peccatis præſeruatur, tum quia per ipſum ſacramentum ſpiritualiter roboratur.Dauid Pſal. panis cor hominis confirmet:tum quia per ipſum inquantum eſt ſignum quoddam paſsionis Chriſti, per quam deuicti ſunt dæmones,impugnatio dæmonum repellitur.vnde Ioan.Chryſoſto.ſuper Ioan.6.c. vt leones flammam ſpirantes, ſic ab illa menſa diſcedimus terribiles effecti diabolo. vnde Innocen. eucharistia liberat à malo, conſeruat in bono, delet venialia, & cauet mortalia, & omnes virtutes augentur, omnium gratiarum fructus exuberant.

*Langores ſanat.*

Decimotertiò,ſanat langores.Dauid Pſal.miſit verbum ſuum & ſanauit eos, & eripuit eos de interioribus eorum.

Decimoquarto, ſcientia & ſapientia ornat animam. Sapien.1.in animam maliuolam non introibit ſpiritus ſapientiæ.eccle.1.c.fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis.

Decimoquintò, diuites facit Oſeæ 2. c.ego dedi ei frumentum,vinum & oleum, & argentum multiplicaui ei,& aurũ quo fecerunt Baal.

Decimoſextò,beatus eſt qui dignè communicat. Apocal.19. c.ſcribe, beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt.& paulò poſt, venite,& congregamini ad cœnam Dei magni vt manducatis carnes regum,

Decimoſeptimò,nihil in ſacrificiis maius eſſe poteſt quàm corpus & ſanguis Chriſti. nec vlla oblatio hac potior eſt:ſed hæc omnes excellit, quæ pura domino offerenda eſt, & pura mente ſumenda,atque ab omnibus veneranda. & ſicut potior eſt cæteris, ita potius extolli & venerari debet.c.nihil.de conſecra.diſt.2.& quid melius corpore, & ſanguine Chriſti? quaſi dicat nihil.c.multi.1.q.1.

*Sacramentum morbos omnes repellit.*

Decimooctauò, depellit omnes morbos ex animo,& legem noſtrorum membrorum intra nos ſæuientem ſedat,pietatẽ corrobat,perturbationes animi extinguit, ægrotos curat, colliſos reintegrat, ac demum ab omni nos erigit caſu. hæc Roſen.in lib.4.c.17.contra Oecolampad.

Decimonò,per hoc ſacramentum cæci illuminantur, vt clarius videant,ſcilicet per fidem, claudi eriguntur,vt rectè in effectu incedãt,ſurdi audiunt promptiores ad obediẽdum,leproſi mundantur in anima à reatu leprę peccati,dæmones vexati liberantur à tẽtationibus eorum, paralytici roborantur ad opera ardua, febricitantes curantur à calore luxuriæ,mortui reſurgunt à peccatis,teſte Florent.in 3.parte ſummę, tit.14.c.4 §.2.rubr.de ſacra.euchariſtiæ.vnde in 2.feria Paſchæ dicitur in euangelio, quòd per hanc ſanctam communionem aperti ſunt oculi diſcipulorum, vt Ieſum agnoſcerent, qui tenebantur etiam per elucidationem ſacræ ſcripturæ. Ideo ibi inquit Ecchius, quòd qui vult Ieſum rectè cognoſcere, poterit frequenter ſumendo,& deuotè ſanctum Domini corpus.

Vltimò dicit Ambro. in libro de virginitate, omnia habemus in Chriſto,& omnia in nobis Chriſtus: ſi vulnera curare deſideras, medicus eſt:ſi febribus æſtuas,fons eſt:ſi auxilio indiges, virtus eſt:ſi mortem times,vita eſt:ſi cælum deſideras, via eſt:ſi grauaris iniquitate,iuſtitia eſt: ſi tenebras fugis,lux eſt: ſi cibum quæris,panis eſt. quid plura? chariſsimi,eſt omnibus omnia. & Hierony.ad Paul. Chriſtus omnibus omnia eſt, qui igitur propter ipſum omnia relinquit, habebit vnum pro omnibus.

Hæc verò verba videntur nebulis & caligine tecta,opúſq; in illis eſſe Delio natatore, attamẽ pro virili ſatisfacere conabor. dicitur ergo in tex.quòd ſemel in anno ſaltẽ debet omnis Chriſtianus corpus Chriſti ſumere, & hoc in Paſcha,& reuerenter,vt hîc dicit text.noſter: alioqui punitur: quia ab ingreſſu eccleſiæ arcetur, & eccleſiaſtica debet carere ſepultura.

*Panis pro corpore Chriſti capitur.*

Inde dicit Dauid, Percuſſus ſum vt fœnum, & arui, quia oblitus ſum comedere panem meum. Pſal. 101. exponunt enim doctores, panem meum, corpus Chriſti: quia alium panem ſatis comedebat. Multum enim diſplicet Deo, ſi gratia quam nobis exhibet, non vtamur.vt Matthæ. 21. auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Et ſacerdotes in duplici ſpecie ſumunt: vt ſignificetur duplex effectus ſacramenti, videlicet redemptio corporis & animę.Laici in ſpecie panis:valet tamen ad vtrunque,ſcilicet ad animæ & corporis tuitionem. Hugo de ſancto Victo. de ſacra.c.6.

Intellige quòd recipiatur à ſuo proprio ſacerdote,non ab alio:imò religioſi adminiſtrantes euchariſtiam ſine licentia presbyteri parrochialis, ſunt excommunicati ipſo facto.cle.1.de priuileg. etiam tempore neceſsitatis, vtpote mortis.Paul.& Imol.





Nec me mouet c.& ſi frequentius.& c.ſecuturos. de conſec.diſt.2.vbi ter in anno præcipit ſumi Euchariſtiam, videlicet in feſto Paſchatis,Pentecoſtes & Natiuitatis: quia hoc erat de iure antiquo: & hoc hodie procedit de honeſtate, & nõ ex neceſsitate,& vtile eſt & bonum in quatuor feſtis annuis communicare, vt dicunt hîc doctores,& aſſentiunt theologi. quia vt commune extat adagium, Bis térque quod pulchrum eſt,ſed non eſt neceſſarium,vt hîc.

Notandum eſt,quòd hoc ſacramentum non tantum obligat,ſicut confeſsionis: nam ſtatim cùm peccatum cadit in puerũ, tenetur ad confitendum,nõ ad communicandum: ſic nec infirmus tenetur ad cõmunicandum ſi infirmitas ad nauſeam prouocet, ſed ad confitendum ſic.cap.cum infirmitas.ſuprà eod.Tertiò multi non communicant ex ſua culpa,vt raptores rerum eccleſiæ. c.indigni. 13.q.2. parricidæ & alij enormibus criminibus irretiti:tamen tenentur confiteri,vt patet.& quandoq; quis tenetur cõmunicare, licet non confiteri, vt confirmati in gratia,ſicut beata virgo,& Apoſtoli poſt ſancti ſpiritus miſsionem,licet non confiterentur, tamen euchariſtiam ſumebant, de beata virgine tradit de Buſtis in ſuo mariali in 4.parte,ſermo. 11.in 3.parte illius ſermonis.

Item religioſi quatuor mendicantium poſſunt intra ciuitatem,& extra conuentum audire confeſsiones,non tamen miniſtrare euchariſtiam.vt ſuprà dictum extitit.

*Quis idoneus dicatur ad ſacramentum altaris.*

Quis ſit idoneus ad hoc ſacramentũ? reſpon. Dauid 110.Pſal. dicens, memoriam fecit mirabilium ſuorum. ponitur in primis ſacramenti eximia excellentia ibi,memoriam mirabilium ſuorum:& quæ ſint in hoc ſacramento mirabilia ponit glo.in cle.vna.de reliq.& venerat.ſancto.in verbo,mirabilia.

Secũdò ponitur ibi cõferentis maxima beneuolẽtia, ibi, miſericors & miſerator Dominus.

*Deus eſcã omnibus dat.*

Tertiò à ſumentis reuerentia,& idonea conſciẽtia ibi,timẽtibus ſe.& quod Dauid loquitur de illa eſca Domini, patet, quia aliam eſcam materialẽ dat timentibus & non timentibus, imò belluis & infidelibus, vt notat Archiepiſc. Floren. in 3.parte ſuæ ſummæ tit.14. c.4.vbi ſeptem requiſita ponit. ego verò his verſibus conditiones requiſitas comprehendo,

*Diſcretio,fidelis homo,ieiunus & iuſtus,*
*Deuotus,ſumat,ſed turpis reijciatur,*
*Conſcius illiciti tempus miracula præbens.*

*Furioſus.*

Primò ponitur, diſcretus, & per hoc repellitur furioſus,& amens perpetuus, cum ad communicandum requiratur diligens examinatio. 1.ad Corin.11. probet ſe ipſum homo:quam nõ poſſunt facere furioſus & amens, ergo nec ſuſcipere.Tho.in 4.diſt.9.artic.9. diſtinguitur de amente in c.qui recedunt.in fi.26.q.6.

*Et puer.*

Prohibetur puer ab hoc ſacramento ſimili ratione.Aſten.in ſua ſumma de euchariſtia lib. 4.q.4.in fin.Leonar.in ſermo.45.in teſtimonio legis eccleſiaſticæ.

*Aetas cõmunioni apta.*

Dicet aliquis,quę ætas requiritur ad hoc ſacramentũ ſumendum? reſpon.Angel.de Claua. in ſumma ſua in verbo, euchariſtia. in 3. §. 12. quòd relinquitur arbitrio boni viri,qui hoc debet cognoſcere, quando puer habet iudicium rationis, & quando poteſt concipere deuotionem huius ſacramẽti, & diſcernere eſſe corpus Chriſti, & ab alio cibo reuereri,ſaltem ex aliorum inſtructione.& hoc poteſt eſſe in 10.aut 12. anno,ſecundum eũ,cui conſentiunt theologi.

*Ebrius à cõmunione repellitur.*

Item ebrius, quia non eſt diſcretus id tẽporis,& huiuſmodi homines ſepulti iacẽt. c.ſane. 15. q.1.& furioſi cõputantur.inſtit.de ſucceſsio.

De hoc etiam excluditur dæmoniacus, ſecundum beatum Tho. vbi ſuprà & c.communiter.& c.vſque adeo.34.diſt.quando conſtaret eum pro crimine torqueri.

Ponitur poſtea, fidelis,quia infideles, vtpote Iudæi, Pagani, hæretici,ſylueſtres homines, & alij infideles repelli debent à ſumptione huius tanti mirabilis ſacramenti:quia ſanctum nõ eſt dandum canibus,patet in euangelio Matthę.7. c.& in c.mandatis.43.diſtin. & cùm baptiſmus ſit Ianua omnium ſacramentorum, quem ſi non habeant, non debent communicare.gl.in ſumma de conſecra.diſt.2.

*Homo comprehẽdit virũ & mulierem.*

Homo comprehendit tam virum quàm mulierem,& fundatur Pſal.77.panem angelorum manducauit homo. c.re vera. de conſecra.diſt. 2.& alibi.1. ad Corinthios. 11. probet ſeipſum homo. per hoc excluditur mortuus, quia non eſt homo,ſed cadauer.

Item angelus, qui ſi aſſumpto corpore ficto maſticaret ſpecies, non tamen manducaret ſacramentaliter, ſecundum rationem ſacramenti, cùm non habeat fidem, ſed manifeſtam viſionem: neq; habet conformitatem naturæ: ideo non manducaret niſi per accidens. Tho.in 4.diſt.9.art.2.in fin.

Excluditur etiam brutum, ſiue beſtia, quæ licet comederet, non ſumeret niſi per accidens, ſecundum magiſt.ſenten.diſtinct.9.& ibi Tho.q.1. in reſponſo ad primam quæſtionem, verſic. ad primum. & c.qui bene.de conſecrat. diſt.2.& quando dicatur ſacramentaliter ſumi, tradit Aſtẽſ.in ſua ſumma de euchariſtia.lib.4. in 2.q. Angel.in verb.euchariſtia.in 3.§.1.cũ ſeq.

Imò dicunt, quidam quòd Chriſtus non eſt ſub illo ſacramento niſi eatenus quatenus eſt ordinabile ad vſum humanum: ſed quando mus vel aliud animal rodit hoc ſacramentum, deſinit eſſe ſacramentum ac corpus Chriſti, & hæc opinio eſt communior & honeſtior,teſte Bonauentura in 4.ſenten.diſtinct.13.parte 1.q.2. artic.1.vt refert Aſten.in ſua ſumma in libro 4. primæ partis tit.17.artic.2.

*Sumẽs corpus Chriſti ieiunus eſſe debet.*

Subſequitur verbũ,ieiunus,poſt cibum enim non debet ſumi.gloſſ. in c.ex parte.de celebrat. miſſa.c.nihil.7.q.1. placuit enim ſpiritui ſancto in honorem tanti ſacramenti prius in os Chriſtiani dominicum corpus intrare, quàm alius quiuis cibus. cap.liquido. de conſecra.diſtin.2. & hic mos vbique ſeruatur,ſecundum Auguſt. in dicto cap. liquido. & hic mos ligat ac lex. Auguſt.in c.ex his.11.diſtin.Paul.1.ad Corin. 11. ſi quis videtur contentioſus eſſe,dicens,nos ta-

lem conſuetudinem non habemus.de Traiect. in 4.diſtin.8.& ſeq.2.verſi.viſo de impedimẽto.

Secũdò propter ſignationẽ, vt Chriſtus qui eſt in hoc ſacramẽto primò in cordibus noſtris fundetur.Matt.6.primum quærite regnũ Dei.

Tertiò propter periculum vomitus & ebrietatem, quæ quandoque contingunt poſt magnum cibum.1.ad Corint.11.alius quidem eſurit, alius verò ebrius eſt. Leonard.in ſermo.45. in fi.verſi.17.

*Ieiunus qualis eſſe debeat.*

Intellige quòd ſit ieiunus ieiunio naturæ nõ eccleſiæ, quod non ſoluitur per medicinam, nec per corpus Chriſti: alioqui celebrans iterum poſſet ſumere ſecundum eos.& doct.in d. c.ex parte.de celebra.miſſa.& punitur qui contra facit per beneficij priuationem. c. ſi conſtiterit.de accuſat.

*Chriſtus ſe ſuis diſcipulis poſt cibũ dedit.*

Nec me mouet, quòd Chriſtus poſt cibum ſuis Apoſtolis ſeipſum dedit: quia hoc egiſſe certum eſt, vt myſterij illius altitudinem commendaret. vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum, à quibus ad paſsionem digreſſurus erat.magiſter ſenten.vbi ſuprà. & ibi beatus Tho. aſsignat quatuor rationes,poſt Auguſt.in d.c.liquido. de conſecra. diſtinct.2.

Fallit in caſu neceſsitatis, puta infirmitatis: quia tunc etiam poſt cibum datur.c.presbyter. de conſecra.diſt.2.& c.ſacramenta.de conſecrat. diſt.1.eſt hodie abrogatum.

Subſequitur, inſons à crimine, quia qui pecpeccatum habet, & ſuſcipit,iudicium ſibi manducat & bibit.1.ad Corint.11.c.& c.ſancta. & c. timorem.de conſecra.diſt.2.& Sapien.1. in maliuolam animam non intrabit ſpiritus ſapientiæ.& alibi Dauid Pſalm.90. non accedet ad te malum.& dicit Hugo.de ſanc.Victo.in ſermo. 9.4.de inſtitu. monaſte.quòd quicunque indigne communicant,ab angelis perimerentur,niſi bonitas Chriſti gladium ſuſpenderet,& temporalem mortem quibuſdam vt pœniteant remoueret:& ſicut indignus repellitur ab hæreditate.l.1. & per totum. ff.& C. de his quib.vt indig.& dixi in repet.l. diuus. ff.de ſenatuſc.Silla. ita & indignus ab hoc ſacramento priuari debet,& ab effectu.Oſeæ 2.c.ego dedi ei frumentum, vinum & oleum, & argentum multiplicaui:idcirco ſumam in tempore ſuo, & vinum meum, & reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius.

Imò cum iniuria tradit Chriſtũ crucifigentibus, qui ad Chriſti menſam accedit plenus vitiorum ſordibus.Leonard.in ſermo.45.quadrageſimę in teſtimo.legis euangelicæ,& qui mundus eſt veſcetur eo .Numero.18.cap. ſi ſacerdos ſciret eum eſſe in peccato, poterit eum repellere,ſi peccatũ ſit notorium: ſecus ſi occultum. c.ſi ſacerdos.de offic.ordina.niſi in occulto euchariſtia peteretur: quia denegans proderet & reuelaret crimen. Item propter incertitudinem & ſcandalum ſtatus ſumentis. Leonard. vbi ſuprà in fi.verſ.13.

Extraneo poteſt denegari. c.tribus. in fin.de conſecra.diſt.2.

Deuotus:nam ſicut qui non poteſt digerere, non debet ſumere cibum ne ad nauſeam prouocetur, ſic qui deuotionem non habet non debet communicare. c.in illo.& cap. tribus.de conſecra.diſtinct.2.& cap.eccleſia.de conſecrat. diſt.4.& 1.ad Corint.11.probet ſe ipſum homo.

*Turpes repelluntur à ſacramento altaris.*

Turpis reiiciatur, intellige non de turpitudine corporis, quia quandoque quos exterius pulchros videmus, interius ſunt animò fœdiſſimo: quapropter Momus, ſi poetæ vera canunt, in Deũ maximũ inſurgebat quòd feneſtrata pectora hominibus non dediſſet, ſed intelligo de infamibus artem turpem exercentibus,vt hiſtrio,publica meretrix,& id genus homines quibus prohibetur communio.c.pro dilectione.& ſeq.de conſecra.diſt.2. niſi ad dominum reuertantur.gl.ibi, & poſt peractam pœnitentiam de peccato non ſtatim.

Item ſortilegi,incantatores.cap.ſi quis clericus.26.q.5.

*Pugnatoribus euchariſtia eſt deneganda.*

Item pugnatores in duello reiiciuntur. cap. monomachiam. 2.q. 5. & vſurarij publici, ne vſura videatur approbari. Leonard. vbi ſuprà verſi.14.in teſtimonio legis eccleſiæ.

Item excluduntur excommunicati, ſciſmatici & interdicti. Angel. in verbo euchariſtia.in 3.§.29.& ſuſpecti de crimine ſuſpitione violenta.tex.& ibi glo.in c.dixit Dominus.32. quæſt. 1.tamen ad manifeſtationem criminis non debet dari,ſicut olim. vt in c.ſæpe.2.q.5. c.ex tuarum.de purga.cano. ex hoc Deus tentatur; & quod ad ſalutis inuentum eſt remedium, ad mortis iudicium liberet, quod eſt prohibitum.

Subſequitur, conſcius illiciti. videlicet reiiciatur, & intellige quòd quicunq; recipit cum conſcientia peccati,peccat mortaliter: quia ſacramento abutitur, cùm cibus non competat niſi viuenti: & peccato irretitus dicitur ſpiritualiter mortuus,ſecundum bea.Tho.in 4.diſt. 9.3.art.in reſpon.ad argu.& dicitur Iob 20.cap. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus, & 24. ſicut amigdalum eſt bonum homini,& mors vulpi:corraudum homines reficit,canes occidit.

Si verò eſt cõfeſſus,& conſcientiã non habet peccati, licet verè peccatum habeat,non peccat mortaliter.1. ad Cor.4.nihil mihi cõſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus, ſum & de Traiecto in d.diſt.verſ.viſo de impedimẽtis.in 2.cõcl.Sylueſter de Prierio in verbo,euchariſtia.in 3. q.14.

Secũdò induratur qui indignè aſſumit:vt patet de Iuda,in quẽ poſt buccellã introiuit ſathanas. Io.13.c.inſtar lunæ quæ tãto magis eſt propinqua ſoli,tãto magis obſcura fit, & redditur.

Tertiò quia infirmi fiunt.primę ad Corint. 11.ideo inter vos multi infirmi,& imbecilles,& dormiunt multi.vnde viri Bethſamitæ mortui fuere:quia arcam Domini viderunt.2.Reg.5.

Quartò citò morietur.Daniel.5.c.Balthaſar qui in vaſis templi vinum indignè bibit, ſequenti nocte occiſus fuit.ſic & 2.Reg.5.cap.de Azoto qui arcam teſtamenti detinebat, capite truncatus fuit.

Quintò durius damnatur.1. ad Corinth.11. iudicium



iudicium ſibi manducat, id eſt damnationem.

Intellige ſi non ſit ignorantia affectata, ſed diligentiam adhibuit ſecundum naturæ fragilitatem.Scotus in 4.diſt.9.q.quia ſcientia & affectata ignorantia æquiparantur.c.2.de tempo. ordi.in 6.& ibi glo.& cle.vnic.de conſangui. & affini.nec requiritur certitudo conſcientię,cùm nemo ſit certus an in peccato ſit, an non, ſed probabiles coniecturæ quatuor.ſecundum Bernard. prima eſt cùm quis verbum Dei audit deuotè. ſecunda cùm quis ſe ad bene operandum promptum inuenit. tertia, quando quis habet propoſitum abſtinendi à peccato.Quarta, cùm de præteritis dolet. Aſten.vbi ſuprà.tit. 18.rub.de impedimento euchariſtiæ.

Tempus, intellige reiiciatur ſcilicet tempus noctis, ſicut dicitur de miſſa. nam qui eam celebrat ante auroram, peccat mortaliter. docto. in c.1.de celebra.miſſa per id quod habetur Io. 9.cap.me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt: venit nox, quando nemo poteſt operari. & quia venit contra conſuetudinem generalem.c.in his. & c. eccleſiaſticam. 11.diſt.Aſten.de celebra,miſſa.arg.3.lib.4. verſi. vtrum tantum.

Niſi nocte ſancta natiuitatis.c.nocte.de conſecra. diſt.1. & tunc non debet niſi vnam celebrare,licet per ignorantes contrarium ſeruetur.

Vel niſi de licentia epiſcopi,vel magnæ neceſsitatis cauſa,puta quia infirmus moritur ſine euchariſtia.glo.in c.fi.de priuileg.in 6.

Itẽ in die Veneris ſancto nõ celebratur,quia hoc ſacramentũ eſt figura quędã,& repręſentatio paſsionis Chriſti,hoc quotieſcunque feceritis.&c.ſed veniẽte veritate ceſſat figura,& illo die paſsio Chriſti prout eſt geſta,recolitur.huiuſmodi ergo conſecratio minimè celebratur. Aſten.lib.4.rub.de celebra.miſſæ.art.3.q.1.quare reſeruatur corpus Chriſti conſecratum in die Iouis, ſumendum die Veneris, ne illo die eccleſia ſit ſine fructu paſsionis exhibito nobis per hoc ſacramentum,ſecundum eundem.

Vel ſi ſacerdos celebrauerit antequam officium matutinarum dixerit,& primam: & hoc ſi talis fuit conſuetudo quòd ſacerdotes ante miſſam hoc dicant: alioqui ſecus. Sylueſter in verbo,miſſa.in 1.6.q.prin.c.1.de celebra miſſa.

Item tempus reiiciatur extra paſcha: quia quilibet licet poſsit ſumere quando vult ſaltem in quatuor feſtis annuis,tamen peccaret ſi non ſumeret in tempore Paſchatis. & ſecundum Panor.Paſcha accipitur duobus modis: largè & propriè.largè pro ſolẽnitate Paſchali,& tunc ſumitur pro die Iouis,quia ſolennitas illius ſacramenti illo die fuit introducta:& tunc ſatiſfacit quis pręcepto ſumendo die Iouis.c.in cœna.de conſecra.diſt.2.

*Paſcha duobus modis capitur.*

Secundò capitur propriè pro die reſurrectionis,& illo die debet ſumi, ſecundum Panorm. hîc, nec liberatur quis,etiam ſi omnibus anni diebus ſumeret,niſi & illis diebus ſumat: & an quotidie quis debeat accipere,vide per Ioan. de Turre crema.in c.quotidie. de conſecra.diſt.2.

*Paſcha quo modo intelligatur.*

Eugenius tamen Papa declarauit paſcha hic debere intelligi à die Iouis ſancta, vſque ad dominicam poſt paſcha: & per hoc ſatisfacit quis,ſi ſumat die veneris,ſabbathi ante paſcha, lunæ vel aliis diebus poſt paſcha. hoc docet Angel.in verbo,euchariſtia.in 3.§.36.& ibi Sylueſter q.15.

Item ponitur,miraculum præbens. euchariſtia non debet ſumi ſi apparet ſumenti miraculo, vtpote in forma pueri, quia non conuenit humanæ perfectioni comedere puerum: idem ſi alia miracula præbeat. Auguſt. in cap. non hoc corpus.de conſecra. diſt.2. ſed iterum cõſecrari poteſt & ſumere.Aſten.in 4.lib.1.partis ſummę tit.14.rubr.de celebra.miſſæ.q.3.vide figuram huius ſacramẽti per Lactan.Firmia.in lib.1.c.21.de ſacrificiis & myſteriis eorũ.vbi narrat Capuę Aleucrũ humanã hoſtiam Ioui immolaſſe & infantes Saturno inmolatos eſſe, cũ Iupiter hoſtias animalium non acceptaret,niſi caro humana ſacrificaretur,& ſanguis: ſic nec Deus pater delectatur ſacrificiis beſtiarum.Dauid Pſal.49.Non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos.ſicut enim homo qui à Deo creatus fuit vt ei ſacrificaret, ita & conueniens erat vt homo ſeipſum Deo ſacrificaret in redemptionem præuaricationis hominis.de Vtino ſermo.45.in lege naturali.

*Humana hoſtia & infantes Ioui & Saturno dicuntur eſſe imolata.*

Vltimò ex hoc text. colligere poſſumus regulam,quod ſacerdos non debet reuelare peccatum in confeſsione exauditum,nec peccatorem verbo,vel ſigno, ſcriptis, aut alio quouis modo. quod ſi contrarium fecerit, debet à ſacerdotio deponi:& ad agendam pœnitentiam in arctum monaſterium detrudi, & tanquam proditor eſt cenſendus. vt hîc patet in fin. & ſi timetur de fuga in carcere poteſt cuſtodiri, ſecundum Panor. Vel ſi ſit religioſus arcti monaſterij,qui reuelet, debet per priorem in carcere detineri & deponi,vt hîc.

Nam poſtquam ſcit vt Deus,non debet reuelare vt homo,imò potius martyrium ſubire, quàm vt reuelet,teſte Sco.in 21.diſtinct.quanti. quem ſequitur Gabriel.de Traiect.ibi,& beatus Tho. q.3. & hoc receptum eſt vt homines ad confeſsionem pelliciantur, & ſimplicius confiteantur.

Olim cogebatur ſacerdos peregrinari.c.ſi ſacerdos.de pœni.diſt.6.ſed hodie punitur vt hîc.

*Sacerdos etiã ex præcepto ſuperioris nõ tenetur confeſsionẽ reuelare.*

Amplia quod non tenetur reuelare etiam ex præcepto ſuperioris officialis vel alterius, imò ſi epiſcopus,vel Papa præciperet ſacerdoti producto in teſtimonio,vt reuelaret peccatum in confeſsione,non debet hoc facere ſacerdos, cùm ſciat vt Deus.c.2.de offic.ordi.non debet vt homo reuelare, ſicut Deus noluit reuelare Iudam, ſed dixit, vnus veſtrum me traditurus eſt:cùm etiam ſacerdos in audienda confeſsione ſit ſpecialis vicarius Chriſti, eſt maior Papa,qui eſt generalis quo ad illam ſpeciem. Panor.in c.dilectus.de exceſsib.prælato. per c.ſtuduiſti.de offic.legat.

Idem ſi monitorium de occultis impetraretur.glo.in c.ſacerdos.de pœnit diſt.6.

Imò poterit ſacerdos dicere, & ſi opus fue-

rit, iurare ſe nihil ſcire, quod debet intelligi, ſcilicet ad reuelandum:vt in ſimili dicitur Matthæ.24. de die iudicij nemo ſcit nec filius hominis, ſcilicet ſcit ad nobis reuelandum, vel tanquam homo.

Et ſi productus in teſtem reuelaret, non faceret fidem.Bal.in l.archigerõtes.C. de epiſco. audien. de Ripa in tract. de peſte.fol.156.etiam ſi aliqui caſu fortuito, aut poſiti de induſtria poſt tapetum,deponerent,ſecundum Fel.in c.1. de excep.& per hoc non videtur vera glo.quæ in c.tua nos. de ſponſ. reputatur ſingular. quæ dicit in matrimonio ſecus eſſe. quam ſequitur Iaſ. in l.patre.colum.2.ff.de his qui ſunt ſui, vel alien.iuris. nam poſtquam confeſsio eſt facta Deo & non homini, nõ debet homo reuelare. Et theologi tenent,non debere reuelare, etiam ſi eſſet vtilitas alterius.& ſequitur Panor. in c. cum dilectus.de exceſsib. præla. facit quod dicit Auguſt.ad fratres in eremo ſermo. 30. illud quod per cõfeſsionem ſcio,minimè ſcio quàm quod neſcio.

*Quod per confeſsionẽ ſcitur dicitur nõ ſciri.*

Secundò amplia quod quis non debet reuelare,etiam ſi eſſet ei à ſacerdote reuelatum, ſecundum Aſten.in ſua ſumma.lib.6.tit.20.

Tertiò amplia etiam procedere in eo cui eſt reuelatum in caſu permiſſo, vt ſi eguerit conſilio,ſecundum Sco.vbi ſuprà.q.2.conclu.3.

Quartò amplia etiam ſi plures audiuit in caſu neceſsitatis:nam vnus tenebitur celare confeſsionem alterius.

Quintò amplia in laico,qui in caſu neceſsitatis,aut forte fortuna audiuit.cap.ſanctum. de conſecra.diſt.4.Henric.Boic.hîc.Felin.in cap.1. de excep.

Si tamen reuelet, non deponitur ab vxore vel officio ſi habet:ſed pœna arbitraria eſt puniendus,ſecundum Cardi.hîc,& Aſten.in ſumma lib.5.tit.20.de confeſsionis ſigillo.

Sextò amplia,quòd non debet reuelare etiã per confeſsionem:quia in confeſsione peccata ſua quis debet confiteri,& non aliena. vt ſuprà dixi,in prima regula.

Septimò amplia in interprete, & eo cui dè confitentis licentia fuit reuelatum,& in eo qui ſe confeſſorem fingit, vel qui latenter abſconditus confeſsionem audit:quod eſt ſacrilegiũ, & iniuriam facit ſacramento, ſecundum Flor. vbi ſuprà.§.2.

Amplia etiam ſi ſacerdos non abſoluat, ſed remittat ad ſuperiorem ſecundũ Flo.vbi ſuprà.

Amplia in eo qui recepit ſub ſigillo confeſſionis,extra tamen confeſsionem,quia non debet reuelare,ſed celare,non ratione ſacramenti quod ibi non eſt,ſed ratione promiſsionis:ideo homo non debet de facili recipere ſub ſigillo confeſsionis:quia ſi malum aliquod inſurgeret ex illo dicto,poteſt reuelare.c.inter.22.q.4.

*Peccatum commiſſum cum aliquo ſimul, ab alio reuelari nõ debet.*

Vltimò amplia in perſona cum qua quis confitetur peccatum commiſiſſe:nam etiam non debet reuelare. Aſten. vbi ſuprà. de ſigillo confeſsionis,verſ.vtrum ſub ſigillo.

Fallit quando ſciret alia via quàm per confeſsionem.doc.hîc,& de Traiec.vbi ſuprà.

Præſumitur tamen quòd hoc habuerit ex confeſsione, ſecundum Barba. conſil.7.col.7. in ſecundo volu. argumento ſumpto à ſolitis, ſecundum eum, licet contrarium videatur tenere Cardi. hîc, ſed Panorm. primæ adhæret opinioni.

Nec ex illa præſumptione punitur ſacerdos pœna ordinaria huius tex.ſed arbitraria, cùm non ſit aperte probatum eum confeſsionem reuelaſſe,ſed ſolùm per præſumptionem.

Secundò fallit ſi egeat prudentiori conſilio, tunc peccatum reuelabit non peccatorem vt hîc,& c.officij.ſuprà eo.

Tertiò in genere poterit peccatum reprehendere exemplo Chriſti dum dicit, vnus veſtrum me traditurus eſt. cap. ſi ſacerdos. de offic.ordina.

Caueat tamen ne ob hoc perſona poſsit cognoſci:alioqui ceſſet ſecundum theologos.

*Sacerdos reuelare poteſt ea quæ de ſui natura non ſunt peccata.*

Quartò fallit quando reuelaret ea quæ non ſunt de ſui natura peccata,vt ſe depoſuiſſe centum penes aliquem, aut ſe debere cuidam dicat ſacerdoti pœnitens:nam hoc poteſt reuelare.caueat tamen ne hoc recipiat ſub ſigillo confeſsionis,ſecundum Boic.hîc.

Quintò fallit quando eſt confeſſus alicui vt iudici.c.vno.de cleric.per ſaltum promo. & ibi Hoſtienſ.

Sextò fallit in peccato committendo, quod poterit reuelare ſine perſonæ expreſsione,& ſine proditione confitentis his quibus poteſt vel prodeſſe,vel obeſſe.arg.c.hoc videtur.22. q.5.& q.4.c.ſi quid.& c.non ſolùm. & c.ſeq. & glo.in c.ſi peccauerit.2.q.1.quia illa confeſsio non poteſt dici vera cùm de commiſsis fiat, & non de committendis. Item ſaltem cum attritione debet fieri,quod non fit quando confitetur peccatum ſe commiſſurum.doct.in d.cap. ſi ſacerdos.de pœni. diſt.6. licet theologi contrarium teneant.poſſet tamen vtraque opinio conciliari,quòd prima opinio theologorum, videlicet quod quis non debet reuelare etiam committenda,ſed celare, hoc intelligi debet in vim ſecreti:ſed celare non debet in vim ſacramenti,vt concludit Henric.Boic.hîc. vel poteſt monere prælatum vt vigilet ſupra gregem, vel ciues ad ciuitatem cuſtodiendam.Tho.in 4.diſt.21.Flo. in tertia parte.tit.17.c.22.in princ.

*Sacerdos poteſt dicere ea quæ in fauorem cõfitentis tendunt.*

Septimò fallit quando fauore confitentis: poteſt enim ſacerdos dicere bona quæ ſcit ex confeſsione, puta talis nunquam cognouit mulierem,vel non peccauit mortaliter, vel eſt deuotus,niſi alterius peccatum detegeretur, & ſi de duabus puellis confeſſor diceret, illa eſt bona filia & virgo : vel de duabus mulieribus diceret confeſſor,illa eſt pudica & caſta : quia qui dè vna dicit,de alia negare videtur. c.nonne.de præſump.c.qualis.25.diſt.

Octauò non debet canonicus vel alius eligere illum quem ex confeſsione ſcit eſſe indignum : quia cum agatur inter eligentem & Deum,poteſt ex his quæ ſcit vt Deus,iudicare.

Si tamen eligeret, non priuaretur facultate eligendi,nec aliis pœnis afficeretur poſitis in c. vt Deus,



cùm in cunctis.§.fi.de elect.quia in his quæ ſcit vt Deus,ſolum Deum habet vltorem.arg. l.iuriſiurandi.C.de iureiur.

Poteſt etiam prælatus ſuum priorem, vel alium habentem officium in ſuo monaſterio, remouere,licet ſciat eum vitio deditum ex confeſsione,& in occulto monere, ſecundum Flo. in 3.parte ſummæ tit.17.c.22.§.1.

*Confeſsionis audientia nullum ius in alio præbet foro.*

Si tamen ille prior non poſsit ſine iuſta cauſa amoueri, & ſine figura iudicij, vt in beneficio,tunc non poterit ex confeſsione facta de ſimonia eũdum beneficio priuare:quia audientia confeſsionis nullum ius in alio foro præbet, ſecundum Thert. & Aſten.vbi ſuprà rubic. de confeſsionis ſigillo.

Caueat ſacerdos ne vnquam dicat, iſtum caſum in confeſsione audiui,vel in illa eccleſia in qua audiui confeſsiones, fiunt multa mala & enormia peccata:idem ſi dicat,in tali ciuitate : nam hoc eſſet reuelare. vel caueat ne propter enorme peccatum ſibi confeſſum minorem familiaritatem oſtendat confitenti vel aliquod ſignum per quod homines poſsint cognoſcere illud delictum,ſecundum Flo.vbi ſuprà.per hunc tex.verbo vel ſigno.

Notandum eſt quòd ſi alicui reuelem ſecretum meum ſub ſigillo confeſsionis,& poſtea producatur in teſtem, tenetur veritatem dicere,alioqui eſſet periurus & falſarius. c.1. de crimi.fal.Panor.& alij hîc, quia aliud eſt ſecretum ſigilli,aliud confeſsionis.vnum Deo,aliud homini fit.Dec.in c.intimauit.de teſtib.

Sed ſi monitorium de occultis impetraretur contra omnes ſcientes,non tenebitur reuelare,quia aliud eſt denuntiare, aliud teſtificari, ſecundum D. de Ripa in tract.de peſte. fol.158. verſ.inſuper. Et ſi ex voluntate reuelaret, debet puniri pœna arbitraria.Henri.Boic.hîc,in fi.

*Confeſſor duplici iure confeſsionẽ celare tenetur.*

Quæreret aliquis, quo iure tenetur confeſſor celare confeſsionem ? Reſpond. primò de iure naturali, quo cauetur vt ea quæ vultis vt faciant vobis homines, eadem illis facite. Lucæ 6.cap. & 1. diſtinctione 1. ſed quis nollet amittere ſuam bonam famam propter ſui criminis reuelationem per alterum factam : ergo etiam ipſe hoc non debet facere. Item fama & vita æquiparantur.l.iuſta.ff.de manu.vindic.ſed quis nollet vt alius eum occideret & diffamaret:ergo etiam ipſe non debet hoc facere.ſic ex lege naturæ non debet quis reuelare.

Secundò,iure diuino introducta eſt confeſſio, vt ſuprà dixi in 1. regul. ergo & eius ſigillum,videlicet occultatio.

*Deus peccatũ interius tegit.*

Item ſicut Deus tegit peccatum interius, ſic & ſacerdos debet celare exterius, & vt magis ac magis homines ad confeſsionem attrahantur.Flo.in d.3.par.tit.17.c.22.

Os quod mentitur, occidit animam.c.nec artificioſo. & ſeq. 22.q.2. ſed ſi ſacerdos reuelans illud quod habebat in confeſsione, dicit tanquam homo ſe ſcire, cùm ſciebat vt Deus, mentitur,ergo de iure diuino non debet reuelare.Scot.in 4.21. diſt.q.2. & Aſten. in lib. 5.de confeſsionis ſigillo.tit.20.in 2.q.

Tertiò iure canonico prohibetur vt hic.& c. ſi ſacerdos.cum ſimilibus.de pœni.diſt.6.

Quartò iure ciuili probatur, quo cauetur ſecreta non eſſe reuelanda, imò reuelans ad id quod intereſt tenetur, & actione iniuriarum.l. 1.§.ſi quis tabulas.cũ ſimilibus. ff. depoſ.& alibi dicit tex.inhumanũ eſſe ſecreta noſtra detegi. l.2.C.quando & quib.quar. pars debea.lib.10.

Ex quo infertur quòd Papa non poſſet ſtatuere quod ſacerdos confeſsionem reuelaret, nec Imperator,cum eo nec quiuis alius, vt tradit de Traiect.in 4.diſt.17. de confeſsione verſ. ad ſecundum principale. poſt alios theologos.

Secundò infertur quòd confitens non poterit dare ſacerdoti facultatem ſeu licentiam reuelandi,tum quia eſt introductum de iure naturæ & diuino,tum in fauorem totius eccleſię, ne aperiatur via fraudibus & ne homines à cõfeſsione retrahantur, & propter ſacramentum & ſcandalum, quibus non poterit pars renuntiare.c.ſi diligenti.de foro compet.

Item, quia accepit vt Deus, non poteſt ea dicere vt Deus,cuius vices extra confeſsionem non gerit reuelando.ergo,&c.

Præterea præcepto ſuperioris aſtringitur ad non reuelandum, cui non poteſt derogare inferior.cle.ne Romani.de elect.Sco.vbi ſuprà.in reſpon.ad argumentum.

*Volens perire non auditur.*

Nec auditur perire volens.l.non tantum. ff. de appella.ſed ob presbyteri reuelationem poſſet perire confitens : ergo ex confeſsione illius non poſſet.

Item poſſet compelli pars per torturam ad permittendum ſuo ſacerdoti vt reuelaret,& ſic nullus vellet confiteri enorme crimen.

Contraria tamen opinio, quòd poſsit dare licentiam,eſt pobabilior,ſecundum docto.in c. teſtimonium.de teſtib.& hîc,& de Traiect. vbi ſuprà.diſt.17. de confeſsione, quæ vltima fortè poſſet procedere quo ad bonum confitentis, alioqui ſecus.Flo.in 3.parte ſummæ tit.17.cap. 22.Aſten.vbi ſupr.Hęc raptim collegi ex theologis,ſutor vltra crepidam:ſed dij facientes adiuuant. Igitur ſummum faſtigium imponere lubet tum medullitus deuotioni intenti, ne ad aures quidem ſcalpendas otium vobis eſt,tum etiam per tempus non mihi licet vltrà progredi,licet alia longè doctiora à me ſcripta ſint:tamen his eritis contenti,quæ quamquam miſiſſe pudet, quia parua videntur, tu tamen hæc quæſo conſule miſſa boni.

Non vos nunc tenebo pluribus,modum aliquẽ faciam,cum tamen optima quæque in hac materia mihi ſuperſint dicenda die Lunę hora ſecunda pomeridiana, ſi huc reuerti nõ grauemini,colophona & finẽ imponam:interim tamen ne à maiorum conſuetudine recedam, gratias agã immortales primo Deo omnipotenti,virgini Mariæ, deinde tibi huius inclitæ Academiæ rectori magnifico,vobiſque Dominis doctoribus,magiſtratibus eccleſiaſticis ac ſecularibus, atque canonicis, omnibus denique auditoribus qui noſtrum hunc actum decorare veſtra præſentia minimè indignati eſtis.

# *REPETITIO D. PETRI REBVFFI MONTISPESSVLANENSIS, I. V. D. ET COMITIS, SVPER CANO. DEcernimus. 16. q 7 quam fecit anno 1527. die decima menſis Ianuarij: qui dies erat D. Pauli primi Eremitæ, in vniuerſitate Chaturcenſ. quo die gradum doctoratus in vtroq; iure conſecutus eſt: quem canonem doctores vniuerſitatis Cathurcenſ. in punctis ei constituerunt vnà cum decretali, an ſit deferendum. de appella. & l. teſtamento. de impuber. & l. quòd ſi Epheſi. de eo quod cer. loco.*

AD laudem, gloriam & honorem ſanctiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Virginiſq; Mariæ, trium Regũ, cuius hodie feſtum celebratur, & quatuor doctorum Eccleſiæ, beatique Petri apoſtoli, cuius ego nomen gero, ac aliorum Apoſtolorum, totiúſque curię cęleſtis, aggredior hunc canonem, Decernimus, repetendum, ſitum 16. q. 7. qui tractat materiam iuris patron. valde difficilem, profundam, lucroſam, & delectabilem. & quia tractat de materia iuris patro. ideo præmitto, quòd patronus in iure noſtro multis ſumitur modis.

*Patronus quis.*

Primò dicitur aduocatus, qui ſuo patrocinio in iudicio cauſas ſuſcepit defendendas, per text. in l. rem non nouam. §. patroni cauſarum. de iudic. C. Ioan. And. & Panorm. in rubr. extra de iure patron. Paul. de Citadi. in ſuo tracta. de iure patro. in ſecund. part.

*Aduocatus dicitur patronus.*

Secundò dicitur patronus reſpectu ſerui, vt toto tit. de iure patro. ff. & nouem iura quæ affert iſtud ius patronatus, ponit Paul. de Citadi. in 6. part. art. ſexto, vbi videre licet.

Tertiò dicitur patronus eccleſiæ, de quo hîc feſtum colimus, vt in Decretal. & in ſext. & in cle. de iure patro. & incipiendo à diffinitione prout nos monet Cicero 1. officiorum & dixi in arbore de exceptio.

Ius patronatus eſt ius honorificum, oneroſum, & vtile, alicui competens in eccleſia pro eo quod de diœceſani conſenſu eccleſiam fundauit, conſtruxit, vel dotauit ipſe, vel is à quo cauſam habuit. hunc ponit Panor. & communiter docto. tractantes, in rub. de iure patro.

*Ius patronatus quid ſit.*

Sed quod non ſit vera, aliquibus inſtabo mediis: & primò quod dicitur, eſt ius, non valet, quia ius diffinitur per ius, ergo non valet: vt no. doct. in l. 1. de acq. poſſe. ff. moderni Auenionen. in repe. rub. de cauſ. poſſeſſ.

Item ratio quæ eſt eadem cum dicto non valet. l. fin. ff. de offic. procur. Cæſar. & l. liber. ff. de vſucap. licet videatur tex. contrarius in §. filiusfam. inſti. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol. ſuper quo relinquit cogitandum Iaſ. ibi.

Item quãdo dicit, honorificum: honor Deo debetur non patrono, ergo malè dicit honorificum, vt ad Hebræ. 5. c. nemo. debet ſibi honorem aſſumere, ſed qui vocatur à Domino quẽadmodum Aaron. C. qualiter. de elect. & c. in ſcripturis. 8. q. 1. Lucas de Penna in l. filius. de decurio. lib. 10. C. & ibi patruus meus Iac. Reb.

Vltimò opponitur contra diffinitionem: nam dicit acquiri ius patronatus ex fundatione, dotatione, & conſtructione: ſed nos habemus quòd aliis modis acquiritur: quare malè, quod ex reparatione acquiratur, textus ita dicit. & ibi Bartolus, in authent. vt nullus ædificet oratorium domi. Hoſtien. ita tenet in ſumma. §. ex quibus. & Paulus in tertia parte ſui tractat. His & aliis multis non obſtantibus, teneo diffinitionem eſſe veram: & reſpon. ad contraria: & non obſtat, quia ratio eadem cum dicto non valet: vt ſi interrogetur teſtis ſi vidit mutuari, dicit, vidi. quare ſcis? quia vidi. tunc valet dictum, licet vltima ratio ſit ſuperflua: quia deponẽdo ſatis expreſſerat rationem, vt dicunt doct. in l. ſolam. C. de teſtib. ſed ſi teſtis diceret ſcio talem mutuaſſe, quare ſcio, non valeret: & ſic quando ratio eſt eadem cum dicto nihil addendo vltra dictum non valet. & ita intelligo ſuprà dicta: ſecus quando in ratione aliquid additur dicto. & ita intelligerem tex. in d. §. filiusfa. ſuper quo relinquit Iaſ. cogitandum. quib. mo. ius patr. poteſta. ſoluit.

*Ius patronatus ex reparatione acquiritur.*

Et quod poſsit repeti, vt additur, probat. text. iuncta glo. in l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de verbo. oblig. in l. ſi tibi. ſi cert. peta. in l. in cauſę. de procura. §. fin. l. ſi cum exceptione. §. quatenus. de eo quod met. cauſ. l. lege Iulia. de teſtib. l. librorum. in princ. ff. de lega. 1. in l. ab Anaſtaſio. C. mand. in l. fi. de ſacroſanct. eccle. in §. 1. inſti. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & ibi Angel. & in §. in his, in verbo ſi verò nihil. in authent. de inſtru. cautel. & fide. colla. 6. & in §. & licet. in glo. 2. de teſtib. col. 7. de Burges in cap. cum cauſa. col. 1. & ſeq. de empt. & vendi. prout hîc. vel poſſumus dicere quòd ius ſimpliciter non diffinitur, ſed ius patronatus: & ideo diffinitur per ius ſimpliciter, & non per ius patronatus coniunctim: quia eſſet idem per idem diffiniri. vel cogita.

*Iuris patronatus diffinitio.*

Item ad ſecũdum dum dicitur, quòd honor debetur Deo: fateor honor latriæ, & non debetur homini. honor, id eſt quædã præeminentia

vltra



vltra alios bene debetur patrono. cap. nobis. de iure patro.

Et ideo honoratur patronus in præſentando capellanum eccleſia vacante, vt hîc, aliàs nõ valet quod agitur. Item in eccleſia quam fundauit patronus, honor per miniſtros & alios debetur patrono, & aliis præfertur. glo. in c. nobis. de iure patro. & Panor. in rub. illius titul.

Non obſtat vltimum in quo dicitur, quòd ex fundatione acquiritur, & etiam ex reparatione: quia fateor. nam qui reparat, fundator dicitur large. vt text. & ibi Ang. in auth. vt nullus fab. ora. D. & Pau. de Citadi. in tract. de iure patro. in 3. parte in 1. cauſa. q. 15. & ſic intelligo tex. loquentẽ hîc de fundatione dum dicit fundatores: nam intelligitur de omnibus, qui aliquo modo acquirunt ius patronatus. tres ponit Panor. in rub. quinque Paul. in d. 3. cauſa, quæ hoc verſu comprehenduntur,

*Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.*

Quem Hoſt. ponit in ſumma huius tit. §. ex quibus. glo. in cap. piæ mentis. 16. q. 7. iſtis iactis tex. diuidi poteſt in duas partes. in prima ponitur inſtructio patronorum, in ſecunda epiſcoporum. ſecunda ibi, quod ſi ſpretis: & ſic ſummatur, &c.

Fundatores eccleſiarum ordinandos in eis epiſcopo offerant. Iſtud ſummarium non valet, quia non comprehendit niſi primam partem: ideo ego ſic ſummo. Patroni in eccleſiis vacantibus idoneos epiſcopo præſentent: & ſi epiſcopus illis neglectis eccleſię de rectore prouideat, non tenebit illius prouiſio. hoc poteſt habere in ſumma.

*Caſus huius canonis.*

Caſus huius canonis ſic eſt, in concilio Toleta. ſtatutum fuit vt eccleſiarum fundatores curam & ſolicitudinem haberent pro eiſdem eccleſiis, & idoneos rectores præſentent epiſcopis in ipſis ordinandos. ſi verò epiſcopos alios quàm præſentatos à patronis ordinauerit, irrita ſua erit ordinatio: & alij quos patroni voluerint, ſubſtituentur.

*Decernimus, verbũ, inducit ius nouum.*

Nota hic primò, quod verbũ decernimus, eſt iuris noui promulgatoriũ. nã iſtud fuit de nouo in concilio Toleta. inſtitutum. & quod verbũ, decernimus, inducat ius nouũ, ita cantat gl. in cle. fi. de æta. & quali. cle. 2. de appella. cle. per literas. de præben. cle. 2. de reb. eccle. non alien. clem. cos. de regula. ſed contrà d. cap. decernimus. de iudic. & tamen non inducit de nouo: quia illud erat ſtatutum in cap. eccleſia. de conſtitu. Panorm in d. cap. decernimus. & ibi Fel. & de Ripa dicunt, quod regulare eſt verbum decernimus, importare ius nouum: ſi tamen materia ſubiecta non patitur, non inducit ius nouum, ſed declarat. ita tenet Dec. in c. ſedes. col. 4. de reſcrip.

In hoc tex. multa obſtant. & primò obſtat in c. omnes Baſilicæ in epiſcopi poteſtate conſiſtunt, in cuius territorio ſunt. ſuprà eadem cauſa & q. & per illum text. voluerunt dicere quidam doctores de placebo, quòd imperator habet fundatam intẽtionem ſuam in toto imperio, & chriſtianiſsimus Rex in ſuo regno, ita quòd poteſt cõpellere omnes & ſingulos ſubditos, recognoſcere. contrarium tamen eſt verum. bene fateor quod Imperator habet intentionem ſuam fundatam quo ad ſupremam iuriſdictionem, & Rex Franciæ in ſuo regno. quia nemo eſt qui ei non ſubſit: ſed non quo ad rerum proprietatem, & dominium, quæ ad ſingulos poteſt ſpectare: aliàs fruſtra eſſet titul. de allodiis. Ita tenet Fel. in c. cum venerabilis, col. 10. de excep. & cap. cum non liceat. de præſcrip. Iacob. de ſancto Georgio in tract. de feud. in verb. dicti Vaſſalli: in 2. col. & ſeq. conciuis meus. D. Boeri. in conſuetu. Biturig. in §. penul. de conſue. eccleſia non patitur acophalitatem, 93. diſt. c. nulla. ſecus in iure ciuili. ita Bened. in verb. & vxorem. in 2. deciſ. num. 16. cum ſeq. de teſta. nam ſi perſona ſubeſſet, ergo & res. 12. q. 1. c. præcipimus.

*Rex quo ad iuriſdictionem in ſuo regno fundatus eſt.*

Secundò obſtat, quia laici ſpiritualia non poſſunt poſsidere. c. maſſana. c. ſacroſancta. de elect. c. cauſam. de præſcript. Idem ergo erit in iure patronatus connexo ſpiritualitati, quia de eo iudicatur ſicut de re ſpirituali. in c. quanto. de iudic. ergo epiſcopus poterit non vocatis & ſpretis patronis. hîc dicitur cõtrariũ, ergo malè.

Tertiò obſtat text. in c. illud. & ibi Abbatis dicta, de iure patro. vbi inſtitutio facta ſine patronorum præſentatione valet: ſed inſtante patrono irritanda erit. hîc verò dicitur irritam nouerit, quare malè.

Quartò obſtat tex. in cap. nulla. de conceſſ. præb. vbi dicit, quòd epiſcopus ſine contradictione aliquorum poterit beneficia conferre: imò monet, vt conferat. hîc dicitur quòd patronus debet præſentare, quare minus bene.

Quintò etiam videtur obſtare, quia ſicut electio non competit laico, in cap. ſacroſancta. & cap. maſſana. de elect. ita nec debet competere præſentatio. hîc dicitur contrariũ, quare malè.

*Electio non cõpetit laico.*

Sextò obſtat c. cùm dilectus. de iure patro. vbi collator poteſt reſeruare beneficium patronatum ſuæ collationi, & conferre ſine præſentatione, hîc dicitur contrarium quare malè.

Septimò obſtat tex. in c. qui tacet. de reg. iur. in 6. cum ſimilibus, vbi actus factus, in præſentia tacentis, valet, licet requiratur cõſenſus: quia videtur tacendo conſentire: ergo non ſufficit præſentare, ſed ſufficit taciturnitas.

*Actus factus in præſentia tacẽtis valet.*

Octauò obſtat c. ea noſcitur. de his quæ fiũt à prælat. vbi eſt text. quòd ſi eccleſia collegiata habet præſentationem, debet prælatus cum conſenſu capituli præſentare, quòd ſi aliter inſtitutio facta fuerit, inſtitutiones huiuſmodi conuenit euacuari, ſunt verba text. ergo non ſunt irritæ. hîc dicitur contrà.

Nonò obſtat c. conſultationibus. de iure patronat. vbi dicitur, quòd ſi quis fuerit inſtitutus ſine vero patrono ad præſentationem tamen poſſeſſoris, non debet deſtitui, licet ius patronatus euincatur, imò abſque veri patroni præſentatione valet inſtitutio. hîc dicitur contrarium, quare malè.

Decimò obſtat hic text. qui dicit, quòd patroni debent offerre epiſcopo ordinandos, ſeu

præſen

præſentare.ſed præſentari dicitur is qui corporaliter exhibetur,& ſiſtitur oculis. glo. ſing.ſecundum Card.ibi in cle.dudum. in verb. præſentari.de ſepul.tamen habemus tex. & ibi Panor.in verb. per literas. quòd poteſt quis præſentari per literas.ergo malè hîc dicitur, quòd debet ordinandus offerri.

*Poteſt quis præſentari per literas.*

Vndecimò obſtat id quod notat Federic.in tracta.permuta. q.30. vbi dicitur, quod ſi permutatio fiat ſine conſenſu patroni per epiſcopum, permutatio non eſt ipſo iure nulla: ſed venit annullanda.hîc dicitur irrita,quare malè.

Duodecimò & vltimò obſtat formaliter c. nouerint. 12.q.1. vbi verba formalia, nouerint conditores Baſilicarum in rebus quas eiſdem eccleſiis conferunt,nullam ſe poteſtatem habere. hîc dicitur quòd imò habent poteſtatem præſentandi rectorem.quare malè iſta ſunt quę pro nunc poſſunt cauſa breuitatis adduci contra huius tex. intellectum, in punctis per reuerendos Dominos doctores mihi aſsignatum.

Nunc reſtat vertere mantellum,proteſtationibus præmiſsis pro repetitis habitis,& ad contraria reſpondendo ſeriatim: & dum dicitur quod epiſcopus habet intentionem fundatam in epiſcopatu, ergo poteſt conferre ſine patrono. nam reſpondeo quod habet intentionem dummodo non appareat de contrario, videlicet de iure patro. nam tunc non poteſt conferre ſine patrono.ita reſpon. Archidia. in cap. nullus. eadem cauſa & q. & pro ſolutione iſta pondero tex.in c.cum venerabilis.circa fin.ibi, epiſcopale ius in omnibus eidem epiſcopo adiudicauimus,exceptis quæ per authenticā ſcripta ei noſcuntur eſſe ſubſtracta. de except. & hoc etiam poteſt probari per tex.in cap.penul. extr.de offic.ordina. vbi ſi Papa mandat epiſcopo corrigere clericos ſuæ diœceſis, non poteſt corrigere exemptos:ita nec epiſcopus conferre, quando eccleſia eſt exempta, vel patronata:ſed bene habebit ius epiſcopale in illa eccleſia.in c.cum venerabilis. de excep. vel etiam poteſt intelligi quod habet intentionem fundatam quantum ad iuriſdictionem, vt dicit Archi.vbi ſuprà.

*Epiſcopus non poteſt corrigere clericos ſuæ diœceſis exēptos.*

Ad ſecundum dum dicitur,quod laici non poſſunt ſpiritualia poſsidere,nec connexa:confiteor de rigore iuris:ſed de gratia & ex priuilegio per eccleſiam conceſſo laico, poteſt poſsidere,& præſentare, per text.in cap.ſi quis epiſcoporum.16.q.5.& c.quoniam. ibi, eccleſia hucuſque ſubſtinuit.extra, de iure patro. nam ſi ſuſtinet,ergo ex gratia.ita tenet Archidia. in c.hortamur.71.diſt.& doct.in d.c. quoniam. & in c.quanto.de iudic.Panot.in d.quæſtione incipiente.Augerio.col.4.

Nec obſtat tertium videlicet capitulum, illud.de iure patro.vbi dicitur, quòd collatio tenet facta abſque præſentatione: ſed irritanda venit: quia ibi loquitur quando fuerat facta collatio ſine pręſentatione,vt quia nullus epiſcopo per patronum præſentabatur, vel antequam ſibi præſentaretur, contulit: quia tunc collatio valet,licet irritari debeat patrono proſequente:ſecus ſi epiſcopus confert alteri,quàm præſentato per patronum: quia tunc collatio eſt nulla, cùm patronum ſpernat alteri conferendo. & ita intelligitur text. hic dum dicit, ſpretis.& hunc intellectum ponit Guido Papę conſil.71.colum.3.vel hîc loquitur in clerico.c. illud.in laico, ſecundum eundem, qui laicus parum iuris, vel ſaltem debile habet in diſpoſitione beneficij.& quicquid habet, eſt de gratia,ſecundum Panorm.in q.incipiente, Augerio.in 2.q.col.10.Vel melius irritanda, id eſt irrita nuncianda de facto,quatenus de facto proceſsit.Panor.in d.q.Augerio.col.12. & pro hac ſolutione facit tex. in c.accedens. in primo.ibi, caſſauimus, id eſt caſſum denunciamus. vt lite non conteſta.

Non obſtat quartum d. cap. nulla.vbi epiſcopus confert. quod eſt verum beneficia non patronata: ſed beneficia patronata inſtituit: aliàs fruſtra eſſet poſitus tit.de inſtit.extrà.

*Beneficia non patronata cōfert epiſcopus.*

Ad quintum reſpon.quod ſicut electio non poteſt laico cōpetere. c.maſſana.& c. Oſius. & c.ſacroſancta.de elect. ita nec præſentatio. nam diffiteor,quia imò præſentare poteſt, & nō eligere. & ratio eſt, quia per electionem initiatur matrimonium inter electum & eccleſiā. c. inter corporalia.de transla.epiſcopi, ſed in præſentatione non contrahitur aliquod vinculum inter præſentatum & eccleſiam, cum nullum ius ex hac acquiratur pręſentato.cap.paſtoralis.de iure patro.vbi poteſt variare.quod non faceret, ſi ei ius acquireretur.Iſtam rationem diuerſitatis aſsignat Panor. quem alij inſequuntur in c. quanto.de iudic.

Item vltra Panorm.poſſumus dicere, quod non ſolùm electio, ſed etiam præſentatio ex priuilegio competere poteſt,vt eſt text. ſingul. loquens de Rege Franciæ in cap.Adrianus. 63. diſt. vbi Papa Adrianus conceſsit Regi Franciæ, qui eum defenderat, poteſtatem eligendi ſummum pontificem, & epiſcopos in ſuo regno. licet aliqui velint dicere eſſe reuocatum, quia renuntiatum:ſed verum eſt per imperatores,ſed non per reges.

Item beneficia Rex Franciæ pleno iure confert.per tex.in cap.dilectus. in 3.de prębend. & hoc tenet Corſet.in tracta. de poteſta. regia, quæſt.11.Ioan.de Selua in tracta. de benefic. in ſecunda parte.quæſt.23.Ioan.Feraldus plenè in 8.Lilio Regis Franciæ.Benedic.in repe. c.Raynutius.in verb.& vxorem.in 2.deciſ.nu.62.cum ſeq.de teſta.& Vincen.Cigaut,in tract.de bello Italico.in c.regal.& de iuribus eiuſdem, & maximè quando ſunt illæ eccleſiæ, in patria limitropha,vt Narbonę,ita Guiller.de Monteferra. in tractat. ſuper pragma.in 5.parte.& hodie eſt factum concordatum per quod nominatio & prouiſio omnium epiſcopalium dignitatū ſpectat ad regem, in titul. de electio.in concorda. vbi ego ſcripſi.

*Rex Franciæ pleno iure beneficia confert.*

Non obſtat ſextum, videlicet cap.cùm dilectus. de iure patronat. & cap.dilectus. de offic. legat. vbi legatus ſine patrono confert: verum eſt beneficia ad præſentationem clericorum

ſpectan



ſpectantia:ſecus laicorum,cum laici ei non ſubſint vigore ſui patrimonij:& ille laicus tāquam laicus præſentat: ergo legatus de latere non poteſt conferre beneficia ad patronos laicos ſpectantia: ſecus ſi præſentatio ad clericos ſpectet.Ita Panor.in d.c.dilectus.de offic.lega.imo Papæ collatio de beneficio ſpectante ad præſentationem laici non valet, niſi fiat expreſſa mentio.gl.& ibi doct.in cle.per literas.de præb. ſequitur Inno. in cap. cum ad monaſterium.de ſtatu regula. Archidia.in c.hortamur.71.diſt.& in c.filiis.ſuprà eod. Panor.in c.3.de iure patro. Anto.& Barba.in c.1.de conſtit.Feli.in c.in noſtra. de reſcrip. Io.de Selua, in tract.de benefic. in 3.parte.q.11.Paul.de Citadinis,in tract.de iure patro.legat. in 7. parte. q.8.& ſequitur Ioan. Brunel.in tract.de dignit.lega.concluſ.24.in 11. fauore patronorum.

Nec obſtat ſeptimum quòd patrono præſente collatio facta valet:quia hoc verum eſt:nam tunc videtur conſentire, & præſentare, & non eſt tunc ſpretus: ergo collatio tenet.Ita Panor. in q.incip.Augerio.Ioā.Brunel. in tract.de dig. lega.concluſ.24.in 6.limita.huius text.

*Collatio facta præſente patrono valet.*

Octauum non obſtat,in quo dicitur inſtitutiones euacuari, ergo non ſunt irritæ. nam ibi prælatus præſentare debebat cum cōſenſu religioſorū:ſi vnū contemnat, præſentatio non eſt nulla,ſed annullāda, nā pręſentatio interuenit, ſed nō de iure fuit facta,quia vno cōtempto:& ideo nō eſt irrita,ſed irritāda,arg. c.quod ſicut. de electio. hîc verò nulla præſentio interuenit.

Non obſtat nonò tex.in c.conſultationibus, de iure patro. vbi ſi ſpreto vero patrono inſtituatur aliquis ad præſentationem poſſeſſoris, valet inſtitutio: quia loquitur quando præſentans erat in poſſeſsione, quæ attenditur, vt ibi, & in c. querelam.de elec.Federic.in conſi.234. Calderi. conſil.vlt. de iure patro. Imò præſentatio facta à non vero patrono, ſi tamen ſit in poſſeſsione, & à vero patrono qui non eſt in poſſeſsione, attenditur illa quæ facta eſt ab eo, qui erat in poſſeſsione. Ita per expreſſum tenet text. & ibi latè de Ripa in c. cum eccleſia ſutrina.de cauſa poſſeſsio. quia præſentatio eſt fructus.ita Panor.in cap.ex literis.de iure patro.& Alex.conſi.75.in 4.vol.glo.loquens de colla. in c.cum olim.de maio.Panor.in d.c.conſultationibus.ſed fructus lucratur poſſeſſor bonæfidei, in c. grauis.de reſtit.ſpolia.ergo &c.& iſta poſſeſsio vel quaſi,ex tribus acquiritur.primò oportet quòd ſit facta præſentatio bona fide,ſecūdò quòd præſentatio fuerit admiſſa, tertiò quòd præſentatus fuerit inſtitutus tanquam rector.in poſſeſsione rectoriæ,ſecundum Deci.conſi.117.

Decimò non obſtat id quod dicitur, quòd præſentatio dicitur fieri, quando fit corporaliter, ſed in c. ea noſcitur. dicitur poſſe fieri per literas,ergo. Reſpon.nam aut præſentandus eſt notus,& tunc poteſt per literas præſentari,ſicut abſenti conferri poteſt beneficium.in c. gratia. de reſcrip.in 6. & c.ſi tibi abſenti. illo libro. de præbend.aut non eſt notus, & debet præſentari perſonaliter.ita intelligitur glo.in d.clem.dudum.& ſequitur Panor.in c.76. Roc.de Curt. in tract.de iure patro.in verbo, honorificū.q.6. Paul.de Citad.in tract.de iur.patro.in 6.part.q. 32.Brunel.de dig.legal.q.24.in 14.honore patr.

Vndecimò non obſtat quòd in permutatione dicitur: nam permutatio non eſt ipſo iure nulla: ſecus in collàtione ſiue permutatione, ita tenet Federic.in tracta. permuta. in 30.q. & Dom.de Rota deciſio.307.in no. & Brunel. in prædic.concluſ.in prima limitatione ad iſtum tex.quia hîc loquitur in collatione voluntaria: ſed permutatio in neceſſaria.ita ipſe,quia actus authoriſandi permutationes principaliter dependet ab epiſcopo. c.quæſitum.de rerum permu.& cle.vnic.eodem tit.ergo omiſsio patroni quo annullat ipſo iure;vt ibi dicunt D.de Rota,& Roch.in d.verb.honorificum.in 3.q.

Non obſtat vltimum,quod patronus in eccleſia non habet poteſtatem:verum eſt de ſtricto iure,ſed de gratia ſic, ne retrahantur à fundatione, ſed ad eas inducantur. Archi.d.c.hortamur. 71.diſt. doct. in rub.de iure patro. & in d.c.cum vos. de offic. ord.&c.quanto.de iudic.

Nota ibi, quandiu ſuperſtites fuerint, quòd tex.eſt ſuperfluus. nam iſtud ſatis intelligitur: quia non poſſunt præſentare poſt mortem:ergo ſuperfluè dicit,quandiu ſuperſtites fuerint. Reſpon.quo ad maiorem expreſsionem, quaſi velit dicere,faciāt dum viuunt, quia poſt mortem non poterunt, ita videtur hic tex.intelligendus. vel cogita. Modos tollendi ſuperfluitates ponit Io.de Platea in l.mulieres.de digni. & Fel.in proœ.decreta.col.fi. Franc. Areti. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & poſthu. Anto.de Burgos in repetit.c. cum cauſa. col.2. de emp.& vend.

Nota ex hoc tex.quòd patroni debent pręſentare idoneos, aliàs ſi ſcienter præſentent indignum, & in dicta præſentatione perſiſtant, ſunt priuati pro ea vice poteſtate præſentandi, ſecundum glo.Panor.& alios in c. cum vos.de offic.ordina.& ratio eſt,quia poſtquam ille cui de iure competit ius eligendi, priuatur eligendo indignum.in c.cum in cunctis.in fi.de elec. à fortiori ille cui conceditur ex gratia: cùm priuilegium facilius tollatur quàm ius commune.ita tex.in l.eius militis.§. militia miſſus. ff.de teſta.milita. declarat Brunel.in tracta. de dig.legal.in 24.concluſ.in 2.limita.

*Patroni indignos præſentantes, qua pœna puniantur.*

Sed pone quod ſunt duo præſentati æquè idonei, vtrum epiſcopus debeat inſtituere? & Io.Andr.in regul.in re communi. de reg.iur.in 6.in mercuria. dicit quod primò præſentatum debet inſtituere,quod intelligo verum,quando patronus erat clericus:ſecus ſi laicus:quia tunc habet epiſcopus gratificationem cui velit conferre,per tex.in cap. cùm autem. de iure patro. & Roch.in verbo,honorificum.quæſt.17.& de Ripa in repet.rubric.de iudic.numero 68.

Quòd intelligo verum quando patronus duos ſimul, vel ſucceſsiuè præſentauerit antequam epiſcopus aliquem recuſauerit,tunc pręlatus gratificat. Secus autē intelligitur ſi patronus primò præſentat idoneum, quem epiſco-

pus ſine legitima cauſa recuſat: tunc ſi poſtea patronus alterum idoneum præſentet, quem epiſcopus recipiat, tenebitur epiſcopus illi primo præſentato prouidere, per tex. in c. paſtoralis. de iure patro.

Quia epiſcopus ſine legitima cauſa illum primò præſentatum non debet recuſare: & ſi recuſet, debet puniri in eo, in quo deliquit, vt in d.c. paſtoralis. in fi.

*Per præſentationē ius acquiritur præſentato.*

Si verò patronus nō præſentauerit alterum, poteſt præſentatus agere vt inſtituatur, vel à ſuperiore inſtitutionem petere: quia ex præſentatione eſt ſibi ius quæſitum, poſtquam patronus laicus non præſentauit alium. text. in c. cum Bertoldus. de re iudic. vbi Panor. colum. 3. hoc fuſius declarat. his elucidatis ſuprà per me, ad alia me conuertam.

Cum Annibal in Calcide apud Antiochum Aſiæ regem eſſet, atque corā eo Phormio philoſophus, vt doctrinæ magnitudinē oſtentaret, & variis de rebus copioſè diſſeruiſſet, poſtremò eò deſcendit, vt de militari arte loqueretur, de qua cum permulta dixiſſet, Antiochus ingenij & facundiæ magnitudinem admiratus, ad Annibalem conuerſus, qui illic ſilebat, quæſiuit quid de Phormione videretur: & ſubridens Annibal reſpondit, ſe iam multos ſenes deliros vidiſſe, ſed neminem qui Phormione magis deliraret. nam cùm nec tubarum quidem clangorem vnquam exaudiſſet, aut ſtringi gladiū vidiſſet, ſe præſente de militari ſcientia auſus eſſet loqui, qui quindecim annis graui bello Romanos vexaſſet, tótque eorum exercitus, ac Conſules occidiſſet. Illa cogitans ego doctorum minimus, quid inter tot iuris ſemideos verba prorumpam, qui nedum decem annos, ſed & quinquaginta huic iuri ſtrenuè operam dederunt: timeo ne mihi accidat quod Alexandro de Pictura coram Apelle ſermonē facienti contigit. Nam Apelles liberè eum rogauit, vt ſileret, & ne de ea arte coram tanto magiſtro loqueretur. Sed tantorum fretus humanitate virorum, hoc videlicet maiori quo munus mihi pluſquam liberaliter largitum, abſque rubore recuſare non potui: ideo in campum deſcendendū, præſertim cum ita per dominos concluſum extiterit. Sed cùm ipſi leges & canones in ſcrinio pectoris habeant, & in ſpeculo memoriæ deferant, non licuit eis argumentari: ſed veniam mihi dabunt, ſi aliqua argumenta cauſa addiſcendi ab eis tanquam patribus meis proponam. Et in primis dicit Ariſtoteles in libro Prædicament. in prædica. rela. dubitare in ſingulis non eſt inutile. refert glo. in l. 3. C. de ſumma trinita. & ibidem 3. mathema. ait, quærentes veritatem ſine diſputatione ſimiles ſunt quò ire ignorantibus. nam diſputando melius veritas inuenitur. l. fin. §. mixta. ff. de muner. & honorib. l. diui. ibi, ſed & cum metianorum. ff. de iure patron. veritas examinata citius in lucem ſplendeſcet. glo. in extrauag. exectabilis. in verb. deliberatione. de præbend. & extra. quia nunquam. de verb. ſigni. in extra. Io. 22.

Et vt argumentum de iure canonico procedat, tria requiruntur, per tex. poſita in c. conſuetudo. 1. diſt. videlicet vt religioni conueniat, vt fœnebrem pecuniam exercere non conuenit religioni, licet ſit rationabile: quia benefacienti benefacere debemus. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petitio. hæredit.

*Prælatus poteſt ſubditū corrigere.*

Secundò quòd diſciplinæ congruat. nam licet prælatus poſsit corrigere ſubditum, non tamen ſæuire: quia diſciplinatè debet ſic: vltra non congruit diſciplinæ.

Tertiò vt ſaluti proficiat. nam licet ratio ſit, quòd homo inimicum perſequatur, tamen non proficit ſaluti: & ſic his viſis ſolitus erat dicere Terent. vt in eius vita licet videre, quòd nimium altercando veritas amittitur, ne amittatur: ſed reſeratur. Contra duas concluſiones breuiter inſtabo: & primò contra concluſionem in qua dicitur, quòd quis poteſt eſſe in beneficiis pluralis. hoc probo iure diuino, canonico, & ciuili & naturali ratione & grammaticali ab abſurdo & exemplo.

*Beneficium datur propter officiū.*

Primò de iure diuino probatur, quia duobus dominis quis ſeruire non poteſt: vt habetur in euangel. Matthæi 6. & tranſſumptiuè in c. Acutius. 26. diſt. cap. 1. 21. q. 1. ſed ſeruiret duobus epiſcopis contraria fortè præcipientibus. Item beneficiū datur propter officiū & ſeruitiū. in c. fi. de reſcript. in 6. ergo non poterit duo obtinere: quia vix vni valet ſeruire. c. 1. de conſue. lib. 6. c. quia nōnulli. de cleric. non reſiden. Item ad Titum dicitur c. 1. vnius vxoris virū oportere fieri ſacerdotē. & habetur in c. deinde. 26. diſt. ergo ſicut quis nō poteſt de iure diuino habere duas ſponſas, nec duas eccleſias: quia bonū eſt argumentū de matrimonio carnali ad ſpirituale, in c. inter corporalia. de tranſla. epiſcopi, licet D. Tho. in quolibeto 8. & 9. q. 7. dicat quòd circa pluralitatem ſecundum ius diuinum nō inuenitur aliquid expreſsè prohibitū: nec in ſacra ſcriptura de hoc fit expreſſa mentio: quia plura habere beneficia nō eſt actio mala ſecundum eum, vt odire Deum, nec bona ſecundum eundem, vt Deū amare nec indifferēs, vt leuare feſtucā, ſed continetur inter actiones, quæ abſolutè conſideratę important deordinationē quandā, ſed ex circunſtantiis aduenientibus efficiuntur bonæ, vt occidere ſi occidendus ſit malefactor, & occidatur propter iuſtitiā: ergo peccat qui plura tenet beneficia, quorum alterū per ſe ſufficit. Inno. in c. cū iamdudū. de præb. Medici dicūt, ſimile additū ſimili facit furere: & ſic duo beneficia curata videlicet nō poteſt quis obtinere, ſi furere quis nolit. Itē procedit delictum ambitionis in extra. execrabilis. de præb. in extra. Io. 22. Itē materiā præbet diſſolutionis tam in veſtibus quàm in aliis: vt in Pſalmo, procedit ex adipe iniquitas. d. c. quia de præb. Itē continet animarum periculū. d. c. quia in tantum. & Chriſtus cū Maria Magdalena officio cōtemplationis fungeretur, noluit vt alio officio fungeretur: vt eſt in euangelio. Et habere plures prębendas, plures cōtinet inordinationes, ſuprà dixi duas: item diuini cultus diminutio ex paucitate miniſtrorum in c. ex parte. de conſtit.

Item



Item ſequitur defraudatio voluntatum teſtatorum, qui ad hoc bona contulerunt, vt eſſet certus numerus deſeruientium, quam reipublicæ expedit mandari executioni, & compleri. l. vel negare. ff. quem. teſta. aperiant.

Item ſequitur inæqualitas, quia vnus pluribus beneficiis abundat, & alius nec vnum quidem habere poteſt: vnus eget, alius luxuriatur, & multa inconuenientia reſultant: ergo ſequitur quòd quis non poteſt eſſe pluralis. Flor. in 3. par. ſummæ in tit. 15. c. 1. §. 8.

Item contra ius canonicum eſt habere plura beneficia. primò contra text. in c. quia nonnulli. de cleric. non reſiden. in c. quia in tantum. & c. de multa. de præb. & extrau. execrabilis. de præbend. in extrauagan. Io. 22.

Item iure ciuili prohibitum eſt: quia quis illo iure non poteſt habere duas militias. in l. hic quidem. quinta. C. qui milit. non poſſunt. lib. 12. & ibi patruus meus Iacob. Rebuf.

*Iure ciuili prohibetur quis habere plura beneficia.*

Nec duo collegia. l. 1. C. de colleg. illicit. item eodem tempore non debet quis duo officia in eadem ciuitate habere. l. libertus. §. præſcriptio. ff. ad municipal. l. hac parte. de proxi. ſacro. ſcrinio. quod ſi acceptet caret acceptato, & priuatur ſalario primi. caſus ſingula. in l. quiſquis. C. de coorta. lib. 12. nec eſſe licet patronum nec aſſeſſorem in eodem auditorio. l. fi. C. de aſſeſſor. & ibi glo. dat verſus, qui binos lepores &c. qui ad vtrumque feſtinat, neutrum bene peragit. & glo. in c. diuerſis. fallaciis. de cleric. coniuga. Aluara. de Planctu eccleſiæ lib. 2. tit. 8. litera l.

Item non poteſt quis eſſe iudex & teſtis. c. 1. 4. q. 4. & c. forus. de verb. ſig. nec iudex & notarius cauſæ. Bar. in l. iubemus. de ſacroſanct. eccl.

Item per ordinationes regias Philippi pulchri eſt prohibitum in hoc regno aliquem duo beneficia obtinere.

Item eſt contra rationem naturalem quod quis vendicet ſibi ſtipendia plurimorum. c. 3. de cleric. non reſiden. nec poſſunt plura beneficia ad vnum deuenire ſine paupertate aliorum: vt dicit Boet. in 2. de conſola. Philoſo. inquit anguſtas diuitias quæ non niſi ad vnum cum cęterorum paupertate perueniunt. & quod duas habeat vxores. Ioan. de Selua q. 39. in 3. parte. de benefic.

Item ratione grammaticali probatur quod vna perſona non poſsit habere plura beneficia: quia ſubſtantiuum & adiectiuum debent conuenire in numero, figura & perſona, ſed perſona quæ eſt ſubſtantiuum, eſt numeri ſingularis, & figurę ſimplicis: ſed adiectiuum, videlicet beneficia, ſunt pluralis numeri, & cōpoſitæ figuræ: ergo grammatici hoc non admitterent.

Item non poteſt quis in pluribus locis eſſe. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commod. ſed quis tenetur reſidere, ergo &c.

*Abſurdum eſt quē habere plura capita.*

Item ab abſurdo quod argumentū eſt validū, in l. nam abſurdū. de bon. liber. l. 1. §. vnde quęritur. ff. de public. c. cum inter. & ibi Panor. de excep. ſed abſurdum & monſtroſum eſt, quod quis habeat plura capita, & ſic plures eccleſias.

*De quodā qui aſſeruit ſe damnatū propter tria.*

Item probatur exēplo. nam legitur de quodam Philippo cācellario Pariſi. plura beneficia obtinente, qui cum in mortis articulo moneretur per epiſcopum vt illa dimitteret, admonitus reſpon. volo experiri veritatem coram ſummo iudice an plura beneficia ſit licitum obtinere, qui poſt mortem apparuit in forma vmbræ dicens ſe damnatum propter tria.

Primò propter pluralitatem beneficiorū, quę in vita obtinuit. Secūdò propter fructus receſcentes, quos à facie pauperum abſcondit. Tertiò propter crimen carnis delectabile: ecce ergo quomodo obtinentes plura beneficia ſunt dānati, niſi aduertant. vnde quidam bonus epiſcopus Pariſi. cum offerretur ſibi Abbatia, abſit vt cum ſponſa habeam concubinam.

Item Paul. ſecundus Papa cū pro filio regis diſpenſatio peteretur ad epiſcopatū, recuſauit dicens, etiā ſi eſſet filius Dei non diſpenſarem, nā abſit vt in eccleſia Dei ponā bigamiam glo. in prag. ſanct. in §. cui. rei. in verb. pluralitatis. de colla. His ergo & aliis multis quæ adduci poſſent, quæ cauſa breuitatis omitto, concludo neminem eſſe debere pluralem.

Solue diſtinguendo, quòd quis non poteſt habere plures dignitates. per c. quia nonnulli. & per adeptionem dignitatis vacat prima: vt niſi fuerit epiſcopatus qui per adeptionem alterius dignitatis non vacat. Iſte eſt textus in c. cùm noſtris. de conceſſ. præbend.

De curatis verò dico quod ſine diſpenſatione non poteſt quis duo curata habere, vt hic: imò per adeptionem vnius vacat aliud ſi pacificè ſecundum poſsideatur.

Replicatur quod per adeptionem dignitatis vacet epiſcopatus. in c. quāto. de trāſla. epiſcop.

Item per adeptionem epiſcopatus aliæ vacāt dignitates. in c. cum noſtris. ibi, denuo fuit electus. nam non fuiſſet denuo electus ad prępoſiturum, ſi non vacaſſet.

*Doctoratus eſt dignitas.*

Item quòd quis poſsit habere plures dignitates, probatur, quia quis poteſt habere doctoratum & aliam dignitatem vt hîc. & tamen doctoratus eſt dignitas. in 1. conſtit. C. ibi, magiſteria dignitate.

Item replicatur de duobus curatis quod poſt pacificam poſſeſsionē ſecūdi non vacet primo per tex. in c. ſi tibi conceſſo. de præbend. in 6.

*Inſtitutio canonica requiritur in beneficiis.*

Reſpon. ad c. quanto. de trāſla. epiſcop. quod ibi ideo priuatur primo, quia ſine licentia Ro. Pont. erat adeptus ſecundum, & reliquerat primū, quod non poteſt: vt ibi nota. & hoc innuit tex. quando dicit, aliena. nec debet habere ſecūdum, quia propria authoritate quis non poteſt beneficia adipiſci, ſed requiritur canonica inſtitutio. in c. 1. de reg. iur. aliàs dicitur intruſus in c. cum iam dudum. de prębend. & ibi Panor. & Fel. in c. veniens. de accuſa. Io. de Selua. in tract. de benefi. in 3. part. q. 11. gloſator reg. cancel. reg. 33. & in prag. ſanct. in verbo, violentus. de pacific. poſſe. & Nicola. de Milis in verbo, intruſus.

Item non obſtat c. cum noſtris. nam ibi denuo fuit electus: fateor quòd per adeptionem epiſcopalis dignitatis aliæ vacant: ſecus per adeptionem aliarum dignitatum poſt epiſco-

patum:quia tunc non vacat epiſcopatus : quia non poteſt epiſcopus habere, nec renunciare epiſcopatui niſi de licentia expreſſa Ro.Ponti.

Sed contra idem eſt in aliis beneficiis. nam in renuntiatione requiritur auctoritas ſuperioris.c.quòd in dubiis.& c.admonet.de renuntia. ſed ibi requiritur auctoritas ſuperioris immediati, non verò Roma.Pontif.& licet non poſſit quis expreſsè reſignare epiſcopatui, tamen videtur quòd tacitè ſic acceptando alterum epiſcopatum. vt d. c. quanto. ſecus in inferiori dignitate,& hoc probatur de iura.calumniæ.

Item nõ obſtat, quòd quis poteſt habere doctoratum, & aliam dignitatem,quia hic tex.intelligitur de dignitatibus eccleſiaſticis afferentibus commodum : ſed doctoratus non eſt dignitas eccleſiaſtica.

Item non capit fructus ab eccleſia.

Item non obſtat c.ſi tibi. nam ibi non percipiebat fructus:& ideo non vacat primũ, donec pacificè poſſederit, & integrè fructus receperit. Sed opponitur de extrauag.ſi.de offi.ordin.vbi licet recipiat fructus adhuc habet tres menſes.

Dico quòd illa conſtitutio declarat iſtam, vel non ſeruatur : quia eſt extrauagans. Hodie verò hæc materia pluralitatis fruſtra occupat membranas,& nulla prouenit vtilitas,teſte Aluarot.de Planc.eccleſ.lib.2.c.8.

Nec cõſuetudo excuſat quoad Deum,ſi poſſidens plura beneficia ſit vnũ pecus Meliboei, & non ſit idoneus : quia eſt praua, irrationabilis,& iuri contraria c.conſuetudo.8.diſt.gloſ.in prag.ſanct.in tit.de collat. 8.ei cui. in verb.pluralitatis.ſecus ſi ſit idoneus.

Contra illam cõcluſionem,quòd laicus non poſſit obtinere beneficia eccleſiaſtica, ſic probo. Duo ſunt genera Chriſtianorum, videlicet clerici & laici.c.duo ſunt.12.q.1.clerici ad ſpiritualia & eccleſiaſtica, laici ad temporalia præficiuntur. in c.ſolitę.de maio.& obedien.c.lator. & c.cauſam quæ.qui filij ſunt legit.ergo clericis debent conferri, & non laicis:quia non eſt bonum ſumere panem filiorum, id eſt clericorum, & dare laicis qui ſunt canes curiarum, vt dicit Bartol.in repe.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.De his Deo gratias ago.

## *NOVA ET VTILIS AD CAP. SI QVIS SVADENTE. XVII. QVAEST. IIII. INTERPRETATIO, IN SCHOlis iuris Pontificij Pariſienſis publicè prolata anno 1536. in qua pulchrè deſcribuntur caſus,in quibus verberans clericum incidit in excommunicationem,& in quibus non:per D.Petrum Rebuffum I. V. D. in facultate iuris canonici publicè profitentem, incipit.*

REGVLA ex iſto tex.elicitur,quòd iniiciens manus violentas in clericũ, eſt ipſo facto excommunicatus, probatur hîc. Et dicitur priuilegiũ canonis,quia inductum per hunc canonem.& facit text.in cap.vno.de cleric. coniunga. in 6. quod introduxit Innocent.Papa ſecundus,habito apud Lateranum concilium, teſte Platina in vitis Pontific. anno 1143. ſeu circa. vt licet etiã videre per Floren. in ſecunda parte chronicæ. tit.17. c.1. §.4. vbi tradit alias conſtitutiones,quas iſte Innocen.promulgauit, fama, vita & ſcientia merito ſummo ſacerdotio dignus. Nota bene, quòd quando ordinarius citat aliquem, vt compareat viſurus declarari ſe incidiſſe in canonem, non requiritur litis conteſtatio, quia nil petitur adiudicari, vel auferri : ſed tantùm petitur executio ſentẽtiæ latæ per hũc canonem, & ſic ſufficit partis citatio. de Rota deciſ.54.in no. & deciſ. 504. nota ſi petatur. in antiq. Feli.plenè in c.Rodulphus. col.26.verſi. citatur etiam pars. de reſcrip.& ab iſta declaratione poteſt appellare:& ſi interim celebret,nõ eſt irregularis.tex.in cap.ad præſentiam. de appel. Panor.& Dec.in c.peruenit. 1.ibidem.ſi tamen litis conteſtatio fuerit facta de crimine coram iudice laico, ne in diuerſis curiis moleſtetur pendente illo proceſſu, non permittunt iudices laici iſtum, qui verberauit citari, quod ſi contra fiat, abuſiuè factum pronuntiauit Senatus,anno 1533.die verò 20.Nouembris,& ſolent fieri inhibitiones, ne pendente lite coram ſeculari, iudex eccleſiaſticus cognoſcat de eadem cauſa,iuxta cap.ex tenore. de reſcrip.& c. diſpendia. illo tit.in 6.& quando citatur laicus viſurus ſe incidiſſe in canonem,debet ſimpliciter citari,nempe ſi citaretur viſurus,& quod iuſtum fuerit reſpõſurus, abuſiuè procedi dicunt laici: & ſic fuit iudicatum in hoc Senatu anno 1521. die 28.Iunij : quia laicus non poteſt cogi reſpondere coram iudice eccleſiaſtico. cap. ſi clericus laicum.de foro compe.

Amplia prædictam regulam, quòd iniiciens manus in clericum,ſit excõmunicatus,etiam ſi clericus ſeipſum irato animo percuſſerit. per tex.in c.ſi nõ licet.23.q.5.& ibi Archi.& Cardi. in c.ſi quis abſciderit.55.diſ.Ioan.And.Panor.& Fel.in c.cõtingit.de ſen.excõ.Io.And.& Domi. in c. vno.de vita & honeſta. cleric. & 6.Petr.de Bella pertic.in §.iuris præcepta.de iuſti. & iure in inſtit. quia manus violentas iniecit in clericum,videlicet ſeipſum,& ſic conueniunt verba text. & diſpoſitio.c.indẽnitatibus.§.ſupradicta. de elect.in 6.& delinquere in ſe non eſt minus delictum,



delictum,quàm delinquere in alium.Iaſo.in l.1. col.2.C.de ſeruis fugit.& quia in totius ordinis clericalis fauorem inductum eſt. not.in c.ſi diligenti.de foro competen. etiam eſt contra naturalem charitatem, quæ à ſeipſo incipit.l.præſes.C. de ſeruit. & aqua. & quia non eſt dominus membrorum ſuorum.l.liber homo.1. ff.ad leg. Aquil. ideo huic priuilegio non poteſt renuntiare,per d.c.ſi diligenti.

Quamuis contrarium teneat Ioan. Faber in §. iuris præcepta.inſtit. de iuſtit. & iure. dicens non eſſe excommunicatum, ſed alia pœna eſſe puniendum. Nec obſtat l.peculium autem.§.ſi ipſe ſeruus. ff.de pecul. quia ibi non poteſt puniri, vt domino teneatur de peculio, ſed quantum ad pœnam iudex poterit eum punire.rub. ff.de his qui ſibi mortem.

Secundò amplia procedere ſiue laicus verberauerit clericum, ſiue clericus clericum, per hunc tex.quis,&c.qui comprehendit ſuadente materia tam clericum quàm laicum. c. ſi quis. de furt.c.ſi quis.de foro competen. c.ſi quis. de iniur.c.nobis.de iure patro. dixi in l.1.ff.de verborum ſignific.

Tertiò procedit ſiue percutiat palam, ſiue occultè tex.in cap.porrò.de ſenten.excom.facit glo.in cap. duo.in verb.occulta:vt eccleſiaſtica benefic.ſine diminutio.conferant.

Quartò etiam Cardinalis comprehenditur hîc : vt ſi verberet clericum malitioſè, vt ſit excommunicatus:quia hæc conſtitutio prohibet malum fieri,& tunc comprehendit etiam Cardinales : vt ſcripſi in glo. Cardinalatus. in §.ſi quis verò. de collat. in concorda. & hoc expreſſim docet Gomeſ.in prooe.reg.cãcella.q.4.

Quintò etiam habet locum, ſiue percutiat ſacerdotem, ſiue alium in ſacris exiſtentem, ſi modò fuerit primæ tonſuræ clericus. gl.in cap. fin.de tempo.ordinand.in 6.Archid.& Alexan. in cap. Pſalmiſta.23.diſt. Imol. in cle. dudum. num.71. de ſepult.facit cap.ſi quis deinceps. in fin. ſuprà eod.per glo.hîc,in verb.in clericum. quia clericorum appellatione etiã presbyteri, & diacones continentur.cap.de perſona.11.q.1. Panor.& alij in rub.de vita & honeſta.cleric.

*Percutiens clericũ ſiue minorẽ ſiue maiorẽ, eſt excommunicatus.*

Sextò etiam habet locum in eo, qui verberat clericum minorem ſiue maiorem, niſi vt infrà dicetur in limitationibus, cùm hic text. non diſtinguat in qua ætate : ſed ſufficit quod ſit clericus : ergo nos non diſtinguemus. l. de pretio.ff.de public.in rem actio.

Septimò amplia etiã ſi quis verberat clericũ volentem in ſatisfactionẽ fortè prioris iniuriæ, quia in fauorem ordinis clericalis eſt inductum : ideo verberans eſt excommunicatus. c. contingit.in 1.de ſenten.excom.glo.in cap.religioſo.de ſent.excom.in 6. D.Iacob.Bouleuc.in repetit. §.famoſos.l.capitalium.fol.39.in princ. ff.de pœn.Alber.in verbo, excommunicatio.2. col.2.& Angel.Clauaſ.in verbo, excommunicatio.q.27.verſic.poſtremò quia clericus participat in crimine damnato. c.nuper.& c.ſi concubinæ. de ſent. excom. ideo excommunicari debet.d.c.contingit.1.

Octauò etiam habet locum in eo qui verberat conſanguineos clerici, in odium clerici : licet verberatus non ſit clericus. text.in c.ſciant. de elect.in 6.c.quoniam. de immunit. eccleſ.in 6.c.quicũque.de ſenten.excom.eo. lib.6. Barba. in c.licet.nu.63.de probatio.Soci.in repet.l.mulieri.in glo.1.ff.de conditio.& demonſtra. nam renuntiatio beneficij facta, vt frater à carcere liberaretur,qui aliàs in carcere mortuus fuiſſet, reſcinditur tanquã metu inita.Rota deciſ. 463. dubitatur.in no.Par enim metus eſt in ſe,& in ſuis.l.iſti quidem.ff.quod metus cauſa,quia nemo præſumitur carnem ſuam odio habere. c. non exiſtimemus.13.q.2.& iniuria facta domeſtico ratione meę perſonæ,mihi cenſetur facta. Card.not.13. cle.1. de exceſsib.præla.Barto. in l. cum ſcimus. C. de agricol.& cenſit.lib.11.Iaſ.in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. quæſt.9. ff. de noui oper.nuntiat.

Nonò etiam ſi verberaret clericum excommunicatum, vel anathematiſatum, per text.in c.dictum.81.diſtin. glo.in c.ſi quis deinceps. ſuper eo.Spec.in titul.de ſentent.excom. §.1.verſi. ſed quæritur.Felin.in c.1.de ſenten.excom.quia retinet ordinem ratione cuius inducta eſt immunitas. Florent.in 3.parte ſuæ ſummæ.tit.24. c.1.glo. retinere. in c. 2. ne clerici vel monach. lib.6.quia hoc eſt datum in priuilegium totius cleri:cui non poteſt clericus renunciare. c.ſi diligenti.de foro compet.& quia character ſemel impreſſus non tollitur per excommunicationem : ſed ſicut lepra ſequitur leproſum, ſic & hic character. gloſ.in l.4.ff.pro ſocio. Panor.in c.contingit.1.de ſent.excom.

*Verberans clericũ depoſitum eſt excõmunicatus.*

Decimò amplia etiam ſi verberaret clericum depoſitum.glo.in c.degradatio.de pœn. in 6.& in d.c.dictum.81. diſt.& in c.ad abolendam. de hæretic. & c.contingit.1.de ſent.excom. Panor. in c.Ioannes.colum.2.& cap.ex parte.de cleric. coniuga. quod eſt intelligendum quando verbis eſſet tantum depoſitus, & eſſet corrigibilis: ſecus ſi actu, & ſic degradatus. Florent. in 3. parte ſummæ,titul.24.cap.1.gloſ. in c.accedens. 5.diſtinct.

Vndecimò etiã procedit, in percutiente mortuum,per text.in c.quod in te. de pœnit. & remiſsio. vbi priuilegium datum clericis de ingrediendo eccleſiam in vita, habet locum poſt mortem,vt ibi ſepeliantur.Feli.expreſsim in c. à nobis.2.de ſentent.excom. & c.ſicut dignum. col.4.de homicid.

Vndecimò etiam procedit in verberante clericum homicidam, vel irregularem : quia non ſunt ipſo iure priuati priuilegio clericali : ergo verberans incidit in excommunicationem: quia pœna priuationis non imponitur, niſi in caſibus à iure expreſsis. text.in §. ſinautem.ibi, nec quęlibet eſt lex tale quid dicens,in authen. de non eligend. ſecundò nubent. colla.prima. glo.in cap.fin.de iure patro.& hic non inuenitur expreſſum : idem ſi verberaret clericum lenonem, vel aliis criminibus irretitum, niſi vt infrà in limitationibus dicetur, quia poteſtas hæc non videtur data priuato vt verberet.

Duodecimò procedit etiam ſi quis verberat clericum illiteratum, vel per ſaltum promotum. Ioannes Andr. in cap. cum in cunctis. colum. 2. de elect. Cardin. & Imol. in clemen. dudum. de ſepult. not. in cap. 1. 52. diſtinct. & cap. vno. de cleric. per ſaltem promot. quia tales recipiunt characterem, licet non deberent promoueri. cap. nullus. de tempo. ordinan. in ſexto.

Decimotertiò ſi quis verberauerit laicũ deferentem coronam, & ad clericaturã deſtinatum. Feli. in c. cum adeo. col. 2. de reſcript. & Archi. hîc, col. 2. tamen contrarium eſt verũ, tum quia non eſt clericus, de quo loquitur iſte text. vel conuerſus: ergo iſtum verberans non eſt excommunicatus: tum quia vbi non conueniunt verba nec diſpoſitio, l. 4. §. toties. ff. de damno infect.

*Clericũ coniugatũ verberans excõmunicatur.*

Decimoquartò etiam procedit in verberante clericum coniugatum, quia duobus priuilegiis gaudent, fori & canonis. c. vnic. de cleric. coniu. in 6. gloſſ. in c. religioſo. de ſen. excom. in 6. Panor. in c. contingit. 1. in fi. de ſent. excom.

Decimoquintò etiam procedit in verberante nouitium vel conuerſum. c. religioſo. in fi. de ſent. excom. in 6. quid in moniali. Rota deciſ. 167. nota quòd mulieres. in antiq. idem tenet in eis. & deciſione 2. cuius eſt initium, vtrum. de ſenten. excom.

*Clericũ per capillos malitioſè capiens excõmunicatur.*

Decimoſextò etiam in eo, qui capit clericũ per capillos animo iniuriandi, & malitioſè. Alber. in diction. in verbo, excommunicatio. in 2. col. 2. in fi. quia duo requirũtur in d. c. ſi quis. videlicet animus doloſus, & facti perpetratio.

Decimoſeptimò etiam habet locum in eo qui proſequitur clericum fugientem, & is coactus ſe præcipitat per feneſtram, vel in alium locum, vt periculum euadat. Angel. de Clauaſ. in ſumma Angel. in verb. excommunicatio. 5. q. 3. quia qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. l. qui occidit. §. fi. ff. ad leg. Aqui. glo. in c. ſi quis pulſatus. de pœnit. diſt. 1.

Decimooctauò amplia procedere in eo qui clericum malitioſè per veſtes, vel per frenum equi detinet, & non permittit eum abire: quia cum faciat violentiam clerico, incidit in excommunicationem. Patruus meus Rebuffus & Pla. in l. temperans. C. de veſtib. olober. lib. 11. Bal. in Marga. in verb. iniuria. q. 20. glo. in cap. ſi quis pulſatus. de pœnit. diſ. 1. Feli. in c. nuper. de ſenten. excom. vbi limitat 8. modis, quos ibi vide. & primæ ſententiæ ſubſcribit Card. in cle. 1. q. 6. de penis. Dec. in c. peruẽnit. 1. de appella. vnde dicit Bal. in l. ad teſtium. §. fi. ff. de teſta. quem refert Bauer. in §. poſſunt. col. 9. inſtit. illo titul. quod qui capit aliquem per mantellum, vel veſtem, dicitur illum capere per perſonam, & eodem modo ille qui verberat clericum, vel laicum ſuper caputio, vel bireto, dicitur ſuper capite verberare: & incidit hic in ſententiam excommunicationis, quia ſicut teſtamentum voluitur linteo, ita homo bireto, vel veſtibus. hæc ille.

Quod intellige verum, quando veſtes inhærent clerico: ſecus ſi non inhærent: quia tunc non videtur iniuria perſonalis, vt plenè ſcribit Dec. in d c. peruenit. 1. de appel.

Decimononò procedit in lacerante veſtes clerici iniurioſè. glo. hîc, & in d. c. ſi quis pulſatus. nam quando ſcinduntur veſtes alicuius corpori adhærentes per alium, dicitur fieri iniuria in corpus, licet non ſit nocitum corpori. Bar. in l. ſed eſt quæſtionis. ff. de iniur.

Vigeſimò procedit in auferente veſtes clerici, vel lacerante, vel aliàs res clerici corpori adhærentes. Innoc. & Fel. in d. cap. nuper. quod intellige quando clericus ſentiret: aliàs ſecus, vt pote quia dormiret. Dec. in d. c. peruenit. Hippol. ſing. 188. capitulum, poſt Card. in clem. 1. in prin. q. 6. de pœnis.

Vigeſimoprimò idem ſi percutiat clericum malitioſè pedibus, cubito, vel baculo. glo. in c. ſi clericos, de ſent. excom. in 6. & hîc, in verb. manus: ſed ideo hîc expreſſit manus, quia potius manibus ſolemus percutere, quàm alio membro. & eſt magis frequentatum in manibus quàm pedibus. glo. in cle. 1. in verb. præſidentes. de reſcrip.

Vigeſimoſecundò idem in malitioſè ſpuente in clericum. glo. hîc, Angel. in quæſt. 27. vbi ſuprà. in ſumma Angel.

Vigeſimotertiò procedit etiam in eo qui detinet clericum in carcere priuato, vel publico, etiam ſine violentia perſonali. text. in c. nuper. de ſen. excom.

Vigeſimoquartò etiam procedit in eo qui vno ictu percutit plures clericos, vt tot excommunicationes incurrat, quot erant clerici ſecundum Ioan. And. in regula, delictum. in fi. de reg. iur. in 6. in mercu. ſecus ſi plures percuſſiones vno ictu in vnum clericum infert. aliud ſi ex interuallo: quia tunc etiam tot excommunicationes incurrit. Angel. in d. verb. excommunicatio. 5. q. 36. facit glo. in l. vulgaris. in verb. fur. ff. de fur. & l. nunquam plura. de priua. delic. Bald. in tract. ſtatu. in verb. plura.

Vigeſimoquintò etiam procedit in mandante verberari clericum. nam ſi eius mandato fuerit verberatus, erit excommunicatus etiam mandans per text. in c. mulieres. §. fin. de ſent. excom. etiam ſi reuocato mandato, ſi non peruenerit ad notitiam mandatarij, fuerit clericus verberatus: ſecus ſi poſteà. Bart. in l. ſi pecuniam. §. ſi ſeruum. ff. de condict. cauſa data. arg. cap. ex inſinuatione. & cap. in noſtra. de procura. idem ſi talia verba protulerit, quæ mandato æquiparantur, vt morem mihi gereret, qui talem clericum verberaret. nam ſi poſtea ſequatur læſio, proferens talia verba etiam erit excommunicatus, Angel. Clauaſ. quæſtio, 31. vbi ſuprà.

Vigeſimoſextò etiam ſi ex mandato ſuperioris verberaret: quia mandato ſuperioris iniuſto quis obedire contra Deum non debet. cap. ſi quis epiſcopus. & cap. ſi Dominus. & cap. Iulia. & c. qui reſiſtit. l. 11. quæſt. 3. bonus tex. in cap. dilectus. de tempo. ordin. Angel. quæſt. 27. Intellige vt infrà in limita. dicetur.

Vigeſimo



Vigeſimoſeptimò etiam procedit ſi iuraſſet obedire mandatis alicuius: quia ſi is mandat percutere clericum, non debet iurans obedire: & ſi obediat, excommunicationem incurrit: quia committens delictum vt iuramentum obſeruet, non excuſatur à pœna illius delicti. cap. quintauallis. & cap. veniẽs. de iureiur. & c. cum iuramento. de homic. glo. in c. 1. de his quæ vi. glo. in c. ex tenore. de ſen. excom.

Idem ſi expreſsè iuraſſet percutere clericum: quia iuramentum non excuſat à malo. c. inter cætera. & c. qui ſacramento. 22. q. 4. c. in malis. & c. vnuſquiſque. ibid. & c. ſi verò. in primo. de iureiurand.

Vigeſimooctauò etiam procedit in eo qui dat conſilium de percutiendo clericum: quia ſecuta percuſsione eſt excommunicatus etiam conſulens. Ita expreſſe tenet Albe. in dictio. in verbo, excommunicatio. 2. col. 3. & Angel. q. 35. & hoc intelligit quando aliàs non erat facturus: aliàs ſecus. gloſ. & doct. in regula nullus. de reg. iur. in 6. glo. in l. conſilij. illo tit. ff.

Vigeſimononò auge procedere etiam in eo qui habet ratam percuſsionem clerici, dummodo nomine ſuo facta ſit. text. in c. cum quis. de ſent. excom. in 6. gloſſ. in c. omnis. 17. quæſt. 4. quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, regula, ratihabitionem. de regul. iur. in 6.

*Clericum permittens percuti ſi poteſt prohibere, eſt ipſo iure excõmunicatus.*

Trigeſimò idem in illo qui permittit percuti, ſi prohibere poſsit. text. in cap. quantæ. de ſen. excom. & licet ibi glo. dicat procedere in ſuperiore, tamen Panor. Fel. & alij concludunt etiam in alio qui doloſe permittit percuti: ſecus. ſi ex negligentia, vel alia cauſa. Dom. & peruſ. in c. dilecto. de ſent. excom. in 6. Angel. q. 35.

Trigeſimoprimò etiam procedit in verberante eremitam, vel aliam perſonam eccleſiaſticam, quæ perpetuò ſumpſit habitum eccleſiaſticum & eccleſiæ ſe perpetuò deuouit, vt hîc tenuit Ioan. de Turre crema. per text. in cap. quiſquis. ſuprà eodem. quod ſecus eſt ſi ſit conductitius, vel ad tempus ſecundum eum hic. de Rota. deciſio. 167. nota quod mulieres. in antiq. & deciſio. 2. de ſentent. excom. ita in eremita firmat Petr. Ancha. expreſsim in c. cum Ioannes. in fi. de fide inſtru. per cap. qui verè. 16. quæſtio. 1.

*Papa ſuis conſtitutionibus non ligatur.*

Primò limita non procedere in Papa, quia eſt ſupra ius. c. propoſuit. de conceſsio. præbẽd. nec ſuis ligatur conſtitutionibus. l. princeps. ff. de legib. c. 1. & ibi no. de conſtitu. quod etiam probatur: nam Papa communicans cum excommunicato non eſt excommunicatus. glo. in c. ſi inimicus. 93. diſt. & c. nulli. & c. ſi aliquando. de ſent. excom. & ibi Panorm. & Felin. licet contrarium eſſet in alio. tex. in c. excommunicatos. & ſeq. 11. q. 3. c. cum deſideres. de ſent. excom. tamen ſic communicando non videtur eum velle abſoluere. clem. vltim. de ſenten. excommunic.

Secundò etiam fallit in prælato cauſa correctionis clericum ſuum ſubditum percutiente. per text. in cap. ex tenore. & cap. cum voluntate. §. fin. de ſenten. excommunica.

Fallit quando excederet modum correctionis, tunc enim incideret in excommunicationem. gl. ſing. & ibi Panorm. & Fel. in c. vniuerſitatis. de ſentent. excommuni. facit l. ſi adulterium. §. Imperatores. ff. de adulter. quia licet à correctione appellari non poſsit. c. licet. de offi. ord. cap. ad noſtram. de appel. ſi tamen excedatur modus, poterit appellare. gl. & doct. in cap. de priore. de appel. nam leuis & moderata caſtigatio eſt permiſſa. l. 4. §. fi. ff. ad l. Aquil. c. 1. & cap. cum beatus. cap. licet. 1. & cap. recedite. 45. diſt. contrarium tamen tenet hîc Ioan. de Turrecremata, quia iſte tex. requirit dolum, qui nõ eſt in prælato excedente modum, & etiam quia excedens modum non punitur naturali & integra pœna. d. §. Imperatores. quod eſſet contrarium in prælato, ſi in excommunicationem incideret. & ideo fortè poteſt dici, quòd ſi prælatus fingeret correctionem, & ſic verberaret clericum, quòd eſſet excommunicatus: ſecus ſi verè corrigendo excederet modum per ſupradicta.

Tertiò etiam non procedit in percutiente clericum de mandato prælati. tex. in cap. ex tenore. de ſenten. excommu. quod eſt verum, ſi fuerit clericus percutiens: ſi verò fuerit laicus, tunc & percutiens & prælatus ſunt excommunicati. c. vniuerſitatis. de ſentent. excommu. Curtius conſil. 80. ſuper articulo. niſi incorrigibilis eſſet clericus, & aliter capi non poſſet, niſi per laicos, vel corrigi. c. vt famæ. de ſenten. excommu. Ioan. de Turrecrema. col. 2. d. c. ſi quis ſuadente.

*Magiſter clericum leuiter corrigens.*

Quartò fallit in magiſtro qui leuiter corrigit cauſa diſciplinæ. c. 1. & c. cum voluntate. §. fi. de ſent. excom.

Quintò limitatur in patre cauſa correctionis filium ſuum clericum percutiente. d. c. cum voluntate. in fin. quod eſt verum, ſi percutiat filium non conſtitutum in ſacris: alioqui eſt excommunicatus. glo. in c. 1. 23. quæſt. 5. Archi. & Card. in c. cum beatus. 45. diſt. Henri. Boic. poſt glo. in cap. 1. de ſent. excommu. & idem in conſanguineis & aliis propinquis dicunt gloſſ. & docto. in d. c. cum voluntate. ratio eſt, quia iſti hoc non faciunt ſuadente diabolo, ſicut dicit tex. ergo non erunt excommunicati.

Sextò non procedit in domino moderatè percutiente clericũ ſibi ſeruientem non. Hoſti. in ſumma. de ſenten. excommu. §. quis poſsit excommunicare. verſic. ſuper illo autem canone. ibi, decimoſeptimo. Ioan. Andr. & Panor. in c. 2. & c. ex tenore. de ſentent. excom. Boic. in dict. c. 1. quia non poteſt notari violentia, ſicut in ſupradictis.

Septimò fallit in habentibus officium in eccleſia, vel etiam in ſenioribus, qui ſi cauſa correctionis, & zelo deuotionis percutiant pueros, vel adoleſcentes in minoribus conſtitutos, turbantes diuina officia, non incurrunt excommunicationem. c. cum voluntate. de ſent. excom. quia hoc nõ faciunt ſuadente diabolo.

Octauò non procedit in domino feudi, qui

ſi exequendo ſuam ſententiam compellat clericum reſiſtentem, non incidit in excommunicationem. Innoc. in c. veram. de foro compe. licet Ioan. And. Panorm. & communiter alij teneant contrarium, niſi vellet exequi non tangendo perſonam clerici.

Nonò fallit in furioſo, demente & infante. cle. ſi furioſus. de homicid. quia non incurrunt irregularitatem ibi, ſi occidant: ergo etiam nec excommunicationem: quia non poſſunt dici feciſſe ſuadente diabolo vt requirit iſte text. ſatis enim ſuo furore puniuntur. l. diuus. ff. de offic. præſid.

*Clericũ iocosè percutiens nõ excommunicatur.*

Decimò etiam non procedit in percutiente clericum iocosè. cap. 1. de ſent. excommu. quia non conuenit verbo, ſuadente diabolo. arg. c. primi de præſump. idẽ ſi ſacerdos iratus percutiat clericum importunè ſecum ludentem, non animo iniuriandi, nec vindicandi, ſed ad repellendum inſolentiam pueri, non erit excommunicatus. de Turrecrema. hîc. eadem ratione prædicta.

Vndecimò fallit in eo qui facit violentiam clerico vt eum à morte liberet, vel ab alio periculo corporali, ſeu ad aliam vtilitatem clerici. probatur in c. ipſa pietas. verſi. item ſi duo. 23. q. 4. vbi clericus à domo ruinoſa poteſt violenter expelli. facit glo. in cap. prouidendum. 83. diſtin. & text. in c. & qui emendat. 45. diſt. vbi habetur quod multa bona præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati.

Duodecimò reſtringe procedere in muliere, quæ oppreſſa à clerico cauſa caſtitatis ſeruandæ percutit clericum, vt non incidat in excommunicationem. tex. in c. ſi verò. in prin. de ſent. excommu. & ibi doct. ſecurius eſt tamen ſecundum eum ſi faciat ſe abſolui ad cautelam: tamen ego nullam abſolutionẽ requirerem: quia pro defenſione rerum licite poteſt percuti clericus. c. olim. primo. de reſti. ſpo. & ibi docto. & infrà dicam, fortius pro defenſione famę & honoris. nam deteriores ſunt, qui vitam moréſque corrumpunt illis qui ſubſtantias aliorum diripiunt. cap. deteriores. & c. ex merito. 6. quæſt. 1. c. facta. 9. q. 3. ideo ſi mulier famam ſuam & honorem velit tueri, poteſt eum percutere, ſi aliàs non poſsit euadere. vt doct. not. in d. cap. ſi vero per illum tex. & in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure.

*Iudæi verberãtes clericum non excommunicantur.*

Decimotertiò fallit in Iudæis, vt tenet Archi. in d. cap. ſi quis ſuadente. quia licet eccleſia iudicet contra Iudæos ſuper pœna temporali, non tamen ſpirituali: & ſic non poteſt eos excommunicare. glo. in cap. ſæpe. 28. q. 1. quia ſunt extra eccleſiam, ideo amplius poni nõ poſſunt. c. gaudemus. de diuort. per text. in c. poſtulaſti. & ibi doctor. de Iudæis. Hoc expreſsim tradit Hoſt. in ſumma de Iudæis. §. & in quibus. verſi. quid ſi Iudæus. &c.

Idem in paganis, Sarracenis & aliis infidelibus, vt d. c. gaudemus. & in prouincial. fol. 32. verſi. Iudæus.

Decimoquartò fallit in percutiẽte clericum pro defenſione ſua, vel ſuorum, id eſt pro illarũ perſonarum defenſione, per quas nobis iniuria infertur. §. patitur. inſti. de iniur. & cap. ſi vero. primo, de ſen. excom. & ibi doct. ſequuntur, & Panor. in c. cum non ab homine. col. 3. de iudic. quia vim vi repellere licet. cap. dilecto. de ſent. excommu. in 6. & non obſtat verbum tex. iniecerit: quia debet intelligi ſi prius quàm clericus: ſecus ſi defendendo, imò etiam pro defenſione rerum & ſuarum & proximi. c. olim. 1. de reſti. ſpolia. & ibidem doct. notant.

*Hæreticũ clericũ verberans non excommunicatur.*

Decimoquintò non procedit in verberante clericum hæreticum. Innoc. in d. c. ſi verò. Panorm. & Fel. in d. c. contingit. primo. in fi. eod. tit. & doct. in c. felicis. de hæretic. in 6. quia perdit omne priuilegium. c. excommunicamus. de hæretic. & dixi in Elucidat. bullæ cœnæ Domini.

Decimoſextò limitatur in eo qui percutit clericum actu degradatum: ſecus ſi verbo tantum depoſitum. glo. in cap. degradatio. de pœn. in 6. quã ibi ſequuntur doct. Panor. & Fel. in d. cap. contingit. primo. Brunel. in tract. de dig. lega. conclu. 12. circa finem. Hippol. in l. eiuſdem. num. 3. & 8. ff. ad legem Cornel. de ſica. & ſing. 107. priuilegium. & 179. viget communiter. per glo. in c. accedens. 50. diſt. & ibi Præpoſ. & c. dictum. 81. diſt.

Decimoſeptimò non procedit in percutiente laicum, quem credebat eſſe clericum. glo. in c. in audientia. de ſent. excommu. glo. in c. ſi verò. in 2. ibidem. & ibi Panorm. & Felin. Bald. in Margarit. in verb. excommunicatus. quæſtio. 5. quia non iniicit manus violentas in clericum: vt text. hic requirit. idem ſi percutiat vxorem clerici, licet ſit à iudice exempta, tamen eam verberans nõ incidit in excommunicationem. Areti. conſil. 131. Spiritus ſanct. quia in pœnis non fit extenſio. regula, in pœnis. de reg. iur. in 6. licet actione iniuriarum vtroque caſu teneatur. per glo. in d. c. in audientia. niſi vt dixi ſuprà in ampliat.

Decimooctauò fallit in percutiente clericum turpiter inuentum cum vxore, filia, ſorore, vel matre. cap. ſi verò. primo. de ſenten. excommunic. vbi gloſſ. idem tenet in ſponſa de præſenti non cognita: quia ſolus conſenſus facit matrimonium. c. ſufficiat. 27. q. 2. c. cum locum. de ſponſal. idem ſi percutiat clericum merentem, tenet Alex. in l. quid ergo ſi duos. ff. de lega. 1.

*Bigamum clericũ percutiens.*

Decimononò non procedit in percutiente bigamum: quia omni priuilegio clericali eſt priuatus. c. vno. de biga. in 6. & c. vno. de cleric. coniuga. eo. lib.

Quod intellige in bigamo qui duas ſucceſſiuè habuit vxores, vel vnam corruptam: ſecus vero in bigamis fictis: vt ſi in ſacris conſtitutus contrahat cum vidua, vel cum ſecunda vxore. quia non erit priuatus priuilegio clericali. Io. And. Card. & alij in c. Ioannes. de cleric. coniuga. & in c. à nobis. de biga. Peruſ. in d. cap. vno. Archi. Card. & alij in cap. quiſquis. 84. diſtinct. & idem in marito cognoſcente vxorem adulteram. cap. ſi cuius. & ſequen. 34. diſtinct. Aufrer. deciſio. 64.

Secundò



Secundò etiam non procedit in bigamo, qui poſtea factus eſt monachus: quia tunc tanquam monachus gaudebit hoc priuilegio, ſed ordinari non poterit ſine diſpenſatione. Ioan. And. in regula, delictum. de reg. iur. in 6. in mercur. Peruſ. in c. vno. de biga. in 6.

*Clericum ignotũ verberans non eſt excõmunicatus.*

Vigeſimò limitatur non procedere in percutiente clericum ignotum probabiliter: vt pote quia non incedebat in habitu & tonſura. c. ſi verò. in 2. de ſen. excommu. Albe. in tract. ſtatu. in q. 43. partis primæ. glo. in l. ſi ignorans. ff. loca. quia non eſt dolus in eo contra clericum, cum ignoret eum eſſe talem. non enim contemnit diſciplinam, qui ignorauit militem. l. ſi ignorans. ff. loca.

*Clericum percutiens ignoranter.*

Quæ ignorantia iuramento percutientis probatur. glo. in cap. ad audiẽtiam. 2. de reſcrip. c. innotuit. de elect. cap. 2. de calum. c. paſtoralis. de excep. c. vt circa. & c. nulli. de elect. in 6. niſi eſſet craſſa. & ſupina. c. vlt. de conſtit. in 6. cap. 2. de tempor. ordin. ibidem. glo. in clem. vna. de conſangui. vel niſi contrarium probaretur per legitimas probationes. glo. & Panor. in c. continebatur. de deſponſa. impuber. & dict. c. 2. de tempo. ordi. in 6.

Vigeſimoprimò etiam non procedit in clerico incedente in habitu laicali poſt trinam monitionem per ſuum prælatum: quia tunc non erit excommunicatus verberans. c. contingit. 2. & c. in audientia. de ſent. excom. Alber. in verb. excommunicatio. 2.

Et in hoc caſu tres monitiones requiruntur, vt in dictis iuribus dicitur: nec vna etiam peremptoria ſufficeret. cle. vna, de vita & honeſt. cleric. in verb. tertio. & poteſt fieri etiam à prælato inferiore habente iuriſdictionem iure ſpeciali. clem. 1. in verb. proprij. de reb. eccleſ. non alienandis.

Vigeſimoſecundò non procedit in eo qui voluit percutere clericum, ſed non percuſsit, attamen non ſtetit per eum quo minus eum verberaret, tamen eum non tetigit, non eſt excommunicatus: quia non iniecit manus violentas. Archidia. in cap. qui bona. 8. col. 17. q. 1. & poteſt poni exemplum in proiiciente lapidem, vel telum in clericum. Ioan. And. in regula, in pœnis. de reg. iur. in 6. verſic. ad ſolutionem. in mercur. nam quando lex vel canon imponit pœnam ipſo facto, requiritur quòd delictum ſit factum, aliàs non incurritur pœna, etiam ſi quis attentauerit delictum committere. Io. And. & Peruſ. in c. perpetuo. per illũ text. de elect. in 6. Panor. in c. 1. de eo qui mittitur in poſſe. & cap. fin. de ſponſa Ioan. de Ana. in c. 1. de adult. Felin. in c. 1. de præſumptio. & c. nuper. in fi. de ſent. excom. Dominic. & Peruſ. in c. mulieres. de iudic. in 6.

Vigeſimotertiò non procedit in inferente metum clerico, etiam ſi clericus induceretur per illum metum ad rem ſuam tradendum alteri. Ancha. & Ioan. de Imol. in clem. 1. de pœn. Feli. in c. nuper. in fi. de ſent. excom.

Vigeſimoquartò non procedit in inferente iniuriam verbalem clerico, vel in ſuis bonis, quia niſi perſonæ violentia illata ſit, non eſt excommunicatus inferens. Panor. in c. ſi. in 2. no. de pœnis. arg. illius tex. Fel. in d. c. nuper.

*Expellens turbantem officium diuinũ ab eccleſia non excommunicatur.*

Vigeſimoquintò etiam limitatur in expellente ab eccleſia etiam per vim clericum turbantem diuinum officium, qui ſi etiam animo irato expellatur, non incurrit expellens excommunicationem, etiam ſi talis eiiciens non eſſet prælatus. Panor. in cap. veniens. de ſenten. excommunic.

Declara etiam procedere tam in turbante officium diuinum de facto, quàm etiam de iure, vt in notoriè excommunicato, qui ſi ingrediatur eccleſiam, debet ſacerdos miſſam incœptam dimittere, niſi canonem incœperit. text. iuncta glo. in verbo, inexpleta. in clement. grauis. de ſentent. excom. Ideo ſi tunc quis illum expellat violenter, non erit excommunicatus. Hoſtien. in ſumma, de ſent. excom. colum. pen. verſ. quid ſi publicum. glo. in verbo, inde. in tit. de interdict. indifferenter non ponend. in prag. facit glo. in verbo, retinere. in cap. 2. ne cleric. vel monach. in 6.

Item ſi dominus domus expellat clericum conductorem à domo conducta, eo quòd non ſoluebat penſionem: quia etiam non eſt excommunicatus. nam licitè hoc facit. c. propter. de loca. quod eſt verum, quando ſine iniectione manuũ hoc fecit: vtpote, quia clericum volentem ingredi domum locatam, non recepit: aliàs contra, ſi cum iniectione. Bonifac. in cle. 1. nu. 96. de pœnis.

Idem ſi curatus expellat parochianum alterius, in ſua eccleſia diuina audientem: quia hoc poteſt facere auctoritate iuris. cap. vt dominicis. de parro. vbi Anto. de Butr. expreſsè.

Vigeſimoſextò fallit in proſequẽte clericum percutiendi gratia: nam ſi non percutiat, non eſt excommunicatus. tex. in c. felicis. in verbo, inſecutione. de pœn. in 6. & ſequuntur ibi Ioan. And. Dominic. & Peruſ. & Archi. in c. ſicut. 17. q. 4. nam text. in verbo iniecerit, debet intelligi cum effectu. l. 1. ff. quod quiſque iuris. & ſic leuando pugnum percutiendi gratia, non eſt excommunicatus: quia manum non iniecit, licet iniuriarum teneatur. l. item apud. §. 1. ff. de iniur. Idem ſi quis enſe euaginato aggrediatur clericum, qui tamen euaſit ictum, per c. perpetuo. de elect. in 6. Ioan. And. in d. c. nuper. Idem dicens in alio attentante, niſi peruenerit ad actus conſummationem: quamuis contrarium teneat gl. in c. ſi quis pulſatus. de pœniten. diſtinct. 1. quæ debet intelligi, vt ſuprà dixi in amplia. quando videlicet coactus ſe proiiceret in aquam, vel per feneſtram: ſecus ſi caſu caderet. Io. de Turre crema. hîc.

Vigeſimoſeptimò limitatur in iniiciente in clericum exercentem negotia ſęcularia, ſi prius rite monitus fuerit. cap. fin. de vita & honeſta. cleric. clem. 1. illo titul. & in 6. cap. 1. ne cleric. vel monach. & ſuprà dictum extitit in ampliatio.

Vigeſimooctauò non procedit in clerico armigero, qui ſi omiſſo habitu, & monitus verberetur, non incidet in excommunicationem verberans. c. in audientia. de ſent. excom.

facit.

facit c.quiſquis.84.diſtinct.quia quod fit ad defenſionem,pœnam non meretur.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.ff.ad leg.Aquil.

*Artem macellariam exercentes clerici.*

Vigeſimononò in clericis exercentibus artẽ macellarij,hiſtrionis,& aliam à iure expreſsim prohibitam: quia ſi poſt annum etiam non moniti intra annum ſi moniti fuerint, & non deſiſtant,non gaudent priuilegio clericali.cap. vno. de vita & honeſt. cleric. in 6. & pluribus areſtis fuit dictum eos non eſſe remittendos, ad iudicem eccleſiaſticum, primò anno 1500. die 23.Iulij,& anno 1535.die 19 Iunij.

Trigeſimò idem ſi quis percuſſerit ordinatum non baptiſatum: quia cum non recipiat characterem, non eſt excommunicatus verberans. Flor.in 3.parte ſummæ titul.24.cap.1.vbi Idem dicit de ordinato coactè abſolutè: ſecus ſi conditionaliter & poſtea ratificet:vide ibid.

De iure verò ciuili percutiens clericum, vel aliam perſonam eccleſiaſticam capitali pœna puniri debet.l.ſi quis in hoc genus. C.de epiſc. & cleric. quod malè ſeruant iudices ſeculares regni.

Regula eſt quod iniiciens manus violentas in clericum eſt ipſo facto excommunicatus: & non poteſt abſolui ab alio quàm à Papa:legatus tamen de latere etiam poterit. cap. ad eminentiam.& c.quamuis. de ſent.excom. cap.excommunicatus.de offic. lega.niſi fuerit iniuria atrox.videlicet homicidium,vel membri mutilatio:ſed pro ſanguinis effuſione etiam cum oſſium fractione poteſt.Brunel.in tract. de dignita.lega.in 27.cõcluſ.& ſeq.primò fallit in mortis articulo, vt hîc: eſt tamen iniungendum ei quod ſi euaſerit,ſe apoſtolicæ ſedi præſentabit, vel ei qui eum poterit abſoluere, mandatum eius ſuper hoc recepturus. c. à nobis.2. de ſent. excommu. & idem in caſibus ſequentibus, remoto ſcilicet impedimento præter quàm in puero.c.quamuis.de ſent.excommu. c.eos. illo titul.in 6.

Secundus caſus eſt in hoſtiario,qui prætextu officij clericum non grauiter læſit. c.ſi verò primo.de ſen.excommunic.

*Officialis clericũ verberãs in turba, ab alio quàm à Papa abſolui poteſt.*

Tertius caſus in officiali, qui arcendo aliquem à turba,eũ percutit: quia ſi fortuitu hoc faciat, non eſt ad Papam remittendus:ſecus ſi ex deliberatione grauiter clericum percutiat. d.c.ſi verò.& Io.de Turrecrema hîc.

Quartus caſus eſt in regularibus & monachis ſe verberantibus in clauſtro: tunc Abbas, vel eorum ſuperior abſoluere illum poteſt, ne materia vagandi prębeatur.c.monachi.de ſent. excommunic.

Intellige ſiuè ſint exempti, ſiue non:ſiue ſit vir,ſiue mulier.de Turrecremata hîc.

Secundò intellige niſi exceſſus fuerit enormis:vt ſi à mutilationem membri, vel occiſionem peruenerit, vel in epiſcopum, ſeu Abbatem ſit manus iniecta. Ioan. hîc. vel niſi fuerit falſarius literarum Papæ,aut fuerit excommunicatus à iure,& papa ſibi reſeruat abſolutionẽ, vel ab homine, vt in caſibus in bulla cœnæ reſeruatis,tunc ad Papã etiam religioſi mittũtur.

Tertiò intellige quòd ſi regularis percuſsit regularem eiuſdem clauſtri, tunc à proprio Abbate, vel illorum ſuperiore poterit abſolui: ſi verò alterius clauſtri, tunc & per Abbatem proprium, & eius qui iniuriam paſſus eſt, abſoluetur. cap.cum illorum.de ſen.excom.nam Abbas percutientis recipietà percutiente iuramentum,Abbas percuſſi verberabit,& illa verbera loco ſatisfactionis erunt, & demum primus Abbas abſoluet,congruentius tamen fiet, ſi vnus alteri totum committat. c.fin. de offic. ord. ſi verò regularis percutiat clericum ſecularem,ab epiſcopo abſoluetur. cap.religioſi. de ſent.excom.in 6.& idem ſi regularis non habet ſuum prælatum:quia mortuus, vel excommunicatus:quia tunc etiam diœceſanus abſoluet. Hoſti.& alij in d. c.monachi. ſi autem religioſus vnius diœceſis clericum alterius diœceſis percutiat,à proprio epiſcopo abſoluetur.d.cap. religioſo.de ſen.excommu.in 6.

*Impuberes percutiẽtes clericum.*

Quintus in impuberibus doli capacibus, qui ab epiſcopo recepto iuramento poterunt abſolui.glo.hîc.per c.1. de ſent. excommu. & c. fin.ibidem.

Sextus in monialibus. c.de monialibus. de ſent.excom.

Septimus caſus,idem in aliis mulieribus ratione ſexus.c.mulieres.de ſen.excom.

Niſi fuerit incendiaria ſacri loci,vel falſaria literarum Papæ: quia in his caſibus iura non parcent mulieribus,vt ibidem not.& in caſibus in bulla reſeruatis.

Octauus in febricitante, vel in alio infirmo. c.quod de his.de ſent. excommu. & idem propter aliud periculum morti vicinum: vt ſi ab hoſtibus ſit obſeſſus, vel iuxta bellum, vel timeat hoſtem,prædonem, vel potẽtis crudelitatem:vel ꝗ ſit nauigaturus,vel per loca inſidioſa tranſiturus. l. mortis cauſa.1. ff. de dona. cauſa mortis.vel ſi immineat dira peſtis ciuitati,contra quam non valent medici nec medicinæ. Paul.in l.ſi ab hoſtibus.ff.ſolu.matrim.

*Membris deſtitutus.*

Nonus quando eſt membris deſtitutus, ita quòd non poteſt ad ſedem apoſtolicam ire.c. ea noſcitur & c.quamuis.de ſen.excommu.

Decimus idem in ſene ſexagenario. c. mulieres.& d.c.quamuis.ibidem.

Vndecimus in nobilibus delicatis, qui non poſſent accedere: quia tunc eſſet Papa conſulendus.d.c.mulieres.

Duodecimus ſi habeat inimicitias capitales, vel alias iuſtas excuſationes, ob quas non poteſt ſe Papæ præſentare.c. de cætero.de ſenten. excommu. & de iſta excuſatione ſtabitur arbitrio boni viri.l.continuus.§.cum ita.ff. de verb. oblig.c.quod ſuper his.de voto.

Decimuſtertius in paupere nobili, qui non poſſet accedere,niſi mendicando,& ei eſſet verecundia:aliàs ſecus.c.ea noſcitur.de ſenten.excommu.& d.c.quamuis. glo.in l.in eadem. ff. ex quibus cauſis maio.glo.in §.hinc nobis.verſicul.fiat igitur. in verb.neceſsitas.in authen.de hæred.& falc.colla.1.c.ſi qui teſtium.de teſtib.

Decimuſquartus in hoſpitalariis ſancti Ioãnis



nis Hieroſolymitani, qui per eorum priorem, niſi exceſſus ſit enormis, abſolui poſſunt. cap. canonica.de ſen.excom.

Decimuſquintus in ſeruis & filiisfam. in poteſtate patris, & aliis non ſui iuris, quando eſſet præiudicium domino, vel patri. d.c.mulieres.quod eſt verum in ſeruis,non in famulis, & in filiisfam. impuberibus. ſecus in adultis, ſecundum Innoc.in cap.relatum.de ſenten.excommunic.

Decimuſſextus in clericis,qui communiter viuunt,& ſub vno tecto dormiunt,& in eadem domo veſcuntur,etiam ſi ſint ſeculares:vt ſi in vno collegio viuant.c.quoniam. de vita & honeſta.cleric.

*Epiſcopus abſoluit in leui manuũ iniectione.*

Decimuſſeptimus in leui manuum iniectione, tunc epiſcopus abſoluit. c.peruenit. de ſen.excom. Roma. ſing. 710. incidens. Lappus allega.76.ſecus ſi enormis eſſet læſio. vide Panormitanum & Dec.in cap.peruenit.primo de appel.vbi dicunt leuem eſſe,quando verberatus eſt manibus,ſeu pedibus:ſecus ſi enſe vulneratus, vel aliàs quod iudicis arbitrio ex perſonæ qualitate relinquitur ſecundum eos. & in verſibus ſequentibus comprehenduntur.

*Leuis iniuria.*

*Regula,mors,ſexus,hoſtis,puer,officialis,*
*Delicatus,inops,æger,ſeneſque,ſodalis,*
*Ianitor a ſtrictus,dubius cauſa leuis ictus*
*Debilis abſolui ſine ſumma ſede merentur.*

Atroces verò ſoli Papæ retinentur.Panor.in cap.cum illorum.col.1.de ſent.excommunic.

Enormia crimina duobus dicuntur modis, ſecũdum canones.primo illa quæ ad normam plenè pœnitentiæ duci non poſſunt,quin ſemper aliquid pœnæ remaneat, nam & ordinis executionem impediunt:& iſta ſunt tria, videlicet hæreſis,in qua poſt vulnus ſanatum remanet cicatrix.c.ventum.1.q.1.item ſimonia in ordine.c.inquiſitionis.de accuſa.& homicidium. c.miror.50.diſt. cap. ſi quis omnem.de conſec. diſtinct.1.

Secundò modo dicuntur enormia illa quæ diſpenſationem non recipiunt, vt ſimonia in beneficio.c.erga.1.q.1.& q.vlt. patet.hoc etiam modo dicuntur enormia delicta quę inducunt infamiam ciuilem.c.infames. §. porro.3. q.7.& c.pen.§.hinc colligitur.2.q.3.

*Iniuria enormis in clericum quando dicatur.*

Enormis iniuria in clericum, dicitur quando ad mutilationem, vel effuſionem ſanguinis per vulnus illatum proceſſum fuerit, aut ſi in epiſcopum, vel Abbatem proprium manus violenta iniecta ſit. c.cum illorum. de ſent.excom. aut etiam enormis dicitur arbitrio boni viri ex circũſtantiis locorum, temporum, & perſonarum.§.atrox.inſti.de iniur.

Et ſic concludit Ioan. And. in d.c.peruenit. quòd pro leui percuſsione epiſcopus omnes abſoluit, nec aliquos ad Papã remittit.pro mediocri verò certas perſonas priuilegiatas abſoluit,vt mulieres,oſtiarios,officiales,ſeruos,regulares, & clericos communiter viuentes: in enormibus nullos abſoluere poteſt, niſi quando Papa non poteſt adiri.quod eſt notandum. vide Fel.in d.c.cum illorum.

Tertiò ampliatur regula ſiue à iure ſiue ab homine excommunicatus fuerit.Ioan. Andr.in d.c.1.cum iſta à iure æquiparentur.no. in cap.ſi quis ſuadente.17.q.4.

Quartò amplia ſiue ſit notoriè excommunicatus,ſiue occultè, per hunc text. ſimpliciter loquentem & indiſtinctè. Ioan. And. Dom.& Peruſ.in d.c.1.quia in his quæ priuatim geruntur, non eſt differentia inter occultum & publicum, ſed in his quæ geruntur ratione officij publici.not.in c.cum dilectus.de conſuet. & in c.veritatis. de dolo. & cap. ad probandum. de re iudicata.

Quintò extende etiam ſi conſenſus aduerſarij interuenerit, quia vbi ipſo iure annullatur actus,conſenſus aduerſarij nil facit.Guliel.in d. cap.1. poſt gloſſ.1. ibidem. & gloſſ. in l.à Diuo Pio.ff.de ritu nuptia.cap.ſtatutum. §.fin.de reſcrip.in 6.ita tenet Ioan. And. in add.ad Spec. in tit.de reſcrip.præſen. §. ratione quoque impetrantis.verſi.item quod impetrauit.Anto. in c.cæterum.col.vlt.de reſcrip. nec pars vel procurator partis ius publicum per cõſenſum immutare poteſt vt plenè diſputat Rofred. in quæſtio.ſabba.q.42.ruſticus.&c.

Sextò etiam procedit tam in reſcriptis ad lites, quàm ad beneficia, & tam in priuilegiis, quàm in donationibus.quia tex. in d.c.1. generaliter loquitur,ergo generaliter intelligitur.l.1. §.& generaliter.ff.de lega. præſtand. arg.huius text. & appellatione reſcripti generaliter iſta comprehenduntur:vt no.Panor. & alij in rub. de reſcriptis. & priuilegium facilius vitiatur, quàm reſcriptum.Inno.in c.ſuper.de reſcript.

*Excommunicatio iniuſta obligat.*

Septimò etiam ſi illa excommunicatio eſſet iniuſta, quia etiam ligat.c.1.11.q.3.ſecus ſi eſſet nulla.Panor.in c.inter cæteras.de re iud.Fel.in c.dilectus.1.in fi.de reſcript.no.in c.præſenti. de ſen.excom.in 6.

Octauò amplia ſiue ſit actor, ſiue reus, per hunc tex.generaliter loquẽtem,per duos caſus reſeruantem.& ita tenent Ioan.And.& Domi. in d. cap.1. & exceptio firmat regulam in non exceptis.l.1.ff.de reg.iur.

Nonò etiam procedit ſi non excommunicatus impetraret pro excommunicato.Probus in additio.ad Monach.in d. c.1.in fin. poſt Peruſ.ibi.nam actus factus à procuratore cenſetur factus à domino. l.oſſa.§.fin.ff.de religioſ. ſi dominus excommunicatus impetraſſet, non valeret,ergo etiam non valebit per alium, vt fictio in caſu ficto tantum operetur,ſicut veritas in caſu vero.c.cum dilectus.& cap. ad audientiam.de cleric. non reſiden. Fallit in cap.fin. de procurato.

Decimò amplia ſiue impetrauerit reſcriptum à Papa, ſiue à rege, Imperatore, vel ab alio quocunque: cum iſte text. indiſtinctè loquatur,& ſolum dicit impetratum,ergo à quocunque. quia indefinita æquipollet vniuerſali. c.vt circa.& ibi glo.de elect.in 6.maximè cum contrarium de iure ciuili non inueniatur:ergo ſtabimus claræ deciſioni iuris canonici. vt not. in ſimili doct.in c.Raynutius.de teſta.in practica in

ca in curiis ſecularibus Franciæ eſſet difficile hoc obtinere.

Vndecimò amplia etiam ſi impetraret reſcriptum, vt ſpoliatus reſtitueretur. glo. in c.ex inſinuatione.de procura. vel ſuper iniuria prohibenda, vel vt de carcere relaxetur, & in aliis fauorabilibus: quia cum duo caſus excipiãtur in d.c.1.ibi, firmatur regula in aliis caſibus, vt dicit Io.And. & Peruſ. ibi etiam ſi impetraret, vt beneficium ſibi reſtitueretur. c.dilectus. primo de reſcript.Alex.in l.de pupillo.§.fin.col.2. ff.de no.oper.nuncia. glo.in cap. in nomine.in verb.in audientia.23.diſt.Iacob.in l. libertus. ff. de in ius vocand.

Duodecimò etiam procedit ſiue excommunicatus ſolus impetrauerit, ſiue cum alio etiã non excommunicato, quia tunc ſi res communis eſt indiuidua ex parte vtriuſque vitiabitur reſcriptum. arg. l. Pædius.§.vlt. ff. de recep.arbitr.ſecus ſi res erat diuiſibilis, quia tunc ex parte non excommunicatis valebit. l.ſi Titio.1.ff. de lega. 2.Ioan.And.& Ancha. in regula, vtile. de regul.iur.in 6.ſequitur.Roma.ſing.723.nunquid.& idem ſi vnus iudex impetratus excommunicatus eſſet, & alter non excommunicatus, quia ſi cum clauſula, ſi vos, vel duo, tunc valebit, aliàs non.c.ſciſcitatus.de reſcrip. c.prudentiam.de offic.delega.Guliel.in d.c.1.intellige quando ignoranter ille habilis impetraſſet cum excõmunicato, quia tunc ex parte vtriuſque valebit, ſecus ſi ſcienter. arg.l. ſi communem.ff.quemadmodum ſeruitu. amittant. cap. per tuas.de arbitr.Innoc.in c.illa.de elect. quia quando inhabilis ignoranter admittitur, is qui habilis eſt, videtur velle actum, qui per eum geritur, valere eo meliori modo quo poteſt.l.3. ff.de teſtam. militi. ideo valebit actus ex parte vtriuſque, ſecus quando ſciens inhabilem admittit, quia tunc videtur nolle ſine eo quicquam facere, ſed quòd ab vtroque vim ſumat, ideo ex parte vtriuſque vitiabitur, quia voluntas & poteſtas repugnant.c.cum ſuper. de offi. delegat.c.multum.C.ſi quis alteri vel ſibi. ideo diſpenſatio de contrahẽdo matrimonium impetrata per excommunicatum & mulierem non excommunicatam, iudicatur valere, per Roma.conſil.506.in re præſenti.in 5.quæſt.arg. l.pen.ff.quod falſ. tuto.autho. & l. ſi ſponſus.§. ſi maritus.de donat.inter vir.& vxor.

Amplia etiam ſi non excommunicatus impetraret iudicem notorie excommunicatum, ſecus ſi occultè erat excommunicatus, vt probari non poſsit.per no.in cap.audiuimus.24.q. 1.& in c.ad probandum.de re iudic.

Decimotertiò amplia etiam ſi eſſet abſolutus poſt impetrationem, quia quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcit: regula iuris. & c. poſt ceſsionem. de probatio. & quia inſpicitur tempus datæ. & ita tenet Imol.in c.dilectus.primo.de reſcrip.

Limita primò quãdo malitioſe fuit excommunicatus ne impetraret, & etiam ne valeret impetratio, quia tunc illa malitia non debet obeſſe excommunicato.c.ſedes.de reſcrip.Guiliel. de Montelaudino in col. vlt. d.cap. primi. Roma. ſing. 724.illud, & hoc ſiue impetrans ſciat ſe excommunicatum, ſiue ignoret. cum in odium excommunicati iſtud ſit introductum, qui reportaret commodum ex ſuo dolo, quando notificaret excommunicationem excommunicato, ideo non debet prodeſſe, contra ea quæ tenet Felin.in cap.dilectus.1. colum. vlt.de reſcrip.facit l.1.§.cum quis.ff.de quæſtio.

Secundò fallit propter periculum animæ, ſcilicet in petendo, vxorem propriam. c.quoniam multos.11.q.3.Guiliel.in d.c.1. nam etiam correctoria conſtitutio extenditur propter periculum animæ. glo. in verbo. contractibus.in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit. quam ſequitur Barba. in rubr. de teſta. col.35. & Corſe. in ſing. 99. incipien. licet lex pœnalis.in verb.extenſio.in 2.

Tertiò limita quando alieno nomine impetraret, vtpote procuratorio.arg. l.quæſitum. ff.de in ius vocand.& glo.in l.lis nulla.ff.de iudic. quia magis attenditur perſona cui conceditur, quàm procuratoris.c.conſulti.de procura.ita expreſſe tradunt. Dom.de Rota deciſio. 9.vtrum.rub. de reſcript. repelletur tamen excommunicatus ſi agat pro alio ope exceptionis.Peruſ.in d.c.1.

Quamuis contrarium teneant quidam, quia ſiue impetret pro ſe, ſiue pro alio, immiſcet ſe communioni hominum, & peccat: ideo non debet valere.cap.illud.de cleric.excommu.mi. Guiliel.de Montelaudino in. d.c. 1. dic tamen quod ſi ſcienter impetratum fuerit, non valet, ſecus ſi ignoranter.Imol.per illum text.in d.c. fin. quia poſtquam ſcit ſe excommunicatum, non debet impetrare. Primæ tamen opinioni inhærerem, cum multa alieno nomine nobis permittantur, quę prohibentur noſtro fieri nomine.glo.in d.l. lis nulla.ff.de iudic.& doct.tradunt in d.l.quæſitum.& Alex.conſil. vltimo.in 5.vol.ac Alber. in tract. ſtatuto.in 4.parte.q.63. item quæro. Roma. in repe.l.ſi verò.§. de viro. fallen.37.ff.ſolu.matrim.

Quartò fallit, ſi eſſet excommunicatus ſub conditione, quia tunc tenet impetratio, licet poſtea eueniat conditio. Ancha. conſil.158. ex narratis.col.vlt.quia non trahitur retro.arg.tex. in cap.ſi pro te.de reſcript.in 6.cap. præterea.2. de appellat.

Quintò fallit ſi impetraret reſcriptum inquiſitionis, & in illo non nominaretur. glo. in verb.ſuper alio. in d. c.1. quia non præbet niſi nudum miniſterium, quod non eſt prohibitum excommunicato.no.in c.veritatis.de dolo.

Sextò fallit, quando in reſcripto peteret reuocare miſsionem ex primo Decreto factam, quia ſi principaliter compareat ad ſe defendendum, & in conſequentiam petit reuocationem, admittetur tanquam idoneus. Bart.in l. de pupillo.§.ſi procurator. ff. de oper.no. nuntia.per tex.in l.libertus.1.ff.de in ius vocand. doct.in c. cum inter.de exceptio.

Septimò fallit quando peteret vt cauſa vni ex auditoribus Rotæ committeretur, vel alteri iudici



iudici ordinario, tunc, quia non datur de nouo iuriſdictio per reſcriptum, ſed eſt quædam diſtributio cauſæ, ideo valebit: idem ſi eſſet facta impetratio per filiumfa.& alium inhabilem.ita tenet expreſsè Rota, vt in deciſ.no. patet deciſ. 175.commiſsio. & deciſ. 362.ſi committatur in eiſdem. Felin.in rub.de reſcrip. col.2.& indifferenter poteſt excommunicatus impetrare in curia Roma. cõmiſsionem, teſte de Rota deciſ. 594. dic tamen quòd ſi per tale reſcriptum daretur noua forma, & in cognoſcendo eſſet conceſsio iuriſdictionis, tunc non valeret. Peruſ.in d.c.1.q.10. Ideo ſi deciſio cauſæ committeretur, ſententia non valeret, quia auditor habet delegatam iuriſdictionem in diffiniendo. cle. auditor.de reſcript.

Octauò fallit, quando impetratur reſcriptum ſuper cõſecutiuis cauſę principalis, vtpote, quia per reſcriptum petit committi receptionem teſtium. Ioan.And.in d.regula.vtile.de reg.iur. in 6. non poterit tamen eo non abſoluto producere poſtea teſtes.Peruſ.in d.c.1.q.5.

Nonò non procedit quando eſſet à iure excommunicatus, & ante declarationem impetraſſet.arg.c.cum ſecundum.de hæretic in 6. Cogita tamen, quia non inuenio deciſum.

Decimò, quando nomine ſuæ dignitatis impetraret.Innoc.& Anto. in c.ſi verè.de ſentent. excom.Feli.in c.fi.col.2.de except.

Vndecimò, quando ex certa ſcientia reſcriptum à Papa concederetur excommunicato, quia tũc ſuper incapacitate videretur diſpenſare.l.quidam.ff.de re iud. quia princeps qui magiſtratum dedit, omnia agere decreuit. l.idem Vlpianus.ff.de excu.tuto.quãdo erat is qui poterat diſpenſare, aliàs ſecus.no.in l.Barbarius.ff. de offic. prætor. gloſ.in verb.noſcatur in c.1.de conſtitu. in 6.ideo quando Papa facit mentionem de excommunicatione, videtur excommunicationem remittere, ſecus in inferiore. Peruſ.in 8.q.c.primi.de reſcript.

Ideo hodie ſolet Papa & legatus abſoluere ad effectum impetrationis, vt dicitur in impetrationibus, téq; abſoluentes, &c.vt dixi in forma manda.in concorda.& ſuprà eod.

Duodecimò, quando eſſet excommunicatus poſt impetrationem.c.1.de excep.nam qualitas iuncta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi.l.in delictis.§.1.ff.de noxal.actio.

Idem ſi excommunicaretur poſt appellationem.cap.dilectæ. de except.Barbat.in rubric.de reſcript.col.23.

Decimotertiò non procedit in excommunicatione minori.vt glo.tenet in d.c.1.quia hæc minor non afficit participantes.c.2.de excep.& c.ſi celebrat.de cleric.excom.miniſt.

Decimoquartò etiam non procedit in ſuſpenſo, vel interdicto: cum hic tex. loquatur tantum de excõmunicato, & ita tenet Guillel. in dict. cap.1.cum tantum text. ibi loquatur de excommunicato & non de interdicto, vel ſuſpenſo, vt diuerſitas nominum inducit diuerſitatem rerum.l.ſi idem.C.de codicil.

Decimoquintò in cauſa excommunicationis, vt hîc, ideo ſi excommunicatus impetrat literas citatorias ab officiali, vel alio contra actorem, vt exhibeat literas excommunicationis, & vt veniat viſurus reuocationem earum, illæ literæ valebunt, licet contrarium ſcripſerit in ſua cauſa Guido Papæ conſil.220. Ioannes. & idem ſi ſit excommunicatus duabus excommunicationibus, quia ſi ſuper vna impetret, non poterit propter alteram repelli.Ioan.And. & Peruſ.in dict.cap.1.quod eſt verum, ſi impetrauerit in cauſa excommunicationis propriæ: ſecus ſi alterius, vt in ſeq.limita.dicetur. & vna tolli poteſt altera remanente, eccleſiæ tamen non reſtituetur, niſi abſoluatur ab vtraq;.Inno. in c.officij.de ſent.excom.

Decimoſextò in cauſa appellationis propriæ, non alterius: quia dicitur defenſio. clem. paſtoralis. in fin. de re iudic.& in appellatione interpoſita ab actu facto per iudicem iudicialiter: ſecus ſi appellet ab actu facto extra iudicium, vt ab electione: quia tunc pro actore habetur. cap.quod ſicut. de elect.ſiue appellet ab interlocutoria, & tunc finito articulo appellationis poterit repelli: in diffinitiua indiſtinctè auditur. Ioannes Andreas, in cap. ſignificauerunt.de except.

Nec tenebitur facere mentionem in hoc reſcripto de excommunicatione.cap.fi.de excep. quia eo caſu poteſt excommunicatus appellare iudicialiter, ſicut non excommunicatus. Panorm. in cap.cum inter. colum.3 num.15.de except. aliàs regulariter non valet reſcriptum non facta mentione excommunicationis. per textum in cap.dilectus.primo de reſcript. & ibi etiam dicitur, quòd poteſt impetrare reſcriptum appellationis, & eam proſequi, etiam ſi eſſet ex aliis cauſis excommunicatus, quàm ratione appellationis.

Decimoſeptimò in omni cauſa defenſionis tam in exceptionibus & defenſionibus odioſis, quàm fauorabilibus.arg.c.cum inter.de except. Guillel. in d.c. 1. in fi. ne innocens condemnetur.Barbat.in rub.de reſcrip.col.7.

Decimooctauò non procedit, quando reſcriptum motu proprio concederetur, quia tunc non eſſet impetratum, vt dicit tex.in dict.cap.1. ſed conceſſum: ergo verba non conueniunt, ſic nec diſpoſitio.l.4.§.toties.ff.de damno infec. tamen durante excommunicatione non poterit agere.dict.cap.1.ſed obtenta abſolutione ſic. cap.ab excommunicato. de reſcript.cap.paſtoralis.de offic.ordin.cap.intelleximus. de iud.& hoc quando talis motus proprius emanaſſet à Papa, ſecus ſi ab inferiore.Barbat.in rub.de reſcript.in cle. col.6. verſic. tertiò limita. vt dicit valere reſcriptum, ſed tamen tolleretur ope exceptionis, quia motus proprius non inducit, diſpenſationem circa defectus perſonæ ſupplicantis.glo.in cle.ſi Romanus.de præbend. dixi in forma manda.in glo.motu proprio. in concorda.& idem ſi in reſcripto fuerit appoſita regula, ſupplentes omnes defectus, quia adhuc non valebit.vt tenet. Barba.in rubr.de reſcript. col.8.quia non videtur tollere defectus concernentes perſonam ſupplicantis. Archidiac.in c. Cænomanenſem.57.diſtinct.

Decimononò fallit,quando ignoraret ſe excommunicatum.glo.in c. Apoſtolicæ.de cleric. excom. miniſtran. ſic concludit expreſsè Rota deciſ.281.nota gloſſam.in antiq.dixi in rub. de excom.non vitand.in concorda.

Vigeſimò non procedit in excommunicatione generali,vt quia lata per proceſſus generales ab homine: ſecus ſi à iure, vt tenet Rota deciſio.519.no. quod non admittitur. in antiq. quod reprobat Felin.in d.c.fin.col.2. poteſt tamen procedere ſi rectè intelligatur.

Vigeſimoprimò fallit in c.ſignificauit. & ibi Anchar.de offic.ordina.

Vltimò declara,quod in quibus caſibus permittitur excommunicato impetrare, non eſt opus facere mentionem de excommunicatione.Baldus in cap. dilectæ. per illum textum de excep.Felin.in cap. dilectus. in 1.colum. vlt. de reſcript. Tutius eſſet tamen hoc exprimere ad vitandas lites. Et de his Deo Optimo, Maximo, virginique Mariæ, ac omnibus cœlicolis immenſas gratias ago.

## REPETITIO D. PETRI REBVFFI MONTISPESSVLANENSIS, IVRIS VTRIVSQVE *doctoris & Comitis,quam Tholoſæ habuit anno 1520. in menſe Martio, ſuper lege,quidam Hiberus. de ſeruitu. vrba. præd. ff.*

ALBERIC.de Roza. viri præſtantiſsimi, hanc legem ſic aggreditur,dicẽs,hęc lex eſt curialis,& ſeruanda per bonos viros: quæ docet prius loqui cum aduerſario, quàm ad iudiciũ prouocetur.hoc ex vrbanitate, non ex neceſsitate: ſed iſtud videbimus latius infrà,an de neceſsitate, an de vrbanitate debeat fieri, & pro intellectu huius legis,eſt præmittendum, cum text.noſter, mentionem faciat de inſula, quòd tribus modis capitur inſula.

*Inſula tribus modis capitur.*

Primò inſula capitur pro loco aqua circundato, & tunc propriè. & hæc eſt duplex: quia quædam naſcitur in mari, de qua loquitur lex, adeo. §.inſula quæ in mari naſcitur. ff. de acq. rerum domin.

Altera eſt,quæ in flumine naſcitur,de qua in l.inſula nata.in flumine. ff.de acquirend.rerum domin.& tex.in §. inſula.de rerum diuiſ.inſtit. & hæc eſt duplex:vna quæ naſcitur in mari,altera in flumine.

Inſula quæ naſcitur in mari, quod raro accidit,eſt occupantis, per tex.in l.adeo.§.inſula.de acq.rer. dom.& §.inſula.de rerum diuiſ.inſtit.

Altera in flumine quæ frequenter contingit.in l.inſula.de acquir. rerum domin. cum ſimil. & iſta eſt adhuc duplex, quædam naturalis,& quædam accidentalis,ſeu caſualis.

Naturalis eſt illa,quæ ſemper fuit, vt Corſica,Sardinia & ſimiles.

Altera eſt caſualis ſeu accidentalis, quæ in flumine ſæpe naſcitur, ſed in mari raro, ſecundum Cępol.in tracta.de ſerui.vrba.prædio.rub. de inſula.fol.84.

Inquantum ſupra dixi, quòd occupantis eſt inſula, dic quòd inſula naturalis maris ſicut Sardinia, Magalona, ſunt in dominio principis quo ad iuriſdictionem, non in dominio patrimoniali,per tex.in l.inſulæ.ff.de iudic. Bal.in titul. quæ ſint regal.in vſib.feudo.ſed dicuntur in dominio patrimoniali occupantium. in §. inſula.de rer.diuiſ.inſtitu.

Caſualis ſiue accidentalis, quæ in mari naſcitur, in nullius bonis eſt reſpectu proprietatis, ſed occupanti conceditur. l.adeo. §.inſula. ſuprà alleg.ſed reſpectu iuris ſituationis eſt ſub iuriſdictione illius,qui habet iuriſdictionem in loco proximo,vt dict.l.inſulæ.Corſet.in ſingula.154.in verbo,iuriſdictio.in 2.per tex.in l.vna. de claſsic.lib.11.C.

Inſula verò quæ naſcitur in flumine,cuius ſit quo ad proprietatem,vide in §.inſula.de rerum diuiſ.inſti.& l.adeo.§.inſula.de acq.rer.dom.ſed reſpectu vſus cuius ſit, & dic quòd vſus eſt publicus.l.pen.§.ſi qua inſula. & ibi glo. ff.de acq. rer.domin. quod eſt verum, ſi eſt ripa,vel ripæ dicatur accidere propter attractionem aquæ.l. pen.ff.de flum.ſecus ſi eſſet magna,in qua eſſent prædia culta: & quia tunc ſolum ſunt in vſu communi, ſed non prædia. ita tenet Bartol.in tract. de inſula. in verb.communis eorum. vbi latiſsimè videatis de inſula.

Secundò inſula accipitur pro domo poſita in mari, vbi retia ponuntur, & deſiccantur. ita tenet glo.in dict.§. inſula.& in l.ſi inſulam.ff.de verbo.oblig.& ibi Alexan. col.3. & dicitur domus in ſolo poſita ,id eſt ſalſo ſecundum doct. ibi allegando Iſido. vel domus dicitur inſula quando eſt viis circundata,teſte Cæpol.

*Inſula capitur pro quacunque domo.*

Tertiò accipitur pro quacunque domo, per tex.in l.2.§.ſi quis inſulam.de eo quòd cer. loc. ff.& l.3.ff.de offic.præf.vigil.& hîc. nam hîc Iuriſconſ.dicit,inſulam balneariã, id eſt domum, in qua fiebant balnea. Ita hîc accipitur,ſed impropriè ſecundũ gl.in d.l.3.de offic.præfec.vigi.

Inde dicũtur inſularij,id eſt ædiũ cuſtodes.l. fi.ff.de offi.præfe.vigi. Alberi.in dictiona.in verbo,inſula.imò ego dicerem domũ nõ quãlibet,





ſed viis circundatam inſulam dici, inſtar terræ circundatæ aqua, quæ vocatur inſula. & ita tenet Cæpol.in tract.de partib.ædium.

Secundò præmitto qui dicuntur tribuli,quia text. facit mentionem de tribulis, grammatici accipiunt tribulum in neutro pro inſtrumento quo meſſes teruntur, quod alio nomine nos flagellum vocamus.

Alij quærunt in maſculino, & dic quòd eſt quædam herba ſpinoſa, ſed non ita hîc accipitur: ſunt quædam vaſa lapidea inhærentia,ſeu iuncta parieti,per quæ ignis tranſit ad ſuperiora, vel mittitur in balneum:& ſunt lapides quibus vtimur in caminis in ſtrangulando, & ita habes quomodo hîc accipiatur.

*Tubi ſiue tubuli qui ſint.*

Iſte tamen text.eſt corruptus, quia loqui debet de tubulis, non de tribulis. nam tubi ſiue tubuli ſunt canales fictiles per quos fumus vltra parietem conducitur. Catellia.Cotta.in 2. parte memora.in verbo,tubi.

Iſte text.quidam Hiberus.ſic ſummatur:non licet ſuper,vel iuxta parietem communem aliquid facere propter, quod paries deterioretur. hoc dicit Bar.& cæteri doct.hîc.

Ex hoc tex.nota ſecundum Bartol.hîc, quòd iuxta parietem communem, non licet facere ignem, & per conſequens non licet facere caminum in communi ex parte tua,intellige hoc modo, ſi ignis qui ibi fieret, adhæreret parieti communi: ſed ſi ſola tuba camini ibi fieret, ita quòd fumus aſcenderet, & ignis non appropinquaret,tunc non puto eſſe prohibitum. l.fiſtulam.in princ. infrà eod.hoc dicit hîc Bar. ſed videamus an iſtud ſit verum. & quòd non ſit verum, ita arguitur:cuilibet licitum eſt facere in ſuo quod vult, dummodo nihil in alienum immittat.l.ſicut.§.Ariſto. ff.ſi ſerui.vendi. ſed res communis eſt mea pro illa parte.l.ſerui electione.§.1.ff.de lega.1. cum ſimilibus:ergo licitum eſt facere ignem & caminum, dummodo in alienum non immittam.

Sex concluſiones ex hoc tex.eliciuntur.Prima eſt,quòd non licet facere ignem iuxta murum communem, in quo non ſit caminus, ſi ex illo igne poſsit inferri damnum communi muro: vt quia eſt ſubtilis paries, vel quia ſit ignis immoderatus,vt hîc.quod nota pro pauperibus,qui ſępe prope murum faciunt ignem, cùm non habeant caminum.

*Caminũ facere in muro ſubtili nõ licet.*

Secunda concluſio erit,non licere facere caminum in muro ſubtili, ſi flamma ignis nocere poſsit muro, per text. hîc, ibi, quod per eos flamma torretur paries.

Tertia concluſio,poſtquã factus eſt caminus in muro cõmuni de vicini voluntate, non poteſt talis ignis fieri,qui noceat vicino,nec quòd timeretur nocere, quod eſt notandum contra potentes,qui ſolẽt magnum focum facere.nam non poſſunt ſi timetur ne noceat,iuxta l.ſi ſeruus ignem.§.ſi furnum.ad leg.Aquil.

Quarta concluſio, licet murus ſit groſsiſsimus,tamen non licet ita magnum ignem facere quòd timeatur ne flãma accendat caminum, & periculum vicino inferat, per d.§.ſi furnum, & iſtud eſt multum notandum pro facientibus feſta,ſiue banqueta,vel nuptias.

Quinta, ſi quis habet partẽ ſuperiorem domus, & alter inferiorem, non poteſt qui habet ſuperiorem partem, facere ita magnum ignem, vt timeatur quòd ſolarium accendatur,vel offendatur propter magnum ignem. l. ſicuti. §.Ariſto. & ibi nota. ff.ſi ſerui. vendi. & iſtud facit contra facientes nuptias,quando faciunt ignem ſiue coquinam in ſolario.

Sexta concluſio,in omnibus ſupradictis caſibus quando timetur damnum,poteſt peti cautio damni infecti:ſi factum eſt damnum,poteſt agi actione in factum, puta quia paries ſit exciſus.d.l.ſi ſeruus.§.ſi furnum.ad leg.Aquil.

Inquantum Bar. dicit quòd tuba camini poteſt fieri in loco cõmuni, dic quod in camino quinq; ſunt cõſideranda. Primũ camini locus, in quo fit ignis.Secundũ ipſe ignis,qui in dicto camino fit. Tertium cappa eius camini.Quartum tuba.Quintũ fumus,qui de camino exit.

*Solariũ habens poteſt quãdo vult facere ignẽ in ipſo.*

Ad primum veniendo, ſcilicet de loco vbi fit ignis, & dic quòd ſi fiat in ſolario, & illud ſolarium eſt illius qui facit ignem, & tunc talis poteſt facere ignem quando vult: quia ſua re nõ ſolùm quis poteſt vti,ſed abuti.l.in re mãdata.C.mãd.l.ſed ſi lege.§.cõſul.ff.de peti. hæred.

Si verò ſolarium eſt commune,& aliquis ſit inferior, tũc ille poteſt petere cautionem damni infecti, per text.in l.fluminum.§.præterea.& ibi Bart.& alij.ff.de dam.infect.& l.ſi ſeruus.§.ſi fornicarius. ad leg. Aquil. Imò vlterius ſi inferior timet,poteſt facere murũ ſub ſolario.argu. tex.in l.1.in fi.ff.de aqua plu.arcend.

Sed cuius expenſis? dic quòd facientis.argu. d.l.1.in fin.niſi eſſet ſeruitus appoſita illius oneris ferendi: quia tunc expenſis communibus fieri deberet. l.& ſi fortè.§.etiam.ſi ſerui.vendi. iſta in ſeruitute oneris ferendi non poteſt eſſe in re communi pro indiuiſo. l.in re communi. ff. de ſerui. vrba.præd. ideo murus ſub ſolario fiet impenſis facientis, & non domini inferioris:quia ſolum tenetur purè. l.quotiens.in 2.de ſeruitu.& faciẽs caminũ poteſt facere murũ in ſolario cõmuni inuito vicino, ſecundũ Cæpol. in rubr.de camino,de ſerui. vrban. præd.c.65.

Secundum eſt ignis, & an ignis poſsit fieri iuxta communem parietem? & dic quòd ſi eſt ita groſſus paries, quòd ex igne nullum detrimentum poteſt recipere, tunc alter ex ſociis poteſt facere ignem etiam magnum: quod fit tempore nuptiarum,ſecundum Ange.& Paul. ſi tamen vult facere ignem temperatum, poteſt, etiam ſi aliquod damnum vicino inferat ex eo quòd vtitur ad vſum deſtinatum.argu.l. fiſtulam.infrà eodem,& l.ſi commune. §.fin.ff. ſi ſeruit. vendi. & ita hîc tenet Angel. per text. in l.arboribus.§.ſi nauis.ff.de vſufruc.& ibi no.

Aut vult facere ignem non moderatum, & non poteſt,vt hac lege.& Bart.& alij hoc tenẽt, & Angelus in l.inter quos.ff.de dam.infect.

Tertium eſt cappa camini.& dic quòd quãdo fit in proprio,poteſt.l.ſicuti.§.Ariſto.ff.ſi ſer. vendi.aut fit in alieno,& nõ poteſt.l.ſed ſi inter.

de ſeruit. vrba.præd.l.quemadmodum.§.ſi protectũ. ad leg.Aquil. niſi ſeruitus eſſet impoſita.

Si verò fiat ædificium in communi pariete, & tunc dic quòd ſi paries ad vnum vſum tantum eſt communis, puta ad diuidendum partes ſociorum, & tunc dic quòd non poteſt facere caminum, per glo.& ibi nota.in cap.in re communi.de reg. iur. in 6.& Cæpol. de ſeruit. vrba.præd.c.40.in penul.q.

*Aedificio facto in cõmuni pariete quid agendum.*

Si verò non eſt communis ad vnum vſum tantùm, ſed ad omnes, & tunc quando quæritur an poſsit cauare, vel fodere murum, dicas quòd ſi murus eſt communis pro indiuiſo vſque ad dimidium,& quouſque ſua pars durat, quia tunc in ſuo dicitur facere, quòd poteſt. l. hoc quod dictum. §.1.ff.de ſeruit. vrba.prædio. in glo.in verbo,paries.

Aut communis eſt paries pro indiuiſo,& poteſt etiam vltra dimidiam partem muri: quia quilibet habet portionem in qualibet particula muri pro indiuiſo.glo.in l.qui Romæ.§.duo fratres.de verb.oblig.§.quædã.inſtit.de actio.l.ſi familiæ.C.famil.herciſ.hoc tamẽ fallit in tribus caſibus. Primus quando non poteſt communis paries pati cauaturam. l. ædificium.infrà eod.

Secundò fallit,quando alter ſociorum haberet caminum.nam alter qui non habet, in parte ſua poteſt facere, quia vnus plus iuris non habet quàm alius. Ita tenet Angel. in iſta l.dicens,quòd ita conſuetudo ſeruat, ſcilicet quòd quilibet ſociorum poſsit, in parte ſua habere caminum:quod eſt notandum.

*Ignẽ non licet facere iuxta parietem communẽ debilem.*

Tertiò fallit, quando murus eſſet ita debilis, quòd ex quolibet modico igne paries torreretur, ſiue incideretur. nam tunc non licet ſocio facere. l.iſta in princip. quando dicit, quòd per eos flamma torretur paries. & ibi, glo. & communiter ſcribentes.

Quartum eſt tuba camini, & dic an ſit licitum facere tubam camini in pariete communi:hoc autem diſtingue,aut tuba eſt extra murum communem à parte facientis caminum, & per eam ſolùm fumus aſcendit,& ignis non appropinquat,& poteſt,per l.fiſtulã.infr.eo.Bar. Bal.hîc, Angel.in d.l.inter quos.de dam.infect.

Aut caminus eſt cauatus in muro communi, & tunc aut per illam cauaturam flamma ignis torreretur, & deterior fieret murus, & tunc non poſſet, vt hac lege, & omnes docto. aut non deterioraretur, & dic vt ſuprà dictum fuit de cappa.

*Fumum an liceat facere in ſuo.*

Ad quintum veniendo,quando quæritur an fumus poſsit fieri?& dic quòd quis poteſt facere regulariter fumum in ſuo,ſcilicet ſolitum & moderatum,ſed immoderatũ non poteſt etiam in ſuo,ſi ſit in loco inferiori,& alius in ſuperiori,per l.ſicuti.§.Ariſto.ſi ſerui.vendi.imò poteſt cogi actione iniuriarum. ſi animo iniuriandi fiat. l.pen.ff.de iniur. Cæpol. in tracta.de ſerui. vrba.præd.c.53.de furno.

Secundò notatur ex tex.quòd quis nõ poteſt ædificare parietem proprium ſuper cõmunem, ſecundum Bar.hîc.ſecus ſi vellet quòd eſſet cõmunis.l.parietes.& l.inter quos.de dam.infect. vide l.hoc quod dictũ.in princ.infrà.eo. & hoc probat hic text.dũ dicit,ſicuti neque parietem. & eſt ratio. quia ædificiũ ſupra parietem cedit parieti inferiori. l.ſed ſi inter te & me.infr.eo.§. fi.& in l.ſi ſupra tuum.de acq.rer.dom.& l.ſi in area. C. de rei vendic.ſi ergo paries inferior ſit cõmunis, ergo & illud quod ſuperædificatur: quia quando quid plantatur, ſeritur, aut ædificatur,omne ſolo cedit. l.ſi quis ſciens. C.de rei vend. in §. cum in ſuo.inſti.de rer.diuiſ.Ang.& Paul.in l.inter quos.& ibi Imo.ff.de dam.infect.

Intellige tamen, quòd quis poteſt tollere altius murum cõmunem, & ſuper eo ædificare, quando vult ſuperædificatum eſſe commune, vt diximus per l.ſi in area, cum ſimilibus allegatis, procedere quando paries inferior poteſt ſuſtinere ſuperædificatum, aliàs non.argu.tex. in l.cuius ædificium.infrà eod.

*Socius non tollit altius parietẽ communẽ ſi noceat ſocio.*

Secundò intelligo,quòd poteſt,quando non noceret illud ſuperædificatũ ſocio, & ædificantis intereſſet,aliàs nõ,vt hîc,quando dicit quòd per eos flamma torretur.& in l.fiſtulã.in princ. §.1.2.& fi.infr.eo.glo.in l.Sabinus.cõmuni diuidun.& ita ſeruatur in practica,ſecundũ Cępol. in tract.de ſerui.vrba.præd.c.40.in col.8.

Notandum tamen eſt, quod ſi ſocius reficit communem parietem,qui indiget refectione,& poſtea monet ſociũ, vt communicet expenſas pro ſua parte, quòd ſi ſocius non communicet intra quatuor menſes,perdit dominium rei cõmunis in totũ, & applicatur illi qui refecit,per tex.ſolen.in l.ſi vt proponis. C.de ædific.priua. & l.ſi fratres.§.idẽ reſpondit ſocius.ff.pro ſocio. quos allegat.Frã.de Crema.ſing.97.& Cæpol. cautel.87.& in d.tract.c.40.& in c.59.imò dicit Ioan.de Gradib. in addi.ad Cæpol.in d.cautel. quòd quidam volebat impetrare literas à rege, quòd ſuus ſocius ei cõtribueret expenſas, quas in molendino alter ſociorum fecerat: ſed cancellarius interrogauit impetrare volentẽ, quot erant menſes quibus ædificauerat, qui reſpon. quòd quatuor: cancellarius reſpon. quòd non haberet literas, quia molendinum erat factum illius, qui reædificauerat: & iucundus reuerſus eſt volens impetrare, licet nihil portaret. vide per Nico. Boer.in conſilio poſito poſt conſue. Biturig.in conſil.2.

Nota in tex.ibi,qua de re volo vt cũ Hibero loquaris. ſecundũ Bart.hîc notab.moralitatem Iuriſconſ.nam quis non debet ſe mouere ad litigandũ contra alium,niſi prius eum alloquatur,vt hîc eſt tex.& ita tenent hîc communiter doctores.& hoc non ſolùm habet locum in ciuilibus vt hîc, ſed etiam in criminalibus: vt ſi aliquis vult aliquem accuſare de aliquo crimine,debet illum talem monere charitatiuè,& familiariter, vt ſe emendet,in c.2.de accuſa. c.indigne.12.quæſt.2.Specu.in tit.de præpa.iud.§.1. verſ.item circa.

*Interpellatio in ciuilibus eſt neceſſaria.*

In cauſa verò ciuili, vt ſi quis velit petere fundum, vel pecuniam, vel aliam rem ciuilem priuſquam vocet aduerſariũ ſuum in cauſam, debet illum monere trina monitione: aliàs ſi non ſatisfacit, per iudicem debet compelli,



per tex.in cap.ſi quis.2.q.7.& cap. ſi quis ab epiſcopo.& l.ſi debitores.C. de pignor.cap. omnes decimæ.16.q.7.

Amplietis quod ſuprà dixi,quòd quis ſit interpellandus, habere etiam locum in eccleſia volente litigare,Ita tenet gloſ.in c.ad apoſtolicæ.in verbo,pacem.in 1.de re iudic.in 6.Feli.in c.nouit.in fi.de iudic.

Amplietis quod iſta admonitio poteſt fieri omni tempore feriato & non feriato. Ita Feli. vbi ſuprà.& non obſtat tex.in l.fi.C.de fer.ibi, nulla quenquam vrgeat admonitio: quia intelligitur de admonitione iudiciali, quæ non poteſt fieri die feriato.l.1.de fer.ff. ſed iſta extraiudicialis quod non poſsit fieri,nullo iure prohibetur:ergo poteſt fieri.

*Admonitio fit in factis armorum.*

Amplietis etiã quòd iſta admonitio debet fieri in factis armorũ: quia non debet quis peruenire ad bellum,niſi præcedat admonitio: aliàs dicitur agi proditoriè. ita tenet Bald.in l.ſi manumiſſori.de obſeq.C.& Iaſ.in §.ſic itaque. aliàs in §.appellamus.in gloſ.in verbo, denuntiare.inſtit.de actio.

*Admonitio fit in crimine ſimoniæ.*

Idem dicas in crimine ſimoniæ, per tex.& ibi docto.in c.licet Heli.de ſimo.&c.

Intellige tamen hanc admonitionẽ debere procedere ex vrbanitate,nõ verò ex neceſsitate.per gl.in §.appellamus.de actio.in inſti.gl.in c.debitores.de pigno.gl.in c.ad apoſtolicę.de re iudic.in verbo,pacem.Bal.in l.non ignorat.C. de fructib. & litium expen. ſequuntur omnes docto.in dicto §.appellamus.& in l.quidam Hiberus.& in c.nouit.de iudic.Ange.de Claua. in verbo, mora.

Limita tamen non procedere quando inferior vellet agere contra ſuperiorem: quia tunc inferior ſuperiori debet denuntiare.l.ſi manumiſſori.C.de obſeq.inſtit.in d.§.appellamus.

Hoc tamẽ fallit quando ex amore reuerentiali nõ auderet eundem monere, vel debitum petere,vel ignoraret ſibi deberi: quia etiã tunc ſine interpellatione cõſtituitur debitor in mora,per tex.in l.in omnibus obliga.ff.de reg.iur. Ange.de Claua.in ſumma Ange.in verbo, mora.in 1. quæſt.

Limita vlterius non procedere quando diximus ex vrbanitate,& nõ ex neceſsitate fit talis monitio:quia verũ eſt niſi quo ad expenſas: quia ad illas expenſas nõ tenetur quis,niſi fuerit monitus,& extra iudicium interpellatus. ita tex.in l.debitores.C.de pignorib.Bald.in l.non ignorat.C.de fructib.& litium expen.vbi dicit, quòd ſi peto in iudicio decem ab aduerſario, qui in veritate debet, ſed ille debitor in prima comparitione confiteatur debitum, non debet in expenſis condemnari: ideo ſi creditor fecit expenſas in habendo inſtrumentum, vel groſſando, non tenetur debitor, qui in primo termino comparuit, & confeſſus fuit,ad expenſas quas creditor expoſuit ad habendum inſtrumentum.Ita tenent Angel.Sali.in d.l.debitores. & doct.hîc.canoniſtæ in c.nouit.in fi.de iudic. Felin.in c.quoniam quæ.nu.15.de proba canoniſtæ in c.licet Heli. de ſimo. Angel.de Claua. in ſumma Angel.in verb.mora.

*Delictũ confitens in primo termino non ſoluit expẽſas, ſecus ſi neget.*

Quòd intellige verũ,quando debitor in 1. termino cõfiteretur:ſecus ſi negat, & poſtea contra eum probetur: quia tunc in expenſis debet condemnari,etiam ſi extra iudicium non fuerit monitus.& ratio eſt,quia iudex debet pręſumere reum, ita negaſſe debitũ, ſi fuiſſet requiſitus extraiudicialiter ſicut negauit iudicialiter. Ita habetur ſingula.deciſio Ludo.de Roma.in ſingula.401.alio ſero.& dicit eſſe notandum, quia millies de facto habebitis. ſequitur Decius in regul.qui in alterius.de regul.iur.

Inde communis practica in libellis inoleuit, quòd in illis dicitur,ꝙ talis eſt debitor meus,& pluries requiſitus recuſauit,& recuſat mihi ſoluere.vel tenet rem meã iniuſtè,& pluries requiſitus recuſauit,& recuſat reſtituere: quare cum peto condemnari ad reſtituendũ vnà cum expenſis in proſecutione huiuſmodi cauſæ factis, & fiendis, veſtrum benignum officium benignè implorando, ſuper omnibus petens ius, & iuſtitiam miniſtrari, & hanc practicam ponit hîc Paul. & inſequuntur omnes alij practici. idem tenet Cæpol.cautel.84.

*Obligato in diẽ monitio nõ fit.*

Limita etiã non procedere,quòd monitio debeat fieri, ſcilicet quando quis eſſet obligatus in diem, quia tunc nõ eſt neceſſaria interpellatio extra iudiciũ: quia dies interpellat pro homine.in cap.potuit. de loca.& conduc.in l.magnam.C.de contrah.ſtipul. Imo talis debitor ſi conueniatur lapſa die, eſt in expenſis condemnãdus.Feli.in d.c.quoniã.nu.15.verſ.2. reſtringe.

Sed ponamus,quòd creditor dicit ſe monuiſſe ſuum debitorẽ, debitor negat, cui incumbat onus probandi? & videtur quòd actori aſſerẽti requiſitionem conceſsiſſe,per tex.in l.ei qui dicit.ff.de probat.ſed dicas contrarium,quia imò onus probandi competit reo neganti ſe non fuiſſe: quia eſt probatio pro actore. Ita eſt text. ſingul.in l.in fideicommiſ.ff.de vſur.qui eſt ſingula.ſecundum Ludo.Rom.ſing.402. quis debet probare.Ita tenet Hiero. Cuchalon.in additio.ad Decium in d. l.qui in alterius. Feli.in d. c.nouit.in fin.tamen relinquit cogitandum, eo quia eſt negatiua,& videtur improbabilis.

Et de monitione iudiciali euangelica, & canonica vide latiſsimè per omnes canoniſtas in c.nouit.de iudiciis .Spec. in tit. de denuntia. & Angel.de malefic.in gl.& de denuntia.Ioan. Alberic.de Roſa.in verbo,denũtiatio,& in verbo,monitio.Angel.de Claua.in verb.mora.

Capio glo.in verb.ad parietem.quam poſſumus diuidere in duas partes, prout duos intellectus ponit. Secunda eſt ibi,vel dic,pro declaratione primæ partis oppono contra text.dicimus, quòd non licet habere tubulos ad parietem contra:imò licet apponere ſcalas ad parietem, & etiam licitum eſt ædificare ad parietem communem de conſenſu ſocij,hîc dicimus contrarium, ergo malè dicit gloſ.quòd aliquando eſt in tex.ad parietem communem, aliquando per parietem. & ſi habeas in text.per parietem, expone id eſt, ſuprà parietem.& ita intelliguntur iura in glo.allegata.

Et ſic habes ex iſta 1.parte, quòd ſuper parietem communem non poteſt ſocius inuito ſocio ædificare.In 2.parte dicit gl. ſi habeas ad,id eſt, nimis prope, vult dicere glo. quòd non licet habere tubulos admotos ad parietem communem, id eſt nimis prope parietem communem,& quando dicatur prope,dicit glo.quãdo eſt infra duos pedes,vel vnum,per l.fin.finium regundo. infrà,vbi dicitur, quòd ſi aliquis vult ædificare murum iuxta fundum tibi vicinum, pedem relinquat : ſi domum, duos pedes.& ſi ædificauerit nõ relinquendo, oportet quòd deſtruat:& ſic nimis prope dicitur ædificare:hæc ſunt quę dicit gl.ex qua habemus notare quòd dictio , ad , denotat propinquitatem per duos pedes,vel vnum:& ſic facit ad quæſtionem ſtatuti dicentis,ſi quis inſultauerit ad domum,puniatur tali pœna:nam ſi inſultauerit propè per duos pedes,vel vnum,debet pœna ſtatuti puniri:cum dictio,ad,denotet prope per duos pedes, vel vnum : & ſic ſi inſultus ſit factus prius in porticu,cenſetur in domo factus.

*Porticus nõ venit domus vel ædiũ appellatione.*

Ideo an appellatione domus,vel ædium, veniat porticus, vide quod not.in l.cætera. §. hoc ſenatuſcon.& ibi Bal.Alberic.Paul.Alex.& Iaſ. de lega. 1. & an porticus ſit tutum refugium ſicut domus , ita quòd ſicut quis pro ciuilibus non poteſt capi in domo. l.plerique. de in ius vocando.ita non poſsit capi in porticu ? & dic quòd in porticu poteſt capi. Bartol.in l.meminiſſe.de offic. proconſ. Bal.in c.conſtitutis.col. penult.de electio.

*Porticũ ſuper viã publicam non licet facere.*

Et an quis porticum ſuper viam publicam poſsit facere? dic quòd non , quia ſolum debet eſſe liberum vſque ad cælum.l.fi.de ſerui.ſuprà. Ita Spec.in titul.de iniuriis & dam. dato.in §.1. verſ.pone in ſtatuto.& an factum in portu dicatur factum in terra,verbi cauſa,quidam mercator fecit teſtamentum in portu terræ ſoldani,an teſtamentum dicatur factum in terris ſarracenorum?& videtur quòd ſic : quia portus eſt ſub iuriſdictione ſoldani. l. inſulæ. ff. de iudic.cum ibi notatis:ergo & portus. contrarium fuit deciſum per Barba. in cle. cauſam. col.64. de elect. mouetur tali ratione , quia portus eſt publicus,& ita pertinet ad Chriſtianum , ſicut ad ſarracenum. Nam hoc iure gentium eſt introductum.

Quæ autem vtilitas eſt an dicatur factum in terris ſoldani,vel non? dic quòd magna:quia ſi teſtaretur in portu, tenetur ſeruare ſolẽnitatem iuris ciuilis , ſcilicet adhibere ſeptem teſtes , & alias ſolemnitates,quas ius ciuile requirit.ſi dicatur factũ in terra ſoldani , vel ſarracenorum, ſufficit adhibere ſolemnitatem iuris gentium: & ſic teſtamentum valebit coram duobus teſtibus. ita dicit Bal. in l.2. quemadmo. teſtam. aper.& dicit ſe conſuluiſſe.

Inquantũ ſuprà dictũ eſt,quòd appellatione domus non venit porticus.dic hoc eſſe verum, quãdo nõ eſt affixa,ſed eſt ſeparata à domo.ſecus dicerẽ,ſi domus ſit affixa. Ita tanet hîc Flò. Bar.in d.l.itẽ apud.§.conuitiũ.de iniur.& Alex. & Iaſ.in l.cætera.§.hoc ſenatuſconſ.de lega.1.& hoc per tex.in c.mulieres.in verb. extra clauſuram.de iudic. in 6.& in c.1.de ſta.regul.in verb. clauſura.§.fin.in 6.text. in l.quis ſit fugitiuus.§. apud Celſum. in verb. ſub vna claui tota eius eſſet habitatio.

*Habitantes ſub eadem clauſura dicuntur de eadem familia.*

Et per illum text.dicit Angel.in l.1.§.cloacæ. ff.de cloac.quòd habitantes ſub eadem clauſura,dicuntur de eadem familia.vide text. & glo. in l.ſtatuæ.de verb.ſignifi.ff.vbi ſcripſi.vide latè alias quæſtiones per Panor.in c.1.de decimis.& per patruum meum D.Iacob.Rebuf.& alios in l.in ſacris .in 3.de prox. ſacro.ſcrinio.lib.12. C. canoniſtas in c.ſi ciuitas.de ſenten.excom.in 6. & per Feli.in c.Rodulphus.de reſcrip.

Et de iſta dictione, ad, vide per Alexand.de Imol.in addi. ad Barto. hîc,melius quàm viderim per Alberic.in dictionario in verbo, ad, & in Margarita.Bal.in verbo,ad præpoſitio.

Gloſſ. in verbo, ſecundum. diuiditur in tres partes.In prima exponit dictionem ſecũdum. ſecunda remouet vnum contrarium. in tertia ponit notabile. ſecunda ibi, ſecus.tertia ibi , & not. Pro expeditione primæ partis dicimus in tex. quòd Proculus non dubitat tubulos poſſe conſtitui ſecundum parietem communem: quomodo intelligatur text.dic quod debemus exponere, ſecundum,id eſt iuxta.hoc dicit glo. in 1.parte glo.tamen nihil allegat.poſſumus allegare text. in l. duo cum ſecundum Tiberim ambularent.ff.de præſcrip.verb.vbi exponit ſecundum,id eſt iuxta.text. in l. inter eos qui ſecundum vnam ripam prædia habent , id eſt, iuxta.ff.de acq.rer.dom.& tex.in l.Martius. illo tit.vbi tex.Martius fundum habebat ſecundum viam publicam,id eſt iuxta,exponit glo.tex. eſt in l.ergo.§.Celſus filius ſi in ripa fluminis,quæ ſecundum agrum meum ,id eſt iuxta, exponit glo.ff.de acquir.rer.domin.in l.penult.§.fi.incipiente , ſecundum ripas , id eſt iuxta , exponit gloſſ.ff.de flumi. & l.ſi quando. §.fi.ſecundum cuius parietem , id eſt , iuxta. infrà ſi ſeruitu. vendic.

Aliquando ſecundum facit,& accipitur conditionaliter,per tex.in c.Abbate.ibi, ſecundum approbatam conſuetudinem. de verbo. ſignifi. extr. & facit ad quæſtionem, iudices condemnant aliquem , in centum ſecundum formam ſtatutorum,an faciant litem ſuam? & dic quòd non, ſed hoc modo intelligatur, condemno, ſi ſtatutum dicat : Ideo facit conditionem:quia ſi ſtatuta dicant,valeat,ſi non , ſententia eſt nulla tanquam falſa cauſa adiecta.l.qui teſtamento.de excuſ.tuto.ff.

*Secundum aliquando non facit cõditionem.*

Aliquando non facit conditionem in l.pen. C.de inſti.& ſubſti.ſub condi.fac.tex.in l.eum. §.Iulia.& ibi Bar.de conſti.pecu. vbi dicit Bart. quòd ſi iudex cõdemnat Titium ad dandum vnum par caponum ſecundum quod ſui prædeceſſores fecerunt , quòd licet ſui prædeceſſores non ſoluerint, tamen ipſe condemnatus tenetur ſoluere.de iſtis vide fuſius Alberic.in dictio.in verbo,ſecundum.& Bar. in extra.ad reprimendum.in verbo, prout.& ſum expeditus de 1.parte glo.





Sequitur ſecunda pars.glo.& opponitur pro dicta glo.dicimus quod non licet habere tubulos adiunctos ſecundum parietem communem. contra l.fiſtulam. §. fin. infrà eodem.vbi dicit tex.quod in pariete communi,licet habere ſcalas : hîc dicimus contrarium,quare malè. glo.dicit ſecus in ſcalis , quàm in tubulis : non tamen aſsignat rationem diuerſitatis. ſed text. in d.l.fiſtulam.aſsignat,dicens quod ſcalæ poſſunt remoueri de facili:tubuli non:quare tubuli prohibentur apponi,vt ibi.ita dicit tex.declarando hunc rationem glo.

Cæpola verò de ſeruitu.vrba. prædio.in ſuo tracta.c.54.dat aliam rationem quare in communi pariete quis poteſt apponere ſcalas & nõ tubulos : quia per tubulos committitur damnum parieti communi ex flamma ignis : ſed per ſcalas non: & dicit quod hæc fuit intentio iſtius glo.licet Angel.eam reprobet,ſed ſequendo iſtam rationem , ſi ſcalæ noceant parieti, tunc inuito ſocio non poſſent apponi : vt hîc dicit Angel.per hunc text.

*Scalæ quando non dicantur afferre damnum.*

Quando dicantur non afferre damnum, dicit Bar.in l.fiſtulam.in fi. quod quando non impediunt refectionem parietis , vel quando ſublato communi pariete ſcalæ poſſunt ſtare per ſe , vel quando aliud impedimentum vel damnum proueniret muro communi , puta quia oſtium fieri debebat, & ſcalæ impediunt, vel feneſtra,vel aliud ædificium. in d.tracta. de ſcal.col.1. per text.in d.l.ſi ſcalam. infrà.eod.& tex.hîc. & ſic ſcalæ ligneæ regulariter poſſunt apponi per vnum ex ſociis iuxta murum communem:quia de facili remoueri poſſunt.d.§.fi. & ſic communiter damnum muro communi non poſſunt inferre. ſecundum tex. & Cæpol. ſuprà allegatos.

Quid dicemus de ſcalis lapideis, quos gradus vocamus , an poſsint apponi iuxta parietem communem per vnum ſociorum?& videtur quòd non,ſequendo rationem.§.fin.l.fiſtulam,quia de facili remoueri non poſſunt. tamẽ contrarium eſt verum:quia ſublato pariete per ſe ſtare poſſunt.l.fiſtulam.§.iuxta.& ibi Bal.infrà eodem.eſt tamen differentia in hoc,quia facilius lapideæ nocere poſſunt quàm ligneæ.ſed in cæteris paribus nulla eſt differentia:quia vbi nullum fit per eas damnum,fieri poſſunt, aliàs non. Ita notat Cæpol. in tracta. de ſerui. vrba. prædio.in c.54.de ſcalis.ponens vnam regulam pro ſociis habentibus rem communem , cúm quæritur an quando duo ſocij habent murum communem poſsint aliquid in muro cõmuni apponere vel vnus eorum , & dic quod debet attendi an illud quod appropinquatur , poſsit per ſe muro ſublato ſtare,vel ſuſtineri,nam tũc poteſt apponi,aliàs ſecus.d.§.iuxta.

Item conſiderandum eſt an illud quod muro communi apponitur,impediat refectionem communis parietis, vel domus & non poteſt: aliàs ſecus.in d.§.iuxta.

Item conſiderare debemus an illud quod ponitur in muro communi inferat aliquod damnum : & non poteſt parieti communi apponere:aliàs poteſt.& ſic loquitur §.iuxta.& ibi doct.& Cæpol.vbi ſuprà.

Et ſupradicta non ſolùm habent locum in ſcalis,ſed in alia quacunque re. quod valde eſt notandum : quia multæ quæſtiones decidi per hoc poſſunt : puta de ædificio , & aliæ multæ, ſcilicet an quis poſsit ædificare iuxta parietem communem : & dic vt fuit dictum , an afferat damnum vel non. & diſtingue vt ſuprà fuit dictum.

*Scalæ in ſolo publico fieri non poſſunt.*

Quæritur , aliquis vult ædificare ſcalas in ſolo publico iuxta domum ſuam, an poſsit?& breuiter dicas quòd non:quia ſolum publicum non licet alicui occupare.tub.ff. ne quid in loco publico. per totum. niſi quatenus ſe extendit ſtillicidij rigor.per tex.in arg.in l.fin.de ſerui. vrba. præd. tamen Cæpol. vbi ſuprà dicit conſuetudinem eſſe attendendam. l. an in totum. C.de ædif. priuato & quod ibi dicitur, & notatur.

Sed an quis poſsit facere ſcalas ſupra ſolum vicini?dic quod non per l.fin. de ſerui. quia ſolum debet eſſe liberum vſque ad cęlum,niſi eſſet ſeruitus impoſita.

An appellatione domus veniant ſcalæ ? dicas quod non:aut ſcalæ ſunt extra domum,ſeu extra oſtium domus, & tunc appellatione domus non continentur:ideo infertur quod maleficium quod fit in ſcalis exterioribus non dicitur in domo factum.Bar.Flo.& alij in l.fiſtulam.§.fi.infrà eod.

Infertur & aliud an lex , plerique. de in ius vocan.habeat locum,puta quia ſicut pro debito ciuili quis non poteſt capi in domo,ita non poſsit in ſcalis capi?dic quòd imo poteſt capi, & non habet locum l. plerique. in ſcalis exterioribus ſecundum Bartho. Cæpol.in tracta.dę ſerui.vrba.præd.c.54.de ſcalis.

*Muros ciuitatis trãſcẽdens capite punitur.*

Quid ſi ſcalis appoſitis iuxta muros ipſos ciuitatem tranſcenderit, dic quod capite debet puniri.l.fi.de rerum diuiſ.ff.& §.ſanctæ.inſti.eo. tit.idem dicas ſi quis aſcenderit caſtrum quod habet murum,per tex.ſingula.in l.deſertorem. §.miles. ver.nec non & ſi quis vallum &c. ff.de re militar.ſecundum Rom.ſingul. 743.quæſtio eſt de facto.vide docto.maximè Bal.in d.l.fi.de rerum diuiſi.

Quæ ſit pœna apponentis iuxta alium parietem.doct.in d.§.ſanctæ.inſti. de rerum diuiſ. De his omnibus Deo Optimo Maximo, virginique Mariæ, ac omnibus cælicolis gratias quas poſſum ago,vóſque auditores beneuoli bonięquique conſulite.

# REPETITIO D. PETRI REBVFFI MONTISPESSVLANENSIS, I.V.D. ET COMITIS, L. VINVM.

*ff ſi certum petatur. in qua quatuordecim regulæ traduntur.*

PRIMA regula eſt, ante litem conteſtatam ex quadam ęquitate licitũ eſt moram purgare: ſecus de iuris rigore. text. eſt in l.ſi inſulam.infrà de verbo. obliga.& tex.in l.ſi ſeruum.§ ſequitur.eod.tit. vide quinque limitationes ad hanc regulam per Iaſ.in d.l.ſi inſulam.

Secunda regula eſt, poſt litem conteſtatam purgatio moræ non eſt à lege permiſſa iuribus ſuprà allegat. Ratio iſtius regulæ eſt, quia lite conteſtatã debitor eſt in duplici mora, quæ magis nocet quàm vna tantum: immo geminata interpellatio impedit morę purgationem. tex.ſingularis in l.traiectitiæ.in princ.iuncto §. de illo.ff. de actio. & obligat. Bart.& moder.in d.l.ſi inſulam. & de geminatione, vide melius quàm alibi per Fel. in cap.ſi cauſa. col. 5. extrà de fide inſtrument.

Tertia regula eſt, vbi eſt dies expreſſa, non eſt neceſſe interpellare debitorem: quia dies interpellat pro homine, & conſtituit debitorem in mora.text.ad literam in l.traiectitiæ. §. de illo præallegato.& tex.in l. magnam. C.de contra. vel committ.ſtipula. text. in c.licet canon. de electio. lib.6. & hoc non ſolum procedit in die expreſſa, ſed etiam in die tacita.tex.in c.potuit.extrà de loca.& conduc.& in l.2. C.de iure emphyt. glo ordinaria in l. ſi mora. ff. ſolu. matri.vide nouem limitationes.ad hanc regulam per Iaſ.in d.l.ſi inſulam.

Quarta regula eſt, quod vbi eſt dies in pœna, non poteſt mora purgari etiam ante litem conteſtatam, per iura allegata in præcedenti regula.ex quo ſequitur emphyteuticarium non poſſe purgare moram ſi ceſſauerit biennio in ſolutione penſionis: quia vbicũque dies & pœna procedunt ab eodem fonte, non poteſt mora purgari.glo.notab.in d.c.licet canon. in verbo, priuatas.de elect.in 6.

Quinta regula eſt, quod vbicunque à lege vel ab homine fit ipſo iure executio, non admittitur moræ purgatio. text.eſt in l.ſi is cui. ff. de leg.2. & pone exemplum ad hanc regulam de tex.in authen.hoc amplius. C. de fideicom.

Sexta regula eſt, quod vbi à iure repellitur poteſtas appellandi, ibi cenſetur prohibita moræ purgatio.glo.ſing.in c.cupientes. §. quod ſi per viginti.in verbo, expectari.de elect. in 6.& ibi Petr.de Ancha.& Geminianus.

Septima regula eſt, quod iuramentum impedit purgationem moræ.text.in l. ſi quis maior. in verbo, mox. C. de tranſactio. quem ad hoc ponderant ibi Bar.& moder.& in ſæpe allegata l.ſi inſulam.

Octaua regula eſt, quod iuramentum conſtituit debitorem in mora abſque alia interpellatione.Alexand. & Iaſ. in l. quod te.ſuprà eodem tit.

Nona regula eſt, quod ſola oblatio verbalis non conſtituit creditorem in mora, imò requiritur realis conſignatio, & pecuniæ depoſitio. tex.in l qui decem.in princ.infrà de ſolutio.tex. in l.obſignatione.C.illo tit. facit text.in l.acceptam.C de vſuris Bart.& plene moder.in l.qui Romæ.in princ.infrà de verb.oblig.

Fallit iſta regula, quando oblatio verbalis fuit facta in iudicio, quia tantum operatur quantum realis conſignatio, & pecuniæ depoſitio.tex.ſingular.in l.ſi rem alienam.§. fin.ff.de pigno.actio.& modern.vbi ſuprà.

Decima regula eſt, quod iuſta cauſa differendi ſolutionem, & litigandi, excuſat debitorem à mora. text. in l. ſciendum. infrà de vſuris. imò excuſat ab omni pœna. Ioan.Andr. in c.1.§.fi.de electio. in 6. & adde quod ſi debitor fuerit prohibitus ſoluere à iudice ad inſtãtiam creditoris ſui creditoris, & pecunię fuerint areſtatæ in manibus illius, iſta eſt iuſta cauſa differendi ſolutionem, quæ excuſat ab omni pœna. tex.ad literam in l.fin.infrà de leg.commiſſo.& bonus text. in l. hæres cum debuerat. infrà ad Trebelli. vide doct.in l.iuſtè poſsidet. infrà de acquiren.poſſeſſ.

Vndecima regula eſt, quod in ſtipulationibus iudicialibus vbi eſt dies & pœna, poteſt mora purgari infra paucos dies. ratio iſtius regulæ eſt, quia ſtipulationes iudiciales ſunt prætoriæ, & æquitate nituntur. text. in l. & ſi poſt tres. ſuprà ſi quis cautionib.Bart. & plenè moder.in d.l.ſi inſulam.& canoniſtę in cap.potuit. extra de locato & conduc.

Duodecima regula eſt, quod dies aſsignationis termini non computatur in termino ad conſtituendum debitorem in mora. omnes doc.in l.1.ſuprà ſi quis cautionib. An autem iſta regula procedat in beneficialibus, vide gloſatorem regularum cancellariæ, regula 18.& Chaſſaneum in conſuetudines Burgundiæ tit. *des iuſtices & droicts d'icelle.* §.8.in verb *& iour.*

Decimatertia regula eſt, quod in actibus extraiudicialibus ad conſtituendum quem in mora, ſufficit vnica interpellatio. gloſſ.in clem. 1.in verbo, requiſierit.de hæreticis. adde glo. in clem.1.in verbo, factam.de decimis.& glo. in c. cupientes.§. quod ſi per viginti. in verbo, propoſita.de electione. in 6. & de iure ciuili ſunt

tres



tres glo.1.eſt in l.qui Romæ. §.cohæredes. ff.de verb.oblig.2.in hac l.in principio.glo. magnæ. 3.in l.ſi tempora. C. de fide inſtrument.& iure haſtæ fiſc.lib.10.

Iſta regula ampliatur etiam in monitione & interpellatione iudiciali, quæ fit pro aliquo excommunicando: quia tunc etiam vnica ſufficeret, quando epiſcopus, vel officialis dicit, monemus talem vt ſoluat infra decẽ dies ſub pœna excõmunicationis: & in caſu oppoſitionis veniat coram nobis debitã iuſtitiam recepturus, quia lapſa dilatione poteſt excommunicari. glo.ordinaria in c.ex parte.in primo, in verbo, ſi verò.de verbo.ſignific. vide bonam glo.in l.de pupillo.§.meminiſſe.ff. de noui operis nũtiatio. Nota tamen vnum ſingulare, quod ſi rector vniuerſitatis moneat baccalarium ne habeat legere cum pecuniis diebus ordinariis ſub pœna excõmunic.quam ferimus in his ſcriptis, ſi faciat oppoſitum, non eſt excommunicatus niſi ſecuta declaratione.gl.ſtupenda.in c.vnico de ſagittariis.adde glo.in c.relatum.de iure patrona. de iſta regula vide melius quàm alibi per Fel.in c.ex literis. de conſti.& Ludo.Rom. in conſi.427.incip.in propoſito caſu.quod not.

Decimaquarta & vltima regula eſt, quod in actibus iudicialibus ad conſtituendum quem in mora, ſeu contumacia, trina monitione & interpellatione opus eſt, vel peremptorio.per l. tres denuntiationes. C.quomodo & quando iudex.& in l.1.§.item cum ex edicto.ff.quę ſententiæ ſine appella.reſcindunt. illa enim eſt canonica & legitima interpellatio, quæ eſt trina. cano.de illicita. 24. quæſt.5. & in cano. omnes decimæ.17. quæſt.7. vide decem limitationes ad hanc regulam per Fel. in c.conſuluit.extrà, de offic.delega. & vide canoniſtas in c.ad petitionem.extrà de accuſationib.

Vltimò in iſta materia nota vnum ſingulare, quod patroni lapſo termino ad præſentandum, non poſſunt moram purgare. Panor.in c. vltimo.de iure patrona. Domini de Rota deciſio. 263. & Rochus de Curte in tractatu de iure patron. in verbo, honorificum. quod vbi lex facit ipſo iure executionem, non admittitur moræ purgatio. l.ſi cui. ff. de legat. 1.bonus text. in l. 2. in verbo, mox. C.de iure emphyteut.

# REPETITIO D. PETRI REBVFFI MONTISPESSVLANENSIS, IVRIS VTRIVSque doctoris & Comitis, ſuper l. mora. ff.de vſur.

PRO clariori intellectu ſtius legis, mora, quæ materiam habet profundam & ſubtilem, præmittendum eſt, quòd mora conſtituitur principaliter tribus modis.

Primò per lapſum diei appoſitæ, cũ dies dicatur interpellare pro homine, & conſtituere quem in mora.vulgata l.magnã.C.de contrah. vel cõmit.ſtipul.facit tex.in l.traiectitię.§. de illo.ff.de actio.& obli.& text.in c. licet canon.de elect. lib.6.& iſta concluſio procedit nõ ſolum in die certa, & inuariabili, verũ etiam in die variabili de die in diem ad nutũ creditoris: quia talis dies variabilis veram cauſat moram.tex. ſing.in l.cum ſtipulatio.ff.de verb. oblig.quem tex.ad hoc exclamant ſingularem moder. in l. ſi ex legati cauſa.ff.de verb.oblig.

Secundò procedit iſta concluſio nõ ſolum in die expreſſa, verùm etiam in die tacita tacitè ſubintellecta à lege per l.ſecũdam, circa finem. C.de iure emphyte. & in c.potuit. extrà de loca.& conduc.vide plura ſimilia ad propoſitum de pari virtute expreſsè & tacitè, per Iaſ. in l. cum quid.col.1.cum ſequentibus.ff.ſi cert. pet.

Tertiò notandum eſt in hac materia, quia potentior eſt mora quæ contrahitur per lapſum diei: quia conſtituit in mora debitorem ignorantem. per l.ad diem. ff.de verbo.obliga. quàm illa mora quæ contrahitur per interpellationem hominis: quia talis quæ facto hominis contrahitur, non obligat debitorem ignorantem, nec facit eum moroſum. per text.in l. quod te. ff. ſi certum peta. alias extenſiones & ampliationes ad hanc materiam vide per moder.per dictam l.ſi ex legati cauſa, & per repetentes in l.ſi inſulam.ff.de verb.oblig.

Secundo modo contrahitur mora per hominis interpellationem: vt clarè decidit text. hic, & in d.l. ſi ex legati cauſa. in verbo, interpellatus, iſtud tamen eſt intelligendum quod interpellatio hominis conſtituit quem in mora nõ ad vnguem, ſed poſt lapſum temporis, intra quod tempus debitor interpellatus potuit ſoluere, vel facere diligentias de ſoluendo, & pro quærendis pecuniis, quod tempus eſt in arbitrio iudicis.glo.eſt ordinaria.in l.Aemilius Largianus. ff. de minorib.& eſt ſimilis in l.diuortio.in prin.ff.ſolu. matri. & pro illis glo. eſt tex.ſingularis.in l.ſi quis filium. §. ſtipulatio.ff. de collatio.bonor.in verbo, interpellatus cum temporis ſpatio.

Vlterius eſt aduertendum quod ſola interpellatio extraiudicialis quẽ in mora conſtituit. & in hac ſentẽtia recurrit cõmunis ſchola gloſarum tam iuris ciuilis, quã canonici.de iure ciuili ſunt gl.ſequentes. Prima in l.vinum.in gl. magna, circa principiũ.ff.ſi cert.pet.Secunda in l.qui Romæ.§.cohæredes.in verbo, teſtato.ff.de verbo.obligat.Tertia in l. fideiuſſor obligari.§. fin.ff.de fideiuſſorib. Quarta in l. amplius non

peti.

peti.ff.rem ratam haberi. & iſtas quatuor gloſas cumulant moder.in d.l.vinum. & vltra adde quintam glo. de iure ciuili. in l.ſi tempora. in verbo,profitearis.C.de fide inſtru.& iure haſtæ fiſca lib.1.quam glo.extollit Ludo.Rom.in l.ſi ex legati cauſa.in princ.ff.de verbo.oblig.de iure verò canonico ſtant aliæ glo.1.eſt in cano. ſi epiſcopus.in verbo,perceptione regia.18.diſt.

Secunda eſt in c.cupientes.§.quod ſi per viginti.in verbo,propoſita.de electio.in 6.Tertia in cle.1.in verbo,requiſierit.de hæretic. Quarta in cle.1.in verbo , factam. de decimis. & iſtam opinionem firmat communis doctrina doc.in l.quod te.& in l.vinum.præallegat. & in l. ſi ex legati cauſa.& in l.ſi inſulam.& in l.qui Romę. §.Seia.vbi eſt bonus tex. ad iſtud propoſitum. ff.de verb.oblig.

Quia tamen neque gloſæ neque doctores vbi ſuprà non bene declarant an ad conſtituendum quem in mora ſufficiat vnica interpellatio extraiudicialis , an verò requiratur bina,vel trina interpellatio,vt quis dicatur in mora conſtitui:quem hunc articulum melius quã alibi intendo hîc amplè examinare, adducendo primo in loco fundamenta pro communi, & deinceps contra communem.

Et primò pro communi ſententia , quod vnica ſufficiat interpellatio ad conſtituendum quem in mora,eſt tex.melior.de iure in l.Titia Seio.§.vſuras.ff.de lega.2. dum text. dicit , pro mora hoc habendum , quòd ſufficit ſemel interueniſſe , ſcilicet per ſtipulationem. dicit glo. vt perpetuò vſuræ debeantur.in quo text. ſemper facio magnum capitale pro communi opinione.

Secundò fulcitur communis ſententia per tex.in l.ſi parte.C.de vſuris. vbi text.vult,quòd vnica debiti oblatio à debitore creditori facta, conſtituit in mora creditorem,& impedit curſum vſurarum.

Tertiò accedat pro hac opinione text. in l. acceptam.C.eodem.vbi tex. luculenter probat, quod vnica ſolennis depoſitio, ac pecuniæ debitæ conſignatio, impedit tantũ currentes vſuras,& creditorem ſic interpellatum reddit moroſum,vt ſuper vſuris ſit ei petẽdi via pręcluſa.

Quartò fortificatur hæc pars per text. aureum in l.ſi fundum. C. de rei vendi. vbi text. aperto ore vult,quod per vnicam denuntiationem extraiudicialem quis conſtituitur in mora,& in mala fide.

Quintò corroboratur iſta ſententia per tex. in l.vt perfectius.C.de anna.exceptio.vbi litera vult,quod ad interrumpẽdum præſcriptionem ſufficit vnica proteſtatio.facit tex.in c.ſi iuſtus. de appellatio.extrà.& in cap.paſtoralis.de officio ordina.

Sextò adduco bonum tex.in l.1. §.permittitur.in §.denuntiare. ff.de liber. agnoſcend. vbi litera vult , quod facto diuortio ſi mulier dicit ſe prægnantem,debet hoc infra 30. dies marito denuntiare ad fines,vt maritus partum agnoſcat , & ad conſtituendum eum in cura.agnoſcendi partum,ſufficit vnica denuntiatio extraiudicialis.quem tex.hîc ponderat Bal. in d.l.vinum.col.vlt.quod nota.

Septimò corroboratur iſta pars per aureum dictum eiuſdem Bal.in d.l. vinum. vbi egregiè vult, quod non ſolum interpellatio extraiudicialis vnica quem in mora conſtituit,quinimo ſola debilis notificatio,per tex.in l.Paulus.in 2. §.1.ff.de bonis liber.imò in fortioribus terminis voluit Bart.in l.1.in princ.verſic.3.dixi.ff.de noui operis nũtiat.& latius idem Bar.in l. ſi is qui bona.§.ſed quid ſi mandaui.ff.de acquiren.hæred.per illum text. quod ſi creditor extra iudicium dicat debitori , amice indigeo illa pecunia,per talia verba enuntiatiua debitor in mora conſtituitur , licet multi in hoc contrarium tenuerint, contra Bar.tamen ſentẽtia Bar. continet radicem veritatis , vt plenè demonſtrant moder.in d.l.vinum.

Octauò roborantur præmiſſa per text. in l. denuntiaſſe.in prin.ff.ad l.Iuliam de adulteriis, quem expreſsè ad hoc ponderat ibi Bart.quod denuntiatio adulteri de qua ibi per iureconſultum extraiudicialis ,.& vnica , ſufficit vt dicatur ſatisfactum diſpoſitioni legis.quod nota.

Nonò confortatur iſta opinio per text. ſingularem in l.ceſſante.C. quomodo & quando iudex.ponderando tex.ibi dum dicit, aduerſus eos qui admoniti adeſſe iudicio noluerint.qui text. probatur gloſſ.ibi , & communiter doctores:quod ad conſtituendum quem in contumacia,& quod contra eum poſsit ferri ſententia, ſufficit vnica monitio iudicis , & interpellatio.& ita per illum tex. dicit glo. ſolennis in c. conſuluit. extrà de offic.delega. in verbo, terminum.

Decimò & vltimò facit tex.in l.2.C.de pact. inter empto.& vendi.ponderando tex.ibi dum dicit , habita ratione eorum quæ poſt oblatam quantitatẽ ad aduerſariũ peruenerint. per quẽ tex.datur inuiolabilis regula,quod vnica oblatio & conſignatio venditoris conſtituit emptorem in mora faciendi reuenditionem , adeo quod tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum perceptorum à die oblationis, & interpellationis ſibi factæ per venditorem de facienda reuenditione.

Pro parte autem contraria , quod ad conſtituendum quem in mora non ſufficiat vnica interpellatio extraiudicialis , ſed requiratur bina,vel trina interpellatio,adducuntur ſequẽtia.

Et primò text. rotundus in authen. ſtatuimus.de epiſcopis & cleri.C.dum tex. dicit,tertiò requiſitus iuriſdictionem ſuam amittat.per quem text. probatur quod ad hoc quod iudex eccleſiaſticus dicatur eſſe in negligentia , & in mora adminiſtrandi iuſtitiam perſonis eccleſiaſticis , & dicatur eis iuſtitiam denegare , requiritur quod ter interpellatus hoc facere denegauerit, quo caſu emanata trina interpellatione eſt in notoria mora,& meritò iuriſdictione ſua priuatur:vnica igitur interpellatio non ſufficeret vel bina.

Secundò accedit text. ſingularis in l.ſi conuenerit.in 1.ff. de pignora. actio. ponderando tex.



tex.ibi in fine, niſi ter fuerit ei denuntiatum vt ſoluat.vnde dicit ibi iureconſultus,quod ſi inter debitorem & creditorem ſit initum pactum de non vendendo pignore,nihilominus creditor poſt trinam denuntiationem & interpellationem factam debitori de ſoluẽdo, poteſt rem pignoratam vendere:quod non poſſet per vnicam, vel binam interpellationem.quod nota.

Tertiò pro hac ſententia facit tex. clarus in c.1.de ſupplenda negligentia prælatorum.extrà ibi,epiſcopus tertiò requiſitus.vbi Rom.Pont. firmat regulam , quod ad hoc vt epiſcopus dicatur eſſe in mora, & in negligẽtia benedicendi Abbatem,vt Abbas attenta.negligentia epiſcopi poſsit liberè benedicere monachos , operæpretium eſt,quod ad id faciendum epiſcopus ab Abbate ter fuerit requiſitus , & interpellatus.

Quartò fortificatur iſta opinio per text. ad literam in c.vnico.de milite vaſallo qui contumax eſt.in vſibus feudorum,vbi tex.vult, quod ad hoc vt vaſallus dicatur eſſe in mora , & in contumacia faciẽdi debitum erga dominum, vt meritò propter ſui moram & contumaciam debeat feudo priuari , requiritur quòd contra eum ſubſecuta fuerit trina interpellatio : & econtra ad hoc vt dominus dicatur in mora & negligentia adminiſtrandi iuſtitiam vaſallo,vaſallus propter denegationem iuſtitiæ poſsit dominum ſuum deprædare , requiritur quòd contra dominum bona monitio manauerit.

Quintò fulcitur iſta opinio per tex. in auth. licet.C.de epiſcopis & cleric.ponderando text. ibi,dum dicit,ſemel , vel bis Abbati , epiſcopo, vel œconomo moniti.& probat ille text. quod ad hoc quod executores teſtamentarij dicãtur eſſe in mora adimplendi voluntatem defuncti , vt meritò epiſcopus tanquam legalis executor poſsit vltimã voluntatẽ exequi , requiritur quod bis monitus hoc facere poſtpoſuerit.

Sextò ad præmiſſa facit text. in cap.ex tuæ. extrà de cleri.non reſiden.vbi text.apertè decidit, quod ad hoc quod vt beneficiatus dicatur eſſe in mora, & negligentia reſidendi in beneficio , vt propter eius moram & negligentiam epiſcopus de illo beneficio poſsit prouidere alteri, requiritur quod ter monitus & interpellatus noluerit in beneficio reſidere.

Septimò pro hac opinione adducitur tex.in c.ſi quemquam.de cohabi. cleri. & mulier. vbi litera vult , quòd antequam aliquis tanquam publicus concubinarius poſsit excommunicari,& puniri aliis pœnis à iure proditis , requiritur quod ter monitus & interpellatus noluerit concubinam dimittere,& idem hodie deciditur in concordatis.in tit.de concubina.

Octauò coroboratur iſta pars per tex.ſingularem in authen. ſi is quem quis de vxore habet ſuſpectum. C.ad leg.Iuliam de adulteriis, vbi legiſlator vult, quod quando aliquis habet quendam ſuſpectum de vxore ſua , quia eius domum aliquando ingreditur , ad hoc quod propter talem ſuſpicionem poſsit eum occidere,oportet quod contra eum trina vice proteſtatus fuerit , & illum monuerit trina monitione de non amplius ingrediendo domum ſuam : & ſi poſt trinã monitionem reuertatur, poteſt impunè occidi à marito.

Nonò corroborantur præmiſſa per authen. iubemus. C.de iudi. vbi imperator vult , quod ad hoc vt iudex poſsit habere pro renuntiato & concluſo in cauſa , & præcludere viam partibus omni productione,& allegatione ceſſante , neceſſarium eſt quod eiſdem dentur tres dilationes, quælibet illarum duratura per tempus ibi deſcriptum , quibus dilationibus lapſis partes dicuntur in mora,& in negligentia producendi , & allegandi : meritò iudex ſecluſa omni productione poteſt iudicare proceſſum in ſtatu.

Decimò pro iſta ſententia tex. ſingularis in l.cum poſtulaſſem.ff. de damno infecto. quem tex.exclamat ſingularem Bar.ibi,quod ad conſtituendum quem in mora , non ſufficit vnica interpellatio extraiudicialis, ſed requiritur litis conteſtatio:quod nota.

Vndecimò contra communem ſententiam facit text. ſingularis in l. ſed & ſi alia die. ff.de conſtit. pecu. vbi eſt text.ſingularis ſecundum Saly.ibi,quod cum creditor ſemel fuerit in mora recipiendi debitum à debitore , ſi deinde extra iudicium interpellet debitorem vt ſoluat , non conſtituit debitorem in mora , imò neceſſariò requiritur quòd contra eum litem conteſtetur.

Duodecimò contra communem facit text. ſingularis ſecundum Bart. ibi in l. Aemilius Largianus.in prin.ff.de minori.vbi tex.mirabilis vult , quod quando debitor ſemel fuerit in mora conſtitutus à creditore, ſi deinde iterato interpellatur à creditore extra iudicium,per talem interpellationem non conſtituitur in mora debitor : imò iſta interpellatio tollit & purgat moram præcedentem.de cuius l. intellectu vide plenè Iaſ.in d.l. ſi ex legati cauſa. colum. penul.& fi.

Decimotertiò facit illa l. vulgato , tres denuntiationes.C.commo.& quando iudex.vbi imperator firmat regulam quod ad hoc vt quis dicatur in mora , & contumacia comparendi in iudicio, neceſſarium eſt, quod contra eum interueniant tres denuntiationes , & tria edicta.facit tex.in l.ad peremptorium.& in l.& poſt edictum.ff.de iudiciis.

Decimoquartò adduco glo. ſingularem. in §.ſi quis non implens.in verbo , admonitus. in authen.de hæredi.& falcid. collatio.1. quæ glo. ſemper ſolet allegari, quod ad priuandũ quem à iure ſuo,requiritur bina vel trina monitio, & interpellatio:quia vnica non ſufficeret.

Decimoquintò facit tex.in cano. de illicita. 24.quæſt.3.& in cano.deſine.16.quæſtio.7.quæ iura volunt,quòd illa meretur dici iuridica & canonica monitio & interpellatio , quæ eſt trina.de quo vide glo.& doct. in c.ex literis. extra de conſtit.

Decimoſextò & vltimo facit clem.vnica, de vita &

vita & honeſta.cleri.iuncto c.1.eod.tit.in 6.quibus viribus cautum eſt quod ad hoc quod clericus perdat priuilegium clericale, quia non defert habitum, vel tonſuram, vel ſe immiſcet negotiationibus à iure prohibitis, requiritur quod ter monitus perſeuerauerit. Et ſic ex his decem & ſex fundamentis remanet impugnata communis ſchola legiſtarũ, quæ habet quòd ad conſtituendum quem in mora, ſufficit vnica interpellatio extraiudicialis. Pro reſolutione iſtius materiæ nota ſequentes concluſiones.

Prima concluſio eſt, quòd vbicunque agitur de priuando quem iure ſuo ad conſtituendum quem in mora, non ſufficit vnica interpellatio, nec etiam eſt bina vel trina, cum agitur de graui præiudicio. & ita poſſunt intelligi decem & ſex fundamenta contra communem opinionem adducta. & hanc concluſionem firmat latè Fel. *in cap. ex literis.* extra de conſtitutionib.

Secunda concluſio eſt, quod cum non agitur de priuãdo aliquem iure ſuo, ſed ſolum de conſtituẽdo eum in mora, vt ratione moræ teneatur ad intereſſe, & ad vſuras, & ad alia contra moroſos à iure prodita, ſufficit vnica interpellatio extraiudicialis ad conſtituẽdum eum in mora. Et ita poſſunt procedere decem fundamenta pro communi ſententia adducta: & vltra illa decem fundamenta facit tex.in l. fin. in princ.iuncta glo.in verbo, denuntiatione. C. de iure dominij impetran. quæ clarè decidit per illum tex. quod ad conſtituendum in mora debitorem ſufficit vnica denuntiatio, vel interpellatio extraiudicialis.

Tertia concluſio eſt, quòd in actionibus iudicialibus ad conſtituendum quem in mora, & contumacia requiruntur tres citationes & interpellationes ad hoc quod contra contumacem & moroſum poſsit procedi ad ſententiam. & ita intelliguntur tex.in c.vnico.de mili.vaſallo qui cõtumax eſt, & authen.iubemus. & l.tres denuntiationes. quæ fuerunt allegatæ contra communem, de qua materia vide latè Fel.in c.conſuluit.col.pen.& fin. extrà de offic. delega.quod nota.

Quarta concluſio eſt, quod in his quæ debentur iure actionis, & in extraiudicialibus, ad conſtituendum quem in mora, ſufficit vnica interpellatio extraiudicialis. & ita intelliguntur etiam prędicta decem fundamenta pro communi adducta. & declarat Fel.in d. c.conſuluit.& doctores in locis præallegat.

Quinta & vltima concluſio eſt, quod in his quæ veniunt officio iudicis non iure actionis, ad conſtituendum quem in mora non ſufficit interpellatio extraiudicialis, ſed requiritur litis conteſtatio per dictam l.cum poſtulaſſem.vide plenè Iaſ.in l. vinum.in princ. ff.ſi certum peta. quod nota.

Vltra præmiſſa in materia interpellationis nota tria ſingularia.

Primum ſingulare eſt, quod cum eſt quæſtio inter debitorem & creditorem, ſi contra debitorem præceſſerit interpellatio, creditor habet intentionem iuris præſumptione fundatam, cum debitor in dubio ſemper præſumatur interpellatus per tex.ſingularẽ in l.in fideicõmiſsi.ſuprà eodem.in princ.ponderãdo text. ibi, tametſi non facile euenire poſsit, vt mora non pręcedente perueniatur ad iudicem.quem text.magnificat Felin.in cap. quoniam contra falſam.colum.7.extrà de probatio.& Hippolytus de Marſiliis in l.patre vel marito.fol.3.infrà de quæſtionib.

Secundum ſingulare eſt, quod tantum interpellatio creditoris tunc demum conſtituit quem in mora, ſi fiat loco congruo, vt vult iuriſcõſultus hîc, in princ.& in l. in ſolutionibus. ff.de ſolutio. & in l. qui Romæ. in princ. ff. de verbo.oblig. attamen ſi ad locum deſtinatum ſolutioni nõ ſit tutus acceſſus propter peſtem, vel guerram, vel alio modo, creditor alio loco tutiori, quàm deſtinato ſolutioni poteſt debitorem ſuum conuenire, & interpellare, & illa interpellatio ſuffragabitur creditori, & conſtituet debitorem in mora, per tex. ſingularem in l.vſura.C.de ſolutio. quem text. exclamat ſingularem Ludo.Roma.in conſil.307. quem latè ſequitur Fel.in c.accedens.in 2.col.9.extrà vt lite non conteſta.

Tertiò notandum eſt ſingulariter quod creditor de neceſsitate antequam debitorem in iudicio conueniat, non tenetur ſibi per præambula denuntiare, & eum interpellare, niſi ex quadam vrbanitate. ita decidit glo. ſingularis iuncto text.in verbo, denuntiare.in §. appellamus inſti.de actio. & ibi moder. multa cumulant.ad propoſitum facit tex. in l.debitores. C. de pigno.& tex.in l.quidam Hiberus. ff.de ſerui. vrban. prædi. & ſic ex præmiſsis remanet plenè expeditus & declaratus ſecundus modus, ſcilicet conſtituendi quem in mora, ſcilicet per interpellationem.

Tertiò modo conſtituitur quis in mora per litis conteſtationem, de quo modo habetur in l.nemo rem alienam.§.1.ff.de verbo. obligatio. & declarat glo.magna hîc in 2.parte.

Conſequenter pro intellectu iſtius legis præmittendum eſt, quod ſicut nos habemus in iure noſtro moræ conſtitutionem, quæ conſtituitur modis ſuprà enarratis, ita habemus moræ purgationem per quam moræ purgationem mora iam conſtituta, & commiſſa tollitur, & omnis eius effectus. & eſt aduertẽdum quod iſta moræ purgatio eſt inuenta à lege ex æquitate, per text. meliorem de iure in l. ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verbo.oblig.ibi, ex bono & æquo. Nam ſi iuris rigorem intueamur, moræ purgatio non debet admitti: cum rigor iuris expoſtulet, quòd dolus ſemel commiſſus non poteſt purgari. per l.primam in §. ſi rem depoſitam.ff.depoſiti.facit tex.in l.rogo.& in l. quidam teſtamento.ff.de fideicom.liber. & iſta purgatio moræ tripliciter fit, vt examinat hîc glo.magna in vltima parte.

Primò per oblationem factam à debitore: quia talis oblatio tollit moram, & omnem eius effectum, per tex.in l.ſemel mora.ff.ſolu. matri. & per



& per text.in l.parui.ſupra de condic.furt.facit tex.in l.qui Romæ.in princ.ff. de verbo.obliga. & quia multoties hæſitatur an ſufficiat ſola oblatio verbalis, vel requiratur realis cõſignatio, & pecuniæ depoſitio.vnde pro reſolutione iſtius materiæ nota ſequentes concluſiones.

Prima concluſio eſt, quòd in rebus immobilibus ſola oblatio verbalis & labialis ſufficit, & æquipollet reali depoſitioni pecuniæ, per text. in l.2.C. quando & quibus quarta pars debea. lib.10.& tex.in authen.dos data.C.de donatio. ante nupt.

Secunda concluſio eſt, quòd ſi debitor velit impedire venditionem pignoris, ſufficit quòd offerat verbo ſoluere: quia per talem oblationem verbalem impeditur venditio rei hypothecatæ, per text.in l.fundus qui Lucij. ff.de reſcind.venditio.accedat tex.ad literam in l.ſi reſiduum.C.de diſtrac.pign.

Tertia concluſio eſt quòd cum debitum eſt intricatum vel obſcurum ſola oblatio verbalis ſuffragatur debitori, vt excuſetur à mora, vel ab omni pœna: per tex.ſingul.in l.ſtatuliber rationum.ff.de ſtatuliber.quem tex.ad hoc exclamat ſingularem Angel.in l.4. §. ait prætor.ff. de re iudic.

Quarta concluſio eſt, quòd ſola oblatio verbalis facta in iudicio excuſat debitorẽ ab omni mora, & pœna, & habet eundẽ effectum quem habet realis depoſitio & conſignatio. per text. ſing.in l.ſi rem alienã.§.fi.ſuprà de pigno.actio. bonus tex.ſecundũ vnam lecturam in præallegata l.qui Romę.in prin.ff.de verb.obl. Et ratio iſtius concluſionis poteſt eſſe, quia quanquam regulariter ſola verbalis oblatio non ſufficiat, quia vbi opus eſt facto verba non ſufficiunt. c. 2.de ſequeſtra. poſſeſ.& fruct. extrà.& glo.in c. paſtoralis. de offic.ordina. attamen quando fit in iudicio, ſufficit ſola verbalis: & eſt maioris potentiæ, quia fomentatur calore iudicij. facit text. in l.pacta nouiſsima. in verbo, apud acta præſidis. cum ibi notatur per moder. C.de pactis.tex.ſolemnis in l.cum oſtendimus.§.fin.C. de fideiuſſo.tuto. Hinc eſt quòd dicimus in ſimili, quòd licet pactum nudum propter ſui frigiditatem non pariat actionem, iuribus vulgatis fallit, quando fit in iudicio: quia tunc actionem parit propter calorem iudicij. gloſſ. ſingul.in authent. generaliter. C. de epiſcopis & clericis.

Quinta concluſio eſt, quòd ad euitationem pœnæ caducitatis, & ne res emphyteuticaria per non ſolutionem cadat, ſufficit ſola oblatio verbalis, per quam oblationẽ verbalem factam ab emphyteuta euitatur ius cõmiſsi: ita per plura reſoluit Iaſ.in l.2.in glo.fi. C. de iure emphy. facit text. in l.acceptam. & in l.ſi per te. C. de vſuris.

Sexta concluſio eſt, quòd ad conſequendum plenam liberationem requiritur realis conſignatio & depoſitio pecunię: quia tunc non ſufficeret verbalis.per tex.in l.obſignatione. C.de ſolutio.accedat text.in d.l.2.C.de iure emphyt. ponderãdo tex.ibi.oblatis.& ſecundum legem depoſitis.facit tex.in l.2.& in l. ſi à te comparauerit.C.de pact. inter empto.& vendi. & ſic ex iſtis ſex concluſionibus remanet lucidata hæc materia, quando ſufficiat ſola oblatio verbalis, vel requiratur realis conſignatio & pecuniæ depoſitio.

Secundò modo purgatur mora per ſtipulationem factam à crẹditore animo nouandi.

Tertio modo purgatur mora per ſtipulationem factam à creditore ſine animo nouandi te extante in præſentia.vt declarat.gl. magna hîc, in fine. ex quibus prædicti tres modi purgandi moram probantur.

Poteſt addi quartus modus per iſtum tex.in ſui principio, ponderando illa verba, ſi non ceſſet debiti repetendi inſtantia. ex quibus verbis probatur, quòd ſi creditor debitorem quem iam in mora conſtituerat, dederit debitori dilationem ad ſoluendum, vel alio modo proroget ſibi terminum, purgatur mora debitoris: quia per talem dilationem & prorogationem cenſetur mora remiſſa. Et vt clarius hæc materia purgationis intelligatur, quando admittatur purgatio moræ, & quando non, nota ſequentes concluſiones.

Prima concluſio eſt, quòd debitor ex quadam legis æquitate ante litis conteſtationem poteſt moram purgare, & euitare effectus moræ, per tex.in l.ſi inſulã.ff.de verb.oblig.& in l.ſi ſeruum.§.ſequitur. eod. titul. ex quo infertur, quòd Iudæus debitor Chriſtiani, non poteſt quoquomodo purgare moram, quia cum purgatio moræ ſit à lege prodita ex æquitate, ſed circa Iudęos, non debet obſeruari æquitas, imò omnis rigor.cap.2. iuncta glo. extrà de Iudæis, vbi vide ampliſsimè Felin. examinantem huiuſmodi paſſum, & Iaſo.in d.l.ſi inſulam.col.2. ff.de verb.oblig.quòd nota.

Secunda concluſio eſt, quòd debitor poſt litem conteſtatam non poteſt purgare moram, per dictam l. ſi inſulam. ratio adeſt in promptu, quia per litis conteſtationem debitor eſt in duplici geminata mora, meritò geminatio impedit moræ purgationem, per text.ſingularem in l.traiectitiæ.§.de illo.ff.de actio. & obligat.& de aliis effectibus, quos geminatio operatur, vide melius quàm alibi per Felin.in cap. ſi cautio.extrà de fide inſtrum. & ad propoſitum de mora geminata vide Iaſon.in l. ſi ex legati cauſa. colum. fina. ſuprà allegata.

# REPETITIO §. NIHIL COMMVNE. L. NATVRALITER. ff. DE ACQVIR. POSSES. PER D. PETRVM REbuffum Montiſpeſſul. Iurium Doctorem & Comitem.

§. Iſte,Nihil commune.habet materiam grauem & ponderoſam, & quotidie verſabilem in actu practico,pro cuius intelligentia nota ſequentes reſolutiones.

Prima reſolutio eſt, quòd illud dictum generale, nihil habet commune proprietas cum poſſeſsione, intelligitur,& verificatur reſpectu ſubſtātiæ, quia diuerſa eſt ſubſtantia poſſeſsionis & proprietatis: ſed reſpectu generis & ſubiecti habent magnam communionem & conformitatem, vt reſoluūt moder.hîc. Adde vltra eos,quòd iſta duo petitorium,& poſſeſſorium adinuicem ſe contingunt ratione ſubiecti:quia concernunt eandē rem:& cognitio vnius confert ad cognitionem alterius,hinc eſt quòd coram codē iudice debent intentari,& terminari. c.1.extrà de cauſ.poſſeſ.& propriet.facit l.1.ff.de quibus rebus apud eund.iudi.agat.& quæ not. gloſſ.& moder. in l.nihil. C.de iudic.hinc eſt, quòd commiſſa prima cauſa ſimpliciter & indefinitè,vtraq; cauſa tam poſſeſsionis quā proprietatis videtur cōmiſſa,ne continentia cauſæ diuidatur, per tex.notabilem.in c.1.extra de ſequeſt.poſſeſ.& fruct. Nota tamen,quòd quādo actor & reus ſunt diuerſi fori, cauſa poſſeſsionis & proprietatis poteſt intentari,& terminari coram diuerſis iudicibus.c.fi.& ibi amplè Feli. quem videas,de iudi.not.per eundē Feli.in c.ex tenore. de reſcript. Hinc videmus obſeruari in regno Franciæ in beneficialibus reſpectu poſſeſsionis, iudices ſeculares de poſſeſſorio cognoſcunt,& iudicant:de petitorio verò recurritur ad iudices eccleſiaſticos:quia hoc operatur diuerſitas fori, cum poſſeſſorium in beneficialibus cauſis ſit de foro temporali, petitoriū verò de foro ſpirituali, vt declarat Guido Papæ. q.1.& latius infrà ſubducetur.

Secūda reſolutio eſt, quòd prout in eſſe deducitur,& acquiritur,cēſetur eſſe quid facti: ex quo in ea requiritur apprehenſio, quæ eſt quid facti:per l.cū hæredes. in princ.infrà eod.& per l.1.§.ſi vir vxori. ſuprà eo.dū tex.ibi dicit, quoniam res facti iure ciuili infirmari non poteſt: poſſeſio autem prout eſt apprehenſa & acquiſita,ac in eſſe deducta,cēſetur eſſe quid iuris,& producit effectus iuris,per tex.in l.nemo ambigit.C.de acq.poſſeſ.& per tex.in l.nō ideo munus. C. de libera. cauſa.dum text. ibi dicit,inconcuſſum ius poſſeſsionis obtinebit. Ita reſoluit Alex.& moder.in l.1.ſuprà cod.vide ampliſsimè Franciſcum de Ripa,in repetit.rub.extrà, de cauſa poſſeſ. & propriet.ex qua reſolutione reſultant ſequentes vtilitates.

Prima eſt vtilitas,quòd quamuis reſcriptum ſit ſtricti iuris, & eorum verba ſint ſtrictè intelligenda, vt c.ſignificante. & c.ſignificauit.& c.Rodulphus.de reſcrip.attamen ſi in reſcripto delegatorio dicatur,cognoſcas ſuper iure quod Titius habet, delegatus in tali re in vim talis commiſsionis poterit etiam cognoſcere de ſola poſſeſsione, cum dicatur eſſe quid iuris, iuxta notab.theoricam Innocētij in c.epiſcopi. extrà de rebus eccleſ.nō alienan.quem ſequitur Bar. in l.iubemus.in 2. C. de ſacroſ.eccleſ. Anto.de Butrio in c. 1. extra de cauſ.poſſeſ. & propriet. Feli.in rub.de reſcrip.

Secunda vtilitas ex dicta reſolutione reſultat, quòd ſi Papa conceſſerit alicui beneficiato, vt poſsit teſtari de acquiſitis ex iuribus ſui beneficij,poterit etiā teſtari de fructibus:quia fructus dicuntur acquiſiti ex iuribus beneficij, hoc eſt ex poſſeſsione. Ita pulchrè conſuluit Alex. in conſi.15.nu.2.in 2.vol.

Tertia vtilitas eſt, quia poſtquā eſt quid facti, non eſt mirandū quare iudices ſeculares in regno Franciæ iudicant de poſſeſſorio cauſarū beneficialium : quia poſſeſſoriū eſt quid profanū,& mere temporale.gl.in c.literas.de reſtit. ſpolia.bona gloſſ.in c.cum dilecti. extra de electio. Ideo dicit Bart.quem ſequitur communis ſchola legiſtarum & canoniſtarū, in l.quoties. C.de iudic.& idem Bar.in l.Titia.ff.ſolu.matri. & in l.1.ff.de iuriſdic.omn.iudic.quòd licet iudices ſeculares non poſsint cognoſcere de cauſis ſpiritualibus, nec principaliter nec incidenter. c.tuam. extra de ordi.cognitio. c.lator.qui filij ſint legiti. c.ſi iudex laicus.de ſententia excommunic.in 6.attamen ſuper quæſtione facti quæ oritur ex cauſa ſpirituali, iudex ſecularis poteſt cognoſcere : quia tunc non iudicat de re ſpirituali,ſed de mero facto, & de re temporali.facit ad præmiſſa text. notabilis in c.fin.extra de iudi.dum text.ibi dicit,Poteſtas Florentina ſuper poſſeſſorio iuris eligendi ſententiam diffinitiuam promulgauit:& ſic rectè intuenti ille text. probat, quòd iudex ſecularis etiam de iure cognoſcit de poſſeſſorio cauſæ ſpiritualis, quia ibi Poteſtas Florentina, & ſic iudex ſecularis, iudicauit de poſſeſſorio iuris eligendi, & ſic de poſſeſſorio cauſæ ſpiritualis, facit text. notabilis in cap. cauſam. in 2. extra qui fil. ſint legi. vbi dicit iudicium poſſeſſorium relinqui Regi Angliæ, pro ipſius poſſeſſorij cauſæ ſpiritualis cognitione.de iſta materia vide Guido. Papæ, in dicta quæſtio prima. Dominum Benedicti in repetitio. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, extra de teſta.Dominum Laurenti.in quodam ſuo tractatu incipiente, caſus in quibus iudex ſecularis contra eccleſiaſticas perſonas cognoſcit. Vide Dominum de Selua, in tractatu beneficiorū in prima parte quęſtione ſeptima, Guido. Papæ quæſtio. 85. eundem Guidonem in conſilio 68. in 1. volum. & circa præmiſſa nota vnum perpetuò,quòd excommunicatus poteſt acceptare beneficium, & poteſt recipi in capitulo à canonicis excōmunicatis: quia acceptatio & receptio ſunt actus facti,qui poſſunt celebrari



celebrari ab excommunicato,per tex.ſing. in c. pro illorum. extra de præb.& plene Panor. in c.veritatis. col.pen. extrà de dol.& cōtumacia. & pulchrè D.de Rot.deciſio.195.in nouis.

Tertia reſolutio eſt,in interdicto recuperādę poſſeſsionis odio inuaſoris violenti admittitur libellus abſque concluſione:quia ſufficit quòd ſpoliatus narret ſe ſpoliatum,licet non concludat ſe reintegrari in poſſeſsionem.glo.ſingu.in c.quia præſulatus. 1.q.4.& bonus tex. in c.cum eccleſia ſutrina.in verbo,querela.extra de cauſa poſſeſ.& propriet. vbi vide latè Do.de Ripa in repetitione illius capit. vide cumulata per Iaſ. in §. omniū.col.23.inſtit.de actio. & latius eundem Iaſ.in l.1.in princ.col.3.ff.de eden.vide etiā Ioan. de Imol.in c.examinata.de iudic.extra,& nota ſingulariter, quòd agens interdicto recuperandæ poſſeſsionis non tenetur probare ſe poſſediſſe illo moment,quo fuit ſpoliatus : ſed ſufficit quòd probet ſe aliquando poſſediſſe ad obtinēdum in interdicto recuperandæ poſſeſsionis,per tex. ſingul.ſecundum Panor.ibi in c. olim.in 3.extrà de reſtit.ſpolia.& ratio adeſt in promptu, quia poſſeſsio antiqua præſumitur continuata,& nō interrupta:poſſeſsio verò iunior præſumitur clandeſtina,furtiua & vitioſa. c.licet cauſam. extrà de probatio. de quo vide glo.& docto.in d.c.cum eccleſia Sutrina : & in c.cum ad ſedem.de reſtit.ſpoliat.

Quarta reſolutio eſt, ſpoliatus à iudice non eſt ante omnia reintegrandus, & reſtituendus: quia iudex nemini præſumitur inferre violentiam, imò debet prius cognoſci an iuſtè vel iniuſtè fuerit ſpoliatus.glo.ordinaria in c.præſentium.in glo.fi.1.q.1.& gl.in nomine domini, in verbo,audientia.23.diſt. vide Iaſ.in l.qui in aliena.§.Celſus.ff.de acq.hæredi. Feli.in c.dilectus. in 1.de reſcript. Panor. in c.conquerente. extrà de reſti.ſpolia.in deciſ.Capel.Tholoſ.q.49.

Quinta reſolutio eſt, ſpoliatus lite pendente à poſſeſsione beneficij melius eſt, & tutius quòd intentet remedium attentati & nouati, quàm remedium interdicti vnde vi : quia per remediū intētati reintegratur in poſſeſsionem beneficij abſque viſione titulorum ſuorum. Ita Franciſc.de Ripa.in repet.cap.ſæpè.col.3. extra de reſtit. ſpoliat. vide quæ habentur in deciſione Capellæ Tholoſanæ q.15.glo.in cle.2.vt lite pendente. Panor. in c. bonæ.de appel. extrà in c.ex parte.in 2.de reſcript.

Sexta reſolutio eſt,interdictum adipiſcendæ poſſeſsionis habet locum etiam in beneficialibus:quando beneficiatus inſtitutus, vel electus & confirmatus nunquam habuit poſſeſsionem beneficij:quia propter illam nāciſcendam habet interdictum adipiſcendæ poſſeſsionis. Ita ad literam decidit text. in c.accedens. extra de accuſatio.de quo vide Panor.& cęteros in cap. cum olim.de cauſſa poſſeſ.& propriet.Felin.in d.c.accedēs.& per dominum de Viatio, in ſuo directorio electionū,circa finem. Et infrà quod tempus debeat adipiſci poſſeſsio beneficij, ad hoc vt beneficiū dicatur vacare morte, & non reſignatione,vide glo.in tit.de pacific.poſſeſ.in verbo,triennio,in pragmat.ſanctio.& in regulis cancellariæ,regul.34. vide Ioan. Fabri in §.ſequens.inſti.de interdicto.

Septima reſolutio eſt,quòd beneficiū l.fi.C. de edict. D. Adria. tollend. licet ſit remedium adipiſcendæ poſſeſsionis, competit tamen poſſeſſori, non vt poſſeſsio ſibi tradatur, ſed vt in poſſeſsione quam habet,manuteneatur,confirmetur,& conſeruetur. Ita decidunt Bar.& moder.in l.1.per illum text.C.de carbo. edic.& per l.3.§.miſſum.ff.eo.tit. & iſtud practicatur in regno Fran. in quo impetrantur literæ iuxta beneficiū.l.fi.concludunt viſo teſtamento ſe mitti in poſſeſsionem bonorū,vel conſeruari.iuxta d.l.fi.vide Guido.Papę q.219.incip.edictū diui.

Octaua reſolutio eſt,ſententia lata in poſſeſſorio eſt interlocutoria, habet tamen vim diffinitiuę.tex.eſt apertus in c.ei qui appellat.§.de poſſeſsione.2.q.6.dum text. ibi dicit.de poſſeſſione & eius momento ſi cauſa dicatur,ſententia interlocutoria appellatur.Iſtam opinionem tāquam de iure veriorē reſecatis opinionibus contrariis tenet Panor.in c. vlt.extra.de iud.& latè Iaſ.in l.quod iuſsit col.5.ff. de re iudi. & an à ſententia lata ſuper poſſeſſorio poſsit appellari tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, & vtrum non obſtante appellatione ſententia poſsit executari:vide Bar.in l.2.ff.de appel.recipienda,vel non. & plenè in deciſione Capellæ Tholoſanæ,quæſt.vlt.

Nona reſolutio eſt,pro annua pēſione & pro præſtationibus perſonalibus competūt omnia remedia poſſeſſoria : quia ſi aliquis quolibet anno teneatur mihi dare annuam penſionem, ſi deinde recuſet illam ſoluere,poſſum intentare remedium retinendæ poſſeſsionis, vel recuperandæ per tex.in cap.querelam.& ibi amplè Panor. extra de electio. vide text. notab. & ibi Panor.& Feli.in c.ſicut.de re iudi.extra text.in c.cum veniſſent.de reſti.ſpolia.vide quæ habentur in deciſ. Capellæ Tholoſan.q.59.& Ludo. Roma.in conſi.311.Decium in conſil.136.Ioan. Fabri in §.præiudiciales.inſti de actio.vnde dicit,idem Io. Fabri in §.1.inſti.de interdic. quòd licet legiſtæ fuerint in contraria opinione in l. ſi certis annis. C. de pact. attamen communis conſuetudo curiarum obſeruat opinionem canoniſtarum,in d.c.querelam.

Decima reoſlutio eſt, ſententia lata in petitorio parit exceptionē rei iudicatæ poſteà agente poſſeſſorio:quando latè poſſeſſorium habet cauſam dominij & proprietatis annexam, in quo poſſeſſorio ita tenetur quis probare ſe dominum, ſicut ſi ageret petitorio. & in talibus interdictum habentibus, cauſam proprietatis annexam diſcuſſo petitorio,& terminato cenſetur diſcuſſum & terminatum poſſeſſorium, & econtrà : merito ſententia lata in vno, hoc eſt in petitorio,præcludit viam in poſſeſſorio: & vno finito aliud eſt finitū. Ita dicit hic communis ſchola moder. per l.2.ſuprà de interdic. glo.Panor.& Fel.in c.paſtoralis.in glo.magna.

Vndecima reſolutio eſt,ſentētia lata in petitorio nō obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ

poſſeſsionis, quando reus fuit abſolutus ſuper petitorio, quia actor nihil probauit, & nihil eſt doctum de iure poſſeſſoris: primò per l.ſi inter me.ff.de excep.rei iudica.& per tex.in l.ſed & ſi poſſeſſorio.in princ.ff.de iureiuran.ſecus ſi reus fuit abſolutus ſuper petitorio ex hoc eo quod probauerit ſe dominum: quia tunc ſententia lata in petitorio parit exceptionē rei iudicatæ: deinde agenti poſſeſſorio adipiſcēdæ: quia dolo facit actor qui petit à reo per interdictū adipiſcēdæ, quod ſtatim ſibi reſtituere debet, & reus qui incontinenti vult edocere de dominio repellit agentem interdicto adipiſcēdæ: quia modo conſtat modo agatur. Ita reſoluunt Bart. & omnes hîc. & glo. communiter approbata in l. ſi de vi. in glo. magna. ff. de iudic. adde tex. in l. fi. C. quorum bonorū. & l. is à quo. ff. vt in poſſeſsionem legat. text. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum. glo. & omnes ſcribentes in l. 1. de noui operis nuntiatione. vide etiam glo. in cap. 1. in verbo, contentionem. extrà de reſtitu. ſpolia. & quæ habentur in deciſione Capellæ Toloſonę. quæſt. 15.

Duodecima reſolutio eſt, ſententia lata in petitorio non parit præiudicium deinde agenti poſſeſſorio recuperandæ: cum ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, & reintegrandus. Ita firmat Dinus in regula, qui ad agendum. de reg. iur. lib. 6: & Bart. hîc. col. 2. in fin. moder. tamen firmant contrariam ſententiam hîc, & dicunt quod ſententia lata in petitorio repellit agentem interdicto recuperandæ: quia per ſententiam latam in petitorio notorium eſt de dominio & iure illius contra quem agitur interdicto recuperandæ poſſeſsions: ideo iſta exceptio dominij de qua notoriè conſtat per ſententiam, præcludit viam agenti remedio recuperandæ, & illum repellit. per c. ad decimas. de reſti. ſpolia. in 6. per c. ſignificaſti. de reg. iur. in 6. opinio. tamen Bar. eſt verior & tenenda in curiis, quia quantumcunque exceptio ſit notoria, nihilominus ſpoliatus eſt reſtituēdus, etiam ſi alter velit incontinenti & in promptu docere de iure ſuo, per l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iuliam de vi publica. & c. in literis. c. conquerente. c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpolia. extrà. & iſtam ſententiam Bart. tenuit glo. in d. l. ſi de vi. in dicta glo. magna. glo. in dicto c. 1. de reſtit. ſpolia. nec obſtant illa duo iura allegata per moder. quia illa iura loquuntur in cauſis ſpiritualibus, & vbi agitur de periculo animæ, quo caſu vera eſt ſententia, quòd exceptio notoria repellit agentem remedio recuperandæ poſſeſsionis, cum agatur de re ſpirituali, & de periculo animæ. opinio autem Bar. procedit in cauſis prophanis, & temporalibus, & in cauſis in quibus non vertitur periculum animæ. vnde reſtat concludendum quod exceptio notoria non repellit agentem interdicto recuperandæ, cum cauſa ſpoliationis ſit multum priuilegiata, & ita decidunt Bar. Areti. hîc, & Cardi. in clem. 1. de cauſa poſſeſ. & propriet. & de intellectu dicti. cap. ad decimas. vide Panor. in cap. 3. extrà de cauſa poſſeſſ. & propriet. & latè per Lanfrancum de Oriano in repet. c. paſtoralis. extra de cauſa poſſeſſ. & propriet.

Decimatertia reſolutio eſt, ſententia lata in petitorio non obſtat agenti interdicto retinendæ poſſeſsionis, quando conſtat clarè de iuſta poſſeſsione illud interdictum intentantis. glo. communiter approbata per omnes hîc, in l. ſi de eo. §. fin. infrà eodem: ſed vbi non conſtat de iuſta poſſeſsione intentantis remedium retinendæ, vel quia probationes hincinde ſunt pares, tunc agenti poſſeſſorio retinendæ obſtat, ſententia lata in petitorio, cum ille qui obtinuit in petitorio habeat duo pro ſe, ſententiam & probationes ſuper poſſeſſorio æquales probationibus illius qui intentat poſſeſſorium retinendæ. Ita concludunt Bart. & omnes hic. & doct. in l. vnica. C. vti poſsidet. adde text. in c. licet cauſam. extrà de probat.

Decimaquarta reſolutio eſt, aliquis conuolādo de petitorio ad poſſeſſorium nō eſt in expēſis condēnandus, in caſibus in quibus lex permittit cōcurſum iſtorū remediorum, & permittit iſta remedia eodē tempore concurrere: quia hoc facit lege permittente, igitur pœnam non meretur. Ita dicit ſpeculator in tit. de expenſis. §. iuſta. Bar. hîc in examinatione ſecundæ lecturæ. vide copiosè Panor. in d. c. paſtoralis col. 10. & 11. de cauſa poſſ. & propriet. vide etiā nouem concluſiones ad demonſtrandū quando quis dicitur habere iuſtam cauſam aliquid faciendi & litigandi, vt euitet condemnationem expenſarum. per c. in l. properandum. §. ſinautem alterutra. C. de iudic.

Decimaquinta reſolutio eſt, qui primo agit petitorio nondū renuntiato & concluſo in illo, poteſt poſſeſſoriū retinendæ vel recuperādę intentare, & ſuper vtroque tam petitorio quàm poſſeſſorio procedetur, quia tūc ceſſant omnes regulę impedientes cumulationē. Iſta reſolutio hodie clare eſt deciſa in c. paſtoralis. extra de cauſa poſſ. & propric. accedat tex. loquēs de interdicto recuperandæ in l. cū fundum. §. fi. ff. de vi & vi arma. glo. & doct. in l. ſi de vi & Bar. hîc in prima combinatione, quem ſequuntur omnes doct. & canoniſtæ in d. c. paſtoralis. Iſta tamē limitatio patitur duas limitationes ſeq.

Prima eſt vt non procedat reſpectu iudicis, qui non obſtante quòd fuerit renuntiatum & concluſum in petitorio, poteſt admittere partem ad deducendum poſſeſſorium recuperandæ vel adipiſcendæ: vt clare demonſtrat tex. in d. c. paſtoralis. in fin. Nam licet iſta ſint paria, ſententiam eſſe prolatam, vel renuntiatum & concluſum in cauſa. per text. in l. ſi rem quam mihi. §. fin. ff. de euictio. quem ad hoc magnificat Bar. in l. ſi mater. §. eandem ff. de exceptio. rei iudic. Hinc eſt quod dicit glo. ſingularis in cap. ſignificauerunt. extra de teſti. quod acta iudicum faciunt notorium, & perpetuam fidem quòd eſt renuntiatum, & concluſum. cap. in cauſa. facit tex. notabilis in l. geſta. C. de except. rei iudic. & ideo ſtat communis theorica iuris, quòd renuntiatio in cauſa præcludit viam omni probationi, productioni teſtium & in



& inſtrumentorum vulgato. c. cum dilectus. extrà de fide inſtrumento. quia tunc cenſetur eſſe renuntiatum & concluſum in cauſa, quando partes renuntiauerunt probationibus. gloſ. ſingularis in verbo, concluſerunt. in authent. de teſti. §. quia verò. collatio. 7. & glo. ſimilis. in d. c. cum dilectus. vide Iaſo. in §. plus. col. vlt. in fin. inſtit. de actio.

Prædicta tantum procedunt quantū ad partes litigantes: quia quantū ad ipſas renuntiatio, & cōcluſ. in cauſa ſuper petitorio, poſſeſſorium non poteſt allegari, vel adduci, ſed ipſe iudex poſt concluſionē in petitorio, cum quantum ad eum, nunquam dicatur in cauſa concluſum, & renuntiatū, poteſt admittere partes ad deducendum poſſeſſoriū, quamobrem dicebat gl. ſingu. in c. quoniam contra falſum. in verbo, interrogationes. extrà de probatio. quòd iudex etiam concluſo proceſſu poteſt partes interrogare, & alias interrogationes facere, quę tendunt ad inſtructionem proceſſus, & ad clarificādum animum, & motum iudiciis. facit gl. in cle. ſæpe. in verbo, interrogabit. extra de verbo. & rerū ſigni. tex. ad literā in l. vbicunq;. ff. de interroga. actio. facit tex. nota. in c. cū clamor. extra de teſtib. vbi eſt text. qui quotidie verſatur in actu practico, quòd etiā concluſo & renuntiato in cauſa, ac publicatis inquæſtis, & atteſtationibus, iudex ſi videat teſtes obſcurè depoſuiſſe, debet per ſuā ſententiam pronuntiare, & ex officio teſtes auditos fore reaudiēdos ad fines, vt veritas eluceſcat, & vt ſentētiam claram & certā poſsit proferre, de qua materia vltra præmiſſa vide latè Feli. in d. c. cum dilectus. & amplè Iaſ. in repet. l. admonendi. in glo. prima magna. ff. de iureiur.

Decimaſexta reſolutio eſt, petitoriū & poſſeſſorium ſiue ſit retinendæ, ſiue recuperandę, ſiue adipiſcendę, poſſunt ab eodem ſimul intentari, & eodem tēpore proſequi, quando intentantur pro iuribus incorporalibus, cùm tunc dicantur ceſſare omnes regulæ impedientes cumulationē: & vlterius, quia ei qui poſsidet pro iuribus incorporalibus datur rei vendicatio: ideo in eo non poteſt deprehendi aliqua contrarietas. §. æquè. inſtit. de actio. text. in l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſeruit. vendic. facit tex. in l. quoties. ff. de ſeruitu. tit. generali. Iſta eſt communis doctrina Bar. hîc in prima combinatione, & omnium doctorum tam antiquorū quàm modernorum. quam doctrinam etiā ſequuntur canoniſtæ. in d. c. paſtoralis. Et qualiter acquiratur quaſi poſſeſsio, in iuribus incorporalibus quantum ad hoc, quòd pro illa poſsint cauſari, & intentari remedia poſſeſſoria, vide Ioan. Fabri. Ang. & Iaſo. in §. æquè. inſtit. de actio. gloſ. Panor. & de Ripa, in ſæpè allegato c. cum eccleſia Sutrina. extrà de cauſa poſſeſ. & propriet.

Decimaſeptima reſolutio eſt, ille qui intētauit petitorium nō poteſt pendente iudicio ſuper petitorio intentare interdictum retinendæ poſſeſsionis eodē reſpectu, & reſpectu eiuſdem poſſeſsionis: imò tanquā ſibi ipſe contrarius eſt repellendus per l. 1. C. de furt. c. ſolicitudinē. extrà de appella. nā agendo rei vendicatione, præſupponit reum eſſe poſſeſſorem: cum rei vendicatio prę ſupponat duo extrema habilia: dominium in agente, & poſſeſsionem in conuento. d. §. æquè. verſic. ei qui poſsidet. & in l. vnica. C. de aliena. iudic. mutan. cauſa facta. c. examinata. extra de iudic. ſed ille, qui agit interdicto retinendæ, aſſerit ſe poſſeſſorem.

Decimaoctaua reſolutio eſt, ſi aliquis egit remedio petitorio reſpectu poſſeſsionis naturalis, quæ eſt penes aliū, & deinde pendente iudicio petitorio reſpectu poſſeſsionis ſimilis quam habet penes ſe, in qua dicit ſe turbatum, velit agere interdicto retinēdæ poſſeſsionis, audiendus eſt: quia cū intētet illa duo remedia diuerſis reſpectibus, eſt audiendis, nec eſt ſibiipſi cōtrarius. Caſus eſt hîc ſingularis, ſecundū quintam & vltimam lecturam gloſæ, quam approbāt omnes hîc, & in locis ſuperius enumeratis.

Decimanona reſolutio eſt l. incerti. C. de interdicto. l. incerti. C. eod. l. ordinarij. C. de rei vendi. l. ſi de vi. ff. de iudic. & omnia iura tam ciuilia quàm canonica, quæ dicunt, quòd prius eſt cognoſcendum de cauſa poſſeſsionis quàm proprietatis, illa iura procedunt, & intelliguntur ratione ordinis, & quando dubitatur quis poſsideat: quia vterq; dicit ſe poſſeſſorem: quia tunc impeditur concurſus petitorij & poſſeſſorij: merito ad cognoſcendum quis ſit actor, & quis res, & quis debeat ſubire onus probandi in petitorio, cauſa poſſeſsionis debet primo loco diſcūti, & terminari. Omnes doctores hîc, & Panor. in c. 2. col. vlt. extrà de cauſa poſſeſſeſ. & propriet. vide bonum text. in §. commodum. inſtit. de interdict.

Vigeſima reſolutio eſt, quòd in iſtis remediis poſſeſſoriis eſt ſeruandus ordo iuris, & in eis non poteſt procedi niſi lite conteſtata: & iſtud tam in interdicto adipiſcendæ, retinendæ, quàm recuperandæ. De primo eſt tex. in l. fi. ff. quorum lega. de interdicto retinendæ eſt text. in §. hodie. inſtit. de interdic. dum text. ibi dicit, litis conteſtatæ tempore detinet, Facit l. 1. infrà vtrobi. de interdicto recuperandæ eſt text. iūcta glo. in l. fi. C. ſi per vim vel alio modo, & text. in c. 2. extrà, vt lite non conteſta. facit c. conſultationibus. extrà de offic. deleg. tex. in l. properandum. in princ. C. de iudici. Iſtam regulam tradunt Bar. Alex. & moder. hîc, & Alex. in conſi. 38. in 2. vol. canoniſtæ. in d. c. conſultationibus. vide duas limitationes per Barto. hîc, col. penu. Adde vltra omnes tertiā limitationem, quòd dicta regula non procedat in beneficialibus, in quibus quādo agitur poſſeſſorio pro aliquo beneficio, procedit prætermiſſo iuris ordine, & lite non conteſtata. c. vnico. de eo qui mittit. in poſſeſ. cauſa rei ſeruan. & ibi Ioan. And. Dominicus, & Philip. Franc. tex. in cle. diſpendioſam. de iudic. vide deciſio. Capellę Tholoſanę quęſtio. 227. & q. 40. & 70.

Vigeſimaprima reſolutio eſt, poſſeſſor nō cōpellitur docere titulū ſuæ poſſeſsionis. vulgata l. cogi poſſeſſorem. de petit. hæredit. C. fallit in quinq; caſibus quos enumerat glo. magiſtrà. in c. 1. 2. q. 5. adde ſextū caſum, videlicet in benefi-

cialibus caſibus, in quibus beneficiatus ad inſtantiam ſuperioris compellitur docere de titulo ſuæ poſſeſsionis, & de diſpenſatione ſuper beneficiis, quæ poſsidet. c. ordinari. §.in conferendis.de offic.ordina.in 6.glo.in verbo obtineri.in c.1.de reg.iur.in 6.& glo.amplè in tit.de pacific.poſſeſ.in verbo, non violenta.in pragmatica ſanctio.

Vigeſimaſecunda reſolutio, ſi actor renuntiauerit petitorio,per talem renuntiationẽ non probatur reus dominus,nec dominium tranſit in eum.Bar. hîc, col.3.quem omnes ſequuntur per tex.in l.ſi pro fundo.C.de tranſact.& per l. pen.C.de vſucap.pro empto.adde quòd illi,qui renuntiãt liti, non videntur fateri aduerſarium nec bonam cauſam,nec ius bonum habere,per text.ſingularem. in l.ſi te & filios. C. de ingenuis manumi.vide plenè moder.in l.poſtquam liti.C.de pactis.

Vigeſimatertia reſolutio eſt, in materia poſſeſſorij non attenditur titulus, ſed poſſeſsio recens niſi in cauſa beneficiali.cap.1.de reg.iur. in 6.& latè canoniſtæ in c.in literis.extrà de reſtit.ſpoliato.& melius quàm alibi gl.pragmaticæ. in tit. de pacific.poſſeſſori.§.ordinari:eſt tamen notandum, quòd in omnibus cauſis titulus coadiuuat,& cõfirmat poſſeſſorium. Nam data paritate probationum in materia poſſeſſoria, ille debet obtinere, qui cum poſſeſsione habet titulum,& titulo habet eam ſuffultam.c. licet cauſam.& ibi Pan.& Fel.extra de probat.

Vigeſimaquarta reſolutio eſt, appellans ab aliqua ſententia ſi pendente appellatione appellatum ſpoliauerit, videtur ſuæ appellationi renuntiare,per tex.ſingul.in cap. an ſit.extra de appel.ex eo quia magis mutat appellãs, quàm appellatus. vide notata in c.non ſolũ. de appel. in 6.pulchrè Fel.in c.ex parte.1.de reſcrip.extrà.

Vigeſimaquinta reſolutio eſt,hodie in regno Franciæ pro remediis poſſeſſoriis intentandis, & exercendis ſunt productæ duæ leges regiæ, quarũ vna appellatur querimonia nouitatum, quæ nihil aliud importat & habet in effectu,& ex ſui propria natura,eſt remedium retinendæ poſſeſsionis: quia competit ſiue in beneficialibus, ſiue in rebus profanis illi, qui turbatur in poſſeſsione pro ſua poſſeſsione conſeruanda, & vt in illa manuteneatur.Eſt etiam inuentum aliud remedium,quòd appellatur manutenentiæ,quod ſapit naturam interdicti retinendæ,& competit illi qui turbatur in poſſeſsione rei ſuæ.2.lex regia,quę appellatur diſaiſinis ſeu ſtatutum querelæ, quæ competit deſaiſito & ſpoliato,vt reintegretur in poſſeſsione qua fuit ſpoliatus. & ſapit naturam interdicti recuperandæ poſſeſsionis.de quibus literis regiis vide Nicol. Boer.in comment. ad conſuetudin. Biturig. in tit.de iuriſdictio.omnium iudic.latè per Dom. de Petrutia.in repetitio. l.ſi de vi. ff.de iudiciis. Deo gratias.

# *REPETITIO D. PETRI REBVFFI MONTISPESSVLANENSIS, I. V. D. ET COMITIS, SVPER L. PRAEgnantis.ff.de pœnis.in qua traduntur quinquaginta caſus in quibus homicida perpetuò euadet pœnam mortis, vel ad minus executio capitalis, vel vltimi ſupplicij differtur.*

PRIMVS caſus eſt,quando ipſe homicida laqueo fracto viuus cecidit in terram. nam tunc princeps conſuli debet, & ſi princeps iubeat illum ſuſpendi, ſuſpendetur, ſinautem relaxabitur. argumen.tex. in l.prima.§.fin.ff.de quæſtio.

Secundus caſus eſt, quando aliquis iudex promiſit alicui homicidæ parcere, vt omnes ſuos conſocios reuelet: tunc enim ſi ipſe ſuos conſocios propalet, iudex illi parcere debet, ſi promiſit, promittere autem iudex taliter non debet, & de hoc caſu eſt tex.in l.non omnes.§. ſi.ff.de re milita.

Tertius caſus eſt, quando aliquis homicida confugit ad ſtatuam principis, per text. & glo. in l.capitalium. §.ad ſtatuas.ff.de pœnis. Idem ſi tangat eius veſtes,vt eſt gl.in d.l.capitalium. §.ad ſtatuas.

Quartus caſus eſt, quando tres damnati ſeu condemnati ad mortem, & in illo loco vbi debent iuſtitiari, non reperiretur tortor, qui illos decapitaret, vel ſuſpenderet: quia tunc ſi vnus illorum vult alios duos ad mortem ponere, vel decapitare, ſiue ſuſpendere,euitat mortem, per text. in argumentum in l.ſi familia. ff.ſi familia furtum feciſſe dicatur.

Quintus caſus eſt, quando percuſſus & vulneratus viſus fuit poſt tres, aut quatuor dies ambulare per ciuitatem cum baculo, licet ipſe poſtea moriatur, ille tamen qui eum vulnerauit,euitat mortem: hoc eſt non tenetur de occiſo, ſed de vulnerato. ita eſt glo. multum notabilis. in l. vnica. ſuper verbo, depulſa. C. de emendatio. ſeruorum. pro qua eſt text. de iure canonico in cap. presbyterum. extra de homicidio in antiquis, & tex.in c.2. extra de cleric. percuſ. & ita Bartolus, quem vide in l. ſi in rixa. columna fina. ff. ad legem Corneliam de ſicariis.

Sextus caſus eſt,quando pater occidit filium ingratum, qui commiſerat ingratitudinem propter quam pater poterat eum exhæredare: nam tunc pater non punitur pœna mortis, per text. ſingularem in l.Diuus. ff. ad l.Pompeiam de parricidiis.quod nota.

Septimus



Septimus caſus eſt econtra, ſcilicet quando filius occidit patrem ingratum, qui cõmiſerat ingratitudinem propter quam filius poterat eum exhæredare.nam tunc filius non tenetur, ſeu punitur pœna mortis. ita dicit Iaſ. in l.ius autem ciuile.col.fin.ff.de iuſtit. & iure.& Bart. in d.l.diuus. ff. ad l. Pompeiam de parricidiis, vbi idem ampliat eſſe in collateralibus, ſicut in prædictis duobus caſibus.

Octauus caſus eſt, ſi quis homicida confugiat ad corpus Chriſti, cum portatur per ciuitatem: nam tunc gaudet immunitate.iſtud eſt dictum ſingulare Ioannis Fabri in §.fi.inſtit.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & ratio eſt ſecundum eum, quia corpus Chriſti debet gaudere maiore prærogatiua quàm ſtatua principis,de qua ſuprà in tertio caſu dictum eſt.

Nonus caſus eſt ſi filiusfamilias committat homicidium,vel crimen læſæ maieſtatis,& pater ducat eundem filium ad iudicem,talis filius debet relaxari. text.eſt multum notabilis in l. milites agrum.§.deſertorem.ff.de re mili.& ratio eſt, quia non eſt veriſimile quod pater duxerit filium vt pateretur tantam pœnam, ſcilicet pœnam mortis ad hos fines. quæ ratio traditur per iuriſconſultum in prædicto §.deſertorem.iſte caſus etiam traditur per ſcholam, in cautelis ſuis,cautela prima.

Decimus caſus eſt qui ponitur per text. in authen.ſi quis ei quem ſuſpectum. C. ad l. Iuliam de adulteriis,vbi eſt caſus quod ſi maritus videt aliquem ſuſpectum de vxore ſua, vt quia vidit eum multotiens alloqui eum, vt puta ſolus cum ſola in domo ſua, ſcilicet mariti, vel ſuſpecti, tunc maritus debet ei denuntiare ter vt deſiſtat à tali locutione,& ſi poſtea trina denuntiatione emiſſa idem ſuſpectus per maritũ inuentus fuerit alloquens vxorem in loco ſuſpecto, tunc maximè à marito occidi poteſt.

Vndecimus caſus eſt quando damnatus ad mortem,vel reus mortis eſſet optimus artifex, & valde vtilis reipublicæ:nam tunc ei parcendum eſt per text. multum notabilem in l. ad beſtias.in princ.ff.de pœnis.adde text. in ſimili in c.1.§.ſine viro.de numero & quali.cardin.in pragmat.ſanct.

Duodecimus caſus eſt iſte,quia licet raptores monialium & virginum, ſiue viduarum pœna capitali plectantur.l.1. in princ. C.de raptu virgi.& l.raptores. C.de epiſcopis & cleric. & §.1. in authen. de raptis mulieri. collatio.9. tamen hoc intelligitur in raptoribus virginum viripotentum:ſecus autem ſi tales virgines non ſunt viripotentes: quia tunc raptores non debent puniri pœna mortis,nec pœna capitis,ſed alia pœna: vt puta, quod ſi tales raptores ſint viliores,debent in metallum damnari:ſi autem ſunt honeſtiores, certè tunc in inſulam relegantur, ſiue in exilium mittuntur.per tex.not. in l.ſi quis aliquid. §.nondum viripotentes. ff. de pœnis.facit tex.in l.ſi ſtuprum.ff.de iniur.

Decimustertius caſus eſt quando damnatus ad mortem peteretur per aliquam puellam in maritum, vt fit in aliquibus partibus maximè ſi peteretur per mulierem diſſolutam, vt ad frugem melioris vitæ peruenire poſsit medio talis matrimonij,per tex.in cap.inter opera charitatis.& cap.commiſſum.extrà de ſponſalib.& matri.nam ſicut ibi talibus datur omnium peccatorum indulgentia, ita & pœnæ capitalis remiſsio. Ita dicit Dominus Maſuerus in tit. de pœnis.& Dominus Benedic.in repeti.cap.Raynutius. in verbo, mortuo itaque teſtatore: in primo.num.269.extrà de teſtam. quod an iure ſuſtineri poſsit, dicit ibi Dominus Benedic. quòd non.& idem dicit Dominus Benedict. in eadem repetitione in verbo,cuidam Petro tradiderunt.

Decimusquartus caſus eſt,quando damnatus ad mortem dum ducebatur ad patibulum, obuiat ei aliquis Cardinalis in via, quia in iſto caſu habent Cardinales ex priuilegio,vel conſuetudine quod damnatum liberent à morte. Ita dicit Bald. in l. addictos. C. de appellatio. quod verum intelligit ibi Paul.ſi pileum ponat in capite damnati dum ducitur ad mortem. Ita etiam intelligit Cæpola in cautelis aduocatorum,cautela 2.& Iaſ.in l.addictos. C.de epiſcopali audien.& Dominus Benedic.in d. repetit.in dict.verbo, mortuo itaque teſtatore. primo.nume.183.

Decimusquintus caſus eſt, quando aliquis accuſaretur ab aliquo, ſcilicet Titio, & produceret teſtes falſos:& hoc in cauſa capitali. nam ſi accuſatus & condemnatus ex huiuſmodi productione falſa velit accuſare, & probare teſtes productos contra ſe eſſe falſos, & per conſequens etiam probet eum eſſe falſarium qui eoſdem teſtes produxit, huiuſmodi cauſa admittitur:& ſi eoſdem falſarios probauerit, iſte reus condemnatus liberatur à morte. Ita dicit Saly. in l.ſi docueris. C. de falſis. & Dominus Benedic. vbi ſuprà. & pro hoc faciunt notata per glo. & Panorm. in cap. licet cauſam. extrà de probatio. & accuſator & teſtes falſarij veniunt ſimili pœna,ſcilicet mortis condemnandi,ad quam volebant accuſatum condemnari, per tex.multum notabilem & ſingularem in l. 1.§.1.ff.ad l.Corneliam de ſicariis.quem tex. ad huiuſmodi propoſitum reputauit ſingularem Bal.in c.1.§.iniuria.in fine,de pace iuramen.firman.in vſibus feudi.& poſt eum eundem text. ſingularem dixit Alex.in apoſtill.ad Bar.in d.l. 1.§.1.eundem tex.dicit egregium Corſetus ſingul.362.in verbo teſtis.num.12. incip. falſus teſtis in cauſa homicidij. adde tex.in c.1. extrà de crimine falſi, facit optimus text. in l.pen. C.de probatio.vbi glo.& doct.vnde dicit glo.in cap. rex debet.23.q.5.quod teſtis qui fert falſum teſtimonium, tres offendit,ſcilicet Deum, iudicem & partem.& ibi glo.firmat talem concluſionem,quod teſtis ferens falſum teſtimonium in cauſa in qua non veniebat plectẽdus, quem accuſabat,pœna capitali, venit puniendus pœna falſarij.vt in l.1. ff.ad l. Corneliã de falſis. & tex.& glo.in l.1.C.eo.tit.intantum dico, & amplius,quod teſtibus corruptis pecunia non eſt adhibenda fides, etiam ſi veritatem dicant, per

tex.in l.diuus.ff.de ſenten.& re iudi.item dicatis quòd notarius faciens inſtrumentum de contractu reprobato à iure, venit banniendus, & ei manus debet amputari.cap.1.§.callidus.in verbo,ſcriba. de prohi.feudi aliena.per Federi. ſed text. in l.iubemus. §.ſane. verſ. his tabellionibus.C.de ſacroſanct. eccleſ. dicit quòd venit banniendus,ſed nõ manus amputari. ſed contrarium tene, quod immo pugnus debet amputari, & pœna arbitraria veniunt plectendi, per dictum §. callidis. ideo in ordinationibus regiis prohibitum eſt notario recipere inſtrumentum niſi habeat notitiam contrahentium, contra §.ſi verò ignoti.in authen.de teſtib.collatio.7.item prohibitum eſt in ordinationibus regiis quod in iſto regno notarij apoſtolici nõ poſſint recipere inſtrumentum in rebus profanis:quia ſoli principi ſpectat creare notarios. in l. imperium.ff. de iuriſdict. omnium iudicum. quod nota.

Decimusſextus caſus eſt in interpoſito inter duos rixantes:nam ſi occidatur,certè impunè occiditur. glo. eſt multum ſingularis. & de medio pelagi extracta in l.2. in verbo, alium. C.ad l. Corneliam de ſicariis. quam gloſſ. ſingularem reputat ibi Ang.ad iſtud propoſitum. eandem ſingularem reputauit Iaſ. in l.vt vim. colum.pen.ff.de iuſti.& iure.quæ glo. intelligitur vera vt procedat ſecundum eoſdem vbi ſuprà quando ex ſeparatione imminebat periculum occidenti,aliàs ſecus eſſet.

Decimusſeptimus caſus eſt, quando raptor virginum,viduarum, vel monialium eſſet occiſus à parẽtibus, vel conſanguineis, vel tutoribus,vel curatoribus raptæ:vt quia repertus fuit in flagranti crimine.nam tunc ipſe impunè occiditur,per text.multum notabilem in l.1. circa medium principij. C.de raptu virginum. & in l.raptores.C.de epiſcopis & cleri.& in §.vnico. in authen.de raptis mulieri.collatio.9.

Decimusoctauus caſus eſt, quando eſſet aliqua mulier condemnata ad mortem, & eſſet prægnans;nam tunc non debet tradi ad mortem partu exiſtente in vẽtre,ſed ad minus executio debet differri donec pariat. Item nec de ea quæſtio ſiue tortura debet haberi.per tex.in hac l. prægnantis. ff. de pœnis. & l. imperator Adrianus.ff.de ſtatu hominum.& l.negat.ff.de mortuo inferendo. & iſte caſus ampliatur tribus modis.

Primò vt non ſolum procedat in libera muliere quæ ſit prægnans, vt dicit ille tex.formaliter in d.l.Imperator Adrianus, ſed etiã in ancilla condemnata,quæ ſit prægnans.ita dicit glo.in d.l.imperator Adrianus.per text.in dict. l.prægnantis,generaliter loquentem: quod firmatur iſta ratione, nam vbi tex.non dicit, & non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l.de pretio.ff.de publ.in rem actio. & l.non diſtinguemus.ff.de arbitris.& l.3.in fin. ff.de officio præſidis.& l.Labeo.ff.de ſupellectil. legata, cum ſimili. Item & ſecundo firmatur, quia verba generaliter prolata generaliter debent intelligi.l.antiquitas. C.de vſufruct. facit quod notat Bar.in l.ſed & ſi plures. §.ad ſubſtitutos. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtit.cum ſimi. & ad tex.in d.l.Imperator Adrianus. in verbo, liberam.reſponde vt notatur per glo.ibi.

Secundò ampliatur vt procedat ſiue illa mulier prægnans, eſſet effecta prægnans ante capturam ſiue poſt,vt latè concludit per multa fundamenta apoſtillator Bart. in dict.l.prægnantis.quem vide cauſa breuitatis. licet Bald. tenuerit contrarium per illum tex. in l.excuſatur.quę eſt l.2.§.numerum.ff.de excuſa.tutorũ.

Tertiò ampliatur vt procedat non ſolum partu exiſtente in ventre,verùm etiam ſi enixa fuerit partum, & non reperiatur nutrix etiam cum argento ad puerum iam natum nutriendum.nam tunc in iſto caſu mater debet viuere,& ſuum puerum nutrire, non autem mori. Ita dicit ſingulariter Bart. in d.l.prægnantis. in fin.ff.de pœnis.& ratio eſt ſecundum eum,quia eadem eſt ratio, ſcilicet propter partum in conſeruando eo iam nato,quæ erat in conſeruando eo dum erat in ventre. argum. text.in l. ſed ſi.§.an autem. ff.de carbonia.edic. ita etiam ante Bart. tenet Oldrad. ibi, vbi dicit ita fuiſſe Paduæ ſeruatum:ſecus ſi partu enixo ſiue nato non reperiretur nutrix propter defectum pecuniarum,quia tunc non debet differri executio, ſed debet pecunia dari nutrici de publico. arg.tex.in l.1.C.quibus ex cau. pro præmio liber. accipiunt. Ita dicit etiam Bart. vbi ſuprà. ſcilicet in d.l.prægnantis.circa medium.

Decimusnonus caſus eſt quando iſta ſententia *criminalis vltimi ſupplicij* eſſet prolata à principe ex iracundia, quia tunc differenda eſt iſta ſententia ſiue executio ipſius per triginta dies,vt interim princeps ratione corrigatur, quod furore promulgatum eſt.de hoc habetis duos text. in primis tex. in l.ſi vendicari. C.de pœnis.& in c.cum apud.11.q.3.

Vigeſimus caſus eſt, quando eſſet datum mandatum de capiendo contra aliquem, qui commiſerat quoddam crimen,& dum ipſe capitur, facit reſiſtentiam, tunc ſi occidatur à ſatellitibus,certè dicendum eſt quod impunè occiditur. De hoc ſunt vobis duo text. in primis habetur text.in l.3. quæ incipit, ſi ſeruus. C.de his qui ad eccleſias confugiunt. & ibi expreſsè Bart.notat ex illo tex.ad idem eſt tex.in l.quẽadmodum.§.pen.ff.ad l.Aquiliam.Ita etiam dicit Paul.de Caſtro. in l.ſi quis in hoc genus.in finalibus verbis.C.de epiſcopis & cleric.& Iaſ. in §.1.in decima colum. inſtit. de actio. & ideo dicit Hippolyt.de Marſiliis in repetit.l.1.ff.ad l. Corneliam de ſicariis. & in repetitione legis primæ,de accuſatio. C. quòd ipſi ſatellites ſiue pultrones ſunt multum audaciores ad capiendos homines propter hoc.

Vigeſimusprimus caſus eſt,quando maritus adulterum cum vxore ſua reperit: nam tunc ipſum adulterum ſi ſit vilis,occidere poteſt impunè: ſecus ſi ſit honeſta perſona, ille adulter qui occiditur; quia tunc ille maritus non remanet impunitus,ſed pœna exilij punitur,non autem ad mortem condemnatur. De hoc eſt tex.in



tex.in l.Gracchus. C. ad l.Iuliam de adulteriis. & l.marito.in prin.& l.capite quinto.ff.ad l.Iuliam.de adulteriis.cum ſimilibus. de quo tamẽ vide text. de iure canonico, quod pœnitentia eis iniugi poſſit in c.admonere. & in cap. inter hoc.33.q.2.

Vigeſimusſecundus caſus eſt in patre reperiente adulterum cum filia: nam vtroſque occidere poteſt impunè,per text.in l.patri.& in l.nec nos. & in l.quod ait.in prin.& in §.quod ait.illius legis.& in l.marito.cum ſimili. ff.ad l. Iuliam.de adulteriis. nec in hoc caſu habet locum diſtinctio adulteri, vt in ſuperiori caſu proximo, vt probant prædicta iura, maximè tex.in d.l.nec nos.& d.l.marito. in princi. quid autem ſit dicendum in filio reperiente adulterum matris, vel in fratre reperiente adulterum ſororis.vide gloſſ. pulchram in d.l.quod ait. in prin.ff.ad l.Iuliam de adulteriis.

Vigeſimustertius caſus eſt,quando condemnatus accuſaretur nũc de aliquo nouo delicto, ex quo grauior pœna veniebat ei imponenda, nam tunc iuſtitiandus & condemnatus non debet duci ad patibulum, vel iuſtitiam, imò executio debet differri donec de ſequenti crimine cognoſcatur,ex quo grauior pœna veniret ei imponenda.text.eſt multum notabilis.in l.1.in fin.ff.nil nouar.appellatio. penden.ita dicit etiam Bar.per illum tex.in l.2.in fi.ff. de cuſto.reorum.vbi vide plenè eundem Bar.

Vigeſimusquartus caſus eſt, ſi ſententia capitalis ſit lata contra ſeruum: nam tunc talis ſententia non debet executioni demandari, donec talis ſeruus eſt ad mortem mittendus donec reddiderit rationes domino. de hoc eſt text.multum notabilis ad iſtud propoſitum in l.1.C.de bonis proſcriptorum. & dominus Benedicti in loco ſuprà allegato.

Vigeſimusquintus caſus eſt in homine damnato capitaliter, & veniret nſula aſsignanda à principe,nã tunc executio debet differri donec princeps huiuſmodi inſulam aſsignauerit. ita dicit glo.multum bona in c.cum apud. 11.q.3. quæ eſt bona ſecundum dominum Benedict. vbi ſuprà, pro qua eſt tex. in l.1.§.hi quibus.ff. de lega.3.& tex.in l.inter pœnas.ff.de interdict. & relega.& glo. & doct.in l.illicitas. §.qui vniuerſas.ff.de officio præſidis.cum ſimilibus.

Vigeſimusſextus caſus eſt, quando aliquis eſt detentus iniuſtè,& iniquè in carceribus, & non poteſt habere iuſtitiam nec iniuſtitiam, nam ipſe qui taliter detinetur,poteſt exire, & frangere carcerem impunè:imo quod eſt plus, impunè poteſt occidere cuſtodes, per text.in l. capitalium.§.ad ſtatuas.verſic.cum enim leges. ff.de pœnis. pro hoc optimè facit text. in l.1.ff. de bonis eorum qui ante ſententiam.&c.glo.in l.nullus. C.de Iudæis.in verbo, vltionem. vbi eſt optima glo. & quod ille qui non poteſt habere iuſtitiam vel iniuſtitiam, nec poteſt vendicare aliquo modo, permittatur occidere cuſtodes carcerum & frangere carceres, & aufugere.vide glo.in cap.ius autem ciuile.prima diſtinctio.& Oldra.in conſil.53.

Vigeſimusſeptimus caſus eſt quando capitaliter damnatus,& ad mortem, appellauit:nam tunc ſententia criminalis non eſt mandanda executioni,ſi debito modo & intra tempus fuit appellatum, ſed executio differetur donec de appellatione cognoſcatur,in qua fortaſsis prius condemnatus liberabitur à mortali condemnatione præcedenti, lata per iudicem à quo. & de hoc eſt tex.in l.addictos. C.de epiſcopali audien. & in l.non tantum. de appellatio. ff.& pro hoc etiam eſt text. in l.vnica. ff.nil nouar. appellatione penden. & C.eod.tit. & cap.non tantum. de appellationi. in 6.& ratio eſt, quia per appellationem ſtringitur pronuntiatum.l.1. §.fin.ff.ad Turpilia.& l.2. §.fin.ff.de pœnis.& l. furti.§.1.ff.de infamibus.& l.ſciendum. §.pen.ff. qui ſatiſdare cogantur.de quo vide latè Bart.& omnes poſt eum in d.l.1.§.fin.ff.ad Turpilia. & glo.Bal.Alex.& Iaſ.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pactis.Item dicit Bald. in l.1.in fi. C.ſi de momenta.poſſeſsio.fuerit appellatum, quod contra venenum iudicis data eſt theriaca appellationis: volendo dicere quòd appellatio(theriaca dicitur)extinguit pronunciatum (quod eſt iudicis venenum.) Item dicit Bart. in l.ſi quis filio. §. ſi autem. ff. de iniuſto rup.irri.fac. teſtam. quod etiam ſi iudex non receperit appellationem, tamen differenda eſt corporalis executio,à qua fuit appellatũ. quod dictum eſt multum notabile ſecundum dominum Benedictum. vbi ſuprà. nu.270. niſi fuiſſet talis ſententia lata ab eis de quibus in tit.ff. à quibus appellare non licet.

Vigeſimusoctauus caſus eſt,quando non eſt appellatum per condemnatum ad mortem, ſed eſt intra tempus appellandi, nam tunc ſententia tam ciuilis quàm criminalis non eſt demandanda executioni. De ciuili eſt gloſ. multum ſingularis,ſecundum. doct.ibi, in l.vnica. in verbo,nouari. ff.nil nouari appellatio. penden.de criminali ita dicit multum ſingulariter Bar.in l.qui vltimo.in fin.ff.de pœnis.& ſecundum eundem in l.cum reis.C.de pœnis de quo etiam latè vide dominum Benedicti. in repet. cap.Raynutius.in verbo, mortuo itaque teſtatore.in primo.num.275.qui dicunt,quòd iſtud habet verum de iure: de conſuetudine autem Regni Franciæ contrarium ſeruatur: vt videmus hoc fieri hodiernis temporibus, & quolibet die: quod facit pro probatione. l.1.ff. de in integrum reſti.& c.ſtatutum.in prin. de reſcrip. in 6.& cap.quàm ſit.de electione.eodem libro. & pro hoc facit,quia nemo videtur, nec poteſt renuntiare iuri & fauori in fauorem ſui introducto.l.ſi quis in conſcribendo.C.de epiſcopis & cleri.& in l.ſi quis in conſcribẽdo.C.de pac. cum ſimilib. & cum appellatio fuerit introducta in fauorem condemnati, non debet in eius odium redundare. l. quod fauore. C. de legibus.& licet l. non tantum. ff.de appellatio.& l. adictos.C.de epiſcopali audien.videantur probare contrarium,attamen reſponde vt per Bar. in d.l.qui vltimo.& in d.l.cum reis.

Vigeſimusnonus caſus eſt, quando aliquis infans

infans cõmiſiſſet homicidium : nam talis non debet occidi,nec patitur mortem vllam.tex.eſt multum notabilis,& ſingularis in l.infans.ff.ad legem Corneliam de ſicariis. & ratio eſt quæ ponitur ibi in text.ſcilicet cùm illum infantem innocentia cõſilij tuetur.ſecundo eſt tex.de iure canonico in clemen.vnica,de homicidio, in clementi. & iiſans dicitur minor ſeptennio.l. ſi infanti. C. de iure deliberandi. vnde quicquid videt illa ætas , ignorat. ita eſt text. in l.1. circa fidem.C.de falſa moneta,cum ſimilibus. quod not.

Trigeſimus caſus eſt , quando aliquis homicida,vel quicunque aliàs criminoſus corruperit accuſatorem , ne ab eo accuſaretur : nam tunc talis homicida non debet in aliquo puniri.& eſt ratio,quia ignoſcendum eſt ei qui ſanguinem proprium qualitercũque redemptum voluerit. per text. in l.1.ff. de bonis eorum qui ante ſenten. ſibi mortem conſciuer. quod qualiter intelligatur , vide per doct. ibi.& per eoſdem doct. etiam in l. transigere. vel paciſci.C. de tranſact.& per doct.in l.athletas. §.fi. cum l. ſequenti.ff.de his qui notantur infamia.

Trigeſimusprimus caſus eſt, quando iudex condemnat aliquem ad mortem : nam ipſe in hoc habet licentiam , & tamen non punitur, nam ex poteſtate publica ſicut eſt iudex , permittitur occiſio latronis vel alterius malefactoris per tex.in l.illicitas. §. qui vniuerſas prouincias.ff.de offi.præſi. & l.capitalium. §.famoſos. & l.ſi quis aliquid.§.1.ff. de pœnis , cum ſimili. & ita intelliguntur omnes ll.& canones qui,vel quæ imponunt pœnam mortis malefactoribus, de quibus ſi vis videre , vide per dominũ Angel.de Perigliis poſt tractatum ſuum de ſocidis , vbi ponit 60. caſus in quibus mors naturalis ſpecificè à lege imponitur.

Trigeſimusſecundus caſus eſt , quando occiduntur omnes in bello iuſto & licito authoritate principis legitimè indicto,nam tunc omnes homines qui ibi occiduntur, impune occiduntur,& de hoc eſt caſus à contrario ſenſu, ſi bene inſpexeris,in cap.1.§.homicidium.de pace tenenda , & iura. firmanda , in vſib.feu.& glo. hoc expreſsè ibi dixit. Ita etiam dicit dominus Benedic. qui nihil allegat. in repetitione. cap. Raynutius.in verbo , mortuo itaque teſtatore. in 1.nu.276.

Trigeſimustertius caſus eſt, quando quis aliquem occideret ex diuino præcepto , ſicut Abrahã voluit occidere ex mandato Dei Iſaac filium ſuum , vt habetur Geneſis 22. capitulo. & ita etiam dicit dominus Benedic. vbi ſuprà.

Trigeſimusquartus caſus eſt,quando ex iudicio Dei occulto , ſcilicet per occultam ſpiritusſancti inſpirationem,ſicut Sanſon & Raſias. Ita etiam dicit dominus Benedic. vbi ſuprà vbi etiam dicit,quod iſti caſus quatuor vltimi non continentur ſub generali præcepto , non occides.vt clarè patet , & de quo clarè etiam patet in c.ſi non licet,& per totum 23.q.5.

Trigeſimusquintus caſus eſt in furioſo , nã ſi talis furioſus committat homicidium , ei parcitur,ne afflicto detur afflictio.tex. eſt multum notabilis in l.diuus. ff. de officio præſidis. & tex.in l. pen. §.fin.ff.ad l.Pompeiam de parricidiis.& text.in l.infans.ff. ad l.Corneliam de ſicariis.& tex.in clemen. vnica. de homicidio, in clem. Vnde etiam non poteſt facere teſtamentum,cum careat ratione. l.furioſus.C. qui teſta.facere poſſunt.& § 2.inſtit.illo tit.nec poteſt facere pactum,cum non habeat cõſenſum. l.1.in princ.ff.de verbo.oblig.& l.1.ff.de actio.& oblig.quod nota.

Trigeſimusſextus caſus eſt in dormiente,qui commiſit homicidium , nam tunc ipſe impunibilis eſt.Ita dicit tex.in dicta clemen.vnica.de homicidio.& Bar.in l.vt vim.col.2. vbi Iaſ.col. 5.ff.de iuſti.& iure.Ita dicunt ſcilicet ille tex. & Bart. quod dormiẽs committens homicidium non punitur:Bar.autem in l.pen. ff.ad l. Pompeiam de parricidiis,diſtinguit & melius,quod aut dormiens ſciebat illud ſibi euenire, ſcilicet quòd dormiendo ſe leuabat de lecto,& ibat cũ enſe in manu per domum, vel cameram,vel ſimiliter per carreriam , & tunc debet certificare illud aliis ſecum dormientibus , vt ipſe dormiat ſolus,vel alij ſecuri extent,& tunc ſi illud faciat , non tenetur poſtea de homicidio inſecuto:aut neſciebat illud ſibi euenire, & tunc licet non certificet , cum neſciat , non tenetur poſtea etiam de homicidio inſecuto.& ita procedit tex.in dicta clemen.vnica , & dictum generale Bar.in d.l.vt vim.col.2.aliàs autem ſecus, quia tenetur. Ita dicit Bartol. multum notabiliter in d.l. pen. quod dictum inſequitur Petr. de Ancha.in dicta clemen. vnica, & Floria.in l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornacarius.ff.ad l.Aquiliam.& Iaſ.in d.l.vt vim.col.5. pro qua deciſione canoniſtæ habent text. iuncta glo.in c.ſane. 16.q.1.& multa de dormiente,ſi vis videre, vide per Bald.in repetitione.l.1.col.12. C.vnde vi.vbi Bald.dicit quòd dormiẽs non poteſt facere pactum.& ratio eſt,quia non conſentit,per tex.in c. teſtamentum. & in c. ſed penſandum eſt. 5. diſt.quod nota.

Trigeſimusſeptimus caſus eſt in eo qui caſu fecit homicidium , non tamen voluntate, nam tunc talis non tenetur de homicidio.text. eſt multum notabilis in l.frater. quæ eſt l.1. & in l.eum qui.quæ eſt l.5.in ordina.C.ad l.Corneliã de ſicariis.& tex.in l.1.§.diuus. in princ.ff. ad l.Corneliam de ſicariis. ita etiam & plenius per illa iura dicit glo. in cap.1.§. homicidium. de pace tenen.& iuramen.firman.in vſibus feudo.& ratio eſt,quia in maleficiis voluntas non exitus expectatur.l.diuus.ff.ad leg. Corneliam de ſicariis. vnde licet incendiarius ſcienter & doloſe veniat comburendus. l. qui ædes. ff.de incen.rui. & naufra. negligenter autem veniat reſarciendus damnum parti ſi quid habet , vel ſi nihil habet , debeat puniri in corpus,vt d.l. qui ædes. in fin. & l.fin. & ibi glo.illo tit. attamen ſi caſu fortuito quis fiat incendiarius , in aliquo non tenetur. text.eſt multum notabilis & ſingularis. in l. ſi fortuito. illo tit. ſcilicet de incend.ruina & naufrag.





Trigeſimusoctauus caſus eſt in milite deſertore:nam talis à quocunque capi poteſt:& ſi faciat reſiſtentiam,poteſt à quocunque occidi. de hoc habetis text.multum notabilem , & ibi doct.in l.fi.C.quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindicare.

Trigeſimusnonus caſus eſt in aggreſſore itineris , & in agrorum depopulatore nocturno: nam ſi iſti occidantur,impunè occiduntur, per text.formalem in l.1. C.quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindi. & in l.is qui aggreſſorem. C.ad l.Corneliam de ſicariis, & ratio eſt, vt expectet quod facere conabatur , & nullam ob id factum calumniam metuere debet : cum melius ſit tempore occurrere , quàm poſt exitum vindicare , vt dicit tex.in d.l.1. C.quando liceat vnicuique &c. Ita dicit glo.multum pulchra in d.c. 1. §.homicidium.de pace tenenda, & iuramen.firma. in vſibus feudo. vide.etiam & alios. Iaſon. in l. vt vim.ff.de iuſtitia & iure. quod nota.

Quadrageſimus caſus eſt in percuſſore ad me veniente : nam ſi alio modo euadere non poteram niſi eum occiderem,certè per me tũc occidi poteſt : & ſi occiderim, non teneor aliquo modo:& ratio eſt, quòd defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur.Ita eſt tex.formalis & notabilis in l. ſi quis percuſſorem. C. ad l. Corneliam de ſicariis. & pro hoc facit tex.etiam in l.2.illo tit.in verbo, vel quemcunque alium,&c.& tex.in l.vt vim. & ibi latè omnes doct.ff.de iuſti.& iure.& text. in l.1.C.vnde vi.& tex.in clemen.vnica,in fine de homicidio, in clem.& l.1. §.vim vi. ff.de vi & vi arma. cum ſimilibus. & iſta ſemper ſunt fienda cum moderamine inculpatæ tutelæ.vt eſt tex.in d.l.1.C. vnde vi. quod dictum quomodo intelligatur, vide per glo.ibi,& doct.& per text.glo.& doct. in d.l.vt vim.

Quadrageſimusprimus caſus eſt , quando aliquis aufugit ad eccleſias commiſſo delicto: nam tunc ipſe aufugiens non meretur pœnam mortis,& ratio eſt,cùm eccleſia ſit immunitas in hoc.vt l.1.& 2.& l.præſenti. & toto tit. C.de his qui ad eccleſ.confugiunt.& c.pręterea.& c. inter alia.& c.eccleſia.de immunitate eccleſ.in antiquis.& in c.ſicut antiquitus.& c.reum.& c. id conſtituimus.17.q.4.cum ſimili.& text.in d. cap.ſicut antiquitus.dicit , quod eccleſia habet quadraginta paſſus immunitatis.& capella triginta.imò dicit tex.in l.2. quæ incipit.fideli.C. de his qui ad eccleſ.confugiunt,quod extrahẽs aliquem de eccleſia , committit crimen læſæ maieſtatis.fallit autem iſta regula,& iſte caſus, ſcilicet quòd quis non debet extrahi de eccleſia , quantumcunque grauiora crimina commiſerit , nec inde damnari ad mortem, vel ad pœnam.d.c.inter alia.cum ſimilibus iam allegat.Hoc fallit in caſibus ſequentibus.

Primò in publico latrone, vel in depopulatore agrorum nocturno , qui itinera frequentant,vel publicas ſtratas obſident aggreſſionis inſidiis : nam iſti non gaudent immunitate eccleſiarum,licet ad eas aufugerint , per text.formalem ita dicentem in c.inter alia. circa medium, extrà de immunit. eccleſiar.ita notatur etiam per gl.& doct.in c.1.extrà de homicidio.

Secundò fallit in committente homicidium per induſtriam , & animo penſato per viam aggreſſionis,per tex.in c.1.vbi glo.extra de homicidio. & tex. in d.c.inter alia. poſt medium illius textus.

Tertiò fallit in faciente homicidium intra eccleſiam,vel in cœmiterio eo animo vt eo facto gaudeant illa immunitate. de hoc eſt text. formalis in c.fi. extrà de immunitate eccleſiar. & glo.in d.c.1.extrà de homicidio. & ratio eſt, quia fruſtra legis auxilium inuocat qui committit in legem,vt dicit tex. in d.c.fi.quod not.

Quartò fallit in homicidis , in adulteris & in raptoribus virginum per text. in §. quod ſi delinquentes.in authen.de manda.principum, collatio.3.verſi.neq; &c.An autem iſta fallentia ſit vera , & qui non gaudent immunitate eccleſiæ,vide per tex.gloſſ.& doct. in c.inter alia. extrà de immunitate. eccleſiarum. in gloſſ. in verbo,publicus latro.& glo.& doct.in d.l.2.C. de his qui ad eccleſ. & text. glo.& doct. in d.§. quod ſi delinquentes.& latius vide etiam Ioan. Fabri.in §.fin.inſt. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.quod nota.

Quadrageſimusſecũdus caſus eſt in ebrio. nam ſi ebrius commiſerit homicidium , non tenetur de homicidio.argumento tex. in l.vnica.C. ſi quis Imperatori maledixerit. & l. omne delictum.§.per vinum.ff.de re militar. & ratio eſt , quia ebrius caret ſenſu & diſcretione, per tex.multum elegantem in c.ſane.15.q.1. vbi dicit text.quod qui nimio vino indulgẽt,iacent ſepulti , & neſciunt quid loquantur , & ſunt ignorantes , nec habent aliquem conſenſum: vnde ex hoc poteſt quicunque inferre , quod paciſci non poſſunt.l.1.§.1. ff.de pactis. & ita ibi glo. ſcilicet in d.cap. ſane. videtur firmare hoc correlarium.glo.autem ſimilis & melior eſt in c.vnuſquiſque.22.q.4. vbi dicit glo. quòd promiſsio ebrij non valet.vnde dicit text. in c.inebriauerunt.15.quæſt.1. quod Loth , qui cognouerat filias ſuas carnaliter, non commiſit inceſtum, eo quia neſciens erat:ergo ebrius aliquo modo non habet conſenſum.Item idem ebrius non poteſt facere teſtamentum propter defectum conſenſus , vt multum ſingulariter dicit Bal.in cap.1.extrà de teſta.Item ebrius non poteſt ferre teſtimonium.l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff. de pœnis.& cap.1. extra de teſta.facit etiam dictum Archi.in cap.ſanè.15.q.1.vbi dicit, quòd ebrij carent cõſenſu & pulſu. facit etiam glo.in l.ſancimns.in verbo,quærere.C.in quib. cauſ.in integrum reſti.non eſt neceſſa. vbi glo. dicit , quòd Imperator oblitus fuerat legum, quia biberat vinum. Et de iſta materia vini & ebriorum vide per Canoniſtas in c. à crapula. extrà de vita & honeſta.clericor.& per glo. Archi.& alios in d.cap.ſane.15.quæſt.1. & per eundem Archi.in c.1.& c.ſexto die. & tota illa diſt. 35.diſtin.& in c.nihil.de conſecratione, diſtinctione quinta.

Quadrageſimuſtertius caſus eſt,quādo quis putator ramum ex arbore deiecerit in locum vbi non erat iter aliquo modo, & hominem tranſeuntem occiderit: nam tunc iſte putator non tenetur, (niſi dolo id fecerit, ) licet aliquo modo non ante clamauerit, & ratio eſt, quia diuinare non potuit an per eum locum quis tranſiturus eſſet,ideo non tenetur de culpa.iſte eſt tex.multum notabilis in l.ſi putator. in fi.ff. ad l.Aquiliam. ſecus autem ſi iter erat ſiue publicum,ſiue priuatum,vbi cecidit ramus: nam tunc ſi non proclamauerit, tenetur tam de culpa, quàm de dolo: ſecus ſi proclamauerit, vt dicit tex.in prædicta l.ſi putator. in princip. & text. in d.l.in lege. in fin.ff. ad l. Corneliam de ſicariis.

Quadrageſimuſquartus caſus eſt in fure nocturno, quem permiſſum eſt mihi occidere quocunque modo ſe defendat,dummodo cum clamore teſtificem dicendo quilibet currat ad latronem.In diurno autem fure dicendum eſt quod etiam eſt permiſſum mihi eum occidere,ſi ſe telo defendat, & clamen modo prædicto. Ita eſt text.multum elegans in l.ſi itaque. quæ eſt l.4.ff.ad leg.Aquiliam. & tex.cum glo. in l.ſi vt allegas. C.ad l.Corneliam de ſicariis.

Quadrageſimuſquintus caſus eſt quando quis occidit aſportantem res ſuas, vel volētem capere res ſuas:nam tunc ſi in reſiſtentia occidatur,impunè occiditur. glo.eſt multum notabilis & ſingularis in l.vt vim.ff.de iuſtit.& iure. adde glo.ſimilem in l.ſi vt allegas.C.ad l.Corneliam de ſicariis.& glo. & ibi text. ſecundum Bar.in l.furem.ff.ad l.Corneliam de ſicariis. ita etiam dicit Bar.& Iaſ.poſt glo.ibi,in d.l.vt vim. & ratio eſt, quia bona ſunt ſecundus ſanguis hominis,per glo.ſingularem.iuncto tex.in l.aduocati.& ibi hoc expreſsè notat Bal. C. de aduoca.diuerſo. iudi. & idem Bald.in l.ſi tuis. C. de operis libe.& quam glo.etiam reputauit ſingularem Iaſ.in prædicto loco proximè allegato, & iſta concluſio ſeu iſte caſus ampliatur tribus modis,ſcilicet,

Primò vt non ſolum hoc poſsit fieri incontinenti,ſed etiam poſtea ex interuallo.Ita dicūt Bar.& Iaſ.in d.l.vt vim.per tex.in l.3.§.eum igitur.ff.de vi & vi armat.

Secundò ampliatur vt procedat in ſimplici detentatore. l.colonus. ff. de vi & vi arma. ita Iaſ.vbi ſuprà.

Tertiò ampliatur vt procedat etiam ſi res eſſet iniuſtè poſſeſſa per eum à quo capitur.per glo.& doct.in l.1.§.vim vi.ff. de vi & vi armata. ita Iaſ.vbi ſuprà.

Limitabilis autem hoc quatuor modis.

Primò quando eſſet res vilis & parui pretij: ita limitat multum ſingulariter Iaſ.vbi ſuprà poſt Bald.in l.1.C.locati.qui tamen allegat.tex. in l.ſi ex plagis.§.tabernarius.ff.ad l.Aquiliam. & aduerte,quia res vilis dicitur,à duobus aureis infrà.quod probatur,quia ſi non licet intentare actionem famoſam à duobus aureis infrà.per tex.in l.ſi oleum.§.fi.cum l.ſequenti.ff.de dolo. multo minus debet licere offendere perſonā. tex.eſt notabilis.in l.ſi adulterium.§.liberorum. ff.de adulteriis. & ita in ſpecie notat dominus Matheſilan. in notabili 134. incip. nota quòd leges.

Secundò limitatur iſte caſus vt per Bar. in l. furem.ff.ad l.Corneliam de ſicariis,& per Bal. in l.ſi vt allegas. C.illo tit. quicquid ibi teneat Salic. ita etiam limitat in d.l.vt vim.col.6.ſcilicet quando damnum eſſet irrecuperabile,non facta reſiſtentia.

Tertiò limitatur iſte caſus non habere locum in clericis vel aliis perſonis eccleſiaſticis. tex.eſt in c.ſuſcepimus. extra de homicidio. & ibi notat Abbas expreſſe in tertio notabili. ita tenet etiam glo.23.q.3.in princ.ita etiam dicit & limitat Iaſ.in loco vbi ſuprà.

Quartò limitatur iſte caſus vt non procedat quantum ad forum poli:hoc eſt quantum ad forum conſcientiæ,vt dicit Iaſ.in d.l.vt vim. ff.de iuſtitia & iure.col.5.& 6.vbi dicit Iaſ.quòd in omnibus caſibus in quibus homicida tam de iure ciuili,quàm canonico liberatur à morte,& non poſsit in aliquo foro puniri: tamen quo ad deum peccat mortaliter,& in foro conſcientiæ tempore confeſsionis debet ſibi iniugi pœnitentia.Ita dicit Iaſ.vbi ſuprà.per glo. ita declarantem in cap. inter hæc.33.q.2.quam pro ſingulari reputat Iaſ.vbi ſuprà & Ludo.Roma. in repetitione authen.ſimiliter. C.ad leg. falci. in 34.ſpeciali piæ cauſæ inter vltimas voluntates.& Ioan.de Imo.in l. quid ergo.in prin.ff.de lega.1.& pro iſto facit optimus tex.in c.admonere.33.q.2.vnde facit glo.ſingularis in c.fraternitatis.12. quæſt.2. quæ vult quod pœna dupli, tripli,& quadrupli, quæ imponitur per ius ciuile, non eſt licita in foro conſcientiæ & confeſsionis.

Iſtum autem caſum tenet pede fixo Iaſ.vbi ſuprà poſt multas argumentationes ab vtraque parte adductas per prædictas glo. iam allegatas,pro quibus facit tex.in l.4.§. lex duodecim tabularum.ff.ad leg.Aquiliam. & ita etiam tenet Bald. in d.l.ſi vt allegas. ad idem facit bonus tex.in l.1. in verbo, ad defendendum poſſeſsionem. C.vnde vi. & tex. in l.deuotum.C. de metat.lib.12.& tex.in l.quando multa. C.ad leg. Iuliam de vi. & text. in cap.2. extrà de homicidio.

Quadrageſimuſſextus caſus eſt quando vnus, vt puta Titius, vulnerauerit Caium ad mortem, & Sempronius poſtea eundem vulneratum, ſcilicet Caium vulnerauerit etiam mortiferè,& poſtea decedat: nam tunc in iſto caſu dicendum quod primus non tenetur de homicidio,nec de occiſo, ſed tantum de vulnere.tex.eſt multum notabilis in l.item Mela.§. ſi alius.ff.ad l.Aquiliam. qui text. vnum dicit, quando erat incertum an ex primo vulnere decederet:ſecus autem ſi eſſet certum eundem vulneratum mori ex primo vulnere:quia tunc ille primus vulnerans tenetur de occiſo, & de homicidio,per tex.in l.ita vulneratus.in princ. ff.ad l.Aquiliam.ita concordat glo. ibi in verbo,teneri.in fine,& ibi doct.





Quadrageſimus ſeptimus caſus eſt, quando eſſent plures vt tres,& vnus tātùm percuſſerit, & occiderit,& dubitatur, nec apparet aliquo modo quis eorū occiderit: nā tunc nullus debet puniri: & ratio eſt,quia forſan nocens dimitteretur,& innocens condemnaretur. quod fieri non debet:cùm potius nocentē impunitū relinquere debeamus,quàm innocentē cōdemnare.l.abſentem.ver.ſanctius enim eſſe.&c.ff.de pœn.Iſte caſus ponitur per glo. multum not.in l.item Mela.§.ſed ſi ſeruū.in verbo, plures percuſſerit.ff.ad l.Aquil. & ibi hoc expreſsè not. Bar.qui dicit,quòd ipſe cum doctorib. ſui temporis hoc intelligunt verū eſſe, & illam gloſſ. vera loqui, niſi omnes fuerint cum propoſito occidendi:quia tunc omnes tenentur. Ita hoc not. etiam Cin. in l.quoniam multa.Cod. ad l.Iul.de vi. & idē tenet Bar.in l.ſi in rixa.col.2. nu.10.ff.ad l.Cor.de ſicar.adde text.pro hoc facientē in c.nō ęſtimemus.13.q.2.& c.ſacris.extr. de ſepul.& videatis quod no.in c. nolite.11.q.3.

Quadrageſimuſoctauus caſus eſt,quādo aliquis eſſet occiſus à iaculantibus,vt quia tranſibat per campū,cum alij iaculantes in illo campo iacularentur,& ibi eſſet cōſuetum iaculari. nam in iſto caſu ſi talis trāſiens occidatur,impunè occiditur: quia non tenetur occidens de homicidio.Et eſt ratio,quia occiſus nō debuit facere iter intempeſtiuū per campum iaculatorium.de hoc eſt tex.in l.item ſi obſtetrix.§.fi. ff.ad leg.Aquil.niſi data opera & dolo illum tranſeuntem occiderit,vt dicit ibi tex.in finalibus verbis,quod eſt multum notab.

Quadrageſimuſnonus caſus eſt, quādo ſtatutum permitteret quē poſſet occidi impunè: nā ſi occidatur,talis occidens non tenetur aliquo modo.& tale ſtatutum valet, vt eſt apud Venetos,vbi viget tale ſtatutum.ita dicit gl. in c. venerabilis.extrà de conſuc.& gl.in c.2. in verbo, antiqua.de temp.ord.tex.in l.miles.§. mulier.ff. de adul.facit tex.in l.igitur.§.poteſt.ff.de liber. cau.& gl.ſimilis in l.plagij.la 2.C.ad l.Fauiā de plagia.ita dicit pulchrè Iaſ.in l.in actionibus.ff. de in litem iur.Barba.in conſi.17.in 1.vol.conſiliorum.& gl.in c.deniq;.4.diſt.& in c.obiiciuntur.32.q.4.& ita expreſsè hoc firmant Barto.& omnes docto.in l.omnes populi.& idem Iaſ.in l.vt vim.col.4.ff.de iuſti.& iur.& ratio eſt, quia bannitus cenſetur transfuga & hoſtis ciuitatis. l.amiſsione.§.j.ff.de capit.dimin. Hoſtis autem & trāsfuga occidi poteſt impunè ex forma l.3. in fi.ff.ad l.Corn.de ſicar.ergo codē modo bannitus ex forma ſtatuti.ita dicit Ia.poſt Bar.in d. l.omnes populi.col.1.vbi vide per eum,qui hoc probat multis iuribus,& doctrinis doctorū. vbi hoc etiam in quatuor vel in quinque caſibus, quos per te videas cauſa breuitatis.& ad ibi dicta me remitto.

Quinquageſimus caſus & vltimus pro nunc eſt in transfugis: nam ipſi impunè occidi poſſunt à quocunque inueniātur, & in quocūque loco,per tex.in l.eiuſdē legis Corneliæ.§.tranſfugas.ff.ad l.Corn.de ſicar.ita etiā dicit Iaſ.per illum tex.in d.l.omnes populi.col.10.

Materiam iſtam criminalem,& caſus in quibus homicida perpetuò euadit pœnam mortis, vel executio ſententię differtur,vide per Hippoly.de Marſil.in repet.l.fi.C.de accu. & per eundem in repet.l.1.ff.ad leg.Corn.de ſicar. per Iaſ. & Dec.in l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.& ampliſsimè per Iac.Bolenc.in repet.§.famoſos.l. capitalium.ff.de pœn.vide etiam gloſſatorē conſuet. Burgund.in tit. *des iuſtices & droicts d'icelles*.Iaſ. in l.debitoribus.ff.de re iudi.gl.in c.cum apud. 11.q.3.gl.& latè Fel.in c.quærenti. extrà de offi. deleg gl.in §.2.inſti.de offi.iud.& latiſsimè modum practicandi in hac materia,quādo proceditur per accuſationes & confrontationes,vide per Do.Benedict.in repe.c.Raynutius. in verb. mortuo itaq; teſtatore.in 1.de teſta. vide melius quàm alibi per Parid.de Puteo.in tracta.ſuo de ſyndic.gl.Alex.& moder.in l.ſi ab hoſtibus §. fi.ff.ſol.mat.Io.de Ana.in rub.extrà de accuſ.& in c.1.& in c.qualiter & quādo.eo.tit.& per Ange.in ſuo tracta.malefic.vide etiā Fel.in c.preſbyterum.extrà de homicid.Iaſ.in l.1.ff.de eo per quem factū erit.Cæpol.Veronen.in repet.auth. ſed nouo iure.C.de ſeruis fugit.& vide Iaſ.in l. 1.C.eo.tit.vide etiā crimina priuilegiata, & crimina cōmunia,enumerata per Do.Aufreri melius quàm alibi,in repet.cle.1.de offi. ord. & per Do.Benedict.in repet.c.Raynutius.in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam. extrà de teſta.

## *REPETITIO D. PETRI REBVFFI MONTISPESSVLANEN. IVRIVM DOCT. ET COMITIS*

### *Super l. Si vnquam. Cod.de Reuocandis donationibus.*

SIngularis & notabilis eſt hæc lex, ſecundum Bart. pulchra & practicabilis ſecūdum Alber.de Roſa. & malè à Doctoribus cōmentata: pro cuius clariori intelligentia præmitto, quòd donatio eſt quædam liberalitas quæ nullo iure debetur.l.donari.ff.de donatio. & l.donari.ff.de regu.iuris.Iſtam diffinitionem tradit Ange.de Aretio in §.1.inſtit. de donatio Et eſt duplex donatio,quædam eſt cauſa mortis,& eſt illa,in qua fit mentio de morte. Nam timenda eſt, cum eius dies ſit incertus.l.Senatus.§.mortis.ff.de donat.& l.1.ff. de conditio.& demonſt.& l.legatum.illo tit.Ita not.gloſ. Bart. Angel.Rapha.& Ioan.de Imo.in l.Seia.§.fin.ff. de donationib.& in l.Seia.ff.de dote præleg. & gloſ.& ibi in §.1.inſtit.de donat.aliàs ſi quis ſit

in extremis conſtitutus,ſi ſimpliciter donet,nec adiiciat cauſa mortis, intelligitur donare inter viuos,& eſt quando non fit mentio de morte. tex.eſt ſing.in d.l.Seia.§.fi.ff.de donat.& iſta poteſt reuocari in tribus caſibus,per tex.in §.1.inſtit.de donat.& tex.in l.non omnis.ff.ſi certum pet.cum ſimil.nec requirit inſinuationem.l.fi. infrà de donat.cauſa mort. Alia & ſecunda eſt donatio inter viuos,& eſt quãdo non fit mentio de morte.ita Ange.de Aret.in §.aliæ.inſtit. de donatio.& iſta non valet ſine inſinuatione regulariter. l. donationes quas parentes. ſuprà de donat.inter virum & vxor.l ſancimus.ſuprà de donat.& iſta non reuocatur niſi ex certis cauſis,de quibus in l.fi.infrà eod. & in §.ſciendum.vbi gloſ.& docto.inſtit. de donationib.& poſſet iſta ſubdiuidi, vt per Bal.in l.omnimodo.§.imputari.ſuprà de inoffic.teſta.

Secundò præmitto, quòd quædã ſunt inualidæ rationes minoris ætatis,& iſta reſcinduntur,& iuuantur per reſtitutionem in integrum: quia inualidum propriè nõ poteſt reſcindi.alia ſunt inualida alia de cauſa,vtputa quãdo venditor eſt deceptus vltra dimidiam iuſti pretij: & de iſtis loquitur tex.in l.2.ſuprà de reſcin. vend.alia efficiuntur inualida propter ſuperuenientiam liberorum, vt hic. Iſtis ſic præmiſsis hoc dicit iſta l.in ſumma.

Donatio facta à patrono filios non habente liberto ſuo,reuocatur per ſuperuenientiam liberorum.

Caſus ſic poteſt figurari.Patronus dedit omnia bona ſua,vel partẽ liberto ſuo:poſtea poſt donationem factam habuit liberos:fuit quæſitum ab Imperatore, vtrum iſta donatio poſsit reuocari per ſuperuenientiam liberorũ. Et pro ratione dubitandi videbatur dicendum quod non : quia donatio perfecta non poteſt aliquo modo reuocari.l.perfecta.ſuprà de donat.quæ ſub modo.& l.ſi donatum.ſuprà iſto tit. Contrarium decidit Imperator. & ratio decidendi eſt ſecundum gloſ.Bart.quem ſequuntur communiter docto.hîc,quia ſi donans cogitaſſet de liberis,veriſimiliter non donaſſet bona ſua liberto.arg.l.cum acutiſsimi.ſuprà de fideicom. & l.cum auus.ff.de condit.& demonſt.

Ex iſto textu noto,quòd donatio facta à patrono liberto, reuocatur ſuſceptis liberis.bene facit tex.in l.tale pactum.§.fin.ff.de pact.& pro iſto bene facit quod dicunt Ioan.And. & Alber.de Roſa.quos referunt cæteri in l.Titia.§. Imperator.ff.de lega.2,ne ex nimia liberalitate parentum filij defraudentur, cùm bona parentum eis debeantur.l.vnica.de imponen. lucra. deſcrip.lib.10.Cod.facit etiam text.in l.nam & ſi parentibus.in prin.ff.de inoffi.teſta.l. ſcripto. ff.vnde liberi.l.cum ratio.ff.de bonis damnat. facit quod dicit Barto.in l.non vſque adeò.ff. ſi quis à paren. fuer. manumiſ. quam ſequitur Iaſon in l.filium quem habentem.ſuprà fami. erciſc. quòd ſi pater alienet bona ſua in fraudem filiorum, & emptor fuerit fraudis particeps,reuocatur iſta alienatio.

Contra iſtud notabile fortiter obſtat tex.in l.ſi repetendi. ſuprà de condictio.ob cauſam. vbi voluntas & intentio, in mente retenta, nihil debet operari : ergo licet donans haberet intentionem reuocandi donationem ſuſceptis filiis,iſtud non dabet conſiderari,huic difficultati poſſumus reſpondere, quòd voluntas in mente retenta non debeat conſiderari, niſi anxilio legis fulciatur.Vel ſecundò reſpondeo, quòd voluntas in mente retenta per ignorantiam, ſiue inconſiderationem debet conſiderari ſi omittatur, per tex.in l.fi.§.idem quæſiit.ff.de condict.indeb.vbi pactum quod in pactionibus adſcribi ſolet in hunc modum, ex contractu iſto nullam controuerſiam eſſe, amplius non impediat repetitionem : & quia melius intelliguntur quæ per diuiſiones & quæſtiones determinantur,quàm quæ opponendo ſoluuntur:nam diuiſio animum legentis incitat, mentem audientis præparat, memoriam artificioſè corroborat: vt dicit gloſ.in §.igitur. in procemio Inſtit.in verbo, partiri. & recitat Iaſon in dicto procemio actio.

Primò quæro,vtrũ ſi donator iurauerit non reuocare donationem,non obſtante iuramẽto poſſet eam reuocare ſuſceptis liberis. & primò videtur dicendum quòd non : nam ſi donans expreſsè renunciaſſet beneficio huius l.ſi vnquam. non reuocaretur talis donatio,argu.l.ſi quis in conſcribendo.C.de epiſc.& cler. & l.ſi quis in cõſcribendo.ſuprà de pact.ſed iuramentum habet vim ſpecialis renuntiationis.Bal.in l.1.ſuprà commoda. cum quo tranſit Iaſon in §.item ſi quis poſtulante.inſtit.de actio. Confirmatur, quia iuramentũ importat illam clauſulam, vt actus valeat omni meliori modo quo fieri poteſt.tex.eſt ſingul.in l.cum pater.in §.filius matrem.ff.de lega.2.Felin.in cap.ſuper eo. extrà de offic.deleg.Franciſ.de Arc. in tractatu ſuo feudali, in tit.ex quib.cau.feu.amit. Socin. in conſi.163.incipiente,nõ fuiſſet opus.in tertia parte. Alex. conſi.40. in quarto volu.& not.in cap.ex reſcripto.extrà de iureiur. ergo donatio non reuocabitur iuramento interueniente.

Secundò iuramentũ ſemper eſt ſeruandum, dummodo non lædat ius tertij, nec ſit in diſpendium ſalutis æternæ.tex.in c.quanto.de pactis.in 6.& c.cum cõtingat.extrà de iureiuran. ergo non reuocabitur talis donatio.Contrariũ tamen tenet Bar.in l.Titia. §.Imperator. ff. de lega.2.& mouebatur Bar. nam iſta conditio, ſi ſine liberis,quæ ineſt in donatione,ineſt etiam in iuramento: quia iuramentum debet regulari ſecundum naturam cõtractus ſuper quo interponitur.l.fin.ſuprà de non nume. pec.& l.fi.ff. qui ſatiſda.cog.cum iuramentum non trahatur ad maiora,quàm ipſe contractus.ita tenet Bar. in l.ſi quis pro eo.in fi.ff.de fideiuſſ. idem tenet Specu.in titu.de inſtru.edit.& ab iſta opinione in iudicando & conſulendo non eſſet diſcedendum:quia iſta eſt cõmunis ſecundum quod refert Bar.hîc. Soci.in conſi.2.incip.viſa.& Ludo. Rom.in conſi.26.incip.non eſt dubiũ. Nec obſtant adducta in contrarium dum dicebatur, quòd iuramentum habet vim expreſſam : quia iſtud habet



iſtud habet verum quo ad cogitata, nõ autem quo ad non cogitata : nam iuramentum nunquam trahitur ad incognita.tex.eſt ſingularis in c.veniens.extrà de iureiur.

Secunda cadit dubitatio,vtrũ diſpoſitio huius legis quæ loquitur in liberto,habeat locum in extraneo.& primò videtur dicendum quod non:quia in exorbitantibus à iure cõmuni nõ eſt licita extẽſio.l.ius ſingulare.& l.quod verò. ff.de legib.c.quæ à iure.de reg.iur.in 6. ſed iſta lex loquitur in materia exorbitanti:nam videtur eſſe contra.l.ſi donationẽ. & contra l.velles.ſuprà iſto tit.

Secundò,quia maior reuocandi donationẽ, de qua in hac l.eſt in liberto,quàm in extraneo, eo quia ipſe libertus debet multa patrono propter recompenſationem libertatis ſibi datæ, vt not.in tit. de operis, & bonis liber. & in §. ſed noſtra.inſti.de ſucceſsio.liber.quæ tamen ratio non militaret in extraneo.

Tertiò, cõtra iſtud videtur facere tex.in l.ſi totas.1. ſuprà de inoff. dona. vbi donatio quæ fit à patre vni ex filiis, ſi ſit inofficioſa, reuocatur vſque ad ſupplementũ legitimę, ergo ſicut ibi nõ reuocatur in totũ,nec hîc deberet reuocari.& iſtam opin.tenuerũt gl. Cin.Guil. Fulg. Raph.& Cuma.Sal.in l.1.ſuprà de inoff. don.& iſtã videtur ſequi Bal.in auth.ex cauſa.ſuprà de lib.præte.vel exhære.& illã tenuit gl.in c.fi.extrà de dona.Contraria opinio ſeruatur in practica,quã tenet gl.noſtra hic,& Bar.quẽ ſequuntur cõmuniter alij.idem Bar.Bal.Ang.& Io.de Imo.in l.Titia.§.Imperator.ff.de leg.2. & atteſtatur Philip.Cor.in cõſi.4.incip.viſa mihi dubia.li.3.eſſe cõmunem, & fundamentum iſtorũ eſt,quia militat ratio decidendi, quã ſuprà aſsignauimus etiam in donatione facta extraneo, & vbi militat eadem ratio, debet militare eadem diſpoſitio.l.fi.ſuprà ad l.Falci. & l.illud.ff. ad l.Aquil.& l.à Titio.ff.de verb.obli. Nõ obſtãt adducta in cõtrarium,quòd iſta lex ſit exorbitans, quia in exorbitantibus ex identitate rationis licita eſt extenſio. l.libertus.in §.ſenatuſcõſulti.ff.de ritu nupt.l.filium.ff.ad ſenatuſcon.Macedo.vbi diſpoſitio loquens in filiis habet locum in nepotibus,etiam in materia exorbitanti,& præcipuè in fauorabilibus.

Non obſtat ſecundum quòd non militet eadem ratio,quia licet non militet tanta, militat tamen illa,quæ eſt finalis.Non obſtat tertium de l.ſi totus.ſuprà de inoff.don.quia ille tex.loquitur quãdo donatio fiebat à patre vni ex liberis: nos autẽ loquimur quando fit extraneo, vel liberto.Eſt verum quod Pau.de Caſt.in d.l. 1.diſtinguit,aut donans deſperabat de filiis, & iſto caſu procedat opinio cõmunis, quã tenet hic gl.aut non deſperabat de filiis, & iſto caſu procedat opinio gl.Cin.Guiliel.Fulg.Raph.& Sali.in d.§.Imperator.& gl.in c.fi.ext.de dona.

Circa iſtud notabile cadit alia pulchra & tertia dubitatio,an donatio ob cauſam reuocetur natiuitate poſthumi?videtur dicendũ quod ſic: quia donatio ob cauſam eſt donatio, arguẽdo ſecũdum quid ad ſimpliciter.l.qui pœnæ.ff.de manumiſ.vbi ſeruus pœnæ dicitur ſeruus, ergo debet reuocari per iſtũ tex.qui loquitur indefinitè,& indefinita æquipollet vniuerſali.l ſi plures.ff.de leg.3.& l.ſi pluribus.ff.de lega.2.& l.in ſumma.ff.de re iudic.& pro iſta opin.facit tex. in l.ſi extraneus.ff. de iure dot. vbi probatur, quod donatio ob cauſam dicitur pura donatio.In contrariũ tamen videtur tex.in l.1.ſuprà de pact.vbi natiuitate filij nõ reuocatur remiſſio fideicommiſsi facta ob cauſam,vt alter etiã remitteret fideicõmiſſum reciprocũ, per illum tex.ita cõcludunt cõmuniter doct.ibi,& Alex. in conſi.29.in 3.vol. ad fi.& conſi.4.in 4.col.in 4.vol.& Soci.in conſi.187.in 1.lib.Dec. in cõſil. 188.in fi.& ratio eorũ eſt,quia donatio ob cauſam nõ eſt propriè donatio,ſed potius permutatio.l.1.& l.Aquilius Regulus.ff.de donat. vbi ille qui dat ob cauſam, dicitur impropriè dare. bene facit doctrina Bar.in l.Lucius. §.quæſitũ. ff.de leg.3.quẽ ſequitur Bal.in l.ſi non ſpeciali. ſuprà de teſta.quod quando aliquid profertur cum adiuncto, dicitur impropriè tale : prout frater patruelis dicitur impropriè frater. facit tex.in l.hoc legatum.ff. de lega.3. & gloſ.in l.1. in princ.ff.de procur.

Secundò pro iſta opin.facit,quia iura maximè exorbitantia à iure cõmuni, loquentia in donatione,non ſunt extendenda ad donationẽ ob cauſam.Hinc eſt quòd diſpoſitio l.inter eos. §.1.ff.de re iudi.quę vult,quod donator nõ poſſit conueniri vltra quàm facere poſſet, nõ procedat in donatione ob cauſam, ſecundũ Ang, in l.ſed hoc ita.ff.de re iud.& Ioan.de Platea.& Iaſ.in §.pe.inſti.de actio.Hinc eſt quod l.ſancimus.ſuprà de dona.diſponens donationem nõ valere,niſi fuerit inſinuata, nõ vendicat ſibi locum in donatione ob cauſam, ſecundũ gl.Bar. & alios in d.l.Aquilius Regulus.& Bal.& Sal. in l.illud.ſuprà de ſacroſan.ecc.Hinc eſt etiam, quod diſpoſitio l.finalis,ſuprà ſi maior fac.alie. rat.hab.non habet locum in donatione ob cauſam,ſecundũ Phil.Cor.in cõſi.26.incip.in hac cõſultatione.col.2.in 2.vol.& in conſi.vlt. in 1. vol.& econtrà leges loquẽtes in donatione ob cauſam,non ſunt extendendæ ad donationem ſimplicẽ,ſecundum gl.in auth.ex teſtamẽto.& ibi no.Iaſ.in 1.col.ſuprà de collat.Et iſta opinio videtur vera,etiã quod in inſtrumẽto donationis eſſet adiecta clauſula dedit & donauit purè,ſimpliciter & liberè : quia talis clauſula non mutat effectũ donationis ob cauſam, ſecũdum Oldr.in conſi.5.incip.Titius dedit & donauit. & Alex.in dicto conſi.4.Iſta tamen deciſio per quã limitatur hæc lex,vt nõ procedat in donatione ob cauſam, recipit duas notabiles limitationes ſeu declarationes.

Prima eſt,vt procedat in donatione ob cauſam,quę reſpicit vtilitatẽ donãtis. ita procedat d.l.1.ſuprà de pact.ſecus in donatione ob cauſam,quę ſolius donatarij vtilitatẽ reſpicit, vt ſi donaueris alicui mulieri centũ pro dote ſua, vel vt aliquã rem ſibi emat,quia iſta dicitur pura donatio,d.l.ſi extraneus.ff.de iure dot. bene facit:quod voluerunt Io.Fab.& Iaſ.in d.§.pe.

inſti.de actio.& Arct.in conſi.17.incip. conſideratis.Ideo donatio ob cauſam quę reſpicit vtilitatem donatarij nihil valet,ſi non fuerit inſinuata: quia videtur pura donatio, ſecundum Imo. in dicta l.Attilius Regulus.

Secunda declaratio eſt, vt procedat quatenus donatio cauſæ correſpondet,& non vltra: ideo in exceſſu reuocatur natiuitate filij, quia in exceſſu dicitur pura donatio, & in tali exceſſu requiritur inſinuatio,ſicut in pura donatione,ſecundum Ange.& Imo.in dicta l.Attilius Regulus.& dicit Bal.in dicta auth. ex teſtamento.& in auth.vnde ſi parẽs. ſuprà de inoff. teſta.quod dicitur ſimplex donatio in exceſſu. Salic.in l.1. ſuprà de donat. ante nup. Philip. Corne.in conſi.45.

Circa iſtud notabile cadit alia,& quarta dubitatio,an diſpoſitio huius l.procedat in donatione cauſa mortis?& videtur dicendum quod ſic:quia donatio cauſa mortis facilius reuocatur,quàm donatio inter viuos.l.non omnis.ff. ſi cer.pet.& not.in §.ſciẽdum.inſtit.de dona.& l.fi.infrà de dona.cau.mor. & quia ratio huius l.videtur limitare etiã in donatione cauſa mortis.Ita conſuluit Phil.Corn.in conſi.288.incip. videtur.in pe.col.in 4.lib.In cõtrarium tamen facit,quod donatio cauſa mortis magis æquiparatur vltimis voluntatibus, quàm contractibus quãtum ad reuocationẽ.l.Marcellus.§.pe. ff.de dona.cau.mor.quod reputat ad hoc notabile Ludo.Roma.in 2.not.poſt ſua ſingularia, ſed legata nõ reuocantur.auth.ex cauſa. ſuprà de lib.præter.vel exhæ.ergo nec donatio cauſa mortis,& iſta infrà latius diſputabuntur.

Circa iſtud notabile cadit alia & quinta dubitatio,quid ſi donans habeat filios tẽpore donationis,an natiuitate poſthumi reuocetur iſta donatio? quæſtio ambigua videtur.& pro parte negatiua facit,quia ceſſat ratio decidendi,ergo debet ceſſare diſpoſitio.c. cum ceſſante. de app.& l.adigere.§.quãuis.ff.de iure patro. nam quia donator de filiis cogitauit,cum tunc filios haberet.Cõfirmatur,quia ſi pater donando voluit præiudicare filiis iam natis, ad quos præſumitur habere maiorẽ affectionem,quàm ad naſcituros,à fortiori videtur dicendũ,quòd voluerit præiudicare etiã filiis naſcituris.Et pro iſto facit,quod verba legis nõ etiã cõueniunt: cùm ergo ita ſit,quod neque verba,neque ratio legis militet nõ eſt dicendũ quòd habeat locũ diſpoſitio huius legis.& iſtam partẽ tenet Iaco.Butr. in l.1.ſuprà de inoffic.donat. Contrarium tenet Ange.hîc,loquens in patre habente vnicam filiam tempore donationis, dicens donationem reuocari,natiuitate poſthumi:quia ſi pater credidiſſet poſthumũ naſciturum,veriſimiliter nõ donaſſet, & fortè non curauit de filia iam nata,cùm ſatis ſibi ſupereſſe videret, quod ſufficeret pro filia maritanda. verùm ſi credidiſſet poſthumum naſciturum, noluiſſet illum laborare egeſtate,& extraneum bonis ſuis gaudere. l.cum auus.ff.de condi.& demon.& l.cum acutiſsimi.ſuprà de fideicõm. & iſtam opinionem ſequitur Rapha.Comẽ.in l.Titia.§.Imperato ff.de lega.2.Andr.Sicul.in c.fi.extrà de dona.Socin.in conſi.22.col.pen.Quid tenendum? Pau. de Caſt.in d.l.1.cõcordat opiniones diſtinguendo,aut donans habebat filium iam natum exoſum,& vera ſit opinio Ang.aut nõ proſequebatur illum filium odio,& tunc procedat opinio contraria.Sed iſta opinio non videtur vera:quia aut ex donatione apparet, quòd magis dilexit filium iam natum, quàm donatariũ, vt quia ſibi plus reſeruauerit,quàm alteri donauerit,& tunc conſiderandum eſt,quod magis etiã dilexiſſet poſthumũ,ſi de eo cogitaſſet,& conſequenter non donaſſet,aut ex donatione conſtat,quòd prædilexit donatarium,vt quia plura donauerit, quàm reſeruauerit filio iam nato,& tunc etiam debet reuocari donatio.vnde dicendum eſt,quòd ſi pater habeat filium iam natũ exoſum,donationem reuocari ſolùm pro portionibus poſthumi.arg.l.his qui.in fi.ff.de iure codicil.ſi verò filium exoſum non habeat, dicendum eſt donationem in totum reuocari: quia militat æquitas & ratio legis.

Circa iſtud notabile, cadit alia & ſexta pulchra dubitatio, quid ſi pater non donauit, ſed vẽdidit rem magni valoris pro modico pretio, an venditio reuocetur beneficio huius legis? Diſtinguendi ſunt duo caſus,aut vẽditor ignorabat valorem rerum,aut ſciebat. Primo caſu conſtat,quòd venditor ignorans non habebat animũ donandi.l.cuius per errorem.ff. de reg. iur.propterea non habebit locũ iſta lex, ſed recurrendum erit ad remedium l.2. ſuprà de reſcin.vend. & ad ea quæ dicunt Canoniſtæ in c. dilecti. extrà eo. titu. In ſecundo caſu videtur, quod habeat locum reuocatio : quia venditor ſciens valorem rei ſuę,videtur donare id quod pluris eſt.l.ſi quis donationis.ff.de contrahen. emp. ideo dicunt Anto.de Butr.& moder.in c. quia plerique.de imm.eccl.quòd ſalua cõſcientia poſſumus tenere rem magni valoris pro modico pretio, ab illo qui habet ſcientiam valoris rei ſuæ.ſequitur Bal.in auth.ad hæc.C.de vſur.Phil.Corne in l.ſi paciſcendã.ſuprà de pactis. ita tenent in ſpecie Bal.hîc. Cyn. Imo. & Bal.in l.1.ſuprà de pactis. Ludo.Roma. in l.ſi quis cum aliter.in 7.col.ff.de verb.oblig. Non obſtat nunc quòd iſte tex. loquatur in donatione, & non in venditione : quia licet verba contractus ſonent in venditionem, tamen effectus inſpicit donationem, & ad cognoſcẽdum contractum debemus inſpicere effectum. ita Bar.in l.2.ff.ſi cer.peta. Bal.in l.2. ſuprà commoda.per tex.in l.ſi inſulam.ff. de præſcr.verb. l.ſi olei.ſuprà loca.

Circa iſtud notabile cadit alia & ſeptima pulchra dubitatio, an iſta lex procedat in legatis. Iſta quæſtio eſt multum ambigua,& primò videtur, quòd non, per tex.in authen.ex cauſa.ſuprà de liber. præt. vel exhære. Confirmatur, quia ratio quare conſeruantur legata per dictam authenticã ex cauſa.eſt fauor relictorum:qui fauor militat etiam in præteritione poſthumi ignoranter facta. Tertiò de hoc videtur eſſe tex.clarus in l.ab inteſtato.& in l.cõficiuntur.



ficiuntur. & in l.ſi quis cum nullum. ff.de iure codicillorum. vbi relicta in codicillis debẽtur, etiam ſi poſteà natus ſit filius.Quartò facit tex. in l.fin.ff.de hæredi. inſtit.vbi legata à Ruffino hærede, in 2.teſtamẽto:debentur à Pacumenia hærede inſtituta in primo teſtamento,quod teſtator mutauerat : quia conſiderabat Pacumeniam eſſe mortuam : ergo dicendum videtur, quòd legata debeantur à poſthumis, licet teſtator conſideret nullum poſthumum deinde naſciturũ.Quintò facit tex.in l.3.ſupr.de inoffi. teſta. vbi dicitur poſthumum præteritum fingi æqualiter inſtitutum cum aliis filiis hæredibus inſtitutis à matre, quæ in puerperio deceſsit: nec ibi dicitur, quòd legata reuocentur : ergo datur intelligi,quòd legata debentur à poſthumo præterito. Sextò facit, quia teſtator ſcire præſumitur diſpoſitionem auth.ex cauſa,ſuprà de liber. præter. vel exhæreda. l.leges. ſuprà de legib.ergo nõ prouidendo contra illã auth.videtur acquieuiſſe.Septimò facit alia ratio,quia ſi cõſeruantur legata,quando filius eſt ſcienter pręteritus,à fortiori quãdo eſt præteritus ignoranter.probatur,quia quãdo pater pręteriit filiũ ſciẽter,peccat in duobus.1.in ſolẽnitate,quia nõ inſtituit,vel exhæredauit filiũ.2.in pietate,quia nihil reliquit filio, ſed quando pater præterit ignorãter,peccat in vno tãtũ:Imò fortè in nullo peccat,quia ignorãs nõ diligit.l.ſi ignorãs.ff. locati.vnde quia cõſeruãtur in primo caſu, idẽ videtur dicendũ in ſecũdo caſu.Iſtã partẽ videtur tenere gl.in l.vxorẽ.ff.de manu.teſta. Ita tenẽt Frãciſc. de Rauen. Corne.& Imo.in l.filio præterito.ff.de iniuſto rupto.& ita cõſuluit Signorolus de Homodeis, & collegiũ Mediolanẽſe,ſequitur Bal.Sali.Fulgo.Alex.Philip.Corne. & Ioã.Ignæus, in auth.ex cauſa.ſuprà de liber.præter.vel exhæred.& ita tenuit conſulẽdo Philip.Corne.in cõſ.244.incipiẽte,prima facie videtur.in 2.vol. Iſtis tamẽ nõ obſtantibus cõtraria opinio videtur verior de iure.nã donatio reuocatur per ſuperueniẽtiam liberorũ.& legatũ eſt donatio. §.legatũ.inſti.de leg.& l.legatũ. ff.de leg.2.Secũdo facit,quia ſi reuocatur donatio,quę habet conſenſum duorũ.l.1.ff.de pact.à fortiori reuocabitur legatũ, cũ non habeat niſi cõſenſum teſtatoris.Tertiò facit,quia in donatione nõ habet locũ pœnitẽtia. l.ſi donatũ.& l. velles.ſupr.eo.tit.& l.perfecta donatio.ſuprà de donatio.quę ſub modo.multo magis debẽt reuocari legata,in quibus habet locũ pœnitentia: quia teſtator poteſt illa reuocare ad nutũ ſuũ. l.4.ff.de adimen.lega.Quartò facit,quia ſi reuocatur donatio per quã pater prętulit donatariũ ſibi ipſi:multo magis debẽt reuocari legata,quę pater voluit habere quãdiu viueret. Quintò facit,quia legata per dictã auth. ex cauſa.ſuſtinẽtur fauore teſtatoris, vt ſua volũtas exequatur. §.ſi verò cõtigerit.in auth.vt cũ de appel.cogno. collat.8.quæ ratio cõſeruandæ volũtatis ceſſat, in legatis relictis à patre,qui ignoranter præteriit filiũ ſuũ, cũ non ſit credendũ,quòd feciſſet legata ſi de filiis cogitaſſet.Sextò facit text.in l. ſicut certi.& l.ſequẽti.ſupr.de teſta.mili.Vltimò facit tex. in l.militis codicillis.§.miles. ſecũdo. ff.de mili.teſta.& iſtã opinionẽ,quòd legata reuocẽtur per ſuperuenientiã filiorũ, tenuit Bart. in dict.auth.ex cauſa.& in d.l.filio præterito.& in l.3.ſupr.de inoffi.teſta.& in cõſ.146.incipien. viſo pũcto.& in cõſ.101.& in cõſ.235.incip. Lapus fecit teſtamentũ. Iſtã opinionẽ ſequuntur. Paul. de Caſt. & Ang.in dict.auth.ex cauſa.& ibi atteſtatur Paul.de Caſt.quòd iſta opinio eſt cõmunis.& idẽ dicit Io.de Imo.in d.l.filio pręterito.& ita cõſuluit Bal.ſibi cõtrarius in conſi. 238.incipiẽte,quia vltimis.in 3.lib.Alex.in cõſi. 41.incipiẽte, viſo tenore.in 1.vol. & in cõſi.47. incipiẽte,ab inde.in 2.vol.Ludo.Bolognius, in cõſ.28.incipiẽte,viſis & põderatis.in 2.dubio.& ibi fatetur iſtã eſſe cõmunẽ. Idẽ cõſuluit Areti. in cõſ.94.incipiẽte,viſo legato.& ibi dicit,quòd iſta opinio eſt mera veritas.Nõ obſtãt adducta in cõtrarium:& in primis tex.in auth.ex cauſa ſuprà de liber. præt.vel exhæreda.quia licet loquatur generaliter,debet tamẽ reſtringi ad metas rationis. l.regula.§.cũ quis.ff.de iuris & fac. ignorã.l.cũ pater.§.dulciſsimus.ff.de leg.2. Ratio autẽ illius authenticæ fuit fauor voluntatis cõſeruãdę defuncti.Nõ obſtat aliud fundamẽtũ,quia reſpõdeo negãdo quòd ratio illius authẽticę fuerit fauor relictorũ,imò fuit fauor cõſeruãdę volũtatis defuncti.Nõ obſtat tertiũ fundamentũ de l.ſi quis cũ nullũ.& de l.ab inteſtato. ff.de iure codi. quia reſpondetur, quòd ibi ex verbis apparebat quòd teſtator cogitauit de poſthumis,quia dixit,quiſquis mihi hæres erit. l.qui iure militari.ff.de teſta.milit. Non obſtat quartũ fundamentũ de l.fi.ff.de hæredi. inſtit. quia ibi ſolũmodo dixit, quòd legata relicta à Ruffino debẽtur à Pacumenia. & ibi nulla proponitur ratio quare legata à Ruffino non fuiſſet teſtator relicturus etiam à Pacumenia,cum ambo eſſent hęredes extranei:pro qua deciſione adduco,quòd decidit Bar.in conſi.280.incipiẽte, factũ tale eſt, vbi vult quòd legata à filio mortuo ante teſtatorẽ, debeantur à poſthumo præterito:quia ſicut teſtator grauauit filiũ mortuũ,ad quẽ credebat hæreditatẽ in ſolidũ peruenire,eodẽ modo grauaſſet poſthumũ pręteritũ, ſi cogitaſſet totã hęreditatẽ ad ipſum deuenire aliquãdo:cũ nulla ratio diuerſitatis poſsit aſsignari, & iſtud eſt notãdũ pro reſtrictione iſtius legis,aliter reſpondet & Bar.in dict.auth.ex cauſa. Nõ obſtat quintũ fundamentũ de l.3.ſuprà de inoffi.teſta.quia ibi nõ dubitabatur de legatis.Nec obſtat,quòd aliqua ratio fuerit ibi.non obſtant alię rationes,quia negatur,quòd volũtas teſtatoris fuerit, quòd debeãtur legata:quia ſi cogitaſſet de filiis,nõ legaſſet. Circa iſtã quæſtionẽ cadit alia dubitatio,ſtãte concluſione,ꝙ iſta lex procedat etiã in legatis,an etiã iſtud verũ erit quãdo legata relicta ſunt à filiis iã natis, videtur dicendũ quòd nõ:quia cõſtat quòd pater cogitauit ſaltẽ in genere de poſthumis, ex quo grauauit iam natos.& ita decidunt Bar.& Ang. in l.Titius teſtamẽto.ff.de libe.& poſthu. & Bal.in cõſ.122.in 5.lib.& Corne.in cõſ. 248. incipiẽte,videtur prima facie.in 2.lib. Cõtraria

opinio videtur verior,quam tenet Bart. in dict. auth. ex cauſa.& ibi dicit Iaſ.quòd deciſio Bal. eſt multũ periculoſa in d.l.Titius. Idem tenuit Bar.in l.filio præterito. ff.de iniuſto rupto.& in cõſ.235. Alex.in cõſ.47.in 2.lib.& Soc.in cõſi. 235. Sed quæritur an iſto caſu legata reuocẽtur in totũ,an pro portionibus poſthumorũ? videtur quòd pro ſolis portionibus poſthumorũ, per tex.in l.pen.ff.de iure codicil. per quẽ text. ita dicit Bar.in d.l.filio pręterito. Contrariũ tamẽ videtur dicendũ, quia pater facilius grauauit filios natos,quã poſthumos,de quibus non cõſiderauerat.Nõ obſtat tex.in d.l.pen.quę debet intelligi, quando fuerũt nominatim relicta filio nato.Alex.in dict.auth.ex cauſa.Ludo.Ro. in cõſ.181.incipiẽte,pro deciſione.Sed quid ſi in teſtamẽto adſit clauſula codicillis, facta per verba futuri tẽporis, puta, ſi nõ valet,vel valeat in vim teſtamenti,valeat in vim codicillorũ,aliàs omni meliori modo:vtrũ tunc natiuitate poſthumi reuocentur legata?& videtur quòd non: quia per talẽ clauſulã videtur apparere quòd teſtator cogitauit in genere de poſthumis:quia ſi cogitauit omnẽ modũ & caſum inualiditatis teſtamenti, etiã cogitauit caſum natiuitatis poſthumi, per quã natiuitatẽ teſtamẽtũ irritatur.l.1.ſupr.de poſthu.hæredi.inſti. Secũdò pro iſta parte facit tex.in l.generaliter.§.ex teſtamẽto. ff.de fideicõ. liber. ſic inducẽdo virtus clauſulæ codicillaris eſt,vt ea cẽſeãtur repetita legata à veniẽtibus ab inteſtato, d.§.ex teſtamento. repetitio autẽ legatorũ facta à veniẽtibus ab inteſtato habet effectũ etiã rupto teſtamento per natiuitatẽ poſthumi.d.§.ex teſtamẽto.igitur&c. Tertiò pro iſta parte facit tex.in l.ab inteſtato. & in l.ſi quis cũ nullũ.ff.de iure codicil.iſtã partẽ negatiuã tenuit Iaco.de Beluiſio,& ferè omnes antiqui,vt refert Bar.in l.1.ff.de iure codicil. & ita cõſuluit Oldra.cõſil.149.ſuper primo.& Imo.in d.l.filio præterito.Bal.Fulgo.& Alex.d. auth.ex cau.& ibi Alex. dicit iſtã eſſe cõmunẽ. & Alex.conſil.142.incip. circa primũ. in 2.vol. Paul.de Caſt.cõſi.58.& cõſi.ſeq.Ludo.Ro.cõſi. 122.incip.circa illud.& Corneus cõſ.226.incip. priuſquã aggrediar.Contraria tamẽ opinio videtur verior de iure, ſecundũ Bar.in d.§.Imperator. quia ſi cogitaſſet de filiis, tãta legata non feciſſet.argumento l.generaliter.§.cũ autẽ.in fi. ſuprà de inſti.& ſubſti.ſub cõdi.fac.& ideo cõmunis opinio eſt, quòd legata nõ cõſeruentur hoc caſu per d.auth. ex cauſa.Sed videndũ an clauſula codicillaris inducat ſufficientẽ coniecturã,qua mediãte dicas quòd teſtator cogitauerit de poſthumis præteritis? dicunt doct. allegati, quòd ſic, ſi clauſula fuerit concepta per verba futuri temporis.Sequitur octaua dubitatatio,an mortuis filiis ſuperſtite patre conualidetur reuocata donatio?Et videtur quòd ſic ex pluribus.primò per text. in l.poſthumus. ff. de iniuſto rupto,&c.ſecundò per tex.in l.fœminæ. ad finem, ſuprà de ſecundis nupt. Tertiò facit regula,quia ceſſantibus filiis ceſſat cauſa reuocationis,ergo ceſſabit reuocatio. c.cũ ceſſante. extrà de appel.l.adigere. §.quãuis.ff.de iure patrona.Cõfirmatur,nã diſpoſitio huius l.eſt fundata ſuper æquitate,ſecũdũ Imo.in l.filio præterito. ff. de iniuſto rupto. quæ æquitas ceſſat mortuis filiis.& partẽ iſtam affirmatiuã tenent Bal.in l.1.in finalibus verbis,ſuprà de inoffi dodonat.Rapha. Cõmeſ.in d.§. Imperator.Paul. de Caſt.in l.2.circa finẽ.ſuprà de poſthu. hæredi.inſti.Imo.in c.fi.in 5.col.extra de donatio.dicens,quòd iſta opinio eſt æqua,quam ſequitur Socin.cõſulendo in conſi.126 in 3.lib.Deci.in l. precibus. ſuprà de impuber. & aliis. in 6.col.& nouiſsimi Papienſes in repetitione.l.cẽturio.in 27.col.ff.de vulga.& pup.ſubſti.Contrariã opinionẽ quòd nunquã conualidetur,tenet Bar.in d.§.Imperator.& Alberi.de Roſa. hîc,& iſtã ſequutus eſt cõſi.176.incip.in præſenti.col.3.in 2. lib.Et primò adiicitur pro iſta parte regula,res ſemel extincta amplius non reuiuiſcit. l. qui res.§.areã. ff.de ſolutio.in c.quæris.de cõſecrat. diſt.4. Sed poſſemus reſpõdere,quòd natiuitate filij donatio nõ fuit totaliter reuocata : quia cõditio,ſi liberos nõ ſuſceperit, videtur intelligenda,filiis ſuperueniẽtibus.nã ſi pater cogitaſſet de filiis nõ ſuperuenientibus poſt eũ, etiam donaſſet.Secũdò ad hoc facit tex.in l.pro hęredibus.in prin.ff.ad Trebellia.vbi Bart.dicit eſſe caſum ad literã:ſecundũ hunc poſſemus reſpõdere,quòd loquitur in expreſſa cõditione, ſi ſine filiis,appoſita à teſtatore,nos verò loquimur in cõditione,quæ ex cõiecturata mẽte donatoris eſt ſubintellecta à lege:lex autẽ ſubintelligit conditionem cũ effectu ex nõ ſolo implemẽto momentaneo.Ita dicũt Raphael,Alex.& Iaſ.in d.l. Centurio.dicẽtes quòd cõditio,ſi ſine liberis, adiecta à teſtatore expirat natis liberis, dato quòd non ſint hæredes. l.filiusfamilias. §.cũ quis. ff.de lega.1. ſecus autẽ in cõditione ſubintellecta à lege , vt puta , ſi ſine liberis decedat. Iſta nõ expirat niſi naſcantur liberi,& ſint hæredes, ſecundũ Bart.in d.l.Cẽturio.Alex.& Iaſ. ibi adiicientes aliud ſimile, cõditio ſi ſine liberis,quę fuit appoſita in teſtamento à teſtatore, intelligitur etiam de naturalibus. l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebellia.ſecus verò in conditione,ſi ſine liberis,quæ ſubintelligitur à lege ſolũ de naturalibus & legitimis.l.generaliter.§. cũ autẽ.ſupr.de inſti.& ſubſti.ſub cõdi.fac. Tertiò facit ad hoc tex.in verbo,manſurũ.quaſi dicat non receſſurũ etiam filiis morientibus.Sed huic fundamento reſponde, quòd lex dicit, in arbitrio donatoris,ex iudicio cuius videtur reuocata donatio , ſecundum Raphael. Cõmeſ. Quartò facit,quia ſufficit conditionẽ momento adimpleri,licet adimplementũ non duret.l. fi.ſuprà.de indic.vid.tol.& l.ſi quis.& ibi Iaſ.ſuprà.de inſtit.& ſubſtit.adẽptio ergo donationis factæ ſub cõditione, ſi naſcãtur filij, natis filiis effectum habebit,quamuis filij poſtea præmoriantur. Vltimò facit deciſio Bart. communiter approbata in l. Titia cum nuberet. §.Titia. ff.de legatis 2.vbi vult, quòd legatum vſusfructus relictum vxori ſtantibus liberis transferatur in legatum alimentorum contra vim verborũ ex cõiecturata mente teſtatoris:& tamen

mortuis



mortuis filiis non conualidatur , ita quòd valeat tanquã legatum vſusfructus. Finaliter poſſumus ſic diſtinguere , quia aut donator ante natiuitatẽ filiorũ non tradiderat iſta bona donatario:& iſto modo procedat opinio Bar.quia retinẽdo iſta bona penes ſe vſque ad mortem ſuam,tacite apparet quòd noluit donationem reuocatam confirmare: aut verò tradiderat res donatas donatario, & iſto caſu ſi donans nunquã repetierit res donatas, nec declarauerit animũ ſuum quomodo talis donatio erat irrita , & iſto modo procedat opinio Rapha. & aliorũ:quia cùm cauſa reuocationis ceſſauerit, & pater inde nunquam reuocauerit,præſumendũ eſt quod eam confirmare voluit.argumento l.tractabatur.ff.de teſta.militar.

Circa iſtud notabile cadit alia & nona pulchra dubitatio , an natiuitate filij legitimi & naturalis reuocetur legitimatio ſpurij:& prima facie videtur dicendũ quod ſic.quia legitimatio dicitur donatio.auth. itẽ & ſi ſine. ſuprà de natura.liber.ſecunda videtur etiam militare ratio huius legis , nam ſi pater cogitaſſet ſe habiturũ prolem legitimã,veriſimiliter non legitimaſſet ſpurium:ergo nõ reuocabitur legitimatio:facit etiam tex.in l.ex facto.ff. de vulga. vbi ſubſtitutio exemplaris expirat filiis natis legitimis,& ſic dicamus quod expiret legitimatio,& per illum tex.ita conſuluit Oldrad.cõſi. 247.& ſequitur Dynus in d.l.ex facto,legitimatio enim ſtãtibus legitimis,nulla de his facta mentione,non valet,ſecundũ Bar.Bal.Imo. Alex.& Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantũ.ff.de liberis.& poſthum. Nam non præſumitur quòd princeps legitimaſſet ſpuriũ,ſi ſciuiſſet patrẽ habere filios legitimos:eodẽ modo videtur dicendũ,quãdo legitimaſſet ſpurium,ſi crediidiſſet legitimos naſcituros.Vltimò facit , ſi legitimatio ſpurij fieret ſtantibus legitimis, quos pater crediidiſſet eſſe mortuos,nullus diceret eã valere,argumẽto l.pen.ff.de iure codicillo.ergo etiã ſi ſuperueniãt filij legitimi,de quibus pater & princeps nõ cogitarũt,nõ debet valere:& iſtã partẽ ſequitur Io.And.in addi.Spec.in tit.de ſucceſsio. ab inteſta. in §.1. Guilielmus de Cuneo in l. 1. ſuprà de natural.liber. Idẽ Guiliel.& Alberi. de Roſa.in l.tale pactũ.§.fi.ff.de pac.& hãc opinionẽ dicit eſſe verã Ang.in d.l.Gallus.§. & quid ſi tantũ. ſequitur Aretius in d.l.ex facto.contrariã opinionẽ,quod non reuocetur,tenuerũt Rayneri. Alberi. & Saly.hîc.Bar.Imo.Alex.& Iaſ.in d.l.ex facto.adducẽtes multas authoritates,& pro iſta parte conſuluit Alex.in conſi.187.incipiẽte,prima facie videtur.& Fulgo.in cõſi.65.incipiente, Titius coniugẽ non habẽs.& pro iſta parte quę eſt communis, adducitur regula, quòd ceſſante cauſa non ceſſat effectus cõſummatus.l.fi.ff.vnde liberi,nõ ceſſabit ergo legitimatio perfecta. Areti.tamen reſpondet huic fundamento,quod legitimatio natiuitate filiorũ reuocatur ex volũtate diſponentis,quo caſu non habet locũ diſtinctio,an natus ſit vel nõ. Nõ diſcedendo tamẽ à cõmuni,reſpõdeo quod dictũ Aretini procedit,ſi cõſtaret quod talis fuerit mens diſponẽtis,vt ipſe aſſerit,ſed de hac mẽte nõ apparet, & ſi dixeris apparere ex eo quod non videtur fuiſſe mẽtis principis prędiudicare filiis legitimis iã natis,ſecundũ Bart.in d.§.& quid ſi tantũ. & eadẽ ratione nõ etiã naſcituris. Reſpõdeo,quod ſi non ſit facta mẽtio filiorũ naturaliũ,vitiatur legitimatio ob ſubreptionẽ,id eſt,ob natiuitatẽ.Idem dic ſi legitimatio facta nullis ſtãtibus filiis legitimis,argui poſsit de ſubreptione,vnde ſi pater ſtatuiſſet ſe habere vxorẽ iuuenẽ,ex qua poſſet filios procreare,legitimatio ſpurij vt ſubreptitia non valeret reclamãtibus filiis poſtea legitimè natis.§.ſi quis verò nõ habẽs. in auth. qui.mo.na.eff.ſui.per quem tex.ita tenuit Areti.in d.l.ex facto.& Alber. in rub. ſuprà de natura.libe.& Alex.in conſi.198.in 2.vol. ſecundo pro iſta parte facit, quia legitimatio per ſubſequẽs matrimoniũ nõ reuocatur ſuperueniẽte prole legitima.l.nuper.ſuprà de natura. liberis.ergo etiã nõ reuocabitur legitimatio per reſcriptũ, quę non differt à legitimatione per ſubſequẽs matrimonium.§.illud.in auth.qui.mo.natura.effi.ſui. ſed iſtud limitatur:tum quia maioris efficaciæ eſt legitimatio per ſubſequẽs matrimoniũ,vt notatur in c.tãta.extra qui filij ſint legiti.Secũdò,quia verũ eſt quod legitimati per reſcriptum principis,nihil differũt à verè legitimis data validitate legitimationis,ſed iſtud nõ ſatisfacit:quia iſtud eſt de quo diſputatur. Aduerte etiã quia iſtud dictũ Bar.nõ videtur verũ in propoſito:quia nos loquimur in legitimatione ſpurij,qui non legitimatur per ſubſequẽs matrimoniũ.Ita dicit Bar.in l.pen.ff.de cõſt. pecu. ad hoc enim vt quis legitimetur per ſubſequẽs matrimoniũ,oportet quòd ſit natus ex cõcubina,cũ qua pater potuiſſet contrahere matrimoniũ & quam retineret in domo.§.ſi quis autem.in auth.quib.mod.nat.eff.ſui.per quẽ ita cõſuluit Bal. in conſi.460.incipiẽte,caſus talis eſt.in 1.lib.& Oldra.in conſi.196.incipiẽte, factũ tale eſt. Ang.in §. fi.inſt.de nuptiis,& hoc procedit de iure ciuili:ſed de iure canonico nati ex quacũque muliere, cum qua pater tẽpore cõceptionis potuiſſet cõtrahere matrimoniũ,legitimãtur per ſubſequẽs matrimoniũ,ſecundũ Goffredũ in ſumma de filiis presbyterorũ.& Bal.in additio.Specul. in titulo , de ſucceſsionib. ab inteſta. §.1.& in c.1. §. naturales.ſi de feudo fuerit cõtrouer.inter dominũ & vaſſallũ.& Ang.in §.fi.qui.mo.na.eff.ſui. & Panor.in c.innotuit.extrà,de electione.& Dec.in cõſi.155.tertiò facit,quia ſi natiuitate legitimæ reuocaretur legitimatio,ſequeretur quòd pater haberet filiũ pro parte tẽporis legitimũ,& pro parte nõ:quod eſt abſurdũ.l.ſi tibi filius.ff.de adoptio.ſed ad hoc reſpõd. ſecundũ Aret. quòd iſtud inconueniens procedit in adoptione:ſecus in legitimatione : quia poteſt quis legitimari quo ad quædã tãtũ.§.filiũ.in auth. quibus mo.na.eff.ſui.in c.1.de filiis na.ex matri.ad morga.cõtract.in vſib.feud.ſed hęc reſolutio non tollit fundamẽtũ.Nã de arrogatione ad legitimationẽ nõ eſt bonũ argumẽtũ,ſecũdum gl.in l.1. in verb.parẽtibus.ff.ad municipales.Azo in l.cũ filio. ff.de leg.1.ſed arrogatio nõ poteſt fieri ad tẽpus.d. l.ſi tibi. ergo nec legitimatio. Quartò arguit Iaſ. hoc modo,De liberto ad legitimatũ valet argumẽtũ.§.ſi quis ergo.in auth.quib.mo.natu.eff.legi.ſed libertas data ſeruo nõ reuocatur niſi ex cauſa.l.Papinianus.§.fi.ff.de inoffi.teſt.ergo nec legitimatio. Sed parũ facit hoc argumẽtũ:quia agitur hîc vtrũ ſuperueniẽtia filiorũ ſit iuſta cauſa retractãdi legi-

timationē:& dato quod ſic,argumentū erit cōtra Iaſ.Super locū hūc difficilē faciā tres articulos.Primus,an legitimatio valeat.Secūdus,an irritetur natiuitate legitimorum. Tertius,poſito quod nō irritetur, an intelligatur facta ſine præiudicio poſthumorū legitimorū.Ad primū dic,quod talis legitimatio nō valet,ſi interuenerit obreptio,vel ſubreptio. §.ſi quis ergo.in auth. qui.mo.nat.eff. legi. ſed iſtis ceſſantibus valebit:quia imperator poteſt legitimare ſpurios etiā ſtātibus legitimis,ſecundū Sal.& alios in auth. Itē ſi quis. ſuprà de natura.liber.& Imo.in c.niſi cū pridē.§.perſonę.extrà de renūtia.& cōcludunt moder.in l.Gallus.§.& quid ſi tantū.ff.de liber.& poſth.Ad ſecundū dic,quòd legitimatio nō reuocatur per iſtā rationē,quia non eſt contrariū quod filius pro vno tēpore ſit legitimus & pro alio nō.Ad tertiū dic,iſtā legitimationē nō pręiudicare poſthumis legitimè natis in hęreditate patris morientis ab inteſtato. Præſumitur ergo quod pater & princeps in legitimatione noluerint pręiudicare poſthumis legitimis,niſi conſtet principē vſum plenitudine poteſtatis:quia nō pręſumitur ita voluiſſe,niſi cōſtet,ex Pan.in c. innotuit.extrà de elect.Ita Paul.de Caſtro. & Bal. in l.teſtamentū.ſuprà de teſta.& ita videtur tenere Alex.in cōſ.147.in 5.vol.nā adoptatus ſuccedit ſimul cū poſthumis legitimè natis.l.cū te. ſuprà de ſuis & legi.hæred.& ibi notat Bal. ergo à fortiori. etiā ſuccedet legitimatus : nā in legitimato cōcurunt duo iura,ſcilicet legis & naturæ:in adoptato verò cōcurrit ius legis tantū.Nō diſcedēdo tamē ab alia opinione,reſpōdeo quod adoptio in pręiudiciū legitimorū poſthumorū valet de iure cōmuni ſine licentia principis.l.qui per adoptionē.ff.de adoptio.licet nō valeat in pręiudiciū iā natorū,niſi princeps diſpēſaret ſecundū Bal.in conſi.14. incipiēte,ſtatuto ciuitatū.facit tex.in l.nec ei.§.pręterea. ff.de adopt.legitimatio verò nō pręiudicat etiā naſcituris, niſi princeps poſuerit ſe voluiſſe:quod tamē nō pręſumitur niſi cōſtet. Circa iſtud ſecūdū notabile eſt decima dubitatio,an donās poſsit renūtiare beneficio huius legis:videtur dicendum quod nō,quia ſecundū Oldra.iſtud beneficiū fuit introductū fauore filiorū in quorū pręiudiciū pater nō poteſt renūtiare.l.cū nō ſolum.C.de bonis quę liberis,etiā cū iuramēto,quod in pręiudiciū tertij nihil operatur.c.quāuis.de pac.in 6.facit tex.in c.ſi diligēti.extrà de foro cōpet. & in regula alteri per alterū.de reg.iur.& ita cōſuluit Oldradus cōſ. 173.incipiēte,quidā habēs filiū.ſequitur Io.And.in addi.Spec.in tit.de inſtru.editio.in §.porro. Sal.in l.1.ſuprà de in offic.donat.Alberi.de Roſat.& Sali. Ludo.Ro.in cōſi.269.incipiēte,nō eſt dubiū. vbi dicit hāc opinionē Oldra.tenendā, reiectis aliorū falſitatibus.Idem tenuit Nicol.Mili.in repertorio ſuo,in verbo,donatio.& D.Vitalis in tractatu clauſularū, & Soc.in cōſ.126.incip.viſum fuit.in 3.lib. & Curtius in conſ.1.per totū.& ſubſcripſerūt multi alij doc.Papien.contrariā opinionē tenuit Bart. in l.Titia.§.Imperator.ff.de leg.2.& ſequuntur ibi Raphael Commeſ. & Imo.& idē tenuit Spec. in tit.de inſtru.edit.§.porro.verſi.poteſt dici,& Bal.in d.l.1.in fi.& Barbatias in l.cū acutiſsimi.col.3.ſupr. de fideicom.& in c.Raynutius.extrà.de teſta. quā dicit veriorē de iure Innoc.in c.cū cōtingat. extrà de iureiur.idē tenuit Anto.de Butrio. in c.fi. extrà de donat.& Ang.in §.igitur.in auth. vt cū de appel.cogno.Ludo.Ro.in cōſi.26 incipiēte,pro deciſione pratic.Papien.in forma libelli,in verbo,irreuocabiliter,quia ratio iſtius legis fuit coniecturata mens donantis , quia præſumitur talis eſſe à lege, quod pater nō donaſſet,ſi de filiis cogitaſſet. quæ ratio ceſſat quādo donās renuntiauit huic beneficio.nā tūc cōſtat,quod de filiis cogitauit.Quid tenendū?opinio Bar.videtur eſſe cōmunis,ſecundū Soc.in cōſi.147.incipiēte,viſa.in 1.lib.& quia opinio cōtraria eſt periculoſa,ſecundū Soc.in d.cōſi. 126.& iſta opinio videtur eſſe falſa, nā nō eſt verū quod iſta l.fuerit inducta fauore filiorū naſciturorū:nā ſi fauore filiorū donatio reuocaretur, bona fuiſſent eis reſeruata:ſed bona eis nō reſeruantur.

Circa hoc not.eſt vndecima dubitatio,an renūtiās omni auxilio legū cēſeatur renūtiaſſe beneficio legis,ſi vnquā,& videtur quod ſic:quia hęc renūtiatio eſt generalis,ergo debet generaliter intelligi.l.1.§.generaliter.ff.de leg.pręſtād.& huic fauet dictū Bar.in auth.matri & auię.ſuprà quando mulier tute.offi.fungi.poſſ.& in l.ſub cōditione. ff.de teſta.tutela.in contrariū facit, quia beneficiū conceſſum cauſa miſerationis ad ſui excluſionem requirit verba ſpecialia,ſecundū Soc.in l.vnica.ſupr. quādo Imperator inter pupill.& viduā.Iſtud autē beneficiū videtur eſſe datū patri gratia miſerationis, ergo nō continetur renūtiatio huius legis in illa generali.& per iſtud ita cōcludit Ludo.Ro.in d.conſil.269. & ita cēſuit Bar.in d.§.Imperator.& Bal.in d.l.1.ſuprà de inoffi.donatio. Circa hoc eſt duodecima,& vltima dubitatio:notarius in inſtrumento aſſeruit ruſticū, vel huiuſcemodi perſonas renūtiaſſe beneficio huius legis , nō tamē fuit atteſtatus donantē fuiſſe certioratū , quid diſponat iſta l.an tūc renūtiatio impediat reuocationē donationis? Iſtud videtur periculoſum:tamen credo renūtiationē nō impedire reuocationē:quia tales perſonę pręſumuntur ignorare diſpoſitionē huius legis.facit tex.in l.error.ff.de iur.& fac.igno.& tex. in l.cū de indebito.ff.de probatio. Item nō præſumitur cogitare de filiis,ergo renūtiatio nō trahetur ad incognita:iuxta l. mater decedens.ff.inoffi. teſta. Et ſi dixeris donantem fuiſſe certioratū:dic donatariū debere probare:quia in dubio tales perſonæ nō præſumūtur certioratæ. glo.in l.fi.§.pen. ff.ad Velleia.& l.ſciendū.vbi Alex. col.7.dicit ita vulgò teneri.ff.de verb.oblig.Et ſi dixeris,cur notarius appoſuit renūtiationē? dic, quia ex ſtylo & cōſuetudine ſequēdo formularia,nō autē ex deliberatione donatoris ignorantis quid velit iſta l. ſi vnquā. ſecundū Curtiū in caſu ſimili. in conſi. 67.& Bar.in l.quotiēs.ff.de hæredi.inſti. & an ſi in inſtrumēto dicatur,quod inſtrumentū debeat extēdi ſecundū ſenſum & dictamē ſapientis,an doct. poſsint addere renuntiationē huius l. Soci.conſil. 147.in 1.lib.col.fi.dicit,quòd fortè ſic,& ita tenuerunt multi alij doct. Senenſes. in cōtrarium facit, quia ea quæ in facto cōſiſtunt, non ſunt poſita in manibus ſapientum,ſecundum Bart. & alios in l. illa inſtitutio.ff.de hæred. inſtit.ſed renūtiatio eſt facta,ergo extendi nō poteſt ad dictamē doctoris.



# *REPETITIO D. PETRI REBVFFI MONTISPESSVLANENSIS, IVRIVM DOCTORIS ET Comitis,ſuper Authentica Sacramenta. puberum.C.Si aduerſus venditionem.Cathurci habita anno 1528.*

S*ACRAMENTA PVBERVM*.&c.Hæc eſt notabilis & famoſa authen. & eſt ſita ſuper l.1.C.ſi aduerſ. vendit. Et quia clauis eſt & magiſtra in noſtro iure ciuili in materia iuramenti contractus cōfirmatorij,ideo duxi huius iuramenti contractus , ſeu actus confirmatorij materiam hoc breui ſtylo , cuius capax eſt veſter intellectus, deſcribere:ideo primò oſtendam. Et diuiditur pręſens authentica in duas partes.Prima eſt de iuramento ſpontaneo. Secunda de iuramento vi & metu extorto,ſecunda ibi : per vim vel metum iuſtum.

CASVS.Iuramentum puberum ſuper ſui contractus non retractatur, & ſponte debet & inuiolabiliter cuſtodiri , per vim autem & iuſtum metum &c. à maiore extortum , nullius eſt momenti.Hoc dicit.Caſus præſens eſt planus, & literalis expoſitio ſatis plana. Nota primò quod cōtractus reſciſsibilis de iure ſpeciali confirmatur iuramento , quantum eſt ad reuocationis effectum, vt ipſum impediat retractari. Secundò nota à contrario ſenſu literæ quòd impubes non obligatur iuramento. Tertiò nota quòd iuramentum vi vel metu extortum nullius eſt momenti,vt dicitur hîc in fin.Antequam intremus gloſam opponitur contra finem huius authenticæ,quòd iuramētum vi vel metu extortum alicuius ſit momēti.Primò illa quæ vi vel metu fiunt ſeruantur mero iure,licet reſcindantur per edictū quod metus cauſa.ff.& C.quod met.cau.per totum, quia iuramentum vi vel metu extortum obligat ipſo iure, licet ſuper eo debeat diſpenſari expreſsè. extrà de iureiur.c. ſi verò. & c. vtrū. extr.quod metus cauſ.ca.quod abbas.Cin.hîc in effectum,in ſecunda oppoſitione , & Iac.de Butr.tangūt illud: cōtrariū enim dicitur quòd ea quæ vi vel metu facta ſunt tenent ipſo iure, licet poſtea reſcindantur per edictum quod met.cauſ.Sed hoc etiam fallit delato iuramēto,vt patet hîc,niſi quod poteſt eſſe:vnde dicitur quod hoc eſt de iure ciuili , ſed de iure canonico non procederet , vt patet in d.c. ſuprà alleg. Quare circa hoc dic pro huius præſenti declaratione & examinatione, ſcilicet an iuramētum vi vel metu extortum obliget:videtur decidendum & dicendum ſic,quia iura abſoluta longè accipiendo violentiam , puta quià accipitur manus minoris violenter & apponitur,velit aut nolit ſuper ſacris. Et hoc caſu cū iuramentū tale nullum habeat conſenſum, nō obligat ipſo iure.arg. 6.diſt. c. preſbyteros.62. quæſt.6.c.conſtat. extrà, quod met. cauſ. c. in ſacris.& ita notauit Hoſtienſis in ſumma ſua ext.quod met.cauſ.c.qualiter retractatur.verſi. & non.Et ſic quod hic de iuramento vi extorto dicitur,videlicet quòd nullius eſt momēti, poteſt propriè intelligi de violentia abſoluta concordando iſtam auth. cum iuribus. declarando nullitatem ipſo iure, aut iuramentum extorquetur per violentiam abſolutam , nec puram,ſed potius conditionalem,vt puta quia minor iurat per metum vel vim pœnæ inflictæ vel infligendæ,& hæc dicitur violētia propriè,quia verba exprimentia conſenſum certè proferūntur.Et tūc ſubdiſtingue,quia aut quęrit an tale iuramentū vi vel metu extortū obliget mero iure. & dic quòd ſic,vt dict.c.abbas. & c. ad aures. extrà quod met.cauſ.quod iſtud iuramentum voluntate iurantis pręſtatur,licet retractetur arg.quod met.cauſ.l.ſi mulier. §. fi. Sed tamen aduertendum eſt,quòd licet mero iure tale iuramentum violentum obliget iurantem,vt ibi patet,parum tamen obligat minorem.Et ideo licet iurans veniat contrà propria authoritate ſua abſque diſpenſatione licet mortaliter peccet, tamen ei non imponit pœnitentiam tanquam periuro, vt ext. de iureiurādo.c.verùm.in fi. & ibi not.quoniam vis vel metus iuſtus in iurando adhibitus culpam in tanto attenuat,licet non in toto, vt c. ſacris. Secundò reſpondetur ſupra alleg. & not. gloſ. in d.c. verùm.aut quæritur, an tale iuramentum vi vel metu extortum obliget in effectu, videlicet reſpectu futuræ diſpēſationis,ideſt an debeat vi ſuper eo per ſuperiorem diſpenſari. Et tunc ſubdiſtingue, quia aut interuenit talis vis vel metus qui poteſt cadere in conſtantem virum,& non obligat tale iuramentum reſpectu effectus, quoniam debet ſuper eo modo extorquentis diſpenſari.cap.ſi verò.& cap. verùm.ſuprà alleg. & tunc quod hic dicitur nēpe iuramentum vi vel metu iuſto extortum nullius eſſe momenti,poſſet intelligi longè reſpectu effectus,videlicet diſpenſationis futuræ, quæ ſuper eo fieri debet,vt in c.ſuprà alleg.cōcordando cum iuribus canonum:aut non interuenit in iuramento vis vel metus iuſtus qui cadere poſsit in conſtantem virum, & obligat & mero iure & reſpectu eius effectus, quia non debet reiicere , ſed ſuper eo diſpenſare. extr. quod met.cauſ.c. ad aures. & ibi not. ſecundū verum intellectum , tamen & cum diſpenſatione iuramenti cauſæ cognitio verti debet, quia iudex debet priuſquam diſpenſet diligēter animaduertere an iuramēto interfuit iuſtus metus,ſcilicet talis qui cadere poſsit in conſtātem virum.ff.quod met. cauſ.l.metum & not.

Innoc.in d c.ad aures.gloſ.1.& in cap.2.limitatione præmiſſæ diſtinctionis ſententiæ, iure canonico fundatæ poteſt intelligi iſta authentica, quæ ſecundum limitationem iuris canonici intelligi debet,quia in hac materia iuramẽti,in qua de anima tractatur, ſuccumbit lex ciuilis,ext. de iureiur.c.licet.ibi,*nos animarum.* &c.lib.6. Tanquam rigor iurium æquitati, infrà de iudic.l. placuit. de iuramento verò dolo extorto,an & qualiter obligat infrà dicam: in tractatu verò tertio dicitur. Item vlterius opponitur & intra gloſ.contra ſecundum notabile, probatur, quod imò impubes iuramento obligari videtur ob l.fin.in fin.de lib.cauſa, ſed dicit prima gloſ. quòd impuberes non iurant, nec tenentur.ff. de iureiur.l.qui iuraſſe.in prin.in caſu l.fi.ſup.alleg.circa hoc Pla. & Cy. in 7. quæſtio.hoc modo dicunt:quod expreſsè innuit iſta gloſ.quòd hæc authentica locũ non habet in impubere proximo pubertati:tamen gloſ.non diſtinguit proximũ pubertati à non proximo, & etiam in dict. l. final.eſſe ſpeciale inuenies & contrarium eſſe ius commune in aliis caſibus,& per conſequens in caſu huius authenticæ non habet locum in proximo pubertati:dicunt ipſi.Et eſt ratio ſecundũ eos, ſi iſta authent. eſt in iure C.contra venditionẽ in integrum reſtitutionis,quod eſt ſub pretoria æquitate fundatum,vt ff.de mino.l.1.& per cõſequens iſta authent. tanquam odioſa reſtringenda eſt,vt tempus pubertatis, de quo hic loquimur,de momento ad momẽtum hic computetur, ſicut alibi in materia odioſa computatur.ff.de diuer.& temporal.preſcrip.l.in vſucapionibus, & ita etiam computatur. ff. de teſtam.l.qua ætate,& ita dicunt ipſi. Circa tamen hoc,impuberes an iuramẽto obligentur? videtur inde dicendum,quia aut impubes eſt proximus infantiæ,& ſic non eſt doli capax,& ſic non obligatur iuramento,vt l.qui iuraſſe.in princ.ſup. alleg.& non habet locum in eo iſta authent.aut impubes eſt proximus pubertati, & doli capax, & tunc talis impubes capax fit delicti.ff. de furt,l.interdum,& de reg.iur.l. pupillus. & proximus ſit delicto,vt ff.de crim. ſtellion.l. ſi vtique. obligatur talis impubes iuramento per locum à correlatiuis, & probatur expreſſe in alleg.l.fi.de lib.cog.& ext.de delic. puer.c.1.vbi hæc diſtinctio ſpecialiter approbatur. Ex hac diſtinctione infero contra per c. & ſic.quod hęc authen. locum habet in impubere pubertati proximo,doli capace: quod patet,quia cũ talis impubes obligetur iuramẽto, ratio eſt deciſiua.l.C.& auth.præſentis locũ habet in eo qui eſt impubes, vt via periurio precludatur,hæc habet cauſam, ſcilicet de impubere doli capace paritate rationis. arg. ff.ad l. Aquil.l. illud, in fin. & hoc etiam innuit iſta gloſ.à contrario ſenſu, quando dicit idem in caſu.l.fin.ex quib. cauſ.maior. dico quòd erat ibi impubes doli capax, qui iuramento tunc obligatur, vt ibi etiam promiſſorem operarũ. Non tamen intelligo quod gloſa velit dicere quòd impuberes non obligentur iuramento,

*Impuberes an iuramẽto obligentur.*

niſi in illo caſu operarum,de quo loquitur d.l. fi. quia iſte eſſet abſonus intellectus reſtringere hanc exceptionem gloſ. in caſu tamen operarum licet.d.l.fi.hæc glo.ſit cõtra iura premiſſa.Ad rationem prędictorum doctorũ qui dicunt quod hæc authen. eſt iniqua, Reſpondeo quòd hoc cum reuerentia tantorum doctorum non eſt vtique verum, quia licet beneficium in integrum reſtitutionis minorum in ſe ſit iuſtũ & æquum & ſuper pretoria æquitate fundatũ, vt ipſi dicunt,propter hoc non ſequitur quod hæc authent.ſit iniqua,quia tunc in iuramento & eius obſeruantia propter quod beneficium minoribus denegatur, vtique maior fauor ſcilicet ſalutis, qui animæ fauor quocunque alio fauore temporali preponderat,vt ſuprà de ſacroſanct.eccleſ.l. ſtatuimus. vnde licet beneficium reſtitutionis in integrum ſit in ſe æquũ, tamen propterea non ſequitur quòd hęc auth. ſit iniqua vel iniuſta. Primò æquior eſt & iuſtior,iuramentum licitum pręcipiens inuiolabiliter cuſtodiri,quàm ſit beneficium in integrum reſtitutionis minorum.Aliquid enim iuſtum eſt cuius contrarium eſt iuſtius,vt ſuprà de procurat, l. exigendum.Expeditus de duabus quæſtionibus ſupradictis, venio ad quæſtiones gloſ.& primò quæro vtrum contractus minorum ipſo iure nullus propter defectum interpoſitionis decreti iudicialis, vel propter defectum tutorum, actorum, vel curatorum, vel alterius debitæ ſolennitatis cõfirmetur iuramento, & dicit gloſ. quod ſic,& bene vt in ea videas.Et eſt ratio, licet eam non aſsignet, quia ratio deciſiua l.eſt quòd actor permittit in hoc caſu valet igitur, vt ff.ad l. Acquili, l.illud.vnde ex quo poteſt ſeruari in hoc caſu iuramentum minorum ſine æternæ ſalutis diſpendio, igitur obſeruari debet.vt extr. de iureiur. c.Si verò. & c. cum contingat. & intellige ſanè quod iſte cõtractus nullus eſt iuxta terminos pręmiſſos, necdum cõfirmatur iuramento quantum ad obſeruãtiam iuramenti,ſed etiam in ſe validatur & habilitatur ad producendum actionis & obligationis effectum, vt inf.dicam expreſsè,ſed quia contractus adulti curatorum auctoritate celebratus qui cõtractus adulti curatorem habentis ſine curatoris authoritate celebratus nullus eſt ipſo iure, per interpoſitionem tamen iuramenti confirmatur, vt patet per pręmiſſa, quod eſt contra Pet.& Cyn.qui dicunt quòd iſtud de cõſuetudine obſeruatur, ſed non procedit de iure, quia imò procedit. Secundò quærit gloſ. an hæc authent. habeat locũ in contractu donationis, vel ſtipulationis quæ ſunt tantum ex vna parte obligatoriæ: & dicit gloſ. quòd ſic, & eam vide. Sed Petrus & Cyn. tenent contrarium, quòd hæc autent. non habet locum in illis contractibus ex vna parte tantum obligatoriis,quia ſecundum eos nomen his contractibus per actũ debet in dubio in bona ſignificatione aſsignari.ar.ff.ſi ager vectig,vel emph.l.1,& potiſsimè in illa ſignificatione: igitur nũquam habet odiũ.arg.ff. de pe.l. ſi præſes. igitur ſumi debet in illa ſignificatione



ficatione quæ hanc authenticã reſtringit, cùm ſit odioſa hæc authen.& iniqua,& in integrum reſtitutiones impediens &c. pro quibus eſt reſtringẽda.vt l.cùm quidã.de lib. & poſth.& ff. de act.& oblig.l.Arrianus.ex quibus debet hoc nomen contractus in propria ſignificatione accipi,ſcilicet pro cõtractibus reciprocis vltro citróque obligatoriis, quia tales propriè contractus appellantur, alij verò impropriè. vt ff. de ver.ſig.l.Labeo.& ita tenent ipſi,ſed tu tene gl. per iura in ipſa allegata pro ea. Et eſt textus expreſſus in c. præſentia.in verb.cum ita. extr. de probat. Nec obſtat fundamẽtum prędictorũ dicentium hanc authen. & eius determinationem eſſe iniquam, quia imò eſt bona, æqua & iuſta, quod patet ex eo quod licitum iuramentũ pręcipit inuiolabiliter cuſtodiri & obſeruari,déque liciti iuramenti cuſtodia vtitur ſtilus & fauor animæ, vt ſuprà dixi, & tanquã fauorabilis potius eſt extẽdenda quàm reſtringenda,ac maximè ad caſus identitatem rationis habentes,vt ſup.alleg.& ff.ad l.Aquiliam.l. illud in fi.Ex quo etiam infero contra Cynum quod hæc authen.habet locum in fideiuſsione minorum pro aliis intercedentium iuramento vallata, idem in aliis ſimilibus contractibus ex vna parte tantum obligatoriis,in quibus habet locũ identitas deciſiua rationis huius authenticæ & l. C.

Tertiò quærit gloſ.pone, minor non inueniens qui ſecum cõtraheret,vt homines ſecum contrahere non dubitent,facit talem cautelam quòd in præſentia aliquorum iurat generaliter quantum valet contra aliquem cõtractum per eum futurum celebrandũ,quęritur an contractus poſtea initi per eum minorem hoc generali iuramento cõfirmẽtur, ſic quòd contrauenire non poſsit.glo.in verb.quid ſi generaliter, arguit pro parte negatiua & affirmatiua pro & contra P.Innoc. & Cy.& inter vtrunque tenent primam partem gloſ. negatiuam, ſcilicet quòd iſtud iuramentum generale contractum poſtea factum non confirmet : nec proſit dictum iuramentum partibus cõtrahentibus tẽpore prefati iuramenti habentibus: & hoc per rationes in prima parte gloſ. poſitas. Vnde ipſi non reſpondent rationibus pro parte affirmatiua in quantũ factis poſitis in prima parte gl. pro quibus rationibus etiã affirmatiuis faciunt etiam quod tale generale eſt licitum,& ſeruari poteſt ſine æternæ ſalutis diſpẽdio,& per quod eſt de iure ſeruandum vt c.ſi verò. & c.cùm contingat ſup.alleg.pro concordia quæſtionũ & veritate huius quæſtionis:tamen videtur latius circa hoc ſic decidendum & dicẽdũ quia in contractibus quos minor facit poſt iuramẽtum,interuenit modica læſio aut enormis. Primo caſu,quando in contractu poſt iuramentum inito minor læditur modica & leui læſione, non poteſt venire contra, ſed à reſtitutione in integrum repellitur non ſolum propter iuramentum,ſed quia pro modico damno in integrum reſtitutio de iure denegatur. vt ff.de in integr.reſtit.l.ſcio.Secundò noſtro caſu an læditur magna læſione, ſcilicet quando minor in contractu poſtea facto ląditur magna lęſione, ſubdiſtinguẽdum, quia aut quęritur an minor à retractatione cõtractus huiuſmodi repelletur per eum cum quo poſtea contraxit, ſcilicet ex vi exceptionis pacti, quod pactum iuramento parti preſtitum comprehenditur & ineſt,vt dicam inf.in fin.argu.verſic. hic quæritur &c. & dic quando repellitur minor exceptione pacti quia iſtud generale iuramentũ non poteſt peccatum operari in perſonam illorum qui cum minore contraxerunt,qui quidem tempore pactionis generalis iuramenti erant abſentes & ignorantes,& ſic nõ poteſt cauſari ex dicto iuramẽto pactum nec exceptio pacti,quia in pacto conſenſus requiratur reciprocus.ff. de pac. l.1.& de ſolut.l.Aurelius. Vnde quia conſenſus non fuit in iſtis tempore iuramenti abſentibus & ignorãtibus,igitur & in hoc caſu poteſt intelligi veram partem negatiuam. gloſ. ſcilicet quòd minor per iuramentum generale nõ repellatur vi exceptionis pacti,cum hoc caſu in tali iuramento non inſit pactum, & ſic ex his etiam intellige illud,quod ipſi dicũt per Cyn. Aut quia hoc ſecundo caſu principali, ſcilicet quando minor magna læſione læditur, an per illos cum quibus iuramentum contraxit, poſſit repelli ex vi exceptionis doli mali,videlicet ex eo quòd minor læditur deueniendo contra ſuum ſpontaneum iuramentum, & dic quòd ſic, & eſt ratio,quia in periurio, & fractione liciti iuramenti eſt medium nedum culpa.ext. de reg.iur. in c.breui.in fi. quinimo etiam dolus & crimen. vt ff.de crim. ſtellionat. minor enim veniendo contra ſuum iuramentum impugnare doloſè agit,& decidit in dolũ,propter quem dolum æquum eſt ipſum exceptione repelli.arg.ff.de doli exceptione.l.vtitur. & l.qui æquitatem.&c. Item quia de iure canonico nõ requiritur in iuramento partium præſentia. 1. quæſt.7.c.quoties cordi oculus. & not. ſuper verb.ex parte.& iſto caſu poteſt eſſe vera prima pars affirmatiua.gloſ. ſcilicet quòd minor per generale iuramentum à reſciſione contractus reppellitur exceptione doli mali,quatenus in hoc caſu deciſiua ratio legis locum habeat quæ viam in periurio nititur excludere.Tertiò verò caſu pricipali, ſcilicet quando minor in cõtractu poſt iuramentũ facto leditur enormi lęſione, vt puta vltra dimidiã *iuſti pretij* æſtimandam iuxta terminos l.2.infr.de reſc.vend. vel aliàs arbitrio boni viri. Et dico quòd hoc caſu quòd minor nõ poſſet repelli propter tale iuramentum generale à retractatione dicti fictitij contractus. Et eſt ratio, quia in generali iuramento ſuper fictitio interpoſito ſemper videtur enormis lęſio in dubio excludi. vt ff. de ope.libert.l.ſi libertus iurauerit.& ext.de iureiur.c. quintauallis. Nam tunc non refertur ad caſus veriſimiliter incogitatos. ff.qui ſatiſ.cog. l.fin.& hoc vltimo caſu intellige primam partem negatiuam huius gloſſ. ſcilicet quòd minor à retractatione futuri contractus non repellitur nec quoque hoc vltimum membrum obſtat.inf.de reſcind.vend.l.2.vbi not.gl. quòd in caſu illius l. vbi agitur de ratificatione,

aliàs

aliàs reſciſione venditionis propter enormem læſionem, & vltra dimidiam iuſti pretij cōtractus iuramento firmatur: quia ibi loquitur de iuramento ſuper certo de præſenti, vel de pręterito contractu vēditionis interpoſito ſpecialitérque, quòd iuramentum ſpeciale contractū confirmat, licet iurans enormi læſione lędatur, vt ibi, hoc ideo loquitur in generali iuramento ſuper futuris contractibus appoſito quod iuramētum ad enorme damnum, & caſus incogitatos extenditur vt ſupra.

Quęritur primò, vtrum hęc authen. locum habeat quando minor ſuo iuramento firmauit non venire cōtra? gl. dicit quòd nec pręiudicat, quam vide tamē. Iac. de Aret. diſtinguit, quia aut minor iurauit propter quod minor fuit ad litigandum admiſſus patientia aduerſarij, & tunc reputatur maior, nec poteſt aduerſus iudicium poſtea factum in integrum reſtitui, ſic intelligitur gloſ. aut aduerſarius non vult admittere minorem, licet paratum ſe offerat iurare, & iudicium per iuramentum confirmare: & tunc non eſt minor ad litigandum inuito aduerſario de iure admittendus, cùm nulla lege caueatur, dicit ipſe Bart. Cyn. primum dictum diſtinctione Iac. reprobat, videlicet quòd minor admiſſus ad iurandum, non poſsit aduerſus iudiciū reſtitui, dicens quòd hæc authentica eſt iniqua & odioſa, & loquitur in contractibus, & per cōſequens non debet extendi ad iudicia, in quibus non verè contrahitur, ſed quaſi impropriè. ff. de pecu. l. 3. §. idem ſcribit. & not. ff. de actio. & obli. l. 1. in prin. Sed tu tene gloſſam veram, quę etiam ſemper in dubio in iudiciis eſt tenenda, ſcilicet quòd hæc authentica in iudicio iuramento firmato locum habeat, primò per rationem deciſiuā l. Cod. & huius auth. quę locum etiam habeat in iudiciis iuramento firmatis, ſicut in contractibus minorum, cùm iſta authentica fauorabilis ſit & æqua iuſtum iuramentum pręcipiens inuiolabiliter obſeruari, & ſit potius extendenda, vt ſup. dixi in ſecundo contrario. ex quo ſequitur quod arbitrium, & arbitramentum minorum irretractabiliter iuramento confirmātur, tum quia in eis habet locum l. Cod. & huius authen. deciſiua ratio, tum quia arbitria ad inſtar iudiciorum ſunt redacta. vt ff. de arbit. l. 1. Tum etiam quia arbitrium continet ſpeciem tranſactionis. Sed in tranſactione hæc authentica habet locum, ſicut in aliis contractibus ex vna tantum parte obligatoriis, vt hîc dixit gloſ. & ſuper hoc latius dixi in 2. quæſt. gloſ. ergo &c. Tamen intellige verum, ſecundum diſtinctionem poſitam ſup. an ſint vel non.

*Nota quæ dicuntur de gloſa.*

Quintò quæritur qualiter hoc intelligitur quod dicitur hîc de iuràmento quod debet inuiolabiliter cuſtodiri, & dicit gloſ. quòd debet intelligi cuſtodiri per actionē & per exceptionem. argu. ff. de acqui. rer. dom. l. ſtatuas, quod eſt notandum.

Sextò quæritur quæ actio ex hoc iuramento datur, & dic vt in gloſ.

Septimò quæritur an ſi is qui iurauit deceptus ſit vltra dimidiam iuſti pretij. gl. remittit. & dic vt in loco vbi remittit.

Octauò quæritur ext. gloſ. de quo iuramento hæc authentica loquatur, an de iuramento pręſtito nudo verbo, an de iuramento pręſtito per tactum ſacrarum, dicit Cyn. quòd hæc authentica intelligi debet de iuramento pręſtito per tactum ſacr. & non de ſimplici. Primò quia hæc authentica eſt odioſa, & per cōſequens eſt reſtringenda. Secundò quia ſpeciale eſt in epiſcopo, qui quando iurat non tangit ſacra. ſupr. de epiſc. & cler. authen. ſed iudex, ergo in contrarium eſt ius commune. Item quia hæc authentica facta eſt ad declarationem l. Cod. quæ lex loquitur, & tantum intelligitur in iuramēto corporali, prout idem Cyn. ibi not. gloſ. & auth. ad eius declarationem tendere debet in eodem iuramēto, ſcilicet corporali, vt in authentica intelligi. Contrariam tamen credo eſſe veritatem, ſcilicet quod hæc authentica in vtroque iuramento intelligatur tam ſimplici quàm corporali. Et eſt ratio prima, quia ratio deciſiua legis Cod. & huius authenticę, de qua ſæpe ſupra dictum eſt in vtroque iuramēto, locum habet vniformiter. Secundò, quia hæc authentica generaliter de iuramēto loquitur, nec diſtinguit de ſimplici, vel corporali, ergo debet generaliter intelligi de vtroque. ff. de publiciana. l. de pretio. de leg. pręſtan. l. 1. §. & generaliter. Tertiò quia iuramentum ſimplici verbo pręſtitum, ſcilicet iurando per Deum, etiam non tangendo ſcripturas, eſt verum iuramentum. ext. de iureiur. c. & ſi Chriſtus. Ad quod facit quod dicit Petrus Chriſto, ſcripturæ factæ ſunt propter Deum, nō Deus propter ſcripturas. 22. q. 1. c. ſi aliqua. Vnde circa hoc qualiter ſit iurandum, an corporaliter, an verò ſufficiat iurare nudo verbo, pro cōcordia præmiſſorum diſtingue, quia aut loquimur de iuramento litis deciſorio, & dicitur quòd in eo iurandum eſt ſecundum quod ambabus partibus placet. ff. de iureiurand. l. 4. §. fin. & al. ſeq. & l. 6. eodem titulo. aut loquimur in aliis iuramentis. Et ſubdiuide, ſiquidem aut eſt tale iuramentum quod in iure de neceſsitate pręcipitur interponi, vt iuramentum teſtium, de calumnia, & cætera ſimilia iuramenta, & in eis debet corporaliter iurari ſuper ſacris. 11. q. 1. c. teſtimonium. & id etiam iuramentū eſt in epiſcopo ſpeciale, vt ſufficiat ipſum iurare ſolo verbo ſine tactu. Ex quo ſequitur, ſi aliquis promiſit aliquid iurare ſimpliciter nulla forma expreſſa, cùm iſtud iuramentum debeat ex præambula neceſsitate obligationis pręſtari, debet corporaliter iurari, & per tactum ſacramentorum, vt notabiliter infert Inno. hoc alleg. c. & ſi Chriſtus. gl. magna. Aut non eſt tale iuramentum, quod debeat de neceſsitate interponi, ſed ſola voluntate præſtari, & tunc ſufficit ſolo verbo iurare ſine tactu, vt d. c. & ſi Chriſtus. & in hoc non obſtant rationes per Cyn. in contrarium allegatæ, nam ſolui. Ad primam, quia falſum eſt hanc authenticam, & eius determinationem eſſe iniquā, imò eſt vtique fauorabilis, & æquiſsima,





& æquiſsima, vt ſuprà dictum eſt ſæpè. Ad ſecundā quando dicit, quòd in Epiſcopo eſt ſpeciale, quòd quando iurat non cogitur tangere ſacra, reſponſum eſt in ſecundo membro diuiſionis. Ad tertium, quādo dicitur quod l. Cod. intelligitur in iuramento corporali tantùm. dic hoc non eſſe verum, quia licet de corporali iuramento loquatur, tamen de paritate eiuſdem deciſiuæ rationis de vtroque intelligitur, vt ſuprà dixi.

Ex præmiſsis infero hîc contra Cyn. in 7. q. quòd ſi minor iurat ſuper aliquod Romanū quod credebat eſſe euangelium, hæc authentica locum habet, & obligatur iuramento, quia iurando ſuper Romanū, non reſpicit ad Pergamenum, ſed ad Deum, quē habet in iuramento principaliter pro obiecto. Nam qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum. alleg. c. & ſi Chriſtus. & c. quanquam. extrà de iureiur. & probatur expreſsè 21. q. 1. c. qui iurat lapidē. Nonò quæritur an minor, vel quilibet alius poſsit iurare per procuratorem, & dic vt Iac. But. hîc & per Cyn. in q. 9. & per Archid. extrà de iuram. calum. cap. 1. lib. 6. & de iur. cal. Cod. eo. tit. Aliquas breues quæſtiones formare poſſum quas omitto de præſenti, eas vide per doct. & per glo. in corpore authentic. vnde hæc authentica ſumitur.

His igitur poſitis, ad huius materiæ cōpendioſam indaginem perſpicacius aſcendendo, primò quæro, quæ ſit definitio iuramenti. Hoſt. in ſumma extrà de iureiur. in c. 1. & alij canoniſtæ definiunt iuramentum, vt latius in eorum ſcriptis poteſt fide intueri. Sed breuius definiendo dico quòd iuramentum eſt ſacræ religionis confirmatio veritatis.

*Definitio iuramenti.*

Primum dico quidem ſacræ religionis: probatur, quia non debet iurare per creaturas, ſtatuas, nec per cœlum, terram, ignem, nec per alias creaturas, ne per hoc honor omnium creatoris transferatur ad creaturas 12. q. 1. c. conſidera. & c. clericū. Si tamen de facto per creaturas iuretur, tenet & obligat iuramentum mero iure, quia qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum, vt d. c. & ſi Chriſtus, ſic iurare per Deum eſt teſtem Deum adhibere, ſed iurare per creaturam, eſt creaturam in teſtem adhibere, vt dicit magiſter ſententiarum lib. 6. 49. c. Sextò eſſe iurandum per creaturas ſacras & nō ſacras, ſpecies iuramenti eſt improbata, gloſſ. notabilis in ſimili ſuprà de arbit. authē. decernimus. Item etiam dixi, quod iuramentum eſt confirmatio veritatis, patet ad textum d. c. & ſi Chriſtus. verſ. quidam verò. ibi tamen ſit cōfirmatio veritatis. Item eſt notandum, quòd omne iuramentum debet habere tres comites, ſcilicet veritatem, iudicium, & iuſtitiam, vt Ieremiæ 4. c. & 22. q. 1. c. ad animaduertendum, & 2. q. 1. c. & iurabunt, & d. cap. etſi Chriſtus vel Iacobus. & not. glo. infrà de nupt. authen. quod eis.

Item ſciendum eſt, quòd iuramentum quantum ad pręſentem ſpeculationem ſpectat, diuiditur in quatuor ſpecies, quia quoddam eſt iuramentum litis deciſorium, de quo tractatur generaliter. ff. & C. de iureiur. per totum. Aliud eſt iuramentum probationis ſupplementum, de quo ſpecialiter agitur. ff. de iureiur. l. admonendi. & C. eod. tit. l. in bonę fidei. Aliud eſt iuramentum contractus, ſeu actus inualidi confirmatorium, de quo eſt præſens ſpeculatio, vnde occurrit generaliter intuendum, qui contractus, puta quę venditiones & actus inualidi per iuramentum cōfirmentur. In cuius contractus examine, conſidero quòd ſicut in naturalibus rebus productis in eſſe quatuor ſunt principaliter cauſæ, quarum cauſæ duæ ſunt fiendi, ſcilicet cauſa finalis & efficiens: & duæ ſunt cauſæ eſſendi, ſcilicet materialis, & formalis, vt dicunt philoſophi, vt notat Ioan. Mona. in princ. lib. 6. & Azo. in princ. ſuæ ſummæ, & doctores iuris in princ. ff. Sub ſimili in contractibus, pactis, & aliis actibus noſtris & diſpoſitionibus humanis, iuris gentium & ciuilibus, ſunt etiam quatuor cauſæ prædictę, ſcilicet efficiens, materialis, formalis & finalis. Et quia aliquando contingit, quod propter defectum & inhabilitatē aliquarum quatuor cauſarum prædictarum de ſe contractus & diſpoſitiones huiuſmodi ſunt inutiles, vel nullius momenti, & in eis interponitur iuramentum, vt confirmentur: ideo de contractibus & diſpoſitionibus in dictis quatuor cauſis peccantibus ſingulariter eſt videndum.

Primò, quando contractus vel actus ex parte formæ ſiue ex defectu cauſæ efficientis, iuramento confirmetur.

Secundò, an ex defectu cauſæ materialis.

Tertiò, quando ex defectu cauſæ formalis. Primo ſubiiciuntur aliqui effectus iuramenti particularis.

Et primò occurrit videndum de cōtractibus, & actibus ex parte cauſæ efficiētis peccantibus, an iuramento cōfirmentur, pro quo ſciendum eſt, Inhabilitas ſeu defectus cauſę efficientis impedit effectum in eſſe produci dum eſt in fieri. ff. de ſponſa. l. furor. licet defectus & inhabilitas cauſæ efficientis effectum perfectum non faciat ex quo eſt in facto in eſſe. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. patre furioſo. Et dicitur cauſa efficiens faciens, in eſſe rem producens, & eſt in contractibus hæc cauſa efficiens duplex, ſcilicet mediata & immediata, cauſa efficiens mediata ſiue remota in contractibus eſt perſonæ contrahentiū, quę contractum inter ſe aliquem celebrant. Cauſa verò efficiens immediata ſeu propinqua, eſt conſenſus contrahentium, ex quo conſenſu contrahentium fiunt contractus, & in eſſe producuntur. ff. de de actio. & oblig. l. conſenſu fiunt. & ff. manda. l. prima. in princip. & infrà de actio. & oblig. & l. ſicut. Vnde aliquando contractus ſeu actus eſt inualidus ex parte cauſæ efficientis dupliciter: vno ex parte cauſæ efficientis mediatæ, ſcilicet ex parte cōtrahentium: altero modo ex parte cauſæ immediatæ, ſcilicet ex parte cōſenſus. infrà dicam in hoc tractatu primæ cauſæ, verſi. circa cauſam verò. prius videndū. eſt igitur, quando eſt inualidus actus ſiue contractus ex parte cauſæ me-

*Duplex eſt cauſa efficiens.*

diatæ efficientis, ſeu remotæ, ſcilicet ex parte perſonarum contrahentium, vt quia fiunt contrahentes ad contrahendum inhabiles, an iuramento contractus confirmetur. Circa quod eſt ſciendum, quòd inhabilitas perſonarum contrahentiũ poteſt eſſe duplex, quia aliquando contrahentes ſunt inhabiles propter legem, vel ſuperiorem habilitatem: aliquando ſunt inhabiles propter ſolum iuris poſitiui diſpoſitionem inhabilitatem aliàs inducentem. Primò membro principali, quando videlicet contrahentes ſunt inhabiles ad contrahendum propter legem, vel ſuperiorem prohibentem contractum, vel perſonas contrahentium inhibentium: & dic quòd talis contractus fieri prohibitus non confirmatur iuramento. C. de legib. l. non dubium. ibi quando dicit textus, qui con trahit lege prohibente contrahere, &c. Vt verbi gratia, prohibentur vniuerſi Chriſtiani aurum & argentum barbaris mutuare, de commerc. & mercat. l. 2. item cupreſſos in prouincia Daphnenſi vendere. infrà de cupreſſ. lib. 11. certè tales & conſimiles contractus, quos perſonæ ſubiectorum per legem celebrare prohibentur, non confirmantur iuramento, vt expreſsè dicit l. non dubium allegat. Et eſt ratio, quia qui contrahit lege vel ſuperiore prohibente, mortaliter peccat. Nam ſcriptum eſt, qui non obedit principi morte moriatur extrà, de maior. & obed. cap. inobedientia. cùm ſubditi ſuo ſuperiori parere teneantur ſub pœna rebellionis & mortali peccatis. 22. q. 4. c. in malis. & cap. innocens. In iuramento in tali contractu appoſito deficit vnum de tribus, ſcilicet iuſtitia, & ideo ipſo iure non obligat: non enim inuentum eſt iuramentum, vt ſit iniquitatis vinculum. extrà de iureiur. cap. 1. lib. 6. Ex præmiſsis circa illa tria infirmatur primò, quòd contractus fideiuſſorius factus ſuper dotis conſeruatione, ſeu reſtitutione, quæ per legem diſponitur fieri prohibetur. C. ne fideiuſſ. dot. dent. in rubro & nigro. certè non confirmatur iuramento, & hoc videtur innuere glo. eod. titul. ne fideiuſſ. dot. dent. l. 1. ibi dicit, quod illi titulo non poteſt renuntiari, & ita tenet Bart. ff. de fideiuſſ. l. ſi quis pro eo. in princ.

Secundò infero ex præmiſsis, quòd contractus illius cui per iudicem bonis eſt interdictum, contrahendo contra ſuperiorum præceptum, peccat mortaliter, propter quod ipſum non obligat iuramentum tantùm, quia ſuper obſeruatione peccati mortalis eſt appoſitum, tum etiam eſt contra ius & authoritatem ſuperiorum expreſsè, qui hoc prohibent, contra quod ſuperiorum ius non obligat iuramentum. ff. ad municip. l. fin. in princ. & extra de iureiur. c. veniens. & ita tenet Bar. ff. de ver. oblig. l. is cui bonis. 3. q.

Tertiò infertur ex præmiſsis, quòd contractus factus per perſonas diſpoſitione iuris prohibitas contrahere, vel per ſtatuta municipalia ciuitatum non confirmatur iuramento, vt ſi dicatur, in ſtatuto prohibetur quòd mulier non contrahat nuptias cum aliquo, quod eſt notandum propter ſtatuta terrarum, vt not. Bartol. in illa l. ſi quis pro eo. quod tene menti. Secundo membro principali, quando contrahentes ſunt inhabiles ad contrahendum propter ſolam iuris poſitiui diſpoſitionem inhabilitatis ducentis inter perſonas contrahentium, vtpote inter dominum & ſeruum eſt dominica poteſtas, inter patrem & filium eſt ius patriæ poteſtatis: tales etiam contractus certum eſt non valere. An tales contractus inter tales perſonas facti iuramento firmentur? Et videtur primò dicendum dupliciter quòd non, quia ſeruus & filiusfamil. ſunt ex talibus contractibus habitis cum patre vel cum domino, incapaces, & contractum faciunt non valere: ſed patria poteſtate vel dominica propter iuramenti interpoſitionem, non tollitur perſonarum inhabilitas potentia effectiua contractus inter tales perſonas habiti impediens. Nam per iuramentum non tollitur patria, vel dominica poteſtas, quæ contractum impedit inter dictas perſonas effectualiter iniri, & inuicem ex contractu actiones produci inter eos: tamen non repetitur iure cautum, quòd iuramentum ſit aliquis de modis emancipandi filium, vel manumittendi ſeruum, qui ponuntur inſtit. quib. mod. ius pat. poteſt. ſol. & in tit. de mand. ſer. ff. & C. Igitur non confirmatur iuramento contractus propter tales cauſas impedientes, quæ poſt iuramentum adhuc durant, & non poteſt fieri confirmatio arg. extrà de reg. iur. c. non confirmatur. lib. 6. Idem not. per Dy. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. & inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. Secundò ad idem quod non confirmatur iuramento, apparet vel primò, quia contractus talis vel inualidus propter dictam inhabilitatem perſonarum eſt de iure impoſsibilis, ex eo quòd in perſonam ſerui vel filij non poteſt producere actionis, vel acquiſitionis effectum. argum. ff. de fideiuſſo. l. ſi quis pro eo. & ff. de condictio. indebit. l. frater à fratre. cum ibi notatis. Ideo dicit gloſſa quòd donatio de patre in filium ſuum in poteſtate exiſtẽte, iuris impoſsibilitate non valet. Vide de donat. int. vir. & vxo. l. fi. gl. 1. Igitur non confirmatur talis contractus, quia iuramẽtum ſuper impoſsibili contractu impoſitum non obligat. arg. ff. de reg. iur. l. impoſsibilium. & ext. de reg. iur. c. 2. in fi. lib. 6. In oppoſitum videtur dicendũ. diciturę contra quod cõtractus huiuſmodi iuramẽto firmetur: primò quia talis contractus celebratus poteſt ſine æternæ ſalutis diſpẽdio licitę adimpleri, & iuramẽtum ſuper eo poſitum cuſtodiri, & per quod eſt obſeruandus contractus & iuramentũ de facto adimplendũ. ext. de iureiur. c. ſi verò. & c. cùm cõtingat. Dominus Pe. de muris tenet in ſuis conſiliis quòd donatio facta per patrẽ in filiumfa. in poteſtate patria conſtitutũ, iuramento cõfirmatur. Secundò ad idẽ quod talis contractus iuramento cõfirmetur, patet, quia cõtractus inter has perſonas initus nõ eſt ipſo iure omnino nullus, imò in ſe verus eſt contractus, & de iure gentiũ validus, licet lege quo ad actionis productionẽ ſit diſpo-



ſitione iuris ciuilis inefficax. Nam licet ciuilis actio ob impoſsibilitatem acquiſitionis de iure ciuili, ex dicto contractu non producatur: vnde ex ipſo vera oritur naturalis obligatio inter patrem, & filiusfam. in poteſtate conſtitutum, vt l. alleg. frater à fratre. cum ibi not. etiam inter dominum & ſeruum notatur eod. titul. l. ſi id quod. & ratione, quia naturalis, iuris gentium, & reciprocus conſenſus verè cadit inter iſtos, ex quo conſenſu reciproco naturalis obligatio producitur. ff. de ſolut. l. Stichum. §. naturalis. & ff. de pact. l. 1. §. fi. Et ideo dicit Vlpianus, quòd inter dominum & ſeruum verus cadit contractus emptionis, ſeu vera eſt emptio, licet non oriatur exinde ciuilis obligatio. ff. de inſtitor. act. l. ſed ſi pupillus. §. fin. vbi eſt textus ad propoſitum notabilis. Igitur cum talis contractus de ſeipſo non ſit nullus ipſo iure, ſed eſt contractus validus de iure gentium, per quod videtur, quod facilè iuramento debeat confirmari, cùm propriis viribus iuris gentium ſubſiſtat. argu. à contrario ſenſu. ff. de act. & oblig. l. obligationes. Verùm pro declaratione præmiſſorum & concordia, videtur mihi ſic eſſe dicendum, quoniam aut quæritur an talis contractus inter tales perſonas factus in ſe, per iuramentum confirmetur taliter, quòd ex eo ciuilis actio, & acquiſitionis effectus producatur. Et dico quòd non, quia impoſsibile eſt talem contractum quantum ad hoc, iuramento confirmari, quia dicta inhabilitas poſitiua & ciuilis efficaciam dicti contractus impediens per iuramentum non tollitur, & poſt iuramentum durat adhuc impedimendum, & ita loquuntur rationes pro prima ſuprà formatæ.

Aut quæritur an talis contractus quantum ad obſeruationem facti per iuramentum firmetur. Et dico quòd ſic, nam tenetur pater, vel dominus adimplere contractum prout iurauit, & de facto tradere, vel facere filio vel ſeruo, quod tradere vel facere in contractu promiſit, & ad hoc cogi poteſt propter obſeruantiam liciti iuramenti, quod poteſt licitè ſine æternæ ſalutis diſpendio cuſtodiri, vt in iuribus pro ſecunda parte alleg. Ex iſta bimembri determinatione quidam effectus notabiliter inferuntur. *Primus effectus.* Primus quòd ſupra dicta traditio rei promiſſæ quam pater filio facit, vel dominus ſeruo erit nuda traditio facti, ex qua nullus acquiſitionis effectus producetur, nec dominium rei traditione filio, vel ſeruo acquiretur. Et eſt ratio quia propter inhabilitatem perſonarum adhuc poſt iuramentum impedimentum durat quod dominium per dictam traditionem, impedit in accipientem transferri propter impoſsibilitatem acquiſitionis: cum etiam propter defectum dicti contractus iuramentum inualidetur, qui in ſe per iuramentum non eſt habilitatus nec confirmatus, vt dictum eſt ſuprà. Et ſine habili titulo procedente ex ſola traditione facti dominium in accipientem de iure non transfertur. ff. de acquir rerum dom. l. nunquam nuda. in princip. & ibi plenè de hac traditione nudi facti, quę nullius dominij, vel iuris traditionem operatur dic, vt Cod. de neceſſ. ſer. l. pen. §. illo videlicet. vbi ſi rem propriam ſeruo teſtator legauerit, licet legatum non valeat, hæres tamen, vt totum adimpleatur teſtamentum, & ſeruo debet ex æquitate pietatis præſtare & tradere, pro hoc facit l. in teſtamento. ff. de fideiuſ. liber. vt ipſe ſeruus de facto ea vtatur ad libitũ ſuum. Quæ quidem traditio nullius dominij tranſlationem in ſeruum operatur, ſed ſolum vſus, defenſionis & detentionis effectum, vt ibi quidem eſt ad propoſitum notabile.

Secundus effectus, qui ex præmiſsis apparet, quod pater vel dominus ad implementum dicti contractus iuramenti non poſſunt per filiũ, vel ſeruum via actionis conueniri, vel conſtringi, quia dictus contractus in ſe per iuramentum non confirmatus adhuc in primario efficaciæ ſtatu remaneat nullam producens actionem.

Tertius effectus, quòd licet pater vel dominus conueniri non poſsit via ordinaria actionis, tamen cõſtringi poteſt officio iudicis, quòd officium iudicis benè poteſt cauſaliter inter tales perſonas de iure interpretari. ff. de iudic. l. vix certis. & l. lis nulla. vbi not. de hoc bonam gloſ. in ſimili in l. 1. glo. aduerſario ignorante. C. qui admitti ad bono. poſſeſ. Et debet per eccleſiaſticam cenſuram compelli ad realem traditionem rei promiſſæ, & reale implementum, & ad obſeruantiam iuramenti contractus. Ita poteſt de facto compelli adimplere. Et eſt ratio, quia d. c. ſi verò. & c. cum contingat. dicant licitum iuramentum, quod non vergit ad æternæ ſalutis diſpendium: debet de iure obſeruari, ſicut eſt iſtud, & in hoc non poſſe intelligi obſeruationem per viam actionis, vt l. ſtatuas. ff. de acq. rer. dom. Saltem debet intelligi de obſeruatione iuxta perſonarum habilitatem, ſeu per officium iudicis, quod ad interdictas perſonas congruè adaptatur. Verba enim debent intelligi & reſtringi iuxta qualitatem & naturam ſubiectorum. ff. de condict. & demonſt. l. quibus diebus. §. Dominus. & de milit. teſtam. l. ex militari. in princ. & ff. locati. l. ſi vno anno.

Quartus effectus eſt, quòd ſi pater vel dominus ante vel poſt traditionem factam filio vel ſeruo, ipſam rem alienat de facto in alium, licet in ſe periurus ſit, quia fecit cõtra ſuum contractum & iuramentum: breuiter tamen transfertur verum dominiũ rei in accipientẽ, ſi tradens dominus rei erat traditionis tempore. Et eſt ratio: quia tale iuramentum tantùm perſonam reſpicit, & non rem, & ideo non impedit dominij tranſlationem. arg. extra de iureiur. c. intelligo. & not. Innoc. extrà de priuil. c. dilecta.

Quintus effectus eſt, quòd ſi interim moriatur pater, vel dominus antequam rem vtendam de facto tradiderit filio vel ſeruo, hæres eius ad inſtantiam ſerui, vel filij non poterit cogi, vel conſtringi adimplere dictum contractum.

Primò non via actionis, quia actione ex dicto contractu adhuc poſt iuramentũ in ſtatu inutili primario remanẽte, nulla fuit actio. Itẽ non per officiũ iudicis, quod poterat ratione iuramenti

cõtra defunctum patrem vel dominum interpretari, quia iuramẽtum morte iurantis extinguitur,nec tranſitum facit in hæredem, quia eſt perſonale ex parte iurantis. extra de arbit.c.per tuas.& not.Innoc. extra de iureiur. cap.veritatis. pro quo facit, quod notatur per doctores extrà de foro compet.c.fi.lib.6.

Aduertendum eſt tamen, quia ſi pater vel dominus in eius vita rem de facto filio, vel ſeruo tradiderit, non poſſet eius hæres repetere, vel contractum impugnare propter naturalem obligationem ex dicto contractu ortam, quæ in hæredem paſsiuè tranſit, quæ naturalis obligatio ſoluti repetitionem impedit. ff. de condict. indeb.l.frater à fratre.& l.naturaliter.& l.Iulianus.§.verum debitorem.eo.titul. Item, quia dicta donatio de patre, in filium morti ſubiecto confirmatur infrà de donat. inter vir. & vxo.l. fin. Ex præmiſsis patet, quòd contractus propter prædictam ciuilem,& poſitiuam inhabilitatem perſonarum inualidus non confirmatur iuramento vltra præmiſſa. Sextò ex iſtis infero, quòd teſtamentum filiifam. qui de iure teſtari non poteſt etiam in bonis aduentitiis, licet etiam pater conſenſerit. ff.de teſta. l.qui in poteſtate.& C. qui teſta.fac.poſſ.l.nemo.neque etiam codicillos, vt ff. de legat.1.l.1.Certè non confirmatur iuramento filiifam. cùm filij inhabilitas ad teſtandum per iuramentum non tollatur.Tum etiam,quia iuramentum filij eſt in præiudicium patris, matris, fratris illi ab inteſtato ſuccedere debentiũ, vt infrà ad Tertull. authentica defuncto, ſi iuramentum non operatur in præiudicium tertij, vt infrà dicam in tractatu cauſæ finalis verſic. ſextò dicitur. Sed circa hoc quæro, quid ſi pater conſentiat filiofamil.teſtamẽti,vel codicillos facientum, & iurat ſe habere ratum teſtamentum filij,& ſe impleturum contenta in eiſdem, an tunc confirmabitur iuramento? Et dic,quòd nihilominus quod non, & quod per iuramentum præſens non tollitur dictum vinculum patriæ poteſtatis filium teſtari, vel codicillos facere impediens, & ſic poſt iuramentum inhabilitas cauſæ efficientis adhuc durat: quare item in hoc cum dico, quòd iuramentum patris fuit licitum, & pater poteſt ſine æternæ ſalutis, &c. inquantum ipſum iurantem tangit, compellitur ſtare, & pro ea parte qua filio ab inteſtato ſuccedit cum matre fortè, vel fratribus, valet ad tradendum realiter hæredi ſcripto, & legatariis & fideicommiſſariis, pro parte illa, quæ teſtamento, vel codicillis filiis eius licet inutilibus relicta ſunt adimplere iurat. argum. præmiſſorum ſuprà proximè. Videtur de hoc caſus in ratione expreſſus de legat.2.l.cùm pater.§.filius matrem. iuxta lectu.gloſſ.prout loquitur ibi de iuramento ſuper inutili teſtamento filij per matrem hæredem inſtitutam præſtito filio adhuc viuente, quod eſt neceſſe ſic intelligere illam ſecundam partem, ſcilicet iuramento præſtito per hæredem in vita teſtatoris, quia ſi poſt mortem filij mater ab inteſtato ſuccedens ſolummodo ſponte agnouiſſet relicta in dicto teſtamento inutili, poſito etiam quòd non iuraſſet, quòd de iure communi ea ſoluere tenetur propter ſolam aditionem.infrà de teſta. l.non dubium.cum ſimil.multis,&c.

*An filiusfam. teſtari poſsit.*

Circa verò cauſam efficientem contractus immediatam, ſeu propinquam, quæ cauſa immediata propriè eſt conſenſus contrahentium, vt ſuprà dixi in princ. contractus huius cauſæ efficientis. Pone autem generalem concluſionem,quòd contractus ſeu actus inualidus peccans ex parte conſenſus, & immediatæ cauſæ efficientis non confirmatur iuramento. Et eſt ratio euidens, quia iuramentum habet conſenſum iurantis pro materia fundamentali, & ſecundum eum regulatur. ff.qui ſatiſd.cog. l.fin. & infrà.de non numer.pecun. l.fin.&c. vbi deficit conſenſus nil agit iuramentum, nec contractum ex parte conſenſus poteſtatem iuramentum confirmat, quod inuicem eodem defectu laborat, quia tunc in tali iuramento deficit vnum de tribus comitibus iuramenti, ſcilicet iudicium, de quibus ſupr.dixi in princ.contractus. Ex hac generali quæſtione, & deciſiua ratione inferuntur plures quæſtiones particulares dictæ etiam quæſtionis generalis declaratiuæ.

Prima illatio ſeu quæſtio particularis eſt, quòd contractus impuberis iuramento non confirmatur,vt etiam ſuprà dixi in apparatu in 1.contrario glo.

Secunda illatio, quod contractus ebrij, qui propter defectum conſenſus non valet.argu.15. q.1.c.ſanè.non confirmatur iuramento,vt 22.q. 4.c.vnuſquiſque.& ibi not.glo.

Tertia illatio,quòd contractus erroneus,qui propter errorem impedientem cõſenſum nullus eſt ipſo iure. ff.de act.& oblig.l.in omnibus. iuramento etiam non confirmatur, vt ſuprà de tranſact.l.ſi ex falſis.& ff.de fideiuſſ.l.ſi quis.pro eo in princip. quæ lex loquitur in errante promittente operas, qui ſe libertum eſſe credebat, licet Bartol. ibi aliter intelligat illam l. & idem eſt de contractu facto nimia reuerentia interueniendi, argu.ff.quarum rer. act. non da. l.1.§. quæ onerandæ.& not. gloſſ. extrà de iureiur.c. quemadmodum in princ.

Quarta illatio eſt, quòd contractus per partes ſimulatus non confirmatur iuramento, & ita dicit gloſſ. ordinaria infrà,plus valere quod agi.l.ab emptione. quia in ſimulatione non eſt conſenſus erga rem ſimulatam, vt eod. titul. per totum.

Quinta illatio eſt, quando generalis renuntiatio,quæ non valet in caſibus veriſimiliter incogitatis propter defectũ conſenſus, vt ff.ſi quis caut. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. non confirmatur iuramento.Ita tenet Cynus infrà Commod.l.is qui.

Sexta illatio eſt,quòd donatio omnium bonorum, quæ eſt ex præſumpta voluntate donantis, habet conditionem tacitã reſolutiuam, ſi liberi donatori non ſuperſint, vt infrà de reuocand. donat. l.ſi vnquam. non confirmatur iuramento, quoniã ex cauſa ſuperexiſtentium liberorum



liberorum eadem reuocatur donatio, ac ſi nullum fuiſſet interpoſitum iuramentum, quia dictum iuramentum ſecundum conſenſum iurantis regulatur, & illud capit tacitam conditionem vicium eſſe voluntatis quam habet ſuper quo iuratur.alleg.l.fin.ſuprà de non nume. pecu.Ita etiam not.Bart.ff.de leg.2.l.Titia Seio. §.Imperator.cum ſimil.

*De recurſu ad arbitrium boni viri.*

Septima illatio eſt, quia arbitramentum & renuntiatio habent in ſe implicitam conditionem tacitæ voluntatis præſumptæ,ſcilicet quòd arbiter dolo non arbitretur, vel ſi pars enormi læſione non læderetur.argu. ſuprà de arbit.l.an &.ff.eo. tit. l.ita tamen. §. diſtinguemus.& eum quidem & ff.de pactis.l.tres fratres.& ff.pro ſocio. l. 7. coniuncta l.ita. §. conditionales. ff. de verb. obligat. certè non confirmatur iuramento quando iurans poſsit libere intentare recurſum, perinde ac ſi nullum fuiſſet interpoſitum iuramentum,quia iuramentum ſuper dicto arbitro, & renunciatione interpoſitum eaſdem conditiones recipit tacitè præſumptæ voluntis ſupradictæ.ff.de oper.liber.l.ſi libertus.& extrà de iureiur.c.quintauallis.& ibi not.Innoc.Et videtur caſus expreſſus eo.tit.cap.veniens.cum gloſſ.poſita ſuper verbo mandato. Sed ſi in dicta renuntiatione expreſsè ſubiungatur, ſiue æquè, ſiue iniquè arbitretur, talis renunciatio præbet apertè occaſionem delinquendi.arg. ff. de pact. l.ſi vnus. §. illud.& infrà not. Guillelmus, Decius & etiam Bartol.& ſic per conſequens non magis confirmatur iuramento renuntiatio,vt extrà de iureiur. cap.quemadmodum.in fin.cum ibi not. Guill.in Spec.titu. de arbit.quod ſi verò.Item ſi compromiſſum.

Octaua generalis,quæ patet ex præmiſsis & ex eorum ratione infertur, quòd iuramentum non extendatur ad incogitata abſque conſenſu iurantis veriſimiliter, & præſumptiuè non inclinatur.ff.qui ſatiſd.cog.l.fi.& extrà de iureiur. c.veniens.& c.petitio.

Nona illatio ex proxima illatione, & etiam ex ratione prẹmiſſorum eſt,quòd iuramentum ſimplex recipit ex præſumpta voluntate iurantis aliquas in ſe tacitas conditiones,& eſt etiam in omni iuramento ſi Deo placuerit.22.quæſt. 4.cap.beatus.Item ſi aduerſus fidem ſeruauerit iuramenti.extrà de iureiur.cap.3.& cap.ſicut.in fin.cap.per venerabile.in fin.22. quæſtio.2.cap. ne quis.§.fi.& ff.de ſolut.l.cùm quis. Item ineſt in omni iuramento conditio honeſtatis extrà de iureiur. cap.quemadmodum. in princip. & ibi gloſſ. notabilis ad iſta. Item conditio an ſi creditor remiſerit debitum,vtpote ſi debitor infra certum tempus ſoluere iurauerit, vt infrà dicam in cauſa finali.§.quartò dicitur.verſic.ex quo tex.

Item conditio facultatis,& ſi facultas ad hoc ſe obtulerit. extrà de iureiuran. cap. querela.& cap. breui ſi tacitus. quia neceſsitas, & etiam impoſsibilitas excuſat quem à periurio. Nam non videtur deierare, qui ex conſenſu cum cauſa deſeruit iuramentum, vt dicta l. fin. qui ſatiſd.cog.

Ex quo ſequitur, quòd ſi aliquis non bene iurauerit in aliquo loco tenere obſtagia, nec habet ibi quid comedere,non tenetur ibi tenere obſtagia:quinimo dicetur eſſe excuſatus per præmiſſa, & ita tenet Hoſtienſis in ſumma. §. quomodo.verſic.quid ergo.Sed quid ſi ille,qui iurauit tenere obſtagia,nullo iure poteſt habere vnde ſoluat, an dicatur ad tenendum obſtagia propterea excuſatus? Circa hoc diſtingue, quia aut tempore obligationis contractæ, iam erat non ſoluendo, & non excuſatur, quia ad hoc ſe dicitur obligaſſe,ſed quærat victum manibus. argu.12.diſtinct. cap. clericus. & extrà de ſentent.excom.cap. cum voluntate.§.prædicat. Aut tempore factæ & contractæ obligationis erat ſoluendo, ſed caſu poſt factus eſt non ſoluendo, & tunc ſi eſt talis, qui ſine verecundia mendicare poteſt:idque ſuprà argu.ff.depoſiti. l.bona fides.24.diſtinct.cap. diacon. Aut eſt talis nobilis, qui ſine verecundia mendicare non poteſt,& tunc ſi hoc conſtat neceſsitate vrgente,ſubueniendum eſt ei.arg.dicti cap.querelam. quando non videtur de iſto caſu fortuito repentino veriſimiliter cogitaſſe,& ita not.Hoſt. in d.c.vlt.verſ.quid ergo.

Decima illatio eſt ex octaua illatione ſuperius poſita, & promiſſorum ratione, videlicet quòd iuramentum ſecundum voluntatem veriſimiliter præſumptam regulatur. Ex hoc inſurgit, quòd iuramentum generale, ſeu ſingulare ad multa recipit interpretationem reſtrictiuam, & primò ad licita, vt illicita non comprehẽdat,nec ea quæ ſunt peccatum,vt extrà c. quanto.& c.veniens. Secundũ dicit ad poſsibilia,vt impoſsibilia nõ cõprehendat, vt extrà de iureiur. c.1.lib.6.Tertium ad æqua,vt iniqua, & ea quæ ſunt generis læſionis etiam non comprehendat, vt d.cap. quintauallis.& ff.de oper. libert. l.ſi libertus. primò.de præſentia tantùm, quia ad futura non extenditur.extrà de iureiur. c.clerici. Hoc reſtringitur ad ea,quæ ſunt iuris. eo.tit.cap.ad noſtram.in tertio.& generaliter ad veriſimiliter cogitata recipit interpretationem reſtrictiuam, & ſecundum præſumptum conſenſum regulatur, vt ex ſuperioribus patet. Et hoc de cauſa efficiente.

Videndum eſt conſequenter de ſecunda cauſa, ſcilicet materiali, an contractus ex parte cauſæ materialis peccans confirmetur iuramento.Ad quod ſciendum prẹmittemus,quòd cauſa materialis dicitur ipſa materialis ſubſtantia, ex qua cum aliquo fit aliquid. argum. ff. de pign.actio. l. ſi conuenerit. §. ſi quis. & de acq.rer.dom.in l.adeo.§.voluntas.

Secũdò præmittendũ eſt quòd ſicut in operationibus artificialibus & mechanicis ad hoc vt fiant, & in eſſe producantur prẹexiſtens & habilis materia requiritur, aliàs nulla ſpecies effici poteſt vt dicitur. ff.de acquirendo rerum dominio. l.Labeo.§. cum quis. requiritur habilis & diſpoſitiua materia, ſuper qua contrahatur & diſponatur. ff. de verborum obligatione.l. inter ſtipulantem, §. ſacramenta. de præſcriptione verborum.l.inſulam. Vnde cau-

ſa materialis in contractibus eſt res, quæ per partes principaliter in contractum deducitur, vtpote in contractu emptionis cauſa materialis notabilis, eſt res & pecunia in emptione deducta, & cum ipſo notabiliter prætium in contractu emptionis appoſitum per tex. ſubſtantia contractus appellatur. ff.de act. empti. l. pacta. in fin. & ſimiliter in aliis contractibus,& diſpoſitionibus iuris dicitur materia illud, quod in eis principaliter deducitur. Vnde an contractus peccantes ex parte cauſæ materialis deductæ in contractu firmentur iuramento.In hoc diſtingo principaliter circa certa membra. Nam aut contractus eſt inualidus, & peccat ex parte materiæ turpis : aut eſt contractus inualidus ex parte materiæ impoſsibilis : aut eſt contractus inualidus ex parte materiæ impertinentis. Circa primum membrum ſit hæc generalis cõcluſio, quòd contractus,ſeu actus inualidus peccans ex parte materiæ turpis non confirmatur iuramento,vtpote ſi contineat contractus ſeu actus ſuper quo iuratur aliquod mortale peccatum,vel aliquid turpe,& contra bonos mores, vt occidere hominem, vel committere furtum, vel adulterium, etiam cum pœna l.generaliter.& l.ſi plagij.aliàs ſi flagitij. ff.de verb.oblig.vel ſi quis iurauerit,quòd faciet ſe vocari furem,vel lenonem:deinde turpe eſt & inhoneſtum. ff.ad Trebellianum.l.ſed ſciendum.

*Quãdo materi eſt turpis.*

Ideò non eſt ſeruandum. Ita ponit exemplum Petr.Iac.titul.de condict.ex l.quando debens ſeruum. l.1.in noua additione, in ſumma libellorum. Omnes enim tales promiſsiones, vel contractus peccatum, vel turpitudinem continentes non confirmantur iuramento:tum quia non eſt obligatorium.extra de regul.iuris. libro ſexto,cap.non eſt obligatorium.Pro hoc facit infrà de nupt. authen. quod eis,quia iuramentum non eſt inuentum, vt ſit iniquitatis vinculum.extrà de iureiurand.cap.primo.libro ſexto. Et ideo dicunt iura, quòd iuramentum contra charitatem non eſt obligatorium. 22. quæſt.4.cap.qui ſacramento.& eſt cõtra deum, qui charitas eſt. Ioan.14. cap. Nec etiam iuramentum contra pietatem,quod eſt illicitum & contra bonos mores, vt extrà de iureiurand. cap. cum quidam. & etiam in contrarium ratio eſt. Talia ſiquidem iuramenta contra bonos mores præſtita, minimè poſſunt ſeruari, ſine interitu ſalutis æternæ, vel ſine peccato, etiam veniali, vel quorum obſeruantia vergit in deteriorem exitum, vel etiam quod continet non facere aliquod bonum,vel non facere, quod melius eſt facere, quàm non facere, vel intrare religionem, non ſunt de iure & neceſſitate obſeruanda. 22. quæſt.4. cap.in malis.& cap. ſi quis fortè eo.tit.& c.ſi verò. & cap. cum contingat extrà de iureiur. In talibus enim iuramentis deficit iuſtitia, quæ eſt vnũ de tribus comitibus in iuramento requiſitis, de quibus ſuprà dixi in princ.huius contractus.Nec obſt. contraria præmiſſa 22.quæſt.4.cap.illicitum.in fin.vbi dicitur, quòd ſi iuramentum contineat aliquid iurantem non facturum, quia cum iſto expedientior via ſuprà præparetur ad beatitudinem, dum tamen ſine eo ad ſalutem valeat peruenire, vt eſt bonum non iurandam religionem : tale iuramentum nulla authoritate prohibetur obſeruari. textus eſt ad literam in cap.illicitum.in fin.ſuprà alleg.

Secundò aduertendum eſt, nam non ſequitur quod dictum iuramentum non prohibeatur obſeruari, vt dictum eſt ſuprà, hoc præcipiatur obſeruari : quinimo iurans faciendi melius,& veniendo contra, non committitur periurium ſi contrarium periurio tantum,non tamen iurans propter reuerentiam domini,& ob punitionem temerè iurare,& reuerentiam prælatorum propria authoritate contra tale iuramentum venire licet. Sed recurri debet ad ſuperiorem non obligatum : nec oportet in caſu neceſsitatis ſecundum theologos & Roffredum, vt refert Hoſtienſ. in ſumma de caſibus titul. de iura. arg.8.quæſt.7. Et ex prædictis & eorum deciſiua ratione multæ conſequentiæ illatiuæ inferuntur.

Prima conſequentia illatiua eſt, quòd pactum de futura ſucceſsione tertij viuẽtis (quod pactum eſt contra bonos mores, & continens in ſe peccatum, & inducens in ſe votum captandæ mortis,vt ſuprà de pact.l.fin.)non confirmatur iuramẽto, vt patet ex præmiſsis:quoniam inducere alium ad peccandum, & dare illi occaſionem delinquendi, eſt vtique peccatum,vt probatur extrà de iureiur.cap.quemadmodum. §.fin. & per conſequens non eſt obligatorium iuramentum ſuper tale pactum appoſitum : & ita etiam tenet ſeu not. Bartol. in alleg.l.ſi quis pro eo.in princ.

*Pactum de futura ſucceſsione.*

Secunda illatio ex præmiſsis eſt, quòd remiſsio doli futuri, quæ remiſsio præſtet expreſsè occaſionem delinquendi, vt patet ff. de pactis. l. ſi vnus. illud non confirmatur iuiuramento, vt probatur extrà de iureiuran.c. quemadmodum.§.fin.& ibi not. glo.ex qua illatione ſequitur quod remiſsio rationis ex eo non valet,quia præbet occaſionem delinquendi factam, per proprietarium vſufructuario de vtendo fruendo arbitrio boni viri, quæ remiſſio rationis ex eo non valet, quia præbet occaſionem delinquendi, ſcilicet expreſsè, ſcilicet ex forma horum verborum, boni viri &c. vt patet. C.de vſufruct.l 1.& ibi not. confirmatur iuramento,per prædicta præmiſſa. Prima conſequentia illatiua ſecũdum Bartolum eſt quòd pactum ſeu conuentio facta per teſtatorem de non reuocando ſuum teſtamentum ex eo non valet,quia ex hoc tollitur libera teſtandi facultas teſtatori, quod eſt contra bonos mores, vt ff.de verbo.obliga. l.ſtipulatio hoc modo concepta.ſuprà alleg.& de legat. 3.l.ſi quis in principio teſtamenti.Et idem Oldradus in ſuis cõſiliis,dicens quòd tale pactum inducit turpitudinem, & ex eo ſemper triſtiores ſolent præparari futuri effectus: præbet enim occaſionẽ captandæ mortis alterius. De hoc verò ſuprà de pact.l.fin. Ergo non obligat tale iuramentum.

Sed



Sed contra hanc rationem & opinionem Bar. & Oldrad. opponitur quia talis conuentio de non reuocando teſtamentum nullam habet in ſe turpitudinẽ,quia teſtatori permittens ſuũ teſtamentum non reuocare, nil agit turpe,quia non ex ſui parte non vertuntur alteri mali mores vel peccatum, ſiquidem rei ſuæ quiſque eſt moderator atque arbiter, vt infrà mandati.in re mandata. Igitur confirmatur talis conuentio iuramento, cum poſsit in ea interponi iuramentum ſine peccato, vel mortis effractione obſeruari,vt d.cap. ſi verò. & c.cùm contingat.Vnde pro declaratione & concordia huius prædicti diſtingo principaliter tres caſus. Primus eſt an tale iuramentum de non reuocando obliget ipſo iure.Secundus an caſu quo obliget,ſit ſuper tali iuramento de iure diſpenſandum. Tertius an ſi teſtator contra ſuum iuramentum faciat de facto aliud teſtamentum, valeat teſtamẽtum per ipſum teſtatorem factũ.

Primò principali caſu dico quòd dictum iuramentum obligat ipſo iure teſtatorem ad obſeruantiam teſtamenti, ſeu iuramenti, cùm tale iuramentum poſsit ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari.arg.d.cap.ſi verò.& c.cum contingat.Nec enim in tali iuramento vertitur aliquid peccati,vel aliqui mali mores ex parte teſtatoris iurantis,quia abſque peccato & ſine offenſa mortali poteſt teſtator dictũ teſtamentũ licitè obſeruare, vt ſuprà dixi in contrario. & poteſt intelligi opinio Dyni hoc caſu vera eſſe, & opinio Spec. tit. de inſtrum.edit.§.compendioſè.verſic.ſed videtur iſtud in fin. verſi.in ſua ſumma libellorum. Nec obſtat ratio Oldradi contra hoc membrum ſuperius allegatum de occaſione delinquendi,quia dico quòd hîc talis conuentio non præbet hæredi occaſionem captandi mortem vel delinquendi contra teſtatorem, qui tale beneficium inſtitutis contulit, qui præſumptione iuris & verè non præſumũtur benefactori ſuo velle inſidiari, cùm ei teneantur ad antidora naturali ratione obligati. ff.de pet.hæred. l.ſed & ſi.§. conſuluit. ſuprà de in ius voc. Ibi autem & hanc rationem aperit textus.in d. l.fin. ſuprà de pactis. Dicens quòd pactum factum ſuper hæreditate tertij viuentis valet,ſi ipſe tertius conſentiat,quia tunc ablata eſt acerbiſsima ſpes captandæ mortis,vt in ver. tunc enim, quia quando ipſius tertij conſenſu vallatur pactum beneficiatum ſeu beneficiandum ab ipſo tertio conſentiente directo & indirecto capere : propter quod non præſumit l. beneficiatũ captare inſidias contra ipſum tertium,à quo eſt beneficium capturus, ipſo conſentiente,quare &c.

Sed contra hoc opponitur quod immò beneficiatus inducatur ad delinquendum præſumptione iuris ex ipſa collatione beneficij etiam contra benefactorem ſuum, vt patet in remiſsione doli futuri, & etiam in remiſsione rationis de vtendo fruendo arbitrio boni viri, de quibus dicitur quod ex eo non valet de iure, quia per eas induceretur ille cui fiebat remiſsio ad delinquendum cõtra benefactorem, id eſt contra remittentem,vt ſuprà dixi in præcedentibus conſequentiis, & patet etiam in remiſsione de non habendo recurſum ad arbitrium boni viri,vt ſuprà dixi in cauſa efficienti. §.circa cauſam verò 7. illationis. Solutio: collatio beneficij futuri de ſe non inducit nec præbet præſumptiuè occaſionem delinquendi, vt hîc in caſu quæſtionis noſtræ : aliàs ſequeretur quòd donationes cauſa mortis, & aliæ diſpoſitiones præcedentes continentes futurum beneficium non valerent : ſecus verò vbi hoc importaret & aperiret tenor verborum expreſſus in collatione futuri beneficij, vt vides in pacto de non agendo pro futuro dolo, vel non arbitrio boni viri, vel de non recurrendo ad arbitrium boni viri. Sed in iſtis caſibus ex tenore verborum expreſsè aperitur via delinquendi contra benefactorem expreſſa forma agendi verborum:& pro hac ſolutione facit d. §.illud,vbi dicitur quòd non valet pactum in quo paciſcitur expreſsè de non agendo pro dolo futuro. Secus ſi tacitè vellet ne depoſiti agatur. Non obſt. ratio Bart.quod patet ex his quæ ſtatim dicam in l.membro.

Secundò verò caſu,an ſuper tali iuramento teſtatoris ſit de iuris diſpoſitione ſtandum : diſtingue, quia aut teſtator iuramentum iſtud de non reuocando præſtitit ad promotionem heredum hoc procurantium & promouentium, & tunc quia vertuntur mali mores & turpitudo ex parte hæredis, ex eo quia per aſtrictionem iuramenti nititur liberam teſtandi facultatem teſtatori auferre, quod eſt inhumanum & contra bonos mores,vt l.ſtipulatio. ſuprà alleg. & tunc hoc caſu ſuper iuramento debent hodie hæredes ipſi teſtatori de iure diſpenſari. arg. cap.ſi verò.in fin.& patebit ex his quæ infrà dicam in tractatu cauſæ finalis.§.Tertiò dicitur.& §.1.dicitur in fin. & hoc ibi vide.aut teſtator dictum iuramentum pręſtitit in modum pollicitationis primo motu ſuo, ſine procuratione vel inſtantia hæredis ſcripti in teſtamento : & tunc ex eo quia teſtator proprio motu iurauit, non credo ſibi ſuper iuramento hactenus diſpenſari debere, cùm ad hoc ſuo ſpontaneo arbitrio aſſerit, & ſic non habet quid ſibi imputet,tum quia in dicto iuramento ex parte iurantis non vertitur aliqua turpitudo, vel aliqui mali mores,vt ſuprà dixi.Et ad rationem Bart.quam dedit l.ſtipulatio hoc modo concepta in qua dicitur quòd remouere teſtamenti facultatem & factionem eſt contra bonos mores,reſpondeo quia verum eſt ex parte ſtipulatoris,dictam ſtipulationem promouentis : propter quod ſtipulatoris odio promouentis & recipientis talem ſtipulationem, dicta ſtipulatio de iure annullatur : vel ibi non eſt ſtipulatio quæ ſit contra bonos mores, ſcilicet ex parte promiſſoris,nec eius odio improbatur, cum in promiſsione nulla eſt ſeu vertitur turpitudo, vel iniquitas, ſed ſola ipſa ſimplex & bona fides:& ideo non promiſſoris, ſed tantùm ſtipulatoris odio annullatur:& ibi,quod non obſtat.

Tertiò caſu, ſcilicet ſi teſtator contra ſuum

iuramentum de non reuocando,faciat de facto poſtea aliquod teſtamentum ſine diſpenſatiotione iuramenti in primo caſu, in quo poteſt ſibi ſuper iuramento diſpenſari iuxta pręmiſſa, an valeat teſtamẽtum poſtea factum:dic quòd licet hîc teſtator ſic veniendo contra ſuum licitum iuramentũ ſua propria authoritate præſtitum,ſit periurus,vt patet per præmiſſa,tamen ſecundum teſtamentum quod poſtea facit effectualiter ipſo iure valebit,vt not.Ioan.And.in cap.quod ſemel de reg.iur.lib.6. Et ratio huius eſt,quia iuramentum non impedit actum alienandi vt not.Inno.ext.de præbend.cap.dilecto. quemadmodum etiam nec impedit actum matrimonij contrahendi:nam ſi quis cõtra ſuum iuramentum, matrimonium de facto contrahat, tenet ipſum matrimonium, nec per iuramentum mutat.extrà de ſponſ.cap.ſicut.tum quia licet periurium committat.6.q.1. c.quemcunque.tum non eſt aliquis modus de illis per quem de iure quis teſtamenti factione actiua priuetur, nec eſt inter perſonas teſtari prohibitas, de quibus notatur ff. de teſtam. l.ſi quæramus.per glo.& doctores:nec reperitur periurus prohibitus teſtari. &c. ex generali permiſſione periurus actiuè & paſsiuè teſtabilis eſt, ex quo non eſt de iure teſtari prohibitus. arg. infrà de relig & ſumpt.fun.l.ſtatuas. & ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.l.patre furioſo.

Quinta conſequentia illatiua & prædicta quæſtione generali deciſiua ratio eſt, quia ſecundum Bartolum donatio omnium bonorum præſentium & futurorum,quæ de iure nõ valet,non confirmatur iuramento.Et eſt ratio, quia ſi donatio valeret per eam tolleretur libera teſtamenti factio donatori,ſaltem in effectu, quia ſi poſtea teſtaretur veriſimiliter præſumptiuè heres hereditatem non habebit,nec heres eſſe volet ſine commodo vt inſtit.ad l.falcid.in princ.iunct.l.quid de bonis in princ.ff.eod. Igitur talis donatio non valet. Tum etiam quia eſt contra bonos mores,vt dicit.l.ſtipulatio.hoc modo allegat.nec per conſequens firmatur iuramento, vt d. c.non eſt obligatorium. de reg. iur.lib.6.& ita dicit Bart.in d.l.ſtipulatio. & idẽ tenent Bald. Ia.Cyn. ſuprà de pactis.l.fin. Aliquando verò iſtam & eandem opinionem tenentes dicunt quòd nedum ſimiliter præſumptione, imò etiam iure valet. Si valet,talis donatio remouet liberam teſtamenti factionem actiuã, ſi in ipſa donatione appoſita fuit clauſula poſsidendi precario nomine, vel aliam fictitiam traditionem importans, quia tũc propter clauſulam poſſeſsio & dominium transfertur &c. Donator enim præſentibus & futuris bonis actu & habitu priuatur,domino denudato,impoſsibile eſt ipſum habere heredem ſine bonis,quia non efficitur per legem vt is qui nulla bona in ciuitate reliquit, heredem habeat : ita dicit textus.ff.de vulga.& pupill. ſubſtit.l.Cornelia.verſ.quia non efficitur.etiam dicit tex.quod not. non etiam dominum rerum ſuprà de ſacroſanct. eccleſ. authentica ingreſsi. ibi,nec quod domini rerum.Item facit ad præmiſſa ſuprà de pact.l.pactum quod dotali,quia patet quòd talis donatio liberã teſtamenti factionem impediens ſit contra bonos mores. vt d.l.ſtipulatio. igitur non firmatur iuramento, vt probari videtur ex præmiſsis. Oppoſitum tamen cum reuerentia tantorum doctorum, quorum error mirandus eſt mihi, de iure credo verum. Et primò dico talem donationem etiam de ſe validam mero iure, nec indigere aliqua confirmatione iuramenti.Secundò dico quòd poſito quòd talis donatio de iure nõ valeat,quòd tamen iuramento ſaltem quoad obſeruationem facti confirmatur, & de hoc vltimo infrà dicam in fin.in ſolutione contrariorum.Primum probatur, videlicet talem donationem de ſe eſſe validam de iure, & hoc aliqualiter inſiſtendo. Et primò quòd contractus regulares iuriſgentium generaliter ſunt omnes permiſsi indifferẽter, niſi lege aliqua ſint quaſſati.arg.ff.de pactis.l.iuris gentium.§.ait prętor. & de iuſtitia & iure. l.ex hoc iure.iuncta l. non dubium.ſuprà de leg.ſed nulla lege,vel eius deciſiua ratione talis donatio omnium bonorum præſentium & futurorum reperitur prohibita, vel quaſſata, vt ex infrà dicendis latius apparebit. Igitur etiam ſub generali contractuum approbatione continetur argum. ff.de reg.iur. l.1. & infrà de relig.& ſumpt.fun. l.ſtatuas.in fi.Secundò ad idem probatur quia ſimpliciter iura permittunt omnia bona ſeu omnes facultates poſſe donari.infrà de inoffic.donat. l.ſi pater.& l.quæ totas.& ff.quæ in fraud.cred. l. omnes.§. Lucius.ergo cùm nullus textus mundi ſpecialiter reſtringat poteſtatem donandi ad bona præſentia tantum, vt ea tantum donare liceat & non futura, per conſequens ſequitur quòd ſub generali iuris permiſsione omnia poſſe donari concedentis poteſtatis, futura cum bonis præſentibus de iure compræhenduntur,ex quo non ſpecialiter id prohibetur.arg.infrà de teſta. l.ſtatuimus.& de appellat. l.præcipimus.in fi.& ff.de publicia.l.de pretio.& de legat. præſtand.l. 1.§.& generaliter. Tertiò idem probatur, quia donatio omnium bonorum præſentium tantùm indubitanter valet de iure vt ſuprà. Ergo donatio facta de præſentibus & futuris fideliter valet,cùm ſint rationes pares per Bart.ſuperius alleg.Idem tenet in vtraque, quod probatur, quia ſi contingeret incontinenti decedere donatorem qui ſua bona tantum pręſentia donauit ante quàm bona nouerit poſt donationem acquiſiiſſe,quod eſt poſsibile,tum propter incertum & repentinum caſum mortis,vt ff.de condit.& demonſt.l.1.tum etiam quia donator qui dictam donationem fecit propter periculum mortis inſectantis, certè hoc caſu dictus donator in eodem ſtatu, ſcilicet priuationis & carentiæ bonorum decederet, in quo decedit ille qui præſentia & futura bona donauit ſimul. Tum etiam & præmittitur quòd ſi poſt donationem deceſſerit ante nouam acquiſitionem bonorum &c.Igitur illa ratione qua Bart. & alij eum ſequentes dicunt donationem præſentium & futurorum bonorum non valere propter



propter carentiam bonorum, eadem ratione debẽt dicere hanc donationem bonorum præſentium, quæ iſto caſu præmiſſo eodem modo non valet,quod tamen nullo iure cauetur, ſcilicet quod in iſto caſu non valeat : igitur in vtraque ratione paritatis rationis dicendum eſt illa ratione fundamentali Bart. & doct.no. quod tum eſt falſum & contra l.ſi totas.& ſimiles ſuprà allega. quæ lex ſupponit donationem bonorum præſentium,valere indiſtinctè.Et falſitas huius etiam patet ex eo quod etiam ſequeretur quòd ille qui ceſsit bonis, & qui in puncto mortis ſuæ nihil habet, eſſet inteſtabilis, quod tamen eſt falſum:quoniam pauper & nudus exiuit de vtero qui non eſt de numero inteſtabilium, de quibus not. per glo.& doctores.ff.de teſtam.l.ſi quæramus.paupertas enim, quamuis extrema, non impedit potentiam teſtandi,quia pauper, quamuis exiſtens non ſoluendo,teſtari poteſt, & eius teſtamento hæreditas adiri,vt ff.de hæred.inſtit. l.qui ſoluendo. & l.is cum ſoluendo,cum ſimilibus.

Primò probatur quia licet diceremus donationem omnium bonorum præſentium & futurorum non valere in bonis futuris, ſaltem debere nos dicęre eam valere in bonis præſentibus tantùm, de quibus indubitanter conſtat donationem fieri poſſe,& maximè debet valere in illa parte, quæ eſt infra legitimum modum qui inſinuationem non requirit.

Tum primò quia dicta donatio omnium bonorum præſentium & futurorum copulatiuè concipitur,& contractus copulatiuè conceptus non videtur inutilis, ſi in vno extremo ſit inutilis, in altero tantum complemento remanet valida.ff.de verbo.obliga.l.ſi mihi & Titio. in princ.& ff.ſi cer.pet.l.quidam exiſtimauerũt.

Dicunt iura, vbi eſt peccatum in materia tantùm, ſi non valet quod ago, valet tamen vt valere poterit.ff.de verbo.oblig.l.1. & l.ſi ſtipulanti & ita.ff.ſi commun.res pign.dat.ſit l.1.maximè quia in talibus notabilis. C. de donationibus.l.ſancimus.§.1.& ibi eſt text.

Sextò poſito quòd omnia ceſſarent præmiſſa, tamẽ quòd talis donatio de iure valeret: probatur expreſsius per diſtinctionem fundamenti rationis aliorum doctorum iſtam partẽ tenentium, quia per talem donationem non tollitur libera teſtandi facultas,ſed teſtari poteſt donator ea non obſtante.ergo &c. Quod probatur primò, quia poſt dictã donationem donator verè liber & ciuis Romanus adhuc remanet in illa impeditione inhibente teſtandi, vel capitis diminutione in ſtatu perſonæ per dictam donationem imitatione. Igitur liberè teſtari poterit,quia iura ad valorem teſtamenti non exigunt præciſe niſi duo principalia, ſcilicet primò quòd teſtator habeat in ſe actiuam teſtamenti factionem:& ſecundò quòd ſecundum regulas iuris ciuilis teſtatus ſit, vt probatur. ff.de teſtam. l.ſi quæramus. nec vt ſit hæreditas,exigunt iura aliqua bona ſtare, quia hæreditas non ſtat in corporibus,ſed in iure vt inſtit.de reb. corpor. §.1. & ff.de bon.poſſeſſ.l.3.§. hæreditas, eſt enim hæreditas comprehendens omnia bona defuncti, ſi quæ reperiat bona:nã ſi certis bonis circunſcribatur non eſt hæreditas:quia hæreditas non circunſcribitur aliqua re.ff.ſi quis omiſſa cauſ.teſt.l.quamuis.

Septimò probatur expreſsius quod liberè poſsit teſtari dicta donatione non obſtante, quia in tali non veniunt omnia bona, vtpote feudalia,ſi quæ donator habet,quia feudalia in alienatione non veniunt,vt in feudis. cap.1.nec etiam bona, ſi quæ haberet donator quæ iuraſſet non per ſe alienaturum in vita.argum.extrà de iureiuran.cap.veniens.Item verum eſt poſſe talem donationem in toto ex poſtfacto reuocari, vtpote per nouam ſucceſsionem liberorum, vt infrà de reuoc. donar. l.ſi vnquam. & etiam per ingratitudinem donatarij, vt l.fi.eo. tit. & eſſe poſſunt bona in quibus poſsit teſtari, tum maximè cùm in dicta generali donatione quantum quidem ſit lata,in ea tamẽ non veniunt ea quæ donator non erat veriſimiliter donaturus.argu. ff.de pignor. act.l.obligatione generali.& infrà quæ res pign. oblig. poſſ.l.1.& extrà de reg.iur.c.in generali. lib.6.& ibi Ioan. Ideo in ea non veniunt illa quibus indiget donator pro corporali vita,quia deducendum eſt ne egeat.ff.de re iud.l.inter eos. §.is quoq;. &c. Per quod videtur dictam donationem iuxta conditionem & qualitatem perſonæ debere intelligi,etiam deducto aliquo de quo donator poſsit teſtari, & pro anima ſua diſponere, ſcilicet pro rebus & alimentis corporalibus cogitans, tanto magis pro animarum ſalute eſt cura noſtræ ſollicitudinis adhibenda, vt in authent.vt cùm de appel.cognoſ.§.ſi quis de prædictis.verſ.ſi autem laici. coll.8.licet autem hæc generalis donatio ſic recipit interpretationem ſtrictam ſupradictam, quæ aliàs generaliter de iure reſtringitur ad multa,ad ea quæ commodè fieri poſſunt.ff.de verbo.ſignific.l.nepos Proculo. & etiam ad id quod eſt veriſimiliter habere.ff.de condit.& demonſt.l. quæ quidem.§. 1.& §. vir & vxor.etiam ad ſimilem modum non pernicioſum generaliter contendenti. ff. de ſeruit.l.fin.Cùm etiam ea quæ ſunt iuris. ff. quando dies lega. ced. l.quod pupillæ. & extrà de iureiurand.cap.noſtram. Intentio etiam reſtringitur ad arbitrium boni viri. ff. de verbor. oblig.l.continuus. §.cum ita. & §.ſeq. Necnon etiam iuramentum licet ſimplex aliàs generale,recurrunt tamen ad interpretationem reſtrictiuam, vt ſuprà dixi in cauſa efficiente circa cauſam decimam illatiuã. Et ſic patet quod donanti per talem donationem generalem nõ præiudicatur in omnibus bonis ſuis, licet haberet etiam bona ſpecialia,in quibus teſtari poterit etiam pro animæ ſuæ diſpoſitione. Reſtat reſpõdere ad rationes doctorum ſuprà in contrarium. Reſponſio ad rationes hîc formatas, ex quibus latius declarabitur veritas huius quæſtionis.Prima ratio Bart.non obſtat,in qua dicit quòd heres donatoris veriſimiliter præſumptione non habet libertatem. Reſpondeo quod iſta præſumptio non adeundo hereditatem, *Ad rationes Doctorũ reſpõſio.*

tem, non tollit liberam teſtandi actiuam factionem, nec ita hoc debet conſiderari, aliàs ſequeretur quòd illi, qui de facto hæredes non inueniunt, eſſent inhabiles ad teſtandum: hoc autem nunquam auditum, vel relatum eſt, vt non haberet teſtamenti factionem liberã, quod eſt ridiculum & abuſiuum dicere. ff.ſolut. matrim.l.quæ dotis cum ſuis concordantiis, poſito quòd hæreditas præſumatur damnoſa nõ adiri. Imò dicit expreſsè quòd ſtaret pacto quòd non adiretur, vtpote quia iam repudiata eſt per hæredem, nihilominus tamen teſtator dicitur liberè fuiſſe teſtatus, quia habuit in ſe teſtamentum, licet ad irritum fuerit reductum ex poſtfacto poſt repudiationem hæreditatis. ff.de iniuſt.rup. l.1.in fin. nam omiſsio vel repudiatio hæredis non adeuntis, ſed abſtinentis & repudiantis hæreditatem non impedit, nec tollit in ſe liberam teſtamenti factionem actiuam ex parte teſtatoris, qui fuit liberè teſtatus, vt patet per præmiſſa. Donator teſtari poterit in his quæ dicta donatione generali non veniunt, & hæres per eum inſtitutus de quo ſupradictum eſt: & videtur ponere donatorem nulla bona habere, quæ duci poſsint adita hæreditate donatione excepta, vel tacita, & per conſequens hæres nullum commodum pecuniarium, tamen nihilominus præſumitur veriſimiliter vel habere hæreditatem, adire tamen propter titulum hæreditariæ ſucceſsionis ſibi per teſtatorem collatum, quia eſt titulus bonorum. ff.de leg. præſtand. l.filium §.legat. Item etiam cum votum adimpleat teſtatoris, quod adimplendo plus agit, & meretur apud deũ propter geſtum actus aditionis quàm cauſa breuitatis, vt in authen. de hæred. & falcid. §.ſi verò expreſsim. coll.1. Maximè quia poſſunt homines ſine quocunque periculo tutò adire hæreditatem, cum per beneficium inuentarij iure nouo ab oneribus hæreditariis poſsit releuari. infrà de iur. delib.l.fin.§.fin.& ſi per præfatam. propter quã rationem motus alibi Imperator Iuſtinianus, qui fuit Chriſti amiciſsimus, ordinauit quòd teſtator poſsit hodie prohibere hæredẽ in teſtamento falcidiam præſumens, & nihilominus quia beneficio inuentarij releuatus veriſimiliter hæreditatem adibit propter charitatem defuncti, & quia nullo damno ex hac aditione afficietur. vt d.§.ſi non expreſsim: quam rationem non conſiderauerunt olim Iuriſcõſulti qui tempore Digeſtorum erant pagani nõ præſumentes quòd quis voluerit eſſe hæres ſine pecuniario commodo. ff.ad l.falcid. l.quod de bonis. in princ. & inſtit.eod. tit.in princ. & ita dicit alibi Bart.ff.de leg.1.l.nemo poteſt.in princ. Secundò non obſt. ratio illorum doctorum partem tenentium contrariam, in qua dicitur, quòd in dicta donatione poſita ſit clauſula precarij, vel aliam fictitiam traditionem factam importãs, quòd donator nulla bona habere, ſeu retinere poteſt actu vel habitu in quibus teſtari poſsit, cum nulla poſsint bona per momentum apud donatorem remanere: quoniam hoc vtique verum non eſt, cùm primo dicta donatio generalis eſt & confuſa, & ibi per viam generalis diſpoſitionis proteſtetur quòd ob generalitatem nulli vnquam fit tranſlatio poſſeſsionis, quantumcunque contractus fiat per clauſulas, fictas conditiones & traditionem de iure importantes: ſed cum in tali clauſula lata ad traditionem requiratur certitudo loci, vtpote per modum cuiuſdam demonſtrationis ſpecialem. vt ff. de acquir. poſſeſſ.l.3. §. incertam. poſito quòd iſta non ceſſaret de prædicta donatione: nam clauſula lata non transfert dominium omnium bonorum in donatarium, vt ſuprà dictũ eſt. Multa verò bona dicuntur à generalitate tamen veriſimiliter excepta, tum quia poſito quòd donator nulla bona haberet, quæ à dicta donatione excepta dicerentur, ſed omnia breuiter venirent, vt quod dixi donationem omnium bonorum corporalium transferri ex vi clauſulæ ſupradictæ. In contrarium quod tamen eſt falſum, tum primum eſt dicere quod ex dicta donatione non transferrentur actiones directæ ipſi donatario competentes, cùm actiones directæ non poſsint titulo ceſsionis ab oſsibus cedentium ſeparari. ff.ſolut.matri.l.2.& de pact.l.quid ergo. & infrà de nouat.l.3. Nec etiam tranſibant in donatarium obligationes paſsiuæ, pro quibus donator tenebatur ſuis creditoribus obligatus, infrà de act.vel hæred.ven. l.2. ſuprà de pact. l.pacto ſucceſſorum. Et ſi in caſu remanent bona & iura quæ in hæreditate donatorum compræhenduntur. Tum etiam quia pacto quòd nulla corporalia vel incorporalia eſſent in hæreditate donatoris, & quòd donator nullum habuiſſet debitorem obligatum, nec ipſe eſſet alicui alteri, vel paſsiuè obligatus, quod vix & difficulter reperitur: verumtamen obligatus eſt, ſaltem de obſeruatione contractus dictæ donationis, & ſic ſaltem illa obligatione donatoris. Tertiò non obſtat d. authen.ingreſsi, quia ille qui non eſt dominus rerum propter mutationem ſtatus aliàs importantis, prout eſt monachus, certè teſtari non poteſt, vt ibi: & idẽ eſt in ſeruo deportato & ſimilibus capite minutis. Iſte verò donator per donationem à ſe factam non eſt aliquo modo capite minutus, ſed eſt in ſuo ſtatu libero, & adhuc ſuam libertatem retinet, & ideo nulla teſtamẽti factione actiua: & per hoc patet reſpõſio ad l.Cor.ff.de vulg.& pupill quæ loquũtur in filiofam.captiuo. Item nec obſtat allegata l. pactum.& l.ſtipulatio hoc modo cõcepta, quia ibi loquitur de pacto ſeu ſtipulatione de titulo, ſeu ſucceſsione per quas quis adſtringit ſe metu pœnæ ad aliquem inſtituendum, quod eſt contra bonos mores, ex parte ſcilicet ſtipulatoris ſeu poſsidentis, vt ſuprà dixi: & ideo eius ſtipulatio annullatur, vt ibi. Sed in iſto donatore eſt ſecus, quia donatarius omnium bonorum non eſt ſucceſſor hæreditarius, quia dicta donatio non facit ipſum hæredem ſine hæreditate donatoris, vel aliqua eius quota parte, & ideo dicet aliquis, eſt donatarius omnium bonorum, propterea quòd non eſt ſucceſſor iuris hęreditarij, nõ tenetur creditoribus hæreditariis

tanquam



tanquam hæres. vt infrà de donat. l.æris alieni. vt ibi not. ideo dicitur talis donatio non eſſe pactum, ſed contractus de futura ſucceſsione, quia per eam non eſt donatarius futurus hæres donatoris, nec obſtringitur donator directè vel indirectè per ea ad ipſum donatarium inſtituendum, ſed ea non obſtante poteſt alium inſtituere hæredem & liberè teſtari. Et hoc de primo puncto. De ſecundo puncto dico quòd poſito quòd ex dicta donatione tolleretur libera teſtandi facultas, cuius tamen contrarium ſuperius patet, tamen indubitanter dico quod dicta donatio ad obſeruantiam facti iuramento donatoris confirmatur, licet Bart.& ſequentes eum contrarium dicant, vt patet, quia iſte contractus donationis poſito quòd per eum tolleretur libera teſtandi facultas, eſſet tantummodo contra bonos mores ex parte donatoris, qui in præiudicium ſuæ facultatis teſtandi ſe obligat, quia ex ſui donatarij parte in hoc nullum vertitur peccatum vel mali mores obligatione: nec per iuramenti obſeruationem fit animæ donatoris iuramento donationem confirmantis aliquod præiudicium, cùm in dicta donatione iuramentum poſitum poſsit licitè abſque æternæ ſalutis diſpendio obſeruari, vt dixi in proxima conſequentia, & iure notum quòd contractus odio tãtùm creditoris improbatus, in quo nullum vertitur peccatum, ſeu mali mores ex parte debitoris, licet ex parte creditoris vertatur, confirmatur iuramento, ex quo iuramẽtum debitoris poteſt licitè ſine peccato cuſtodiri, vt infr.dicam latius in contractu cauſæ finalis.§.modo dicit.& vide etiam omnino in §.5.dicitur.in fin.

Circa ſecundum membrum principale huius cauſæ materialis ſit hæc concluſio, quòd quando contractus eſt inualidus ex parte materiæ impoſsibilis ſuper qua cõtrahitur, vt quia in eo aliquod impoſsibile deducitur, certe non confirmatur talis contractus iuramento, quia iuramentum ſuper impoſsibili interpoſitũ non vtique valet. extrà de iureiur.c.2.in 6. quoniam impoſsibilium nulla eſt obligatio. ff. de reg.iur. nã nemo poteſt tollere ſeu ſupplere defectum materiæ ſuper qua contrahitur, & ideo ſi in contractu deducatur aliquid quod ſit impoſsibile de ſua natura, vt ſi cęlum vel lunam promittam tangere, vt inſti.de inut.ſtipul.in princ. vel aliquid impoſsibile de iure, vt res ſacra. ff.de verb.oblig.l.inter ſtipulantem.§.ſacram. vel alia res quæ non eſt in noſtro commercio, vt ff.de leg.1.l.apud Iulianum.§.fin. certè tales cõtractus impoſsibiles, ſcilicet materiæ, non confirmantur iuramento, quia iuramentum non ſupplet materiæ defectum vt not.Bart.in d.l.ſi quis pro eo.ff.l.fideiuſſo. Sed circa hoc an pactum contra naturam contractus intrinſecam & formalem iuxta l.cũ precario. ff. de precar. cum ſimilibus, cõfirmatur: videtur dicendum quod non, quoniam tale pactum cenſetur impoſsibile ſuper quo interponitur & non patitur ipſum ſimiliter cum principali contractu valere, vt dicit l.cùm precario.ff. de precario.

In contrarium videtur quòd iuramentum ſuper tali pacto appoſitum poteſt ſine æternæ ſalutis diſpendio obſeruari, igitur cuſtodiri debet vt alleg.cap. ſi verò. & cap.cum contingat. Solutio. Circa hoc credo dicendum ſic, quia aut quis iurauit ſuper pacto tantum, aut ſuper contractu ex pacto ſimul. Primò caſu quando quis iurauit ſuper pacto tãtum, cum iuramentum poſsit licitè adimpleri, & iuramentum habeat in ſe tacitam clauſulam, quod ſi non valet actus ſuper quo iuratur prout agitur, valeat vt valere poteſt, vt etiam ſtatim dicam infrà in ſecundo membro, & latius in cauſa formali, tunc iuramentum hoc caſu tranſire facit pactum principale in naturam alterius, ſecũdum quod pactum iſtud ſuper quo iuratur, melius valere & cuſtodiri poterit, vt contractus principalis ſuccumbat, hoc caſu pactum per iuramentum confirmatur, licet iuramentum ſuper pacto acceſſorium ſit adiectum. arg. cap.cum contingat. extrà de iureiur. Secundò quando quis iurauit ſimul ſuper vtroque, ſcilicet pacto & contractu iurauit, dic quòd aut iurauit generaliter, vt dicendo omnia ſupradicta rata grata habere tenere, etiam tale pactum contra naturam intrinſecam & formalem contractus principalis appoſitum non confirmatur dicto iuramento generali, quia iuramentũ ex præſumpta voluntate iurantis facit tãtum relationem ad ea quæ ſunt iuris, & ad ea quę interpretationem reſtrictiuam exigunt extrà de iureiurand. c.ad noſtras vt modo ſuprà dixi in cauſa efficienti.§. Circa verò cauſam. in fi. Aut iurauit ſpecialiter ſuper vtroque, vt dicendo pactum & contractum nominatum habere & acta rata grata tenere, & ex tunc pactum iſtud contra naturam contractus interpoſitum non confirmatur iuramento, licet ſpecialiter ſuper eo iuratum ſit, nec etiam facit contractum ſpecialiter tranſire in naturam alterius cõtractus, quia iurans ipſum principalem contractum valere, voluit etiam & ſpecialiter prout agebatur, vnde non cõfirmatur in ſe tale pactum iuramento, ſcilicet vt valeat tale pactum prout agitur, cùm tale pactum hoc caſu ſit impoſsibile: dico contractum principaliter actu remanente valido & iuramentum in ſe actum impoſsibile non confirmari iuramento, vt patet ex præmiſsis. Verumtamẽ cùm tale pactum & iuramentum ſuper eo interpoſitum poſsit ſine ſalutis periculo cuſtodiri, ſaltem de facto, dicendum eſt, quod iuramentum prædictum poteſt licitè ſine ſalutis æternæ diſpendio cuſtodiri, & ſic iurans tenetur & debet de facto abſtinere venire contra pactum.arg.cap.ſi verò.& cap. cùm contingat.ſuprà alleg. Ex hoc, ſcilicet per pactum hoc vltimo caſu in ſe iuramento non confirmatur, in tantum, quod mortuo paciſcente qui iurauit, hæres eius excipiens contra pactum, nullatenus repelli poteſt. Primò non vi exceptionis pacti, cùm de ſe nullũ ſit, nec fuerit in ſe iuramento confirmatum, &c. nullam poteſt ex ſe producere exceptionem, quæ paſsiuè tranſeat contra hæredem paciſcentis. Secundò non officio

ficio iudicis vi iuramenti,cum iuramentum in perſonã iurantis cadat.extrà de arb. c. per tuas. & not.Innoc.extrà de iureiurand. c.veritatis. & hoc de ſecundo puncto principali huius partis.

Circa tertium principale, ſcilicet quando contractus eſt inualidus ex parte materiæ impertinentis deductæ in contractu, vt quia promittitur factum alienum quod factũ alienum de iure impertinenter promittitur. vt ff.de ver. oblig. l.ſtipulatio iſta.in princ. & inſtit.de inutil.ſtipul. §.ſi quis aliud. Et dic quòd talis contractus iuramento confirmatur, nec promiſſor iſtud factum alienum præſtare cogitur. ff. de condict.indeb.l.ſi non ſortẽ.§.libertus. Sed cõfirmatur iuramẽto quod ad hoc teneatur diligentiam ſuam facere,vt iſtud alienum factum realiter adimpleatur,vt extrà de iureiur. cap. ex reſcripto.& ibi not.glo.ſin.Et ideò ſi tibi iuraui quòd filia,vel ſoror mea nubat tecum, videor tacitè promiſiſſe quòd ego bona fide laborabo vt eam habeas in vxorem.22.quæſt.vlt. c.ſi. extra de ſponſ. cap.ex literis. & de matrim. cont. interdict.eccleſ.c.2.In omni enim promiſsione, ſeu promiſſorio contractu non iurato ineſt tacita clauſula, quòd ſi non valeat actus vt agitur,valeat ſaltem modo quo valere poterit fortiori & meliori, vt probatur ff.de leg. 2. l.cum pater.§.filius matrem. ſecundum vnam lecturam, & infrà dicam latius in cauſa proxima.& vide circa hoc quod not. Hoſtienſ. in tit.extrà de iureiur. cap.quot ſunt ſpecies.prope finem. Ex præmiſsis infero quòd tranſactio facta ſuper re vel lite incerta, quæ tamen fieri non debet,quia ſuper re dubia, & lite incerta fieri debet, vt ff.de tranſactio.aliàs non valeret ſi fieret ſuper certo propter naturam impertinentem, cùm in tranſactione debet deduci res incerta. C.de tranſact.l.poſt rem iudicatam.& eo. tit.l. fi.& cauſa cognita fieri debet. cõfirmatur prædicta tranſactio iuramento, non in ſe vt valeat prout agitur & tanquam tranſactio:quia iuramentum non implet defectum materiæ,vt ſuprà iam dictum eſt in proximo membro. Sed confirmatur tranſactio iuramento, vt valeat prout valere poteſt, vt habeat vim pacti, vt patet per præmiſſa ad quod vide quod infrà dicam in cauſa formali proxima in prima quæſtione. Vtrum ideo ſtipulatio facta alteri,cui ſtipulari non intereſt confirmetur iuramento,infrà dicam in cauſa proxima.§.7.dicitur.

Iuxta propoſitionis ſeriem ſuperius inchoatam ocurrit nunc ſubſequenter videndum de cauſa formali,an contractus ſeu actus pro parte cauſæ formalis peccans iuramento confirmetur, pro cuius notitia præmittitur quod ſicut in rebus naturalibus materialis reperitur duplex forma,ſcilicet vna quæ eſt neceſſaria & de eſſe rei, & ſine qua res eſſe non poteſt, & hæc forma dicitur eſſe forma ſubſtantialis quę dat eſſe rei,& confirmat rem in eſſe,vt ff.ad exhib. l.Iulianus.§.ſed & ſi quis.& ff.ad l.falcid.l. ſi is qui. §. quidam. Alia reperitur forma accidentalis quæ adeſſe & abeſſe poteſt ſine ſubſtantiæ corruptione,vt dicunt philoſophi. Similiter etiam in contractibus & iuris humani actibus iuris effectum habentibus, quia ars imitatur naturam.ff. de adopt. l.adoptio. reperitur etiam duplex forma, ſcilicet neceſſaria & actualis. Notitia actus dicitur tribus modis,vno dicitur forma, aliàs forma ſubſtantialis ſine qua actus eſſe non poteſt, & hæc forma ſubſtantialis dicitur à legiſtis propriè ſolennitas intrinſeca ſine qua ſubſtantialis actus eſſe verus non poſsit, tum valere non poteſt ſine ea,vt ff. de tranſact. l.cum hi.§.ſcripto. & ff.de publican. l.quemadmodum. §.fin. Tertiò dicitur forma neceſſaria ſolennitas probatoria, ſcilicet per actus qui in litem probatorum deducuntur, vt infrà de teſtam.l.ſi vnus. & hoc largè dicitur forma, ſed alibi appellatur figura,infrà de edict.Di.Adria. tollen. §.fin. forma verò actus eſt, quæ introducta eſt ad verum eſſe & ad actus ortum, & hęc poteſt dici actus,formoſitas ſeu ſpecialitas, cuius formæ defectus non viciat, vt ff.de vent. in poſſ.mitt. l.1.§.fin.& C.de formul. & impet. ſublat. l.1.& 2.Sed de præſenti iſtam formam, ex quo eius defectus actum non viciat,omittamus.Sed de prædictis tribus formis neceſſariis, vt cum earum omiſsione actus viciatur ſingulariter per tres quæſtiones inquiramus. Prima igitur quæſtio erit an contractus ſeu actus peccans ex defectu formę ſubſtantialis quæ ſolennitas eſt intrinſeca,confirmatur iuramento, vtpote facta fuit ſtipulatio ex interuallo temporis,vel non ſeruato ordine iuris debito &c.peccat in ſubſtantiali forma, quia actus continuus tempore & diſpoſita verborum ſerie eſt de ſubſtantia formæ & intrinſeca ſolennitate ſtipulationis, vt de verbo.oblig. l.continuus.in prin. & l.1.§.ſi quis.& l. ſciendum.cum ibi not.& ff. de act.& oblig.l.obligamur.Et circa hoc diſtingue,quia aut quærimus an talis ſtipulatio, ſeu contractus confirmetur iuramento in ſe taliter, quòd valeat prout agitur & tanquam ſtipulatio,& dic quòd non,ex quo deficit forma ſubſtantialis,ſine qua contractus, ſeu ſtipulatio eſſe non poteſt.alleg.l.Iulianus.& §.ſed & ſi quis. cum aliis iuribus.Et iuramentum non ſupplet defectum formæ ſubſtantialis, vt ſuprà dixi. Aut quęrimus an confirmetur talis contractus ſeu ſtipulatio quantùm ad obſeruationem iuramenti,ſic vt ſaltem valeat in vim nudi pacti prout valere poterit: & dic quòd quia iuramentum ſuper dicta ſtipulatione defectiua interpoſitum poteſt licitè ſeruari ſine æternæ ſalutis diſpendio: & iuramentum habet in ſe tacitam clauſulam,quòd ſi non valet actus ſuper quo iuratur prout agitur, ſaltem valeat prout melius valere poterit. ff.de leg.3. l.cùm pater.§. *filius matrem.& ita etiam not.*Bar.in d.l.ſi quis. pro eo.ff.de fideiuſſo.in princ.verò prohibetur. & in d.l.1.§.ſiquis ita. ff.de verbo. oblig. Ex his infero aliqua conſilia, quòd tranſactio facta nullo dato vel retento,quę in facto de iure non valet propter defectum formæ, non confirmetur iuramento, vt valeat tanquam tranſactio, ſed tanquam pactum nudum ſi valere poterit melius per præmiſſa.

Item



Item etiam infero ex præmiſsis quòd donatio, vel venditio facta ſine mediante organo epiſtolæ vel nuntij, qui actus ſi ſic fiat, non valet:cum nullus deſtinatur nuntius vel epiſtola, quibus mediantibus organis conſenſus inter contrahentes reciperetur, contrahitur. vt not. gloſſa C. de ſacroſanctis eccleſiis. l.is. & ff. de verborum obligat. l.conſenſu. Certè licet non confirmetur iuramento in ſe, vt non valeat tanquam donatio prout agitur, licet abſens quando peruenerit ad eius notitiam,poſtea conſentiat, quia peccatum eſt in forma ſubſtantiali dictorum contractuum: nam in iſtis contractibus, qui contrahuntur conſenſu, illa vnio conſenſuum, quæ principaliter vel inter abſentem medio organo epiſtolæ, vel nuntij eſt de forma ſubſtantiali, & intrinſeca contractus ſolemnitate,ſine qua contractus prędictus non eſt, ſeu fieri non poteſt, quoniam iura dicentia inter abſentes poſſe contrahi ſemper ſubiiciant, ſcilicet per epiſtolam vel nuntium, vt ff. mandati.l.1.in princ.& alleg. l.conſenſu. in fin. vbi not.in glo.

Tertiò infero, quòd hìc dicta donatio vel venditio propter defectum ſubſtantialis formæ non confirmatur in ſe iuramento, ſcilicet vt valeat prout agitur, tamen confirmatur quantum ad obſeruationem rei ſiue teſtamenti, vt ſic iurans de facto teneatur implere iuramentum, tum propter dictam clauſulam, quæ iuramento tacitè ineſt, tum quia tale iuramentum eſt licitum, & poteſt ſine æternæ ſalutis diſpendio ſeruari. Ergo eſt obſeruandum. vt cap. ſi verò. & cap. cùm contingat.extrà de iureiurando.

Primò infero quòd abſens qui ex poſt facto conſentit, & ratam habuit talem donationem vel venditionem factam in abſentia ſine organo, non poteſt dictum donatorem, vel venditorem conſtringere via actionis ex eo contractu, cum contractus non fuerit in ſe per iuramentum confirmatus, & non poteſt producere actionem ex donato vel vendito. Sed abſente inſtante ſaltem officio iudicis, iurans compelli & conſtringi poterit cenſura eccleſiaſtica ad obſeruantiam prædicti iuramenti, cùm prædictum iuramentum poſsit ſine diſpendio ſalutis æternæ &c. Item cùm dicto cap.dicunt, generaliter debere ſeruari licitum iuramentum, debet intelligi de obſeruantia cum effectu ſaltem officio iudicis, ſequendo rationem eorum quæ ſuperius iam dicta ſunt in cauſa efficienti,in prima quæſtione principali. Ibi plenè poteris animum tuum ſatiare ſuper hanc quæſtionem vtiliſsimam, & hac ratione latius ſuper his nec morandum, aut inſiſtendum eſt.

Secunda autem quęſtio eſt,quòd contractus ſeu actus peccans ex defectu illius formę neceſſariæ, quæ dicitur, & à legiſtis appellatur ſolemnitas extrinſeca, confirmatur iuramento. vtpote pupillus doli capax, vel adultus alienauit prædium ſine authoritate tutoris, vel curatoris, vel ſine decreto iudicis: & non valet alienatio propter defectum formæ, & ſolemnitatis interuenientem,an talis contractus confirmetur iuramento? Quibus ſanè reſpondere poſſumus,contractum illum maximè validum eſſe: quandoquidem iuramentum ſupplet tales extrinſecas ſolemnitates, & quod verum eſt,quod contra contractus ex defectu iſto peccantes iuramento roborantur,vt patet in gloſſa huius authentic. & expreſsè extrà de probat. cap. in preſentia verò cum ita. vbi donatio facta per minorem vigintiquinque annis ſimpliciter iuramento confirmatur, & non diſtinguitur ibi an interuenerit in donatione prædicta ſolemnitas vel non: igitur,&c.argum. ff.de publiciana.l.de pretio.& de leg.præſtand. l.prima.§.& generaliter. Quod verbum, confirmari,poſitum in dicto cap.in præſentia.ad propoſitum noſtrum eſt, & de his contractibus ex defectu ſolemnitatis peccantibus: dixi enim ſuprà in princip. in apparatu. verſicul.venio ad quæſtiones, & ibi vide. Vndè aduertentendum eſt, quod præmiſſa ſolemnitas adhibendi authoritatem tutoris, vel curatoris, vel decretum iudicis,non eſt intrinſeca ſolemnitas, quia non comprehenditur intra formam, quæ dat eſſe contractui. Nam contractus venditionis ſine dicta ſolemnitate verè in ſe contrahitur, & in eſſe producitur, ex quo eſt ibi res & pretium ſimul, & materia & vnio conſenſuum ſimul contrahentium, quæ ſunt eſſentiæ ipſius contractus prædicti emptionis, tum quia contractus minorum ſunt inefficaces, & de iure non valent ſine ſolemnitate: ideo dicitur talis forma neceſsitis extrinſeca. ff. de public. l. quicunque. & ſequentib. & nota. in alleg. l.ſciendum. ff. de verborum obligatio. Ex his præmiſsis & eorum ratione tria infero, videlicet *Primum conſilium.* quòd iuramentum ſupplet huiuſmodi extrinſecæ ſolemnitatis defectum, & contractum habilitat, & in ſe verè confirmatur, vt patet in iam allegato capite in præſentia. vbi ponitur verbum confirmari.

Sequitur, quod talis iurans poterit per aduerſarium ſuum conueniri & obſtringi vice actionis ex empto ex contractu confirmato, & hoc etiam vult gloſ. in authen. hìc poſita ſuper verbo,obſeruari,in 3.puncto glo.magnæ poſitæ ſuper verbo,contractibus.

*Secundum conſilium.*
Secundò inferò, quòd tranſactio facta ſuper alimentis futuris ſine ſolemnitate. l.cum hi. ff. de tranſactio. quæ ſolemnitas dicta l. eſt ſolemnitas extrinſeca, quocunque omiſſo viciat tranſactionem. dicta l.cum hi. §.ſi prætor. ff. de tranſact. confirmatur iuramento: quod etiã tenet Bar. licet alia ratione vtatur in alleg. l.ſi quis pro eo.de fideiuſſ.verſi.1.prohibetur.

Tertiò infero, quòd contractus fideiuſſorius, in quo intercedit fideiuſſor in duriorem cauſam, vel ad plus permittit quàm principalis, vel intercedit, habetur pro non obligato, & ſic non valet fideiuſsio propter defectum formæ, id eſt ſolemnitatis extrinſecæ fideiuſsionis, in qua fideiuſsione exigitur conformitas cum principali obligatione. ff. de fi-

deiuſſoribus.l.grege.§.illud.& §.Marcellus.& l. fideiuſſor obligari. in principio. eodem titulo. confirmatur iuramento ſic, quòd poteſt eſſe, fideiuſſor actione ex ſtipulatu, quæ fideiuſſoria ſtipulatione conueniri per iuramentum ſuum quem effectualiter ſaltem tanquam principalem, cum iuramentum habeat in ſe clauſulam ſibi tacitè inhærentem, ſcilicet quòd ſi non valeat actus vt agitur, valeat vt valere poteſt, de quo iam ſuprà dictum eſt, & ita etiam tenet Bartolus in allegata lege, ſi quis pro eo. verſicul.Septimò prohibetur.Veruntamen aduerte ne erres, quia hoc verum eſſe intelligo quando fideiuſſor intercedit ſcienter, ſcilicet ſciens ſuum principalem in leuiorem cauſam, vel ad illud obligatum illi apud quem intercedit. Quandoquidem fideiubendo, & iurando ſcienter, videtur velle donare, & probare vult contractum fideiuſsionis, quod tamen in dubio præſumitur. Quoniam tunc cùm contractus fideiuſsionis eſſet erroneus, certè propter errorem impedientem conſenſum, non confirmatur iuramento. ff. de fideiuſſoribus. l. ſi quis pro eo. Et patet ex his quæ ſuperius & plenius dicta à nobis ſunt in cauſa efficienti. §. circa verò,& ibi vide plenè de hac materia.

Tertia quæſtio eſt, an contractus ſeu actus peccans ex defectu ſolemnitatis probatoriæ, quæ poteſt dici forma, confirmatur iuramento: vtpote aliquis fecit teſtamentum coram quinque teſtibus, & eſt propriè defectus in ſolemnitate probatoria, & non propriè in forma & ſolemnitate intrinſeca teſtamenti, vt habetur ff. de teſtamentis. l.hæredes palàm. §. finali, quia teſtes non ſunt de eſſentia teſtamenti, ſed tantùm ſunt de ſolemnitate probatoria, per quam teſtamentum deducitur in lucem probationis, vt patet infrà de fideiuſſoribus. & quæſtione ſecunda. verſicul.tam enim.& ibi de teſtibus plenè poteris ſpeculari, ne hîc fruſtra chartas impleamus.

Circa hoc autem dicendum videtur, quòd quæri poteſt, an teſtamentum, ſeu actus talis, vt confirmetur iuramento, in ſe valeat prout agitur, dic quod non, quia iuramentum non ſupplet defectum ſolemnitatis probatorię,quia propter iuramentum non magis deducitur veritas in lucem probationis, & tales ſolemnitates ſunt de iure publico introductæ, nec poſſunt tolli pacto, vel iuramento priuatorum. ff.de pactis. l.ius publicum.& de legat.primo.l. nemo. Aut quæritur an valeat actus vt valere poteſt, & dic quod ſic, quia dum teſtator iurat, quod vult illud valere teſtamentum, ſeu præſtari ea, quæ legata ſunt in teſtamento, perinde ac ſi diceret, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, vt ff. de legat. ſecundo. l.cum pater. §. filius matrem.& ibi not. Bartolus in alleg.l.ſi quis pro eo verſic.7. prohibetur.Ex quo infero ſpecialiter.quando quis iurat ſuper contractu vel actu, videtur dicere, quòd valeat actus,vt melius valere poteſt, quia donatio cauſa mortis facta coram duobus teſtibus, in qua requiruntur quinque, confirmatur iuramento iurantis, quia iurans fecit ipſam tranſire in contractum donationis inter viuos, ſi tamen vi contractus inter viuos valere poteſt, & vis & natura verborum hoc importat, iuxta l.vbi. ff.de donat.cauſ.mort.ibi,ita donatur. Et notanter dixi, ſi vis, & natura verborum hoc importat, vtputa quia iuramentum in donatione cauſa mortis appoſitum fuit iuramentum declaratiuum voluntatis ipſius donatoris,vt quia donator iurauit ſe velle præſtari id quod donauit etiam prout tenetur in ſimili, vt forma iuramenti alleg. l.cum pater.§. filius matrem.vel quia iurauit ſe ratam gratam habere donationem, & etiam quando donator ſic iurando per verba declaratoria voluntatis ipſius iurantis: certè videtur dici, quod ſi non valeat donatio cauſa mortis prout agitur, valeat prout valere poterit, ſcilicet tanquam donatio inter viuos. Secus verò ſi vis verborum id non importat, vt pote quia iuramentum non eſt declaratiuum voluntatis ipſius iurantis, ſed eſt iuramentum promiſſorium de non reuocando donationem cauſa mortis, vel non veniendo contra: non propter hoc transfertur donatio prædicta in contractum inter viuos, ſeu eius ſpeciem donationem cauſa mortis:quę tamen donatio hoc caſu ex pœnitentia ipſius donatoris non poterit reuocari. Sed tamen ex diſpoſitione iuris reuocabilis remanebit, ſcilicet ſi donatarius præmoriatur donatori, cum donatio cauſa mortis de ſui natura habeat duplicem reuocationem: vnam expreſſam, quæ fit ex pœnitentia donatoris. ff.de donat. cauſ. mort. l.quæ moritur.aliam tacitam, quæ fit ex iuris diſpoſitione,ſcilicet ſi donatarius præmoriatur donatori, vt ff.eod.tit. l.1.§.1. Vide etiam alios effectus reuocationis.ff.ſi cer.pet.l. nō omnes. Vnde licet de donatione cauſa mortis tollatur vnus modus ſuę reuocationis,vt pote quia donator dicat quod non poſsit eā reuocare per pœnitentiam ſuam,vel quod ipſa donatio cauſa mortis non reuocetur effectualiter, erit irreuocabilis in caſu expreſſo, tamen in alio caſu omiſſo reuocabilitatis remanebit ſub diſpoſitione iuris communis.argu. ff.de liber.& poſthum.l.commodiſsimè.& l.ſi conſtante.in prin. ff.ſolut.matrimon. melius in l.ſi extraneus de condict.cauſ.dat.non ſec.ff. Quamuis donatio cauſa mortis non ſit in omnibus ſuis caſibus reuocabilis,vt adhuc in vno caſu donatio cauſa mortis ſit reuocabilis, alio non,vt probatur, & not.ff.de dona.cauſ.mort.l.Senatus.& l.mortis cauſa. Si verò in donatione cauſa mortis tolleretur omnis modus ſuæ reuocationis, vt quia donator diceret,quod non reuocaret, &c. & ſic loquitur indiſtinctè,vel diceret quòd nullo caſu reuocetur, &c. & tunc loquitur vltra negatiuè, & tunc certa donatiò cauſa mortis transfundetur neceſſariò hoc caſu in ſpeciem donationis inter viuos, tanquam in donando non fuerit mentio mortis facta, ſcilicet ad finem cauſæ, & non ad finem donandi dicitur donatio cauſa mortis, & ita propriè loquitur l. vbi ita donatur.ſupr.alleg. in qua l.pōderantur verba





verba iſta nedum indefinita, ſed vltra negatiua, ſcilicet, vt nullo modo reuocetur: quæ verba generalia negatiua neceſsitatem faciunt transferendi donationem cauſa mortis in ſpeciem donationis inter viuos, quæ donatio inter viuos appellatur pura, & abſoluta donatio, non cauſa mortis reuocabilis, vt dicit l. Senatus. §. donatio. & ita debet intelligi. l.vbi. cuius declaratio ſimpliciter procedit ex dicta l. Senatus. §. mortis cauſa. qui §. dat intelligere illam legem. Vnde ex præmiſsis ſequitur, quòd ſi in donatione cauſa mortis quam quis vult reuocare, non fuerit adhibitus numerus teſtium iure requiſitus, quòd donator ipſe poterit ipſam donationem cauſa mortis per pœnitentiam de facto reuocare, non obſtante iuramento: quoniam ex quo donatio ipſa non tranſit in ſpeciem donationis inter viuos, ſed remanet donatio cauſa mortis, non probatur ſufficienter, ſcilicet per numerum teſtium requiſitum, & per conſequens iuramentum ſuper ea interpoſitum etiam non dicitur probare, quia iuramentum in dicta donatione cauſa mortis appoſitum eſt acceſſorium ipſi contractui donationis, & non probato principali, nec probatur acceſſorium. de regulis iuris. l.cum principale. Nec dicitur propriè aliquem contractu donationis reuocare, quia non donationem inter viuos: nam dicta donatio effecta non eſt donatio inter viuos, vt patet ex præmiſsis, nec etiam dicetur donator propriè reuocare donationem cauſa mortis, ex quo eſt ipſa donatio cauſa mortis: & de his quæ non ſunt & non apparent idem eſt iudicium.

Secundò infertur ex præmiſsis, quod ſi donator iurauerit, non reuocare donationem cauſa mortis, quæ donatio probetur per ſufficientiam teſtium, quòd nihilominus ſi contingat, quòd donatarius moriatur donatore viuente, reuocatur donatio abſque metu periurij: quoniam ipſe donator eam non reuocat, ſed ex iuris diſpoſitione reuocatur, & ita etiam tenet Gauſu. de Sal. in ſuo conſilio, dicens etiam vnum quod fortius videtur, ſcilicet, quòd ſi donator cauſa mortis iurauerit contra donationem ipſam non venire, nihilominus poteſt ipſe per pœnitentiam reuocare, nec ipſam reuocando dicitur eſſe periurus: cum eam reuocando propriè eſt contra donationem mortis cauſa non venire, quæ donatio de ſui natura ſit reuocabilis, & in ea tacitè inſit, vt poſsit per pœnitentiam reuocari: nam ille non vult contra contractum, ſeu actum, qui facit illud quod eſt, vt probatur extrà de iureiurando. cap.ad noſtram. in primo. vbi ille, qui iurauit in omni cauſa ordinem iudiciarium obſeruare, non videtur peierare, licet non obſeruet ordinem iudiciarium in notoriis: nam eſt, quòd in eis ordo iudiciarius non obſeruetur,vt ibi notatur.

Sed dicitur donatorem propriè venire contra donationem, ſi inficietur ſe feciſſe donationem, vel ſi diceret, quòd non comprehendit in ipſa donatione verè aliquam rem,quę tamen in ipſa donatione verè comprehenſa erat. nam tunc contra donationem eſt periurium, & tunc ipſe defectus veritatis, quæ eſt vnum de tribus comitibus in iuramento requiſitis, de quibus dixi in principio huius contractus per gloſſam.& iſta ſufficient,quantum ad hoc. Sed redeundo ad propoſitum principale, ex hoc quod ſuprà dictum eſt, videlicet, quòd iuramentum non ſupplet defectum ſolemnitatis alicuius probatorię,item probatio defectiua minimè iuſtificat:ſequitur quod inſtrumentum in quo inſeritur nomen principis,quę ambo ſunt de ſolemnitate, probatio inſtrumenti certè iuramento non confirmatur, vt patet ex præmiſsis.

Tertiò ex hoc idem elicitur:videlicet, quòd iuramentum non ſuplet defectum probationis, nec probationem iuſtificat: etiam contrarium infero, quod confeſsio debiti facta ſuper cauſa de iure eſt inualida, & indiſcreta approbatur, vt ff. de probat. l.cùm de indebito. §. non confirmatur iuramento, ſi iuramento aſſertiuo veritatis, id eſt, iuramento per quod de debito iuramento aſſerit veram talem confeſsionem indiſtinctè eſſe veram, &c. Vnde ideo: quia eſt inualida talis indiſtincta, vel indiſcreta confeſsio, declarat rationem, quia talis eſt dicta confeſsio non confirmatur iuramento: vnde pro tanto confeſsio ſine cauſa eſt de iure inualida, quia non probat intentionem agentis neceſſariò, quod oportet: quia quando creditor facit petitionem ſuam in iudicio ſuper debito confeſſato, & cauſam in ea inſeruit, quod eſt neceſſe, ne ſua petitio ſit incerta, propter defectum inſertionis cauſæ, vt extrà de libelli oblatio. cap. ſecundo. certè quando ipſe actor poſteà producet illam confeſsionem debitoris indiſcretam & indeterminatam ad probationem ſuæ intentionis,& cauſę in ſuo libello,vel ſua petitione poſitum eſſe, per ipſam confeſsionem non probatur cauſa in libello,vel in petitione propoſita: nam omnis probatio debet eſſe conformis modo agendi, & probare neceſſariò, & non contingenter. infrà de probat. l. neque natales. Quapropter non obſtante iſta indiſtincta confeſsione per actorem producta, reus nihilominus abſoluitur, non vi exceptionis, ſed ratione intentionis actoris non probatæ, cùm actor per dictam indiſcretam confeſsionem non probet cauſam in petitione ſua eſſe veram, cùm confeſsio ſit actus probationis, & talis confeſsio facta ſine cauſa non aufert, nec probat neceſſariò cauſam propoſitam veram eſſe, & eapropter de iure non valet: vnde apparet etiam quod talis confeſsio non confirmatur iuramento:nam certè per adiectionem iuramenti non iuſtificatur illa informis probatio, quæ ex tali confeſsione indiſcreta ſumebatur, quia confeſsio indiſcreta propter adiectionem iuramenti non magis aſſerit cauſam propoſitam in

libello eſſe veram, quàm prius, nec in actu, nec magis deducit ipſam in lucem probationis quàm, &c. Et aduerte quod notanter dixi de iuramento aſſertiuo veritatis, quia ſi eſſet iuramentum promiſſorium per quod confitens iurando promittat dictam confeſsionem habere ratam, & omnia in ipſa contenta, tenetur, vt ſæpe ponunt notarij noſtri temporis ſua authoritate ſupplentes, quod partes nullatenus hoc expreſſerunt. Hoc caſu dico, quod debitor obſtringi poteſt ex vi promiſſorij iuramenti, & per eccleſiaſticam cenſuram ad obſeruantiam cum effectu huius iuramenti liciti, vt patet ex his quæ nunc in duabus quæſtionibus proximè dixi.

Sed contra præmiſſa opponitur, & primò quod confeſsio ſine cauſa confirmetur iuramento etiam aſſertiuo veritatis. Nam ſi teſtator ſuam confeſsionem iuraret eſſe veram, valet confeſsio, vt de legatis in l.cum quis decedens.§.cùm codicillis. & in authentic. de iureiurand.à morien. præſtit.§.primo.collat.7.ergo, &c. Solutio. Confeſsio facta in vltima voluntate etiam cum cauſa in iure validatur, propter rationes fraudis, quæ committi poſſunt ſi confeſsio facta in vltima voluntate faceret fidem teſtato colore quæſito, poſſe relinquere legatum incapaci, qui capere poteſt in teſtamento iure debiti, licet non iure legati.

Item conficiendo vltimam voluntatem aliquod debitum vltra vires hæreditarias poſſe fraudari filium cum legitima debetur ære alieno deducto. ff. de inofficioſo teſtamento. l. Papinianus. §.quarta. propter quarum & aliarum fraudum contingentiam iura de confeſſione in vltima voluntate depoſuerunt, quod non faciet confeſsione debiti confeſſati, quod interuenerat iuramentum. Nam tunc propter iuramentum confeſsio præſumitur eſſe vera, ex eo quod teſtator non præſumitur velle deierare, & eſſe immemor propriæ ſalutis, maximè in morte, & ideo hoc iuramentum facit ceſſare ſuſpicionem fraudis, & ſic per conſequens cauſam, quæ confeſsio indebiti facta in vltima voluntate inualidatur de iure, vt quæ confirmatur iuramento, probationem facit, vt peti poſsit debitum confeſſatum iure debiti.

Sed confeſsio ſine cauſa ideo non valet, quia non facit neceſſariam probationem, nec infert cauſam debiti in libello intentatam neceſſariò eſſe veram, ex eo quòd non eſt conformis modo agendi, qui quidem defectus propter adiectionem iuramenti non tollitur, cùm propter iuramentum non plus infertur cauſam in libello actoris expreſſam neceſſariò eſſe veram, vt ſuprà dixi: quia iuramentum non magis reddit probationem quàm ex ipſa confeſsione, quæ debet eſſe non agendo quàm præſens currat, & ideo non confirmatur.

Secundò opponitur, & videtur quòd tale iuramentum aſſertiuum veritatis producat actionem, quia iuramentum mihi delatum, per quod aſſero mihi decem deberi ſine cauſa, producit actionem. infrà de iureiurand. l. actori. ergo, & cæt.

Solutio, iuramentum litis deciſiuum, in quo quaſi contrahitur, quia defertur à parte parti, vel à iudice partibus approbantibus, producit actionem, vt in lege contraria allegata, ſed iuramentum aſſertiuum veritatis adiectum confeſsioni ſine cauſa, non producit actionem, nec habet, quia non tendit ad effectum diſpoſitiuum, ſed ad confeſsionem dirimendam ad effectum probationis tantum, & ex probabilibus non augetur ius agendi, ſed tantum declaratur competere, vt ff. de pactis. l. Publica. §.fina. & nota. gloſſ. ff. de iureiurando. l.ſi poſſeſſorij. §. fina. Et pro hac ſolutione facit, quod ex iuramento neceſſario, de quo loquitur. l.admonendi. ff.de iureiurando. & in l.in bonæ fidei. C.eodem titulo. & Bald. & doctores in l. iſta. de iure dot. & in dict. l. admonendi.

Supereſt de cauſa finali videre, pro cuius euidentia eſt ſciendum quòd in contractibus & diſpoſitionibus cauſa finalis dicitur dupliciter: vno dicitur cauſa finalis, ipſa finalis ratio principaliter mouens aliquem ad contrahendum, vel diſponendum, qua cauſa finali ceſſante ſemper deficit diſpoſitio, vel contractus. ff.de hæredib.inſtit.l.fi. & de legat.tertio. l.cùm pater. §. dulciſsimis. de donat. l. ſecunda. §.fin. cum ſequent. & infrà de hæredib. inſtitut. l. ſi pater. Et in hac cauſa dicitur, quòd contractus, ſeu actus ex parte huius cauſæ inualidus, ſeu deficiens non confirmatur iuramento, quia eandem cauſam finalem & conditionem quam habet in ſe contractus ſpecialis, recipit etiam iuramentum ſuper eo interpoſitum, vt infrà de non numerata pecun. l.finali. Et ideo ſtipulatio dotis, quæ habet tacitam conditionem ad cauſam finalem, ſi nuptiæ ſequuntur, vt ff. de iure dot. l. ſtipulatione. recipit etiam iuramentum ſuper ea interpoſitum. & not.gloſſ. extrà de iureiurand. cap. quemadmodum.in princ.

Secundo modo dicitur ipſa cauſa finalis, ipſe finalis effectus qui ex contractu ſeu actu inſeritur, & ad quem contractus ordinatur & tendit. Et quia quandoque aliqui actus ſeu contractus propter finem ad quem tendunt ſunt de iure improbati, ideo deinceps an iuramento confirmentur eſt videndum: ad quod eſt ſciendum quòd contractus ſeu actus de iure propter finem, octo modis improbatur: quandoque improbatur contractus, quia tendit ad vtilitatem publicam, & fauorem publicæ vtilitatis principaliter. Secundò quando contractus improbatur fauore vtilitatis publicæ ſecundariò. Tertiò quando eſt improbatus fauore debitorum. Quartò odio debitorum. Quintò vtilitate ſubiectorum. Sextò quando eſt impedimentum tertij. Septimò, quia non intereſt contrahentium. Octauò, quia eſt contra bo

tra bo



tra bonos mores: de quibus omnibus ſingulariter diſtinguemus. Vnde dicitur primò quòd quando actus ſeu contractus improbatur fauore publicæ vtilitatis principaliter, dic quod non confirmatur iuramento, vt extrà de foro competenti. cap.ſi diligenti. & eſt gloſſa infrà de agric. & cenſit. l.ſecunda. libr. 11. iuncta gloſſa quemadmodum. eodem titulo. Et per conſequens infertur, quòd venditio rerum, quæ ſunt affixæ ædibus, non confirmatur iuramento, quia ratione publicæ vtilitatis eſt alienatio talium rerum prohibita, vt ff. de leg. l.cætera. & ff. de contrahen. emptio. l. ſenatus. Et idem eſt dicendum de pacto per quod prorogatur inſtantia iudicij, ſcilicet vt non confirmetur iuramento, quia tale pactum eſt contra vtilitatem publicam, vt l. properandum. §.etſi quidem. & quod ibi nota. C. de iudic. & idem etiam eſt dicendum in caſu. l. iuris gentium. §. ſed ſi paciſcar. ff. de pactis. & l. ſenatus. eodem titulo. Et per conſequens infertur, quod ſi ſtatuto alicuius ciuitatis caueatur ad hoc, vt ciuitas abundet hominibus, qui poſſunt ſoluere collectam & prædia laborare, ſtatuimus quòd quis tenetur dare frumentum libenter, tum dando pecuniam pro quolibet corbe. Reſpondet, quod pactum huic ſtatuto renuncietur, non confirmatur iuramento, quia dictum pactum eſt contra vtilitatem publicam, & ita not. Bartolus in l. ſi quis pro eo. ſuprà allegat. Quandoque reprobatur etiam & idem eſt dicendum ſi contractus, vel actus eſt contrarius ſuperiori, quia etiam non confirmatur iuramento. ff. ad Macedo. l. fina. in princip. & patet ex his, quæ ſuprà dixi in cauſa efficienti. Et in quolibet iuramento intelligitur ius ſuperiorum exceptum. extrà de iureiur. c. veniens.

Ex hoc infero quòd ſubmiſsio, ſeu prorogatio iuriſdictionis facta ſub alio iudicio, quæ prorogatio non valet in præiudicium illius cuius iuriſdictionem ſubmittens, ſub qua ſubeſt, certè non confirmatur iuramento, & ita notat Bartolus l. allegat. & ff. qui teſtam. fac. poſsint. l.finali. Quod tamen intellige & limita, vt dixi latius in repetitione. l. priuatorum conſenſus. ff.de iuriſdict. omnium iudicum. c. proximè, ſuprà verſic. quæro. ac ibi vide.

Secundò infertur, quòd ſi quis iurauerit non exire aliquam domum infra certum tempus, & interim à iudice medio tempore euocetur, vel citetur, non obſtante iuramento, tenetur comparere & venire, & veniendo non dicitur tranſgreſſor iuramenti, quia in eo ius ſuperioris intelligitur exemptum & exceptum, & ibi notat Specula. titulo de citat. §. primo. verſic. quid ergo ſi quis iurauerit.

Tertiò infertur, quòd ſi quis debitor iurauerit ſoluere creditori, intelligitur niſi iudex in contrarium ſtatuat, vel præcipiat. argum. extrà de cenſib. cap. ſignificauit. quia præceptum ſuperiorum ſemper in dubio videtur exceptum, vt notat Hoſtienſis in ſumma. §. quid. verſic. item ſi iurando. Secundò dicitur, quòd quando contractus improbatur fauore vtilitatis publicæ ſecundariò, vt eſt videndum in alienatione fundi dotalis, quæ iure improbatur fauore publicæ vtilitatis ſecundariò, vt ff. ſoluto matrimonio. l.prima. cum ibi not. Et dic quod tales contractus confirmantur iuramento. extrà de iureiurand. cap. cùm contingat. & cap.licet. eodem titul. lib.6.

*De contractu improbato fauore publicæ vtilitatis ſecũdariò.*

Circa quod eſt aduertendum, quòd licet illa cap. non dicant. contractum per iuramentum confirmari, ſed ſolum dicant iuramentum eſſe ſeruandum, tamen intelligendum eſt contractum taliter confirmari & habilitari, vt actio ex eo producatur, & ex eo contractu dominium rei in accipientem transferatur. argu. quæ not. hîc gloſſ. poſita ſeruabo, obſeruari. & ita not. Bartolus in alleg. l.ſi quis pro eo. ſuprà alleg. in princip. verſicul. Item dixi quòd quandoque poteſt ſuperior in tali alienatione diſpenſare ſuper iuramento, aliquibus concurrentibus & coniectura doli præſumpti, de quibus not. Hoſtienſ. in ſumma: extrà de iureiur. §. Quæro. verſic. ipſa autem, & omnino ibi vide. Vnde ex præmiſsis patet, quòd contractus talis fauore publicæ vtilitatis confirmatur iuramento. Illatiuè infertur quòd pactum factum per mulierem de dote lucranda, quod iuramento non confirmatur, in quo caſu morte mariti diſſolueretur, quod pactum non valet. ff. de pact. dot. l.3. in fin.

Similiter & de reſtituenda dote etiam leuiori tempore quàm per legem ſtatutum, quod pactum non valet, nec iuramento confirmatur ratione vtilitatis publicæ ſecundariò propter vtilitatem mulierum, vt in eo. tit. de pact. dotal. l. diui. Certè omnia iſta & ſimilia pacta fauore vtilitatis publicæ ſecundariò improbata non confirmantur iuramento, vt patet per prædicta.

Tertiò dic de contractu improbato fauore debitorum, & tunc dic quod talis contractus confirmatur iuramento, vt patet, licet in hac authentic. ibi contractus minoris, qui eſt inualidus ſaltem parti effectus, ſcilicet propter in integrum reſtitutionem, per quam poteſt de iure ſpeciali reſcindi, certè confirmatur iuramento, vt non poſsit reſcindi beneficio reſtitutionis, vt hîc: ac idem eſſet ſi contractus minoris eſſet ipſo iure nullus, vtpotè propter defectum Decreti iudicialis, vel alterius debitæ ſolemnitatis, quia talis contractus eſt ipſo iure nullus: etiam confirmatur iuramento. arg. illius. cap.cum contingat. Sed aduertendum eſt, quod licet in hac authentica, & in l. C. non dicatur talis contractus minoris iuramento confirmari, ſed tantùm debere iuramentum cuſtodiri, tamen dicendum eſt contractum in ſe verè & propriè confirmari, ſed tamen debere cuſtodiri: cùm nullus ſit ipſo iure, vt ſuprà dixi. Et eſt ratio, quia cùm dictus contractus minoris nullus ſit propter vtilitatem tantum minoris ipſius, propter cuius fauorem fuerunt illæ ſolemnitates introductæ,

licet minor illis ſolemnitatibus renuntiare non poſsit ſimpliciter, poteſt tamen in eis cum iuramento renuntiare, ſic quod ipſarum ſolemnitatum defectus propter iuramẽtum à minore ſuper contractu interpoſitum ſuppletur, taliſq; actus eius fauore nullus verè iuramento minoris in ſe confirmatur, & producit actionem & obligationem, quæ ex ipſo cõtractu confirmato naſcitur, quod probat text. in c.cùm in præſentia, extrà de probat.verſ.cũ & ibi dicitur donatio minoris iuramento ſimpliciter confirmari, ſimpliciter igitur debet intelligi, videlicet per actionem & obligationem.

Ex quibus ſuprà præmiſsis per ordinem inferuntur, primò quòd fideiuſsio mulieris, cum ſit principaliter fauore mulieris inualida, iuramento confirmatur, vt patet ex præmiſsis, & not. expreſsè etiam per Specu. titul.de oblig.& ſolut.§.1.verſic.2.Ita etiam tenet Barto.in alleg. l. ſi quis pro eo. in princ.dicens, quòd ſi verba Senatuſconſulti Velleiani reſpicias, non prohibentur mulieres intercedere pro aliis, ſed diſponunt, quòd ſi interceſſerint, non teneantur. ff. ad Velleian. l.2.§. hæc verba. Si enim verba legis, vel Senatuſconſulti eſſent prohibitoria perſonarum, vt quia diceretur, nulla mulier, vel nullus minor audeat niſi tali modo contrahere: certè tunc contractus factus per has perſonas contrahere prohibitas non confirmaretur iuramento, vt patet ex his quæ ſupra dixi in cauſa efficiente in §.primo caſu.

Secundò infertur quòd renũtiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ, quæ renuntiatio non valet propter fauorem & facilitatem debitorum qui pecunia indiget, de facili renũtiaret dictę excep.vt not.Cyn.C.de non num.pecun. l.ſi ex cautione.2.q.certè confirmatur iuramẽto debitoris renuntiantis, vt not. Iacob.de Aret.& Cyn.eo.tit.cum principali.

Tertiò infertur ex præmiſsis, quòd ſi in aliquo ſtatuto caueatur iſto modo, quòd nullus contrahat cum minore, niſi de conſenſu parentum minoris vel mulieris, vel niſi tali modo & ſic cõtractus per ſtatutum improbatur principaliter fauore dictarum perſonarum, certè talis cõtractus per minorem, vel mulierem celebratus confirmatur iuramẽto, cùm minor vel mulier non fuerit per ſtatutum contrahere prohibita, etiam cum volente minore, vel muliere, quòad eos non confirmabitur iuramento contractus in effectu, ſcilicet reſpectu futuræ diſpoſitionis, quia debet odio prædictorum creditorũ prohibere contrahere, & contrahentes mortaliter peccant, & per ſuperiorem diſpenſari poteſt ipſi minori, vel mulieri ſuper iuramento, nam in odium ipſius creditoris debet ſuper iuramento de iure diſpenſari, vt ibi not.glo.& ſtatim dicam. Ex præmiſsis infero quod cõtractus celebratus per filiumfam. in poteſtate conſtitutum de & ſuper bonis aduentitiis, in quibus patri hodie quęritur vſusfructus, confirmatur iuramento.vt not.gl.de bonis quę libe.l.fi.§.filius. ac etiam ſuper verbo, voluntatem. Et eſt ratio quia principaliter filiorumfamil. alienationes talium bonorum de iure improbantur, vt dicitur in alleg.§.filius.verſic.melius autem.

Quartò dicitur, quòd contractus quandoque de iure eſt improbatus principaliter, odio creditoris, & an iuramento confirmetur, diſtingue, quia aut quæritur an talis cõtractus quantum ad obſeruantiam per iuramentum conſeruetur, aut an confirmetur reſpectu futuræ diſpoſitionis. Primo caſu dico indiſtinctè omnes contractus odio creditoris improbari: quãtum ad obſeruantiam facti improbantur, cõfirmantur iuramenta, quia debitor tenetur de facto prout iurauit, contractum implere, & ideo de hoc remanere licitum iuramentum, ex quo ex parte iurantis, non mali mores vertuntur in contractu, vel peccatum: & ſic iuramentum poteſt ſine æternæ ſalutis periculo obſeruari, vt eſt videre in contractu vſurario, qui ex parte debitoris quantum ad facti obſeruantiam iuramento confirmatur.extra de iureiur. c.debet.

Item contractus vi, vel metu extortus etiam iuramento confirmatur.extrà de iureiur.c.13.

Item contractus dolo creditoris initus iuramento confirmatur.extrà de elect. c. venerabilem.in fin.& 22.quæſt.4.c.inter cætera.§.fina.& per conſequens induceret errorem, qui conſenſum impediret, nã tunc propter defectum conſenſus non confirmatur iuramento, vt patet ex his, quæ ſuprà dixi in cauſa efficienti.

Item pactum legis commiſſoriæ, quòd in pignoribus reprobatum eſt odio creditorum, iuramento etiam confirmatur quantum ad obſeruantiam facti.extra de pign. c.ſignificaſti.

Ex his præmiſsis infero aliquas conſequentias, & dico quòd pactum factũ à marito cum vxore, vt poſsit ipſe ſoluto matrimonio inſolidum conueniri, quod pactum eſt contra debitam reuerentiam maritalem, & contra bonos mores, videlicet ex parte vxoris talem promiſſionem exigentis & recipientis, vt ff.ſolu.matri. l.alia cauſa.§.eleganter.certè confirmatur iuramento contra glo.ibi poſitam.& eſt ratio, quia ex parte mariti paſciçẽtis, & iurantis nulli vertuntur mali mores, vel turpitudo, ideo poteſt licitè obſeruari iuramentum, igitur &c. & ita tenet Petr.Iacob.titul. de condict. ex l.omnino quæritur.

Secundò infertur, quòd contractus facti cum prouincialibus ab officiariis, qui officiarij durante ſuo officio contrahere non poſſunt, vt ff. de contrah.empt. l.non licet confirmatur iuramento, & ita notat Bartolus in allegat. l.ſi quis pro eo.

*De contractibus inter officiarios, & prouinciales.*

Tertiò infertur, quòd ſi aliquod ſtatutum municipale vnam partem tantum principaliter eius odio contrahere prohibeat, contractus quantum ſpectat ad partem illam, ad quam verba ſtatuti non diriguntur, iuramento confirmatur, ſed quo ad obſeruantiam facti, quia pars non prohibita contrahere de facto implere contractum debet, & de eo reddere licitum iuramentum: & etiam tenet Bar.in alleg.l. ſi quis pro eo.

Primò infero, quòd ſtipulatio pœnalis per quam



quam impeditur liberi matrimonij contrahendi facultas, quæ eſt contra bonos mores ex parte ſtipulantis tantummodo, & eius odio tãtum principaliter, vt probatur ff.de verb.oblig. l.Titia.vbi tenet Bart. quod non confirmatur iuramẽto, quod tamẽ intellige, vt dicã in §.ſeq.in fi.

Secundò in eo caſu membri, ſcilicet an contractus odio tantùm creditoris de iure improbatus confirmetur iuramento, ſed reſpectu futuræ diſpoſitionis. Circa hoc dic quòd nõ, nam non debet iuranti ſuper iuramento in talibus contractibus appoſito, diſpenſari, vt probatur extrà de iureiur.c ſi verò.in fi. & ibi etiam glo. & c.1.eo.tit.pro quo facit in ſimili ſi ipſe abſolui debet à iuramento, quandiu dictus eſt excommunicatus odio excommunicati.15.q.7.c. aliis.& c.duobus. c.ſeq.bonum de diſpenſatione ſuper iuramento facienda ratione doli vel metus præſumpti, & de eorum præſumptiua probatur: omnino vide quæ not.Hoſt.in ſumma tit.de iureiur.§.cùm verò. verſ.certũ metus. Et ex hoc, videlicet quòd in contractibus odio creditoris improbatis debet ſuper iuramento diſpenſari, & ex hoc inferuntur quinque.

Primò quòd in pacto legis commiſſoriæ eſt debitori ſuper iuramento diſpenſandum, & ſic notat Hoſtienſ. in ſumma extrà de pign. §.quibus.verſi.quidam iurauit.

Secundò quòd in renunciatione ceſsionis bonorum, quæ ideo non valet, quia eſt contra libertatem, & humanitatem, & ſic cõtra bonos mores, ſcilicet ex parte creditorum, dictam renuntiationem debitoris inhumaniter exigentiũ & recipientium. arg.ff. ſolut. mat.l. alia cauſa. §.eleganter.& ibi not.Dy. Bart.& Cyn.infrà de ceſſ.bon.l.1.in fi. certè debet debitori renuniãti odio creditorum in iuramento ſuper dicta renuntiatione interpoſito diſpenſari, vt patet ex præmiſsis.

Tertiò infero quòd in donatione, vel in promiſsione facta ob turpem cauſam, videlicet vbi turpitudo ex parte recipientis tantùm vertitur, vt ff. de condict.ob.turp.cauſam.l.2.debet ſuper iuramento in ipſa præſtito de iure diſpenſari.

Primò infertur quòd in contractu mutui per filiumfam.recepti, qui contractus eſt principaliter odio reprobatus: etiam debet ſuper iuramento in ipſo contractu præſtito, filiusfa. iure præmiſſo diſpenſari, & ita not. Bart.in alleg.l.ſi quis pro eo in princ.verſi.primo prohibetur vt dicetur: hoc infero quod in tranſactione facta ſuper relictis in teſtamento, vel codicillis, quæ ipſis non viſis non valet in odium hæredum occultantium teſtamenta & documenta vltimarum voluntatum. ff. de tranſactionibus. l. de his omnibus.not.per Iac.& Bart. & doct. debet ſuper dicto iuramẽto in dicta tranſactione præſtito in odium occultantium per ſuperiorem diſpenſari, vt patet ex præmiſsis.

Sextò in filio: quòd ſi donator renuntiat inſinuationi donationis legitimum modum excedentis, quæ renuntiatio ideo non valet, quia ipſa inſinuatio eſt introducta iure in odium donatariorum ſibi fraudulenter procurantium donari, ſi propter fraudem vitandam, quæ frequenter in donationibus per donatarios adhiberi ſolet, vt dicitur C.de donat. l.data. & not. per Bar.ff.eod.tit.l. Modeſtinus, & probat. ff.de pactis.l.ſi vi.§.illud. Certè ſi in ipſa renuntiatione iuramentum fuerit, debet in odium donatarij præſumpti fraudatoris ſuper iuramento diſpenſari, vt patet per præmiſſa, & ita etiam tenet Dyn.C.de donat.l.ſi quis.Bar.in fi.cuiuſdam additionis Cyni. & aduertendum quod hoc eſt valde notandum. Dixi in præmiſsis caſibus contractum improbatum odio creditorum ſolere quantum ad obſeruantiam facti iuramento confirmari, & non confirmari in ſe, quod eſt intelligendum ſic, videlicet quòd debitor tenetur prout iurauit & contractum & iuramentum deo reddere licitum, non verò in ſe contractus iuramento confirmatur. Et ratio, quia iuramentũ debitoris non tollitur ad odiũ creditoris, ſed propter hoc quia contractus originaliter diſpoſitione iuris fuit improbatus & annullatus, & ſic per conſequens contractus ſuper quo iuratur odio creditorum ipſo iure, primo dicitur omnino nullus: non confirmatur iuramento, cum per iuramentum non tollatur cauſa impediens, ſed remaneat adhuc poſt iuramentum: & ſequitur quòd contractus ſemper durat in ſua primæua nullitate, nullã producens actionem, vt eſt videre in cõtractu vſurario, & in contractibus officiariorum, & in ſtipulatione pœnali, per quam impeditur libera matrimonij contrahendi facultas, vt in aliis ſimilibus contractibus odio creditorum. Vnde ex dictis contractibus odioſis non producitur cauſalis actio propter iuramentum, cum non fuerit in ſe negotium iuramento cõfirmatum. Sed dictis his caſibus poterit compelli debitor, non iure actionis, ſed remedio extraordinario, ſcilicet officio iudicis primum, & per cenſuram eccleſiaſticam ad obſeruationem iuramenti iuxta c.ſuprà alleg.

Si non poneremus quòd contractus odio creditorum improbatus ſuper quo iuratur, non ſit ipſo iure nullus, ſed in effectu ope exceptionis odio creditorum veniat annullandus, tunc dicendum eſt quod dictus contractus producit actionem, ex quo aliàs natura ſui eſt validus. Sed illa facultas opponendi exceptionem, quæ debitori competebat propter iuramentum impeditur, & tollitur, prout eſt videre in contractu vi vel metu extorto, & doloſè, & de Macedoniano, qui contractus nõ ſunt ipſo iure nulli, ſed tamen ope exceptionis effectualiter annullandi, & ſic ſuper eos iuramentũ ſic ſeruari debebit, donec diſpenſetur, vt patet ex prædictis. Modus autem diſpenſandi ſuper iuramentis in talibus contractibus quibus ſupra, odioſis aut oppoſitis, eſt differens, quia quandoque per iuramentum fuit tale quid promiſſum quod non obeſt, niſi per contumaciam & obſeruantiam ſucceſsiuam adimpleri poteſt.

Secundo caſu, quãdo promiſſum facto temperamẽto adimpletur, vt pote quod debitor cui

impoſitum eſt iuramentum, ſi præſens ſit cenſura eccleſiaſtica obſtringi poteſt,ſcilicet ad remittendum & relaxandũ iuramentum debitori.extrà de iureiur.c.1. ex quo textu patet quod creditor poteſt debitori remittere & relaxare iuramentum,vt probatur eo.tit.ſicut lib.6. & ff. de act.empt.l.iuſiurandum.in princ. & ita not. Hoſtien.in ſumma de iureiur.§.quæro.verſi.notandum.Si verò nolit creditor iuramẽtum debitori remittere, licet compulſus per cenſuram eccleſiaſticam,tunc ſi dies ſolutionis inſtet,debitor debet ſoluere quod promiſit.

Primum quia contractus talis odio creditoris reprobatur, non eſt in ſe confirmatus iuramento, niſi quantum ad obſeruationem iuramenti tantum,vt ſuprà dixi. Eapropter debitor poterit ſoluere, & debitum poſtea repetere, ex eo quod apud creditorem remanet ſine cauſa,vt extrà de iureiur.c.debitor.& ibi not.glo.& etiam poterit iudex in odium creditoris ſuper iuramento diſpenſare. Si verò nollet creditor iuramentum debitori remittere, licet compulſus per cenſuram eccleſiaſticam, tunc ſi dies ſolutionis inſtet.arg.d.c.ſi verò.in fi.

Secundo verò principali caſu quando fuit tale quod in iurando promiſſum, quod nõ poteſt niſi per abſtinentiam ſucceſsiuè adimplere, vt pote quia debitor iurauit vſuras quas iam ſoluerat nullatenus repetere,quæ promiſsio de non repetendo cũ ſit negatiua,non poteſt aliter quàm per abſtinentiam ſucceſsiuam adimpleri.Vnde dic quòd in hoc eſt duplex diſpenſandi modus. Primus,eſt quia debitor denuntiare poterit eccleſiæ, per quam eccleſiam creditor cenſura eccleſiaſtica iudicis officio per ſe ſtanti ſine alia denuntiatione, petitione compelletur de facto reſtituere debitori vſuras ſolutas.extrà de iureiur.c.ad noſtram. in medio.& de vſuris. c.tuas. Item poteſt debitor diſpenſationem petere iuramenti expreſſam, ſuper quo iuramento eccleſia poterit & debebit in creditoris odiũ diſpenſare.extrà de iureiur.c.ſi verò.ibi,ad coercenda iniquitatem eorum.& c.verum.eo.tit.& quod met.cauſ.c.Abbas.& c.ad aures. eo tit.

Aduertendum eſt igitur erga præmiſſa duo. Primum quòd Epiſcopus qui iuris poteſtatẽ habet ſuper iuramento diſpenſando 15.q.7.cap. 3.licet formam & ordinem huius diſpenſationis ſupradictæ de iure obſeruare debeat,tamen prætermiſſo dicto ordine poterit ſuper iuramento taliter diſpenſare directè : nec diſpenſatio ſua erit contra ius, quoniam ordo præmiſſus potius eſt de bene eſſe,quàm de neceſsitate, vt not.in d.c.ad aures.& c.debitor.quod eſt notatu dignum.

*Quæſtio bona.*

Secundò etiam eſt addendum, quod iudex nedum ſuper illato iuramẽto poteſt cum cauſæ cognitione iuxta eam diſpenſare 15.q.4.cap. nos ſanctorum. & c.iuratos. quod eſt bene notandum. Vtrum verò contra temerarium iuramentum poteſt quis propria authoritate venire, vel an in eo diſpenſatio exigatur. de hac not.Innoc.eleganter.& Io.Andr.extrà de elect. c.venerabilem.in fi.

Circa hoc & totam iſtam materiam iuramenti & diſpenſationem ſuper eo faciendam, an quis poſsit venire contra iuramentum ſua propria authoritate, vel requiratur propterea diſpenſatio ſuperiorum,& tunc per quem poſſit, vel debeat diſpenſari : placet hoc latius diſtinguendum per quatuor cauſas principales, quia aut conſtat iuramentum, ſeu quod deducitur in iuramento, eſſe illicitum & manifeſtè repugnans : aut conſtat manifeſte eſſe licitum, aut eſt dubium,aut iuramentum eſt temerariũ.

